This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

56.N.1

Digitized by Google

Digitized by Google

56. N. 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

RERUM ITALICARUM
SCRIPTORES
TOMI PRIMI PARS SECUNDA.

Digitized by Google



Digitized by Google

RERUM ITALICARUM
SCRIPTORES

AB ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ QUINGENTESIMO
AD MILLESIMUMQUINGENTESIMUM,

QUORUM POTISSIMA PARS NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

EX AMBROSIANÆ, ESTENSIS,

ALIARUMQUE INSIGNIUM
BIBLIOTHECARUM CODICIBUS.

LUDOVICUS ANTONIUS MURATORIUS

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUS

Collegit, ordinavit, & Præfationibus auxit,

NONNULLOS IPSE, ALIOS VERO

MEDIOLANENSES PALATINI SOCII

Ad MStorum Codicum fidem exactos, summoque labore, ac diligentia castigatos, variis Lectionibus, & Notis tam editis veterum Eruditorum, quàm novissimis auxere.

ADDITIS

Ad plenius Operis, & universæ Italicæ Historiæ ornamentum, novis Tabulis Geographicis, & variis Langobardorum Regum, Imperatorum, aliorumque Principum Diplomatibus, quæ ab ipsis autographis describere licuit, vel nunc primùm vulgatis, vel emendatis, necnon antiquo Characterum specimine, & Figuris Æneis.

CUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

TOMI PRIMI PARS SECUNDA.



MEDIOLANI, MDCCXXV.

EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS PALATINÆ
IN REGIA CURIA.
SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

KAISERLICHE KÖNIGLICHE HOFBIBLIOTHEK

Digitized by Google

PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
LECTORI HUMANISSIMO
S. P. D.

QUæ ſunt in Hiſtoria illecebræ, ita Literatos quoſque Viros Italica noſtra monumenta evolvere cupîdo inceſſit, ut Quinto vix Tomo Collectionis noſtræ abſoluto, undique hi ſciſcitarentur: an ad calcem uſque productum opus brevî ſperandum eſſet, deſiderio ſuo aſſidua laborum noſtrorum ſtudia præcurrentes. Nos ingentem rerum farraginem ſerió tractandam in excuſationem adduximus, & MStorum Codicum numerum, qui ſi publicam in lucem bona fide, ut par eſt, concinnoque ordine producendi ſunt, mirum, quæ in hac opera ſit adhibenda diligentia vel in iis exſcribendis, vel cum autographis non ſemel conferendis; quamobrem dum hæc interim agentes totis viribus Typographicis prælis incumbimus, præripitur nobis laus illa feſtinationis, quam præ cæteris optamus. Tœdium itaque longioris moræ non alia ratione minuere poſſumus quàm novitate rerum, quæ hactenus à nobis publici juris factæ ſunt, & impoſterum uberiori copia producentur; dum enim iis perlegendis operam dant Eruditi, nos alia interim parabimus ex Collectione noſtra, cui ſi ultimam manum, ut in votis

Digitized by Google

eſt, apponere liceat, non immerito profiteri poſſumus fore, ut vix aliis ſpicilegium ſuperſit, hoc potiſſimum temporis, quo conſilium noſtrum in literaria Republica probatum re ipſa comperimus; nam undique ultro ſe nobis offerunt qui literariam noſtram ſuppellectilem augeant. Præterea ſi quid à Principibus Viris petendum fuit, id eximia nobis liberalitate conceſſum eſt: ſecundamque in eo fortunam experti ſumus, quo fortaſſe præteritorum infortuniorum gravitas nova Scriptorum acceſſione compenſaretur. Et ſanè vix animo confirmamur adversùs memoriam incendii, quod anno præterito paſſi ſumus. Sed jam lætiora.

Inter plures MSS. Codices, quos nuper acquiſivimus, duos tibi cariſſimos Erudite Lector judicavimus ob eorum præſtantiam ab antiquitate comparatam. Primus continet *Joannis Diaconi Neapolitani Vitas Neapolitanorum Epiſcoporum ſæculo IX. ſcriptas*, & in Vaticana Bibliotheca ſervatas. Alter *Chronicon inſignis Monaſterii S. Vincentii ad Vulturnum fluvium* ex Codice Barberino, quem Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Principis *Cardinalis Franciſci Barberini* amor in literas nobis exſcribendum conceſſit, ut ſtudioſis omnibus antiquitatis per typos noſtros communicaremus non ſinè maximo Eruditionis lucro; Novimus enim quanti fecerint Chronicon illud *Baronius*, *Du-Cheſne*, *Ughellius*, aliique cla-

Digitized by Google

clariſſimi nominis Scriptores, qui fragmenta illius nonnulla jam ante in lucem produxerant. Integrum igitur quod tibi exhibemus ab Eminentiſſimi Principis munificentia grato animo accipe; imò ejus auctorem nunc primùm cognoſce, Joannem nempe alterum ejuſdem Monaſterii Monachum, cujus nomen latuerat adhuc, etſi Chronico ipſius non ultimus inter Eccleſiaſtica monumenta *Du-Pinio* præſertim datus ſit locus; optimo ſanè jure; nam, præter ea, quæ de Romanis Pontificibus, de Caſſinenſibus Abbatibus, & ſuis continuata ſerie tradidit, illuſtrandæ Beneventanorum Ducum, & Tranſtyberinorum Langobardorum Principum hiſtoriæ commodiſsima continet documenta; neque parum intererit res eorum Principum diſtinctiùs inquirere, qui regiam majeſtatem ſinè regio nomine Langobardicis regibus partam diu in Italia noſtra poſt everſas ejus Gentis fortunas retinuerunt.

Sed quoniam res eæ, quas Vulturnenſe Chronicon percurrit, ad ea tempora pertinent, quæ in Secundo Tomo Collectionis noſtræ diſpoſuimus, dolebamus hæc ſerò nimis allata extra chorum eſſe amandanda; quamobrem, ne præpoſitum nobis temporum ordinem inverteremus, ſatius duximus inter Primum & Secundum Tomum, alterum hunc infarcire, qui tamquam pars altera Tomi Primi rimam expleat, & Secundum, in quo poſte-

Digitized by Google

ſteriores Scriptores continentur præcedat: ita verò non ſolùm præſenti occurrimus anguſtiæ, ſed & rationem invenimus, qua Scriptores alios inſerere poſſimus, quoties extra ordinem edendi ſint. Si quid igitur novi imposterum emerſerit, in ſecunda, aut tertia parte, ſi opus fuerit, Tomi ejus, quem ordo temporum ſibi vindicat, locum habebit.

Cùm verò duobus iis MSS. Codicibus, quos ante recenſui, Tomus hic ad juſtam molem non accederet, optimo conſilio Clariſs. Vir *Ludovicus Antonius Muratorius* poſt impreſſas Langobardorum Hiſtorias, quæ in Primo Tomo habentur, eorum etiam Leges additas voluit. Nemo enim inficias ierit Leges illuſtrandæ Hiſtoriæ plurimum conferre, uti & Hiſtoriam Legibus explicandis. Nationum enim genium & acta ita in Legibus introſpicimus, ut in ſpeculo imaginem. Quæ ſi vera ſunt de gentibus omnibus, veriſſima fateare de Langobardis, qui patriam linguam, & mores in Italiam noſtram novos invexerunt; iique, cùm ſua ſtaret res, cogniti quidem & familiares erant ejus ævi Scriptoribus; at, eorum dominatione ſublata, jam denſa obrutos caligine numquam bene noverimus, niſi hoc etiam eruditionis argumento diligenter utamur. His equidem rationibus perſuaſi, Leges eas edere propoſueramus ante Langobardorum Principum Diplomata, quæ cum cæteris aliorum Principum, Deo dante, in cal-

Digitized by Google

calce Collectionis noſtræ vulgabimus: aptiſſimum tamen & hîc locum aſpicientes, eas in publicum emiſimus, acceſſione non exigua variarum Legum, quæ hactenus latuerant. Ad eas comparandas uſus eſt Clar. Muratorius duobus MSS. Codicibus Eſtenſis Bibliothecæ ac Mutinenſis Eccleſiæ Cathedralis, & nos hîc tertium adhibuimus in Ambroſiana ſervatum, beneficio Clar. Viri *Joſephi Antonii Saxii* eidem Bibliothecæ Præfecti.

Quot tamen in locis ope iſtorum Codicum antiquitate nimia præſtantium ſinceræ ſuæ lectioni reſtitutæ ſint Leges facilè cum aliorum editionibus noſtram conferentibus patebit; præterea, ne quid in ea commodi optandum eſſet, cùm ordo MStorum diverſus ut plurimum ſit ab hactenus editis, eam etiam diligentiam adhibuimus, ut noſtris Legibus præmitterentur tituli omnes earum, quos *Heroldus* edidit, & ſingulis titulis ille numerus inſcriberetur, ſub quo nos eam Legem impreſſimus. In calce verò cujuſque Legis librum & titulum indicavimus editioni alteri *Goldaſti* reſpondentem, itaut in una tantùm editione noſtra, tres inter ſe diverſas levi negotio cognoſcas. At quæ præ cæteris gratiſſimæ tibi futuræ ſunt, perpetuas Clar. Muratorii Notas addidimus, ejuſque doctiſſimam Præfationem, qua tempus conditarum Legum inquirit, deque earum auctoritate doctiſſimè diſſerit, invictiſque ar-

Digitized by Google

gumentis adversùs *Sigonium*, alioſque contendit, vel numquam, vel ſerò nimis moribus tantùm fuiſſe abrogatam. Earum præterea æquitatem ita demonſtrat, ut riſu jam accipiendi ſint qui ſcurilibus injuriis in eas inſurgunt; nec ampliùs inquirendum quæ fuerit per eas Leges ſingularis certaminis ratio ſincera, quam è verbis Legum Vir doctiſſimus enucleavit. Paria etiam is præſtitit ad Capitularia Francorum Regum, quæ uti ſcripta erant in laudatis MSS. Codicibus, poſt ipſas Langobardicas Leges edidimus; Franci enim Imperatores, & qui iis ſucceſſerunt Germani, ſervatis Langobardicis Legibus, ſuas diverſis temporibus ediderunt: eas omnes uſque ad Henricum ſecundum editio noſtra continet Muratorii ejuſdem perpetuis notis illuſtratas.

Ab iis itaque Legibus initium fecimus parti huic alteræ Tomi Primi, deinde Sicula monumenta recudimus ad Saracenorum in eam Inſulam adventum pertinentia, quæ Vir Clariſs. *Joannes Baptiſta Caruſius* in ſua collectione Rerum Sicularum jam ante vulgaverat.

Opuſcula ſuccedunt varia Rerum Mediolanenſium ex MSS. Codicibus Bibliothecarum Ambroſianæ, & hujus Eccleſiæ Metropolitanæ, quæ plura continent ad Eccleſiaſticam Hiſtoriam pertinentia, & ad inſtaurandam potiſſimum Mediolanenſium

Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcoporum chronologicam ſeriem optimè conducentia. Poſt hæc Vitæ Joannis Diaconi, & Chronicon Vulturnenſe, de quibus jam ante dixi. Claudunt poſtremò Tomum Hiſtorica monumenta Ravennatia, quæ idem Muratorius è MS. Cod. Eſtenſis Bibliothecæ vulganda curavit. Si quod igitur novitati pretium, habes in hoc Tomo, cujus Elenchum adjungimus, Lector humaniſſime, unde tibi nova ſtudiorum materia ſuppetat, novamque ſemper in dies expectes; ſequens enim Tomus, qui ſub prælo eſt, ineditas quoque pretioſiſſimas Hiſtorias continet, quas ambabus, ut ajunt, ulnis accipias. Vale.

Dabam Mediolani III. Idus Februarii Anni Jubilæi MDCCXXV.

Digitized by Google

Digitized by Google

ELENCHUS
TOMI SEXTI,
SED IN ORDINE
SECUNDÆ PARTIS TOMI PRIMI.

LEGES LANGOBARDICÆ ſecundùm ordinem, quo ſingulæ prodierunt, digeſtæ, & ad Codices MStos Mutinenſes, & Ambroſianæ Bibliothecæ diligenter exactæ, ac emendatæ. Accedunt nunc primigeniæ ad eaſdem Præfationes, tum aliquot Leges, & Formulæ veteres non antea editæ, unà cum variis Lectionibus, & notis *Ludovici Antonii Muratorii*.

FRAGMENTUM Langobardicæ Hiſtoriæ Paulo Diacono attributum jam pridem editum à *Marquardo Frehero* in corpore Francicæ Hiſtoriæ. pag. 181.

OPUSCULUM de Fundatione celeberrimi Monaſterii Nonantulani in agro Mutinenſi ſub noviſſimis Regibus Langobardis, auctore *Monacho Nonantulano*, proximæ (ut videtur) ætatis, unà cum notis Clariſs. Viri *Joannis Mabillonii*. Ex actis Sanctorum Sancti Benedicti ſæculo quarto. pag. 185.

OPUSCULUM de ſitu Civitatis Mediolani, unà cum Vitis priorum Archiepiſcoporum Mediolanenſium, Auctore Anonymo, qui ſæculo Chriſti IX. aut ſaltem X. floruiſſe videtur, nunc primùm ex MSto Codice Bibliothecæ Ambroſianæ in lucem prodit. pag. 197.

ORDO ANTIQUUS Epiſcoporum Suffraganeorum Sanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ, & Catalogus Archiepiſcoporum Mediolanenſium à Sancto Barnaba ad annum uſque MCCLI. nunc primùm ex MSto Codice Capituli Metropolitani Mediolanenſis in lucem prodeunt. pag. 228.

EXCERPTA HISTORICA ex vetuſtiſſimo Kalendario Membranaceo MSto Ambroſianæ Bibliothecæ nunc primùm luci reddita. pag. 233.

HISTORIÆ SARACENICO-SICULÆ varia monumenta, collectore *Joanne Baptiſta Caruſio*, nempe:

CHRONICON Saracenico-Siculum Cantabrigenſe. pag. 242.

EXCERPTA ex Chronologia Univerſali Iſmaëlis Alemujadad, Abulphedà, Regis Amani, ex Arabico Codice MSto Bibliothecæ D. Laurentii Eſcurialis. pag. 249.

CONTINUATIO Hiſtoriæ Saracenorum in Sicilia excerpta ab Hiſtoria, cui titulus Aſmodferi, Auctore Alkadì Sciohabadin filio Abiddami Amanienſi ex eadem Bibliotheca. pag. 251.

THEODOSII MONACHI Epiſtola de Syracuſanæ Urbis expugnatione, cum Animadverſionibus *P. Octavii Cajetani Soc. Jeſu*. pag. 255.

MARTYRIUM S. PROCOPII Epiſcopi Tauromenitani, Scriptore *Joanne Diacono Neapolitano*, cum animadverſionibus ejuſdem *P. Octavii Cajetani S.J.* pag. 267.

EPISTOLA F. CONRADI Dominicani ad B. Epiſcopum Cathanenſem, ſive brevis Chronica ab anno 1027. ad 1283. primùm impreſſa à *Joanne Baptiſta de Groſſis* in Cathana Sacra. pag. 275.

EXCERPTA ex Chronologia Arabica Hazì Aliphè Muſtafà. pag. 281.

CHRONICON Epiſcoporum Sanctæ Neapolitanæ Eccleſiæ ab eorum exordio uſque ad annum reparatæ ſalutis DCCCLXXII. Auctore *Joanne Diacono* Eccleſiæ S. Januarii Neapoli ſitæ, qui eo tempore floruit, nunc primùm prodit ex MSto Codice Bibliothecæ VATICANÆ. Accedunt breves Notæ *Ludovici Antonii Muratorii*. pag. 285.

CHRONICON VULTURNENSE, ſive Chronicon Antiquum Monaſterii Sancti Vincentii de Vulturno, Ordinis S. Benedicti, nullius Diœceſis, in Provincia Capuana, Auctore *Johanne* ejuſdem Cœnobii Monacho ab anno circiter DCCIII. ad MLXXI. nunc primùm prodit ex MSto Codice Bibliothecæ *Eminentiſſimi Cardinalis* FRANCISCI BARBERINI, cum Notulis, & Caſtigationibus *Ludovici Antonii Muratorii*. pag. 319.

SPICILEGIUM Ravennatis Hiſtoriæ, ſive Monumenta Hiſtorica ad Eccleſiam & Urbem Ravennatem ſpectantia, nunc primùm edita ex MSto Codice Bibliothecæ Eſtenſis, cum altero MS. Ravennate collata, adjectis aliquot Animadverſionibus *Ludovici Antonii Muratorii*. pag. 525.

INDEX Rerum, & Nominum. pag. 585.

Digitized by Google

L
S
F
Pr
&

Digitized by Google

LEGES
LANGOBARDICÆ
SECUNDUM ORDINEM,

Quo ſingulæ prodierunt, digeſtæ,

ET AD CODICES MANUSCRIPTOS MUTINENSES,
ET AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ
Diligenter exactæ, ac emendatæ.

ACCEDUNT NUNC
Primigeniæ ad eaſdem PRÆFATIONES,
tum aliquot LEGES,
&FORMULÆ VETERES non antea editæ,
UNA CUM VARIIS LECTIONIBUS ET NOTIS

LUDOVICI ANTONII
MURATORII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN LEGES LANGOBARDICAS

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

INter tot rerum mutationes, quas in Italiam invexit Septemtrionalium Populorum incurſus, atque heic firmata ſedes & ditio, non poſtremum locum obtinet publicarum Legum mutatio. Compertum eſt apud Eruditos, per multa Secula in Imperio Romano obtinuiſſe Leges Duodecim Tabularum, tum Senatus, ac Praetorum Edicta, & denique Auguſtorum decreta, accedentibus ad haec Prudentum ac Juriſperitorum Conſultis atque Reſponſis, quorum etiam non levis erat uſus & veneranda auctoritas. Subinde ex his Edictis non ab uno collectis conflati ſunt Codices *Gregorianus*, *Hermogenianus*, ac *Theodoſianus*; omnia vero ex Juſtiniani I. praecepto expurgata, ac meliori ordine digeſta, collectionibus in poſterum apud nos finem fecerunt, quum *Juſtinianeus Codex*, *Digeſta*, *Inſtitutiones*, & *Novellae* ſat eruditionis ad judicia inſtituenda, reique publicae regimen ſuſtinendum continere viderentur. Et quidem poſt pulſos Gothos Juſtinianus univerſae Italiae cuſtodiendum tradidit ſuarum Legum corpus, cujus auctoritas tunc invaluit. Verum e vivis ſublato Juſtiniano Auguſto, aliquot poſt annis Langobardorum gens Italiam invaſit, & totam fere ſibi ſubjecit. Furente ubique gente illa, tunc immani ac barbara, fugatiſque aut caeſis prioribus Italiae incolis non paucis, nihil eſt quod moneam, Romanas Leges in Italia ſiluiſſe. Ipſi vero Langobardi, gens nullis ſcientiis ac literis exculta, Latinis Legibus operam dare minime tunc in animum induxerunt, & praecipue quod Romanos & Auguſtos haberent infenſos, quorum non Leges adoptare, ſed ditiones tantum occupare conabantur in dies. Itaque rudi illi Populo pro Legibus erant antiquae conſuetudines, ac poenae a Majoribus uſu jam conſtitutae; paucis expediebantur contractus; paucis dirimebantur lites ſecundum Leges Naturae, jura gentium, & avorum exemplum. Verum animadvertens Rex Rotharis, quantum conducere poſſet recto Populorum regimini, publiciſque Judiciis, conſcriptas habere Leges ſuae gentis, tamdem circiter Annum 638. quaſdam ſuo juſſu collectas in ſcripta redegit, atque evulgavit ſub nomine *Edicti*. De his Paulus Warnefridi haec habet de Geſt. Langobar. Lib. 4. cap. 44. *Rotharis Rex Langobardorum Leges, quas ſola memoria & uſu retinebant, ſcriptorum ſerie compoſuit, Codicemque ipſum Edictum appellari fecit*. Alias ſubinde adtexuerunt quatuor Langobardi Reges, ideſt Grimoaldus, Liutprandus, Rachis, & Aiſtulphus: atque in hoc exiguo Legum faſciculo evolvendo concludebatur tota Langobardorum Judicum ac Patronorum ſcientia forenſis. At non ideo ſublata prorſus ex eorum Regno Romana Lex; clementi quippe ſimulque prudenti conſilio uſi, liberum fecere antiquis Italiae indigenis, hoc eſt Romani Populi reliquiis, ſibi mixtis atque ſubjectis, Romanis Legibus adhuc uti in contractibus, aliiſque actionibus Fori cum Civilibus tum Criminalibus. En ergo duas diverſas Leges in Italia iis temporibus conſtabilitas. Ac proinde Liutprandus Rex in quadam ſua Lege edixit, ut Notarii, quicumque vellent publicas Chartas conſcribere, callerent non tantum Langobardicas, ſed etiam Romanas. *De Scribis*, inquit ille Lib. VI. Cap. XXXVII. ſuarum Legum infra, *hoc proſpeximus, ut qui Chartam ſcripſerit, ſive ad Legem Langobardorum (quae aptiſſima, & paene omnibus nota eſt;* (verba haec non leguntur in Codice Eſtenſi) *ſive ad Legem Romanorum, non aliter faciánt, niſi quomodo in illis Legibus continetur. Nam contra Langobardorum Legem aut Romanorum non ſcribant; quod ſi non ſciunt, interrogent alteros. Et ſi non potuerint ipſas Leges pleniter ſcire, non ſcribant ipſas Chartulas*.

Attrito deinde Langobardorum Regno, atque in captivitatem adacto Deſiderio illorum Rege, Franci in Italia Anno 774. imperare coeperunt. Carolus vero Magnus, ejuſque poſteri Italiae Reges, ſimulque Auguſti, nequaquam exturbandas ſibi cenſuerunt ex Italia duas ibi florentes Leges; ſed Italicum Regnum tum ex Romanis, tum ex Langobardis conflatum, utramque adhibere ſiverunt. At ſub novis Regibus novi incolae in Italiam adducti ſeſe antiquis adjunxere, tum quod militaribus copiis ad tutelam Regni Italici opus foret, tum etiam quod publica munera, & commercii utilitas multos e Francorum Regno huc attraherent. Ne-

Digitized by Google

que ex unis Francis, ſed & ex reliquis Germaniae Provinciis, quibus magnam partem dominabatur Carolus, ejuſque proles, in Italiam confluxere. Erant hi Populi ſuatibus Legibus aſſueti; pudebat victores devictorum Legi ſe ſubdere: quare & iis in Italia agentibus data libertas utendi ſuis, ſi mallent, Legibus: quae facultas in Italicas Curias novas adhuc Leges, non excluſis antiquis, invexit. Fuerunt hae *Francorum* Lex, ſive *Salica*, *Ribuaria*, ſive *Ripuaria*, qua utebantur Populi inter Rhenum, Moſam, ac Moſellam ſiti, *Bavarica*, ſive Bajoarica, & *Alamannica*; quarum ſingularum ſectatores in antiquis Chartis occurrunt, ſed longe plures Langobardicae & Salicae, quam ceterarum, ut egomet vidi. Praeter has Leges erant Francis *Capitularia* Regum ſuorum, quae ab ipſis identidem promulgata, in Galliis, ac veteri Francorum ditione Germanica obſervanda proponebantur. Imo opinati ſunt Hermannus Conringius de Orig. Jur. German. Cap. 17., & Stephanus Baluzius Praefation. ad Capitular. num. 21. & ſeqq., quibus ſubſcribit & Pagius in Critica Baroniana, reliquos etiam Italiae Populos Francis Imperatoribus ſubjectos, ipſumque etiam Senatum ac Populum Romanum iiſdem *Capitularibus* olim parere coactos. Mihi nequaquam videtur ſat firmis rationibus niti ejuſmodi ſententia, ſi de univerſis Capitularibus ſermo eſt. Verum quidem eſt, Leonem IV. ſummum Pontificem, Ivone & Gratiano in Decret. Diſt. 10. C. 9. de Capitulis, teſtantibus, ad Lotharium I. Romanorum Imperatorem ſcripſiſſe, ſe conſtantiſſimum eſſe ac fore in obſervandis ejus Lotharii, ejuſque Praedeceſſorum Edictis. *De Capitulis*, ita ille ſcribit, *vel Praeceptis Imperialibus veſtris, veſtrorumque Praedeceſſorum irrefragabiliter cuſtodiendis & conſervandis, quantum valuimus & valemus, Chriſto propitio, & nunc & in aevum nos conſervaturos modis omnibus profitemur*. Verùm quae *Capitula* ac *Praecepta* haec forent, nemo facile intelligat. Ego ea tantum deſignari heic puto, quae a Lothario Auguſto, ejuſque patre Ludovico, atque avo Carolo Magno conſtituta interdum fuere, (pauca tamen) ad unius Populi Romani regimen & judicia; quippe tunc ſupremae illorum dominationi ſubjecta erat Urbs ipſa; non autem Pontifices, ac Romanos, omnibus Regum Francorum *Capitularibus* fuiſſe obnoxios. Poſtrema haec, quorum egregiam editionem habemus a ſupralaudato praeclariſſimo viro Stephano Baluzio, pleraque gentem Francicam ultra montes poſitam reſpiciebant, atque obligabant; non autem Italicum Regnum; eoque minus ipſam Romam, quum haec non Italici, non Francici Regni pars foret, atque alio titulo ac jure Francorum Principibus ſupremis Dominis ſubeſſet, ſimulque Principatum ac ditionem agnoſceret Romanorum Pontificum. Profecto quum Francici Auguſti ad obſervanda quaedam eorum Capitula compellere voluerunt Italici Regni Populos, illa antiquis Langobardorum Legibus inſerenda atque addenda juſſerunt; quemadmodum & Salicis Legibus nova additamenta ſunt facta, quae veluti appendices veterum ſanctionum in Corpus Salicae, ſive Francicae Legis coaluerunt, ſed Francicae tantum Legis profeſſores obligabant. Propterea in Codicibus MStis, atque in ipſa Lindenbrogiana editione, ubi Langobardicae Leges ſunt congeſtae, quibus Italicum dumtaxat Regnum utebatur, legimus quidem Capitula non pauca a Carolo Magno ejuſque ſucceſſoribus adjecta, at non pauca longe diverſa ab iis, quae ad Franciam ejuſque Populos ultra montes pertinebant. Etenim, ſi omnia Regum Francorum Capitularia Italis quoque obſervanda erant, cur in ſeriem Langobardicarum Legum non ſunt invecta unaquaeque? cur exiguus eorum numerus in Codicibus noſtris exhibetur? Quod ſi in Concilio Ravennate Anni 904. apud Labbeum Concil. Tom. IX. pag. 508. Patres ibi congregati excommunicationem promulgarunt in eos, qui non obſervarent *glorioſiſſimorum Imperatorum, videlicet Karoli Magni Imperatoris, & Ludovici, atque Lotharii, nec non & filii ejus Ludovici, quae de Eccleſiaſticis Decimis in eorum Capitularibus ſtatuta atque ſancita ſunt*: non haec ſtatim intelligenda de communibus Regni Franciae Capitularibus, ſed quidem de Langobardicis Legibus, inter quas nonnullae *de Decimis Eccleſiaſticis* leguntur Tit. 3. Lib. 3. a Carolo Magno, Ludovico Pio, & Lothario I. editae. Quare mihi propius ad verum accedere videbitur, qui ſentiat, ex tot Imperatorum Francicorum *Capitularibus* nonnulla ad unum Regnum Italicum deſtinata, alia vero dumtaxat Regnum Franciae reſpexiſſe, quae multa profecto fuerunt; nonnulla vero ad utriuſque gentis moderamen prolata inter utriuſque Leges inlata fuiſſe. Pleraque etiam additamenta a Francis Regibus facta Langobardorum Legi, heic in Italia peracta ſunt, nempe a Carolo Magno dum Italiam non ſemel inviſit, & a Pippino Rege ejus filio, atque a Lothario I. & a Ludovico II. qui non paucos annos Italiam incoluerunt. Hinc habiti conventus Regni totius Ticini, aut in Curte Olonna, aliiſque in Italiae locis, ubi quae ad publicam Regni utilitatem ſpectabant, non ſine conſilio & conſenſu Optimatum conſtitue-

ban-

Digitized by Google

bantur, & conſtituta in Leges tranſibant. Quod ſi quapiam Lege non Francos ſolum, ſed & Italos ac Romanos ipſos obligare volebant Auguſti, tunc eorum etiam nomina conceptis verbis exprimebant, ut videre eſt in Capitulari, quod apud Gratianum II. q. I. c. 37., & Baluzium Capitular. Tom. I. pag. 985. legitur, ubi *omnes ditioni noſtrae ſubjecti, tam Romani, quam Franci, Alamanni, Bajuvarii* &c. *Langobardi, Waſcones* &c. una ſanctione ligantur. Similiter inter Leges Langobardorum legitur altera haec Lotharii I. Aug. ſecundum Codicem Eſtenſem: *Placuit nobis, ut Capitula, quae excerpſimus de Capitulari bonae memoriae Avi noſtri Caroli, ac Genitoris noſtri Ludovici Imperatoris, ab omnibus fidelibus noſtris, & Sanctae Dei Eccleſiae, in Regno Italiae conſiſtentibus, per Legem teneantur & ſerventur. Et quicumque eorum Capitulorum contemtor extiterit, LX. ſolidos componat.* Ita Lotharius I. Italiae Rex & Auguſtus. Quare vides, non omnia Francorum Capitularia Italici Regni incolas obligaſſe, ſed ea dumtaxat, quae in Langobardicae Legis corpus juſſu Regum invehebantur. Capitularia autem non illico publicae & ſemper duraturae Legis vim induebant; ſed tum tantummodo, quando Legum corpori auctoritate Regum & conſenſu Populi accenſebantur.

Poſt Carolinos Auguſtos ſucceſſere in Italici Regni dominatione Guido, Lambertus, Berengarius I. tum tres Ottones, Henricus I. Conradus I. & Henricus II. Reges Italiae ſimul & Auguſti, qui ſinguli novam aliquam Legem in Langobardicarum corpus intulere. Atque hae iis temporibus erant Leges, quae in uſu heic erant, ſed prae reliquis Langobardicae, quas plerique profitebantur, atque in Contractibus adhibebant. Profitebantur, inquam: nam hic (fortaſſe peculiaris) Italicae Provinciae ritus fuit, in Judiciis, atque Contractibus palam facere, quae ſua Natio foret; ea quippe cognita agnoſcebatur & Lex, ſecundum quam quiſque vivebat, & judicandum ſe ſe eſſe fatebatur; imo & ipſa Lex plerumque apertis verbis indicabatur. Hinc vulgatiſſima illa dicendi formula; *Ego NN. qui profeſſus ſum ex Natione mea Lege vivere Langobardorum* &c. cujus exempla non pauca attuli in Antiquitat. Eſtenſ. & plurima adhuc habentur in aliis editis Libris, innumera vero in Archivorum Chartis deliteſcunt. Inde autem manavit neceſſitas hujus profeſſionis, quod in tanta Legum varietate eludere Judices quiſque potuiſſet, ſi in controverſiis modo unam, modo alteram amplecti licuiſſet. Et revera in ipſa urbe Roma ejuſmodi vitium invaluerit oportet, quandoquidem Lotharius I. Imperator Anno 824. hanc inter alias Conſtitutionem ibi promulgavit, à Baronio & Pagio memoratam, ac ipſis Langobardicis Legibus adjunctam, ut infra patebit Cap. XXXV. Legum ipſius Lotharii. *Volumus etiam, ut omnis Senatus, & Populus Romanus interrogetur, quali vult Lege vivere; ut tali, quali profeſſi fuerint vivere velle, vivant. Illiſque nuntietur, quod hoc unuſquiſque ſciat tam Duces, quamque & Judices, vel reliquus Populus; quod ſi offenſionem contra eamdem Legem fecerint, eidem Legi, quam profitebuntur, per diſpoſitionem Pontificis, & noſtram, omnimodis ſubjaceant.* Itaque Legis profeſſio exigebatur, ut ſi quis litigaret, aut reum ſe facinoris alicujus faceret, ſecundum eamdem Legem, quam profitebatur, judicaretur. Illuſtre ejus rei exemplum erit ſententia damnationis promulgata Ticini Anno 1014. ab Henrico I. Auguſto in Obertum Marchionem progenitorem Eſtenſium, ejuſque filios, quam dedi in memoratis Antiquitatibus Cap. XIII. ubi *ſcrutata & inventa eſt Lex Langobardorum*, ut *ſecundum Legem eorum* ſententia ferretur. At quamquam ad profitendam Legem ſuam quiſque in Italia per ſupra memoratum Lotharii I. Edictum, aliaque fortaſſe praecedentia, impelleretur; attamen in tot Chartis Seculi IX. quas vidi, rara Legis profeſſio in Contractibus Italicorum occurrit. In nonnullis quidem *Natio* exprimitur, his videlicet verbis *ex genere Francorum*, aut *ex genere Alamannorum*, quod ſatis fuit ad innuendam quoque Legem: at in tot aliis iſtud quoque omittitur. Initio autem Seculi X. frequentius obtinere coepit *Nationis*, ac ſubinde etiam *Legis* mentio in publicis tabulis: qui ritus vulgaris poſtea fuit, & fere ſemper uſurpatus a Notariis Seculo XI. & XII. Poſt Annum 1200. vix ejus veſtigia reperias.

At inquiet aliquis: Res incommoda plane fuerit Italicae genti, ejuſque Judicibus, tot diverſas uno tempore habere Leges, quibus uterentur homines. Verum qui ſic loquitur, manu os quaeſo comprimat; noſtris enim temporibus aliis iiſque fortaſſe magis incommodis ritibus vivimus: & tamen minime conquerimur. Nunc enim non dicam Civitates fere omnes, ſed ipſa etiam Oppida ſuis Legibus Municipalibus, ſive Statutis vivunt, ita ut qui cauſas agere aut judicare ſibi ſuſcipit, longe plures quam olim, imo paene innumeras Leges praeter communem conſulere pro caſibus cogatur. Olim duae aut tres ſummum Leges in quotidiano uſu erant, nempe Romana, Langobardica, atque Salica; Alamannicam enim, Ribua-

Digitized by Google

riam, aut Bajoaricam raro producere opus erat: nunc autem quis in Italia numeret? Adde quod eorum temporum Leges modico conſtitutionum apparatu ac numero expediebantur; nam & ipſarum Romanarum ſtudium in Codice ac Novellis ferme conſiſtebat, quum Pandectae aut nuſquam, aut vix notae forent. Quamobrem nihil eſt quod miremur antiqua tempora, quando noſtra nobis uberiorem mirandi, aut conquerendi cauſam praebere poſſent. Ceterum iis Seculis diverſitas Legum induxit diverſitatem quoque Judicum, ita ut alii eſſent *Judices Romani*, hoc eſt Romanae Legis periti, alii *Langobardi*, *Franci* &c. Eſt mihi egregium Placitum à Bonifacio Marchione inclyto Comitiſſae Mathildis Patre habitum *Pontificatus Domni noſtri Benedicti Summi Pontificis* &c. *Anno Quarto; Regni Henrici Regis, qui antea regnabat, quam coronam Imperii ſuſcepiſſet XI. ſed poſtquam coronam Imperii ſuſcepiſſet, ſecundo, die XIV. menſis Decembris Indictione XIV. Ferrariae*. Eſt hic Annus Chriſti 1015. Atque hinc intelligas, quoto anno decurrere coeperit Henrico I. Sancto Epocha Italici Regni, diverſa a Germanicae Coronationis Anno. Itaque *dum reſideret in generali Placito, atque in Judicum judicio Domnus & inclytus, & illuſtris Bonefacio Marchio ad Legis juſtitias faciendas ac deliberandas; & cum eo pariter reſidebant Demetrius, & Alfredus, & Martinus, & Sichelmus, & Gariardus, & Guido, qui vocatur de Macaritico, Judices Romani, & Ubertus, & Wido Judices Langobardorum, Petrus Conſul* &c. Quod Ferrariae fiebat, multo magis factum fuiſſe cenſendum eſt in aliis Italici Regni Urbibus & Curiis. Imo & in ipſa Urbe non neglectae neque inauditae fuerunt Langobardicae Leges, ut conſtat ex egregio Placito, quod Clariſs. Mabillonius evulgavit, habito illic a Gregorio V. Summo Pontifice, & Ottone III. Imperatore Anno 999. ubi Hugo Abbas Farfenſis ea Lege utitur; Gregorius vero Abbas SS. Coſmae & Damiani Romano Jure ſe ſe tuetur.

At quid factum de Langobardorum Lege, quae nunc in Italia vix de nomine cognita loco penitus ceſſiſſe videtur, uno Romano Jure in Forum admiſſo, & Legibus locorum Municipalibus ubique judicia temperantibus? Doctiſſimus Vir Carolus Sigonius heic loquatur. Res Lotharii II. Caeſaris perſequitur ille Lib. XI. de Regno Italiae, atque haec habet ad Annum 1137. *Conſtans praeterea doctorum hominum monumentis eſt fama, Lotharium, ut ex uno Jure Civili Romano poſthac judicia fierent, Lege ſanxiſſe. Ante hoc tempus Italici certe, alii Langobardica, alii Salica, alii Romana Lege utebantur. In poſterum autem omnes uni Juri, unique Legi, reliquis abrogatis, nempe Romanae obtemperarunt; Juſque Civile publicis Italiae in Gymnaſiis majore celebrari ſtudio, & diligentiore coli opera coeptum. Primus autem Bononiae Irnerius exponere coepit, ut Odofredus memoriae prodidit; primuſque Gloſſas, ut vocant, in illud ſcripſit, quem deinde alii ſequuti certatim illius ſunt induſtriam aemulati. Hoc autem ſenſiſſe quoque videtur Urſpergenſis, quum Irnerium regnante Lothario ad Pandectas interpretandas acceſſiſſe ſcribit. In eo tamen aperte falſus, quod Mathildis rogatu id ſuſcepiſſe muneris ait, quae multo ante Lotharii Imperium e vita migravit*. Magna profecto Sigonii mei auctoritas inter Eruditos, & jure merito: ejus autem ſententiam hoc in loco veluti rem certam ſuſcepere plerique. Verum liceat & mihi poſt Lindenbrogium in Praefat. ad Codic. Leg. Antiquar., & Conringium de Orig. Jur. Germ. Cap. 22. quod ſentio libere effari. Fama una, qua Sigonius heic eſt uſus, nullo veritatis fulcro inniti mihi videtur. Neminem vetuſtum Scriptorem diligentiſſimus Vir laudare potuit hujuſce rei teſtem; & ne nunc quidem poſt tantam eruditionis lucem oſtendere quis poſſit. Vix fieri poteſt, ut rem tanti momenti, qualis eſt veterum Legum abrogatio, nullus veterum memoraverit, qui Lotharii II. Auguſti Vitam atque acta, aut Hiſtoriam illorum temporum eſt perſequutus. Et praecipue quum pro more temporum illorum nonniſi in publicis Italici Regni Comitiis, & conſenſu Optimatum conſtitui Lex illa potuerit, per quam Langobardicis Legibus tamdiu ab Italia uſurpatis auctoritas omnis tolleretur, & unum Jus Romanum in Scholas, & Fora induceretur. Ad haec Nicolaus Boherius in Praefatiuncula ad Leges Langobardicas, editas Venetiis apud Juntas Anno 1621. poſt Novellas, & Conſuetudines Feudorum, appoſite animadvertit, in Prooemio, ſeu Tit. I. Lib. II. de Feudis, Obertum de Orto haec ſcripſiſſe ad Anſelmum filium: *Cauſarum, quarum cognitio frequenter nobis committitur, aliae dirimuntur Jure Romano; aliae vero Legibus Langobardorum* &c. Poſt Lotharium II. ſub Friderico I. floruit Obertus de Orto Mediolanenſis, cui potiſſimum, ut creditur, debemus Conſuetudines Feudorum. Ergo & poſt Lotharium ipſum viguit Langobardicarum Legum auctoritas; ac propterea Dionyſius Gothofredus in Notis ad hunc Titulum ita loquitur: *Longobardiae Libros*, hoc eſt Jus Langobardicum, *authenticos eſſe hinc colligitur*. Accedat & *C. Raynutius de Teſtamentis*, ubi Innocentius III. qui Anno 1200. in Romana Cathedra ſedebat, Jus Langobardicum vulgare, & adhuc vigens commemorat, ut alia Feudalium Conſtitutionum

loca,

Digitized by Google

loca, & Decretalium, & antiquas Juriſperitorum Gloſſas omittam, ex quibus late evincitur, non abrogatas fuiſſe a Lothario II. Langobardorum Leges, eiſque longe poſt ipſum ſuam adhuc vim ac robur ſtetiſſe. Denique evidenti argumento mihi conſtat, nihil Anno 1137. Legum Langobardicarum vigori detractum; nam & poſt illud tempus ad finem uſque illius Seculi innumeris Chartis Contractuum ac Teſtamentorum, quas ſub oculis habui frequens illa formula occurrit; *Ego N. N. qui profeſſus ſum ex Natione mea Lege vivere Langobardorum*. Si adhuc tot gentes in Italia ſecundum Langobardorum Legem vivebant, ergo ejuſmodi Lex regnare in Foro pergebat, neque eam proſcripſerat quiſquam. Palmare, inquam, argumentum illud eſt, ut propterea famae a Sigonio contra prolatae jam tuto ſit neganda fides.

Quae quum ita ſint, nunc inquirendum reſtat, cur e medio ſublatae fuerint ipſae Langobardorum Leges; & an iis omnino erepta ſit auctoritas. Id autem cauſae fuiſſe videtur, quare Langobardicum Jus ſilere ſenſim, ac ut ita dicam vileſcere coeperit, quod quum poſt Pacem Conſtantiae Anno 1183. ſtabiliorem, ac latiorem Libertatis & Imperii titulum adeptae fuerint Italiae Civitates, unaquaeque ſuis conſuetudinibus vivere, ac ſibi Leges dicere, & criminum poenas, ac Judiciorum, Contractuum, Succeſſionumque formas conſtituere pro Civium ac Rectorum voluntate maluit. Atque hinc paulatim ſuccrevere *Urbium Statuta*; ſive Municipales Leges, pro ut Reipublicae ſuae quiſque accommodatius, utiliuſque putabat. Itaque loco priſcarum Legum, ejuſmodi *Statuta* invaluerunt; nam quaelibet Civitas iis potiſſimum ſe ſe regebat, & glorioſius unicuique viſum parere Legibus ſuis, & a ſe conditis, quam Juri antiquo. Verum Romanae Leges non parem cum Langobardicis fortunam ſubire coactae. Quum enim Lothario II. regnante in expugnatione Amalphis facta Anno 1137. celeberrimus Codex Pandectarum, ſive *Digeſtorum*, quorum a multis Seculis vix ullus erat uſus aut notitia apud Italos, in Piſanorum manus incidiſſet, Jus Romanum, quod tamen Romae numquam obſoleverat, manibus Eruditorum verſari crebrius ac diligentius coepit, & Codici ac Novellis facta eſt illuſtris acceſſio. In hiſce Libris Juriſprudentiae fontes, illic praeclara veterum Auguſtorum Edicta & Sapientum Reſponſa claudebantur, quae ſtudioſorum oculos mentemque praeſtringebant; & levi negotio omnibus conſtabat, ejuſmodi Jus prae Langobardico, rude nimirum Seculorum ſuorum ingenium praeferente, rectius, plenius, atque praeſtantius eſſe. Contigit etiam, ut Bononiae primum publicae Scholae Juris inſtituerentur, non quidem a Theodoſii II. temporibus, ut olim commenti ſunt nonnulli, & poſt Gherardatium, alioſque Hiſtoricos, aut ineruditos Legum Interpretes, perſuadere ſibi pergunt quidam nimis creduli, ſed Seculo XII. tantum: quod nobile inſtitutum ad alias quoque Italiae civitates deinde propagatum eſt. In unum autem *Jus Romanum* ingenia ſua exercere Legum ſtudioſi coeperunt; & qui in iis proficiebant, primo laurea donati, tum ad dicendum Jus Populis, illudque Romanum, accedebant. Itaque facta civitatibus Italicis facultate aut condendi Leges novas, aut ſectandi veteres, Statuta quidem, ſeu Leges Municipales ubique eruperunt, quibus non ſolum a Langobardicis, ſed & a Romanis diſſentiebatur: ſed ingenti inter has Leges diſcrimine. Nam ubi Statuta nihil decrevere, Romanorum Juri ſtandum ſibi fere omnes Italiae Populi aut tacite aut aperte conſenſerunt; Langobardico vero Juri nemo exinde operam dedit, nemo ad illud in Judiciis & Contractibus provocavit. Et profecto nulli Eruditorum hactenus demonſtratum eſt, Romanas Leges in Italico Regno olim paene abjectas, & a paucis in uſum receptas, aliquo ſubſequentium Romanorum Caeſarum edicto ſuae priſtinae auctoritati reſtitutas. Spontaneo Populorum conſenſu id factum, ita ut, ſi forte Venetiarum fora excipias, Romanum Jus nunc ubique apud Italos obtineat atque effloreſcat, non ex alicujus Auguſti decreto, ſed ex gentis noſtrae uſu, ac tacita confirmatione, quae legis loco habenda eſt, atque habetur. Idem quoque apud Germanos accidit.

Quibus animadverſis, quid de Langobardica Lege dicendum ſit percontetur aliquis: Num omnis ei detracta auctoritas? Reſpondeo, Juriſperitos in varias heic abire ſententias. Sunt qui affirment, ſunt & qui negent. Ad primos quod attinet, Baldus in *Auth. Dos data* poſt Odofredum, & in *l. Si invita C. de Nuptiis*, aliiſque in locis diſerte pronuntiat, Langobardicum Jus *hodie ab Aula receſſiſſe*, ipſumque *eſſe invalidum*, atque *de eo non eſſe curandum, & minime authenticum* eſſe reputandum. Praeterea Lucas de Penna in *l. unica C. de Gladiatoribus* affirmare non dubitat, *Langobardicas Leges factas fuiſſe a beſtialibus, neque mereri appellari Leges, ſed faeces*. Pejora effudit Andreas de Iſerniá in *c. 1. §. item ſciendum de not. Feud.* quem totis pedibus ſequutus eſt Maranta in Praxi par. 3. num. 121. Etenim uterque Jus Langobardo-

rum

Digitized by Google

rum appellat *asininum*, *& sine ratione*. Verum cavendum erat Legulejis istis, ne asininam judicandi rationem hac in re sequerentur. Utique longo intervallo infra Legum Romanarum dignitatem & aequitatem sunt Langobardicae; at non ideo tanto contemtu insultandum est illis. Pro temporum suorum infelici conditione conditae fuerunt; neque ab iis iniqua jubentur, si duellum excipias, quod tamen non imperatum, sed permissum fuit, sive toleratum, idque in rarissimis casibus, idque *scuto* solum & *fuste* plerumque agebatur; & denique id coacti sunt permittere Langobardorum Reges, eorumque Successores, quod consuetudo nimis radicata se nondum patiebatur avelli. Audi Liutprandum Regem, Monomachiam ipsam sat apertis verbis improbantem Lib. VI. Cap. LXV. infra *quia*, inquit, *incerti sumus de judicio Dei, & multos audivimus per pugnam sine justa causa, suam causam perdere (perdidisse* legitur in Codice Estensi*) Sed propter consuetudinem gentis nostrae Langobardorum Legem impiam (ipsam* habet idem Codex*) vetare non possumus*. Iis nempe temporibus non apud Langobardos solum, sed & apud Francos, Alamannos, aliasque gentes Romanis moribus aut Legibus minime excultas, singularia certamina, pauca tamen, & multis adstricta regulis, in usu erant, earumque probationum numero adjungebantur, quae olim ex falsa persuasione *Judicia Dei* audivere. Ad haec non tantum a Regibus & Augustis, sed & a multis Ecclesiarum Pastoribus ejusmodi spectacula tolerabantur, ut propterea non indignandum sit, aut irrisionibus agendum contra Majores nostros, quos Seculi barbaries meliora obtinere non sinebat; sed Seculo nostro gratulandum, quod tamdem in melius profecerit, & post tot Summorum Pontificum & Principum edicta reluctantes Populorum animi in hoc negotio sapientius ac mitius agere didicerint.

At adhuc interrogare quis pergat, num Langobardicis Legibus in Italia abrogata sit omnis auctoritas. Mihi non tribuo tanti ponderis litem dirimere. Id Caesaris, aut Principum est, ad quos nempe pertinet novas Leges condere, & veteres abrogare, abrogatasve edicere. Hoc solum addam, ex nullo Romanorum Imperatorum, aut Principum Italicorum Edicto, quod ostendatur, dejecta e solio suo fuisse Langobardica jura in iis, quae Romano Juri, aut peculiaribus civitatum Statutis non opponuntur. Adde, laudari Langobardicam Legem in Constitutionibus Feudalibus, in Decretalibus, & Glossis, ac proinde uti *authenticam* memorari, & veluti unum ex fontibus Juris. Neque sane, quod privato cuipiam Legum Romanarum studioso Langobardicae stomachum moveant, & nullius jam pretii atque auctoritatis apud illos censeantur, continuo detracta est iis vis omnis; nam in paucorum jure minime positum est publicas, & decreto Principum olim firmatas Leges antiquare, atque explodere arbitrio suo; neque desunt alii Jurisconsulti, qui secus sentiunt, & ad causarum decisionem Langobardicarum jus adduci adhuc posse in Italia arbitrantur. Ut alios omittam, Goldastus in Praefat. ad Collect. Legum inter hujus sententiae patronos recenset Dionysium Gothofredum, quem & ego supra loquentem induxi, tum Franciscum Curtium Juniorem in Tract. Feudor. Cap. 6. n. 2. Jacobum Spiegelium, Carolum Siculum, Nicolaum Boherium, Vitum Amerbrachium, Matthaeum de Afflictis, Carpanum, & alios. Johannes etiam de Lignano in C. *Raynutius* supra memorato auctor est, Jus Langobardicum per Canones adprobari, ideoque esse servandum. Quod autem Cardinalis Alexander, Maranta, ac alii scribunt, illius usum & robur adhuc vigere in multis Siciliae locis, id aliis diligentius investigandum relinquo. Aliorum quoque erit intimius inquirere, an ipsae Langobardicae Leges, Imperatorum, ac Regum, Populorumque consensu & usu sacratae, ex una desuetudine ac non usu dicendae sint omnino abrogatae, atque ita extinctae, ut iis nulla sit amplius in Italicis Foris futura vis atque auctoritas. Mihi sat sit haec pauca disseruisse.

Nunc agendum de harum Legum editione, quam nunc instruendam suscipio, plane, ut arbitror, utilem, imo necessariam ad intelligendos Majorum nostrorum mores, publicique regiminis instituta, unde etiam Historiae illorum temporum lux non modica affulgere possit. Jam pluries Typographorum ope evulgatum est Jus Langobardicum. Inter ejus editiones laudanda, quae a Basilio Johanne Heroldo procurata est Basileae Anno 1557. Hanc diu perquisitam invenire nusquam potui. Sed cum rari apud nos ejus codicis e sua florentissima Bibliotheca Excellentissimus Comes Carolus Archintus Blanco nostro copiam feciset, is collata utraque lectione titulos omnes in Heroldi editione Langobardicis legibus praepositos excerpsit, & ad nostram composuit, necnon praecipua quaedam inter se variantia notavit, quae mox nostris legimus praeponemus. Plenior ac emendatior illa creditur, quam Fridericus Lindenbrogius Anno 1613. in *Codice Legum Antiquarum* Francofurti in folio procuravit; quippe ille usus est insigni Codice membranaceo,

Digitized by Google

naceo, qui teſte Cl. V. Johanne Alberto Fabricio adhuc viſitur in Bibliotheca Johannea Civitatis Hamburgenſis. Ibi quoque leguntur Caſtigationes variaeque Lectiones. Habemus eaſdem Leges Venetiis quoque impreſſas Anno 1537. tum Anno 1621. apud Juntas, & Novellis Juſtiniani adjectas. Quod peculiare praefert editio hujuſmodi, appoſitae ſunt ibi ad univerſas Leges perpetuae *Gloſſae*, ſive Commentarii *antiquiſſimi Doctoris Caroli Cotti Siculi*, qui ante quadringentos annos floruit; *Scholia Nicolai Boberii* Gallici Juriſconſulti, tum *Gloſſemata* quaedam ex vetere MSto excerpta, & denique *Commentarii Andreae de Barulo*, ut propterea ſuum & huic editioni ſit pretium. Tertia, quae mihi memoranda eſt, Langobardicarum Legum editio, illa eſt, quae Melchioris Goldaſti opera Francofurti ſub titulo *Collectionis Conſuetudinum & Legum Imperialium*, facta eſt Anno, ut arbitror, 1613. eum ſiquidem Annum Epiſtola Dedicatoria praefert, cujus loco poſteriorem alteram habeo, ibidem Anno 1674. procuratam typis Heinrici Friſii. Hac autem editione ſum uſus ad exprimendam illam, quam nunc Lectoribus ſiſto, ſed ope Notarum, quas addidi, ſuae integritati, ut ſpero, reſtitutam. Nempe mihi natum conſilium, ſpeſque etiam addita novae Langobardicarum Legum editionis inſtituendae, quae ceteras praecedentes poſt ſe relinquens, uberior ac emendatior evaderet; quippe in hanc rem egregios duos Codices MStos, unde multum praeſidii exſpectandum erat, mihi fortuna ſecunda objecit. Unum poſſidet Bibliotheca Eſtenſis, non quidem vetuſtum, ſed ex vetuſtiſſimo Codice MSto deſcriptum circiter Annum 1490. a Peregrino Priſciano Ferrarienſe, Viro multae Eruditionis, cujus Libros aliquot de Ferrarienſium, ac Ateſtinorum Principum rebus manu exaratos, reliquis deperditis, ſervamus. *Has omnes Leges* (ita ille ſcribit) *licet ſummo ſtudio & diligentia, longaque perquiſitione, tamdem reperimus, Originalemque Librum, barbaro etiam more repaginatum habuimus, venerationem quamdam vere praeſeferentem. Et quoniam rari, & raris apparent Codices ipſi, & a multis ignorantur Langobardae Leges illae, quarum etiam meminerunt nonnulli Juriſconſulti, ut omnibus innoteſcant, nobis labori haud fuit, Leges eas omnes heic tranſcribere*. Ita Priſcianus, cujus labor multo mihi fuit uſui ad haec tamdem in meliori lumine collocanda. Nam primo ceterae editiones, quas novi, (una Heroldi excepta) non exhibent nobis conjunctim Leges a ſingulis Regibus, aut Imperatoribus confectas; ſed eas diſtributas adferunt ſecundum ordinem Titulorum, hoc eſt ſecundum varia Juriſprudentiae argumenta. Quam diviſionem, ſive diſtributionem Legum Melchior Goldaſtus tribuit Petro Diacono Caſinenſi, qui ſub Lothario II. Anno 1337. florebat, ob variam eruditionem, Libroſque evulgatos Vir celebratiſſimus; vetereſque Codices hanc ab eo ſuſceptam curam teſtari dicuntur. Hujus rei ſit apud alios fides. Illud conſtat, plane antiquam eſſe ejuſmodi Legum in varios Titulos ſectionem, quandoquidem Conſtitutionum Feudalium Auctor ſecundum illam Langobardicas Leges memorat.

At in Eſtenſi Codice quaecumque Leges a ſingulis Regibus aut Auguſtis manarunt, eae omnes conjunctae leguntur; ut hinc etiam diſcas, ante Petrum Diaconum, ſive quiſquis ille fuerit diſtributarum Legum Auctor, ſcriptum fuiſſe Codicem, quem prae oculis habuit Priſcianus. Itaque a Rothari Rege fit initium in Codice Eſtenſi, ejuſque Leges CCCXC. continenter referuntur. Tum Leges Grimoaldi, Liutprandi, & ſubſequentium Regum, ac Imperatorum. Poſtremae Leges tres Henrico II. Auguſto tribuuntur, quarum prima fortaſſis in Italia, reliquae vero duae *Turegi* ad lacum Conſtantienſem *in univerſali conventu noſtrorum Fidelium Italicorum* promulgatae fuerunt; neque enim publicae Leges, ut ſupra innui, niſi in Conſilio Procerum atque Optimatum Regni, conſtitui olim ſolebant. Ex his facile colligas, quo tempore ſcriptus fuerit Codex ille venerandae antiquitatis, ex quo ſuum exemplar, nunc in Eſtenſi Bibliotheca adſervatum, Priſcianus expreſſit; niſi quod ſuſpicioni locus eſt, Codici longe antea ſcripto adjici potuiſſe recentiori manu Leges Conradi I. & Henrici II. Auguſtorum. Quod tamen praecipuum magnique faciendum habet laudatus Codex Eſtenſis, occurrunt ibi fere omnes *Prologi* a Regibus aut Imperatoribus praefixi Edictorum ſuorum publicationi, quorum uti jacturam dolere aequum erat, ita & reſtitutionem percupere. Exciderant autem e Legum Langobardicarum ſerie, ex quo abjecto primigenio illarum ordine, in Titulos ſegmentaque varia eae Leges diſpertitae fuerunt, quales in vulgatis antea editionibus videre eſt. Et has quidem *Praefationes* omnes & ſingulas an quiſquam antea publicis Typis conſignarit, incompertum eſt mihi. Baſilius quidem Johannes Heroldus Prologum Regis Rotharis noviſſe dicitur, at in medium non adduxit; & fortaſſe ejus notitiam ille hauſerat a Paulo Diacono, qui nonnulla ex eo verba adfert. Ad haec celeberrimus Vir Carolus Sigonius in Libros de Regno Italiae particulas quidem nonnullas earumdem Praefationum intulit;

ſed

Digitized by Google

ſed non omnia evulgavit. Unus ergo hactenus integrum Exordium Legum Rotharis (ex ipſius fortaſſe Sigonii ſchedis MStis in Ambroſiana adſervatis) evulgavit nuper memoratus Horatius Blancus in Notis ad Pauli Diaconi Hiſtoriam Langobardicam pag. 413. Tom. I. hujus Operis. Neque heic ſilentio praetereundum, Rotharim profiteri in exordio ſuo tum apud Sigonium, tum in Eſtenſi Codice, ſe Collectionem earum Legum edidiſſe *Anno Regni mei, Deo propitio, Octavo, aetatiſque meae Triceſimo Octavo, Indictione Secunda, & poſt adventum in Provinciam Italiae Langobardorum, ex quo Alboin tunc temporis Rex procedente divina clementia advenit, Anno Septuageſimo Sexto*. Paulus autem Diaconus & ipſe diſerte innuit Lib. IV. Cap. 44. de Geſt. Langobard. tempus editarum a Rothari Legum, inquiens: *Erat autem jam ex quo Langobardi in Italiam venerant, Annus Septuageſimus Septimus, ſicut idem Rex in ſui Edicti teſtatus eſt Prologo*. Eſtenſis Codex a Sigoniano in aliquibus diſcors, cum eo tamen conſentit in aſſignando Anno *Septuageſimo Sexto* poſt adventum Langobardicae gentis in Italiam. Clariſſimus Pagius Critic. Baron. ad Ann. 638. n. 7. iſta perpendens, contendit male ſe haec habere; nam quum ex Paulo Diacono conſtet, Langobardos Anno 568. ſeu 567. primum in Italiam ingreſſos, Annus LXXVI. vel LXXVII. poſt eorum irruptionem cadit in Annum 643. quo revera currebat a Kal. Septembris Indictio Secunda, ſed Rothari *Annus Regni mei Octavus* minime decurrebat, uti idem Pagius ex Chronologia Regum Langobardorum ſe demonſtraſſe putat. Proinde Librariorum vitio factum ait, ut pro Anno *XIII.* ſcriptum perperam fuerit *VIII.* At patiatur Pagius, me non tam facile in ejus ſententiam concedere; neque enim tam certis fundamentis hoc in loco ejus Chronologia nititur, ut potius Praefationis hujus auctoritati, quam Fredegarii textui ſint manus inferendae. Certe mirum videatur, quod Codices omnes Langobardicarum Legum in Annis Rothari vitiati fuerint. Camillus quoque Peregrinius Italic. Rer. Tom. II. pag. 332. antiquiſſimum earum Librum MStum memorat, ubi iiſdem verbis hae ipſae in Rotharis Praefatione Chronologicae notae leguntur. Quod autem idem Pagius addidit, erraſſe Paulum, quum Audoinum Langobardorum Regem *Nonum* appellavit, id minime eidem vitio vertendum eſt, ſed quidem Librariis: nam Paulus nullo praetermiſſo, Regum Langobardorum ſeriem texit, qualem in Prologo Rotharis infra edendo reperies. Igitur quotquot Legum Langobardicarum Prooemia hactenus neglecta ſervavit nobis Eſtenſis Codex, in Editione noſtra nunc publicum diem videbunt: quod, ut puto, non exiguum earum ornamentum erit.

Ad haec parergon non parvi faciendum, ipſiſque Legibus addendum, ſuppeditavit mihi ſaepe laudatus Codex. Nimirum ad varias Leges appoſitae ſunt *Formulae*, quibus veteres cauſarum Patroni, Langobardicum Jus profeſſi, utebantur tum agendo tum excipiendo, quum res poſcebat, in foro. Ut ut quiſquiliae riſu dignae videri, & fortaſſe ſtomachum movere haec poſſint acutiſſimis ac delicatulis noſtrorum temporum Legulejis: attamen ſapientibus ac Eruditionis antiquae amatoribus, ſi quid ominari licet, voluptatem haec etiam allatura confido. Hinc enim deprehendas, quales Majorum noſtrorum eſſent artes in agitandis litibus, quaeve ſcientia; ipſaque proinde eorum, ſi ita velis, enormis & craſſa Minerva nobis objecta, qui tam longe diverſis moribus utimur, delectationem pariter & utilitatem ingeret. Neque parum ejuſmodi *Formulae* conducent ad ipſarum Legum, veteriſque Hiſtoriae intelligentiam, eo potiſſimum nomine, quod multam praeferant antiquitatem. Illud denique mihi praeſtitit Eſtenſis Codex, ut varias Lectiones Editioni huic adjungerem, ſimulque ut non uno in loco dignoſceretur, qui ſincerus Legum textus foret, quaeve Gloſſemata in ipſum textum furtive ſubingreſſa. Hujus rei exemplum nobis reliquit Clariſſimus Baluzius in Notis ad Capitularia Tom. II. pag. 992. ubi Legem Langobardicam *Si quis ancillam ſuam propriam* &c. oſtendit ſcatere nonnullis Gloſſematis, quae in textum irrepſerant, ipſamque Legem ſuae integritati reſtituit ope duorum Codicum MStorum, quibuſcum facit & Codex Eſtenſis. Eamdem medicinam ego quoque aliis Legum locis adhibebo. Atque haec de Codice Eſtenſi, in cujus calce Salicae etiam Leges MStae leguntur.

Alterum Codicem MStum ad hanc editionem concinnandam praeſto habui, magni utique pretii ac uſus mihi, quem ſervant in ſuo Tabulario Mutinenſis Cathedralis Canonici. Ante Annos ſeptingentos ſcriptum fuiſſe tum characterum rotundorum forma, tum Kalendarium Tom. II. pag. 216. hujus Operis a Bacchinio evulgatum evincere videntur. Illic primo loco occurrunt *Leges Salicae* diſtributae in Capitula LXX. cum effigiebus quatuor Virorum, qui eas confecerunt, ſed ineptiſſime pictis, nullamque graphicae Artis peritiam redolentibus. Praemittitur Praefatio, quam dudum ediderat Lindenbrogius, & rurſus in lucem protulit Johannes Geor-

Digitized by Google

Georgius Eccardus, vir eruditiſſimus, cui noviſſimam editionem Salicae Legis Anno 1720. Francofurti & Lipſiae procuratam debemus, ejuſque in illam Notas, etiam poſt Pithoei, Wendelini, Bignonii, & Baluzii praecedentes commentarios, cum voluptate legendas. Supralaudatus celeberrimus Fabricius pag. 334. ſupplement. ad Bibliothecam Latinam Anno 1712. Hamburgi evulgatam haec ſcribit: *Multis ſe partibus Lindenbrogii Codicem Legum antiquarum meliorem dare poſſe, quum in hac Urbe verſaretur, affirmavit mihi V. C. Johannes Georgius Enartus, Profeſſor Helmſtadienſis, & Linguae veteris, atque Antiquitatum Teutonicarum indagator ſolertiſſimus.* Heic vides delineatum Clariſs. *Eccardum*, ſed ejus cognomen a Typographo plane deformatum. Quum vero eadem Salicarum Legum Praefatio in Mutinenſi MSto multa habeat, conferenda prorſus cum editione Eccardi, propterea ex eodem Codice deſcriptam Lectoribus exhibere & ego non inutile duxi. Ita vero ſe habet:

Gens Francorum inclyta, auctore Deo condita, fortis in armis, profunda in conſilio, firma in pacis foedere, corporea candore, forma egregia, audax, velox, & aſpera, nuper ad Catholicam Fidem converſa, immunis ab Haereſe, dum adhuc ritu detineretur barbarico, inſpirante Deo, inquirens ſcientiae clavem, inter armorum ſuorum qualitatem deſiderans juſtitiam, & cuſtodiens pietatem, actaverunt Salicam Legem per Proceres ipſius gentis, qui tunc tempore aderant. Auctores electi de pluribus viris quatuor his nominibus Wiſegaſtus, Bedogaſtus, Salegaſtis, Aregaſtis in loca denominantia Wiſochane, Bedochane, Salcchane, & Arechane; qui per tres mallos venientes omnes cauſarum origines excutiendo, tractantes de ſingulis, judicium decreverunt hoc modo. At ubi Deo favente Rex Francorum Chlodoveus, pulcher & inclytus, primus recepit Catholicum Baptiſmum, & quod minus in Pacto habebatur idoneum, per praecelſos Reges Chlodoveum, & Childebertum, & Chlotarium fuit lucidiſſimae emendationis arte decretum. Vivat, qui Francos diligit. Chriſtus eorum Regnum cuſtodiat, Rectores eorumdem lumine ſuae gratiae repleat, & exercitum protegat, Fidei munimen tribuat, pacis gaudia, & felicitatis tempora Dominus Jeſus Chriſtus propitiante pietate concedat. Haec eſt enim gens illa, quae dum eſſet numero fortis, & robore, validum Romanorum jugum duriſſimum de ſuis cervicibus excuſſit pugnando, atque poſt agnitionem Fidei Sanctorum Martyrum Corpora, quae Romani vel igne vel ferro trituraverunt, vel beſtiis lacerando projecerunt, Franci ſuper eos aurum & lapides pretioſos ornaverunt. Placuit atque convenit inter Francos, eorumque Proceres, ut pro ſervando inter ſe pacis ſtudio omnia incrementa rixarum reſecare deberent, & quia ceteris Gentibus juxta ſe poſitis fortitudinis brachio praeminebat, ita etiam Legale authoritate cauſarum ſumeret criminalis actio terminum.

In Codice quoque Eſtenſi eadem, ut praefatus ſum, Lex Salica habetur cum ea tantum Praefatione, quam adfert Clariſs. Baluzius Tom. I. Capitular. pag. 26. & Eccardus pag. 8. Ibi vero haec ita prae ceteris leguntur: *Haec omnia Dagobertus Rex glorioſiſſimus per viros inluſtres Claudium, Chadoindum, & Agilboſſum renovavit, & omnia vetera Legum in melius tranſtulit, & unicuique genti ſcripta tradidit, quae uſque hodie perſeverant. Factae ſunt autem Leges, ut earum metu humana coërceretur audacia, tutaque ſit inter reprobos innocentia, & in ipſis improbis ſint formido ſupplicia, & refrenetur nocendi facultas.* Atque haec pauca retuliſſe mihi licuerit, quae ut ut extra chorum videri poſſint, operae tamen pretium fuit memorare in Eruditorum gratiam.

Redeo ad Codicem in Archivo Collegii Canonicorum Mutinenſium cuſtoditum. Ibi poſt nuper allatam Praefationem ſequitur *Carmen Heroicum de totius ſpeculatione hujus praeclari voluminis.*

Hunc Heros Librum Legum conſcribere fecit
Eurardus prudens, prudentibus omnia vexit.
Quiſquis amat cunctas Legum cognoſcere cauſas,
Arbiter, & clarus vult omnibus ipſe videri;
Hunc avidus cupiens oculis animoque requirat:
Depictos Salicos Francos in fronte videbit,
Poſt, Legem quorum conſcriptam cernet & ipſam.
Cognoſcet Libro Ribuenſes namque ſequenti,
Conſequitur quorum Lex crimina multa perartans.
Effigies jam Langobardorum tertius ornat,
Collectam Legem cernes, mirabile viſu.
Poſt pictos multos Alamannos ipſe videbis,
Et Legem quorum cernes jam jamque ſequentem.
At Bajoaria Lex quintum tenes ipſa Libellum.
Quam pulchras poteris, ſi velis, forte videre
Effigies, Lector, Francorum ſchema per aevum.
En Carolus cum Pippino quam fulget in vultu.
En Hludowicus Caeſar, quamque Hlotharius Heros,
Ipſorum quantum & Leges per cuncta tonantes,
Nunc fulgent, fulgebunt, quod Deus addat & ultra.

Digitized by Google

Carmen Eleycum cui ſupra.

Hos tibi verſiculos, prudens Eurarde benigne
Deſcripſi paucis infimus ecce Lupus.
Si Deus aeternus vitae ſuperadderit annos,
Nunc majora reor dignius ipſe canam.
Te Pater, atque Patris proles, te Spiritus almus
Protegat, exaltet, ſalvet, honoret, amet.

Si quis conjecturis locus, *Eurardus* iſte, cui Librum a ſe ſcriptum *Lupus* dicat, illuſtris Princeps fuit, quippe *Heros* appellatur, floruitque temporibus Ludovici II. Imperatoris circiter Annum 860. quum inter Italiae Reges a Lupo tantummodo memorentur Carolus Magnus, Pippinus, Ludovicus Pius, & Lotharius. Circa eadem tempora novit Italia *Eurardum*, ſeu *Eberhardum*, aut *Berardum* (idem nomen haec ſonant) *Forojulienſem Ducem ac Marchionem*, Berengarii poſtea Regis ac Imperatoris patrem, teſtibus non uno in loco Francorum Annalibus. Fieri potuit, ut Lupus iſtius Principis juſſu variarum gentium Leges in unum colligeret Librum, quem poſtea una cum iiſdem Lupi verſibus deſcripſerit circiter Annum a Chriſto nato Milleſimum Librarius aliquis pro uſu Canonicorum Mutinenſium. Quocumque modo ſe res habuerit, poſt Leges Salicas in laudato Codice ſequuntur *Leges Ribuariae* diſtinctae in Capita CXXVII. Codici tamen decidit folium unum. Tum *Leges Langobardorum*, de quibus infra; ac deinde *Lex Alamannorum* continens Capitula XCV. cum hoc Titulo: *Incipit Lex Alamannorum, quae temporibus Hlotharii Regis una cum Principibus ſuis, ideſt XXXIII. Epiſcopi, & XXXIV. Duces, & LXXXII. Comites, & cetero Populo coadunato edita eſt.* Subſequuntur *Leges Bajoariorum*, quarum ſunt Tituli CCXXIV. Denique leguntur *Capitularia* quaedam Caroli Magni, Pippini, Ludovici Pii, Lotharii, & Ludovici II. de quibus, uti & de Langobardorum Lege, agendum mihi nunc erit, poſtquam unum adnotavero. Nempe in Codice Mutinenſi alio ordine, quam in editis, procedere Leges Salicas; Titulus I. eſt *De Mannire*. II. *De eo, qui ad Mallum venire contemſerit*. III. *De eo, qui Grafionem ad res alienas tollendas injuſte invitaverit*. IV. *De Rachimburgiis, qui ſecundum Legem non judicant* &c. Ribuariarum itidem Legum Tituli non eam diviſionem habent, quam editi Libri. Primus eſt *De ictu ingenuorum abſque ſanguine facto*. II. *De ictu eorum ſanguine facto*. III. *De fractura oſſium*. IV. *De plagis infra capſum*. V. *De abſciſſione auriculae* &c. LXXIV. *De Fiſcalibus Judicibus* &c.

Venio ad Leges Langobardorum, quas praecedit narratiuncula de illius gentis origine ac Regibus. Expreſſa eſt e Pauli Diaconi Hiſtoria, ideoque uti ſuperfluam ſuis tenebris dimiſi. Tum legitur hic Titulus: *Incipiunt Capitula Legis Langobardorum, ſeu concordia de ſingulis cauſis, quam Rothari, Grimald, Liutprand, Ratchis, Aiſtulf conſtituerunt, omnes inſimul adunatae & concordatae, ut Legem inquirentibus facilius invenire queant quod cupiunt*. Caput Primum eſt *de Conſilio mortis, vel ſervi manu armata in vico intraverint ad malefaciendum*, & compactus eſt ex quibuſdam Legibus Rotharis, Grimoaldi, Liutprandi, Ratchis, & Aiſtulphi. II. eſt *De Seditionibus*. III. *De Scandalis commiſſis aut in Civitate, vel in quocumque loco, vel adunationes liberorum hominum ad malefaciendum* &c. Sunt autem Capita univerſa tantum LX. neque enim iis immixtae ſunt Francorum Caeſarum Leges, ex quibus vides vel ante Annum Chriſti Milleſimum Langobardicas Leges ſub diverſis argumentorum Titulis digeſtas & coordinatas fuiſſe, ſed longe alio ordine, quam qui in vulgatis Editionibus occurrit. Illinc non pauca delibavi ad hanc Editionem perficiendam. Neque heic diſſimulandum, procedente tempore Grammaticos, quorum naſum laedunt rudium Seculorum barbarae voces, manum intuliſſe aliquot ipſarum Legum locis: quam licentiam ut ut excuſare velimus, certe commendare non poſſumus. Neque enim Lectori in id genus monumentis exquirendae ſunt Latini ſermonis gemmae. Imo ipſa barbaries loquendi, velut in ſpeculo, nobis acrius pingit infelicium illorum temporum conditionem. In antiquis enim MStis pro *ab ipſo Fure*, quod nunc edita habent, legimus *ab ipſo Furone; libertaverit*, quod nunc *liberaverit; Peculius*, non *pecus; Sculdais*, & non *Sculdaſcius; Aldiones* & *Aldianae*, non *Aldii* & *Aldiae*. Habent etiam editi Libri interdum *poteſtatem*, at in antiquis earum Legum Codicibus legitur *Pontificium*, qua voce uſi ſunt & alii Scriptores illorum temporum, ut *jus* & *facultatem* deſignarent. Ita in Editis occurrit Lex *Si quis Gaſtaldius vel Actor Regius*, quum tamen Manuſcripti Codices praeferant *Actor Publicus*, quod idem ſonabat ac *Regius*. Deſcribentibus veterum Libros religioni eſſe deberet quidquam expungere, aut immutare, niſi ſatis aperte pateat ſubeſſe aliquod Librariorum vitium, aut antiquiores melioreſque Codices correctioni locum indicent.

Demum in Codice Mutinenſis Capituli ſuccedunt Imperatorum Francorum Capitularia non pauca, quorum potiſſima pars occurrit in Editionibus vulgatis immixta Legibus Langobardorum, ſimulque cum eis coordinata. Et jure quidem me-

Digitized by Google

merito; quippe aut confecta in Italia, aut per Lotharium Auguſtum e Francorum Legibus excerpta, Italicique Regni incolis tradita, ut Legis loco cuſtodirentur. Contuli cum editis, & quaedam deprehendi luci nondum reddita, quae propterea Editioni huic noſtrae non levi ornamento erunt, cedentque in Eruditorum commodum. Legitur quoque in Codice Tabularii Mutinenſis *Reſcriptum Conſultationis miſſivae exhortationis Epiſcoporum ad Domnum Hludowicum Imperatorem*, cujus exordium ita ſe habet: *Domino praeſtantiſſimo & pietatis gratia praedito Hludowico, orthodoxo atque invictiſſimo Auguſto, nos famuli veſtri* &c. Sunt autem Excerpta quaedam e Concilio Pariſienſi Sexto, quae quia jam ſunt edita a Labbeo Tom. VII. Concilior. neque ad Italiam revera pertinent, huc referenda minime duxi. Denique ad iſtam editionem accedent *Notae*, quibus obſcuriora quaedam loca illuſtrare conatus ſum. Et ſane quum tot egregii Viri hactenus confluxerint ad explicandam ſuis Notis exornandamque Francorum Legem, ſive Salicam, dedecori nobis verti poterat, quod Majorum noſtrorum Legem nemo ex noſtris hucuſque ſibi elucidandam ſuſcepiſſet. Propterea dedi ego operam, ut ejuſmodi accuſationem a nobis, quantum quidem potui, eliminarem, brevibus hiſce Notis in eamdem conſcriptis. Atque haec pauca habui, quae de Langobardorum Legibus diſſererem: earum quippe uſum, imo neceſſitatem ad Eruditionis culturam, nihil eſt quod ego ultra Lectori ſuadeam, quando omnibus notiſſimum eſt, per ſex aut ſeptem Secula hiſce Legibus omnem fere Italiam paruiſſe, iiſque fuiſſe uſam; ac proinde Eruditorum eſſe, eas, quamquam nunc paene deſpectas, aut nullius roboris, probe perſpectas hab ere ad Majorum noſtrorum acta plenius intelligenda. Coronidis loco nunc apponam Placitum illud Ferrarienſe, quod ſupra indicavi, dignum plane monumentum, quod tenebris ac blattis ereptum ante Eruditorum oculos verſari incipiat; ea etiam ratione, quod ibi abominandus uſus Duelli ſolum oblati Ingonem Epiſcopum ad herbam alteri conlitiganti porrigendam adegerit.

Placitum Ferrariae habitum coram Bonifacio Marchione & Judicibus Romanis & Langobardis, in quo Martinus Abbas Monaſterii S. Geneſii in Caſtro Brixello poſiti contendit cum Ingone Epiſcopo Ferrarienſi de Caſale ſpectante ad Monaſterium S. Michaëlis Archangeli, & oblatâ per ſuum Advocatum pugnâ, quam Epiſcopus refugit, cauſam obtinet Anno 1015.

Ex Tomo IV. Annalium MSS. Peregrini Priſciani.

Anno 1015. „ IN nomine Sancte & Individue Trinitatis. Pontificatus vero
„ Domni noſtri Benedicti Summi Pontificis, & univerſalis Ro-
„ mane Eccleſie Pape in Apoſtolica Sacratiſſima Beati Petri Apoſtoli Domini
„ Sede Anno Quarto; Regni vero Henrici Regis, qui antea regnabat, quam Co-
„ ronam Imperii ſuſcepiſſet, XI. ſed poſtquam Coronam Imperii ſuſcepiſſet, Se-
„ cundo in Dei nomine die XIIII. menſis Decembris Indictione XIIII. Ferrarie.
„ Omne igitur litis negotium, quod coram preſentia aliquo Magiſtratu, vel Pre-
„ ſide, ſive Judicum legaliter inter utraſque partes fuerit de rebus immobilibus
„ definitum, jubet Lex, illud tabularium litterarum induſtria adnotari, ne pro-
„ pter urgentiam temporum oblivioni tradatur, & ad novam jurgiam devolva-
„ tur, ſed ratum & firmum & ſtabile permaneat in perpetuum. Igitur cum
„ Chriſti auxilio dum reſideret in generali Placito, atque in Judicum Judicio
„ Domnus & Inclitus & Illuſtris Bonefatio Marchio ad legis juſtitias faciendas ac
„ deliberandas, & cum eo pariter reſidebant Demetrius, & Alfredus, & Marti-
„ nus, & Sikelmus, & Gariardus, & Guido, qui vocatur de Macaritico Judices
„ Romani, & Ubertus, & Wido Judices Longobardorum, Petrus Conſul, qui
„ vocatur de Gregorio, & Rainardus de Monteroni, & Albertus filius quondam
„ Widonis de Bagnolo, & Raginelmus Comes filius quondam Alberici, qui voca-
„ tur de Aldegao, & Benno Comes, & Leo, qui vocatur Vaſſallo, & Godo, &
„ alii plures, vel innumerabiles tam reſidentium quamque adſtantium, quorum
„ nomina non recolimus. In praefatorum omnium hominum preſentia accedens
„ Mainardus, qui erat inſtitutus Advocatus a Domno viro celeberrimo Martino
„ Abbate Monaſterii Sancti Geneſii, & Sancte Individue Trinitatis, qui eſt con-
„ ſtructum infra Caſtrum, qui dicitur Berſillum, ſtans, & dicens proclamabat
„ ſupra Ugonem Epiſcopum Sancti Georgii Martiris Chriſti, cujus Eccleſia eſt
„ conſtructa ſuper Fluvium, qui dicitur Gabiana: Dico tibi, Domne Ugo Epi-
„ ſcope, quod meus Senior praefatus Abbas fuit inveſtitus de Monaſterio Sancti
„ Michaëlis Archangeli cum toto & integro Cimiterio ſibi pertinente; & de uno
„ ſolo terre Caſale Caſa ſuper ſe habente. Que omnia conſtructa eſſe videntur in
„ ſuperiori Burgo Ferrarie in fundo, qui dicitur Bagnolo, ad jura proprietatis

Digitized by Google

„ ſui Monaſterii Sancti Michaëlis Archangeli . Ideſt ab uno latere jura Monaſte-
„ rii Sancti Bartolomei Apoſtoli, a ſecundo latere poſſidet Leo Stancario , & in-
„ tra fines ipſius ſoli terre Caſale Caſam ſuper ſe habentes , ideſt ab uno latere
„ poſſidet Dominico, qui vocatur de Felicita, & ſecundo latere poſſident filii Je-
„ remita filio quondam Adelberti, qui vocatur de Helena. De his vero predictis
„ omnibus rebus tam de mobilibus , quam de immobilibus ad jura Monaſterii
„ Sancti Michaëlis Archangeli, ſicut ſuperius legitur, pertinentibus, meus Senior
„ Abbas Martinus fuit inveſtitus ad jura proprietatis ſui Monaſterii , ſicut ſupe-
„ rius legitur . Et tu Ugo Epiſcope diſveſtiſti eum malo ordine . Quo audito
„ Domno Ugone Epiſcopo ſtatim inſtituit ſuum Advocatorem nomine Gadone,
„ qui pro eo ita reſpondit: Non eſt verum , quod tuus Senior Domnus Martinus
„ Venerabilis Abbas de omnibus rebus ſcilicet mobilibus & immobilibus Mona-
„ ſterii Sancti Michaëlis Archangeli , ſicut ſuperius legitur , fuiſſet inveſtitus ad
„ jura proprietatis ſui Monaſterii Sancti Geneſii, & Sancte Trinitatis ; nec meus
„ Senior diſveſtivit tuum Seniorem malo ordine, ut ei legaliter debeat emendare.
„ Judices vero talis litis appellationem , talemque reſponſionis ſive diſveſtitionis
„ negationem audientes, tunc juſſerunt ad Executorem litis, nomine Viator, ut
„ alligant querentis partem perſonamque reſpondentis ſub vinculo fidejuſſionis in
„ alligata denariorum Libras XX. Et ita fecit. Denuo autem ab utraque parte
„ litigium, quod ſuperius legitur, replicantes, tunc ſupraſcripti Judices judicave-
„ runt , ut Mainardus ſuper Sancta quatuor Dei Evangelia jurejurando litis ap-
„ pellationem , qua Ingonem Epiſcopum , ſi quod ſuperius legitur propulſabat
„ cum ejus propugnatore, nomine Viator, qui negationem, vel diſveſtitionis obſta-
„ culum pro perſona Epiſcopi factum , qua Godo negabat , ſimiliter coactus ju-
„ rejurando ſuper quatuor Dei Evangelia adfirmaret ; & ſi poſtea Chriſtus Dei
„ Filius, cujus juris equitas foret, per Duelli pugnam veritatem declararet. Hoc
„ cum audiſſet Ingo Epiſcopus , duplici timore coactus , uno quia ſi ejus propu-
„ gnator pro reatu perjurii in Duello cecidiſſet , tota ipſa res Monaſterii Sancti
„ Michaëlis Archangeli , & ipſum ſupraſcriptum ſolum terre Caſalis Caſa ſuper
„ ſe habente cum eſtimatione Judicum facta dupliciter Martino Abbati, ejuſque
„ Monaſterio redderet alias tantas res immobiles , & inſuper Domnus Bonifatius
„ Marchio penam, que in ſuo precepto relegebatur, ab eo peteret. Cumque hec
„ talia Ingo Epiſcopus audiſſet, ſtatim per fuſtem, quem in ſuis manibus detine-
„ bat, refutavit ipſum ſupraſcriptum Monaſterium Sancti Michaëlis Archangeli,
„ eumque ſolum terre Caſale Caſa ſuper ſe habente cum omnibus ſibi pertinen-
„ tibus, ſive infra illis ſubjacentibus, & ſpopondit ſe ipſo ſupraſcripto Ingo Epi-
„ ſcopus cum ſuis futuris Succeſſoribus , quod ſi umquam in aliquo tempore de
„ his ſupraſcriptis rebus omnibus , ſicut ſuperius legitur , preſenti tibi Martino
„ Abbati, ejuſque futuris Succeſſoribus in perpetuum aliquam cauſationem, aut
„ violentam diſveſtitionem facere voluerint , debeant eis componere auri optimi
„ Libras tres . Finita vero ſupraſcripta ſponſionis pena , tunc Demetrius Judex
„ cum omnibus aliis Judicibus ita judicavit , & dixit Ingoni Epiſcopo : Ab hac
„ hora in antea uſque in perpetuum tu cum futuris tuis Succeſſoribus de ſupra-
„ ſcripto Monaſterio Sancti Michaëlis Archangeli , & de ſupraſcripto ſolo terre
„ Caſale Caſa ſuper ſe habente, & cum omnibus ſibi pertinentibus, & infra ſu-
„ periora illis ſubjacentibus, taciti, & quieti, atque pacifici permaneatis in per-
„ petuum, & Domnus Abbas Martinus cum ſuis futuris Succeſſoribus habeas, &
„ detineas , ac poſſideas ſine omni moleſtatione , vel requiſitione , ſive contradi-
„ ctione tua & futurorum controverſia in perpetuum, & poſt ſuperiorem penam
„ ſolutam permaneat ſupraſcripta Judicati ſententia noſtri in perpetuum in ſuo
„ robore & firmitate . Quam ſcribere rogaverunt me Petrus in Dei nomine Ta-
„ bellius hujus Civitatis Ferrariae, in qua manu propria affirmavi, & teſtes alios
„ ſubſcribere, & alios ſignum Sancte Crucis facere rogaverunt , ſub Die Menſis
„ Indictione XIV. Ferrariae.

BONEFATIUS MARCHIO SS.

Ingo Dei gratia Epiſcopus in hac notitia Judicata manu propria ſubſcripſi.
Demetrius Cenſor & Rector in hac Judicata notitia a me promulgata manu propria SS.
Alfredus Judex Sacri Pallatii in hac Judicata notitia m. m. ſubss.
Eribertus Judex Sacri Pallatii interfui.
Martinus Judex Sacri Pallatii in hac Judicata notitia m. m. SS.
Wido Judex Sacri Pallatii in hac Judicata notitia m. m. SS.
Sikelmus Judex Sacri Pallatii m. m. SS.
Gariardus Judex Sacri Pallatii in hac Judicata notitia m. m. SS.
Wido Judex Domni Imperatoris interfuit.
Teuzo Judex Sacri Pallatii interfui.

Uber-

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Codice Mutinensi

INCIPIT CAP LEGIS REGVM LANGOBARDORV SEV
CONCORDIA DE SINGVLIS CAVSIS. QVAS ROTHARI.
GRIMALD. LIVTPRAND RATCHIS. AISTVLF. CONSTI
TVERVNT. OMS IN SIMVL ADVNATE ET CONCORDATE. VT
LEGEM QVERENTIBVS. FACILIVS INVENIRE QVE NT QVOD
CVPIVNT. CAPITVLO ROTH. G LIIL. LIV TP. RATCH. AISTVL

De consilio mor nr. tremu manu d armata Inuico Imrauerit. ad male faccn.
De seditionib; siq forte puncta fugierit. aut Inimicor Infra puincia Inem
uerit. aut c eduerit. aut Inexcerotu collegatu dimiserit. nec ad rege euca
uauerit. aut recreatu regis manifestauerit. siue colletto rustico & ciuas
tudinatione ctra iudicatu. III De scandalis comissis aut Inciuita
te. Inquacuq: loco. t adunatione liberor homicau ad male faciendu.

inte facere. aut negare uoluerit pugnapse faciat
nec cupione predebit nisi ut dictu erit. Suo ciuili
fuerit manifestu qua amicidu ufecisse dicat;

SPECIMEN CHARACTERVM LEGVM LANGOBARDORVM

Ex Codicibus Ambrosianis Pergamenis Sign. Lit. O. n. 53. et 55.

INCIP LIBER HVIVS EDICTI

Si qu is contra animam regis ipse
querit aut consilia iniqua
nimesus incurat periculus
regis ut sui infruxerit. VLP ii
Si quis eum fge cmos fedal
ter uis consilia uerit aut ho
minem per ipsius ione occid
nul losit culpabilis nec ille
nec re de eius quoquo ep
ad illo aut re de ip regis
cione aut molestia pacitur ga
pot quia ca dare gum manu dicere dimes
se non et possibile ut homepositze donare q;
regi occidere uisserit. - - - - - - - - - - - -
- -
- -
- -
- -

Si fideiussae no abuerend despiciuca arere ta
de langobardo nompositum q le pp ca uabe
a iii. diessine cul pa quando ad sacra mu uenera

Ille notarius q caput scripsit de ce plaui
Si uebae firmare; Ego ut not aut en tic hu
iusce le plar manib; me scripsi sic imbi
tenebat sic at re ipse exemplar lite raplum
niue & hanc exemplar manib; me sce plaui;
Ille not qui scripsit caput & exemplaui, Ego
ilon aut en tico unu exemplar uidi lege
sic in bi tenebat sicut ipse exemplar
manib; meis exemplaui; Testes sic debe firm
are; Ita autem q quo unu exemplar uidi
legi & sic in bi tenebat sicut ipse exemplar
& me ipso autem tiquos sigilli. - - -
- -
- -
- -
- -
- -

Qui in hostem uum ut dat pacis osculum ad hominem
inferre et negare uoluerit pugnaspe fecerit
nec ei ponem pre debit nisi ut dictum de rip Suis euchi
fuerit et manum quam miserit. - - - -

Digitized by Google

Ubertus Judex Sacri Pallatii interfui.

Petrus in Dei nomine Tabellius Scriptor hujus pagine notitie, ſicut ſuperius legitur pro roboratione teſtium, atque tradita complevit & dedit.

Poſtremo tamdem loco monendi ſunt Lectores, adſervari in Ambroſiana Mediolanenſi Bibliotheca geminos Codices MStos, eoſque ob vetuſtatem venerabiles, quamquam ab indoctis amanuenſibus conſcriptos, quos Doctiſſimi Viri *Joſephi Antonii Saxii* eidem Bibliothecae Praefecti diligentia opportune in medium attulit, ut benevolentia ſua Palatinos Socios hoc novo argumento ſibi devinciret, & de univerſa Literaria Republica in dies magis magiſque benemereretur. Alter eorum circiter Annum MXIII. exaratus Langobardicas Leges; alter exaratus circiter Annum MXXVIII. Francorum Regum Leges in Italia promulgatas complectitur. Itaque hos etiam cum editis patientiſſime contulerunt Palatini Socii, quos inter *Philippus Argelatus* noſter aſſiduo labore meritam ſibi multis nominibus laudem comparavit; atque inde ſuppeditata mihi nova meſſis variantium Lectionum, & aliquot etiam Legum, ac fragmentorum, ex quibus huic editioni majus praeſidium & ornamentum accedet.

Tituli omnes quos Legibus Langobardicis præpoſuit Baſilius Joannes Heroldus in ſua Collectione Originum ac Antiquitatum Germanicarum Baſileæ apud Henricum Petri. Et ordo Legum ab ipſo editarum cum noſtris comparatus.

LEGES ROTHARIS.

Initium facit is Legibus Langobardicis, nullo præmiſſo Regis Rotharis Prologo à ſequenti titulo:

De publicis criminibus *ſub quo comprehendit noſtras leges* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.
De ſcandalo commiſſo *l.* 8. & 9.
De conſilio mortis: *à l.* 10. *ad* 12. *incl.*
De domino occiſo *l.* 13.
De Moroth. *l* 14.
De Rapouorfin *l.* 15.
De Rhai Raub. *l* 16.
Ne ad Regem venientibus injuria fiat: *à l.* 17. *ad* 19. *incl.*
De Exercitalibus: *à l.* 20. *ad* 25. *incl.*
De Uneguuorfin, ideſt Corbitaria: *à l.* 26. *ad* 29. *incl.*
De Marahuuorfi *l* 30.
De Uualapauz (*ſive ut in altero Cod. legebat* Euualaput) *l.* 31.
De homine libero in nocte in curte alterius invento: *à l.* 32. *ad* 34. *incl. poſt quam Heroldus ſub eodem titulo ſequentes paragraphos edidit qui non leguntur in noſtris Codicibus.*

Si quis in curtem alienam hoſte animo ingreſſus fuerit, XX. ſolidos componat ei cujus curtis eſt.

Mulier curtis rupturam facere non poteſt, vel vueguorf, quia abſurdum videtur, ut mulier libera, aut ancilla quaſi vir cum armis vim facere poſſit.

Si quis peculium ſuum de clauſura alienatulerit occultè, & non rogaverit, componat curtis rupturam, ideſt vuegoranit ſolid. XX.

De ſcandalo in Eccleſia: *à l.* 35. *ad* 40. *incl.*
De homine libero battuto *l.* 41.
De homine libero ligato *l.* 42.
De ferita, aut percuſſura hominis liberi: *à l.* 43. ad 45. *incl.*
De compoſitione plagarum *l.* 46. & 47.
De oculo evulſo *l.* 48.
De naſo abſciſſo *l.* 49.
De labro abſciſſo *l.* 50.
De dentibus excuſſis *l.* 51. & 52.
De aure abſciſſa *l.* 53. *Poſt eam legem Heroldus legit alteram à nobis impreſſam numero* 56.
De plaga in facie *l.* 54.
De plaga in naſo *l.* 55.
De brachio transforato *l.* 57. 58. & 59.
De plaga in coxa *l.* 60. & 61. *art.* 1.
De numero plagarum *l.* 61. *art.* 2.
De inciſione manus *l.* 62. *ad* 67. *incl.*
De inciſione pedum: *à l.* 68. *ad* 74. *incl.*
De infante, qui in utero matris occiſus fuerit *l.* 75.
De aldiis & ſervis, & eorum plagis feritis. Et de illis viris, quos Miniſteriales dicimus, qui docti, & eruditi, & probati ſunt: *à l.* 76. *ad* 80. *incl.*
De oculo evulſo *l.* 82.
De naſo abſciſſo *l.* 81.
De aure abſciſſa *l.* 83.
De labro abſciſſo *l.* 84.
De dentibus excuſſis *l.* 85. & 86.
De brachio rupto *l.* 87.
De manu abſciſſa *l.* 88. *ad l.* 93. *incl.*
De coxa rupta *l.* 94.
De pede abſciſſo *l.* 95. *ad* 100. *incl.*
De plaga intra capſam *l.* 101.
De brachio, aut coxa transforata *l.* 102.
De ſervo ruſtico *l.* 103. 104. 105. 106. 109. 107. 108. 110. *uſque ad* 127. *incl.*
De Medico *l.* 128.
De Aldio occiſo *l.* 129.
De ſervo miniſteriali occiſo *l.* 130. & 131.
De ſervo maſſario *l.* 132 & *l.* 134.
De paſtore occiſo *l.* 133. 135. & 136.
De infante maſſario occiſo *l.* 137.
De arbore communiter inciſo, & homine occiſo *l.* 138.
De veneno temperato: *à l.* 139. *ad* 142. *incl.*
De eo qui poſt acceptam compoſitionem ſe revendicaverit *l.* 143.
De Magiſtris Commacinis *l.* 144. & 145.
De incendio: *à l.* 146. *ad l.* 149. *incl.*
De molino *l.* 150. & 151.
Si Operarius à caſu moritur *l.* 152.
De gradibus cognationum *l.* 153.
De filiis legitimis, & naturalibus: *à l.* 154. *ad l.* 157. *ſequitur* 159. 158. 160. 161. 162.
Quibus de cauſis pugna vitatur *l.* 164. 165. 166.
De fratribus, qui in caſa communi remanſerint *l.* 167.
De exhæreditatione: *à l.* 168. *ad* 171. *incl.*
De Thinx, quod eſt donatio: *à l.* 172. *ad* 175. *incl.*
De leproſis *l.* 176.

De

Digitized by Google

De eo quod cum Fara migrare permiſſum *l.* 177.
De ſponſalibus, & nuptiis: *à l.* 178. *ad* 182. *incl.*
De traditione puellæ, aut mulieris *l.* 183.
De Exenio nuptiali *l.* 184.
De inceſtis, & illicitis nuptiis *l.* 185.
De violentia facta mulieri *l.* 186. *&* 187.
De iis, quæ ſinè voluntate Mundealdi ad maritum ambulant *l.* 188.
De fornicationibus *l.* 189.
De raptu ſponſæ alterius *l.* 190. *ad* 192. *incl.*
De libera ſervum ſequente *l.* 193.
De libero cum ancilla fornicante *l.* 194.
De crimine in puellam injecto *l.* 195. *&* 196.
De mundio retento *l.* 197.
De injuriis mulierum *l.* 198.
De viduarum ſucceſſione *l.* 199.
De Parricidio, *leges hujus tituli ab Heroldo editæ in editione noſtra leguntur numero* 163.
De occiſione mulieris *l.* 200. *&* 201.
De muliere aſto occiſa *l.* 202.
De muliere maritum occidente *l.* 203. *&* 204.
Mulierem liberam ſinè mundio eſſe non poſſe *l.* 205.
De violentia, & raptu ſervili: *à l.* 206. *ad* 211. *incl.*
De adulterio *l.* 212. *&* 213.
De crimine adulterii injecto *l.* 214.
De nuptiis abſque conſenſu parentum *l.* 215. *&* 216
De conjugiis aldiorum, & ſervorum *l.* 217. *ad* 222. *incl.*
De ancilla matrimonio gratiata *l.* 223.
De eo, qui ſinè hæredibus moritur *l.* 224.
De manumiſſionibus *l.* 225. *ad* 229. *incl.*
De emptionibus, & venditionibus, & præſcriptionibus *l.* 230. *ad* 232. *incl.*
De mancipio comparato *l.* 233. *& ſeq.*
De caballo comparato *l.* 235.
De ſervo nihil emendum *l.* 236. *ad* 239. *incl.*
De terminis effoſſis, & ſigno moto *l.* 240. *ad* 243. *incl.*
De ſnaida in ſylva alterius facta *l.* 244. *& ſeq.*
De Falſariis *l.* 246. *& ſeq.*
De muri religione *l.* 248.
De pignorationibus, & debitis *l.* 249. *ad l.* 257. *incl. ſed in edit. Heroldi non legitur l.* 255. *quæ eſt in noſtra.*
De furtis *l.* 258. *ad l.* 307. *incl. ſed in editione Heroldi non leguntur noſtræ leges* 282. 283. 284. *&* 285.
De damno dato *l.* 308. *ad* 311. *incl.*
De eo, qui cum armis alterius damnum fecerit *l.* 312. *& ſeq.*
De venatoribus, & de damno, quod per eos acciderit *l.* 314. *ad* 326. *incl. poſt quam Heroldus edidit eam legem, quæ nobis eſt* 334.
De pauperie *l.* 327. 329. 330. 331. 332. 333. 328. 335. 336. 338. 337. 339. 340. 341. 345. 346. 347. 352. 353. 342. 343. 344. 349. 350. 382. 348. 351. 354. 355. 356.
De Porcario battuto *l.* 357. *& ſeq.*
De campo alieno arato *l.* 359. *ad* 362. *incl.*
De iterantibus *l.* 363.
De Sacramentis *l.* 364. *ad l.* 368. *incl.*
De debitis patris mortui *l.* 369. *& ſeq.*
De Uuaregang, *ſub quo titulo legit Heroldus hoc loco legem* 390. *& ultimam Rotharis in editione noſtra.*
De Campionibus *l.* 371.
De cauſis Regalibus *l.* 372.
Si ſervus Regis morth fecerit *l.* 373. *ad* 376. *incl.*
De Sculdahis *l.* 377. *& ſeq.*
De conviciis Aldiarum *l.* 379.
De Monoculis *l.* 380.
Si libera mulier in ſcandalum incurrerit *l.* 381.
De peculio *l.* 383.
De eo, qui alii Arga dixerit *l.* 384.
De injuriis liberorum *l.* 385. *ad* 387. *incl.*
De Mundio puellæ: *ſub hoc tit. Heroldus legit unicam legem* 388. *mox addit Perorationem regis Rotharis, quæ, paucis variantibus, concordat cum edita per Muratorium ex Cod. Mutinenſi.*
Sub Additionis tandem nomine ſubjungit l. 389. *ſub titulo*: De homicidio non voluntate facto; *& mox noſtram concluſionem legum Rotharis ſub alio titulo*: De malis finiendis, & finitis.

LEGES GRIMOALDI.

PROLOGUS.

De triginta annorum uſurpatione *l.* 1. 2. *&* 4.
De culpa ſervorum *l.* 3.
De ſucceſſione nepotum *l.* 5.
De uxore dimiſſa *l.* 6. *&* 7.
De nuptiis illicitis *l.* 8.
Ancilla ſi aliquid furata fuerit *l.* 9.

LEGES LIUTPRANDI.

Prologum Liutprandi regis uberiorem edidit Heroldus, cujus hæc ſunt verba:

Leges, quas Chriſtianus & Catholicus princeps inſtituere & prudenter cenſere diſponit, non ſua prudentia ſed Dei nutu, & inſpiratione eas animo concepit, mente pertractat, & ſalubriter opere complet, quia cor Regis in manu Dei eſt, atteſtante ſapientiſſimo Salomone qui ait: ſicut impetus aquæ, ita cor Regis in manu Dei: ſi tenuerit eas omnia ſiccabuntur; ſi autem clementer eas emiſerit, univerſa irrigantur, & replentur ſuavitate. Equidem & Apoſtolus Domini Jacobus in epiſtola ſua ita edidit dicens: omne donum optimum, & omne datum perfectum de ſurſum eſt deſcendens à patre luminum. His ergo expletis recolimus &c. *ut in noſtro, paucis variantibus.*

De ſucceſſione filiarum: *à l.* 1. *uſque ad* 4. *incl.*
De poteſtate parentum in filias *l.* 5.
De ultima voluntate *l.* 6. *&* 7. *poſt quam Heroldus hæc addit*: Quæ denique univerſa ſuperiùs à celſitudine noſtra inſtituta, Prothonotario noſtri palatii comprehendenda, & ordinanda præcepimus; *quæ in noſtra emendatiora leguntur ad calcem lib. II.*

LEGES LIUTPRANDI ANNI REGNI EJUS V.

PROLOGUS.

De Morgincap. *l.* 1.
Qualiter ſe quiſque defendat *l.* 2.
De manumiſſionibus *l.* 3. *&* 4.
De ſervis *l.* 5.
De illicitis nuptiis *l.* 6.
De homicidiis liberorum *l.* 7.
De ſucceſſione aliter *l.* 8.

LEGES LIUTPRANDI ANNI REGNI EJUS VIII.

PROLOGUS.

De Wadiis & fidejuſſoribus *l.* 1. *&* 2.
De Parricidiis *l.* 3.
De negotiatoribus, vel magiſtris *l.* 4.

LEGES LIUTPRANDI ANNI REGNI EJUS IX.

PROLOGUS.

De ætate legitima *l.* 1.
De homicidiis liberorum *l.* 2. *&* 3.
De muliere vendente res ſuas, conſentiente marito. *l.* 4.
De manumiſſione *l.* 5.
De muliere libera, quæ ſervum tulerit *l.* 6.
De cauſa Sculdahis nota facta *l.* 7. 8. *&* 9.
De juſtitia recuſata *l.* 10. *& ſeq.*

LEGES LIUTPRANDI ANNI REGNI EJUS XI.

PROLOGUS.

De fœminis, quæ velum ſacrum accipiunt *l.* 1.

De

Digitized by Google

De raptu mulierum *l.* 2.
De iis, qui illicito matrimonio nati ſunt *l.* 3. 4. & 5.
De eo, qui contra judicem ſeditionem levaverit *l.* 6.
De Wadiis, & pignoribus *l.* 7. *ad* 12. *incl.*
De Triuuis datis, & ruptis *l.* 13.
De donationibus, & emptionibus *l.* 14.
De ſervis fugacibus *l.* 15.
De ſtalaria capulata *l.* 16.
De invaſionibus *l.* 17. & 18.
De non ſuæ rei venditione *l.* 19. & 20.
De ſervo in ſacramentum miſſo. *l.* 21.
De manumiſſione *l.* 22. 23. & 24.

LEGES LIUTPRANDI ANNI REGNI EJUS XII.

PROLOGUS.

De donationibus *l.* 1.
De ſervo aamund facto *l.* 2.
De furtis *l.* 3.
De debito *l.* 4.
De infante res ſuas intra ætatem venundante *l.* 5. & 6.
De fornicatione aldii *l.* 7.
De wadiis de ſacramento fugientibus *l.* 8.
De eo, qui ſe defendendo liberum hominem occiderit *l.* 9.
De teſtimoniis falſis *l.* 10.
De furtis ſervi : *ſub hoc titulo Heroldus hæc legit, quæ in noſtris MSS. deſiderantur.*

Hoc etenim rectum nobis paruit eſſe, de his ſervis qui in furto comprehenduntur, ut in anteriore edicto legitur, quòd aut occidatur aut redimat eum dominus ſuus, ut dictum eſt, ſolid. XL. & ſi eum redimere non voluerit ipſe dominus eum occidat.

Et ſi dominus ejus noluerit eum occidere, occidat eum ille, qui eum comprehenſum tenet.

Et ſi nec ille voluerit, tunc accipiat eum curtis noſtra, & quomodo noſtra juſſio fuerit, de ea debeat ordinare.

Ipſe dominus ejus componat ſicut edictum continet, cui furtum ipſum fuerit.

Mox habet.

LEGES LIUTPRANDI REGIS DE ANNO REGNI EJUS XIII.

Quibus inſcribitur hic Prologus.

Lutprand in Chriſti nomine Rex gentis Langobardorum, anno Regni mei XIII. die Calendarum Martiarum Indictione VIII. dum rememoraſſem quòd venientes homines noſtri in præſentiam noſtram adduxerint cauſas, inter ſe altercantes quæ nec per uſum fuimus certi ad terminandum, nec in edicti corpore anteriori incerto. Proinde prævidimus eas uſque ad ſupraſcriptum diem Cal. Martiarum ſuſpendere, dum uſque noſtri ad nos conjungerentur Judices, & unà cum ipſis aliquid certum & ſtabile deberemus imponere, unde poſtea nulla eſſet intentio.

Quid pater neceſſe habeat filiis relinquere *l.* 11.
De adulterio *l.* 12.
De cautione facta, & nihil obligato *l.* 13. 14. & 15.

Poſt hanc Heroldus initium facit legibus Liutprandi anni Regni ejus XIV. præmiſſo ſequenti Prologo.

Jam quidem octies in antiqui edicti corpore aliqua prævidimus augmentare capitula, quæ nobis, & noſtris Judicibus, atque Fidelibus ſecundùm Deum recta comparuerunt. Nunc quidem eo quòd multæ cauſæ ad efficiendum incognitæ erant, quas alii per conſuetudinem, alii per arbitrium judicare æſtimabant prævidimus, ut nullus error eſſe deberet, ſed omnibus manifeſta clareſcat lex. Ideoque hoc ſtatuimus, annotare capitula anni ſcilicet Regni noſtri Deo largiente XIV. Calend. Martiarum Indictione IX. Quin etiam Judices & Fideles noſtri de partibus Thuſciæ & Neuſtriæ nobiſcum adfuerunt, & hæc omnia inter ſe collocuti ſunt, & nobis renunciantes nobiſcum pariter ſtatuerunt, atque definierunt, & cùm præſentialiter fuiſſent capitula iſta relicta omnibus placuerunt, & præſentem ad ſenſum ſtatuerunt nobiſcum ut nihilominus per ordinem ſcriberentur.

De quadraginta annorum poſſeſſione fratrum *l.* 16.
De aſto compellato *l.* 17.
Si quis alii conſilium dederit perjurandi *l.* 18.
De Thinx, ſive Launegild. *l.* 19.
Si infans res ſuas dividat, aut cauſas agat *l.* 21. & 20.
De religioſa fœmina *l.* 22.
De Thinx fratrum *l.* 23.
De poſſeſſione à publico *l.* 24.
De equo empto *l.* 25.
De Furonibus qualiter lex ordinat *l.* 26.
De furtis *l.* 27 & 28.
De Exercitalibus *l.* 29.

Sequuntur inde leges Liutprandi anno Regni ejus XV. quibus hic eſt Prologus.

Jam enim novem vicibus illud antiqui Edicti corpus augmentare prævidimus, quæ credimus Deo, & nobis hominibus placita eſſe. Modò quidem unà cum noſtris Judicibus, & reliquis Longobardis Fidelibus noſtris die Calendarum Martiarum, anno Chriſto protegente Regni noſtri XV. Indictione X. iterum pro quietudine pauperum, & omnium Longobardorum Fidelium noſtrorum tranquillitate, proſpeximus in Edicti corpore illa adjungere, unde antea erat incerta definitio. Quoniam alii volebant per uſum, alii per arbitrium judicare. Sed melius nunc eſt ut illo imponatur terminus, unde noſtri ſubjecti fatigentur, & qualiter omnium unus fuit unà nobiſcum conſenſus, ita amodo, & in futuro debeat permanere. Primum omnium ſtatuere prævidemus pro Chriſtianæ & Catholicæ legis defenſione, quatenus nullus à Fide Chriſti aberrare præſumat, ſed firmiter in ea permaneat, ut Deum poſſemus habere defenſorem, atque propitium.

De iis, qui ad Ariolos ambulaverint *l.* 30. & 31.
De caballo in damno invento *l.* 32.
De ſervo, qui res domini ſui naufragaverit *l.* 33.
De ſervo fugaci *l.* 34.
De meta conjugi data *l.* 35.
De rebus alienis malo ordine poſſeſſis *l.* 36.
De ſcribis *l.* 37.
Si liber homo in terra alterius ceciderit *l.* 38.
De Mundiata in ſacramentum miſſa, & Freа alterius mota *l.* 39. & 40.
De Ancilla pro religione mutata *l.* 41. *Poſt eam, finem facit Heroldus legibus anni XV. Liutprandi per hanc concluſionem:*

Hæc autem omnia, quæ modò in præſentis Edicti corpore adfiximus, ſi deinceps cauſa emerſerit, ſic debet fieri terminatio, ſicut nunc ſtatuere viſi ſumus. Quæ autem antea emerſerint, ſic determinentur, ſicut anterior inſtitutio fuit.

Incipiunt inde leges anni XVI. præpoſito ſequenti Prologo.

Pluribus jam quidem vicibus in antiqui Edicti corpore ea adjungere curavimus, quæ pro ſalute animæ & gentis noſtræ ſalvatione eſſe proſpeximus. Nunc alia quæ ſimili modo eam conſiderantes, ſecundùm Deum rectè eſſe cognovimus, ut nec perjuria, nec jurgia inter noſtros emergant fideles. Prævidentes unà cum noſtris Judicibus atque fidelibus Longobardis, die

Digitized by Google

die Calendarum Martiarum anno, Deo favente regni noſtri XVI. Indictione XI. hæc, quæ ſequuntur, addere curavimus.

De his, quæ ob cauſam dantur *l.* 42.
De eo, qui pulſat pro Aldio *l.* 43.
De ſervi nuptiis *l.* 44.
Infantem regi non poſſe donare *l.* 45. *Poſt hanc incipiunt leges anni XIX. nullo præmiſſo Prologo.*
De ſponſalibus infantis prohibitis *l.* 64. & 49.
De Sanctimonialibus *l.* 47.
De donatione *l.* 48.
Infra quod tempus permiſſum eſt viduis velum vel maritum accipere *l.* 46. *Hinc incipiunt leges anni regni Liutprandi XVII. niſi Typographus erraverit, cùm antea Heroldus ediderit leges anni XIX. Nullus etiam hìc Prologus.*
De ſervo qui aliam uxorem ſuperinduxerit *l.* 50. *cui hanc addit* ut nec uxor à viro dimiſſa alium accipiat virum vivente viro: Nec vir aliam, vivente priore uxore.
De illegitimis hæredibus admiſſis *l.* 51. & 52.
De Aldia libero ducta *l.* 53.
De contractibus *l.* 54.
De pignore, & debito *l.* 55.
De animalibus pignoratis *l.* 56.
De ſervo pignori damnum faciente *l.* 57.
De ſervo per colludium deprehenſo *l.* 58.
Puellam ante ætatem legitimam non poſſe nubere *l.* 59.
De licentia filiis teſtandi *l.* 60.
De puella ſine voluntate parentum nupta *l.* 61.
De re falſo poſſeſſa *l.* 62.
De terra commutata *l.* 63.
De Monomachiis *l.* 65.
De ſponſalibus *l.* 66.
De Frea malè tractata *l.* 67.
De muliere, quæ, vivo marito, alio ſe ſponſaverit *l.* 69.
De eo, qui in ſcandalo liberos ferit *l.* 70. & 71.
De injuriis mulierum *l.* 72.
De conjugiis ſervorum *l.* 73.
De Longobarda, quæ Romanum virum tulerit *l.* 74.
De Wadia ſolvenda *l.* 75.
De infantibus, quos mulieres maritos accipiunt *l.* 76. *Incipiunt inde leges anni XXI. Regni Liutprandi, nullo præmiſſo Prologo.*
De mala licentia mulieri data *l.* 77.
Si quis alii res ſuas commendaverit *l.* 78.
De Aldia fraudulenter ducta *l.* 79.
De conductore caſæ ſi quid emerit *l.* 80.
De ruſtica collectione *l.* 81.
De injuria fœminæ illata *l.* 82. & 83.
De jumento præſtito ad vecturam *l.* 84.
De domino occiſo à ſervo *l.* 85.
De adulteriis *l.* 86. & 87.
De vi à fœminis illata *l.* 88. *ſequuntur leges ut infra.*

Si ſervi, per Conſilium Ruſticanorum, manu armata in Vicum intraverint ad malum faciendum, & quicumque homo liber ſub Regni noſtri ditione poſitus cum illis conſiliatus fuerit in capite, animæ ſuæ incurrat periculum, aut certè componat ſolid. DCCCC. medium Regi, & medium ei, cui injuria illata fuerit.

Servi enim, qui cum ipſo ſunt ex eodem conſilio, unuſquiſque componat ſolid. XL. medium Regi, & medium cui ſupra diximus.

Et ſi liber homo in capite non fuerit, ille prior ſervus, qui eos conduxit, moriatur.

Servi verò reliqui, qui cum eo fuerint, ex eodem conſilio unuſquiſque ſervus XL. ſolidos pro eo componat, medium Regi, & medium cui malum fecerit.

Si pro quacumque cauſa homines Ruſticani ſe collegerint, ideſt conſilium, & ſeditionem facere præſumſerint, & cuicumque ſe anteposuerint, aut mancipium, aut peculium de manu tulerint, quod de caſa ſervi ſui dominus tollere voluerit, tunc ille, qui in capite fuerit ex ipſis ruſticis, moriatur, aut animam ſuam redimat, quantum appretiatus fuerit.

Et unuſquiſque, quòd in ipſam ſeditionem cucurrerit ad malum faciendum componat ſolidos XII. medium Regi, & medium cui injuria illata fuerit, aut ſe anteponere præſumſerit.

Et ſi ille, qui rem ſuam quærere, aut exigere videatur, ab ipſis ruſticis ferîtas aut plagas factas habuerit, ſicut ſuperiùs ſtatutum eſt ei componatur.

Nam pro præſumtione tantùm pœnam ſuprascriptam patiatur.

Et ſi aliquis ex ipſis ruſticis occiſus fuerit, non requiratur, quia ille, qui eum occiderit, ſe defendendo, & res ſuas vindicando hoc egerit.

De ſervo fugaci *l.* 89.
De Aldio ad Eccleſiam fugiente *l.* 90.
De Perjuriis *l.* 91.
De ſucceſſione *l.* 92.
De injuriis mulierum *l.* 93.
Ut filii lege patris vivant *l.* 100.
De infantibus *l* 96.
De conſuetudine: *Hanc habet hic titulus legem quæ in editione noſtra non legitur.*

Placuit nobis inſerere, ubi lex deeſt, præcellat conſuetudo. Nulla conſuetudo ſuperponatur legi.

De furtis *l.* 94. & 99
De adulterio: *Alteram hanc legem edidit Heroldus ſub hoc titulo:*

Si Aldius cujuſcumque cum libera muliere aut puella fornicatus fuerit, componat ſol. L. ei in cujus mundio fuerit, & illa reputet vicium ſuum, pro eo quòd Aldio conſenſerit.

LEGES RACHIS;

Quibus Heroldus nullum præmiſit Prologum.

De homicidiis *l.* 3.
De ſeditioſis *l.* 6.
De invaſionibus: *Sub hoc titulo inter leges Rachis edidit Heroldus l.* 95. & 97 *quæ in MSS. noſtris Liutprando tribuuntur.*
De Mundiis *l.* 1.
De re falſo poſſeſſa *l.* 2.
De officio Judicis *l.* 7.
De venditione, & emptione *l.* 4.
De his, qui ſecreta Regis fraudulenter inquirunt *l.* 9.
Ubi interdictum ſit legatum alicui mittere *l.* 5.

LEGES AISTULPHI REGIS.

Quibus etiam nullum Prologum præmiſit.

De compoſitionibus *l.* 8.
De exercitalibus *l.* 13.
De vi publica *l.* 6.
De his, quæ à viro mulieri dantur *l.* 5.
De ultimis voluntatibus *l.* 3.
De ſucceſſione *l.* 1.
De donatione in liberos *l.* 4.
De manumiſſionibus *l.* 2.
De Præſcriptionibus *l.* 9. & 14.
De litigio cum Eccleſiaſticis *l.* 10. & 11.
De Sacramentis *l.* 12.
Quando liceat Rectoribus Eccleſiarum acta anteceſſorum ſuorum reſcindere *l.* 7.

Digitized by Google

ROTHARIS LEGES.

Prologus in Edictum.

IN nomine Domini. (a) Incipit Edictum, quod renovavi cum Primatibus meis Judicibus, Ego in Dei nomine Rothar Rex, vir excellentiſſimus, ſeptimus decimus Rex gentis Langobardorum, anno Deo propitiante Regni mei Octavo, ætatiſque trigeſimo octavo, (b) Indictione ſecunda, & poſt adventum in Provinciam Italiæ Langobardorum, ex quo Albuin tunc temporis Rege (c) procedente divina potentia adjuti ſunt anno ſeptuageſimo ſexto feliciter. Datum Ticini in Palatio. Quanta pro ſubjectorum noſtrorum commodo noſtræ fuit ſollicitudinis cura, vel eſt, (d) ſubteradnexus tenor declarat; præcipuè tam propter aſſiduas fatigationes pauperum, quàm etiam propter ſuperfluas exactiones ab his, qui minorem virtutem habent, quos etiam vim pati cognovimus. Et ob hoc conſiderantes (e) Dei miſericordiam, neceſſarium eſſe proſpeximus præſentem corrigere, & componere Legem, quæ priores omnes (f) & removet, & emendet, & quod deeſt, adjiciat, & quod eſt ſuperfluum, abſcindat. Et in unum providimus volumen complectendam, quatenus liceat unicuique, ſalva lege & juſtitia, quietè vivere, & propter operationem contra inimicos laborare, ſeque, ſuoſque defendere fines. Tamen quamquam hæc ita ſe habeant, utile proſpeximus pro futuri temporis memoria nomina Regum anteceſſorum noſtrorum, ex quo in gente noſtra Langobardorum Reges nominati cœperunt eſſe, memorari, in quantum per antiquos homines didicimus, & in hac membrana adnotari juſſimus. (g) Fuit itaque primus Agimundus ex genere Cugingi. Secundus Lamiſſio. Tertius Leth. Quartus Childehoc, filius Leth. Quintus Godehoc, filius Childehoc. Sextus Daffo, filius Daffonis. Septimus Tato, filius Tatonis. Octavus Vvacho, filius Nichis, nepos Tatonis. Nonus Vvalterius. Decimus Adoinus ex genere Gauſis. Undecimus Alboinus: exercitum, ut ſupra dictum eſt, in Italiam adduxit. Duodecimus eſt Cleph ex genere Beleos. Tertiusdecimus Hutari, filius Cleph. Quartusdecimus Agiliup, Thuringus, ex genere Anauvat. Quintusdecimus Adubivald filius Agiliup. Sextusdecimus Arioald, ex genere Caupi. Septimusdecimus Ego in Dei nomine, qui ſupra Rothar Rex, filius Nandigild ex genere Arodos. Nandigild filius Nazonis fuit. Nazo, filius Alamundi. Alamundus, filius Alaman. Alaman, filius Igelzonis. Igelzo, filius Uveonis. Uveo, filius Parachonis. Paracho filius Falchonis. Falcho filius Mammonis. Mammo filius Obochoræ.

„ *Eſt error ſpretus, quo Langobarda juventus*
„ *Errabat. Verum loquitur nunc pagina ſenſum*
„ *Edicti, rectis (quod ſtrinxit Rothar habenis*
„ *Vvalcauſus meritus) quem laudat Scriba diſertus.*
„ *Noſtrorum Regum ſunt hinc exordia Legum.*

Rothar jura dedit, quæ Lector prima videbit.

CAPITULUM I.

I quis (1) contra animam Regis cogitaverit, aut conſiliatus fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum, & res ejus infiſcentur. *Lib. I. Cap. I. Leg. I. in edit. Goldaſti.*

A

II.

Si quis cum Rege de morte alterius (2) fuerit conſiliatus, aut hominem per ejus juſſionem occiderit, in nullo ſit culpabilis; nec ille nec hæredes ejus quoquo tempore ab illo, aut hæredibus ejus requiſitionem aut moleſtiam (3) patiatur: quia cor Regis poſtquam in manu Dei eſſe credimus, non poſſibile eſt, ut homo (4) poſſit idoneare, quem Rex occidere juſſit. *I. 3. 1*

III.

Si quis (5) foris provinciam fugere tentaverit, mortis incurrat periculum, & res ejus infiſcentur. *I. 1. 2.*

IV.

Si quis (6) inimicum publicum intra pro-

vin-

NOTÆ AD PROLOGUM.

(a) Prologi hujus partem jam ediderat præclarum Mutinenſium decus Carolus Sigonius Lib. 2. *Tom. I Par. II.* de Regno Ital. ad Ann. 643. Integrum etiam ex Ambroſianæ Bibliothecæ MSto Codice evulgavit non *ita* pridem Tom. I. pag. 413.

vinciam invitaverit, aut introduxerit, animæ incurrat periculum, & res ejus (7) Fisco socientur. *I.* 1. 3.

V.

Si quis (8) Scameram intra provinciam celaverit, aut annonam dederit, animæ suæ incurrat periculum, aut certè componat solidos DCCCC. Regi. *I.* 1. 4.

VI.

Si quis forìs in exercitu seditionem levaverit contra Ducem suum, aut contra eum, qui ordinatus est (9) à Rege ad exercitum gubernandum, aut aliquam partem exercitus seduxerit, (10) animæ suæ incurrat periculum. *I.* 1. 5.

VII.

Si quis contra inimicum pugnando collegam suum dimiserit, (11) aut ast alium fecerit, idest si eum deceperit, & cum eo non laboraverit, animæ suæ incurrat periculum. *I.* 1. 6.

VIII.

Si quis (12) in consilio, vel in quolibet conventu scandalum commiserit, DCCCC. solid. sit culpabilis Regi. *I.* 2. 1.

IX.

Si quis qualemcumque hominem ad Regem accusaverit, quod ad animæ suæ pertineat periculum, liceat ei, qui accusatus fuerit cum sacramento satisfacere, (13) & se idoneare. Et si talis causa emerserit, (14) ut adsit homo in præsentia, qui crimen mittit, liceat ei per Campionem, idest per pugnam, crimen ipsum desuper se (si potuerit) ejicere. Et si probatum fuerit ei, aut de anima sua, aut qualiter Regi placuerit, componat. (15) Et si probare non potuerit, & cognoscitur dolosè accusasse, tunc ipse, qui accusaverit, & probare non potuerit, componat guidrigild suum, medietatem Regi, & medietatem ei, cui crimen injecerit. *I.* 1. 7.

X.

Si quis liber homo in morte alterius consiliatus fuerit, & ex ipso consilio mortuus non fuerit, tunc ipse conciliator componat solidos XX. *I* 3. 2.

XI.

Si homines liberi inter se de morte alterius (16) consiliati fuerint sinè Regis consilio, & ex ipso consilio mortuus non fuerit, componat unusquisque, ut supra, solidos XX. Et si ex ipso consilio mortuus fuerit, tunc ille, qui homicida est, componat ipsum mortuum, (17) sicut appretiatus fuerit. *I.* 3. 3.

XII.

Italic. Rer. in Notis ad Paulum Diaconum. Horatius Blancus vir doctissimus. Eumdem & ego nunc proferam ex Codice MSto Bibliothecæ Estensis, in multis quidem ab Ambrosiano textu diversum, & fortassis emendatiorem.

(b) Hoc est Anno 643. quo hæc Indictio decurrebat a Kalendis Septembris. Contendit autem Pagius, hæc edita à Rothari Rege, non *Anno VIII* ut in omnibus Codicibus legitur, sed *Anno XIII. Regni*: qua de re egi in Præfatione ad has Leges.

(c) Obscurus locus. Sigonius Lib. 2. de Regn. Ital. nescio num aliquo meliori Codice, an suo ingenio fretus, hæc ita legit: *Albuinus tunc temporis Rex, procedente Divina Potentia, advenit*. Fortasse *præcedente*.

(d) Rectiùs quàm apud Sigonium, ubi hæc ita efferuntur: *subter adnexatio, & norma declarat*.

(e) Sigonius, & Blancus: *Dei omnipotentis gratiam*.

(f) Est apud Sigonium *removeat & emendet*.

(g) Confer Catalogum hunc Regum cum edito à Blanco, ac in multis dissidere comperies.

NOTÆ AD ROTHARIS LEGES

(1) Vide in Antiquit. Estens. Cap. 13. pag. 108. *Otbertum Marchionem* Anno 1014. ab Henrico inter Imperatores Primo perduellionis damnatum ex vi istius Legis. In Codice Estensi legitur: *aut consilium querit*, atque ibi desiderantur ea verba *& res ejus infiscentur*. Legitur in Codice Cathedralis Mutinensis, & Ambrosiano *consiliaverit*. Verùm in laudato Diplomate Henrici I. iisdem verbis concepta est Lex ista, quibus nunc editur.

(2) Codex Cathedr. Mutin. & Estens. *consiliaverit*.

(3) In MSto Estens. *patiantur*: *quia postquam corda Regum in manu* &c. Ita quoque in Ambrosiano.

(4) Ambo MSti Mutinenses habent: *impossibile est, ut homo possit edoniare, quem Rex occidere jusserit*: idest defendere, sive sacramento purgare & purificare ab impacto crimine. Infra eadem vox occurrit, uti & in aliis rudium Seculorum Scriptoribus.

(5) Scilicet *Provincia* pro *Regno*, atque adeò extra Regnum Langobardorum. Ita in duabus subsequentibus Legibus.

(6) Habetur in MSto Estensi & Ambrosiano *inimicum Regis*. Idem est, quod animadvertendum, ut quum *Res Publica*, *Judex Publicus*, atque his similia occurrunt, continuò intelligas agi de rebus, aut hominibus ad *Regem* pertinentibus.

(7) MSti Mutinenses *infiscentur*.

(8) *Scameras* alii textus. Hoc est *exploratores*, quos Italicè appellamus *Spie*, *Spioni*. Ita Boherius, Papia præeunte, quibus assentiri videtur Du-cangius in Glossario Latino, uti & Hugo Grotius. Ego *Latrones* interpretari malim. In Capitulari Sichardi Principis Benevent. apud Peregrin. Tom. II. Italicarum Rerum legimus: *Neque per exercita, aut cursas, neque per Scamaras, neque per tradicios* &c. Eugippius in Vita Sancti Severini: *Istri fluenta prætermeans, Latrones insequitur, quos vulgus Scamares appellabat*. Adde Jordanem de Reb. Getic. Cap. 58. *Et plerisque Abactoribus, Scamarisque, & Latronibus undecumque collectis* &c. *Abactores* dicti *fures jumentorum*, aut *pecorum*; *Latrones* qui nunc *Assassini da strada*; *Scamaræ* verò aliud quid genus furum, sive Latronum, ut puto, fuere. Stephanus II. Papa in Epist. IX. Codic. Carol. ad Pippinum Regem ejusque filium scribit, Aistulphum Regem non solùm nihil Beato Petro reddere voluisse, *sed etiam Scamaras, deprædationes, seu devastationes in Civitatibus, & locis Beati Petri facere non cessare*. Pagius hæc adferens ad Annum 755. *Scamaras* interpretatur *Exploratores*, sed, uti nemo non videt, parùm aptè ad sensum verborum.

(9) Codices MSti Mutinenses præferunt *à Rege exercitum gubernandi*. Nescio quis postremis hisce Seculis edocendos Majores nostros Grammaticam tam serò sibi sumsit, multosque Barbarismos ac Solœcismos ex eorum Legibus detersit. Ego contra amo ipsos, uti loquebantur, potiùs quam uti loqui debuissent, audire.

(10) In Esten MSto legitur: *sanguinis sui incurrat periculum*.

(11) Codices Mutinenses *astalin*, idest deceptionem. Est etiam in utroque *contra inimicos*.

(12) Præferunt MSti *in Concilio*. Succedit *in quolibet conventu*, hoc est in Placitis, & Mallis, & generaliter in unoquoque legitimo Populi conventu.

(13) Et hoc, uti supra habetur, *se edoniare* in utroque MSto.

(14) Habent MSti, *& adest*.

(15) Hæc ita efferuntur in Codic. Esten. *Et si ei probare non potuerit, & agnoscitur quid dolosè accusasset, tunc ipse, qui eum accusavit* &c.

(16) Cod. Esten. *consiliaverint sinè Regis consilio, & ex ipso contractatu* &c.

(17) In MSto Esten. *sicut appretiatum fuerit, idest VVidrigild*, quæ duo postrema verba addunter & in Codic. ~~Cathedr. Mutin.~~ Hoc enim significabat vocabulum istud, quod est memoria retinendum. Ambros. habet *item VVidrilium suum*. Contendit Eccardus in No-

Digitized by Google

XII.

Si duo aut tres homines, seu amplius, liberi, homicidium perpetraverint (18), & noluerint se adjuvare in unum, ut componant ipsum mortuum, sicut appretiatus fuerit, sit eis licentia adjuvandi. Et si aliquis ex ipsis se subtraxerit, & non potuerit se purificare, sicut lex habet, idest quòd nec plagam, nec feritam in ipso homine, qui occisus est, feciſſet, tunc sit culpabilis sicut & alii, qui eum composuerunt. Et si se purificaverit, (19) sit absolutus à culpa homicidii. Si tamen in consilio fuerit, componat, ut supra, solidos XX. aut de ipso consilio purificet se, si potuerit. *I.* 9. 1.

XIII.

Si quis dominum suum occiderit, ipse occidatur, & si quis (20) ipsum hominem defensaverit, qui dominum suum occiderit, sit culpabilis DCCCC. solid. medium Regi, & medium parentibus mortui. Et qui illius mortui injuriam vindicandam denegarit solatium, siquidem rogatus fuerit, unusquisque (21) componat solid. medium Regi, & medium cui solatium denegaverit. *I.* 9. 2.

XIV.

Si quis homicidium (22) perpetraverit absconsè in Barone, libero, vel servo, vel ancilla, & unus fuerit, aut duo tantùm, qui ipsum homicidium fecerit, componat DCCCC. solidos. Si verò plures fuerint, si ingenuus fuerit, qualiter (23) in gargahangi, ipsum homicidium componat. Si servus aut libertus, componat ipsum mortuum, ut appretiatus fuerit, & si spolia de ipso mortuo tulerit, ideſt (24) plus layp, componat solidos XC. *I.* 9. 3.

XV. De Grapu Forsi.

Si quis sepulturam (*) hominis mortui ruperit, & corpus exspoliaverit, aut foris jactaverit, DCCCC. solid. sit culpabilis parentibus defuncti. Et si parentes proximi non fuerint, tunc (25) Castaldus Regis, aut Sculdasius requirat culpam suam, & ad Curtem Regis exigat. *I.* 13. 2.

XVI. De Urubhi (*Cod. Ambros.*)

Si quis hominem mortuum in flumine, aut foris invenerit, & exspoliaverit, & celaverit, componat parentibus mortui solidos LXXX. & si eum invenerit, & exspoliaverit, & mox vicinis patefecerit, & cognoscitur quia pro mercedis causa fecerit, nam non furandi animo, reddat spolia, quæ super eum invenerit, & ampliùs ei calumnia non generetur. *I.* 13. 1.

XVII.

Si quis ex (**) Baronibus nostris ad nos venire voluerit, securus veniat, & illæsus ad suos revertatur, & nullus de adversariis illius illi aliquam injuriam in itinere aut molestiam facere præsumat. Tantùm est, ut ille, qui ad Regem venire festinat, honestè veniat, & nullam læsionem, aut damnum (26) quoque in ipso itinere ad Regem veniendo, aut

---

Notis ad Salicam Legem pag. 168. differentiam intercedere inter *VVeregildum*, & *VVidrigildum*. Prior enim vox *compositionem hominis* significat, quæ in Salica Lege *Leudis* dicitur; *VVidrigildum* verò *compositionem cujuslibet rei*. Verùm Codices nostri unum agnoscunt *VVidrigild*, sive *Guidrigild*, ut significent *compositionem hominis*, sive mulctam pro homine occiso, quæ stabilis non erat, sed secundùm æstimationem hominis interemti statuebatur.

(18) Sensus planè alius in MSto Gath. Mutin. & Ambros. ubi hæc ita leguntur, *& voluerint se adunare, ut in unum componant.* Tum sequitur in utroque MSto Mutin. *sit eis adunandi licentia.*

(19) Habet uterque Cod. Mutinens. *sit exsolutus à pœna homicidii.*

(20) Audi utrumque Codic. Mutin. *ipsum homicidam defensare voluerit.* Lex ista *Servos* afficit; nam libero homini aliquem privatum hominem necanti pœna mortis non inrogabatur.

(21) In Codicib. Mutin. *componat solidos* (sive *soldos*) *L. medietatem Regi, & medietatem* &c. Editi præferunt *medium*, MSti verò heic, & alibi semper *medietatem*.

(22) MSti Mutinens. *perpetraverit in absconso*. Editio Boheriana: *Si unus aut duo tantùm absconsè homicidium perpetraverint in Barone* &c.

(23) MS. Esten. *in angar gathingi*. MS. Cathedr. Mutin. *in agargathung.*

(24) MS. Estens. *plodrabotb, componat solidos* LXXX.

(*) In Lege Salica Tit. XVII. Cap. III. *Si quis mortuum hominem aut in noffo, aut in petra, quæ vasa ex usu Sarcophagi dicuntur* &c. Alii legunt in *offo*. Pithoeus, Du-Cangius, & nuper Clarifs. Eccardus in Not. ad Legem Salicam *noffum* explicant *sarcophagum ligneum*. At quum *sarcophagos* appellare mos fuerit vasa tantùm lapidea, sive arcas sepulcrales, non contemnenda mihi videtur lectio Codicis Estensis, ubi eamdem Legem Salicam manu exaratam habeo, *in toffo, aut in petra*. *Toffus* autem, sive *topbus*, & *tufus*, quam vocem *tufo* adhuc Lingua nostra servat, est lapidis genus, cui inter marmora locus non est. *Petra* autem nomine marmor heic designatur. Ut in editis, ita & in Cod. Esten. infra repetitur eadem Lex Salica, & ibi rursus scriptum lego *in topbo*. Attamen suspendere sententiam cogor, quia in MSto Gath. Mutin. ubi Lex Salica, primo loco habetur *noffo*, & in altero *naufo*.

(25) Legitur in Cod. Estens. *Gastaldius Regis, aut Sculdais requirat culpam ipsam*. Ita fere semper hæc nomina efferuntur in MStis Mutinensibus. *Sculdais*, pedaneus Judex. *Gastaldius*, Procurator, & Oeconomus Regis cum jurisdictione. Attamen infra ex Lege XXIV. constat, *Gastaldios* quoque ad militiam adhibitos, in eo nempe munere, quod olim gessere Procuratores, Rationales &c. & nunc *i Commessarj di Guerra*.

(**) Supra in Lege XIV. eadem vox occurrit: *Si quis homicidium perpetraverit absconsè in Barone, libero, vel servo*. Baluzius, & Du-Cangius *Baronem* in his Legibus, uti & in Salicis, accipiunt pro quolibet *Viro*; atque in eamdem sententiam concedit Eccardus, multis in hanc rem exemplis veterum allatis. *Ingenuos* viros, hoc est ex liberis parentibus natos, ideoque olim Nobiles reputatos, per hanc vocem indicari VVendelinus senserat. Certè quod Eccardus ait, *ortationem ingenuæ mulieris* (unde in Linguam nostram fluxit *urto*, & *urtare*) in Salica Lege luendam esse *XLV. solidis*; *Baronis* autem non nisi *solidis XV.* (uti & in Baluziana editione legitur) minimè stat certo auctore, imo mendosum puto. Dilucidè enim habetur in Cod. Esten. ubi Lex quoque Salica Langobardicæ succedit: *Si quis Baroni viam suam obstaverit, aut eum impinxerit, MDCCC. denarios, qui faciunt solidos XLV. culpabilis judicetur*. Quare vides *Baronem*, & *Ingenuam* æquari. Attamen subsequentem Legem, quam respicit Lex ista, animadverte. Ibi legitur *super quemcumque hominem ad Regem venientem*: quæ idem sonant ac *si quis ex Baronibus nostris ad nos venire voluerit*. Ergo vox *Baro hominem quemcumque* Langobardici Regni incolam significat. Atque hæc mihi potior ratio, quare VVendelini sententiam nequaquam amplectar, quæ alioqui non improbanda mihi videretur.

(26) Esten. Cod. *damnum cuicumque in ipso itinere ad Regem veniendum aut redeundum faciat.*

aut redeundo faciat. Nam si fecerit, sicut subter in hoc Edicto dictum est, componat. *I.* 14. 1.

XVIII

Si quis (27) ex adversariis nostris manum armatam super quemcumque hominem ad Regem venientem injecerit, pro sua injuria, aut propter qualemcumque culpam vindicandam DCCCC. solid. sit culpabilis, medium Regi, & medium cui injuria illa illata fuerit. *I.* 14. 2.

XIX.

Si quis pro injuria sua vindicanda, super quemcumque hominem manu armata, aut cum exercitu usque ad quatuor homines in vicum intraverit, (28) ille pro illicita præsumtione moriatur, aut componat solidos DCCCC. medium Regi, & medium ei, qui injuriam passus est. Et illi qui cum ipso fuerint, si liberi sunt, unusquisque componat solidos LXXX. medium Regi, & medium ei, qui injuriam passus. Excepto si in ipso vico casam incenderit, aut hominem occiderit, secundùm quod appretiatus fuerit, ita componatur illi, cujus casa fuerit incensa, aut parentes, aut servus occisus fuerit. *I.* 18. 1.

XX.

Si quis de exercitalibus Ducem suum contemserit ad justitiam faciendam, XX. solidos Duci suo & Regi componat. *I.* 15. 1.

XXI.

Si quis in exercitu ambulare contemserit, (29) aut in sculcam, det Regi & Duci suo solidos XX. *I.* 15. 6.

XXII.

Si quis de ipso exercitu Duci suo ad justam causam prosequendam denegaverit solatium, unusquisque componat Regi & Duci suo solidos XX. *I.* 15. 2.

XXIII.

Si Dux exercitalem suum molestaverit injustè, (30) Gastaldius eum solatiet, dum usque ad præsentiam Regis, aut certè apud suum Judicem, eum ad justitiam perducat. *I.* 15. 3.

XXIV.

Si Gastaldius exercitalem suum contra rationem molestaverit, Dux eum solatiet, quousque veritatem suam inveniat. *I.* 15. 5.

XXV.

Si quis res suas ab alio in exercitu requisierit, & noluerit ille reddere, tunc ambulet ad Ducem; & si Dux illi, aut Judex, qui in loco ordinatus est à Rege, veritatem & justitiam non conservaverit, componat tam Regi, quàm ei, cujus causa est (31) solidos XX. & causa manente. *I.* 15. 4.

XXVI.

De Vegoveri arbitraria. (*Cod. Ambros.*)

Si quis mulieri liberæ aut puellæ in via se anteposuerit, aut aliquam injuriam intulerit, DCCCC. solidos componat, medium Regi, & medium cui ipsa injuria illata fuerit, aut ad quem mundium de ea pertinuerit. *I.* 17. 1.

XXVII.

Si quis homini libero (32) in viam antestèterit, XX. solid., sic tamen, ut aliquam læsionem in carne ipsius non faciat, nam si fecerit, & XX. solidos ei componat pro eo quòd antestèterit in via, & feritas, aut plagas, si fecerit, sicut subter adnexum est in hoc edicto, componat. *I.* 16 1.

XXVIII.

Si quis servo alieno, aut ancillæ, seu (*) aldio, vel aldiæ, aut liberto, vel libertæ in viam antestèterit, domino ejus componat solidos XX. *I.* 16. 2.

XXIX.

Si quis messem suam, aut pratum, seu quamlibet (33) clausuram vindicando prohibuerit homini, ut non ingrediatur, non sit culpabilis, sicut ille, qui homini (34) simpliciter ambulanti viam antestèterit, eo quòd laborem suum vindicaverit. *I.* 16. 3.

XXX.

De Mar. Vor. Fin.

Si quis hominem liberum de caballo in terra per quodlibet ingenium iniquo animo jactaverit, LXXX. solidos ei componat; & si aliquam læsionem ei fecerit, sicut in hoc Edicto subter annexum est, componat. *I.* 16. 4.

XXXI.

De Uradeht. (*Cod. Ambros.*)

Si quis homini libero violentiam injustè fecerit, (35) idest gualapur, LXXX. solidos ei componat. Gualapur est, dum quis se furtivum vestimentum induxerit, aut sibi caput, latrocinandi animo, aut faciem transfiguraverit. *I.* 16. 5.

XXXII.

Si (36) noctis tempore homo liber in curte alterius inventus fuerit, non dans manus ad ligandum, occidatur, & à parentibus non requiratur. Et si manus dederit ad ligandum, & ligatus fuerit, (37) debet pro se solidos LXXX. Quia non convenit rationi, ut homo noctis tempore in curte aliena silentio, aut absconsè ingrediatur; sed qualemcumque utilitatem habet, antequam intret, clamet. *I.* 25. 1.

XXXIII.

Si servus in curte aliena noctis tempore inventus fuerit, & non dans manus ad ligandum, occi-

(27) Non legitur *nostris* in MStis Mutinens. neque legendum.

(28) Cod. Ambros. addit *ad malum faciendum*. Mutin. MSti *ille prior pro inlicita*.

(29) Esten. Cod. *aut in sculea*. Retinendum tamen *sculca*, quam vocem Papias interpretatur *Cabalcatam*; Alii *Excubias*. Eo sensu occurrit hæc apud Gregorium M. & Græcos Auctores.

(30) MS. Esten. *Gastaldius ei solatium præbeat usque ad* &c. Ita & in Lege sequenti. Pro *suum Judicem* Ambros. Cod. habet *suum Ducem*.

(31) Abest à Cod. Esten. *Et Causa manente*, idest servato suo jure repetenti res suas. Ambros. Cod. addit: *ut ubi se non perdat justitiam suam*.

(32) Habet Esten. Cod. *viam antestèterit, componat ei solidos XX.*

(*) De *Aldiis*, sive *Aldionibus*, infra erit sermo. Heic solùm animadverte, hominum genus fuisse neque *servos*, neque *libertos*, sed quid medium. Ambros. Cod. non habet *Aldiæ*, nec *libertæ*.

(33) Hæc ita leguntur in MS. Esten. *clausuram suam ad vindicandum homini antestèterit*. Cod. Cathedr. Mutin. *prohibuerit, idest antestèterit*.

(34) Cod. Esten. *simpliciter per viam ambulanti antestèterit, pro eo quod* &c.

(35) In Esten. MSto habetur: *idest VValapa*. In altero Cathed. Mutin. *idest VValpoz*. Uterque Codex deinde habet: *qui se furtivum vestimentum alienum induerit*. Fortassis hæc non à Rothari, sed à Glossatore quopiam procedente tempore addita fuere.

(36) In MSto Mutin. Cathedr. *De homine libero si nocte in Curte alterius inventus fuerit, & non dans* &c. In Estensi verò: *Si quis homo liber in Curte alterius nocte inventus, & à parentibus ejus non dans* &c.

(37) Est in Codic. Esten. *det pro se*. Infra *ut homo liber noctis tempore*. Et inferiùs *sed si qualemcumque utilitatem*.

Digitized by Google

occiſus fuerit, non requiratur à Domino ſuo. Et ſi manus dederit, & ligatus fuerit, (38) liberet ſe cum XL. ſolidis. *I.* 25. 2.

XXXIV.

Si quis in curte alterius irato animo ſagittaverit, aut lanceam jactaverit, (39) aut de foris alium plagaverit intra curtem, componat ſolidos XX. excepta compoſitione plagarum, aut feritarum, ſi fecerit, ſicut in hoc Edicto legitur, perſolvatur. *I.* 25. 3.

XXXV.

Si quis in Eccleſia ſcandalum perpetraverit, (40) XL. ſolid. ſit culpabilis ipſi venerabili loco, exceptis plagis & feritis, cui fecerit. Et prædicti XL. ſolidi per Sculdais ſuum, aut Judicem, qui in loco ordinatus fuerit, exigantur, & in ſacro altari, ubi injuria facta fuerit, ponantur. *I.* 2. 2.

XXXVI.

Si quis (14) intra Palatium, ubi præeſt Rex, ſcandalum perpetrare præſumſerit, animæ ſuæ incurrat periculum, aut animam ſuam redimat, ſi obtinere potuerit à Rege. *I.* 2. 3.

XXXVII.

Si quis liber homo in eadem Civitate, ubi præeſt Rex, (42) & tunc inveniatur eſſe, ſcandalum perpetrare præſumſerit, ſi incitaverit, & non percuſſerit, ſit culpabilis in Palatio Regis, ſolidorum XII. Nam (43) ſi percuſſerit, ſit culpabilis ſolidorum XXIV. exceptis plagis & feritis, ſi fecerit, ſicut ſubter annexum eſt, componat. *I.* 2. 4.

XXXVIII.

Si quis ſervus in eadem Civitate, in qua Rex (44) præeſt, ſcandalum incitaverit, & non percuſſerit, ſit culpabilis in Palatio Regis ſolidorum VI. & ſi percuſſerit, ſit culpabilis ſolidorum XII. exceptis plagis, & feritis ſi fecerit, ſicut ſubter annexum eſt, componat. *I.* 2. 5.

XXXIX.

Si quis liber homo in alia Civitate ſcandalum incitaverit, & non percuſſerit, ſit culpabilis in Palatio Regis ſolidorum VI Et (45) ſi percuſſerit, ſit culpabilis ſolidorum XII. exceptis plagis & feritis, ſi fecerit, ſicut ſubter adnexum eſt. *I.* 2. 6.

XL.

Si ſervus (46) in alia Civitate, in qua ſcandalum commiſerit, ſit culpabilis in Palatio Regis ſolidorum III. Si autem fecerit plagas aut ferîtas, ſit culpabilis ſolidorum VI. exceptis plagis & feritis, cui fecerit, componat. *I.* 2. 7.

XLI.

Si quis homini libero inſidiatus fuerit cum (47) virtute aut ſolatio, videns eum imparatum, & ſimpliciter ſtantem, aut ambulantem, & ſubitò ſuper eum adveniens turpiter eum tenuerit, aut battiderit ſinè juſſione Regis, medium pretii ipſius, ac ſi eum occidiſſet, ei componat, eo quòd in turpitudinem, & in ridiculum ipſius malè tractaverit eum. *I.* 6. 1.

XLII.

Si quis hominem liberum ligaverit abſque juſſione Regis ſinè cauſa, duas partes pretii ipſius, ac ſi eum occidiſſet, ei componat. *I.* 6. 2.

XLIII.

Si quis hominem liberum (48) ſurgente rixa percuſſerit, & livorem aut vulnus fecerit, pro una ferita componat ei ſolidos III. ſi duas, ſolvat VI. ſi tres IX. ſi quatuor XII. (49) Si verò ampliùs duraverint feritæ, non numerantur, ſed ſibi contentus. *I.* 6. 3.

XLIV.

Si quis alium pugno percuſſerit, componat ſolidos III. Si alapam dederit, ſolidos VI. *I.* 6. 7.

XLV.

(50) De plagis, & compoſitionibus plagarum, quæ inter homines liberos evenerint, per hunc tenorem, ſicut ſubter adnexum eſt, componantur, ceſſante faida, ideſt inimicitia.

XLVI.

Si quis alii plagam fecerit in capite, ut cutica tantùm rumpatur, quam capilli cooperiunt, componat ſolidos VI. Si duas plagas fecerit XII. Si uſque tres fecerit XVIII. Si (51) verò ampliùs fecerit, non numerantur, niſi iſtæ tres componantur. *I.* 7. 1.

XLVII.

Si quis alium plagaverit in capite, ut (52) os rumpatur, pro uno oſſe componat ſolidos XII. Si duo fuerint componat XXIV. Si tria fuerint ſolidos XXXVI. Si plura fuerint, non numerentur. Ita tamen, ut os tale inveniatur, quod ad pedes duodecim (53) ſuper viam ſanum

(38) In utroque Cod. Mutin. *liberet eum dominus ejus cum XL. ſoldis.*

(39) Ambo Codices Mutin. habent, *aut de foris ſæpe alium plagaverit infra Curtem.* MS. Cathedr. Mutin. *excepto compoſitiones plagarum, aut feritas.* Et pro *perſolvatur* in utroque MSto habetur *perſolvat.*

(40) Hæc ita leguntur in MSto Eſten. *XL. ſoldos ipſi venerabili loco componat, excepto plagas, aut feritas.* Et pro *altari* illic legitur *altario.*

(41) Eſten. Cod. *infra Palatium, ubi Rex præeſt, ſcandalum perpetraverit.* Scilicet *infra* pro *intra* ſæpiſſimè ab antiquis uſurpatum.

(42) Rectiùs in Eſten. MSto, *vel tunc invenitur eſſe.*

(43) Hæc ita in Cod. Eſten. ſcripta. *Nam ſi incitaverit, & percuſſerit, ſit culpabilis in Palatio ſolidos XXIV. excepto plagas, aut feritas.*

(44) Addit MS. Eſten. *Rex præeſt, vel tunc invenitur eſſe.* Heic & alibi *ſcandalum incitare*, ſeu *perpetrare*, eſt rixam concitare, & injurgia, verbera, ac vulnera tumultuosè proruere.

(45) Uterque Cod. Mutin. *Si autem incitaverit, & percuſſerit, aut plagaverit, ſit culpabilis in Palatio Regis ſoldos XII. excepto compoſitiones plagarum, aut feritas, quas cui fecerit, ſicut in hoc Edicto legitur, componat.*

(46) Habent Codices Mutin. *in alia civitate ſcandalum commiſerit, componat Regi ſolid.* &c.

(47) Hoc eſt aſſociatus, aut protectus ab aliis armatis, hominem ſolum, nil tale cogitantem, aggreſſus fuerit. *Virtutem* pro *vi*, ac *violentia* ſæpe deprehendas in hiſce Legibus, uti & in reliquis Populorum Septemtrionalium. Infra Eſten. Codex habet: *pro eo quòd turpiter, & in ridiculum ejus eum tam malè tractavit.* Codex verò Cath. Mutin. *eo quod in turpe, & deriſu ipſius eum tam malè tractaverit, ſeu injuriaverit.*

(48) Codices Mutin. *hominem liberum ſubitò ſurgente rixa percuſſerit, & livorem ei* &c.

(49) Hæc ita in Cod. Eſten. *Si verò ampliùs duraverit, non numerentur: niſi iſtæ quatuor feritæ componantur, & ſit ſibi contentus.*

(50) Hæc deſiderantur in Edit. Goldaſt. At leguntur in utroque Codice Mutineſi. Habet & Boheriana Editio, ubi Rubricæ loco adferuntur.

(51) MSti Mutin. *Si verò ampliùs plagæ capitis fuerint.*

(52) Cod. Eſten. *ut oſſa rumpantur, pro uno oſſo.*

(53) Corrige: *ſuper viam ſonum in ſcuto facere poſſit.* Ita MSti Mutinenſes. In Lege Ripuaria Tit. LXVIII. Cap. I. ſimilis dicendi formula: *Si quis quis* &c. *plagatus fuerit, & os exinde exierit, quod ſuper viam XII. pedum in ſcuto jactum ſonaverit.* Eadem quoque occurrit in Lege Alamannorum Tit. LIX.

ut

num in scuto facere possit, & ipsa mensura de certo pede mediocris hominis mensuretur, nam non ad manus. *I.* 7. 2.

XLVIII.

Si quis alii oculum excusserit, pro mortuo appretietur, (54) secundùm qualitatem personæ, medium pretii ipsius componat ei, cui oculum excusserit. *I.* 7. 19.

XLIX.

Si quis alii nasum absciderit, medium pretium ipsius componat, utsupra. *I.* 7. 3.

L.

Si quis alii labrum absciderit, componat solidos XVI. Et si dentes apparuerint, unus, aut duo, aut plures, componat solidos XX. *I.* 7. 4.

LI.

Si quis alii dentes excusserit, qui (55) in risu apparuerint, pro uno dente componat solidos XVI. Si duo aut plures fuerint in risu apparentes, numerantur, & per hunc modum componantur. *I.* 7. 5.

LII.

Si quis dentes maxillares excusserit, unum aut plures, componat pro uno dente solidos VIII. *I.* 7. 6.

LIII.

Si quis alii aurem absciderit, quartam partem pretii ipsius componat ei. *I.* 7. 7.

LIV. & LV.

Si quis alii plagam in facie fecerit, componat ei solidos XVI Si quam in naso fecerit plagam, componat solidos XVI. si resolidaverit tantùm, ut cicatrix appareat. *I.* 7. 8.

(Si non resolidaverit, quartam partem pretii ipsius componat ut supra.)

LVI.

Si quis in aurem plagam fecerit, componat solidos XVI si resolidaverit. *I.* 7. 9.

LVII. & LVIII.

Si quis alium in brachium punxerit, & non transforaverit, componat solidos VIII. Si transforaverit, componat solidos XVI. *I.* 7. 12.

LIX.

Si quis alium intra (*) capsum plagaverit, componat ei solidos XX. *I.* 7. 10.

LX. & LXI.

Si quis alium in coxa punxerit, aut plagaverit, si transforaverit, componat solidos XXI. Et si non transforaverit componat solidos VIII. Si plagæ fuerint plures, usque ad tres tantummodo numerentur, & pro unaquaque plaga componatur, ut supra. Nam ampliùs si fuerint, non componantur. *I.* 7. 11.

LXII.

Si quis alii manum absciderit, medium pretium ipsius, quod appretiatus fuerit, tamquam (56) si eum ipsum occidisset. Et si demta fuerit, & non excusserit à corpore, quartam partem ipsius pretii ei componat. *I.* 7. 13.

LXIII.

Si quis alii digitum pollicem de manu excusserit, sextam partem, quod homo appretiatus fuerit, ac si eum occidisset, componat. *I.* 7. 14.

LXIV. LXV. LXVI. LXVII.

Si quis alii secundum digitum de manu excusserit, componat ei solidos XVI. Si (57) tertium, qui est medius, solidos VI. Si quartum, VIII. Si quintum, XVI. *I.* 7. 15.

LXVIII.

Si quis alii pedem excusserit, medium pretii ipsius componat. Et (58) si scinderatus, & non excusserit, quartam partem pretii componat. *I.* 7. 16.

LXIX. LXX. LXXI. LXXII. LXXIII.

Si quis alii pollicem de pede excusserit, componat solidos X Si secundum digitum de pede excusserit solidos VI. Si tertium, III. Si quartum, similiter. Si quintum II. *I.* 7. 17.

LXXIV.

De omnibus istis plagis ac feritis superiùs descriptis, quæ inter homines liberos eveniunt, ideo majorem compositionem posuimus, quàm antiqui nostri, ut faida, (59) quæ est inimicitia, post compositionem acceptam postponatur, & ampliùs non requiratur, nec dolus teneatur, sed causa sit finita, amicitia manente. Et si contigerit de ipsis plagis & feritis infra anni spatium mori hominem, qui plagatus est, tunc ille, qui plagaverit, eum componat, qualiter in gargathangi, idest secundum qualitatem personæ. *I.* 7. 18.

LXXV.

Si infans in utero matris suæ nolendo occisus fuerit ab aliquo, si ipsa mulier libera est, & evaserit, appretietur ut libera secundùm nobilitatem suam, (60) & medium, quod ipse valuit infans, ipse componat. Nam si ipsa mortua fuerit, componat ipsam secundùm generositatem suam, excepto qui in utero ejus mortuus fuerit, componat, ut supra cessante faida, quod nolendo fecit. *I.* 9.4.

LXXVI.

(61) De aldiis & servis ministerialibus dicimus, qui docti domi, & nutriti, aut probati sunt. *I.* 8. 1.

LXXVII.

---

ut videas, Septemtrionales Populos in hunc ritum consensisse. In fine Cod. Cathedr. Mutin. habet: *nam non ad manum.*

(54) Legitur in MSto Cathedr. Mutin. *qualiter in arigargatbungi, idest secundum qualitatem personæ; & medietas pretii ipsius componatur ab ipso, qui oculum evulsit.*

(55) MS. Cathedr. Mutin. *qui in risu apparent.* Infra in eodem Codice. *Si duo, aut ampliùs fuerint in risu apparentes, per hunc numerum componantur, & adpretientur.*

(*) Hoc est in thorace, sive ea pectoris parte, quæ à costis circumtegitur. Vox non ignota Latinis. Hinc Danti Aligherio non uno in loco *Casso* eadem significatione; & apud vulgus nostrum perdurat vox *Cassaro* penultima brevi, eademque significatione. Hinc autem originem habuisse videtur Gallica vox *Carcasse*.

(56) Sequitur in MStis Mutin. *ei componat. Et si siderata fuerit.* Ita quoque in Ambros. Cod. ubi pro *siderata* legitur *esciderata*.

(57) MS. Cathedr. Mutin. Legem singularem constituit heic, uti & ad reliqua membra, his verbis. *Si quis alii tertium digitum de manu excusserit, idest medianum, componat soldos V.*

(58) MSti Mutinens. *& si sideratus fuerit. Sideratus*, hoc est sidere afflatus, quod est morbi genus. Vox Latinis nota, unde Italicum *Affiderato*, hoc est membris contractis deformatus. Infra: *quartam partem pretii ipsius ei componat.*

(59) In MSto Estens. *Ut faida, idest inimicitia, non teneatur post acceptam istam compositionem, & pœna ampliùs non requiratur.* Nempe persoluta mulctâ pecuniariâ tum Regio Fisco, tum illi, cui vulnus aut dedecus inlatum fuerat, *faida*, hoc est inimicitia, deponenda erat, & à reo nihil aliud exigendum restabat. Sequitur in Cod. Ambros. *nec dolosus teneatur.* Infra legitur in MSto Esten. *in angar gatbungi.* In MS. Cathedr. Mutin. *in argargatbungi.*

(60) Hæc restituenda ex Cod. Esten. *& medium, quod ipsa valuerit, infans ipse componatur.*

(61) In Edition. Boherian. loco Rubricæ hæc sunt.

Digitized by Google

LXXVII.

Si quis aldium alienum, aut ſervum miniſterialem percuſſerit, ſi livor, aut vulnus apparuerit, pro una ferita componat ſolidum unum. Si duas fecerit, ſolidos II. Si tres, ſolidos III. Si quatuor IV. Si verò ampliùs fuerunt, non numerentur. *I.* 8. 2.

LXXVIII.

Si quis aldium alienum, aut ſervum miniſterialem ita in capite plagaverit, ut os non rumpatur, pro una plaga det duos ſolidos. Si duas, ſolidos IV. (62) excepta opera & mercede medici. Si verò plures plagæ capitis fuerint, non numerentur. *I.* 8. 3.

LXXIX.

Si quis aldium alienum, aut ſervum miniſterialem ita in capite plagaverit, ut oſſa rumpantur, unum vel plura, componat ſolidos IV. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 4.

LXXX. & LXXXI.

Si in facie plagaverit, componat ei ſolidos duos. Si naſum abſciderit, componat ſolidos VIII. *I.* 8. 5.

LXXXII.

Si oculum excuſſerit, medium pretium ipſius, quod appretiatus fuerit, ac ſi eum occidiſſet, componat. *I.* 8. 5.

LXXXIII.

Si aurem abſciderit, componat ſolidos VI. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 7.

LXXXIV.

Si labrum abſciderit, ut dentes appareant, componat ſolidos VI. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 8.

LXXXV.

Si dentem excuſſerit unum, aut plures in riſu apparentes, pro uno dente componat ſolidos IV. Si plures fuerint per hunc numerum componantur. *I.* 8. 7.

LXXXVI.

Si dentem maxillarem excuſſerit, pro uno componat ſolidos II. Si verò plures fuerint, per hunc modum componantur. *I.* 8. 9.

LXXXVII.

Si brachium ruperit, componat ſolidos VI. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 10.

LXXXVIII.

Si manum abſciderit, componat medium pretii ipſius. *I.* 8. 11.

LXXXIX.

Si pollicem de manu excuſſerit, componat ſolidos VIII. excepta opera, & mercede medici. *I.* 8. 12.

XC. XCI. XCII. XCIII.

Si ſecundum (*) digitum de manu excuſſerit componat ſolidos VI. Si tertium, ſolidos III. ſi quartum, ſolidos II. ſi quintum, ſolidos IV. *I.* 8. 13. &c.

XCIV.

Si coxam aut tibiam ruperit, componat ſolidos III. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 14.

XCV.

Si pedem excuſſerit, medium pretii ipſius componat. *I.* 8. 15.

XCVI. XCVII. XCVIII. XCIX. C.

Si pollicem de pede excuſſerit, componat ſolidos quatuor, excepta opera, & mercede medici. Si ſecundum digitum de pede componat ſolidos II. De aliis ex unoquoque ſolidum unum. *I.* 8. 16.

CI.

Si plagam infra capſum fecerit, (63) aut cum ſagitta, aut cum quibuslibet armis, componat ſolidos VI. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 17.

CII.

Si brachium, aut coxam transforaverit, componat ſolidos III. excepta opera, & mercede medici. Et ſi plagaverit, & non transforaverit, componat ſolidum unum. *I.* 8 18.

CIII.

Si plagam in capite fecerit, ut cutica tantùm rumpatur, quam capilli cooperiunt, pro una plaga det ſolidum unum, pro duabus ſolidos II excepta opera & mercede medici. Si verò plures fuerunt, non numerentur. Si autem oſſa rumpantur unum aut plura, componat ſolidos III. & ampliùs non numerentur. *I.* 8. 19.

CIV. CV. CVI. CVII. CVIII.

Si quis ſervo alieno ruſticano plagam (64) in capite fecerit, componat ſolidum unum. Si oculum excuſſerit, componat medium pretii ipſius domino ejus. Si naſum abſciderit, ſolidos IV. excepta opera & mercede medici. Si labrum, ut dentes appareant, componat ſolidos IV. Si dentes excuſſerit, qui in riſu appareant, pro uno ſolidos II. pro maxillari I. Si plures fuerunt, per hunc numerum componantur. *I.* 8. 20.

CIX.

Si quis aurem abſciderit componat ſolidos II. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 21.

CX.

Si brachium (65) aut coxam transforaverit, componat ſolidos II. Si autem plagaverit, & non transforaverit, componat ſolidum unum, excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 22.

CXI.

Si intra capſum plagaverit, componat ſolidos III. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 23.

CXII.

Si brachium, (66) aut tibiam ruperit, componat ſolidos II. excepta opera & mercede medici. Et ſi de ipſa ruptura intra anni ſpatium ſanus factus non fuerit, & ad priſtinam ſanitatem non redierit, quartam partem pretii ipſius domino ejus componat. *I.* 8. 24.

CXIII.

Si manum abſciderit, medium pretii ipſius componat domino ejus. *I.* 8 25.

CXIV. CXV. CXVI. CXVII. CXVIII.

Si pollicem de manu excuſſerit, componat ſo-

(62) In MStis Mutinenſ. heic & in aliis ejuſmodi locis elegantiùs: *excepto operas, & mercedis Medici. Si verò ampliùs plagæ capitis fuerint* &c.

(*) In Salica Lege Tit. XXXI. Cap. VI. habetur: *Si ſecundum digitum, quo ſagittatur, excuſſerit* Ita in editis à Baluzio, & Eccardo. Neque improbanda lectio. Attamen in Cod. Eſten. altera occurrit & ipſa probanda, nempe *quo ſignatur*, hoc eſt digitus index. Qua appellatione unus ille digitus deſignatur; quum contra ad *ſagittandum* pollice quoque ſit opus.

(63) MS. Eſten. præfert, *aut ſagitta injecta, aut cum qualibet arma*. Alter MS. *aut ſagitta injecta, aut per quælibet arma*.

(64) Cod. Eſtenſ. *plagam in facie fecerit, componat ſolidum unum. Si oculum excuſſerit, medium pretii ipſius, quod appretiatus fuerit, ac ſi eum occidiſſet, componat.*

(65) Addit MS. Eſten. *ſeu tibiam*.

(66) Hæc ita in Cod. Eſten. *aut coxam, ſeu tibiam ruperit, componat ſolidos III. excepto operas, & mercede Medici.*

Digitized by Google

ſolidos IV. Si ſecundum digitum, ſolidos III. Si tertium, aut quartum, ſolidum unum. Si quintum ſolidos II. excepta opera & mercede medici. *I.* 8. 26.

CXIX. CXX. CXXI. CXXII. CXXIII. CXXIV.

Si pedem abſciderit, medium pretii ipſius componat, ut ſupra. Si pollicem, ſolidos II. Si ſecundum, aut tertium, ſolidum unum. Si quartum, I. Si quintum ſolidum dimidium. *I.* 8. 27.

CXXV.

Si quis (67) aldium alienum, aut ſervum miniſterialem percuſſerit, ſi livor aut vulnus apparuerit, pro una ferita componat ſolidum unum. Si duas fecerit, ſolidos II. Si tres, ſolidos III. Si quatuor, IV. Si verò ampliùs fuerunt, non numerentur. *I.* 8. 28.

CXXVI.

Si de plagis aut feritis ſuperiùs ſcriptis aldii, aut ſervi miniſterialis, aut ruſticani, atque aldiæ, ſeu ancillæ, manus, aut pedes, vel (68) quod ubi membrum, quod plagatum aut percuſſum eſt, ſi fuerit ſideratum, & non excuſſerit à corpore, ſimili modo componat, tamquam ſi eum excuſſiſſet. *I.* 8. 29.

CXXVII.

Omnes verò plagæ aut feritæ tam de aldiis, quàm de ſervis miniſterialibus, ſeu de ſervis ruſticanis, atque aldiis, aut ancillis, quæ evenerint, per hunc tenorem, ſicut ſupra conſtitum eſt, finiantur. Si autem aliqua dubietas inde fuerit, quòd evadere, aut citius ſanare non poſſit, tunc medium pretii de plaga, quod arbitratum fuerit, dominus ejus accipiat: Reliqua vero medietas ſuſpendatur, uſque dum cognoſcatur, ſi intra anni ſpatium evadere poteſt de ipſa plaga. Si evaſerit: quod reliquum eſt, compleatur. Si autem de ipſa mortuus fuerit intra anni ſpatium ſicut ſubter annexum eſt, ita componatur. Quod pro plaga acceptum eſt, in ipſa ſumma compoſitionis mortui computetur. *I.* 8. 30.

CXXVIII.

Qui plagas fecerit, ipſe quærat medicum; & ſi neglexerit quærere, tunc ille, qui plagatus eſt, aut certè dominus ejus, inveniat medicum; & ille qui caput ruperit, aut ſupraſcriptas plagas fecerit, operas reddat, & mercedes medico perſolvat, quantum per doctos homines arbitratum fuerit. *I.* 8. 31.

CXXIX.

Si quis aldium alienum occiderit, componat ſolidos LX. *I.* 12. 1.

CXXX. & CXXXI.

Si quis (69) ſervum miniſterialem probatum, ut ſupra, aut doctum domi, occiderit, componat ſolidos L. De alio verò ſervo miniſteriali, (70) quod ſecundus ejus invenitur eſſe, tantum nomen miniſteriale habet, ſi quem occiderit, componat ſolidos XXV. *I.* 12. 2.

CXXXII.

Si quis ſervum alienum maſſarium occiderit, componat ſolidos XX. *I.* 12. 5.

CXXXIII.

Si quis ſervum alienum bubulcum de ſala occiderit, componat ſolidos XX. *I.* 12. 4.

CXXXIV.

Si quis ſervum alienum ruſticanum, qui ſub maſſario eſt, occiderit, componat ſolidos XVI. *I.* 12. 3.

CXXXV.

Si quis porcarium alienum occiderit, magiſtrum tamen illum, qui ſub ſe diſcipulos habet duos, aut quatuor, aut ampliùs, componat ſolidos L. De inferioribus autem porcariis ſi quis occiderit, componat ſolidos XXV. *I.* 12. 6.

CXXXVI.

Si quis (71) porcarium, aut caprarium, ſeu armentarium occiderit, magiſtrum tamen, componat ſolidos XX. Pro diſcipulis autem, qui ſequentes ſunt, ſi quis occiderit, componat ſolidos XVI De illis verò paſtoribus dominicis, qui ad liberos homines ſervierunt, & de ſala propria exeunt. *I.* 12. 7.

CXXXVII.

Si quis infantem parvulum de ſervo maſſario (72) caſu faciente occiderit, arbitretur à Judice ſecundùm qualem habuerit ætatem, aut quale lucrum facere poterat, ita componat. *I.* 12. 8.

CXXXVIII.

De arbore communiter inciſa, homineque occiſo.

Si duo aut tres homines (73) liberi, ſeu ampliùs in unam arborem inciderint, & alium hominem ſupervenientem occiderint, aut quodlibet damnum fecerint; tunc incidentes arborem, quanticumque fuerint, ipſum homicidium aut damnum pariter componant. Et ſi caſu faciente ab ipſa arbore aliquis ex ipſis, qui inciderint, (74) mortuus fuit; ſi duo fuerint collegæ, medium pretii reputetur illi mortuo, & medium reddat parentibus collegæ. Et ſi plures fuerint, eodem modo portio una reputetur illi mortuo, (75) & quanticumque fuerint, ſimiliter reddant ſummam pretii, ceſſante faida, eo quòd nolendo fecerint. *I.* 9. 5.

CXXXIX.

Si quis liber homo, (76) aut mulier venenum temperaverit, & alii ad bibendum dare voluerit, componat ſolidos XX. ſicut ille, qui

---

(67) MS. Eſtenſ. *Si quis ſervum alienum ruſticanum percuſſerit, ideſt pluslaim* (MS. Cathedr. Mutin. habet *puliſclagi*): *pro una ferita, ſi vulnus* &c.

(68) Corrige præeuntibus MStis Mutinen. *vel quodlibet membrum.*

(69) Cod. Eſten. *ſervum alienum miniſterialem.* Cod. Cathedr. Mutin. *De ſervo miniſteriali probato, ut ſupra dictum eſt, aut docto domi, ſi occiderit aliquem.*

(70) Reſtitue ad fidem MStorum Mutinenſium: *qui ſecundus ei invenitur eſſe, tamen nomen miniſterialis habet, ſi quis occiderit, componat ſolid. XXX.*

(71) Cod. Ambroſ. *Si quis pecorarium.* Hæc ita in Cod. Eſten. *De illis vero paſtoribus dicimus, qui liberos homines ſerviunt* &c. Ita quoque in Ambroſ. Cod. Cathedr. Mutin. *qui dominis ſerviunt* &c. Quæ heic dicitur *Sala propria*, idem eſt ac domus propria, qua ſignificatione vocabulum hoc ſæpe uſurparunt antiqui. Nos vocem retinuimus, ſed ad ſignificandum tantummodo cubiculum cæteris ampliùs in ædibus potentum, atque nobilium.

(72) Edit. Boher. addit *nolendo*. In fine Cod. Ambr. habet *ita domino componat.*

(73) In Cod. Ambroſ. non legitur *liberi*. Corrige ut in MSto Cathedr. Mutin. *in unum*, hoc eſt ſimul, *arborem inciderint*. Uterque Codex ſequentia habet: *& alium hominem ſupervenientem ex ipſa arbore occiderint*. Nimirum cadente in ipſum arbore cæſa. Ita quoque Ambroſ. Cod.

(74) MS. Cathedr. Mutin. *mortuus fuerit, ſi duo fuerint collegantes, medietas* &c. Et infra *reddat parentibus collega ipſe.*

(75) Idem Codex: *& quanticumque fuerint vivi, reddant ſimul.* Etiam Cod. Eſten. addit *vivi.*

(76) Cod. Eſten. & Ambroſ. *aut libera mulier.*

Digitized by Google

qui in morte alterius consiliatus fuerit. *I.* 3. 4.

CXL.

Si liber aut libera venenum alii ad bibendum dederit. & qui accepit, ex ipso veneno mortuus non fuerit, componat qui venenum dederit, medium (77) pretii ipsius, ac si eum occidisset. *I.* 3. 5

CXLI.

Si quis alii venenum ad bibendum dederit, & qui acceperit, mortuus fuerit, pretium mortui secundùm qualitatem personæ (78) in integrum componat. *I.* 9. 6.

CXLII.

Si servus aut ancilla venenum alteri dederit ad bibendum, & ille qui acceperit, mortuus non fuerit, componat Dominus servi vel ancillæ medium pretii ipsius, quantum ipse valuerit, (79) qui acceperit, & per omnia ipse servus vel ancilla in ipsa compositione pro quanto appretiatus fuerit ad occidendum tradatur. Et si ille mortuus fuerit, qui acceperit, tunc Dominus servi vel ancillæ ipsum mortuum integrum componat, sic tamen ut servus vel ancilla in ipsa compositione pro quanto appretiatus fuerit, ad occidendum tradatur, & nulla sit redemtio aut excusatio in morte servi vel ancillæ. *I.* 9. 7.

CXLIII.

De eo, qui post acceptam compositionem se revendicaverit. (*Cod. Ambros.*)

Si homo occisus fuerit liber aut servus, & de ipso homicidio compositio facta fuerit, & pro amputanda inimicitia, sacramenta præstita fuerint, & postea si contigerit, ut ille qui compositionem acceperit, revindicandi causâ occiderit hominem de parte, de qua compositionem acceperat, jubemus ut ipsam compositionem in duplum reddat aut parentibus, aut domino servi. Simili modo de plagis aut feritis, qui post compositionem acceptam revindicare tentaverit, ut in duplum, quod accepit, restituat, excepto si hominem occiderit, componat, ut supra, in integrum. *I.* 9. 8

CXLIV.

Si (80) Magister Comacinus cum collegis suis domum ad restaurandum vel fabricandum super se placito finito de mercede susceperit, & contigerit aliquem per ipsam domum aut materiam, aut lapide lapso mori, aut quodlibet damnum fieri, non requiratur domino, cujus domus fuerit, nisi Magister Comacinus cum consortibus suis ipsum homicidium aut damnum componat, qui postquam, (81) fabulam firmatam de mercede pro suo lucro susceperit, non immeritò sustinet damnum. *I.* 9. 9.

CXLV.

Si quis Magistrum Comacinum unum aut plures rogaverit, aut conduxerit (82) ad operam dictandum, aut solatium diurnum præstandum inter suos servos ad domum aut casam faciendam, & contigerit per ipsam casam aliquem ex ipsis Comacinis mori, non requiratur ab ipso, cujus casa est. Nam si cadens arbor, aut lapis ex ipsa fabrica, & occiderit aliquem extraneum, aut quodlibet damnum fecerit, non reputetur culpa Magistro, sed ille, qui conduxit, ipsum damnum sustineat. *I.* 9. 10.

CXLVI.

Si quis casam alienam asto animo, quod est voluntarie, incenderit, in triplo eam, quod est sibi tertia sub æstimatione pretii (83) cum omnibus, quæ ibi cremata fuerint (secundùm quod vicini homines bonæ fidei appretiaverint) restauret, & si aliqua de hoc, quod intrinsecus crematum est, orta fuerit intentio, tunc ille, qui damnum pertulit, juratus dicat, quantum in eadem casa perdiderit, & omnia, ut dictum est, in triplo restaurentur ab illo, qui hoc damnum voluntariè perpetraverit. *I.* 20. 1.

CXLVII.

Si quis focum super novem pedes à foculare portaverit, & damnum ex ipso foco sibi aut alteri factum fuerit, (84) ipse qui focum fecit, damnum ferquidum, idest similem componat, ideo quia volendo fecit, & intra ipsos novem pedes de foculare damnum fecerit, sibi aut alteri non requiratur. *I.* 20. 2.

CXLVIII.

Si quis (85) focum in itinere fecerit, antequam

---

(77) In Cod. Esten. *medietatem pretii ipsius, quod appretiatum fuerit, ac si eum occidisset.* Tum hæc adduntur, nescio num pars Legis, an Glossæ: *Si liberæ, similiter medietatem. Si amentes .....*

(78) Additur in Cod. Esten. *At si fœminæ liberæ dedit, in CC soldos componat.*

(79) Esten. Cod. *qui accepit. Insuper ipse servus, vel ancilla* &c.

(80) Nostris quoque temporibus ex Insubrum montibus, & præcipuè ex Lacubus Verbano, & Lario in reliquas Italiæ partes non pauci commigrant Fabri murarii. Comenses autem ad Larium positi, Langobardis regnantibus, majorem ejusmodi artificum copiam suppeditabant, ut puto; atque hinc *Magistri Comacini* appellati Fabri coementarii, qui & adhuc *Magistri* titulum, sive *Mastro* apud nos retinent. Codex Cathedr. Mutin. hanc Legem ita effert. *Si Magistri Comacini cum collegantibus suis cujuscumque domum ad restaurandum, vel ædificandum super se, placitum finitum de mercede, susceperint.* Significatur autem per *placitum finitum* conventio facta, sive pactum constitutum de mercede.

(81) Idem Codex habet: *fabulam firmam de mercedibus pro suo lucro susceperit, non immeritò damnum sustineat. Fabula* heic & alibi in his Legibus *pactum conventionis* significat. *Tabulam* vitiosè præferunt nonnullæ editiones.

(82) Uterque Codex Mutin. *ad opera dictandi, aut solatium diurnum præstandi. Operam dictare* significare videtur præesse operariis, eisque normam tradere atque ordinem structionis: quod Architecti solet esse. Sed numquid pro *dictare* legendum *dietare* operam, hoc est diætim præstare operam? Quod sequitur *solatium diurnum*, lectionem ejusmodi admittere videtur; atque hoc postremum fortasse respiciat famulos cæmentarios, quos *Manuali* nos appellamus. Et infra: *casam sibi faciendam*. Inferiùs: *aut lapis ex ipsa fabrica occiderit*. Denique: *ipsum damnum restituat*

(83) Cod. Cathedr. Mutin. *cum omnibus intrinsecus, quidquid intus crematum fuerit.*

(84) In MStis Mutinens. *Ipse, qui portavit,* (Ambros. Cod. *portaverit.*) *damnum, componat damnum ferquido, idest similem.* Addit Cod. Cathedr. *ideo quia nolendo fecit.* Alter verò Cod. Estens. *ideo quia volens fecit.* Editio Boherian. & ipsa *nolendo* habet. Cod. Ambr. *quia nolens fecit.* Sequitur uterque Codex Mutin. *Et si intra ipsos novem pedes, quod est à foculare, damnum facere sibi aut alteri contigerit, non ei requiratur.* Novem pedes *à foculare* significat spatio novem pedum longè à foculari ignem excitare, aut delatum relinquere.

(85) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis focum foris in itinere fecerit, antequam vadat* &c. Quod infra legitur *super publicam viam, aut rivum,* significare hæc puto: Si contigerit, ut ignis ultra publicam viam, aut ultra aquæ rivum, sive ultra ripam, quæ confinis sit, transiliat, & damnum faciat, vento videlicet flante delatus: tunc quia casus hic fortuitus prævideri non potuit, nulla pœna homini infligatur.

quam egrediatur, extinguat eum, & non negligenter dimittat. Nam si contigerit post egressum ipsius alicui ex ipso foco damnum aut læsionem fieri, ipse qui focum fecerit, & negligenter eum dimisit, damnum sicut appretiatum fuerit, componat tantum, sic tamen ut post relictum focum à qua hora reliquerit, usque ad aliam talem horam diei aut noctis computetur, quæ sunt horæ XXIV. Nam si contigerit transire ipsum focum super publicam viam, aut rivum, si damnum fecerit, non requiratur ei, qui focum dimisit. *I.* 20. 3.

CXLIX.

Si quis molinum alterius afto animo incenderit, idest voluntariè, in triplum eum restituat sub æstimatione pretii cum omnibus, quæ intus cremata sunt. *I* 20. 4.

CL.

Si quis molinum alterius (86) scapellaverit, aut clausuram ruperit finè auctoritate Judicis, componat solidos XII illi, cujus molinum esse invenitur. Et si Judicem interpellaverit, & Judex dilataverit ipsam causam deliberare, aut licentiam dederit adversæ parti ipsum molinum evertendi, componat solidos XX. in Palatio Regis districtus (87) abautorizat. *I.* 20. 5.

CLI.

Si quis molinum in terra aliena ædificaverit, (88) & suam probare non potuerit, amittat ipsum molinum, & omnem operam; & ille habeat, cujus terra aut ripa esse invenitur, quia omnes scire debent, quod suum non est, id ad alium pertinere. *I.* 28. 1.

CLII.

Si quis operarios conduxerit aut rogaverit in opera, & casu faciente contigerit unum ex ipsis aut in aqua mori, (89) aut flumine percuti, aut vento arbore mota occidi, aut propria morte mori, non requiratur ab ipso, qui conduxit aut rogavit. Tantùm est, ut per ipsius factum, qui conduxit aut rogavit, aut (90) per hominem ejus non moriatur. Et si à quocumque unus eorum occisus fuerit, aut læsus fuerit, ipse componat, qui eum occiderit aut læserit. *I.* 9 11.

CLIII.

De gradibus cognationum.

Omnis parenteka usque in septimum (91) geniculum numeretur, & parens parenti per gradum & parentelam heres succedat. Sic tamen, ut ille qui succedere vult, nominatim unusquisque nomina parentum suorum dicat. Et si intentio fuerit contra Curtem Regis, tunc ille, qui quærit, præbeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis duodecim, & dicat per ordinem, quòd *parentela nostra sic fuit, & illi sic fuere nobis parentes, quomodo nos dicimus*. *II.* 14. 1.

CLIV.

Si quis dereliquerit (92) filium unum, quod forboram, & filios naturales unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturales verò tertiam. Et si sunt duo legitimi habeant quatuor partes, naturales quintam, quanticumque fuerint. Et si tres fuerint legitimi, habeant naturales septimam partem. Si quatuor fuerint legitimi, habeant naturales nonam partem. Si (93) quinque fuerint legitimi, habeant naturales duodecimam partem. Si autem plures fuerint, per hunc numerum dividant patris substantiam. *II.* 14. 2.

CLV.

Nulli sit licentia naturales filios æquales, aut consimiles facere (94) legitimis suis, nisi filii legitimi post completam legitimam ætatem patri consenserint. Legitimi autem ætas est, postquam filii duodecim annos habuerint. *II.* 14. 3.

CLVI.

De filio naturali, qui de ancilla alterius natus est, si pater comparaverit eum, & liberum thingaverit, libertas illi permaneat. Et (95) si non comparaverit eum, sit servus, cujus & mater est ancilla. Nam si eum comparaverit, & eum liberaverit, & aliquid de rebus suis per legem ei thingaverit, habeat ipsas res. *II.* 14 4.

CLVII.

De eo, qui de filio naturali generatus fuerit, qui (96) est trenuis, heres non fiat, nisi ei thingatum fuerit aliquid per legem. Et si ei thingatum non fuerit aliquid de rebus, tamen libertas illi permaneat. *II.* 14. 5.

CLVIII.

Si quis dereliquerit filias legitimas duas aut plures, & filios naturales unum aut plures, & alios (97) parentes proximos, ut supra, illæ

(86) Cod. Estens. *capellaverit*. Atque ita fortasse scribendum. *Capellare* & *Capulare* significabat frangere, concidere, & similia. Infra idem Cod. habet: *cujus molinus est*.

(87) Cod. Esten. *districtum ab astolisazo*. Cod. Cathedr. Mutin. *abstolscaz*. Germanicæ Linguæ peritis divinare heic, & verba restituere liceat.

(88) Cod. Esten. *& suam eamdem terram probare non potuerit, amittat ipsum molinum cum omnia opera sua*. Cod. Cathedr. Mutin. *& omnia opera sua perdat, & ille habeat, cujus terra fuerit; quia omnis scire debet, quod suum est, non alienum*. Additur in fine Glossa: *Similiter judicatur de ceteris ædificiis, ut de Molino*.

(89) Locus corrigendus præeunte MSto Estensi, *aut à fulmine percuti*.

(90) Rectiùs in Cod. Esten. *aut hominum ejus*: scilicet dummodo non moriatur operâ illius, qui conduxit, aut hominum, sive famulorum ejus.

(91) Hoc est in septimum cognationis, sive generationis gradum: quam vocem habent etiam Leges Ripuaria, & Salica. *Genuculum* alii legunt, utraque à vocabulo *Genus*. Infra in MSto Ambros. legitur *parentum antecessorum suorum*. In Estensi verò *parentum suorum dicat antecessorum*. *Et si intentio facta fuerit circa Curtem* &c. Legitur quoque supra *per gradus* in Cod. Cathedr. Mutin. non *per gradum*.

(92) Codex Esten. *filium legitimum unum* &c. Idem habet Cod. Cathedr. qui addit, *quod est fulbornet*.

(93) Fusiùs & rectiùs hæc expressa in Cod. Cathedr. Mutin. *Si quinque fuerint legitimi, habeant naturales undecimam partem. Si sex fuerint legitimi, habeant naturales tertiam decimam partem. Si septem fuerint legitimi, habeant naturales decimamquintam partem. Si autem* &c.

(94) Cod. Esten. *legitimis filiis*. Infra in utroque Codice: *Legitima ætas est, postquam duodecim annos habuit ipse filius*.

(95) Cod. Cathedr. Mutin. *Et si non libertaverit eum*. Ita & infra.

(96) Uterque Codex MStus habet *qui est*, seu *quod est threus*. Editio Boherian. *stremus*, & in margine *thecus*. Sequitur in Codice Estens. *heres non fiat, nisi si ei thingaverit per legem. Et si* &c. Additur Glossa, quæ contrarium sonare videtur: *Is qui de filio liberto naturali generatus fuerit, quod est threus, heres patris fiat, etiamsi thingatum non fuerit. Threus* Libertum significat.

(97) Addit Cod. Cathedr. *aut hæredes*.

Digitized by Google

illæ filiæ tollant uncias ſex, quod eſt medium. Naturales filii uncias quatuor, quod eſt tertia pars, & parentes legitimi uncias duas, quod eſt ſexta pars. Et ſi parentes non fuerint, Curtis Regia ipſas duas uncias ſuſcipiat. *II.* 14. 7.

CLIX.

Si quis dereliquerit filiam legitimam unam, & filium naturalem unum aut plures, & alios parentes proximos, æqualiter dividant ſubſtantiam defuncti, ideſt in tres partes. Filia legitima accipiat uncias quatuor, quod eſt tertia pars; (naturales (*) filii uncias quatuor, & parentes proximi, aut hæredes uncias quatuor, quod eſt tertia pars). Et ſi parentes proximi non fuerint, tunc Curtis Regia ſuſcipiat ipſas quatuor uncias. *II.* 14. 6.

CLX.

Si quis dereliquerit filiam legitimam unam aut plures, & filium naturalem unum aut plures, & ſororem legitimam unam aut plures, tollant filiæ, & ſorores inter ſe æqualiter dividendas uncias ſex, quod eſt medium. Naturales filii uncias quatuor, quod eſt tertia pars, & duas uncias parentes legitimi. Et ſi parentes legitimi non fuerint, Curtis Regia ſuſcipiat ipſas duas uncias, quod eſt ſexta pars. Pro mundio autem tollant naturales filii tertiam partem; & hæredes legitimi, aut Curtis Regia partes duas. *II.* 14. 8.

CLXI.

Si fuerint filii legitimi, & filii naturales, & ſorores tam legitimæ, quàm naturales, pro mundio eorum (98) tollant filii duas partes, naturales verò partem tertiam. *II.* 14. 9.

CLXII.

Si fuerint (99) filii legitimi, & filiæ naturales duo aut plures, & contigerit caſus, ut unus ex naturalibus occiſus fuerit, tollant legitimi fratres pro compoſitione ipſius, quod appretiatus fuerit, partes duas. Naturales, qui remanſerint, verò tertiam partem. (110) Facultas verò mortui illius ad legitimos fratres revertatur, & non ad naturales. Ideo prævidimus hoc propter faydam deponendam, ideſt inimicitiam pacificandam. *II.* 14. 10.

CLXIII.

Si quis in morte parentis ſui inſidiatus fuerit, ideſt ſi frater in morte fratris ſui aut barbam, quod eſt patruus, ſeu Conſobrini (1) inſidiatus fuerit, & ille, cui inſidiatus fuerit, filium non reliquerit, non ſit ille heres de cujus anima tractavit, ſed alii parentes proximi, & ſi alios parentes proximos non habuerit, tunc illi Curtis Regia ſuccedat. De anima autem illius homicidæ ſit in poteſtate Regis judicare quod illi placuerit. Res verò, quas homicida reliquerit, parentes proximi, & legitimi habeant; & ſi parentes proximos non habuerit, tunc Curti Regiæ ſocientur. *I.* 11. 1.

CLXIV.

Si quis ex parentibus, ideſt (2) barbanus, quod eſt patruus, aut quicumque proximus de nepote aut conſobrino, doloſo animo dixerit, quòd de adulterio natus ſit; nam non de certo patre: tunc ille, cui crimen mittitur, quærat ſibi liberos homines ſacramentales duodecim (3), & præbeat ſacramentum, quòd filius legitimus ſit, & per legem res ipſæ ad eum pertineant, nec alteri eas per legem dimittere debeat. Et ſi hoc fecerit, habeat, & fruatur, quia grave & impium eſſe videtur, ut talis cauſa ſub uno ſcuto per pugnam dirimatur. *II.* 55. 2.

CLXV.

Si quis dixerit de uxore aliena, quòd mundium (*) de ea ad ipſum pertineat, nam non ad maritum, tunc ille, qui eam habet uxorem, præbeat ſacramentum cum legitimis ſacramentalibus ſuis duodecim, quòd de certo domino mundium ipſius feciſſet, & non eum alteri per legem dimittere debeat. Si autem hoc fecerit, habeat & fruatur, quia injuſtum videtur eſſe, ut tam grandis cauſa ſub uno ſcuto per pugnam dirimatur. *II.* 55. 2.

CLXVI.

Si fuerit ſuſpicio, quòd maritus immerentem uxorem ſuam occidiſſet, ita decernimus, ut purificet ſe maritus cum ſacramentalibus ſuis legitimis duodecim, quòd in morte ipſius mulieris mixtus non ſit nec per ſe, nec per aliam ſuppoſitam perſonam. Et ſit abſolutus ab hoc crimine, quia abſurdum, & impoſſibile videtur eſſe, ut tam grandis cauſa ſub uno ſcuto per pugnam dirimatur. *II.* 55. 3.

CLXVII.

Si fratres poſt mortem patris in caſa communi remanſerint, & unus ex ipſis (4) in obſequio Regis, aut cum Judice aliquas res acquiſiverit, habeat in antea abſque portione fratrum. Et quæ foris in exercitu acquiſiverit, commune ſit cum fratribus, quos in communi caſa dimiſerit. Et ſi quis alicui de ſupraſcriptis fratribus garathinx fecerit, habeat ille in antea, cui factum fuerit. Et ſi quis ex ipſis

---

(*) Ambroſian. Cod. verba parenteſi clauſa non habet.

(98) Cod. Eſten. addit *legitimi*. Tum heic, tum in præcedenti Lege *mundius*, ſive *mundium* uſurpatum videtur pro portione hæreditaria in bonis parentum.

(99) In eodem Cod. atque in Ambroſ. legitur: *filii legitimi, & naturales*. Expungendum ſanè eſt illud *filia*. Infra idem Codex: *Naturales verò, qui remanſerint, partem tertiam*.

(100) Ibidem hæc ita efferuntur. *Facultas verò illius mortui legitimi fratres accipiant, nam non naturales*. Et de hiſce elegantiis minimè ſtupendum.

(1) Uterque Cod. habet *inſidiatus fuerit, aut conſiliatus, & ille, cui inſidiatus, aut conſiliatus fuerit, filios non reliquerit, non ſit illi heres*. Ita quoque in Ambroſ. Pro *barbam* Cod. Cathed. præfert *barbanis*. Et quidem *barbanus* pro patruo apud antiquos ſæpe occurrit. Adhuc vocem *barba* Italica lingua retinet eadem ſignificatione. Infra *ad parentes proximos* Cod. Eſten. addit *legitimos*. Ambroſianus autem habet *proximos, aut legitimos*.

(2) Cod. Eſten. habet *ideſt barbam*. Cod. Cathedr. *ideſt barba*. Infra in Ambr. Cod. *quærat ſibi liberos ſacramentales, & præbeat*. Legitur *quicumque ex proximis*.

(3) In Cod. Cathedr. Mutin. legitur *qui præbeant ſacramentum*. Uterque Codex in fine pro *dirimatur* habet *dimittatur*.

(*) Cod. Eſtenſ. *quod mundium ad ipſum pertineat*. Hoc eſt ejus tutela, ſive defenſio ad ipſum ſpectet: quod importabat ſpeciem quamdam juris ac dominationis in mulierem habenti ipſam in mundio. Fœminæ autem nuptæ in mundio mariti eſſe jubebantur.

(4) Cod. Eſtenſ. *in obſequium Regis, aut Judicis aliquid adquiſiverit, habeat ſibi in antea*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *& quod foris in exercitu*. Infra idem Cod. *quando alteri eamdem uxorem tollere contigerit*. Qui *Judex* heic appellatur, *Comes* quoque interdum appellatus eſt, hoc eſt Præfectus Civitati. At ſub Regibus Francis frequentiori in uſu fuit *Comitis* appellatio.

Digitized by Google

ipſis duxerit uxorem, & de rebus communibus meta (*) data fuerit: quando alter uxorem tulerit, aut quando ad diviſionem faciendam venerit, ſimili modo de communibus rebus ei refundatur aliud tantum, quantum ille alter frater in meta dederit. Paternæ autem vel maternæ ſubſtantiæ quod reliquum fuerit, inter ſe æqualiter dividant. *II.* 14. 11.

CLXVIII.

Nulli (5) liceat ſinè certa culpa filium exheredare, nec quod ei debetur per legem alii thingare. *II.* 14. 12.

CLXIX.

Juſtas autem culpas exheredandi filios eas eſſe dicimus: ſi filius contra animam patris aut ſanguinem inſidiatus aut conſiliatus fuerit: aut ſi percuſſerit patrem voluntariè: aut ſi cum matrinia ſua, ideſt noverca peccaverit, juſtè à patre exheredatur. *II.* 14. 12.

CLXX.

Item ſicut nec patribus licitum eſt ſinè juſta cauſa, aut culpa filios ſuos exheredare, ita nec filiis liceat vivo patre cuicumque res ſuas thingare, aut per quodlibet ingenium alienare, niſi filios fortè, aut filias legitimas, aut filios naturales reliquerit, ut (6) ipſis ſecundùm legem conſervet. *II.* 14. 12.

CLXXI.

Si quis ſe deſperaverit propter ſenectutem, aut aliquam corporis infirmitatem, quòd filios non poſſit habere, & res ſuas alii thingaverit. (7) poſteaquam eum contigerit filios legitimos procreare, omne thinx, quæ eſt donatio, quæ priùs facta eſt, rumpatur, & filii legitimi unus aut plures, qui poſtea nati fuerint, heredes patri in omnibus ſuccedant. Si autem filias legitimas unam, aut plures, ſeu filios naturales unum aut plures poſt thinx factum habuerit, habeant & ipſi legem ſuam, ſicut ſupra conſtitutum eſt, (8) tamquam ſi nulli alii thingatum fuiſſet. Et ille, cui thingatum eſt, tantum habeat, quantum alii parentes proximi debuerant habere, aut Curtis Regia ſuſcipere, ſi alii thingatum non fuiſſet. *II.* 14. 13.

CLXXII.

Si quis res ſuas alii thingare voluerit, non abſconsè, ſed ante liberos homines, ipſum garathinx faciat, quatenus qui thingat, (9) & qui giſiles fuerint, liberi ſint, ut nulla in poſterum oriatur intentio. *II.* 15. 1.

CLXXIII.

Si quis res ſuas alii thingaverit, & dixerit in ipſo thinx (10) lidolaip, ideſt, qui in die obitus ſui liquerit, non diſpergat ipſas res poſtea doloſo animo, niſi fruatur poſtea cum ratione. Et ſi talis evenerit neceſſitas, ut terram cum mancipiis vendere, aut loco pignoris ponere debeat, aut ſinè mancipiis, dicat priùs illi, cui thingaverit: *Ecce vides. quia neceſſitate compulſus res iſtas volo vendere. Si tibi videtur, ſubveni mihi, & res ipſas conſervo in tua proprietate*: Tunc ſi noluerit ſubvenire, quod alii dederit, ſit illi ſtabile & firmum, qui acceperit. *II.* 15. 2.

CLXXIV.

Nulli donatori liceat ipſum thinx, quod antea fecerit, iterum in alium hominem tranſmigrare. Tantùm eſt, ut ille, qui garathinx ſuſceperit, tales culpas non faciat donatori ſuo, quales ſolent ingrati filii parentibus ſuis facere, per quas exheredantur, (11) quæ in Edicto ſunt. Ipſe autem, qui garathinx ſuſceperit ab illo, quicquid reliquerit donator in diebus obitus ſui, habeat licentiam in ſuum dominium recolligere, & debitum creditoribus ſolvere, & aliis requirere, & quod in fiduciæ nexu poſitum eſt, reddat, & requirat rem in fiduciæ nexu poſitam. *II.* 15. 3.

CLXXV.

Si quis res ſuas cuicumque donaverit, & poſtea qui donaverit, lannechild (12) requiſierit, tunc ille qui acceperit, aut heredes ejus jurent, quòd lannechild redditum ſit. Et ſi auſus non fuerit jurare, quod compoſitum ſit, reddat ei ſerquidum, ideſt ſimile, quale in illa die fuit, quando donatum eſt. Et ſi juraverit ſit abſolutus. *II.* 15. 4.

CLXXVI.

Si quis leproſus fuerit effectus, & cognitum fuerit Judici vel Populo, quia certa ſit veritas, & expulſus ſit à Civitate, vel à caſa ſua, ita ut ſolus inhabitet, non ſit illi licentia res ſuas alienare, aut thingare cuilibet perſonæ, quia in eodem die, quando à domo expulſus eſt, tamquam mortuus habetur. Tamen dum vixerit, de rebus, quas dereliquerit, pro mercedis intuitu nutriatur. *II.* 18. 1.

CLXXVII.

Si quis liber homo migrare voluerit aliquò, poteſtatem habeat intra dominium Regni noſtri (13) cum fara ſua migrare quò voluerit.

Sic

(*) Antiquitus etiam Langobardis in more fuit marito dotem recipere, & uxori donationem propter nuptias facere. Hanc donationem *metam* appellabant, quæ vox ſæpe infra recurret. Vide Legē CLXXVIII. & CLXXXII. ipſius Rotharis. Statuebatur autem *Meta* eo ipſo die, quo ſponſalia de futuro matrimonio publicis tabulis firmabantur.

(5) Cod. Eſten. *Nulli ſit licentia*. Sequitur Cod. Cathedr. *ſinè certa culpa filium exhæreditare*. In editis Lex iſta cum duabus ſequentibus continuatur. Infra legitur in MStis, *aut per quemlibet titulum*. *Thingare* idem heic eſt, ac *donare*.

(6) Cod. Cathedr. Mutin. *ut ipſi ſecundùm legem conſentiant*. Sed cum editis conſentit Cod. Eſtenſis.

(7) Cod. Cathedr. *poſteaque*. Tum uterque Codex habet *omne thinx, quod eſt donatio*.

(8) Cod. Cathedr. *tamquam ſi nihil alii*. In poſtremis verbis Cod. Eſten. præfert: *Si illi thingatum non fuiſſet*.

(9) Uterque Cod. Mutin. *& qui giſel fuerit*. *Giſel* teſtem ſignificat.

(10) Codex Cathedr. Mutin. ſcriptum habet *lidinlaib*, *ideſt quod in die obitus* &c. Codex Ambroſ. *lindila*. Eſtenſi verò *lidem lajo* &c. *non diſpergat ipſas res doloſo animo, & fruatur eas cum ratione. Et ſi talis ei evenerit neceſſitas, ut terram cum mancipiis, aut ſinè mancipiis vendere* &c. Infra *res iſtas vado dare*. Uterque Cod. Mutin. *quæ in hoc Edicto ſcriptæ ſunt. Ipſe autem, qui garathinx ſuſceperit ab alio, quidquid reliquerit donator in die* &c.

(11) Uterque Cod. Mutin. *quæ in hoc Edicto ſcriptæ ſunt. Ipſe autem, qui garathinx ſuſceperit ab alio, quidquid reliquerit donator in die* &c.

(12) Atque ita ferè ſemper in editione Goldaſti. In Ambroſ. legitur *Lonebitd*. At in MStis Mutinen. & alibi *Launechid*, *Launichild*, & *Launegild*. Atque ita ſcribendum. Significat vox iſta remunerationem, & donum ſimile. Neque enim Langobardus donare publicis tabulis quidquam alteri poterat, niſi à donatario aliquod viciſſim donum reciperet, puta annulum, equum, pileum, ſcutum, aut quid ſimile. Exempla proſtant in Chartis antiquis. Excipiebatur donatio facta Eccleſiis. Infra Codex Eſten. *reddat ei fercoid, ideſt ſimilem, qualis* &c.

(13) Ideſt cum ſua generatione, ſive familia. Vocem hanc uſurpavit & Paulus Diaconus de Geſtis Langobardorum.

Digitized by Google

Sic tamen, si jam à Rege ei data fuerit licentia. Et si ei aliquas res Dux, aut quicumque liber homo donaverit, & cum eo noluerit permanere, vel cum herede ipsius, res ad donatorem, vel ad heredem ejus revertantur. *III.* 14. 1.

CLXXVIII.

Si quis sponsaverit puellam liberam aut mulierem, & post sponsalia facta, & fabulam (*) firmatam, per duos annos sponsus neglexerit eam tollere, & dilataverit nuptias exequi; post transactum biennium potestatem habeat pater, aut frater, vel qui mundium ejus in potestate habeat, distringere fidejussorem, quatenus adimpleat metam illam, quam in die sponsaliorum promisit. Postea liceat eis ipsam dare marito alii, libero tantùm. Et meta, quæ exacta fuerit, sit in potestate puellæ, aut mulieris, eo quòd sponsus intra præfinitum tempus uxorem tollere neglexerit, aut voluntariè dilataverit, excepta inevitabili causa. *II.* 1. 1.

CLXXIX.

Si dixerit sponsus de sponsa sua, (14) postquam eam sponsaverit, quòd adulterata sit, liceat eam parentibus purificare cum duodecim sacramentalibus suis. Tunc postquam purificata est, accipiat eam sponsus, sicut in priori fabula stetit. Et si postquam purificata fuerit, eam tollere uxorem neglexerit, sit culpabilis sponsus duplam metam, quantum dictum est in die illa, quando fabula firmata fuerit. Et si parentes, ut dictum est, eam de ipso crimine mundare non potuerint, tunc sponsus recipiat res suas, quas dederit, & illa patiatur pœnam adulterii, sicut in hoc Edicto scriptum est. *II.* 1. 2.

CLXXX.

Si peccatis imminentibus contigerit, ut postquam puella aut mulier sponsata fuerit, (15) ut leprosa aut dæmoniaca, aut de ambobus oculis cœcata fuerit, tunc sponsus recipiat res suas, quas dedit, & non compellatur ipse invitus eam tollere, nec pro ea causa calumnietur, quia non suum neglectum fuerit, sed peccato imminente, & ægritudine superveniente. *II.* 1. 3.

CLXXXI.

Si (16) pater filiam suam, aut frater sororem suam legitimam alii ad maritum dederit, in hoc sit sibi concepta de patris, aut fratris substantia, quantum ei pater, aut frater in die nuptiarum dederit, & ampliùs non requirat. *II.* 14. 14.

CLXXXII.

Si (17) quis filiam suam, aut quamlibet parentem in conjugio alii dederit, & contigerit casus ut ille maritus moriatur, potestatem habeat illa, si voluerit, ad alium maritum ambulandi, liberum tamen. Secundus autem maritus, qui eam tollere disponit, de suis propriis rebus medium pretii, quantum fuerit dictum, quando eam primus maritus sponsavit, pro ipsa (18) meta dare debet ei, qui heres proximus mariti prioris esse invenitur. Et si noluerit accipere, habeat ipsa mulier morgengap, & quod de parentibus ejus adduxerit, idest phaderphium. Parentes verò ejus potestatem habeant eam dandi ad alium maritum, ubi & ipsi & illa voluerint; & mundium ejus prioris mariti non habeant parentes, pro eo quòd denegaverunt voluntatem suam. Ideo redeat mundium ejus ad parentes proximos, qui priùs eam ad maritum dederint. Et si parentes non fuerint legitimi, tunc mundium ipsius mulieris ad Curtem Regis pertineat. Et si talis fuerit mulier, quæ maritum non vult, aut non possit habere, sit in potestate ipsius, ad quem mundium de ea pertinet. Et (19) si mulier eam malè habuerit, & tractaverit, & probatum fuerit, tunc liceat ei ad parentes suos reverti, & si parentes non habuerit, ad quos ipsa revertatur, ad Curtem Regis habeat refugium, & mundium ejus in potestate Regis sit. *II.* 1. 4.

CLXXXIII.

Si quis pro muliere libera, aut puella mundium dederit, & (20) ei tradita fuerit ad uxorem, posteaquam mortuus fuerit maritus, & contigerit, ut ipsa mulier ad alium maritum debeat ambulare, aut ad parentes reverti, aut ad Curtem Regis, tunc heres mariti prioris accipiat medium de meta, sicut supra constitutum est, & ipsa per manum ei simili modo retradatur, sicut priori marito tradita fuerit. Nam aliter sinè traditione nullarum rerum dicimus subsistere firmitatem. *II.* 1. 5.

CLXXXIV.

Si quando pater filiam, aut frater sororem suam alii ad uxorem tradiderit, & aliquis ex amicis accepto exenio ipsi mulieri aliquid dederit, in ipsius sit potestate, qui (21) mundium de ea fecit, eo quòd maritus, si lannechild requisitum fuerit, ipse debeat persolvere. *II.* 1. 6.

CLXXXV.

(*) Hoc est stabilito per publicas tabulas pacto omni de matrimonio futuro. Eadem vox occurrit & in aliis Legibus infra.

(14) Cod. Esten. *postquam eam sponsatam habuit, quod adulterasset*. Infra in eodem legitur: *cum duodecim sacramentalibus legitimis. Tunc post purificatam accipiat* &c.

(15) Cod. Esten. *aut leprosa, aut dæmoniosa facta fuerit, aut de ambobus* &c. Consonat hæc eadem Lex cum Sacrorum Canonum doctrina, ut videre est C. *Literas extra de Conjugio Leprosi.* & C. *Quemadmodum extra de Jurejurando.* Vide S. Thomam in IV. Senten. 27. qu. 2. art. 3. Subdit Codex Cathedr. Mutin. *aut ambos oculos excæcata apparuerit*. Infra in utroque Codice habetur: *& non compellatur ipsam invitus tollere ad uxorem*.

(16) Cod. Esten. *Si quando filiam pater, aut frater sororem suam legitimam alii uxorem dederit, in hoc sit sibi contenta de patris* &c. Infra legitur *in die traditionis nuptiarum* &c.

(17) Cod. Esten. *Si quis filiam suam, aut sororem, aut quamlibet* &c. Infra *potestatem habeat illa vidua*. Infra Cod. Ambros. *qui eam tulerit, disponat de suis* &c.

(18) Hoc est restituere hæredibus defuncti mariti dimidium donationis sibi nuptiarum causa factæ. *Phaderphium*, quod in Estensi Codice scribitur *Faderfium*, dotem significat, quam ipsa mulier ex paternis bonis ad maritum attulit. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *tunc mundius ille ad Curtem Regis perveniat*.

(19) Locus emendandus ex fide utriusque Cod. Mutin. & Ambros. *Et si ipse eam malè habuerit, aut* &c. Hoc est si hæres defuncti mariti, ad quem mundium spectat viduæ mulieris, eam malè habuerit.

(20) In MStis Mutinen. legitur: *& evenerit, ut tradatur ad uxorem, posteaque mortuus* &c. Cod. Ambros. *& conveniet, ut ei tradatur*. Infra Cod. Esten. *tunc hæredes prioris mariti accipiant medietatem de meta, quæ adpretiata fuit, quæ à priore marito data est, ipsa* &c.

(21) Cod. Esten. habet: *in ipsius sit potestate, qui donationem de ea fecit*. Ubi vides *mundium facere*, ac *donationem facere* nuptiarum causâ, idem fuisse. Scilicet donatio uxori fiebat a viro, ut ejus *mundium*, sive tutelam, ac potestatem in eam ille sibi acquireret. Vide in antecedenti Lege *mundium dederit*, hoc est donum causâ mundii obtinendi dederit.

Digitized by Google

CLXXXV.

Nulli liceat novercam ſuam, (22) ideſt matrinam, quæ fuit uxor patris, neque privignam, ideſt filiaſtram, neque cognatam, quæ fuit uxor fratris, ducere uxorem. Et ſi ea conſenſerit, vir, qui eam duxerit uxorem, componat pro culpa in Curte Regis ſolidos C. & mox ſeparetur ab ea diſtrictus à Rege. Et ipſa mulier habeat medium de omni re ſua, & medium amittat, & Curtis Regia ſuſcipiat, eo quòd contra mandatum Regis conſenſerit celebrare nuptias, & pœnam ſuſtineat, & mox, ut dictum eſt, ſeparentur. *II.* 8. 1.

CLXXXVI.

Si vir mulieri violentiam fecerit, & invitam eam tulerit ad uxorem, ſit culpabilis DCCCC. ſolid. medium Regi, & medium parentibus mulieris. Et ſi parentes non habuerit, (23) ipſi DCCCC. ſolidi ad Curtem Regis exigantur & mulier ipſa habeat licentiam cum omnibus rebus ſuis propriis, quæ ei per legem competunt, eligendi quod mundium ejus in poteſtate habeat, vult ad patrem ſi habuerit, vult ad fratrem, vult ad barbanum, aut ad manum Regis, & in ipſius mulieris ſit poteſtate, quem ipſa elegerit. *I.* 31. 1.

CLXXXVII.

Si (24) quis violento nomine tulerit uxorem, componat ut ſupra ſolidos DCCCC. & poſtea mundium ejus faciat. Nam ſi contigerit caſus, ut antequam mundium ejus faciat, mortua fuerit, res ejus parentibus reddantur. Et ille vir, qui eam violento nomine tulerit uxorem, componat eam pro mortua, (25) tamquam ſi unum de ſimili ſanguine, ideſt fratrem ejus occidiſſet, & ita appretietur, & parentibus pro mortua compoſitione cogatur, aut cui mundium de ea pertinuerit. *I.* 31. 2.

CLXXXVIII.

Si puella libera, aut vidua, ſinè voluntate parentum ad maritum ambulaverit, liberum tamen, tunc maritus, qui eam acceperit uxorem, componat (26) pro anagriph ſolidos XX. & propter faidam alios XX. Et ſi contigerit caſu eam ante mori, quàm mundium ejus faciat, res ipſius mulieris ad eum revertantur, qui mundium ejus in poteſtate habet. Nam ampliùs calumnia præſumtori non generatur. Et ideo perdat maritus res mulieris, eo quòd mundium ejus de ea facere neglexerit. *II.* 2. 1.

(22) Cod. Cathedr. Mutin. ideſt *matriniam*. Infra in Cod. Eſten. *eo quòd contra Dei mandatum conſenſerit illicitas contrahere nuptias, hanc pœnam patiantur, & mox, ut dictum eſt, ſeparentur*. Cod. Cathedr. addit *alter ab altero*.

(23) Cod. Eſten. *tunc ipſi DCCCC. ſolidi in integrum ad Curtem* &c. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *cum omnes res ſuas proprias, quæ ei per Legem competunt, eligendum qui mundio ejus in poteſtate debeat habere*. Etiam Cod. Eſten. habet *qui mundium ejus* &c. Inferiùs: *vult ad barbanem*. Cod. Eſten. *vult ad barbam*. In fine *ſit in poteſtate, ubi ſibi ipſa voluerit*. Cod. Ambroſ. *ubi ſibi ipſa mulier elegerit*:

(24) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis violenti animo tulerit*. Sequitur Cod. Eſten. *uxorem liberam*.

(25) Uterque Cod. Mutin. *tamquam ſi virum* &c. Infra *& parentibus pro mortua componere cogatur*.

(26) Cod. Eſten. pro *anagriph*, ideſt pro culpa præſumtionis ſuæ, ut hanc vocem Gloſſographi explicant.

(27) Cod. Eſten. *amborum parentibus*. Infra *& medietatem parentibus mulieris*. *Et ſi parentes* &c. Infra *aut Sculdai*.

CLXXXIX.

Si puella, aut mulier libera voluntariè fornicata fuerit, cum libero tamen homine, poteſtatem habeant parentes ejus in eam dare vindictam. Et ſi fortè (27) ambabus partibus ſteterit, ut ille, qui fornicatus fuerit, eam tollat uxorem componat pro culpa, ideſt anagriph ſolidos XX. Et ſi non convenerit, ut eam habeat uxorem, componat ſolidos C. medium Regi, & medium ad quem mundium de ea pertinuerit. Et ſi parentes neglexerint, aut noluerint in ipſam dare vindictam, tum liceat Gaſtaldio Regis, aut Sculdæi, ipſam ad manum Regis tollere, & judicare de ipſa, quod Regi placuerit. *I.* 32. 1.

CXC.

Si quis puellam aut viduam ſponſatam alterius (illa tamen conſentiente) ad uxorem tulerit, componat parentibus mulieris, ideſt patri, aut fratri, vel ad quem mundium de ea pertinuerit in (28) anagriph ſolidos XX., & propter faidam alios XX. Et hic mundium ipſius, qualiter ſteterit, faciat ſponſo, aut cui ſponſata fuit. Omnia quæ in meta data ſunt, quando eam ſponſavit, in duplum ei componat, & ab illo, qui eidem ſponſatam ſuam turpiter fecit, & poſtea poſt acceptam duplam compoſitionis pœnam ſit ſibi contentus, & ampliùs ex hac cauſa adversùs fidejuſſorem calumnia non requiratur. *II.* 2. 2.

CXCI.

Si (29) quis puellam, aut viduam alteri ſponſatam (illa tamen conſentiente) tulerit, componat parentibus mulieris, ideſt patri, aut fratri, vel cui mundium de ea pertinuerit, DCCCC. ſolidos, medium Regi, & medium parentibus puellæ, aut qui ſunt proximi; & mundium ejus, ſicut convenerit, faciat. Sponſo autem (cui turpe aut deridiculum eſt geſtum) componat duplam metam, quantum dictum eſt in die illa, quando fabula firmata fuerit, & ampliùs fidejuſſori, aut raptori ab ipſo ſponſo ſuo calumnia non generetur, ſed ſit ſibi contentus in ipſa dupla compoſitione. *I.* 31. 3.

CXCII.

Si pater, aut frater, (30) aut aliquis ex parentibus puellam eam alii ſponſaverit, & poſtea cum alio extraneo colludium fecerit, aut fraudem commiſerit cum illo, qui eam violenter, aut ipſa conſentiente, ducat uxorem: Tunc illi parentes, qui hujus colludii fraudem con-

(28) Codices Mutinen. *pro anagrip*. In Lege ſequenti pro *ſicut ſteterit* habetur *ſicut convenerit*. Infra Cod. Eſten. *faciat*. *Sponſo autem, cujus ſponſata fuerit, omnia quæ* &c. Infra Editio Boheriana habet: *qui ei deſponſa ſua turpe fecit. Et poſtea ſponſus poſt acceptam* &c. Ego pro *componat & ab illo*, libenter legerem *componantur ab illo* &c. aliter ſibi ſenſus non conſtat.

(29) Hæc ita ſe habent in Cod. Eſten. *Si quis rapuerit puellam, aut viduam ſponſatam alteri, ſit culpabilis ſoldos DCCCC. medietatem Regi, & medietatem parentibus puellæ, ideſt patri, aut fratri, aut qui proximi ſunt; & mundium ejus, ſicut convenerit, faciat. Sponſo autem (cui turpe, & ridiculum egit) componat duplam metam, quantum dictum eſt in die illa, quando fabula* &c. Ab his parùm abludit Cod. Cathedr. Mutin. ubi hæc tantùm attingenda: *cujus in turpe, aut inderidiculum egit*. In fine legitur: *in ipſa compoſitionis pœna*.

(30) Cod. Eſten. *aut quislibet ex parentibus puellæ*. Infra *in duplam metam, quæ dicta fuit in die illa, quando eam ſponſavit*. Codex Cathedr. Mutin. *in dupla meta, quæ dicta fuit in die ſponſaliorum*.

Digitized by Google

consenserint, componant sponso, qui eam sponsatam habuit, similem pœnam, ut supra, duplam metam, quæ dicta fuerit tempore sponsaliorum; postea Sponsus ampliùs adversùs eos, aut fidejussores eorum calumniam non requirat. *I.* 31. 4.

CXCIII.

Si puella libera servum alienum foris provinciam secuta fuerit, (31) requirant eos pariter dominus servi, & parentes puellæ. Et si eos invenerint, ambo pœnam luxuriæ juxta legem sustineant. Nam culpa ad dominum, cujus servus fuerit. non requiratur. *II.* 9. 1.

CXCIV.

Si quis cum ancilla, (*) gentili fornicatus fuerit, componat domino ejus solidos XX. Et si cum Romana XII. solidos. *I.* 32. 2.

CXCV.

Si quis de puella libera, aut muliere, mundium in potestate habens (excepto patre aut fratre) & ei crimen injecerit, quòd adulterata sit, (32) tunc amittat mundium ipsius puellæ, & illa potestatem habeat cum rebus suis propriis, si vult, ad parentes reverti, vel ad Curtem Regis se commendare, qui mundium ejus debeat habere. Et si vir ille hoc crimen dixisse negaverit, liceat ei se purificare, si poterit, & mundium ipsius, sicut habuit, habere liceat *II.* 11. 1.

CXCVI.

Si (33) quis mundium de muliere libera, aut puella, in potestatem habens, excepto patre aut fratre, in animam ipsius puellæ aut mulieris insidiatus fuerit, aut alii invitam ad maritum tradiderit, aut volentibus, ad (34) ejus violentiam faciendam, consensum præbuit, aut consilium dederit, & probatum fuerit, amittat mundium ipsius, & illa potestatem habeat (35) de duobus jus eligendi, ut vult ad parentes reverti, aut ad Curtem Regis cum rebus suis propriis, quæ ad eam per legem pertinent, se commendare, qui mundium ejus in potestate habere debeat. Et si ille vir hoc crimen negaverit, liceat ei se purificare, & mundium, sicut habuit, si se purificaverit, habeat *II.* 11. 2.

CXCVII.

Si quis mundium de puella libera, aut muliere habens, eam (36) Strigam, quod est Masca, clamaverit (excepto patre aut fratre) amittat mundium ipsius, ut supra. Et illa potestatem habeat, ubi vult, ad parentes, aut ad Curtem Regis cum rebus suis propriis se commendare, qui mundium ejus debeat habere. Et si vir ille negaverit hoc crimen dixisse, liceat ei se purificare, & mundium habere ut supra. *II.* 11. 3.

CXCVIII.

Si quis puellam, aut mulierem liberam, quæ in alterius mundio est, fornicariam, aut (37) Strigam clamaverit, & pulsatus pœnitens manifestaverit se per furorem dixisse, tunc præbeat sacramentum cum duodecim sacramentalibus suis, quòd per furorem ipsum nefandum crimen dixisset, & non de certa causa cognovisset. Tunc pro ipso vano (38) improperii sermone, quod non convenerat loqui, componat solidos XX. & amplius non calumniter. Nam si perseveraverit, & dixerit se probare posse, tunc per Campionem causa, idest per pugnam, ad Dei judicium decernatur. Et si probatum fuerit, quòd illa de ipso crimine sit culpabilis, componat sicut in hoc Edicto legitur. Et si ille, qui hoc crimen mittit, probare non potuerit, guidrigild ipsius mulieris secundùm nativitatem suam componere compellatur. *I.* 17. 2.

CXCIX.

Si pater filiam suam, aut frater sororem suam alii ad maritum tradiderit, & contigerit (39) casus, ut ille maritus moriatur, & pater aut frater mundium ejus liberaverit, sicut supra constitutum est, & illa in domo patris aut fratris regressa fuerit, & alias sorores in casa patris, aut fratris invenerit, & postea pater aut frater mortuus fuerit, & illa re-

(31) Cod. Esten. *sequatur eam pariter* &c. Et infra *pœnam juxta legem*. Et inferiùs Codex Cathedr. Mutin. *Nam culpa à domino* &c.

(*) Hoc est *Pagana*, sive quæ in Christum non credit. Tum pœna indicitur fornicanti cum *Romana*, hoc est cum Christiana quidem, sed nata in ditione Romana, quod idem est, ac in regione tunc subjecta Græcis Augustis, quos inter & Langobardos frequens erat bellum. At quæ pœna, bone Rotharis, miscenti se cum ancilla aliena Langobarda? Silet ille. At nonne inde etiam injuria, & damnum obvenit domino ancillæ? Ita sanè, atque id sæpè, ac sæpiùs accidere potuit. Ego medelam indicabo. *Gentilis* heic mihi videtur significare ancillam ex eadem *gente*, hoc est *Langobarda*, ortam. Vide Festum ad hanc vocem. Vide etiam Lib. VI Cap. XLI. Liutprandi, ubi hæc eadem Lex memoratur. Præterea infra in Lege LVII. ejusdem Liutprandi conjectura mea omnino firmata videtur. Et sanè Populum suum Reges ii appellare consueverunt *Gentem Langobardorum*.

(32) Hæc ita in Cod. Estens. *postea mundium ejus in potestate non habeat; & illi puellæ aut mulieri sit licentia cum rebus suis, vult ad parentes reverti, vult ad Curtem &c.* Infra: *qui mundium ejus debeat habere in potestate.* Et in fine *liceat ei se purificare; & si se purificaverit, habeat mundium ipsius, sicut & habuit.*

(33) Cod. Estens. *Si quis ex parentibus mundium.* Infra *ad maritum tradere voluerit.*

(34) Idem Cod. *ad ei violentiam faciendam consensum præbuerit.* Ita quoque in Cod. Cathedr. Mutin.

(35) Restitue ex MSto Esten. *potestatem habeat de duabus viis, vult ad parentes reverti suos, vult ad Curtem Regis.* Eadem legas in Cod. Cathedr. Mutin. Infra habetur *quæ per legem ei competunt.*

(36) Cod. Esten. *eamque Strigam.* Vide Adnot. sequent. *ubi vult ad parentes.* Cod. Estens. *potestatem habeat, vult ad parentes reverti, vult ad Curtem Regis* &c. Ita quoque legitur in Codice Cathedr. Mutin. Infra *qui mundio ejus in potestate debeat habere.* In fine idem Cod. *& mundium sicut habuit habeat, si se purificaverit.*

(37) Etiam nunc habet Italica Lingua vocem *Strega*. MStus Cod. Cathedr. Mutin. præfert *aut Istricam*. Atque etiam ita in antecedenti Lege *eam Istricam, quod est Masca, clamaverit*: quasi à fœminis Istriam habitantibus hæc vox derivata fuerit. In Lege Alamannorum, & in Salica Cap. LXVII. num. 2. legitur. *Si quis mulierem ingenuam Striam clamaverit.* Adhuc autem apud nos *Stria* appellatur mulier, quæ veneficiis operam dare à stulto popello creditur. Infra idem Cod. *nam non de certa causa.*

(38) Cod. Cathedr. Mutin. *improperio, & sermone.* Cod. Esten. *improperandi sermone, quod non convenerat dicere, componat soldos X. & amplius non calumnietur. Nam si ipse firmaverit crimen, & dixerit se posse probare, tunc per Campionem causa ipsa, idest per pugnam, adjudicanda decernatur. Et si probatum fuerit, tunc illa de ipso crimine sit culpabilis, sicut &c.* In fine uterque Codex habet *secundùm nationem suam.*

(39) Cod. Cathedr. Mutin. *casus maritus mori.*

Digitized by Google

remanserit in domo cum aliis fororibus, una, aut pluribus, & ad facultatem patris aut fratris venerint (40) dividendam cum parentibus, aut cum Curte Regis; tunc illa vidua, quæ in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi morgincap, & mephium; De faderfio autem, idest de alio dono, quantum pater, aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulaverit, mittat in confusum cum aliis fororibus, & illa alia foror, una, aut plures, tollat unaquæque in antea tantum pro mundio, quantum pater aut frater liberando eam ad parentes mariti defuncti dederit. Reliquam patris aut fratris substantiam æqualiter dividant, sicut in hoc Edicto legitur. Et si sola in casa remanserit, in quantum ei per legem competit, heres succedat. *II.* 14. 15.

CC. CCI.

Si maritus (41) uxorem suam occiderit per quamlibet occasionem, quæ per legem non sit merita mori, componat solidos mille ducentos, medium illis parentibus, qui eam ad maritum dederint, & mundium susceperint, & medium Regi, ita ut per Actorem Regis distringatur, & pœnas suprascriptas componat. Et si filios de ipsa muliere habuerit legitimos, habeant filii morgincap, & phaldephium matris. Et si filios de ipsa non habuerit, revertatur ipsa facultas ad parentes, qui eam ad maritum tradiderint. Et si parentes non habuerit, tunc ipsa compositio, & prædicta facultas ad Curtem Regis perveniat. *I.* 9. 12.

CCII.

Si quis puellam aut mulierem liberam per quamlibet occasionem occiderit, componat solidos MCC. medium (42) parentibus ejus, ad quos mundium de ea pertinet, & medium Regi. Et si parentes non habuerit, tunc ipsa compositio in integrum ad Curtem Regis perveniat, sic tamen si asto animo, idest voluntariè, occiderit. *I.* 9. 13.

CCIII.

Si mulier in morte mariti sui consiliata fuerit, per se, aut per suppositam personam, sit in potestate mariti sui de ea facere, quod voluerit. Similiter, & de rebus ipsius mulieris. Et si illa negaverit, liceat parentibus eam purgare, aut per sacramentum, aut per pugnam, idest per Campionem. *I.* 3. 6.

CCIV.

Si mulier maritum suum occiderit, ipsa occidatur; & res ejus, si filium non habuerit, parentes mariti habebunt in potestate. *I.* 9. 14.

CCV.

Nulli mulieri liberæ sub Regni nostri ditione, Lege (43) Lombardorum vivénti, liceat in suæ potestatis arbitrio, idest sinè mundio vivere, nisi semper sub potestate viri, aut potestate Curtis Regiæ debeat permanere; nec aliquid de rebus mobilibus aut immobilibus sinè voluntate ipsius, in cujus mundio fuerit, habeat potestatem donandi aut alienandi. *II.* 10. 1.

CCVI.

Si quis aldiæ alienæ, idest quæ de libera matre nata est, violentiam fecerit, componat solidos XL. *I.* 31. 5.

CCVII.

Si quis libertæ alienæ, idest (*) personæ, quæ libera dimissa est, violentiam fecerit, componat solidos XX. *I.* 31. 6.

CCVIII.

Si quis ancillæ alienæ violentiam fecerit, (44) componat solidos XX. *I.* 31. 7.

CCIX.

Si quis rapuerit aldiam alienam, & in Curte alterius duxerit, & secutus dominus fuerit, aut parentes ejus, & ille cujus Curtis fuerit, antestéterit, & non permiserit vindicare, aut foras extrahere, componat solidos XL. medium Regi, & medium cujus aldia fuerit. *I.* 31. 8.

CCX.

Si quis (*) ancillam alienam rapuerit, & in Curte aliena duxerit, & secutus fuerit dominus, aut parentes ejus, & ille, cujus Curtis fuerit, antestéterit, componat solidos XX., qui antestéterit, medium Regi, & medium cujus ancilla fuerit. *I.* 31. 9.

CCXI.

Si quis aldiam alienam rapuerit, aut ancillam, & in Curte Regis duxerit, & secutus eam dominus fuerit, aut quicumque ex amicis, aut servis; & Gastaldius, aut Actor Regis antestéterit, pro aldia de suis propriis rebus componat illi, cujus aldia fuerit, solidos XL. & pro ancilla XX. *I.* 31. 10.

CCXII.

Si liber aut servus uxorem alterius tulerit, eamque sibi in conjugio sociaverit, ambo occidantur, sic tamen, si ambo consenserint. *I.* 33. 1.

CCXIII.

---

(40) Cod. Esten. *dividendam cum fororibus aliis: tunc illa vidua, quæ in domo patris, aut fratris regressa est, habeat sibi in antea morgincap & metam.* Ubi vides *metam* adhiberi pro *mephio*. Aliæ editiones & Glossographi pro *mephio* legunt *metbio*: quæ singula vocabula *donationem nuptialem* a marito uxori factam significant. Sequitur Cod. Esten. *Et faderfium, idest quantum, quando ad maritum ambulavit, pater, aut frater dedit ei, mittat* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *Et illa remanserit in domo cum alias sorores una, aut plures, & ad facultatem patris, aut fratris venerint dividendam cum alios parentes aut Curtis Regis tunc* &c. In fine Cod. Esten. habet: *Et si sola in casa patris aut fratris.*

(41) Cod. Esten. *uxorem suam pro qualibet occasione immerentem* &c. Infra legitur *& faderfium matris suæ mortuæ*. Ita est in Cod. Cathedr. Mutin.

(42) Cod. Cathedr. Mutin. *medietatem parentibus, aut ad quem mundius de ipsa pertinet, & medietatem* &c.

(43) Hinc habes, apud Langobardos nullam fœminam fuisse, quæ sub *mundio*, hoc est sub tutela ac jure alicujus non foret. Suberant ergo potestati aut patris, aut fratris, aliorumve sanguine junctorum, aut viri, si nuptæ, aut Curtis Regiæ, si consanguinei deerant. Infra editi habent *Lege Lombardorum*. Verùm uterque Codex Mutinensis effert *Lege Langobardorum liceat in in suæ potestatis arbitrio, idest salbmundia* (ita unus: aliter *selpmundia*: quod idem est) *vivere, nisi semper sub potestate virorum, aut certè Regis* (ita antiquior: aliter verò *aut in Curte Regis*).

(*) Verba hæc, uti & alia ejusmodi ad explicationem verborum apposita, pleraque Glossas puto, quæ in textum tamdem irrepserint.

(44) Cod. Esten. *Componat domino ejus solidos XX.*

(*) Cod. Esten. *Si quis rapuerit ancillam alienam, & in Curte alterius duxerit; & sequetur Dominus, aut parentes ejus; & cujus fuerit Curtis antestéterit, componat solidos XX. medietatem Regi, & medietatem cujus ancilla fuerit.* Cod. Ambros. *antestéterit, & non permiserit judicare, aut foris trahere, componat* &c.

Digitized by Google

CCXIII.

Si quis (45) cum uxore ſua liberum, aut ſervum fornicantem invenerit, poteſtatem habeat eos ambos occidendi, & ſi eos occiderit, non requirantur. *I.* 33. 2.

CCXIV.

Si quis alii (46) crimen de uxore ſua miſerit, quòd cum ea fornicatus eſſet, liceat ei, cui crimen mittitur, aut ſacramento, aut per Campionem ſe purificare; & ſi ei probatum fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum. *I.* 33. 3.

CCXV.

Si quis liberam puellam abſque conſilio, vel voluntate parentum adduxerit ad uxorem, componat, ut ſupra, pro anagrip ſolidos XX. & propter faidam alios XX. De mundio autem qualiter convenerit, & lex habet, faciant: ſic tamen ſi ambo liberi ſunt. *II.* 2. 3.

CCXVI.

Si quis puellam liberam, aut viduam ſponſatam habuerit, & contigerit caſus, ut ipſa ante moriatur, quàm à patre, aut fratre, aut ab eo qui mundium in poteſtate habet, tradita fuerit: tunc meta, quæ data eſt ab ipſo ſponſo, reddatur ei; aut ſponſus recipiat tantum, quantum in ipſa meta dedit. Nam aliæ res ipſius ſint, qui mundium ejus in poteſtate videtur habere, eo quòd ante traditionem mortua eſt. *II.* 1. 7.

CCXVII.

Si aldius cujuſcumque liberam uxorem tulerit, ideſt (47) ſulfreal, & mundium de ea filiam habens, & maritus ejus mortuus fuerit, ſi mulier in ipſa caſa noluerit permanere, & parentes ejus eam ad ſe recolligere voluerint, reddant pretium, quod pro mundio mulieris datum eſt illi, cujus aldius fuerit: tunc illa abſque morgincap, aut aliquid de rebus mariti revertatur ad parentes ſuos cum rebus ſuis, ſi aliquas res de parentibus adduxit. Et ſi filii de ipſa muliere fuerint, & noluerint in caſa patris ſedere, res paternas dimittant, & mundium pro ſe reddant, quantum pro matre eorum datum eſt, & vadant, ubi voluerint, liberi. *II.* 12. 1.

CCXVIII.

Si aldia aut libera in caſa aliena ad maritum intraverit, & ſervum ad maritum tulerit, libertatem ſuam amittat. Et ſi dominus ejus neglexerit eam replicare ad ſervitium, mortuo tamen marito (48) vadat ſibi, ubi voluerit libera unà cum liberis ſuis, & cum omnibus rebus ſuis, quantas in illo tempore ſecum adduxit, quando ad maritum intravit. Nam ampliùs nullam rem conſequatur, ſed vitium ſuum ſibi reputet, eo quòd ſervo conſenſerit voluntariè. *II.* 12. 2.

CCXIX.

Si aldius cujuſcumque (49) aldiam, aut liberam alienam uxorem tulerit, ſi filios ex ipſo coitu habuerit, patrem ſequentur, & ſint aldii, cujus & pater eſt *II.* 12. 4.

CCXX.

Si aldius ancillam ſuam, aut alterius tulerit ad uxorem, filii, qui ex ipſa ancilla naſcuntur ſint ſervi ejus, cujus & mater ancilla eſt. *II.* 12. 3.

CCXXI.

Si ancilla cujuſcumque in caſam alterius ad maritum intraverit, & ſervum tulerit, nihil de ipſa caſa marito mortuo conſequatur, niſi quantum ſecum adduxit. *II.* 12. 5.

CCXXII.

Si ſervus liberam mulierem, aut puellam auſus fuerit ſibi conjugio ſociare, animæ ſuæ incurrat periculum; & illam, quæ ſervo fuerit conſentiens, habeant parentes poteſtatem occidendi, aut foras provinciam tranſvendendi, & de rebus ipſius mulieris faciendi quod voluerint. Et ſi parentes ejus hoc facere diſtulerint, tunc liceat Gaſtaldio Regis, aut Actori, aut Sculdaſio ipſam in Curtem Regis ducere, & intra penſiles ancillas conſtituere. *II.* 9. 2.

CCXXIII.

Si quis ancillam ſuam matrimoniare voluerit ſibi ad uxorem, ſit ei licentia; tamen debeat eam liberam thingare, & ſic facere liberam, quod eſt (50) guiderboram, & legitimam per garantix. Tunc intelligatur eſſe libera, & legitima uxor, & filii, qui ex ea nati fuerint, legitimi heredes patri efficiantur. *II.* 1. 8.

CCXXIV.

Si quis ſinè heredibus mortuus fuerit, & res ipſius ad Curtem Regis (51) pervenerit, nec donatum nec præſtitum quicumque ipſi mortuo dederit aut præſtiterit, non habeat po-

(45) Cod. Eſten. *cum uxore ſua alium fornicantem invenerit ſervum, aut libertum.* Sed retine *liberum.*

(46) In Cod. Cathedr. Mutin. tale eſt exordium hujus Legis: *Si quis ſuper alium* &c. Tum uterque Codex Mutin. *de uxore ſua crimen injecerit, quòd cum ea fornicaſſet.*

(47) Ita heic & alibi habet Editio Goldaſti. Verùm in Codicibus Mutinen. legitur *Fulfreal*, atque ita legendum. Eſt autem *Fulfreal* Teutonica lingua utentibus *liber*, & tamquam *ingenuus*, ut hæc ipſa Lex docet. Infra iidem Codices Mutinen. habent: *poſteaque filias* (*filios* alter ex his præfert) *habens, maritus mortuus eſt; & mulier cum illis in caſa* &c. Infra *in caſa patris reſidere.* Et in fine: *Et vadant ſibi, ubi voluerint, liberi.* Ita & ſupra *revertatur ſibi ad parentes*: unde Italica adhuc loquendi formula *ſe ne vadano*: *ſe ne ritorni.*

(48) Cod. Cathedr. Mutin. *vadat ſibi unà cum filiis ſuis, & cùm omnes res, quantas in tempore* &c.

(49) Cod. Eſten. *aldiam, aut libertam tulerit uxorem.* Infra *& ſint aldii, qualis & pater eorum eſt.*

(50) Cod. Cathedr. Mutin. *quod eſt VViriburan, & legitimam facere per garintbinx.* Eruditiſſimus Vir Baluzius Tom. II. Capitular. pag. 992. hanc eamdem Legem in Not ad Leges Ripuarias profert ex Codicibus MStis Pariſienſibus cum levi diverſitate ab editione Goldaſti, qua utor. Tum editam à Lindenbrogio ponè ſtatuit, oſtendens in eam irrepſiſſe Gloſſemata quædam inepta, quæ ſanè à Codicibus Mutinen. abſunt. Hæc autem ita ſe habet in Cod. Eſten. *Si quis ancillam ſuam propriam matrimoniare voluerit ad uxorem, debeat eam liberam thingare, & ſic liberam, quod eſt VViderbora, & legitimare facere per garthulam* (fortaſſe *chartulam*) *ideſt quòd intelligatur libera, & legitima uxor* &c. Cod. Ambroſ. habet *garethinx.*

(51) In Codicibus Mutinenſ. *pervenerint.* Infra *dedit, aut præſtitit.* Infra *non habeat pontificium* &c. Frequenter adhibita eſt hæc vox *pontificium* ab antiquis noſtris pro *poteſtate*, & *jure*; eademque adhuc perdurat in Collecta, ſive Oratione adhibita diebus feſtivis Apoſtolorum Principis Petri, ſublata ex aliis. Sed neſcio quis delicatulus & heic, & alibi Latiniora verba intulit, conſilio tamen parùm laudabili; nos enim Langobardos loquentes, non Romanos veteres, audire heic volumus. Infra Codex Eſten. *pervénit, & in unum poſuit, & ſinè debito, aut aliqua requiſitione devénit.*

Digitized by Google

potestatem requirendi, quia postquam ad manum Regis pervênit, terminum posuit, & sinè debito aut aliqua repetitione cecidit. *II.* 14. 16.

CCXXV.

Si quis servum suum proprium, aut ancillam suam liberam dimittere voluerit, sit illi licentia, qualiter ei placuerit. Nam (52) qui sulfreal, & à se extraneum, idest amond, facere voluerit, sicut debeat facere. Tradat eum priùs in manum alterius hominis liberi, & per garantix ipsum confirmet, & ille secundus tradat eum in manu tertii hominis eodem modo, & tertius tradat eum in quarti, & ipse quartus ducat eum (53) in quadrivium, & thingat in guadia, & gisiles testes ibi sint, & dicant sic: *De quatuor viis ubi volueris ambulare liberam habeas potestatem*. Si (54) sic factus fuerit, tunc amond, & ei manebit certa libertas, & postea nullam repetitionem patronus adversùs ipsam aut filios ejus habeat potestatem requirendi. Et si sinè heredibus legitimis ipse, qui amond factus est, mortuus fuerit, Curtis Regia illi succedat, nam non patronus aut heres patroni. Similiter (55) & qui per impans, idest votum Regis, dimittitur, ipsa lege vivat, sicut qui amond factus est. *In Cod. Esten. hæc adduntur:* Postea mundi eorum nec ad ipso, nec a filiis ejus nullatenus requiratur, & si filia ejus, aut ipsa, quæ sulfrear facta est, ad maritum ambulare contigerit, detur pro ea mundius, sicut pro libera. *II.* 34. 1.

CCXXVI.

Item (55) qui sulfreal fecerit, & quatuor vias ei non dederit, & amond à se, idest extraneum non fecerit, tali lege patronus cum ipso vivat, tamquam cum fratre, aut cum aliis parentibus liberis Langobardis, idest si filios aut filias, qui sulfreal factus est, non dimiserit, patronus ejus illi succedat, sicut scriptum est. *II.* 34. 1.

CCXXVII.

Item qui aldium aut aldiam facere voluerit, non illi (57) debet quatuor vias. Hæc sunt gaudia quatuor manumissionum. Tamen necesse est pro futuri temporis memoria, ut qualiter liberum aut liberam thingaverit, ipsa manumissio in charta libertatis commemoretur. Et si chartam non fecerit, tamen libertas illi permaneat. *II.* 34. 1.

CCXXVIII.

Si quis (58) libertus homo, qui sulfreal factus est, filios dereliquerit legitimos, sint illi heredes. Si filias habuerit, habeant & ipsæ legem suam, sicut supra constitutum est. Et si naturales fuerint, habeant & ipsi legem suam. Et si casu faciente sinè heredibus mortuus fuerit, & antea judicaverit res suas proprias se vivente, idest (59) andingaverit, & arigaverit secundùm Legem Langobardorum, habeat, cui donaverit. Nam quantum de rebus suis benefactoris sui per donum habuerit, si eas non obligaverit, ad ipsum patronum aut heredes revertantur. Et si aliquid in gasindio Ducis, aut privatorum hominum obsequio donum conquisierit, res ad donatorem revertantur. In alias verò res, sicut dictum est, si heredes non reliquerit, aut se vivo non judicaverit, patronus succedat, sicut parenti suo. *II.* 14. 17.

CCXXIX.

Omnes (*) liberi, qui à dominis suis Langobardis libertatem meruerunt, legibus dominorum suorum, & benefactorum vivere debeant, secundùm qualiter à suis dominis propriis concessum fuerit. *II.* 34. 2.

De Emtoribus, & Venditoribus.

CCXXX.

Si quis comparaverit terram, idest solum ad ædificandum, aut casam (60) mancipiatam, & per quinque annos inter personas præsentes possederit, & postea ipse venditor, aut heres ejus pulsaverit dicendo, quòd præstitis-

(52) Cod. Cathedr. Mutin. *Nam qui fulfreæ, & à se extraneo, ideſt amund, facere voluerit, sic debet facere*. Cod. Esten. postrema hæc verba habet. Infra verò, nescio qua ratione ibi scriptum sit: *& per gartilam*. Fortasse legendum est per *ebartulam*. Editi habent *garantix*. Olim certè *chartulati* dicebantur, qui *per chartam*, hoc est publicis tabulis de concessa libertate conscriptis manumittebantur.

(53) Cod. Cathedr. Mutin. *in quadrubio*: unde adhuc vox Mediolanensis *Carrubio*. Sequitur Cod. Esten. *& thinget in gaida ad gisel, & sic dicat, De quatuor* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *& thinget in gaida & gisal, & sic dicat*. Jam monui *giseles* idem significasse ac *testes*, ideoque legendum heic videtur *& gisiles, ideſt testes*.

(54) Cod. Cathedr. Mutin. *Si sic factum fuerit, tunc erit amund, & ei maneat* &c. Alter Cod. *Si sic fecerit, tunc erit amund*. Infra in utroque Codice legitur *adversùs eum, aut* &c.

(55) Cod. Esten. *Similiter & qui infas, ideſt in votum Regis*. Alter Cod. *Similiter & infans, ideſt qui in voto Regis dimittitur, ipsam legem vivat*. Erat enim etiam mos manumittendi *coram Rege*; qua manumissione servi integram, & plenariam libertatem consequebantur. Ad finem Legis nonnulla in Codice Estensi adduntur, quæ apponenda texsui curavi; videntur enim potiùs pars Legis, quàm Glossa.

(56) Cod. Esten. habet *Item qui fulfrear*. Lex ista unà cum sequenti in Editis præcedenti unitur. At in Cod. Esten. dividitur. Infra in utroque Cod. Mutin. legitur *& quatuor vias ei dederit*. Infra in Cod. Esten. *talem legem patronus cum ipso habeat, quam cum fratre, aut aliis parentibus suis Langobardis, ideſt si filios aut filias legitimas, qui fulfreæ factus est, non dimiserit, patronus ejus illi succedet, sicut supra constitutum est*.

(57) Cod. Cathedr. Mutin. *non illi det quatuor vias*. Tum quæ sequuntur corrige ex Edit. Boherian. & ex MStis Mutinen. *Hæc sunt genera manumissionum. Tamen necesse est propter futuri temporis memoriam* &c. In Ambros. Cod. legitur: *Hæc sunt quadidegara quatuor manumiss.*

(58) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis libertus, qui fulfree factus est*. Cod. Esten. *qui fulfrear*. Hoc est, qui plenariam libertatem per manumissionem fuerit consequutus.

(59) Cod. Esten. *ideſt indignip, & arigavit*. Alter Cod. Esten. *ideſt andicavvere, & arigavverch*. Infra *in gasidio Ducis* idem est ac *in familiaritate Ducis*, quod nunc nos appellamus *stando al servigio di qualche gran Signore*. Propterea qui Regi, aut Magnatibus familiares, sive domestici, ac famuli erant (non tamen servi) *Gasindii* vocati sunt. Infra Cod. Esten. *si non eas obligaverit in libertate*.

(*) Corrige ope Codicis Esten. *Omnes verò liberti*. Atque ita sensus poscit.

(60) Cod. Esten. *aut casam mencipatam, & quinque annis*. Ego *casam mancipatam* puto dici, quæ ad auctionem vendita est. Vide Festum & Grammaticos Latinos. Infra idem Esten. Cod. habet: *Nisi præbeat sacramentum secundùm legem, & qualitatem pecuniæ*. In fine: *Tunc si fecerit, liceat ei & filiis ejus firmiter possidere* &c.

Digitized by Google

ſtitiſſet, non enim vendidiſſet: oſtendat libellum ſcriptum, ubi rogatus fuiſſet præſtandi. Et ſi libellum non habuerit, nihil aliud faciat emtor, niſi ſacramentum ſecundùm qualitatem pecuniæ præbeat, ſcilicet quòd cum pretio ſuo rem ipſam comparaſſet, nec alteri per legem debeat dimittere. Tunc liceat ei poſtea firmiter poſſidere quod ſibi comparaverit. *II.* 35. 1.

CCXXXI.

Si quis alium de re mobili, & immobili pulſaverit (61) dicendo, quòd malo ordine poſſideat, & poſſeſſor negaverit, ita proſpeximus: quòd ſi per annos quinque fuerit poſſeſſor, tunc ipſe qui poſſedit, aut per ſacramentum debeat negare, aut per pugnam ſe defendere, ſi potuerit. *II.* 35. 2.

CCXXXII.

Si quis res alienas, ideſt ſervum, aut ancillam, ſeu (62) alias res mobiles, ſciens alienas eſſe, ut ſuas ubicumque tranſvendiderit, & inventum, aut probatum fuerit, in octogild eam reſtituat. Et ſi per ignorantiam vendiderit, tunc præbeat ſacramentum, quòd credens ſuas res vendidiſſet, & reddat caput cum nutrimine ſuo qualecumque ſit. *II.* 25. 1.

CCXXXIII.

Si quis comparaverit mancipium, & poſtea leproſum aut dæmoniacum apparuerit, tunc venditor, ſi pulſatus fuerit, præbeat ſacramentum (63) ſingulis, quòd in conſcientia ipſius de ipſa infirmitate non fuiſſet, quando eum vendidit, & ampliùs non calumnietur. *II.* 55. 4.

CCXXXIV.

Si quis comparaverit ancillam, & poſtea venerit alter certus homo, qui eam ſuam dicat eſſe, (64) revertantur pariter ad auctorem. Tunc auctor, ſi vendicare non potuerit, præbeat ſacramentum, quòd conſcius non ſit fraudis, nec colludium feciſſet, & reddat pretium tantum, quantum in illa die tulit, quando eam tradidit, & accipiat ancillam ipſam, & proprio domino tradat. Et ſi ancilla ipſa apud emtores filios fecerit, tunc ille qui priùs eam vendidit, & vindicare non potuerit, (65) quanticumque ſint filii ipſius, per ſuum diſpendium comparet, & proprio domino reddat, quatenus filii matrem ſequantur. Et ſi auctor mortuus fuerit ſinè heredibus legitimis, & facultas ipſius auctoris ad Curtem Regis ceciderit, nulla ſit repetitio, ſic tamen, ut detur ſacramentum, quòd ab illo comparaſſet, cujus res ad Curtem Regis pervenerit. *II.* 36. 1.

CCXXXV.

Si quis caballum emerit, & auctorem ignoraverit, & (66) venerit certus homo, qui ipſum caballum ſuum dicat eſſe, tunc ille homo, qui emit, ſicut diximus, ſi auctorem non habuerit, & neſcit de quo comparaſſet, præbeat ſacramentum emtor, quòd (67) nec fur eſſet, nec collega fuerit, niſi ſimpliciter cum pretio ſuo comparaſſet, & inſuper addat in ipſo ſacramento, ſi quoquo tempore auctorem invenerit, non negabit. Tunc poſt præſtitum ſacramentum reddat caballum, & ſit ſibi contentus. Et ille, qui proprium dominum dicit eſſe, ſub tali titulo eum tollat; ut ſi cognitum fuerit, quòd malo ordine eum vindicaſſet, & alter certus auctor venerit, qui ſuum fecerit ipſum caballum, ſibi novum reddat. *II.* 28. 1.

CCXXXVI.

Servo cujuſcumque non liceat ſinè permiſſu domini ſui (68) neque terram, neque mancipia, nec quamcumque rem vendere, aut liberum dimittere. *II.* 32. 1.

CCXXXVII.

Si quis (69) de ſervo comparaverit, pretium perdat, & quod de ſervo emit, proprio domino reſtituat. *II.* 32. 2.

CCXXXVIII.

Servus maſſarius licentiam habeat de peculio ſuo, ideſt bovem, vaccam, caballum, ſimiliter & de (70) minutis peculiis in ſocio dare, & in ſocio recipere: vendere autem nonniſi pro utilitate caſæ ipſius, quatenus caſæ proficiat, ut non depereat. *II.* 32. 3.

CCXXXIX.

Nulli (*) liceat aldio cujuſcumque, qui amond factus non eſt, ſinè voluntate patroni ſui

(61) Cod. Cathedr. Mutin. *compellaverit dicendo*, Infra *fuerit poſſeſſio*. Pro *debeat negare* in eodem MSto legitur *debeat firmare*.

(62) Idem Cod. *ſeu alias res, ſciens alienam rem eſſe, non ſuam, ubicumque* &c. Infra *quòd credens ſuum vendidiſſet, & reddat caput cum nutrimento ſuo, qualiter ſibi ſcit*. Cod. Eſten. *cum nutrimine ſuo quale ſit*. Vocabulo *nutriminis* cenſeo heic deſignari filios aut pullos, qui ex homine, aut animali vendito nati fuerint. Vide proximè ſequentem Legem.

(63) Cod. Eſten. *ſingulis, quando vendidit, quòd in conſcientia illius non fuiſſet de* ipſa &c. Additur in fine Gloſſa hæc: *Similiter de ceteris animalibus venditis*.

(64) Uterque Cod. Mutin. *revertatur pariter ad auctorem*. Hoc eſt ad venditorem, vocabulo, ut arbitror deducto ab *auctione*, quæ venditio fuit publico loco facta. Infra Cod. Cathedr. *quòd conſcius non ſit fraudi nec ullo concludio feciſſet*. Cod. verò Eſten. *nec illum* (*ullum* fort. legendum) *colludium cum ipſo, qui pulſat, feciſſet. Tunc reddat pretium tantum, quantum in die illo, quando eum tradidit, accepit; & ancilla ipſa proprio domino reſtituatur. Et ſi ancilla ipſa emtorem* &c. Ita & in Cod. Cathedr.

(65) Cod. Cathedr. *qualiter ſci. filios ipſius, per ſuum diſpendium recomparet, & proprio domino retradat*. Cod. verò Eſten. *& vindicare non potuerit, filios ipſos de ſuo proprio pretio comparet, & proprio domino reddat*. Infra Cod. Cathedr. habet *ſinè heredes legitimos*. Et in fine *ad Curtem Regis ceciderunt*.

(66) Cod. Eſten. *& venerit tertius homo*. Infra *nec ſcit, unde, aut à quo comparaſſet*.

(67) Uterque Codex Mutin. *quia neque fur ſit, neque collega furis*. Infra Cod. Eſten. *& ſit ſibi contentus de pretio. Ille autem, qui ſe propoſitum* &c.

(68) Cod. Eſten. *neque terram, neque ſervum, neque ancillam, neque qualemcumque rem* &c.

(69) Idem Cod. *Si quis ſciens de ſervo* &c.

(70) Idem Cod. Eſten. *de minuto peculio in ſocium dare*. Cod. Cathedr. Mutin. *ideſt bove, vacca, cavallo, ſive & de minuto peculio in ſocia re dare*. Adhuc in aliquibus Italiæ locis hæc formula durat: *dare à Socida*. Infra Idem Cod. *vendere autem non habeat licentiam niſi* &c. Servus *Maſſarius* ille erat, qui *Maſſæ*, ſeu prædio domini ſui colonus, aut cuſtos dabatur. *Peculium* autem propriè de *ſervis* dicebatur. Feſtus: *Peculium ſervorum a pecore item dictum eſt, ut pecunia patrum familiæ*. Quaſi pecuniola. Nihil enim proprium Servi poſſidebant; ſed quandoque ſinebantur à dominis ſuis quædam animalia emere, eorumque reditibus frui. Heic tamen *peculium ſuum* vereor ne tantummodo ſignificet animalia ſervis maſſariis à domino credita. Certè *minuta peculia* infra legitur pro *pecoribus*.

(*) Cod. Eſten. *Non liceat aldio cujuſcumque, qui amund factus non eſt*, videlicet, qui nondum perfecta libertate donatus eſt.

sui terram aut mancipium vendere neque liberum dimittere. *II.* 32. 4.

CCXL.

Si quis liber homo (71) terminum antiquum corruperit, aut exterminaverit, & probatum fuerit, sit culpabilis LXXX. solid. medium Regi, & medium in cujus fine fuerit terminus. *I.* 27. 1.

CCXLI.

Si quis servus alienus terminum antiquum (72) ruperit, aut exterminaverit, mortis incurrat periculum, aut solidis XL. redimatur. *I.* 27. 2.

CCXLII.

Si quis liber homo (73) arborem, ubi theclatura facta est inter fines discernendos, inciderit, aut deleverit, LXXX. solid. sit culpabilis, medium Regi, & medium cujus arbor fuerit. Et si servus per jussionem domini sui fecerit, dominus ejus componat ut supra solidos LXXX. *I.* 27. 3.

CCXLIII.

Si servus sua auctoritate arborem, ubi theclatura facta est inter fines discernendos, inciderit, aut deleverit, aut moriatur, aut liberet se solidis XL. *I.* 27. 4.

CCXLIV.

Si quis propter (74) intentionem signa nova, aut theclaturam, aut finaidam in silva alterius fecerit, & suam non probaverit, componat solidos XL. medium Regi, & medium cujus silva fuerit. *I.* 27. 5.

CCXLV.

Si servus extra jussionem domini sui theclaturam, aut finaidam in silva alterius fecerit, manus ejus incidatur. Et si cum jussione domini sui theclaturam, aut finaidam in silva alterius fecerit, reputetur culpa domino, ut supra. *I.* 27. 6.

CCXLVI.

Si quis sinè jussione Regis (75) aurum signaverit, aut monetam confinxerit, manus ejus incidatur. *I.* 29. 1.

CCXLVII.

Si quis chartam falsam scripserit, aut quodlibet membranum, manus ejus incidatur. *I.* 30. 1.

CCXLVIII.

Si quis (76) per murum Castri aut Civitatis, sinè notitia Judicis sui exierit, aut intraverit, si liber est, sit culpabilis in Curte Regis solid. XX. Si autem aldius, aut servus fuerit, sit culpabilis in Curte Regis solid. X. Et si furtum fecerit, sicut in hoc Edicto legitur, componat pœnam furti. *I.* 26. 1.

CCXLIX.

Si quis debitorem habens, appellet eum semel, & bis, & usque in tertium diem; & si debitum non reddiderit, aut non composuerit, tunc debeat eum pignorare in his rebus, in quibus pignorare licitum est. *II.* 21. 1.

CCL.

Si quis alium pro quolibet debito, aut causa pignorare præsumserit, antequam eum tertiò pulsaverit, pignus, quod ante contestationem tulerit, (77) sibi novum reddat in potestate domini sui. *II.* 21. 2.

CCLI.

Nulli liceat alium pro alio (78) pignorare, excepto illo, qui gaphans esse invenitur, idest coheres ejus proximior, qui ad illius hereditatem, si casus evenerit, venturus est. *II.* 21. 3.

CCLII.

Si quis per errorem alium pro alio pignoraverit in servo aut ancilla, ita decernimus, ut postquam cognovit, quòd malè pignoraverit, mox ipsum pignus relaxet. Et si pulsatus fuerit à domino servi vel ancillæ, tunc præbeat sacramentum, quòd per errorem fecerit, & non asto animo, sed credidit debitorem suum pignorasse, & tunc sit indemnis. Nam si plagas, aut feritas fecerit in ipsum pignus, componat sicut in hoc Edicto legitur. Et si sacramentum dare non præsumserit, quòd per errorem pignorasset, reddat pignus in octogild. *II.* 21. 4.

CCLIII.

Si quis greges equarum sive porcorum sinè jussione Regis pignoris nomine abstulerit, ille prior aut moriatur, aut componat solidos DCCCC. medium Regi, & medium cui pignus abstulerit: & (79) illi qui cum illo fuerint, si tamen liberi sunt, componat unusquisque solidos LXXX. medium Regi, & medium illi, quem pignoraverit ut supra. Et si servi dominum secuti fuerint in compositione domini sui computentur. Culpam enim fecit dominus; nam non servi, qui dominum suum secuti sunt. *II.* 21. 5.

CCLIV.

Si quis caballos domitos, aut boves, aut (80) vaccas jugo domitas pignoraverit sinè jussione Regis, sibi novum reddat. *II.* 21. 6.

CCLV.

Si quis alii guadiam dederit, & eam recipere neglexerit per fidejussorem, & apud eum remanserit una nocte, aut duabus, vel tribus, nihil componat. Si remanserit quatuor noctibus, componat solidos duodecim; si remanserit quinque noctibus, componat solidos XXIV.

---

(71) Cod. Esten. *terminum antiquum effoderit, & probatum* &c.

(72) Idem Codex *effoderit, aut moriatur, aut redimat eum dominus suus cum XL. solidis.*

(73) Idem Cod. addit *signatam, ubi teclatura est inter fines terminandos.* Nomine *theclaturæ* significantur signa cultro aut scalpello impressa in arbore, veluti crux, ad terminum inter agros ostendendum. In Antiquitatib. Esten. cap. 16. pag. 149. attuli Placitum Otberti Marchionis, in quo occurrit *cerrus, ubi ab antiquo clavos ferreos infixus fuerat*, hoc est ad fines signandos. Quæ consuetudo fuit etiam antiquis, ut videre est apud Scriptores Rei Agrariæ à Goësio editos. Infra Cod. Esten. *& medietatem, cujus finis arbor fuit.*

(74) Idem est ac *contentionem, propter interatonem*: mendosè profectò. Sed neque lectio prior omni suspicione vacua. Infra idem Cod. pro *finaidam* habet *aut signaidam*. Ita & in Lege sequenti. Hoc est signa terminos agrorum indicantia.

(75) Editio Boher. *aurum figuraverit.*

(76) Cod. Esten. *per murum de Castello, aut Civitate.*

(77) Cod. Esten. *illud sibi nonum reddat.* Tum heic tum alibi in eodem Codice *nonum* pro *novum* occurrit. Ita & in sequenti Lege CCLII. Idem Cod. in fine habet: *reddat pignus in actogild* (quod & alibi, & non *octogild*) *idest sibi nonum*, ut idem videatur *actogild*, seu *octogild* & *nonum*, sive *novum*. Librarius quisquam in uno aut altero erravit. In MSto eodem non leguntur verba illa *in potestate domini sui.*

(78) Idem Cod. *pignorare pro quolibet debito, excepto illum, qui gaphantes esse invenitur, idest proximior parens, qui hæres ad illius* &c. Cod. Cathedr. habet *qui gafandus.*

(79) Cod. Cathedr. Mutin. *& quicumque cum eo fuerit.*

(80) MS. Esten. *aut vaccam jugo domitam alterius pignoraverit,*

Digitized by Google

XXIV. si remanserit sex noctibus, componat solidos XXXVI. Et si ille, qui (81) eam acceperit, eam reddere neglexerit per fidejussorem, & apud eum remanserit, sic componat, quomodo ille, qui guadiam suam recipere neglexerit. *II.* 21. 10.

CCLVI.

Si quis liber homo, qui debitor est, alias res non habuerit nisi caballos, aut boves domitos, seu vaccas junctorias, tunc ille qui debitum requirit, vadat ad Sculdasium, qui in loco ordinatus est, & intimet (82) causam ipsam, quòd debitor ipsius alias res non habeat, nisi quod supra legitur. Tunc Sculdasius tollat boves aut caballos ipsius, & ponat eos penes creditorem, dum usque justitiam faciat. Si Sculdasius dilataverit facere, sit culpabilis in Palatio Regis solid. XII., & post justitiam factam pignus restituatur. *II.* 21. 7.

CCLVII.

Nulli liceat pro quolibet debito casam ordinatam tributariam loco pignoris tollere, nisi servum, aut ancillam, vaccas, aut pecora, ita (83) ipsum aut pignus, quod tulit per suam custodiam, salvum faciat usque ad præfinitum tempus, sicut subter annexum est, idest intra eas personas, quæ intra centum milliaria habitant intra dies XX. Et si intra dies istos XX. debitor pignus suum, justitiam faciens, & debitum reddens, non liberaverit, & post transactos dies XX. contigerit ex ipso pignore mancipium, aut quodlibet peculium mori, aut homicidium, aut damnum fieri, aut alibi transmigrare: tunc debitor in suum damnum reputet, qui sua pignora liberare neglexerit. Nam si intra XX. dies servi, aut ancillæ mortui fuerint, aut peculium perierit, aut homicidium, aut damnum dederit, ipse qui pignoraverit, in (84) suum damnum reputet. Et si supra centum milliaria inter se creditor & debitor habitaverint, tunc usque ad XL. dierum spatium pœna suprascripta pignus custodiatur. *II.* 21. 8.

CCLVIII.

Si quis liber homo furtum fecerit, & in ipso furto tentus fuerit, idest (85) fingendi: si furtum ipsum usque ad decem siliquas fuerit, sibi novum reddat, & componat pro tali culpa LXXX. solidos, aut animæ suæ incurrat periculum. *I.* 26. 2.

CCLIX.

Si quis servus furtum fecerit, & tentus fuerit in ipso furto usque ad decem siliquas, sibi novum reddat, & componat pro tali culpa solidos XL. aut certè occidatur. *I.* 26. 3.

CCLX.

Si quis per proditorem, idest per certum indicatorem, furtum invenerit, sibi novum reddat qui furtum fecerit. *I.* 26. 4.

CCLXI.

Si servus, dum in fuga est, furtum (86) aut damnum fecerit, & in ipsa fuga foris provinciam migraverit, & non redierit, tunc dominus servi medium pro ipsa re, quam furatus fuerit, aut damnum si fecerit, restituat. Nam si regressus fuerit in potestate domini sui, tunc de quanto tulerit, tantum dominus ejus in integrum reddat, cessante in hoc capitulo pœna furti, eo quòd in fuga fuerit. *I.* 26. 5.

CCLXII.

Si mulier libera (87) sulfreal super furtum comprehensa fuerit, furtum quod fecerit, sibi novum reddat, nam alia culpa non requiratur, pro eo quòd injuriam suam passa est, & vitio suo reputet, quia operam indecentem facere tentarit. *I.* 26. 6.

CCLXIII.

Si aldia aut ancilla (88) super furtum tenta fuerit, componat dominus earum furtum ipsum sibi novum, excepto pro culpa solid. XI. *I.* 26. 7.

CCLXIV.

Si liber homo puerum aut (89) servum furtum facere jusserit, & ipsum furtum inventum fuerit, sibi novum componat, & alterum tantum in Curte Regis persolvat, quia inhonestum esse videtur, & nulli convenit rationi, ut homo liber debeat in furtum se commiscere, aut consensum præbere. *I.* 26. 8.

CCLXV.

Si quis aurum, aut vestem, aut (90) quamlibet rem in viam invenerit, & super genuculum levaverit, & non manifestaverit, aut ad Judicem non dixerit, sibi novum reddat. *I.* 26 9.

CCLXVI.

Si (91) servus ancillam alienam habens uxorem, furtum fecerit, & ancillam, & filios servus alienus nutrierit, omne furtum, quod fecit,

---

(81) Cod. Esten. *qui ipsam vadiam acceperit, eam reddere neglexerit per fidejussorem, & apud eum remanserit, sic componat, sicut & ille, qui ipsam vadiam liberare per fidejussorem neglexerit. Vadia*, quod etiam scribitur *Guadia, VVadia*, & *Vadium, Guadius* &c. modò significat *fidejussorem*, modò *vadimonium* & pignus. A Latino *Vas vadis* desumtum credo. Retinet adhuc Italica Lingua *Gaggio* eadem significatione.

(82) Cod. Esten. *causam suam intimet, & dicat, quia debitor* &c. Infra Cod. Cathedr. Mutin. post *creditorem, usque dum ei justitiam* &c.

(83) Uterque Codex Mutin. *ita ut ipsam pignus*, & quidem rectiùs. Infra legitur *inter eas personas, quæ intra centum milliaria inter se habitant, dies XX. Et si infra istos XX. dies quis pignus suum* &c. In MSto Ambros. legitur *dies XXX.* in omnibus hujus Legis locis.

(84) Iidem MSti *in suo damno reputet, & proprio domino satisfaciat. Et si supra* &c. In fine Cod. Esten. habet *tunc usque LX. dierum spatium pœnam istam consequantur.*

(85) Cod. Esten. *idest fegangi*. Alter Cod. *idest figangus*. Infra *usque ad decem siliquas. Siliqua*, si Isidoro credimus Lib. 16. Cap. 24. *est vigesima pars solidi*, hoc est aurei. Verùm ex Epist. XXXVIII. Lib. IX. Gregorii M. Papæ, qui his ferè diebus vixit, inferri potest; solidum constasse ex *viginti quatuor Siliquis*.

(86) Uterque Cod. *aut damnum alii fecerit*. Infra iidem habent *tunc de quanto tulit, caput tantum, dominus ejus* &c.

(87) Cod. Esten. *libera fulfrea*. Infra *sibi nonum reddat*. Et infra *pro eo quòd injuriam passa est*. In fine Cod. Cathedr. Mutin. *& vitium suum reputet, quæ opera indecenter facere adtentavit.*

(88) Cod. Ambr. addit *aliena*. Infra uterque. Cod. Mutin. *pro culpa solid. XL.* Estensis verò addit alia quædam, quæ ne ipse quidem Librarius intellexerat, eoque minùs ego, nempe *pro aldia tantùm, pro LL. G. si ancilla.*

(89) Uterque Cod. Mutin. *aut servum suum*. Infra Codex Esten. *sibi nonum componat dominus ejus, & alterum* &c.

(90) Codex Esten. addit *mobilem in via*. Infra uterque Cod. Mutin. *aut ad Judicem non adduxerit, sibi nonum reddat.*

(91) Hæc ita in Cod. Cathedr. Mutin. efferuntur: *Si servus, dum ancillam alienam habet uxorem, furtum fecerit, & ancilla filios alienos nutricrit, omne furtum, quod fecerit, servus componat.* Infra uterque Cod. *Tantùm est, si ancilla, & filii simul cum patre* &c.

Digitized by Google

fecit, componat, nam nihil computetur in damnum, nec in culpam illius ancillæ, vel filiorum ejus. Tantùm eſt, ut ancilla & filii ſimiliter cum patre ad furtum faciendum non ambulaverit; nam ſi fecerint, ſimiles illi efficiantur. *I.* 26. 10.

CCLXVII.

Si ſervus, dum in fuga eſt poſitus, res aliquas cuicumque homini commendaverit, & poſtea proprius dominus requiſiverit eas, & ille qui ſuſceperit, denegaverit, & poſtea inventum fuerit, pro furto eas reddat. *I.* 16. 11.

CCLXVIII.

Si plures homines furtum in unum fecerint tam liberi, quàm ſervi, liceat eis, ſi (92) voluerint, ſe adjuvare, & furtum ipſum in octogild reddere. Et ſi ex ipſis ſe ſubtraxerit, pro ſe tantùm legibus componat, ideſt furtum ſibi novum reddat. *I.* 26. 12.

CCLXIX.

Si liber, aut ſervus voluerit foris provinciam fugere, & Judex, aut quicumque in loco aut finibus Provinciæ reſidet, eum comprehenderit, teneat eum; & res (quas ſecum tulerit) ſalvas faciat; & mox mandet ad Judicem de loco, unde fugere cœpit, quatenus eum recipiat, & det pro uno fugace ſolidos II. ita ut cum rebus, quas ſecum detulerit, reddatur. Et ſi contigerit fugere de ligamine, præbeat ſacramentum ille, qui eum tenuit, quòd non aſto animo eum laxaſſet, ſed cum tota virtute (93) eum cuſtodiſſet, & poſt datum ſacramentum res, quas ei tulerit, reddantur. Prehenſura autem non requiratur, & ampliùs non calumnietur. Et ſi fugax ille manus ad ligandum non dederit, & occiſus fuerit, non requiratur, niſi tantummodo res, quas tulerit, reddantur, & ſi ille, qui fugacem hominem comprehendere voluerit ab ipſo occiſus fuerit, non requiratur. *I.* 26. 13.

CCLXX.

De Portinario, qui ſuper flumina portum cuſtodit. (*Cod. Ambroſ.*)

Si quis (94) portunarium pulſaverit, quòd fugacem hominem tranſiviſſet, & portunarius negaverit, ita decernimus, ut præbeat ſacramentum ſolus, quòd ad conſcientiam ipſius non perveniſſet, quòd fugitivum hominem aut furem tranſpoſuiſſet, & ſit abſolutus à culpa. *I.* 26. 14.

CCLXXI.

Si portunarius (95) furem hominem ſciens tranſpoſuerit cum aliqua re furtiva, collega furis ſit, & cum eo ipſum furtum componat, excepto quòd ſit culpabilis in Palatio Regis ſolid. XX. *I.* 26. 15.

CCLXXII.

Si portunarius mancipium fugitivum ſciens tranſpoſuerit, ſi probatum fuerit, perquirat eum, & proprio domino cum rebus, quas ſecum detulerit, reſtituat. Et ſi (96) ipſe fugax alibi tranſmigraverit, ut non inveniatur, tunc portitor mancipium ſimul, & res, quas ſecum detulerit, de quanto auſus fuit jurare, qui perdit, ab ipſo qui ſciens tranſpoſuerit, reddat ſub æſtimatione pretii, excepto pro culpa componat ipſe portunarius in Curte Regis ſolidos XX. *I* 26 16.

CCLXXIII.

Si portunarius hominem liberum ſciens tranſpoſuerit (97) fugacem, animæ ſuæ incurrat periculum, aut componat guidrigild ſuum: quia poſtquam cognovit, quòd fugax erat, ſi eum tenere non potuerit, mox innoteſcere, aut antecurrere debuit. *I.* 26. 17.

CCLXXIV.

Si mancipium cujuſcumque poſt alium hominem fugerit, & (98) dominus ſecutus invitaverit, ut in pace reddatur & in gratia, & ſi in pace redditum fuerit, & poſtea dominus pro ipſa culpa in eum vindictam dederit, componat ſolidos XX. ille, de cujus curte id tulerit. Et ſi denegaverit, quòd in eum pro ipſa culpa vindictam non dediſſet, præbeat ſacramentum ſingulus ad Evangelia, & ſit abſolutus à culpa. *I* 26. 18.

CCLXXV.

Si (99) ille, poſt quem mancipium alienum fugerit, & noluit id reddere poſt ſecundam & tertiam conteſtationem domino ſuo, tunc conſtrictus reſtituat ipſum mancipium, & aliud ſimile ſub æſtimatione pretii componat. *I.* 26. 19.

CCLXXVI.

Si mancipium cujuſcumque in Curte Regis confugium fecerit, & Gaſtaldius, aut Actor (*) Regis poſt ſecundam & tertiam conteſtationem reddere dilataverit, ita decernimus, ut reddat ipſum mancipium, & aliud ſimile de ſuis propriis rebus domino, cui dilataverit.

(92) Uterque Cod. Mutin. *ſi voluerint ſe inſimul adunare, & furtum ipſum in actogild reddere. Nam ſi quis* (ſubdit Cod. Eſten.) *ſe dividere voluerit, pro ſe tantùm ipſum furtum legibus, ideſt ſibi nonum, componat.*

(93) Cod. Eſten. *eum cuſtodire voluiſſet; & poſt datum ſacramentum res, quantas attulerit, reddat.* In fine *nec ipſe requiratur.*

(94) *Portonarium* habet Eſten. Codex. Lindenbrogius heic deſignari putat eum, à quo *portorium* exigitur. Du-Cangius verò ad verbum *Portanarius* cenſet *Janitorem* ita appellatum Neuter audiendus. *Portonarius* nihil aliud eſt heic, quàm nauta, ſive cuſtos navis, per quam viatores ad ulteriorem fluminis ripam tranſmittuntur. Hujuſmodi navigia *Portus*, & *Portora* appellabantur, & adhuc apud nos appellantur, ut repetam ad Legem XLI. Pippini, Cæſari, Agellio, Paulo Juriſconſulto, atque aliis antiquis memorantur *Pontones*, navigiorum genus quaſi pontes, quorum præcipuè uſus erat ad trajectum fluminum: unde etiam *Pontonarii* nautæ appellatio aliquando adhibita. Quare à *Pontonarius* ſuſpicari poſſemus efformatum *Portonarius*. Sed ſiſtendum in priore ſententia, adhuc enim in uſu ſunt apud nos voces *Portus*, & *Portinarius*. Idem nauta infra proprio nomine dicitur *Portitor* in utroque Codice Mutinenſi his verbis: *quòd fugacem hominem* (alter habet *furonem*) *tranſpoſuiſſet*, & *Portitor* &c. infra *quòd fugitivum, aut furonem hominem tranſpoſuiſſet, & ſit abſolutus à calumnia.*

(95) Cod. Eſten. *Si portonarius furonem hominem ſciens tranſpoſuerit* (ſubdit Cod. Cathed. Mutin.) *cum aliquas res furtivas, collega ſit furoni.* In fine legitur *in Curte Regis.*

(96) Uterque Cod. Mutin. *Et ſi ipſos fugaces alibi tranſmigraverit, ut non inveniantur.* Infra *ei qui perdidit.*

(97) Uterque Cod. *hominem liberum fugacem tranſpoſuerit, & cognoverit, quòd fugax eſt*, ſive *quòd in fuga eſt.*

(98) Cod. Eſten. *& dominus ſecutus invitaverit eum in pace, ut reddatur in gratia, & ſi in gratia redditus fuerit.*

(99) Cod. Eſten. *Si ille, apud quem fugerit mancipium alienum, id poſt ſecundam aut tertiam conteſtationem voluerit reddere.* Infra *& alium ſimile.*

(*) Ideſt qui prædio Regis præeſt, ejuſque curam gerit. Cod. Eſten. *aut Actor Regis ipſum mancipium reddere dilataverit poſt ſecundam* &c. *ita jubemus.* Infra *in gratiam recepit, poſtea* &c. In fine *unde extulit ſoldos XL.*

Digitized by Google

rit, reddere cogatur. Et si ille, qui de Curte Regia ipsum mancipium in gratiam recepit, & postea pro ipsa culpa in id vindictam dederit, componat in Curte Regis, unde id tulerit, solidos XL. *I.* 26. 20.

CCLXXVII.

Si in Ecclesia aut in domo Sacerdotis mancipium cujuscumque confugium fecerit, & Episcopus, aut Sacerdos, qui in eo loco præest, id reddere in gratia post secundam & tertiam contestationem dilataverit, ita decernimus, ut reddat ipsum mancipium, & aliud simile de suis propriis rebus, ut (100) supra. Et si in gratia redditum fuerit postea quòd dominus pro ipsa culpa in eum vindictam dederit, aut se idoneat, ut supra, aut sit culpabilis ipsi Ecclesiæ solid. XL. ita ut per Actorem Regis exigantur, & in sacro Altari, ubi injuria facta est, ponantur. *I.* 26. 21.

CCLXXVIII.

Si servus intra provinciam in fuga vagaverit, & dominus eum invenerit, & servus ipse fugierit in curte aliena, & dominus sequens eum apprehenderit, non reputetur culpa domino pro eo quòd in curte alterius furorem in servum habens rem suam apprehendere visus est. Et si ille, cujus curtis fuerit, aut aliquis ex hominibus illius mancipium de manibus ejus tulerit, aut antesteterit, nullum penitùs, qui sequitur servum suum, in curte ipsa scandalum faciat, & si fecerit, qualiter in hoc Edicto legitur, (1) componat. Et qui antesteterit, aut servum de manu tulerit, in ipsius sit periculum. Nam si casu faciente ipsum mancipium mori, aut alibi aberrare contigerit, ipse, qui eum de manu domini abstulerit, aut antesteterit, restituat. Et si inventum fuerit, reddatur, & non cogatur dominus post talem fatigationem eum recipere in gratia, nisi voluerit. *I.* 26. 22.

CCLXXIX.

Si quis mancipium fugax in casa sua nesciente domino super novem noctes habuerit, & contigerit ipsum mancipium aliquid mali perpetrare, aut mori, aut aberrare, ille, qui id susceperit & celaverit, & (*) mandare neglexerit, reddat ipsum mancipium, aut pretium ejus, & damnum, quod fecerit, ipse componat, qui id apud se habuerit. *I.* 26. 23.

CCLXXX.

Si (2) mancipium post alium hominem confugium fecerit, idest in faida, mox mandet domino ipsius quamcitius poterit, aut per scriptum, aut per certum hominem, quatenus id in gratia recipiat. Et si noluerit id recipere, & dilataverit, & contigerit id alibi transmigrare, nulla culpa sit illi, qui priùs ipsum in casa sua habuerit; nam qui susceperit, & non mandaverit, reddat ipsum mancipium, & damnum cui fecerit, simul & operas. *I.* 26. 24.

CCLXXXI.

Si quis mancipium alienum sciens fugax nesciente domino susceperit, aut annonam dederit, aut ostenderit viam, aut transposuerit, & (3) mancipium ipsum fuga lapsum in antea fugerit, ipse id perquirat, qui eam annonam dederit, aut viam ostendere præsumserit, & si id non invenerit, reddat pretium mancipii, similiter & res, quas secum portavit. Et si inventum fuerit, reddat ipsum simul & operas ejus. *I.* 26. 25.

CCLXXXII.

De Oberos (**).

Si quis in Curte aliena (4) asto animo, idest irato animo, ingressus fuerit, XX. solidos illi componat, cujus Curtis fuerit. *I.* 25. 4.

CCXXXIII.

Mulier Curtis rupturam facere non potest, quod est oberos, quia absurdum esse videtur, ut mulier libera, aut ancilla, quasi vir, cum armis vim facere possit. *I.* 25. 5.

CCLXXXIV.

Si (5) servi per consilium rusticanorum manu armata in vicum intraverint ad malum faciendum, & quicumque liber homo sub Regni nostri ditione potiùs (6) cum illis consiliatus in capite fuerit, animæ suæ incurrat periculum, aut certè componat solidos DCCCC. medium Regi, & medium ei, cui injuria illata fuerit. Servi enim, qui cum ipso sunt ex eodem consilio, unusquisque componat solidos XL. medium Regis, & medium cui supra diximus. Et si liber homo in capite non fuerit, ille prior servus, qui eos conduxit, moriatur; servi verò reliqui, qui cum eo fuerint, ex eodem consilio, unusquisque servus XL. solidos pro eo componat, medium Regi, & medium cui malum fecerit. *I.* 18. 2.

CCLXXXV.

Si pro quacumque causa homines (7) rusticani se collegerint, idest consilium, & seditionem facere præsumserint, & cuicumque se anteposuerint, aut mancipium, aut peculium de manu tulerint, quod de casa servi sui dominus tollere voluerit, tunc ille, qui in capite fuerit ex ipsis rusticis, moriatur, aut animam suam redimat, quantum appretiatus fuerit, & unusquisque qui in ipsam seditionem cucurrerit ad malum faciendum, componat solidos XII. medium Regi, & medium cui injuria illata fuerit, aut se anteponere præsumserit. Et si ille, qui rem suam quærere, aut exigere videtur, ab ipsis rusticis ferîtas, aut plagas factas habuerit, sicut superiùs statutum est, ei componatur. Nam pro præsumtione tantùm pœnam suprascriptam pa-

---

(100) Esten. Cod. addit *domino reddere cogatur. Et si in gratia redditum fuerit, & postea in eum dominus* &c. Infra *aut se idoniet.*

(1) Cod. Esten. addit *solidos XX.* Infra idem Cod. *qui eum de manu domini sui tulit.*

(*) Cod. Esten. *aut mandare neglexit.* In fine *qui eum post se habuit.*

(2) Cod. Esten. *Si mancipium cujuscumque confugium post alium.* Alter Cod. infra *& contigerit eum alibi translatare.*

(3) Cod. Cathedr. Mutin. *& mancipium ille fuga lapsus fuerit; ipse eum* &c. Infra *reddat pretium mancipii simul & rebus, quas* &c.

(**) Cod. Ambros. habet *De Operos, sive de curtis ruptura.*

(4) Cod. Esten. *irato animo, idest usterus.* Codex verò Cathedr. habet *aistan, idest per furorem.*

(5) Cod. Esten. *Si servi, idest concilium rusticanorum.*

(6) In utroque Cod. *eum illis in capite*, aut *in caput fuerit.* Infra Cod. Esten. *Servi enim reliqui, qui cum ipso fuerint ex eodem concilio, unusquisque, cujus servus fuerit, XL. solidos pro eo componat, medietatem Regi, & medietatem cui ut supra malum fecerit.* In editis Goldasti hæc bis repetita errore Librariorum videas.

(7) Cod. Ambros. *homines liberi rusticani.* Infra uterque Cod. *idest concilium & seditiones.* Infra Cod. Esten. *Tunc ille, qui in caput ex illis Rusticanis fuerit, aut occidatur, aut* &c. Infra *penam suprascriptam patiantur.*

Digitized by Google

patiatur. Et si aliquis ex ipsis rusticis occisus fuerit, non requiratur, quia ille qui eum occiderit, se defendendo, & res suas, vindicando hoc egit. *I.* 18. 3.

CCLXXXVI.

Si quis de lignario alterius lignum furatus fuerit, componat ei, cujus lignarium fuerit, solidos VI. *I.* 26. 26.

CCLXXXVII.

Si quis de casa erecta lignum quodlibet, aut (8) scindalas furatus fuerit, componat solidos VI. *I.* 26. 27.

CCLXXXVIII.

Si quis de lignamine adunato (9) in curte aut in platea ad casam faciendam lignum furatus fuerit, componat solidos VI. Si autem in silva dispersum fuerit, & furatus fuerit, componat in octogild. *I.* 26. 28.

CCLXXXIX.

Si quis in hortum alterius intraverit, aut salierit, ad furtum faciendum, componat solidos VI. nam si pro sua re ingreditur, & damnum non fecerit, non sit culpabilis. *I.* 26. 29.

CCXC.

Si quis sepem alienam ruperit, idest iderzon, componat solidos VI. *I.* 26. 30.

CCXCI.

Si quis (10) assem de sepe assiata unam aut plures tulerit, componat solidum I. *I.* 26. 31.

CCXCII.

Si quis de sepe (11) stantaria facta unam tulerit, componat solidum I. Si autem perticas transversarias tulerit, componat solidos III. *I.* 26. 32.

CCXCIII.

Si quis (12) plonum aut aratrum alienum iniquo animo capellaverit, componat solidos III. Si autem furatus fuerit, in octogild reddat. *I.* 26. 33.

CCXCIV.

Si quis (*) tintinnum alterius desuper caballo, aut bove furatus fuerit, componat solidos VI. *I.* 26. 34.

CCXCV.

Si quis jugum furatus fuerit, componat solidos VI. *I.* 26. 35.

CCXCVI.

Si quis sogas furatus fuerit (13) de bove vinitorio, componat solidos VI. Et si qualemcumque rem mediocrem furatus fuerit, unde VI. solidi, aut minus in hoc Edicto judicantur, si fur ipse supra tentus fuerit, non sit fengandi, sed tantum componat, sicut supra constitutum est. *I.* 26. 36.

CCXCVII.

Si quis (14) vitem exspoliaverit, idest aminicula tulerit super III. aut IV. sit culpabilis solidorum VI. *I.* 26. 37.

CCXCVIII.

Si quis palum de vite aliena tulerit, componat solidos VI. *I.* 26. 38.

CCXCIX.

Si quis vitem alienam de una fossa asto animo scapellaverit, componat solidum I. Si autem succiderit, componat solidos III. *I.* 20. 8.

CCC.

Si quis (15) tranicem de vite aliena inciderit, componat medium solidum. *I.* 20. 9.

CCCI.

Si quis (16) super tres uvas de vinea aliena tulerit, componat solidos VI. nam si usque tres tulerit, nulla sit ei culpa. *I.* 26. 39.

CCCII.

Si quis capistrum de capite caballi tulerit, componat solidos VI. *I.* 26. 40.

CCCIII.

Si quis (17) pastorium de caballo alieno tulerit componat solidos VI. *I.* 26. 41.

CCCIV.

Si quis rete alienum, aut (18) nassum levaverit, aut de piscaria aliena pisces tulerit, componat solidos VI. *I.* 26. 42.

CCCV.

Si quis (19) roborem, aut cerrum, seu quercum, quod est modula, iscol, aut glandem, quod est saja inter agrum alienum, aut in-

---

(8) Cod. Esten. *aut sindulam furaverit, componat illi, cui furaverit solid. VI.* Alter Cod. habet *scandula*. Isidoro atque Ugutione testibus, *Scindula*, seu *Scindala* est asseris species, quo tecta tegebantur. Desumserunt ii à Plinio Lib. 16. cap. 10. ubi *scandulæ è robore aptissimæ* &c. qui & addit ex iis, non autem ex tegulis, *contectam fuisse Romam annis CCCCLXX.* Cornelio Nepote auctore. *Scandularum* quoque meminerunt Columella, Cæsar de Bello Gall. & alii. Quare vox Latina est. Tu vero consule Vossium in Etymolog. Latino, ubi disputationem longam instituit, dicendum ne sit *Scandulæ*, an *Scindulæ*.

(9) Cod. Esten. addit *alterius*.

(10) Cod. Esten. *Si quis assigias* (idest tabulas fectiles ligneas) *de sepe, vel assigiato*. Infra *componat solid. II.* Cod. verò Cathedr. Mutin. habet. *Si quis axegia de sepe, idest axegiato, una aut duas.*

(11) Corrige ut Cod. Esten. *stantaria facta vimen tulerit*. Alter Cod. habet *facta de vimen*. Pro *stantaria* Heroldus legit *stangaria*, quasi ab Italico *stanga*. Du-Cangius legendum putat *sepe stataria, ut sit palus defixus stans.* Certè significari videtur heic seps è palis efformata.

(12) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis plovum*: atque ita scribendum, aut *ploum*. Adhuc rustici nostri Aratrum *Piodo* appellant. Cod. Esten. habet *plaustrum*, & infra *Solidos VI.* Pro cædere, aut frangere veteres dixerunt *capellare, capulare*.

(*) Hoc est *tintinnabulum*. Sequitur Cod. Esten. *desuper caballos aut boves furaverit* &c.

(13) Locus depravatus. Cod. Esten. *sogas de bobus junctoriis* idest funes: quæ vox *Soga* adhuc apud Rusticos nostros in usu habetur. In altero Cod. legitur *de bove sogas junctorias*. Infra Cod. Esten. *in hoc Edicto sint judicati, si fur ipse supertentus fuerit, non sit fegangi, nisi tantum* &c.

(14) Cod. Esten. addit *alterius*. Infra *super tres, aut quatuor, componat soldos VI.*

(15) Corrige præeunt. Cod. Esten. *Si quis traucem vitis inciderit*. Alter Cod. *Si quis trauce de vite alterius asto animo inciderit*. Italica Lingua adhuc retinet vocem *tralcio* pro *palmite*. Menagius in Origin. Linguæ Italicæ à *Ramus* hanc vocem deducendam conjicit; sed parum feliciter. A *trauce* venit, voce, ut verisimile est, Germanicæ originis.

(16) Cod. Esten. *Si quis tres uvas* (hoc est *tre grappoli*) *de vinea aliena tulerit, non sit culpabilis. Nam si super tres tulerit, componat soldos sex.* In Cod. Cathedr. Mutin. pro *vinea* legitur *vite*.

(17) Cod. Esten. *Si quis pasturiam*. Alter *Pasturias*. Nunc *pastoje, e balze da cavallo*, quibus equorum pedes constringuntur, ne longiùs migrent.

(18) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis retes, aut nassas alterius*. Cod. quoque Esten. *nassas*, & infra *solidos III.* uti & in altero. *Nassa nasse* Latina vox est, adhuc in Italico sermone vigens.

(19) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis rubore, aut cerrum, seu quercum, quod est modolaisclo*. Cod. Esten. *De arbore robore, cerro, seu quercu, quod est modula bisclo*. Infra idem Codex Esten. *vicinus ad vicinum inciderit*. Inferiùs: *Nam si intrans homo*. Legitur autem in eodem Estenti Codice semper *capellaverit*, non verò *scapellaverit*.

Digitized by Google

inter culturam, vel clauſuram, in cujus vicino inciderit, componat pro arbore tremiſſes duos. Nam ſi iterans homo propter utilitatem ſuam foris clauſuram ſcapellaverit, non ſit ei culpa. *I.* 20. 10.

CCCVI.

Si quis caſtaneam, nucem, pirum, aut (20) malum inciderit, componat ſolidos III. *I.* 20. 11.

CCCVII.

Si quis (21) olivam ſcapellaverit, aut ſucciderit, componat ſolidos III. *I.* 20. 12.

CCCVIII.

Si homo, aut quodlibet peculium in ſepe alterius (22) teſta cum vimine ſe impinxerit, & mortuus aut aliquam læſionem paſſus fuerit, tunc ille, qui ſepem ipſam miſerit, & componat majus aut minus de vimine foris dimiſerit, ipſe ſit culpabilis homicidii, aut læſionis. *I.* 20. 13.

CCCIX.

Si quis (23) caballum, aut quodlibet peculium in clauſura alterius intus ſaliendo ſe impalaverit, non requiratur ab ipſo, cujus ſepis eſt. Et ſi ab infra foras ſaliendo ſe impalaverit, tunc ille cujus ſepis eſſe invenitur, eum componat, & ſi damnum infra ipſam clauſuram fecerit, componat ei, cujus clauſura eſt. *I.* 20. 14.

CCCX.

Si quis foſſatum circa campum ſuum fecerit, & caballus aut (24) quodlibet pecus inciderit, aut homo periclitaverit, non requiratur ab ipſo, cujus foſſatum eſſe invenitur, quia pro ſalvatione campi ſui fecit, nam non doloſè tractavit, & ſi eum occultè cooperuit, & damnum factum fuerit, componat ipſe, qui occultè fecit. *I.* 20. 15.

CCCXI.

Si animal in puteo alterius ceciderit, & mortuum aut debilitatum fuerit, non requiratur (*) cujus puteus eſt, quia putei aqua communis omnium eſt utilitas. *I.* 20. 16.

CCCXII.

Si quis alii arma ſua ſimpliciter præſtiterit, & ille qui acceperit, aliquod malum cum ipſis fecerit, non reputetur illi culpa, qui præſtiterit, ſed ei qui malum cum eis perpetraverit. Et è contrario ſi ille, qui præſtiterit conſenſum ad malum faciendum adhibuit, collega ſit illi ad ipſum malum ſanandum. *I.* 21. 1.

CCCXIII.

Si quis ſua auctoritate arma alterius tollere præſumſerit, & malum cum eis fecerit, (25) non ſit illi culpa, cujus arma ſunt, ſed illi, qui cum eis malum fecerit. *I.* 21. 2.

CCCXIV.

Si qua fera ab aliquo homine plagata fuerit, & in ipſo furore hominem occiderit, aut quodlibet damnum fecerit, tunc ipſe, qui plagaverit, ipſum homicidium aut damnum componat, (26) ſub ea videlicet obſervatione, ut tamdiu intelligatur culpa eſſe venatoris, quamdiu ſecutus fuerit, aut canes ipſius. Nam ſi ipſam feram poſtpoſuerit, & ab ea ſe tornaverit, poſtea quod fera ipſa damnum fecerit, non requiratur ab ipſo, qui plagaverit aut incitaverit. *I.* 23 1.

CCCXV.

Si in pedica, aut (27) in tanola fera tenta fuerit, & in homine aut in peculio damnum fecerit, ipſe componat, qui pedicam miſit. *I.* 23. 2.

CCCXVI.

Si quis (28) ſuper feram ab alio plagatam, aut in tanola tentam, aut à canibus circumdatam, inter ſuum poſtpoſuerit, & volens eam lucrari, ſuper eam ſe miſerit, & ab ipſa fera plagatus vel occiſus fuerit, non requiratur ab ipſo, qui plagaverit, vel incitaverit, ſed ſuæ culpæ reputet, & audaciæ, quia cum auctoritate ſua lucrandi animo ſuper eam ſe miſit. *I.* 23. 3.

CCCXVII.

(20) Cod. Eſten. *aut melum alienum inciderit, componat pro unaquaque arbore ſolidum unum.* Lingua noſtra nunc *Melo* arborem appellat, quæ olim *Malus*.

(21) Cod. Eſten. *olivam alienam capellaverit*.

(22) In Cod. Cathedr. Mutin. hæc ita leguntur: *Si homo, aut quislibet peculius in ſepem alterius texta cum vimine ſe intricaverit, aut impingerit, & mortuus, aut aliquam læſionem fecerit: tunc ille, qui ſepem illam fecit, & caput majore de vimen foris dimiſit, ipſe ſit culpabilis damnum, aut homicidium*. In Eſten. Cod. *Si quis homo, aut quodlibet peculium in ſepe alterius texta viminibus* &c. Infra idem Cod. *tunc ille, qui ſepem iſtam fecit, & caput majus, aut minus de vimine foras* &c. Ut ex his intelligis, ſi Langobardicas Leges haberemus, quales primùm ſcriptæ fuerunt, immanem fortaſſe in iis Latinæ Linguæ rubiginem inveniremus: quod & in Salica Lege animadverſum eſt.

(23) Corrigenda hæc ſunt ope Codicum Mutinenſium, ubi ita leguntur: *Si caballus, aut quodlibet peculium* (*aut quislibet peculius* habet alter ex iis) *in clauſura alterius intro ſaliendum ſe impalaverit: tunc ille, cujus ſepis eſſe videtur, damnum non componat de eodem caballo*. Infra habetur. *Et damnum inſuper ſi caballus intra clauſuram fecerit, ille componat, cujus fuerit caballus*.

(24) Cod. Eſten. *aut aliud peculium*. Alter MStus *aut alter peculius*. Uterque *ibidem ceciderit*. Uti & infra uterque: *damnum, quod ibi factum fuerit, componat ipſe, qui occultè cooperuit*.

(*) Cod. Eſten. *non requiratur ille, cujus puteus eſt, quia puteus aquæ omnibus communibus utilitatibus invenitur eſſe*. Fortaſſe *non requiratur illi*.

(25) Cod. Eſten. *non ſit culpabilis ille, cujus arma ſunt, ſed ille, qni eum malum fecit*.

(26) Cod. Eſten. *ſub ea videlicet ratione*. Infra *aut ſe ab ea tornaverit, poſteaque ipſa fera*. Ubi vides jam tum in uſu fuiſſe verbum *tornare*, nunc in Italica Lingua uſitatiſſimum pro *reverti*, *ac recedere*. Miſcellæ Auctor Tom. I. pag. 114. Rer. Italicar. rem narrat obſervatione dignam. Dum Romani milites in Chajanum Hunnorum Regem ſpe victoriæ ruituri eſſent, improviſo quidam patria voce dixit: *Torna, torna frater*, ſive *fratre*, ut habet Theophanes Græcus Scriptor. Contigere hæc circiter Annum Chriſti 585. Quare vides quàm antiqua ſit Linguæ Latinæ corruptio, & Italicæ origo.

(27) Ad fidem utriuſque Cod. Mutin. ita emendandus locus: *aut in taliola*. Adhuc in uſu eſt Italiæ Linguæ *la taglivola*, & apud nos *menare alla taglivola* proverbialis formula. Laqueum, quo pedes animalium capiuntur, explicant Auctores Vocabularii *della Cruſca*. Sed fortaſſe rectiùs explices, ferream machinam, dentibus, oris ad inſtar, armatam, quæ dum eſca appoſita trahitur, ſe claudens feram caput. Mutinenſes *il Lovo*, ſive *Lupo*, appellare ſolent ejuſmodi decipulas, quòd nempe frequentior earum uſus foret ad capiendos Lupos. Uſi ſunt & Itali veteres verbo *piedica* eadem ſignificatione, uti videre eſt in Vocabulario *della Cruſca*. Infra Cod. Eſten. *& in ipſo furore in hominem aut peculium damnum* &c.

(28) Rectiùs in utroque Cod. Mutinen. *Si quis fera ab alio plagata, aut in taliola tenta, aut à canibus circondata, iter ſuum poſtponens, volens eam lucrare, ſuper ipſa ſe miſerit*. Infra *pro eo quòd ſua auctoritate*.

Digitized by Google

CCCXVII.

Si quis (29) feram alienam vulneratam, aut in tanola tentam, aut à canibus circumdatam invenerit, aut forsitan mortuam, aut ipse occiderit, & salvarit, & bono animo manifestaverit, liceat de ipsa fera tollere dextrum latus cum sex costis. *I.* 23. 4.

CCCXVIII.

Si quis feram ab alio plagaram, aut forsitan mortuam invenerit, & celaverit, componat solidos VI. illi, qui eam plagavit. *I.* 23. 5.

CCCXIX.

Si cervus, aut quælibet fera ab aliquo homine sagittata fuerit, tamdiu illius esse intelligatur, qui eam sagittaverit, usque ad aliam talem horam diei aut noctis, quæ sunt horæ XXIV. quando eam postposuerit, & se ab ea tornaverit. Nam qui eam post transactas horas prædictas invenerit, non sit culpabilis, sed sibi habeat ipsam feram. *I.* 23. 6.

CCCXX.

Si quis cervum domesticum, qui tempore suo rugire solet, (30) instringaverit, componat domino ejus solidos XII. nam si furatus fuerit, reddat in octogild. *I.* 20. 18.

CCCXXI.

Si quis (31) cervum domesticum alienum intricaverit, qui non rugit, componat domino ejus solidos VI. nam si furatus fuerit, reddat in octogild. *I.* 20. 17.

CCCXXII.

Si quis accipitrem, gruem, aut cignum domesticum alienum intricaverit, componat solidos VI. *I.* 20. 19.

CCCXXIII.

Si quis (32) de apiculari vas cum apibus furatus fuerit, unum aut plura, componat solidos XII. *I.* 26. 43.

CCCXXIV.

Si quis de arbore signata in silva alterius apes tulerit, componat solidos VI. Nam si signata non fuerit, tunc quicumque invenerit jure naturali habeat sibi, excepto de gajo Regis. Et si contigerit, ut dominus, cujus silva est, supervenerit, tollat mel, & (33) amplius adversùs eum non requirat. *I.* 26. 44.

CCCXXV.

Si quis (34) accipitres de silva alterius tulerit, excepto de gajo Regis, habeat sibi. A Nam si dominus silvæ supervenerit, tollat accipitres, & ampliùs culpa adversùs eum non requiratur. Et hoc idem jubemus, ut si quis de gajo Regis accipitrem tulerit, sit culpabilis solid. XII. *I.* 26. 45.

CCCXXVI.

Si quis de arbore signata in silva alterius accipitrem de nido tulerit, componat solidos VI. *I.* 26. 46.

CCCXXVII.

Si quis canes alienos clamaverit, aut incitaverit, & damnum fecerit in homine, aut in peculio, non reputetur illi culpa, cujus canes sunt, sed illi, qui eos incitaverit. *I.* 22. 1.

CCCXXVIII.

B Si quis peccatis imminentibus homo rabiosus, aut (35) dæmoniacus factus fuerit, & damnum fecerit in homine, aut quolibet peculio, non requiratur ab heredibus ejus, & si ipse occisus fuerit, simili modo non requiratur, tantùm est ut finè culpa non occidatur. *I.* 20. 20.

CCCXXIX.

Si canis, aut caballus, aut quodlibet peculium rabiosum factum fuerit, & damnum fecerit in homine, aut in peculio, non requiratur à domino; & qui ipsum occiderit, simili modo non requiratur, ut supra. *I.* 22. 2.

CCCXXX.

De Quadrupedia.

C De quadrupedibus si in homine, aut in peculio damnum fecerit, ipse componat damnum, cujus fuerit pecus. *I* 22. 3.

CCCXXXI.

Si (36) caballus cum pede, bos cornu damnum fecerit, vel si porcus cum dente hominem instricaverit, aut si canis mordierit, excepto ut supra, si rabiosus fuerit, ipse damnum, aut homicidium, cujus animal fuerit, cessante faida in hoc capitulo, quia muta res fecit, non hominis studium. *I* 22. 4.

CCCXXXII.

Si quis præstitum, aut conductum habuerit caballum, vel bovem, aut canem, vel quodlibet peculium, & dum in ipso beneficio, & conductura est, homicidium fecerit, aut damnum, non requiratur proprio domino, sed D (37) ille, qui conductum, aut præstitum habuit, & ipsum homicidium, aut damnum componat. *I.* 22. 5.

CCCXXXIII.

---

(29) Uterque Cod. Mutin. *Si quis feram ab alio vulneratam, aut in taliola tentam.* Ita & infra: *liceat ei tollere de ipsa fera dextrum armum cum septem costis.*

(30) Cod. Cathedr. Mutin. *fragaverit.* Fortasse *flagraverit* à flagris. Cod. Esten. *plagaverit.* In Lege seguenti legitur *intricaverit.* Eadem vox utrobique adhibita fuisse videtur. Infra Cod. Cathedr. *nam si furaverit.*

(31) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis cervo alieno domestico, qui non ruxit, intricaverit.* A *trica*, dum florebat Lingua Latina, deductum fuit *intricare*, quod heic significare videtur, non *remorari*, aut *impedire*, sed aut in laqueos conjicere, aut vulnerare. Infra enim occurrit: *Si porcus cum dente hominem intrincaverit*, seu *instricaverit.* Apud nos in usu est *striccare* pro stringere. De cervis quoque *domesticis* agitur in Lege Salica, hoc est cicuratis & mansuefactis, quorum usus erat in venatione ad cervos feros in retia aut tela trahendos.

(32) Cod. Esten. *de apicolario vasculum cum apibus furaverit.*

(33) Idem Cod. *& ampliùs culpa non requiratur.*

(34) Idem Cod. *Si quis de silva alterius accipitrem tulerit de nido, excepto Gaje Regis*; ideest silva ad Regis jus spectante. Cod. Ambros. heic & alibi habet *in Gagio Regis.* Idem legit *acceptorem* pro *accipitrem*, uti etiam & Cod. Cathedr. Mutin. In Lege Bajuvariorum Tit. XXI. num. 6. apud Baluzium Tom. I. Capitular pag. 139. legitur. *Si verò de minutis silvis, de luco, de quacumque Kabeio vegetum reciderit.* At in Cod. Cathedr. Mutin. habetur ibi: *de luco vel qualecumque Gajo vegitium reciderit.* Infra in Cod. Esten. exaratum est: *Et hoc jubemus: si quis de Gagio Regis tulerit, sit culpabilis Regi soldos XII.* Sunt & adhuc in hisce partibus rura, quibus nomen *Gazzo*, *Gaggio*; quòd ibi, ut arbitror, olim foret *Gajum*, sive *Gagium* Regis.

(35) In Cod. Esten. *aut damoniosus apparuerit.*

(36) Cod. Cathedr. Mutin. *Si cavallus cum calce, si bos cum cornu, si porcus cum dente hominem intricaverit, aut si canis morderit, excepto ut supra si rabiosus fuerit, ipse componat homicidium, aut damnum* &c.

(37) Uterque Cod. Mutin. *Sed ille, qui præstitum apud se habuit, ipse damnum, aut homicidium componat.* Addit Cod. Esten. *nisi sit pullus calcitrosus jumenti præstiti.* Quæ puto glossam continere: est enim infra Lex de ejusmodi pullis.

Digitized by Google

CCCXXXIII.

Si animal (38) alicujus alienum animal occiderit, aut inſtricaverit, ideſt bos bovem, aut quodlibet peculium, tunc Dominus, qui ſuum animal inſtricatum invenerit, aut forſitan jam marcidum, aut minuatum, jubemus (39) ut conſignet ipſum marcidum, aut intricatum illi, cujus animal eum inſtricavit, & ſimilem qualem in illa die fractum, vel fragilitatum, recipiat ab ipſo, cujus animal hoc fecerit. *I.* 22. 6.

CCCXXXIV.

Si quis canem alienum furatus fuerit, novum (40) ſibi reddat. *I.* 26. 47.

CCCXXXV.

Si quis ſe vindicando occiderit canem alienum cum (41) ſpata, aut virga, aut quibuslibet armis, manu tenendo, non requiratur, tantùm eſt ut ipſa virga talis inveniatur, ut mediocris ſpata. Nam ſi poſt ipſum jactaverit, & eum occiderit, reddat ferquidum, ideſt ſimilem. *I.* 20. 21.

CCCXXXVI.

Si quis canem alienum nocte aut die damnum facientem invenerit in caſa ſua, ſi eum occiderit, non requiratur, & ſi occiſus non fuerit, damnum, quod fecerit, dominus (42) reddat. *I.* 20. 22.

CCCXXXVII.

Si quis percuſſerit vaccam (43) prægnantem, & abortum fecerit, componat tremiſſem unum. Et ſi mortua fuerit, reddat eam qualiter appretiata fuerit, ſimul & pecus. *I.* 20. 24.

CCCXXXVIII.

Si quis percuſſerit equam prægnantem (44), & abortum fecerit, componat ſolidos III. Si autem ex ipſa percuſſura mortua fuerit, componat eam, ſimul & quod in utero ejus mortuum eſt. *I.* 20. 23.

CCCXXXIX.

Si quis percuſſerit ancillam (45) gravidam, & abortum fecerit, componat ſolidos III. Si autem ex ipſa percuſſura mortua fuerit, componat eam, ſimul & quod in utero ejus mortuum eſt. *I.* 20. 25.

CCCXL.

Si lupus animal cujuſcumque occiderit, & aliquis id neſciente domino ſuo excoriaverit, & celaverit, & per proditorem inventum fuerit, componat ſolidos XII. *I.* 26. 48.

CCCXLI.

Si in flumine animal cujuſcumque mortuum fuerit, aut ubicumque, & alius homo, cujus non fuerit, excoriaverit, componat ſolidos XII. *I.* 26. 49.

CCCXLII.

Si quis caballo alieno aurem vel oculum excuſſerit, aut aliquam læſionem corporis fecerit, recipiat ipſum (46), qui læſus factus eſt, fecit & reddat ei ferquidum. *I.* 20. 26.

CCCXLIII.

Si quis caballo alieno caudam capellaverit, ideſt ſetas traxerit, componat ſolidos VI. *I.* 20. 27.

CCCXLIV.

Si quis caballum alienum plagaverit, aut aliquam læſionem fecerit, tunc dominus caballi reddat ipſum caballum illi homini, qui læſionem fecit, ut ipſe eum ſanet; & dum (47) ipſe ſanare potuerit, det illi ſuum proprium caballum, qualiter utilitatem ſuam faciat. Et ſi ipſe caballus, qui læſus fuerit, ad priſtinam redierit ſanitatem, reddat ipſum proprio domino. Si autem ex ipſa læſione mortuus fuerit, reddat alium ſimilem. Et ſi contigerit, ut ipſe caballus, qui pignoratus eſt, apud ipſum moriatur, tunc ſatisfaciat ille, qui pignoratum habuit, ſi pulſatus fuerit, quod non per neglectum mortuus fuerit, & poſtea nulla ſit repetitio. *I.* 20. 28.

CCCXLV.

Si quis caballum alienum aſcenderit, & intra viciniam tantùm caballicaverit, ideſt per ipſum vicum, componat ſolidos II. Nam ſi in antea eum (48) caballicaverit, & dominum ejus non rogaverit, in octogild eum reddat. *I.* 26. 50.

CCCXLVI.

Si quis caballum alienum apprehenderit, ipſumque diffiguraverit, aut (49) circinaverit, furti pœna ſit culpabilis in octogild. *I.* 26. 51.

CCCXLVII.

(38) En ut Cod. Cathedr. Mutin. hæc efferat. *Si animalis alterius alienum animalem occiderit, aut intricaverit, ideſt bovis bovem, aut quislibet peculius.* Infra *aut foris animam marcitum.* Sequitur Cod. Eſten. *aut minutum.*

(39) Cod. Cathedr. Mutin. *jubemus, ut ille, qui animalem ſuum intricatum, aut forſitan mortuum invenit, det eum apud illum, cujus animalis eum intricavit, & recipiat ſimilem, qualis in illa die fuit, quando fragiatus eſt* (*frangiatum* habet Cod. Eſten.) *ab ipſo, cujus animalis hoc fecit.* Atque hæc ut puto, primigenia fuerit lectio Légis; ejus verò rubiginem aliquantulum exterſerint recentiores.

(40) Heic & alibi Cod. Eſten. habet *nonum*. At in hoc non eſt conſtans.

(41) Cod. Cathedr. Mutin. *ideſt cum ſpata, aut cum virga, aut qualibet arma* (ita & Cod. Eſten.) *in manu tenendo, non ei requiratur.* Infra Cod. Eſten. *Et ſi ſpatam, aut aliam armam poſt ipſum jactaverit, qua eum occiderit, reddat ferquido* (*fercoto* legitur in altero Cod.) *ideſt ſimile.*

(42) Cod. Eſten. *dominus ejus perſolvat.*

(43) Cod. Cathedr. Mutin. addit *alienam*. Cod. Eſten. infra habet *non tremiſſem unum, ſed ſolidum unum.*

(44) Cod. Cathedr. Mutin. addit *alienam*. Infra hæc habet: *componat ſolidum unum; & ſi mortua fuerit, reddat eam, ſimul & pecus.* Et quidem legendum *ſolidum unum*; ſupra enim eadem pœna indicitur pro vacca prægnante; & infra *tres ſolidi* pro abortu *ancillæ* ſtatuuntur. Ridendum verò foret æquiparare ancillæ fœtum vaccino fœtui.

(45) Cod. Cathedr. Mutin. addit *alienam*.

(46) Ita corrige ex MSto Eſten. *ipſum, qui læſionem fecit, & reddat ferquidum, ideſt ſimilem.* Tum gloſſema additur: *Similiter de ceteris beſtiis reſpondetur.*

(47) Uterque Cod. Mutin. *& dum ipſum*. Infra Cod. Eſten. *quatenus, uſque dum ſuus ſanus factus fuerit, ſuam faciat utilitatem.* Et infra *reddat ipſum proprio domino, & ſuum recipiat.*

(48) Cod. Eſten. *caballicare* præſumſerit. A *caballo* Latina voce, ut facilè quiſque intelligit, inferiora ſecula deduxerunt *caballicare*, quod nunc nobis eſt *cavalcare*.

(49) Hanc vocem explicat Du-Cangius pro *avertere, abigere*. In Cod. Eſten. legitur: *Si quis caballum alienum pendiſerit, & circinaverit, ipſumque diffiguraverit, furti* &c. Corruptum ſanè illud *pendiſerit*, ac ſcribendum *prendiderit*, aut *priſerit*. Attamen hinc vides, dubium eſſe hunc locum in editis. Vocabulo *circinaverit* ſignificari videtur læſio aliqua, aut ſigna aliqua impreſſa (*circino* fortaſſe) equo, unde is deformatus & *diffiguratus* evadat. Aut nihil aliud ſignificatur, quam notam (nunc *Marca* appellamus) alieno equo inurere, ut ad alterum ſpectare videatur: in quem ſenſum Eccardus explicat Cap. II. Tit. X. Legis Salicæ, ibi legens *caballum pinxerit*, non *punxerit*. In fine uterque Cod. Mutin. *in octogild, ideſt ſibi nonum.*

Digitized by Google

CCCXLVII.

Si quis caballum alienum, aut quodlibet peculium, credens ſuum eſſe, apprehenderit, & dominus ejus eum cognoverit, & calumniam generare voluerit, ita decernimus, ut (50) præbeatur ſacramentum illi, qui eum tenuit, quia non aſto animo, aut aliqua cauſa faciente eum apprehendiſſet, ſed credens ſuum fuiſſe, ſit abſolutus à pœna furti, & reddat ipſum caballum proprio domino illæſum. Si autem non præſumſerit jurare, reddat eum in octogild, quia poſtquam cognovit, quòd ſuus non fuiſſet, mox debuit proprio domino innoteſcere. Nam ſi eum poſtquam cognovit, quòd ſuus non fuerit, aſcenderit, ſit culpabilis ſolid. II. ut ſupra. *I.* 26. 52.

CCCXLVIII.

Si quis caballum alienum, aut quodlibet peculium, damnum ſibi facientem invenerit, ipſumque in curte clauſerit, & non venerit certus dominus, qui eum cognoſcat, tunc ille, qui eum in damno invenerit, ducat eum ad judicem, qui in loco ordinatus eſt, aut certè ante Eccleſiam in conventum uſque ad quartam, vel quintam vicem, & omnibus voce præconia innoteſcat, *quia caballum inveni, & neſcio cujus ſit*. Et ſi non venerit, qui eum cognoſcat, jubemus ut ille, qui (51) invenerit caballum, cuſtodiat eum tamquam ſuum proprium. Et ſi mortuus fuerit, ſigna de corio conſervet, ut quum venerit certus dominus, habeat quod ei oſtendat. Et ſi iſta neglexerit, & inventum fuerit, ſibi novum reddat. Et ſi iſtam cautelam obſervaverit, ſit abſolutus à calumnia. *I.* 24. 1.

CCCXLIX.

Si quis caballos, aut armenta aſto animo in meſsem alienam, aut in pratum miſerit, aut in quodlibet damnum, componat (52) unum ſolidum pro capite, excepto damno, ſicut appretiatum fuerit, aut loci conſuetudo eſt. Sic tamen ſi paſtor non auſus fuerit jurare, quòd aſto animo non miſiſſet, & ſi juraverit, ſit abſolutus à culpa. *I.* 20. 29.

CCCL.

Si quis porcos, aut pecora aſto animo in damnum alterius miſerit, ſi auſus non fuerit (53) jurare, componat ſolidum unum, excepto damno. *I.* 20. 31.

CCCLI.

Si quis peculium de damno ſuo ad clauſuram minaverit, & ille cujus peculium eſt, ei anteſteterit, componat ſolidum unum, excepto damno, ſicut arbitratum fuerit. Et ſi in curte minaverit, ille, cujus peculium eſt, roget eum ut reddat illi, ſic tamen ut det ei pignus per ultimum valens ſiliquas III. aut certè fidejuſſorem ſub tali titulo, ut damnum, quod arbitratum fuerit, componat, aut ſecundùm fabulam, qualiter intra vicinos ipſos eſt. Et ſi pignus ſuſcipere noluerit, & una nocte apud ſe peculium habuerit, componat ſolidum unum. Et ſi ille, cujus peculium eſt, tenens duritiam cordis, id liberare deſpexerit, tunc (*) habeat ille id peculium, qui in damno invenerit, & per novem noctes aquam ei tantùm det, & de damno in hoc ſit contentus, eo quòd novem noctes ipſum peculium tenuit. Et ſi de ipſis peculiis aliquod mortuum fuerit, ſuæ negligentiæ reputet, quòd diſpignorare neglexerit. *I.* 24. 2.

CCCLII.

Si (54) hominem iterantem caballus aut quodlibet peculium ſecutum fuerit, & ille quem ſequitur, in lignamine, aut in clauſura miſerit, ipſe id ſalvum faciat, ſicut ſupra conſtitutum eſt, ut venienti proprio domino reſtituat. Nam ſi ſequi cœperit, & ſe de via tornaverit, nulla ſit ei culpa, quem ſequi cœperat. Nam ſi ille, quem ſequitur, eum abſconsè habuerit, aut eum vendiderit, componat ipſum caballum in octogild. *I.* 26. 53.

CCCLIII.

Si quis ab alio homine rogatus fuerit caballum, aut quodlibet peculium perditum quærere, ſignaque ei dictaverit, & ille qui rogatus fuerit, forſitan (55) caballum, aut peculium per errorem comprehenderit, ſi venerit proprius dominus, & calumniam generare voluerit, ita proſpeximus, ut ille qui per errorem comprehenderit, præbeat ſacramentum, quòd credidit ipſum eſſe, unde rogatus fuerat, & tunc reddat caballum, & ampliùs non calumnietur, ſi eum malè non tractaverit: Et ſi non venerit proprius dominus, reddat eum illi, per quem ipſum tulit, & ipſe juxta legem conſervet, ſicut ſupra dictum eſt. *I.* 26. 54.

CCCLIV.

De porcis ſi in eſca alterius paverint, & inventi fuerint, ſi minus ſunt decem, non (56) occidantur, nec unus de ipſis, ſed ille qui eos invenerit, teneat unum ex ipſis, & habeat ſalvum, & componantur ei per porcos ſiliquis III. Nam ſi ſupra decem fuerint, aut uſque ad decem, unus mediocris occidatur, & non requiratur. Nam ſi minus decem fuerint, & occiderit unum, reddat ſerquidum, ideſt ſimilem. *I.* 24. 3.

CCCLV.

Si quis in prato porcos foſſas facientes invenerit unum aut plures, occidatur unus tantùm, & non requiratur. *I.* 24. 4.

CCCLVI.

Si quis verrem alienum furatus fuerit, componat ſolidos XII. ipſum qui dicitur (57) ſonopair, qui omnes alios verres in grege battit &

(50) Iidem Codices; *ut præbeat ſacramentum ille, qui* &c. Infra Cod. Eſten. *nec alia cauſa*. Et inferiùs *niſi credidit ſuum fuiſſe*.

(51) Cod. Eſten. *qui eum invenit, caballicet, & cuſtodiat eum*. Infra in fine *ſit abſolutus à culpa*.

(52) Cod. Cathedr. Mutin. *componat per caput ſolidum unum, excepto damno, ſi fecerit, ſicut arbitratum fuerit, aut* &c. In fine uterque Codex: *ſit abſolutus à culpa: tamen damnum componat*.

(53) Cod. Eſten. *idoniare*. Infra *excepto damno*. Ita & in Lege ſequenti.

(*) Cod. Eſten. *tunc habeat id ille, qui in damno ſuo invenerit, novem noctes, & aquam tantùm ei det*. In fine *qui diſpignorare neglexit*,

(54) Ita MSti. Editio Boherian. *itinerantem*: quod idem ſignificare voluit Langobardorum elegantia. Gellius tamen adhibuiſſe & ipſe creditur. Infra pro *in lignamine* ſcribendum *in ligamine*, aut *in ligamen*, ut habet editio Boheriana. Cod. Eſten. neſcio quid ſibi velit exhibens *in lingamba*. Depravatum puto. Infra *& venienti*.

(55) Cod. Eſten. addit *alienum*. Infra *non calumnietur, ſi eum malè non tractavit*. Hoc eſt dummodo eum non læſerit.

(56) Cod. Eſten. *non occidatur nec unus*. Infra *& componantur ei pro porco ſiliquæ tres*.

(57) Cod. Cathedr. Mutin. *ſonarpair*. Ambroſ. *ſonor-fair*. Cod. verò Eſten. *qui dicitur ſenorpaiz. Ille eſt Senorpaiz* (ſequitur Cod. Cathedr.) *qui alios verres in grege batet, & vincet*. Vides antiquam originem Italici verbi *battere*, & Gallici *battre*, quod tamen ab antiquo Latino *batuere* deſcendit. Infra Eſten. Cod. *nam ſi minor grex de triginta capi-*

Digitized by Google

& vincit; tamen in uno grege quamvis multitudo porcorum ſit, unus computetur ſonopair. Nam ſi minor grex XXX. capitibus, non computetur ſonopair, niſi XXX. vel ſupra fuerint. Et ſi in damno ipſe ſonopair occiſus fuerit, aut ſimilem aut meliorem ille, qui occiderit, reſtituat, & damnum ei componatur. Nam ſi alios verres, aut porcos furatus fuerit, in octogild reddat. *I.* 26. 55.

CCCLVII.

Si quis porcarium de libero homine batiderit, ipſum quidem, qui (58) in curte ejus erit, nam non de caſa Maſſarii, componat ſolidos XX. Tantùm eſt, ut ipſe porcarius feritas priùs non faciat, aut ſcandalum non committat. Nam ſi fecerit plagas aut feritas, arbitrentur, & componantur. *I.* 8. 33.

CCCLVIII.

Si duo porcarii inter ſe batiderint, aut ſcandalum commiſerint, ſi plagas aut feritas fecerint, componant: nam alia culpa non requiratur. *I.* 8. 34.

CCCLIX.

Si quis campum alienum araverit, ſciens non ſuum, aut ſemen ſpargere præſumſerit, perdat operas & fruges, & ille, qui campum ſuum probaverit eſſe, habeat fruges. *I.* 28. 2

CCCLX.

Si quis campum alienum (59) araverit ſeminatum, aut devaſtaverit, & ſuum non potuerit probare, alius tantum frugum ſ quantum devaſtaverit proprio domino reddat, & pro incauta præſumtione componat ſolidos VI. *I.* 28. 3.

CCCLXI.

Si quis pratum (60) alienum ſecuerit, aut exaraverit, & fœnum reddat, & pro incauta præſumtione componat ſolidos VI. *I.* 28. 5.

CCCLXII.

Si quis campum alienum aſto animo cum peculio ſuo deleverit, aut ſpicas manibus evulſerit, componat ſolidos VI. *I.* 20. 30.

CCCLXIII.

Nulli ſit licentia iterantibus herbam negare, excepto prato intacto tempore ſuo, aut meſſe. Poſt fœnum autem, aut fruges collectas, (61) ter tantum vendicet is, cujus terra eſt, quantum cum clauſura ſua poteſt defendere. Nam ſi quis caballos iter facientes de ſtipula, aut de ipſis paſcuis, ubi alia peculia paſcuntur, movere præſumſerit, in octogild caballos componat, pro eo quòd ipſos de arvo campo, quod eſt foſſinegar, movere præſumſerit. *III* 4. 1.

CCCLXIV.

De Sacramentis.

Si qualiſcumque cauſa inter homines liberos evenerit, & ſacramentum dandum fuerit, ſi uſque ad XX. ſolidos fuerit cauſa ipſa aut amplius, ad Evangelia Sancta juret cum (62) duodecim adiis ſuis, ideſt ſacramentalibus. Ita ut ſex illi nominentur ab illo qui pulſat, & ſeptimus ſit, qui pulſatur, & quinque quales voluerint, liberos tamen, ſint XII. Quòd ſi minor cauſa fuerit de XX. ſolidis uſque ad duodecim, ſibi ſextus juret ad arma ſacrata, tres ei nominet, qui pulſat, & duos liberos eligat, qui pulſatur, quales voluerit, & ſextus ſit ille. Et ſi minor fuerit cauſa de XII. ſolidis, ſibi tertius juret ad arma ſacrata, unum ei nominet, qui pulſat, & alium ipſe ſibi quærat, & tertius ſit ipſe, qui pulſatur. *II.* 55. 5.

CCCLXV.

Si quis (63) alii guadiam & fidejuſſorem de ſacramento dederit, omne quod per guadiam & fidejuſſorem obligavit, adimpleat, & ille qui pulſat, & guadiam ſuſcepit, proximiores ſacramentales, qui naſcendo ſunt, debeant (64) nominare tantum, excepto illo, qui gravem inimicitiam cum ipſo, qui pulſatur, commiſſam habet, ideſt ſi ei plagam fecerit, aut in morte ei conſenſerit, aut res ipſius alii thingaverit, ipſe non poteſt eſſe ſacramentalis, quamvis proximus ſit, eo quòd inimicus, & extraneus eſſe invenitur. *II.* 21. 9.

CCCLXVI.

Si quis alii pro quacumque cauſa guadiam & fidejuſſorem de ſacramento dederit, detur (65) ei ſpatium uſque ad XII. noctes ad ipſum ſacramentum dandum Et ſi propter ægritudinem forſitan aut aliam cauſam ſupervenientem in prædicto conſtituto non potuerit jurare, ſuſpendatur ipſa cauſa uſque ad alias XII. noctes. Et ſi nec tunc compleverit, & totum annum voluntariè dilataverit, & ſacramentum non dederit, tunc rem ipſam, unde agitur, amittat, & ille acquirat, qui guadiam ſuſcepit. Et (66) è contrario ſi ille, qui guadiam ſuſcepit, ſacramentum audire dilataverit, & annus totus pertranſierit, poſt tranſactum anni ſpatium nullam impoſterum habeat facundiam de ipſa re loquendi, ſed ille, qui paratus fuerit ſacramentum dare, firmiter poſſideat. *II.* 55. 6.

CCCLXVII.

---

capitibus fuerit, non reputetur &c. In fine Cod. Cathedr. *Nam alii verri, aut porci ſi fuerint furati, in octogild reddantur.* Conſentit & alter Codex.

(58) Cod. Eſten. *qui de curte ipſius exiit.* Cod. Cathedr. Mutin. *ipſum, qui de curte ipſius erit.* Diſtinguitur heic *porcarius de libero homine*, ideſt il *porcajo di un uomo libero*, à porcario *de Caſa Maſſarii*, hoc eſt ab eo, qui famulatur ſervo Maſſario.

(59) Cod. Eſten. *Si quis campum alienum ſeminatum exaraverit, & ſuum non potuerit facere, alias tantas fruges, quas devaſtavit, proprio* &c. Abeſt etiam ab Ambroſ. Cod. *devaſtaverit.*

(60) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis prato alieno ſegaverit, aut exaraverit* (ſequitur Cod. Eſten.) *& fœnum perdat* (tum uterque Cod.) & *pro inlicita præſumtione* &c.

(61) Cod. Eſten. *collectas, tantum &c.* Ita & Cod. Cathedr. & Ambroſ. Infra Cod. Eſten. *de ſtuple, aut de ipſo loco, ubi alia* &c. Servat adhuc Italica Lingua vocem *ſtoppia* pro ſtipula. In fine legitur *quod eſt foſſachar.* Et in Cod. Cath. Mutin. *quod eſt fauſnegar.* In Ambroſ. *foſinachar.* Veteres *arvum* dixere campum, qui nec aratus, nec ſatus erat.

(62) Cod. Cathedr. Mutin. *cum duodecim aidos ſuos, ideſt ſacramentales.* Infra Cod. Eſten. *& quinque quales voluerit reus, liberos tamen, ut ſint XII.* Infra idem Cod. *ad arma ſacrata, & tres ei.* Et inferiùs *& ſextus ſit ipſe.* Jurare *ad arma ſacrata*, hoc eſt antea benedicta, mos fuit pleriſque Populis Septemtrionalibus, ut oſtendit Du-Cangius in Gloſſario Latino.

(63) Cod. Mutin *Si quis alii vvadia dederit, & fidejuſſore poſuerit de ſacramento per omnia, quod per vvadia obligavit, adimpleat* Jam ſupra monui *vvadiam, vadiam, gaudiam* &c. ſignificare *vadimonium.*

(64) Uterque Cod. *debeat nominare. Tantum eſt, ut excepto illos.* Infra Cod. Cathedr. *& res ſuas alii thingaverit.* Et inferiùs *eo quòd inimicus aut extraneus.*

(65) Uterque Cod. Mutin. *det ei ſpatium.* Infra. *Et ſi forſitan per egritudinem.*

(66) Cod. Eſten. *Et ſi ipſe, qui vadian ſuſcepit.* Infra Cod. Cathedr. Mutin. *& anno toto pertraxerit*, fortaſſe *protraxerit.* Infra Cod. Eſten. *ſed ille, qui paratus fuerit ſacramentum dare.*

Digitized by Google

CCCLXVII.

Si contigerit (67) homini poſt datum fidejuſſorem de ſacramento, & ſacramentales nominatos mori, & filios dimiſerit, poſteaque ille, qui cauſam quærit, pulſaverit filios dicendo, quia quicquid pater per guadiam & fidejuſſorem obligavit, filii complere debent, tunc neceſſe eſt filiis, quamvis minorem virtutem habeant, quàm pater, aut per ſacramentum negare, quòd pater eorum non promiſerit, aut certè quòd ſpopondit adimpleant. Et ſi aliquis de ſacramentalibus mortuus fuerit, poteſtatem habeat ille, qui pulſat, in loco mortui ſimilem alium (68) nominare de proximis legitimis, aut de naturalibus, aut de gamalibus, ideſt confabulatis. Sed ſi dixerit, qui pulſat, quòd ſacramentum ruptum fuiſſet, præbeat ſacramentum qui negat, ſi auſus fuerit jurare, (69) quòd neque à patre, neque à ſe ſacramentum ruptum fuiſſet, poſtea juret, ſicut ſupra ſcriptum eſt. Sacramentum (*) tunc intelligitur ruptum, quando præſentibus ſacroſantis Evangeliis, aut armis ſacratis, ille qui pulſatur, cum ſacramentalibus ſuis ſe conjunxerit; & ſi non auſus fuerit jurare, & aut ipſe, aut aliquis de ſacramentalibus ejus ſe ſubtraxerit, tunc intelligatur ſacramentum ruptum. *II.* 55. 7.

CCCLXVIII.

Si pro quacumque cauſa aut culpa homo pulſatus fuerit ab alio, & negaverit, liceat ei ſe idoneare ſecundùm legem & qualitatem cauſæ. Si autem manifeſtaverit ſe feciſſe, componat (70) ſecundùm quod in Edicto lex eſt. Nam nulli liceat, poſtquam manifeſtaverit, poſtea per ſacramentum negare quòd non ſit culpabilis, poſtquam ille ſe culpabilem aſſignavit; quia multos cognovimus in Regno noſtro tales pravas opponentes intentiones, & hæc moverunt nos per præſentem corrigere legem, & ad meliorem ſtatum revocare. *II.* 55. 8.

CCCLXIX.

Si quis poſt mortem patris filium de debito appellaverit, quòd pater ipſius ei debitor fuiſſet, & filius negaverit, ita decernimus, ut præbeat filius ſacramentum, ſecundùm qualitatem pecuniæ, unde pulſatus eſt, quòd pater ejus debitor non fuiſſet, aut per pugnam ſe defendat, ſi potuerit. *II.* 55. 9.

CCCLXX.

Si aliqua inter creditorem, & debitorem, atque fidejuſſorem ſurrexerit intentio, & dixerit creditor, quia (71) in tali prætextu guadiam ſuſceperit, & fidejuſſor negaverit, non eſt cauſa fidejuſſori præbere ſacramentum, niſi debitor ſingulis ſatisfaciat ad Evangelia, vel ad arma, quia in tali capitulo nec guadiam dedit, nec fidejuſſorem poſuit. *II.* 55. 10.

CCCLXXI.

Nullus (72) campio præſumat, quando contra alium pugnando vadit, herbas, quæ ad maleficia pertinent, ſuper ſe habere, nec alias tales aut ſimiles, niſi tantùm arma ſua, quæ conveniunt. Et ſi ſuſpicio fuerit, quòd eas occultè habeat, inquiratur à Judice, & ſi inventæ fuerint, evellantur, & jactentur. Et poſt ipſam inquiſitionem tradat manum ipſe campio in manu parentis, aut conliberti ſui ante Judicem ſatisfacere, & dicat, quòd nullam talem rem, quæ ad maleficia pertinet, ſuper ſe habeat, & tunc vadat ad certamen. *II.* 55. 11.

CCCLXXII.

Omnes verò (73) Regales cauſæ, quæ ad manum Regis pertinent, unde compoſitio exſpectatur, aut culpa quæritur, dupliciter ſecundùm antiquam conſuetudinem componantur, excepto mundio de libera, aut morte, aut aliis, quæ ſimiles ſunt, unde DCCCC. ſolidi judicantur, quas in ſuo vigore conſtituimus permanere. Reliquæ verò omnes, ut ſupra diximus, in duplum exigantur. *I.* 2. 8.

CCCLXXIII.

Si ſervus Regis (74) mortem fecerit, ita decernimus, ut componat ipſam perſonam, ſicut appretiata fuerit, & ſervus ille ſuper foſſam ipſius mortui apprehendatur, ut in eo vindicta detur, & ſit cauſa finita. *I.* 37. 1.

CCCLXXIV.

De aliis verò cauſis, unde liberi, & ſervi aliorum hominum DCCCC. ſolidorum fuerint culpabiles, ideſt de muliere libera, ſi ei ante viam ſteterit, aut injuriam fecerit, ſeu de gregibus equarum, aut (**) porcorum pignoratis, aut aliquibus ſimilibus cauſis, unde præfati DCCCC. ſolidi quæruntur, de quibus in hoc Edicto conſtituimus, ſi ſervus Regis fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum, & DCCCC. ſolidi non requirantur ad Curtem Regis. *I.* 37. 2.

CCCLXXV.

Si ſervus Regis furtum fecerit, reddat in octo-

(67) Cod. Cathedr. Mutin. *Si contigerit hominem* &c Infra Cod. Eſten. *negare, quod ſpopondit, adimpleant.*

(68) Cod. Cathedr. Mutin. *nominare de proximos legitimos, aut de natos, aut de gamalus, ideſt confabulatos.* Et ſi &c. Cod. Eſten. *aut de gamalis, ideſt fabulatis. Gamali* appellabantur nati e legitimis nuptiis, ſive ex maritali pacto, quod *Fabula* voce deſignabatur, uti ſupra in aliis Legibus Rotharis vidimus.

(69) Cod. Eſten. *quia neque patris, neque ipſius ſacramentum* &c.

(*) In Cod. Eſten. hinc exordium ſumit Lex altera à ſuperiore diſtincta. Infra idem Codex: *& non auſi fuerit jurare* (ſcilicet omnes) &c.

(70) Cod. Eſten. *ſecundùm quod in hoc Edicto legitur.* Infra *poſtquam ipſe ſe culpabilem aſſignaverit.*

(71) In Cod. Eſten. *oritur intentio, & dixerit creditor, quia in tali proteſtu vvadiam ſuſcepiſſet, & fidejuſſor negaverit, non eſt cauſa fidejuſſorem ſacramentum præbere. Niſi ſingulis debitor ſatisfaciat* (hoc eſt juret) *ad Evangelia aut arma, quia in tali proteſtu* (Cod. Cathedr. Mutin. habet *prætextu*) *nec vvadiam dedi, nec fidejuſſorem poſui.*

(72) Cod. Eſten. *Nullus campbio*, hoc eſt, qui *pro alio pugnam ſuſcipit*, uti olim in uſu erat. Infra Cod. Eſten. *quando ad pugnam contra alium vadit.* Cod. Cathedr. Mutin. *quando ad pugnandum contra alium vadit, berbas, quæ ad maleficium* &c. Infra *nec alias ſimiles res.* Inferiùs uterque Codex Mutin. *Et ſi inventa fuerit ſuper eum.* Tamdem *& ante Judicem ſatisfaciens dicet*: hoc eſt jurans dicat.

(73) Cod. Eſtenſ. *Legales cauſæ.* Infra Cod. Ambroſ. *excepto mundio de muliere libera.* Cod. Eſten. *excepto mundio de liberis feminabus, aut mordi, aut aliis* &c.

(74) Idem Cod. *mordi fecerit.* Alter Cod. *moroth.* Infra ambo Codices *ipſius mortui appendatur. Mordi*, ſive *Morotb*, *Morth*, & *Mortraudo* (ut alia præteream) appellatum eſt in Legibus Salicis, Ripuariis, ceteriſque Barealium Populorum, *homicidium clandeſtinum.* Heic quoque idem ſignificat.

(**) Cod. Eſten. *vel porcorum, ſi pignoratus fuerit, vel reliqua, quæ ſunt ſimiles, unde* &c. *ſi ſervus Regis fecerit* &c.

Digitized by Google

octogild, & non (75) ſit fingandi. *I.* 37. 3.

CCCLXXVI.

Si ſervus Regis (76) oberos, aut vecorin, ſive memorphim, aut quamlibet culpam vel minorem fecerit, ita componat, ſicut de ſervis aliorum exercitalium decretum eſt. *I.* 37. 4.

CCCLXXVII.

Si quis (77) Sculdaſium aut Actorem Regis occiderit, utilitatem Regis facientem, appretietur pro libero homine, ſicut in Edicto legitur, & parentibus legitimis componatur, excepto quòd in Curte Regis, qui eum occiderit, componat ſolidos LXXX. & ſi eum batiderit, aut legaverit, ſimili modo componat pro libero homine ſecundùm nationem ſuam, ſicut in Edicto conſtitutum eſt, excepto in Curte Regis pro culpa componat LXXX. ſolidos. *I.* 9. 16.

CCCLXXVIII.

Si Gaſtaldius, aut quislibet Actor Regis poſt ſuſceptas & (78) commiſſas ſibi ad gubernandum Curtes, aut caſas Regis, aliquid per garanthix, ideſt donationem ab alio quocumque factam conquiſierit, ſit illi ſtabile, ſi per præceptionem indulgentiæ Regis in eum fuerit confirmatum. Alioquin quidquid, ut ſupra dictum eſt, poſt ſuſceptam adminiſtrationem per garanthix acquiſierit, hoc totum Regi acquirat, & non ad ſuum proprium nomen vendicet nec ipſe, nec heres ejus. *II.* 17. 1.

CCCLXXIX.

Nullus præſumat aldiam alienam, aut ancillam quaſi (79) ſtringam, quæ dicitur Maſca, occidere, quia Chriſtianis mentibus nullatenus eſt credendum, nec poſſibile eſt, ut hominem mulier vivum intrinſecus poſſit comedere. Si quis deinceps talem illicitam rem perpetrare præſumſerit, ſi aldiam occiderit, componat pro ſtatu ejus ſolidos LX. & inſuper addat pro culpa ſolidos C. medium Regi, & medium cujus aldia fuerit. Si autem ancilla fuerit, componat pro ſtatu ejus, ſicut ſupra conſtitutum eſt. Si miniſterialis, aut ruſticana fuerit, & inſuper pro culpa ſolidos LX. medium Regi, & medium, cujus ancilla fuerit. Si verò judex hoc malum perpetrare juſſus fuerit, de ſuo proprio pœnam ſuprascriptam componat. *I.* 12. 9.

CCCLXXX.

Si quis homini libero oculum unum habenti, ipſum excuſſerit, duas partes pretii ipſius, quod appretiatus fuerit, ac ſi eum occidiſſet, componat. Si autem (80) aldio, aut ſervo unum oculum habenti ipſum excuſſerit, componat eum pro mortuo. *I.* 7. 20.

CCCLXXXI.

Si mulier libera in ſcandalum cucurrerit, ubi viri litigant, ſi plagas aut ferîtas factas habuerit, aut forſitan impincta, aut occiſa fuerit, appretietur ſecundùm nobilitatem ſuam, & ſic componatur, tamquam ſi in fratrem ipſius mulieris perpetratum fuiſſet. Nam (81) altera culpa pro injuria ſua, unde DCCCC. ſolidi judicantur, non requiratur, eo quòd ipſa mulier ad litem cucurrerit, quod inhoneſtum eſt mulieribus facere. *I.* 17. 3.

CCCLXXXII.

Si quis caſſinam, aut tectum alienum foris in Curte, ubi viri non habitant, dum intentio eſt de terra, (82) diſturbaverit, aut in terram jactaverit, & terram ſuam, ſicut lex habet, convincere non potuerit, reſtauret ipſam caſſinam, & componat aliam talem ſub æſtimatione pretii. Nam ſi caſam, ubi viri habitant, diſturbaverit, componat ſicut in hoc Edicto legitur, ideſt ſibi tertiam. *I.* 20. 32.

CCCLXXXIII.

Si quis peculium ſuum de clauſura aliena tulerit occultè, & non rogaverit, componat Curtis rupturam, ideſt Oberos, ſolidos XX. *I.* 25. 6.

CCCLXXXIV.

Si quis (83) aliam Argam per furorem clamaverit, & negare non potuerit, & dixerit, quòd per furorem dixiſſet, tunc juratus dicat, quòd eam Argam non cognoviſſet, & poſtea com-

(75) Cod. Eſten. *non ſit fegandi*. Ideſt obnoxius morti. Ambroſ. Cod. *fegangit*.

(76) In Cod. Eſten. *Si ſervus Regis oberus fecerit, aut vvecovorin, ſeu marmorphin, aut aliam quamlibet culpam minorem fecerit, ita componat ſicut & ſervi aliorum exercitantium, quæ ſupra decreta ſunt, componant*. Alter MStus habet *eberos, aut vvecuvorint, ſeu maravvorfin*. Cod. Ambroſ. habet *maracbvorfim*. *Oberus* eſt curtis ruptura. *Vecorin* eſt in via ſe alteri opponere. *Memorfin*, ſive *mervvorphin*, aliquem ex equo dejicere.

(77) Uterque Cod. *Si quis Sculdais*. Idem ſignificat. Infra: *Et ſi battitus* (*batudus* habet alter Codex) *fuerit, aut ſi ligatus, ſimiliter componatur*.

(78) Cod. Eſten. *aut commiſſas cauſas, aut ad gubernandum Curtes Regias, aliquid per garethinx* &c. In fine: *& non ſuo proprio nomine vindicet nec ipſe, nec heredes ejus, niſi fideles inveniantur Regi Gaſtaldii*.

(79) Uterque Cod. *quaſi ſtrigam, quæ dicitur vulgo Maſca*. Infra Cod. Eſten. *ut homo, aut mulier hominem vivum*. In Legis Salicæ Tit. LXVII. Cap. III. habetur: *Si ſtria hominem comederit, & convicta fuerit*. Rem curiosè animadverte: Rotharis barbarus ineptam Salicorum credulitatem heic digito oſtendit, ſimulque videt, ac improbat, numquam credendum, & neque *poſſibile* ſtatuens, *ut mulier hominem vivum comedere poſſit*. Inferiùs uterque Codex *talem illicitam rem, & nefandam*. In fine: *Si verò Judex hoc opus malum perpetrare juſſerit, ipſe de ſuo proprio* &c. Vide ſupra Legem CXCVII. ipſius Rotharis.

(80) Cod. Eſten. addit *alieno*.

(81) Idem Cod. *nam alia culpa*. Infra *eo quòd ad virorum litem ipſa cucurrit*.

(82) Cod. Eſten. *diſterpaverit*. Alii legunt *deturpaverit*, ſed minus rectè. *Caſſina* heic ſumitur pro tecto, ſub quo ſtabulantur boves & pecora: quod vocabulum apud Italos adhuc viget. In fine Cod. Cathedr. Mutin. *ſicut in hoc Edicto legitur, aritzup*. At in Ambroſ. *aratraib*.

(83) Ambo Codices Mutinen. *Si quis Arga alium*. Et infra *quòd eum Arga*. In fine Cod. Cathedr. habet. *Et ſi perſeveraverit, aut convincat per pugnam, ſi potuerit, aut componat ut ſupra*. *Arga* à Boherio *cucurbitam* ſignificare dicitur: alii, & rectiùs, inertem ac inutilem. *Moccicone* Tuſci appellant. Alii Itali aliter pro more ac Dialecto ſuæ regionis. Vide Paulum Diac. Lib. VI. Cap. 24. de Geſt. Langobard. ubi Argaido Sculdaſcio inſultatum ſcribit, convicio ex ejus nomine deducto. *Memento*, is reſpondit, *quòd me inertem & inutilem dixerit, & vulgari verbo Arga vocaverit*. Viris Langobardis gloriam in fortitudine collocantibus non levis hæc videbatur injuria. In Lege Salica Tit. XXXII. Cap. I. habetur: *Si quis alterum Centum clamaverit*. Pithœus *coclitem* interpretatur; Bignonius & Du-Cangius *cœno* ſeu *luto conſperſum*; & nuper Johannes Georgius Eccardus in Not. ad Leg. Salic. *cinædum*. Vetuſtiſſimus Codex Eſtenſis vetuſtam Gloſſam adfert: *Cenitum, ideſt Arga*. Amplector ſententiam, in quam deſcenderant jam pridem Goldaſtus & VVendelinus, explicantes *Cenitum hominem nihili*: quod idem *Arga* ſignificat.

Digitized by Google

componat pro ipso injurioso verbo solidos XII. Et si perseveraverit & dixerit, se posse probare, per pugnam convincat eum, si potuerit, aut certè componat, ut supra. *I.* 5. 1.

CCCLXXXV.

Si quis hominem liberum impingerit, ut cadat componat ei solidos VI. si (*) tamen aliquam læsionem in corpore ipsius non fecerit. (Si autem fecerit, componat, sicut subter in hoc Edicto legitur :) Si autem sic impinxerit, ut non cadat, componat solid. III. *I.* 6. 5.

CCCLXXXVI.

Si quis hominem liberum subitò surgente rixa per barbam, aut per capillos traxerit, componat solidos VI. Si servum ministerialem, aut aldium, seu servum alienum rusticanum, componat, sicut pro una ferita unum solidum. *I.* 6. 4.

CCCLXXXVII.

Si quis homini libero brachium super cubitum, hoc est (84) morioc, ruperit, componat solidos XX, Si autem subtus cubitum, hoc est tremum, componat solidos XVI. Si verò coxam supra (85) genuculum, hoc est largica, componat solidos XX. Si autem subtus genuculum, quod est tibia, componat solidos VI. Si verò scævus, aut claudus fuerit, componat sicut in hoc Edicto legitur, idest quartam partem pretii ipsius. *I.* 6. 6.

CCCLXXXVIII.

De mundio puellæ, & de debito.

(*Cod. Ambr.*)

Si mundium de puella libera parentibus mortuis suis ad Curtem Regis ceciderit, & (86) pater & frater debitum dimiserit, in quanta portione patri vel fratri heres successerit, ita debitum persolvat. Simili modo & si naturalis filius fuerit. *II.* 21. 11.

CCCLXXXIX.

Si quis hominem liberum casu faciente nolendo occiderit, componat sicut appretiatus fuerit, & faida non requiratur, eo quòd nolendo occiderit. *I.* 9. 17.

CCCXC.

Omnes (87) gargangi, qui de extremis finibus in Regni nostri finibus advenerint, seque suosque potestati nostræ subdiderunt, Legibus nostris Langobardorum vivere debeant, nisi legem suam à pietate nostra meruerint. Si legitimos filios habuerint, heredes eorum in omnibus, sicut & filii legitimi Langobardorum, existant. Ex si filios non habuerint legitimos, non sit illis potestas absque jussione Regis res suas cuicumque thingare, aut per quodlibet ingenium, aut per quemlibet titulum alienare.

Conclusio Legum Rotharis.

Et (88) hoc addimus atque definimus, ut causæ, quæ finitæ sunt, non volvantur. Quæ autem non sunt finitæ ad præsentem vigesimam secundam diem mensis hujus Novembris Indictione II. inchoatæ, aut quæ motæ fuerint, per hoc Edictum incidantur, & finiantur. Et hoc generaliter damus in mandatis, ne aliqua fraus per vitium Scriptorum in hoc Edicto adhibeatur. Si aliqua fuerit intentio, nulla alia exemplaria credatur, aut suscipiatur, nisi quod per manus Anscaldi Notarii nostri scriptum, aut recognitum, seu requisitum fuerit, qui per nostram jussionem scripsit.

Denique MStus Codex Cathedralis Mutinensis hæc addit, quæ coronidis loco ad finem Edicti sui Rex Rotharis apposuit, nusquam antea edita, quod sciam.

Præsentes verò dispositiones Edicti, quæ Deo jubente atque propitio, & summis vigiliis ad cœlestem favorem præstitis, inquirentes & remorantes antiqua : Leges patrum nostrorum, quæ scriptæ non erant, condidimus, & pro communi omnium gentis nostræ utilitate expediunt, partem consilio, parique consensu cum Primatos, Judices, cunctumque felicissimum Exercitum nostrum augentes constituimus, in hoc membranum scribere jussimus. Pertractantes, & sub hoc tamen capite reservantes, ut quod adhùc adnuente Divina clementia per subtilem inquisitionem de antiquas Leges Langobardorum tam nosmetipsos, quam per antiquos homines memorare potuimus, in hoc Edicto (89) adjungere prævidimus. Addentes, quin etiam per garithinx secundùm ritus gentis nostræ confirmantes, ut sit hæc Lex firma & stabilis, quatinus felicissimis futuris temporibus firmiter, & inviolabiliter ab omnibus nostris constituatur.

Potuissem tantam barbariem detergere ; sed placuit omnino describere, qualia vetustissimus Codex noster habet, saltem ante septingentos annos exaratus. Tribue hæc, si velis, amanuensi. Ego pleraque Linguæ sphalmata à conditione temporum, quibus hæc Leges prodierunt, arcesso.

(*) Cod. Esten. *sic tamen si alteram læsionem in corpore ipsius non fecerit. Nam si alteram læsionem fecerit, sicut in hoc Edicto legitur, componatur.* In Ambros. quæ parentesi clauduntur, desiderantur.

(84) Ambo Codices Mutinen. *idest muriotb.* Infra *subtus cubito, quod est reno.* Alter Codex *quod est treno, ruperit.*

(85) Cod. Cathedr Mutin. *Si coxa ruperit super genuculo, hoc est lagi.* Habent etiam Esten. & Ambros. *lagi.* Veteres pro *genu geniculum*, & *genuculum dixere.* Infra Cod. Esten. *Si verò scemus, aut claudus factus fuerit.* Cod. verò Cathedr. *Si verò Simus aut clodis pro hoc fuerit.* Vide infra Legem LXVIII. Lib. VI. Liutprandi, ubi vox *scematio*, sive *sematio*.

(86) Cod. Esten. *& pater aut frater debitum dimiserit, in quantam portionem heres* ipsa *successerit, ita & debitum persolvat.* Et nihil aliud additur.

(87) Cod. Cathedr. Mutin. *Omnes VVargangi, qui de exteras fines in Regno nostro finibus advenerint, seque sub scuto nostræ potestatis subdiderint.* Ambros. Cod. habet *Omnes VVarengang.* Uti in Antiquitat. Estens. monui, Teutonicum UU. ab Italis reddi solet per GV. Quare scribendum *Guargangi. VVargi* autem, sive *VVaringi*, & *VVarganei*, quod idem erat ac *VVargangi*, fuerunt profugi, exules, & ut nunc vocamus, banniti è patria sua, qui in Regnum Langobardicum se recipiebant. Memorantur in Lege Salica Tit. LVII. Leg. V. ubi *VVargus sit, hoc est depulsus de eodem pago.* Memorantur & in Ripuaria. Vide Comment. Savaron. & Sirmondi ad Lib. 6. Epist. 4 Sidonii Apollinaris. Infra in Cod. Ambros. legitur : *seque sub scuto potestatis nostræ.* Infra Cod. Cathedr. *nisi si aliam Legem à pietate nostra meruerint.* Non inveni scriptam in Codice Estensi hanc Legem, ac propterea ad calcem eam rejeci.

(88) Hæc in editis non leguntur. Habet ea uterque Codex Mutinen. Evulgavit etiam Sigonius Lib. 2. de Regno Ital. ad Ann. 643. Codex verò Cathedr. Mutin. hæc haber. *Et hoc addimus, ac decernimus, ut causas, quæ finitas sunt, non volvantur* &c. Pro *Anscaldi Notarii* Ambr. Cod. habet *Ansoald Notarii.*

(89) Cod. Ambros. *subjungere debeamus.* In fine idem Cod. habet: *Quatinus nostris felicissimis & futuris temporibus firmiter & inviolabiliter ab omnibus subjectis custodiatur.*

In fine additur : *Deo gratias. Amen. Explicit Edictus Rothari.*

GRI-

Digitized by Google

GRIMOALDI LEGES.

INCIPIT GRIMOALDI PROLOGUS.

SUperiore (1) pagina hujus Edicti legitur, quod adhuc annuente Domino memorare (2) potuerimus, ut de cauſis ſingulis, quæ in præſenti non ſunt adſitæ, in hoc Edicto adjungere debeamus, ita ut cauſæ, quæ judicatæ ſunt & finitæ, non revolvantur. Ideo ego Domnus Grimoaldus excellentiſſimus Rex Gentis Langobardorum, Anno Deo propitio Regni (3) mei Sexto, menſe Julio, Indictione XI. per ſuggeſtionem Judicum, omniumque conſenſum, ea quæ illis (4) dura, & iniqua in hoc Edicto viſa ſunt, ad (5) meliorem ſtatum, & dementium remedium corrigere, & revocare prævidimus.

Explicit Prologus Grimoaldi.

INCIPIT CAPITULUM I.

SI ſervus aut ancilla per XXX. annos domino ſuo ſervierit, de quibus rei veritas cognita fuerit, quòd per XXX. annos dominis ſuis ſerviſſet, & per ſuperbiam, aut (6) juſta patrocinia ſe voluerit de domino per pugnam vindicare, nullatenus ei permittimus, ſed ſerviat ei, ſicut decet ſervum, aut ancillam proprio domino ſervire. Similiter & ſi aldius fuerit, impendat obedientiam ſuo patrono, ſicut per XXX. annos fecit, & (7) ei nova opera à domino ſuo ampliùs non imponatur, ſed liceat ei res ſuas habere, quas per XXX. annorum ſpatium juſtè poſſederat. *II.35.3. ſecundùm ordinem editionis Goldaſtinæ.*

II.

De liberis hominibus, quos conſtat per

A XXX. annorum ſpatium in libertate ſua permanſiſſe, nullam per pugnam patiantur violentiam, ſed liceat eis in libertate ſua permanere. Et ſi eos quicumque pulſaverit, liceat eis cum (8) ſacramentalibus ſuis legitimis ſe idoneare. *II.35.4.*

III.

Si ſervus talem culpam fecerit, unde (9) DCCCC. ſolidi, qui in hoc Edicto ſcripti ſunt, judicantur, ut dominus pro ſervo debeat componere, hoc amputare juſſimus, ut ſi factum fuerit, nihil aliud componat dominus, niſi tantummodo perſonam ipſam tradat ad occidendum, & componat pro illicita cauſa, quam ſervus perpetraverit, ſolidos
B LX. & ampliùs non requiratur. Et ſi ipſe ſervus fuga lapſus fuerit, & non potuerit dominus ejus eum invenire, det pro ipſo ſervo, qui fugam petiit, aut ſe dilataverit, ſolidos XX & præbeat ſacramentum dominus ejus, quòd non potuit eum invenire. Et ſi quandocumque eum invenire potuerit, tradat eum, ut ſupra ad moriendum, & dominus recipiat ſolidos XX. quos pro fuga ipſius dedit. Nam LX. ſolidos componat pro culpa, quam ſervus ejus fecerit. Et ſi ſpolia de homine ſepulto ſervus de ſepultura tulerit, de quanto tulit, dominus ejus reddat, & componat, ut dictum eſt, ſolidos LX. & perſona tradatur ad occidendum, ut ſupra. *I.37.5.*

IV

C De XXX. annorum poſſeſſione prædiorum.

(*Ambr. Cod.*)

Si quis per XXX. annos bona (10) fide poſſederit caſas, familias, & terras, & cognitum fuerit, quòd ejus (11) poſſeſſio poſt XXX. annorum curricula ad pugnam non perveniat, niſi ipſe, qui poſſedit qualitatem pecuniæ cum

---

NOTÆ AD GRIMOALDI LEGES.

(1) In Codice Eſtenſi Prologus iſte (uti & reliqui Legum Langobardicarum) legitur, neglectus ab earumdem Legum editoribus. Attamen Sigonius noſter, neſcio quo Codice uſus (Eſtenſem enim eidem incompertum fuiſſe pæne certum habeo) eamdem hanc Præfationem Hiſtoriæ ſuæ de Regno Italiæ inſeruit Lib. II. ad Ann. 668.

(2) Sigonius ita legit: *poterimus, de ſingulis cauſis, quæ præſenti non eſſent adſictæ in hoc Edicto* &c.

(3) Undecima Indictio infra appoſita has Leges à Grimoaldo promulgatas evincit Anno 668. cujus menſe Julio ejuſmodi Indictio currebat. Itaque Grimoaldi Regnum exordium habuiſſe dicendum poſt menſem Julium Anni 662. Emendandus autem Sigebertus, qui non tantùm uno anno citius ejus Regnum ſtatuit, ſed ipſum quoque *Taurinenſium Ducem* appellat, quod omnino falſum jam Eruditi norunt; fuit enim Dux Beneventi ante uſurpationem Regni.

(4) Sigonius habet *dura & impia*. Præferenda lectio Codicis Eſtenſis; ut ut enim aliqua in Edicto Rotharis viderentur dura, & parum æquitati conſentanea, certè nihil ibi impium deprehendas.

(5) Ita hæc apud Sigonium *ad meliorem ſenſum revocare prævidimus*. Dura profectò vox ill.. *dementium* viſa fuiſſet. Sed hæc in Cod. Ambroſ. rectiùs corriguntur; ibi enim legitur *& clementius remedium*.

(6) In ambobus Codicib. Mutin. legitur *aut injuſta patrocinia* (ſubdit Cod. Eſten.) *ſe voluerit de domino ſuo proprio per pugnam* &c.

(7) Cod. Eſten. *& ei nova conditio à domino*.

(8) Cod. Eſten. *cum XII. ſuis ſacramentalibus*.

Nota, in vetuſtiſſimo Cod. MSto Cathedr. Mutin. Legem hanc, uti & præcedentem non ſemel haberi, quippe alio in loco eædem conjunctæ leguntur, veluti Lex diverſa. Accipiat ergo Lector eadem, ſed ſub aliis verbis, repetita.

D *Si quis ſervus per XXX. annos domino ſuo ſervitium fecerit, non præſumat contra dominum ſuum pugnare, niſi ſerviat ei. Et ſi aldius fuerit, & per XXX. annos fecit operas, ſimiliter non liceat eum pugnare contra dominum ſuum, ſed faciat ſicut & parentes ejus fecerunt. Nam nova ampliùs à domino ſuo non imponatur. Et qui per XXX. annos cognoſcitur fuiſſe liber, nullam patiatur violentiam, niſi liceat eum in libertate ſua permanere, aut per ſacramentum defendere.*

(9) Ita hæc exhibentur in Cod. Eſten. *unde DCCCC. ſolidos proprii domini jubentur componere, qui in hoc Edicto conſtituti ſunt, hoc amputari juſſimus. Quod ſi* &c. In Codice verò Cathedr. Mutin. non levi diverſitate verborum ita efferuntur: *De ſervis, qui culpas faciebant de ſolidis DCCCC. & dominos ſuos pro ipſis componere ſtetit, ſtatuimus, ut ſi talem culpam fecerit ſervus, unde DCCCC. ſolidi componebantur, nihil aliud faciat dominus ejus, niſi ipſa perſona tradatur ut moriatur: & componat pro inlicita cauſa dominus ejus quod ſervus commiſit ſolidos LX. & ampliùs non calumnietur.*

E

(10) Non leguntur hæc verba *bona fide* in Cod. Eſten. neque in Ambroſ.

(11) Cod. Cathedr. Mutin. *quia ejus poſſeſſio eſt per XXX. annos, pugna non vadit.* Cod. Eſten. & Ambroſ *quod ejus poſſeſſio fuit per XXX. annorum curricula, pugna non perveniat, niſi ipſe, qui poſſederit, ſecundum qualita-*

Digitized by Google

cum ſacramento ſuo ſe defendat. Nam per pugnam, ut ſupra diximus, non (12) fatigetur. *II.* 35. 5.

V.

De ſucceſſione nepotum, qui poſt mortem patris in ſinu Avi remanſerint.

(*Cod. Ambroſ.*)

Si quis (13) habuerit filios legitimos duos, aut plures, & contigerit unum ex his vivente patre mori, & dereliquerit filios legitimos unum, aut plures, & contigerit Avum mori, talem partem percipiant de ſubſtantia Avi ſui, unà cum patruis ſuis, qualem pater eorum inter fratres ſuos percepturus erat, ſi vivus fuiſſet. Similiter etſi filiæ legitimæ una, aut plures, aut filii naturales unus, aut plures fuerint, habeant legem ſuam, ſicut in hoc Edicto legitur: Quia inhumanum, & impium videtur nobis eſſe, ut pro tali cauſa exhæredentur filii ab hæreditate patris ſui, pro eo quòd pater eorum in ſinu Avi mortuus eſt, ſed ex omnibus æqualem cum patruis in loco patris ſui poſt mortem Avi recipiant portionem. Similiter & ſi legitimi non fuerint, & naturales inventi fuerint, habeant legem ſuam, ideſt tertiam ex omnibus. *II.* 14. 18.

VI.

Si quis uxorem (14) ſuam abſque culpa legitima poſtpoſuerit, & aliam in domum ſuper eam duxerit, componat ſolidos D. medium Regi, & medium parentibus mulieris, quam poſtpoſuerit. Mundium verò mulieris ejuſdem, quam poſuerit, amittat. Et ſi noluerit ad maritum ſuum reverti, revertatur ad parentes ſuos cum rebus ſuis & mundio. *II.* 13. 1.

VII.

De crimine Uxoris. (*Ambr. Col.*)

Si quis uxorem (15) ſuam incriminaverit aſto, abſque certa cauſa legitima, quaſi adulterata ſit, aut contra animam mariti ſui tractaſſet, liceat illi mulieri per ſacramentum, vel per pugnam ſe mundare. Et ſi purificata fuerit, tunc maritus ejus præbeat ſacramentum cum parentibus ſuis legitimis ſibi XII. quòd non aſto animo nec doloſè ei crimen injecit, ut eam deberet dimittere niſi pro certa ſuſpicione, & audita habuiſſet hæc verba. Et (16) ſi hæc facere potuerit, ſit abſolutus à culpa, & ſi auſus non fuerit jurare, componat guidrigild ipſius mulieris, tamquam ſi fratrem ejus occidiſſet, medium Regi, & medium parentibus mulieris. *II.* 55. 12.

VIII.

Si (17) mulier aut puella notum habuerit, quemcumque hominem uxorem habere, & ſuper ipſam introierit, & tulerit maritum non ſuum, ſancimus ut omnes res ſuas perdat ipſa mulier, quæ ſe ſciente alterius marito voluntariè conſenſerit, & medium de rebus ſuis accipiat Curtis Regia, & medium parentes mulieris prioris. Et (18) illa prior mulier recipiat maritum ſuum, & ille colat eam, ut decet uxorem legitimam. Et illa vitium ſuum ſibi reputet, quæ ſuper aliam uxorem intrare præſumſerit, & nihil ei componatur, nec fayda requiratur. *II.* 13. 2.

IX.

Si ancilla furtum fecerit, componat dominus ejus furtum ſibi (19) novum tantum. Nam XL. ſolid. unde in hoc Edicto legitur pro culpa, quod eſt fengungi, non requirantur à domino ſuo. *I.* 26. 56.

---

tem pecuniæ, ideſt pretii quod valet res controverſa, ut ſupra in Lege CCCLXIV. Rotharis. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *& exinde pugna ſut diximus, non vadit.*

(12) Addit Cod. Eſten. *non fatigetur de eo. Inſtituimus ſaut qui poſſedit per triginta annos, poſſideat & in antea.*

(13) In editione Goldaſtina Lex hæc tribuitur, ſed perperam, Rothari. In Cod. Cathedr. Mutin. præfigitur hic titulus: *Si poſt mortem patris in ſinu avi nepotes remanſerint.* Tum uterque Codex: *Si quis habuerit filios legitimos unum aut plures.* Ita in fine *& naturales inventi fuerint, unus aut plures habeant* &c. Alias levioris momenti diverſitates dimitto. Apud Germanos ſub Ottone Magno ingens controverſia invaluit, teſte VVitichindo Lib. II. Hiſtor. de ſucceſſione Nepotum ex filio patri præmortuo, & lis per pugnam diremta. *Vicit igitur pars, qui filios filiorum computabant inter filios; & firmatum eſt, ut æqualiter cum patruis hereditatem dividerent.*

(14) Cod. Eſten. *uxorem ſuam legitimam abſque culpa poſtpoſuerit.* Infra *Mundium verò ejus, quam præpoſuit* (lego *poſtpoſuit*) *amittat. Et illa ſi* &c.

(15) Rothari hæc Lex adſcribitur in editione Goldaſtina, ſed perperam. Idem Cod. Eſten. *uxorem ſuam legitimam incriminatus fuerit aſtu ſinè cauſa, quaſi adulteraſſet, aut in animam* &c. Infra uterque Codex Mutin. & Ambroſ. *per ſacramenta parentum, aut per pugnam ſe purificare.* Infra uterque Codex *ut eam deberet dimittere, niſi quod per certam ſuſpicionem audita habuiſſet.*

(16) In Cod Cathedr. Mutin. hæc non leguntur, ſed ſequitur: *Et ſi noluerit jurare.*

(17) Cod. Cathedr. *Si Mulier libera aut.* Infra Cod. Eſten. *& tulerit ei ſuum maritum, ſancimus.* Infra *quæ ſe ſciendo* &c. *conſenſit; & medietatem de rebus ejus.*

(18) Cod Eſten. *Et illam priorem mulierem accipiat maritus ſuus, & colat eam.* Infra uterque Cod. Mutin. *& vitium ſuum reputet illa mulier, quæ ſuper alienam uxorem intrare præſumſit.*

(19) Cod. Eſten. *ſibi nonum. Nam* &c. Infra idem Cod. *pro culpa, ideſt fegandi* (*ideſt figang* habet alter Codex) *non requirantur neque exigantur à domino ancillæ.* Alter Cod. *ad dominum ancillæ.*

Explicit Grimoald. (In Cod. Ambroſ.) *Explicit Edictum, quod addidit Domnus Grimoal Rex tempore ſuo.*

LIUT-

Digitized by Google

LIUTPRANDI LEGUM
LIBER PRIMUS.

INCIPIT LIUTPRANDI PROLOGUS.

(In Cod. Ambrof.) *Incipit Edictum Legis Langobardorum, quàm junxit Domnus Liutprandus Rex.*

RECOLIMUS, (1) quoniam robuſtiſſimus deceſſor noſter, atque eminentiſſimus Rothar Rex, ſicut ipſe eſt in ſcriptis effatus ſuis, ſuperius in Langobardis Edictum renovavit, atque inſtituit, ubi & prudenter inſerere curavit dicens (2), ut quiſque Langobardorum Princeps ejus ſucceſſor ſuperfluum, quod ibi reperiret, ex eo ſapienter auferret, & quod minus inveniret Deo inſpirante adjiceret. Poſt hunc enim glorioſiſſimus Grimoald Rex, quæ illi ſecundùm Dominum placita fuerunt, minuit, & ampliavit. Cujus nos normam ſequuti, divinitus, ut credimus, inſpirati, ſimili modo ea, quæ juxta Dei legem nobis congrua apparuerunt, ſubtrahere, & addere decrevimus, ſicuti & in præſenti pagina ſcribere juſſimus. Ob hoc ego in Dei omnipotentis nomine Liutprand excellentiſſimus, Chriſtianus, & Catholicus Deo dilectæ gentis Langobardorum Rex, Anno, (3) Deo propitio, Regni mei Primo, pridie Kalend. Martias, Indictione Undecima, unà cum omnibus Judicibus de Auſtriæ, & Neuſtriæ partibus, & de Tuſciæ finibus cum reliquis fidelibus meis Langobardis, & cuncto Populo aſſiſtente, hæc nobis juxta Dei timorem, atque amorem ſancta comparuerunt, & placuerunt.

CAP. I.

SI quis (4) Langobardus ſinè filiis legitimis maſculinis mortuus fuerit, & filiam dereliquerit unam aut plures legitimas, ipſæ ei in omnem hereditatem patris vel matris ſuæ tamquam filii legitimi maſculi heredes ſuccedant. *II.* 14. 19. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

II.

Si quis Langobardus ſe vivente filias ſuas nuptui tradiderit, (5) & alias in caſa reliquerit, & alias in capillo in caſa reliquerit, tunc omnes æqualiter in ejus ſubſtantia heredes ſuccedere debent, tamquam filii maſculi. *II.* 14. 20.

III.

Si quis Langobardus ſorores reliquerit, & vivente eo ad maritum ambulaverint, tantum habeant ex (6) fratribus facultatem, ſi ipſe filios vel filias reliquerit, quantum in die votorum acceperint, quando ad maritum ambulaverint. Nam ſi ipſe frater neque filios, neque filias reliquerit, aut ſi habuerit, & ante eum mortui vel mortuæ fuerint abſque filiis vel filiabus, tunc ſorores ejus tamquam (7) in capillo remanſerint, quamquam ad maritum ambulaverint, in omnem ſubſtantiam ejus æqualiter ſuccedant. *II.* 14. 21.

IV.

Si quis Langobardus filias & ſorores in capillo in caſa reliquerit, pariter atque æqualiter quantæcumque fuerint, in hereditatem ejus ei ſuccedant, tamquam ſi filios dereliquiſſet legitimos. *II.* 14. 22.

V.

Si filiæ, aut ſorores contra voluntatem patris, aut fratris egerint, poteſtatem habeat pater, aut frater judicandi (8) res ſuas, quomodo aut qualiter voluerit. *II.* 14. 23.

VI.

Si quis Langobardus, ut habet caſus humanæ fragilitatis, ægrotaverit, quamquam in lectulo jaceat, poteſtatem habeat, dum vivit, & rectè loqui poterit, (9) pro anima ſua judicandi, vel diſponendi de rebus ſuis, quomodo aut qualiter voluerit, & quod judicaverit, ſtabile debeat permanere. *II.* 18. 2.

VII.

Si quæ (10) cauſæ de ſupradictis Capitulis, quæ nuper in præſenti pagina hujus Edicti configere præcipimus, ante deliberatæ, aut per di-

---

NOTÆ AD LIUTPRANDI LEG. LIB. I.

(1) In Codice Eſtenſi, unde ceteras Legum Langobardicarum Præfationes accepi, non legitur hæc Præfatio, ſed quidem locum heic habet, quæ infra Libro Secundo à me præponetur. Bene tamen ceſſit, quod Clariſs. Sigonius meus germanam Lib. I. nobis Præfationem ſervavit, eamque publici juris fecit Lib. 3. de Regn. Ital. ad Annum 713. Dimiſſâ ergo, & ad ſequentis Libri exordium translata Præfatione Codicis Eſtenſis, alieno loco ſita, accipiant Lectores à Sigonio alteram, quæ revera prima fuit, qualis ab ipſo eſt edita.

(2) Hæc eadem Grimoaldus repetiit ſupra in Præfatione ſua. Ubi autem Rotharis dixerit, à Succeſſoribus ſuis ſua forè emendanda, incompertum eſt mihi.

(3) Indictio *Undecima* heic adhibita Annum Chriſti 713. prodit, quo harum Legum promulgatio facta eſt.

(4) Cod. Eſten. *Si quiſcumque Langobardus*. Infra *patri vel matri ſuæ*.

(5) Hæc expungenda, quippe ineptè repetita. Ambo Codices Mutin. omittunt, & poſt *nuptui tradiderit* (ſive *ad nuptum*, ut habet Codex Cathedr. Mutin.) continuò ſequitur in Cod. Eſten. *& alias filias in capillo* &c. Hinc habes, intonſas fuiſſe Langobardicas virgines, & tunc ſolùm poſuiſſe comam, quum jungebantur maritis: quod & nunc Judæis feminabus in uſu eſt. Hinc puellæ nondum nuptæ *intonſæ* appellatæ: quæ vox ſenſim corrupta in *Toſa*, & plurali numero *Toſane*, evaſit apud Mediolanenſes, alioſque Populos. Græciæ quoque, atque aliarum gentium virgines tum ſolùm comam ſeu crines tondebant, quum nuptui tradebantur.

(6) Et hæc emendanda ex fide Codicum Mutinen. & Ambroſ. *ex fratris facultate* (ideſt defuncti). Infra Cod. Cathedr. *quantum in die votorum* (ideſt nuptiarum) *acceperunt, quando ad maritum ambulaverunt*.

(7) Cod. Eſten. *tam quæ in capillo remanſerunt, quàm quæ ad maritum ambulaverint*.

(8) Cod. Eſten. *judicandi quomodo, aut qualiter voluerit de rebus ſuis. Judicare* ſignificat, res ſuas alicui per teſtamentum relinquere.

(9) Cod. Eſten. *loqui poteſt*. Infra *& quod judicaverit pro anima ſua, ſtabile* &c.

(10) Hæc ab editis abſunt. Ejuſmodi verò Conſtitutione finis imponitur Legibus a Liutprando primùm editis Anno 713. Infra Cod. Cathedr. Mutin. habet: *pagina hujus Edicti adfigi præcepi-*

Digitized by Google

divisionem finitæ sunt, in eo ordine permaneant, sicut antea sunt finitæ vel statutæ. Quæ autem terminatæ, & per divisionem finitæ non sunt, in eo ordine deliberentur, & maneant, sicut modò decrevimus, & in hoc Edicto statuere visi sumus.

EJUSDEM
LIUTPRANDI LEGUM
LIBER SECUNDUS.

INCIPIT PROLOGUS.

(In Ambros.) *Item de Anno V. Domini Liutprandi.*

EGo (11) in Dei nomine Liuprandus excellentissimus Rex gentis felicissimæ, Catholicæ, Deoque dilectæ Langobardorum reminiscor, quoniam, sicut superiùs à nobis pagina legitur, instituta Anno scilicet Regni nostri I. Indictione XI. ea, quæ nobis, nostrisque Judicibus, & reliquis Langobardis fidelibus nostris ob Dei timorem atque amorem recta comparuerunt, in antiquo Edicti corpore, recto adjicere curavimus moderamine. Nunc iterum annuente Dei omnipotentis misericordia die Kalend. Martii Anno Regni nostri, Deo propitio, V. Indictione XV. simili modo cum omnibus Judicibus nostris de partibus Austriæ, & Neustriæ, nec non & de Tusciæ finibus, seu ceteris nostris Langobardis adhuc prævidimus adaugere illa, quæ Deo credimus placita esse, ut in multis causis & locis prohibeantur perjuria, & causæ à quibuscumque hominibus misericorditer disponantur, & in peccata homines deineeps nequaquam procidant, & illud, quod forsitan antea videbatur obscurum, nunc omnibus luce clarius enitescat.

CAP. I.

Primo omnium de Morgincap mulierum.

SI quis Langobardus (12) Morgincap conjugi suæ dare voluerit, quando sibi eam in conjugio sociaverit, ita decernimus, ut alia die ante parentes & amicos suos ostendat per scriptum à testibus roboratum, & dicat: *quia ecce quòd conjugi meæ Morgincap dedi, ut in (13) futuro pro hac causa perjurium non incurrat*. Tamen ipsum Morgincap volumus, ut non sit ampliùs, nisi quarta pars de ejus substantia, qui ipsum Morgincap dedit. Si quidem minus dare voluerit de rebus, quàm quarta pars sit, habeat in omnibus licentiam dandi, quantum voluerit, nam super ipsam quartam partam dare nullatenus posset. *II.* 14. 1. *secundùm editionem Goldasti.*

II.

Si qualiscumque causa inter conlibertos, aut parentes (14) convenerit, aut acta fuerit, & homines boni tres aut quatuor interfuerint, non reprobetur postea ipsa causa, nisi eorum testimonio ambæ partes credant, qui interfuerint. Pro cujus autem causa testes illi testimonium reddere debent, ipse homo causatori suo per sacramentum satisfaciat. Testes verò ipsi tales sint, quorum opinio in bonis præcellat operibus, & quorum fides admittitur, vel quibus Princeps, aut Judex credere possit. Et si forsitan remunerati testes veritatem ipsam celare voluerint, tunc per sacramentum satisfaciat (15) Principi, aut Misso ejus, ut veritas non obscuretur. Si (*) quidem per guadiam obligatio facta fuerit, & intentio per hoc fuerit excitata, in eo judicio maneat, sicut in anteriori Edicto legitur, quod glorioſissimus Rex Rotharis instituit. *II.* 55. 13.

III.

Si quis servum suum, aut ancillam in manu Regis dederit, & ipse Princeps eos per manus Sacerdotis circa (16) sacrum altare libe-

---

cepimus, quæ antea liberatæ. Infra *in eo modo maneant*. Infra *quæ autem terminatæ, & decisæ non sunt*. Infra *sicut modò decrevimus, & in hoc Edicto à nobis facto statuere visi sumus*. Denique additur: *quæ universa denique superiùs ad Celsitudinem nostram* (hoc est à *Celsitudine nostra*) *instituta scribere jussimus*. Ambros. Cod. hisce Edictum hoc claudit: *quod de quibus universa superiùs Celsitudine nostra instituta per Notarium Sacri nostri Palatii comprehendenda præcipimus*.

(11) Habet hanc Præfationem Codex Estensis sed, ut supra innui, extra chorum, nempe in fronte Legum Liutprandi locatam, quum revera Libro II. sit præponenda. Ego eam restitui suo loco. Quum autem hæ Leges additæ dicantur *Indict. XV.* intelligis Annum Christianæ Æræ 717. Rectè Baronius, Pagius, & alii exordium Regni Liutprandi statuisse videntur ad Annum Christi 712., ut ex his notis Chronologicis colligi potest.

(12) Jam alibi monui, sub nomine *Morgincap* designari *donum matutinale*, quod maritus ferè semper uxori post primam noctem nuptialem publicis tabulis assignare solebat. In hac autem Lege decernitur, ut non excedat quartam partem bonorum viri; minus autem quarta largiri, imo quidquid lubebat largiri, liberum erat cuicumque viro. Quare *Papias* & *Ugutio* falluntur, scribentes, *Morgincap* fuisse *quartam partem bonorum mariti* dono datam uxori., Infra Cod. Cathedr. Mutin. *in conjugio copulavit*.

(13) Codex Cathedr. *ut in postero pro hac causa perjurus non fiat*. Cod. Esten. *perjurium non percurrat*. Tum uterque Cod. *Ipsum autem morgincap. nolumus, ut amplius sit*. Infra Cod. Cathedr. *qui ipsum morgincap facit. Si minus voluerit dare de rebus suis, quàm ipsam quartam portionem* &c.

(14) Cod. Cathedr. Mutin. *pervenerit*. Infra uterque Cod. *testes illi testimonium reddiderint*. Qui infra *causator* dicitur, idem atque *accusator* & *actor* in foro. Infra *aut ejus Judex credere possit*.

(15) Cod. Cathedr. *satisfaciant Principi* (addit alter Codex) *aut Judici, aut Misso ejus*.

(*) In Cod. Estensi quæ sequuntur Legem constituunt ab antecedente diversam. Ibi *Siquidem per vvadiam*. Infra *intentio* pro lis & contentio sæpe occurrit.

(16) Cod. Esten. *circa sacrosanctum*. Infra: *Et qui mundium de ipsa liberta à Principe expetierit, sic id habeat, sicut de fulfreal muliere. Nam ampliùs ei nullam conditionem debeat, neque* &c. Interiùs *qui de ipsa femina nati sunt*.

Digitized by Google

liberos dimiserit, sic permaneant liberi, sicut illi, qui sulfreal thingati sunt. Et qui mundium de ipsa muliere libera à Principe accepit, sic eum habeat, sicut de sulfreale muliere. Nam ampliùs nullam conditionem debeat habere neque ipsa neque filii ejus. Et hoc statuimus ut masculi, qui de ipsa libera nati sunt, absque mundio sint, feminæ autem habeant mundium, sicut mater earum, & ipsum mundium non sit amplius quàm solid. III. *II.* 34. 3.

IV.

Si quis (17) servum suum aut ancillam liberum vel liberam dimiserit, & posuerit ei mundium, aut unum solidum, aut duos tantùm, aut tres, aut sex, tantum habeat mundium, quantum in charta ei affixit. Et qui postea ex ipsa libera nati fuerint, sive masculi sive feminæ, non habeant ampliùs mundium, nisi quantum & mater earum. *II.* 34. 4.

V.

Si servus, dum in fuga est, furtum fecerit, & in ipsa fuga foris provinciam exierit, sic exinde procedat judicium, sicut glorioſissimus Rex Rotharis instituit. Et si ipse servus intra provinciam se dilataverit, tunc dominus ejus habeat spatium (18) requirendi per menses tres, & si eum invenerit, & causa furti manifesta fuerit, quòd servus ille furtum ipsum fecisset, tunc dominus ejus componat furtum ipsum, sicut lex est. Et si forsitan manifestum non fuerit, & dominus ejusdem servi negaverit, quòd ipsum furtum fecisset, servus ejus tunc per pugnam aut per sacramentum se defendat, si potuerit. *I.* 26. 57.

VI.

Si quis puellam ante annos XII. sponsaverit, aut tulerit, tunc ille eam, qui tulerit aut sponsaverit, componat, sicut Edictum de raptu continet, idest DCCCC. solidos, medium Regi, & medium eidem infantulæ, & ipsa revertatur in casam & in pecuniam suam, & sit quieta usque (19) ad justum tempus. Postea autem eligat sibi virum, & nubat cui voluerit. Si autem mundualdus ejus consentiens fuerit, aut (20) tradiderit ante duodecim annos, componat in sacro Palatio solidos CCC. & mundium ejus amittat, & sit ipsa cum rebus suis in mundio Palatii. Pater verò, aut frater potestatem habeant, cui aut in quali ætate voluerit ad dandum aut ad sponsandum filiam suam, aut sororem suam, quia (21) non est credibile, ut pater filiam suam, aut frater sororem suam dolosо animo, aut contra rationem cuiquam homini dare debeat. *II.* 8. 2.

VII.

Si quis Langobardus ab aliquo homine, quod Deus avertat, interemtus fuerit, & causa secundùm Legem ad compositionem venerit, & ipse qui occisus est, filium masculum non reliquerit, quamquam (22) filiam instituissemus heredem, sicut masculos, in omnem substantiam patris, aut matris, ipsam tamen compositionem volumus, ut accipiant parentes ejusdem propinqui, qui occisus fuerit, illi qui per caput succedere possunt, quia filiæ ejus, eo quòd femineo sexu esse probantur, non possunt ipsam faidam levare. Ideo prospeximus, ut ipsam compositionem non recipiant, nisi, ut supra diximus, præfati parentes, & si propinqui non fuerint, tunc medium de ipsa compositione suscipiant filiæ ejus, si una, aut plures fuerint, & medium Curtis Regia. *I.* 9. 18.

VIII.

Si sorores in casa patris remanserint, aut ad maritum ambulaverint, succedant patri suo & matri suæ in omnem substantiam eorum, sicut antea statuimus. Et si contigerit, unam ex iisdem sororibus mori, tunc & quæ in capillo remanserint, & quæ ad maritum ambulaverint, in omnem portionem sororis suæ defunctæ, quamvis puella mortua fuerit, succedant. Parentes (23) autem propinqui, aut mundualdi earum suscipiant tantùm mundium earum. Si autem contigerit illam mori, quæ jam nuptui tradita est, tunc ille ei succedat, qui ei per mundium suum fecit. *II.* 14. 24.

IX.

Si (*) qualescumque causæ amodo emerserint de his Capitulis, quæ nunc Excellentia nostra statuit, id à præsenti die Kalendarum Martium, hoc est XV. Indictione, & Anno Regni nostri in Dei nomine V. volumus, ut sic terminentur, sicut Celsitudo nostra cum Judicibus nostris, & reliquis Langobardis decreverunt, ut supra legitur. Quæ verò in antea de talibus Capitulis pervenerunt, etiam finitæ aut statutæ sunt, sic permaneant, sicut priùs cognoscuntur esse. Quæ denique universa superiùs à Celsitudine nostra comprehensa Potoni Notario Sacri Palatii nostri comprehendenda & ordinanda præcipimus.

(17) Codices Mutinen. *Si quis liberos servos suos, aut ancillas liberas dimiserit, & posuerit eis mundium unum aut duos vel tres solidos, tantum habeant mundium, quantum eis in chartula adfixerit.* Infra iidem Codices *& postea qui ex ipsa liberta* &c. In fine *nisi quantum de matre eorum.*

(18) Ambo Codices Mutinen. *spatium ad eum requirendum per tres menses; & si eum invenerit, aut non invenerit, & causa* &c.

(19) Cod. Eſten. *usque ad præfatum tempus.* Infra. *Si autem Mundoald ejus in hac causa consentiens* &c.

(20) Cod. Cathedr. Mutin. *aut tradiderit eam ante.* Infra alter Cod. *pater autem, aut fratres potestatem habeant, cui, aut qualiter voluerint ad dandum.*

(21) Cod. Eſten. *Quoniam istam licentiam idcirco dedimus, quia credimus, quòd pater* &c. *dare non debeant.* Similia habet & alter Codex Mutin. uti & Ambros.

(22) Uterque Cod. Mutinen. *quamquam filias heredes instituissemus.* Infra Cod. Eſten. *non possunt faidam ipsam liberare.*

(23) In utroque Cod. Mutin. *Parentes autem defuncta propinqui, aut Mundualdi mundium earum suscipiant. Nam de rebus ejus aliud nihil percipiant. Si autem* &c. In fine *qui eam per mundium suam fecit.*

(*) Inter editas Langobardicas Leges non occurrit Capitulum hoc, appositum pro coronide Libri Secundi. Habent illud ambo Codices Mutinenses. Nempe illud neglexere collectores Legum, quandoquidem minimè Lex est. Verum eruditionis intererat hoc etiam servare posteris.

EJUS-

Digitized by Google

EJUSDEM

LIUTPRANDI LEGUM LIBER TERTIUS.

INCIPIT PROLOGUS.

EGo (24) in Dei nomine omnipotentis Excellentiſſimus Liuprand Rex feliciſſimæ gentis Langobardorum Anno propitio Regni mei VIII. die Kalendarum Martiûm, Indictione III. unà cum Illuſtribus viris Optimatibus meis Neuſtriæ & Tuſciæ partibus, vel univerſis Nobilibus Langobardis, dum ſingula, quæ in anterioribus titulis hujus Edicti leguntur ſtudiosè ac ſubtiliter ſcrutavimus, adſiſtente omni Populo, quam ſequens ſermo monſtraverit, addere, & lucidare, ſive ſtatuere prævidimus Legem.

CAP. I.

Primum omnium.

QUicumque liber homo ſub Regni noſtri ditione poſitus cuicumque amodo guadiam dederit, & fidejuſſorem poſuerit in præſentia duorum vel trium teſtium, quorum (25) fides amittitur, in omnibus complere debet. Et ſi ſe diſtulerit, & pignoratus fuerit in his rebus, in quibus licitum eſt pignorare, nullam calumniam, qui pignoravit, patiatur. Nam qui ſinè hac manifeſtatione pignorare præſumſerit, jubemus ut in duplum pignus reſtituat. Si verò inter creditorem, & debitorem, atque fidejuſſorem orta fuerit intentio, qualiter in anteriori Edicto legitur, quod à glorioſiſſimo Rothare Rege inſtitutum eſt, per ſacramentum determinetur. Nam ſi in præſentia duorum vel trium teſtium ſtipulatio facta fuerit, ut (26) eorum teſtimonio credatur, ut ſacramentum inter dantes, & accipientes minimè perveniat. Et ſi debuerint ipſi teſtes ſuum teſtimonium firmare, nobis, vel qui in tempore Princeps fuerit, vel Judici firmare debent. Et ſi homines non interfuerint, quando guadia datur, quicumque quaſi fidejuſſorem pignoraverit, componat, ſicut ſupra legitur. *II.* 21. 12. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

II.

Si quis mutuaverit (27) ſolidum cuicumque homini per cautionem, ſi intra V. annos creditor pulſaverit, & debitor non habuerit unde ſolvat, renovetur cautio ipſa uſque ad annos X. Et ſi intra annos X. pulſatus fuerit, & non reddiderit, & dilataverit, uſque ad annos XX. & fuerit pulſatus aut per Principem, aut per Judicem Civitatis, & probatum (28) fuerit per ipſam cautionem, debitor, aut heres ejus perſolvat. Nam ſi nec cautio fuerit intra annos X. bis renovata, neque (29) per Principem, aut Judicem oſtenſa fuerit, ſive manifeſta uſque ad XX. annos, jubemus, ut creditor poſtmodum taceat, & nullam habeat facundiam requirendi debitoribus ſuis (excepto ſi ei captivitas evenerit). De cautionibus autem, quæ uſque modo in præſenti Indictione III. factæ ſunt, intra quinque annos iſtos advenientes jubemus, ut renoventur aut exigantur. Nam ſi diſtulerint intra V. annos debitores ſuos pulſare, ut cautiones renoventur, aut debita reddantur, & ſic negligentiam fecerint, non habeant poſtmodum facundiam ipſa debita requirendi. De his autem cautionibus, quæ amodo factæ fuerint, ſic fiat, ſicut ſupra præmiſimus, atque ſtatuimus. *II.* 21. 13.

III.

Si (30) fratrem occiderit in peccatis, quamquam anterius Edictum contineat, ut proximi parentes homicidæ ſuccedant. Nos autem *proximos* fratres appellamus, ſi frater relictus fuerit, in res homicidæ fratris ſuccedat, ita ut ſecundùm qualitatem perſonæ de ipſa ſubſtantia homicidæ, ſi ille qui occiſus eſt, filios reliquerit, compoſitionem illis dare debeat. Reliquum autem, quod ſuperfuerit, ſibi habeat. Et ſi pecunia ipſius homicidæ in tantum fuerit ſub æſtimatione, quantum compoſitio eſt, aut fortè minus, habeant eam filii ipſius, qui occiſus eſt. Quòd ſi non reliquerit fratres unum aut plures qui occiſus eſt, quantumcumque fuerit ſubſtantia homicidæ, filius ipſius, qui occiſus eſt, in ea ſuccedere debeat. Quòd ſi non habuerit filios legitimos, proximi ſuccedant parentes per gradum. Quòd ſi nec parentes fuerint, qui ei legitimè ſuccedere poſſint, ſuccedat ei Curtis Regia. De anima verò homicidæ illius ſit in poteſtate Regis,

(24) Hanc etiam Præfationem nuſquam editam vidi. Eam exhibet Eſtenſis Codex MStus. Quum vero ſequentes Leges Anno *Regni Liutprand VIII.* & *Indictione III.* promulgatæ fuerint, conſequens eſt, ut referantur ad Annum Chriſti 720. In MSto legitur *Liuprand*; at ſcribendum, & non dubito quin ſcriptum quoque fuerit, *Liutprand*: ita enim hoc nomen efferunt marmora, & antiqui Codices manu exarati, non autem *Luitprandus*.

(25) Cod. Eſten. *quorum fides admittitur, in omnibus complere debeat. Et ſi diſtulerit.* Infra *ut per ſacramentum determinetur.*

(26) Idem Cod. *in eorum teſtimonio credant ambæ partes, ut ſacramentum inter dantes & accipientes minimè perveniat, ſed eis creditur.* Infra uterque Cod. *firmare debeant.*

(27) Cod. Eſten. *mutuaverit ſolidos* paulò poſt: *Si infra V. annos creditor pulſaverit, & non apparuerit, unde ſolvere poſſit.*

(28) Cod. Eſten. *& probatum fuerit; ipſam cautionem (cauſationem* habet alter Codex) *debitor, aut heredes ejus ſolvant.*

(29) Cod. Cathedr. Mutin. *neque Principi, neque Judici oſtenſa* &c. Infra Cod. Eſten. *excepto ſi ei captivitas evenerit, & probatum fuerit.* Infra: *Nam ſi diſtulerit quis infra* &c. Infra *non habeant poſtmodum facundiam ipſum debitum ad requirendum.*

(30) Cod. Eſten. *Si quis frater fratrem ſuum interemerit, quamquam* &c. Infra *quantalacumque ſit ſubſtantia ipſius homicidæ.*

Digitized by Google

gis, ſicut in anteriore Edicto legitur. *I.* 11. 2.

IV.

Si quis (31) negotium peragendum, vel pro qualicumque artificio intra Provinciam, vel extra ambulaverit, & intra tres annos regreſſus non fuerit, & forſitan infirmitas ei emerſerit, (32) faciat ſcire per Judicem, aut per Miſſum ſuum. Nam ſi hoc diſtulerit mandare, & filios reliquerit, habeant res ipſius in ſuo jure. Et (33) quicumque filii poſt tranſactum conſtitutum cautiones, vel venditiones, aut qualeſcumque obligationes de rebus fecerint, ſtabiles permaneant, & debita patris, & ſua perſolvant. Et ſi ipſe poſtea reverſus fuerit, jubemus, ut nec à ſuis filiis recipiatur, nec res ſuas in poteſtate habeat. Quia ſi filii ipſius ſinè notitia & juſſione Regis eum recolligere præſumſerint, omnes res ipſorum, & patris ſubſtantia ad Curtem Regis revolvantur. Et ſi filios non habuerit, ſed fratres, ipſi res ejus habeant. Et ſi nec fratres habuerit, habeant proximi parentes. Et ſi nec proximi parentes inventi fuerint, qui legibus ſuccedere poſſint, poſt prædictos tres annos Curtis Regia ei ſuccedat. Quia (34) ſi habuerit uxorem, & intra ſupradictum conſtitutum, hoc eſt tres annos, minimè reverſus fuerit, veniat ipſa (35) mulier ad Regem, qui in tempore fuerit, & qualiter ei ipſe maritandi licentiam dederit, aut de cauſa ipſius ordinaverit, vel tractaverit, ita facere debeat. Nam ſinè permiſſione Regis non præſumat maritum ducere. Et ſi ipſe poſt tres annos inventus fuerit, poteſtatem habeat Rex de eo judicare, qualiter voluerit. *II.* 3. 1.

(31) Cod. Cathedr. Mutinenſis. *Si quis in negotio peragendo*. Sequitur Cod. Eſten. *vel pro qualicumque artificio ſuo laborandum*.

(32) Cod. Eſten. *faciat ſcire Judici per Miſſum ſuum*. Infra *mandare*, idem eſt ac nobis *far ſapére*, *notum facere*: atque in ea ſignificatione frequentiſſimè occurrit apud Veteres; quod nonnulli minimè animadvertentes erraverunt.

(33) Corrigenda hæc ex utroque Cod. Mutinen. *Et cuicumque filii, tranſacto conſtituto* (*poſt tranſactum conſtitutum tempus* habet editio Boheriana) *cautiones* &c. *de rebus patris ſui fecerint*.

(34) Codices Mutinen. *Quòd ſi habuerit uxorem*, *& in iſto conſtituta*, *hoc eſt in tribus annis*.

(35) Uterque Cod. Mutin. & Ambroſ. *ipſa mulier ad Palatium Regis*. Infra *nam ſinè permiſſo Regis*. In fine neſcio quid ſibi velit idem Codex hæc exhibens: *Et ubi . . . . . poſt tres annos inventi fuerint, poteſtatem habeant de eis rebus judicare, qualiter voluerit*.

(36) Hunc quoque Prologum nuſquam editum legi. Do illum ex Msto Cod. Eſtenſi. Hæc autem nova Legum promulgatio facta eſt à Liutprando Rege *Indict. IV.* atque adeò Anno Chriſti 721.

(37) Cod. Cathedr. Mutin. *homo ad res ſuas alienare*, *excepto ſi pater ejus debitum* &c.

(38) Uterque Cod. Mutin. *major damnietas*. Atque ita legendum nemo non videt. *Damnietate* pro damno uſi ſunt & alii antiqui, ſed rudes Scriptores. *Onera ſolidorum* uſuras ſignificant.

(39) Cod. Eſten. *pro tempore fuerit*.

(40) Ambo Cod. Mutinen. *aliqua damnietas*. Videsne ergo, fuiſſe quoque in uſu apud Langobardos ſapientes viros, quos nunc appellamus *Giudici d'autorità*, à Rege delectos, qui contractibus minorum, ac mulierum conſenſum, & auctoritatem præberent.

(41) Cod. Eſten. *Et hoc ſtatuimus*. In fine *& quod judicaverit pro anima ſua*, *ſtabile* &c. Atque hinc intelligis non poſtremam virtutem Langobardis Regibus fuiſſe pietatem, quando liberum pupillis ac minoribus reliquerunt quidquid luberet ſacratis Deo locis, aut Xenodochiis legare.

EJUSDEM

LIUTPRANDI LEGUM

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS.

EGo in Dei omnipotentis nomine Liuprand Excellentiſſimus Rex Deo dilectæ & Catholicæ gentis Langobardorum reminiſcor jam ante ſuperioris Edicti corpori addere curavimus, licèt in parvo, tamen in voluminibus tribus, ideſt Primo, Quinto, Octavo Regni noſtri Anno, Indictione XI. XV. & III. ea quæ recta, & ſecundùm Deum tranquilla nobis comparuerunt. Nunc autem Regni (36) noſtri anno Deo protegente IX. die Kalendarum Martiarum, Indictione IV. penſitantes omnia, & recurrentes antiquioris Edicti Capitula, unà cum Judicibus, & reliquis Langobardis fidelibus noſtris in ..... in quarto volumine ſupplere & jungere prævidimus, quæ nobis Deoque recta comparuerunt.

CAP. I.

De ætate in quantis annis debet eſſe legitima.

HOc proſpeximus, ut intra XVIII. annos non ſit legitimus homo (37) ad res ſuas alienandas, excepto ſi pater debitum dimiſerit, habeat poteſtatem unà cum notitia Principis terræ ipſius, tantum de rebus ſuis dandi, quantum debitum ipſum fuerit, ut ei major (38) indemnitas propter onera ſolidorum non accreſcat. Et ipſe Princeps, qui pro tempore (39) vixerit, propter Deum, & animæ ſuæ mercedem, dirigat perſonam Deum timentem de ſua præſentia, quæ hoc ipſum ſapienter conſideret, ut ad ipſum infantulum aliquod (40) damnum contra rationem, aut per negligentiam minimè veniat. Et in nonodecimo anno homini Langobardo ſit legitima ætas, & quodcumque fecerit, aut judicaverit de rebus ſuis, ſtabili ordine debeat permanere. Et (41) ſtatuimus atque diffinimus, ut ſi cuicumque

Digitized by Google

que ante ipsos XVIII. annos evenerit ægritudo, & se viderit ad mortis periculum tendere, habeat licentiam de rebus suis pro anima sua in Sanctis Locis causâ pietatis vel in Xenodochio judicare quod voluerit, & quod judicaverit, stabile debeat permanere. *II.* 29. 1. *secundùm editionem Goldasti.*

II.

Si quis liber homo se defendendo liberum (42) hominem occiderit, & si probatum fuerit, quòd se defendendo liberum hominem occiderit, sic eum componat sicut in anteriori Edicto continetur, quod Rotharis instituit. Nam quis super alium ambulaverit, & sic eum pro quacumque causa occiderit, omnem substantiam suam amittat, & habeant eam heredes ipsius, qui occisus fuerit in hoc ordine. Ita sanè, ut si minus (43) ipsa substantia homicidæ, quàm antiqua compositio erat, aut nonnisi tantum, tunc res suas perdat ipse homicida, & persona ejus tradatur ad propinquos defuncti. Nam si (44) amplius habuerit substantiæ, quàm ipsa compositio anterior erat, amittat omnes res suas, & accipiant heredes mortui in antiqua tantum, quantum antiqua compositio fuerat, & quod superfuerit, habeat Curtis Regia, & medium heres defuncti, & ipse homicida animam suam liberet. *I.* 9. 19.

III.

Si servus cum voluntate domini sui hominem liberum occiderit, & probatum fuerit, tum dominus ejus omnes res suas amittat in eo ordine, sicut supra annexum est. Et si dominus ejus negaverit, quòd per ipsius consilium factum non fuisset, purificet (45) se ad legem Dei, & componat ipsum mortuum, sicut antea fuerat consuetudo, & ipse insuper servum tradat in manibus parentum defuncti. *I.* 9. 20.

IV.

Si qua mulier res suas consentiente (46) viro, aut communiter, venumdare voluerit, ipse qui emere vult, vel illi qui vendunt, faciant notitiam ad duos vel tres parentes ipsius mulieris, qui propinquiores sunt. Et si in præsentia de ipsis parentibus suis mulier illa violentiam (47) se pati dixerit, non sit stabile, quod vendiderit. Nam si in præsentia ipsorum suorum parentum vel Judicis, qui in loco præfuerit, violentiam se pati non reclamaverit, nisi (48) sua voluntate ipsas res se dixerit venumdare, tunc ab illo die omni tempore, quod vendiderit, stabile debeat permanere: ita tamen ut ipsi parentes, qui interfuerint, aut Judex in charta ipsa manum ponant. Et si contigerit casus, ut ille maritus moriatur, & ad alium maritum ambulaverit, stabilis permaneat ipsa venditio. Scriba autem, qui chartam ipsam scripserit, non aliter præsumat facere, nisi cum notitia parentum, vel Judicum, sicut supra dictum est. Et si aliter fecerit, sit ipsa venditio vacua, & præfatus Scriba sit culpabilis, sicut qui chartam falsam scripserit. *II.* 10. 2.

V.

Si quis servum suum aut ancillam in Ecclesia circa altare amodo liberum aut liberam dimiserit, sic ei maneat libertas, sicut illi, qui sulfreal in quarta manu traditus, & amond factus est. Nam (49) qui aldium facere voluerit, non eum ducat in Ecclesia, nisi alio modo faciat, qualiter voluerit, sive per chartam, sive qualiter ei placuerit. *II.* 34. 5.

VI.

Si mulier (50) libera servum tulerit, & parentes ejus intra anni spatium in eam vindictam dare neglexerint, sicut in anteriori Edicto continetur, tunc quandocumque post ipsum anni spatium inventa fuerit, sit ancilla Palatii, & (51) ipse servus similiter ad Palatium replicetur; & filii, qui ex eis nati fuerint, Curti Regiæ omnimodo serviant. Nam si parentes ipsius mulieris, vel dominus compleverint intra supradicti anni spatium, quod anterius Edictum continet, sic permaneant, *II.* 9. 3.

VII.

---

(42) Cod. Esten. *alium liberum hominem occiderit, & probatum fuerit, quòd se defendendo ipsum hominem occidisset, componat, sicut in anteriore Edicto continetur, quod gloriosus Rothar Rex facere jussit.* Æquiores Leges nullam indicunt pœnam alterum occidenti cum moderamine inculpatæ tutelæ.

(43) Cod. Esten. *ut si minus fuerit ipsa substantia homicidæ, quàm anterior compositio* &c.

(44) Uterque Codex Mutin. *Nam si ampliùs habuerit ipse homicida substantiam.* Infra *& accipiant hæredes ipsius, qui occisus fuerit, in antea tantum, quantum ipsa compositio est: & quod superfuerit, medietatem habeat Curtis Regia, & medietatem hæredes defuncti. Et ipse animam suam deliberet.*

(45) Hoc est jurejurando ad sacra Dei Evangelia suspicionem criminis à se amoveat. Infra Cod. Esten. *& insuper ipse servus tradatur in manus de parentibus defuncti.* Hæc & alibi vide Italicæ vulgaris Linguæ lineamenta: *In mano de' parenti del morto.* Ita & infra *in præsentia de parentibus suis.* Codex Cathedr. Mutin. habet *& ipsum insuper servum tradat in manus*, ut supra.

(46) Cod. Esten. addit *suo.* Alter Cod. *marito suo.* Infra *qui propinquiores fuerint.*

(47) Codex Estensis *violentiam aliquam se dixerit pati.* Hanc protestationem in antiquis Langobardicarum mulierum contractibus sæpissimè invenias, etiam donationum.

(48) Cod. Esten. *nisi voluntariè ipsas res suas* &c. Infra *manum ponant*, hoc est subscriptione sua publicas tabulas firment. Infra: *Scriba autem, qui chartulam ipsam fecerit, non aliter præsumat scribere, nisi cum licentia parentum, vel Judicis* &c. In Codice verò Cathedr. Mutin. hæc eadem Lex aliis verbis alio in loco repetitur, quare & mihi repetere liceat. *Si qua mulier res suas vendere voluerit, non absconsè, nisi in præsentia Principis, aut Judicis, vel Sculdais, seu duos, aut tres parentes suos secum habeat. Et sic Judicem roget; quia res meas volo vendere; & ipsa se venditricem faciat; & Mundualdo consentiat: & quod vendiderit, stabile sit. Scriba verò, qui chartulam ipsam fecerit, non aliter præsumat scribere, nisi cum notitia parentum, aut Judicis, qui in loco fuerit. Et si aliter fecerit, ipsa venditio vacua sit, & præfatus Scriba sit culpabilis, sicut qui chartulam falsam fecit.*

(49) Cod. Esten. *Nam qui amund facere* voluerit. Facere *amund* idem erat facere à se extraneum, & à suo jure dimittere, hoc est libertate donare. Idem alibi occurrit. Attamen sustinenda videtur edita lectio *qui Aldium*. Etenim *Aldii* fuere servi libertate donati, sed non omnimoda, qualem consequebatur manumissus *in Ecclesia*, sive *fulfreal & amund* factus. Adhuc enim Aldiones quibusdam oneribus ac tributis obnoxii erant erga veteres dominos. Vide supra Legem CCXXXIX. Rotharis *Nulli liceat.* In fine hæc addit Cod. Ambr. *sicut anteriori Edicto continetur.*

(50) Cod. Cathedr. Mutin. addit *aut puella.* Infra *vindictam dare noluerint, aut neglexerint.*

(51) Idem Cod. *& cum ipso servo ad publicam replicetur.* Infra uterque Cod. *vel dominus servi compleverint*, hoc est vindictam sumserint de crimine, atque illato sibi dedecore. In fine Cod. Cath. *quod anterior Edictus continet, sic permaneat, sicut antea fuit constitutum.*

Digitized by Google

VII.

Si quis cauſam habuerit, & Sculdaſio (52) ſuo eam adduxerit, & ipſe Sculdaſius juſtitiam ejus intra quatuor dies facere neglexerit, ſi ambo accuſatores ejus de ſub uno Sculdaſio ſunt, tunc componat ei, qui cauſam reclamavit, ipſe Sculdaſius ſolidos VI. & Judici ſuo ſimiliter ſolidos VI. Et ſi forſitan ille, ſuper quem reclamaverit, infirmus eſt, aut propter utilitatem ſuam in (53) aliam Civitatem eſſe dignoſcitur, exſpectet eum, dum revertatur, aut de infirmitate ſua convaluerit. Et poſtquam reverſus fuerit, aut de infirmitate convaluerit, ſi infra ſtatutos quatuor dies minimè eum ad juſtitiam diſtrinxerit, componat ipſe Sculdaſius ſolidos VI. ei, cujus cauſa eſt, & Judici ſuo ſolidos VI. Si verò talis cauſa fuerit, quòd ipſe Sculdaſius deliberare minimè poſſit, dirigat ambas partes ad Judicem ſuum. Et ſi Judex ejus cauſam ipſam dilataverit, & intra ſex dies inter eos per legem non judicaverit, componat illi, qui reclamaverit, ſolidos XII. Et ſi nec Judex deliberare potuerit, dirigat intra XII. dies ambas partes in præſentia Regis; nam ſi aliter fecerit ipſe Judex, & intra XII. dies, ut dictum eſt, juſtitiam ſuam non invenerit, qui proclamaverit, tunc componat ipſe Judex ſolidos XII., & Regi ſit culpabilis ſolidorum XX. *II.* 41. 1.

VIII.

Si homines de ſub uno Judice, de duobus tamen Sculdais, cauſam habuerint, ille qui pulſat, vadat cum miſſo aut epiſtola de ſuo Sculdaſio ad illum alium Sculdaëm, ſub quo ipſe eſt, cum quo cauſam habet: Et (54) ſi intra quatuor dies minimè juſtitiam fecerit, componat ille Sculdaſius, qui diſtringere neglexerit ei, qui reclamaverit, ſolidos VI. & Judici ſuo ſolidos VI. Et ſi talis fuerit cauſa, quam deliberare non poſſit, dirigat eos intra ſex dies ad Judicem ſuum, ſecundùm anteriorem Capitulum. Nam ſi qualiter ſuperiori Capitulo conſtitutum eſt, ſive Sculdais, ſive Judex in omnibus non compleverit, componat qualiter ſupra affixum eſt illi, qui cauſam ſuam reclamavit, ſolidos VI., & Judici ſuo ſolidos VI. & Judex componat illi, cujus cauſa eſt, ſolidos XII. & Regi ſolidos XX. *II.* 41. 2.

IX.

Si quis in alia Civitate cauſam habuerit, ſimiliter vadat (55) cum epiſtola de Judice ad Judicem, qui in loco eſt. Et ſi ipſe Judex ei juſtitiam intra octo dies minimè fecerit ad diſtringendum, aut non compleverit, componat illi, qui cauſam ſuam reclamaverit, ſolidos XX. Et ſi talis cauſa fuerit, quam deliberare minimè poſſit, ponat conſtiturum, & diſtringat hominem illum de (56) ſua Judiciaria, & faciat intra XX. dies in præſentia Regis venire. Nam ſi aliter fecerit, & diſtringere neglexerit, componat ſicut ſuprascriptum eſt, ſolidos XL. medium Regi, & medium ei, qui cauſam ſuam reclamaverit. *II.* 41. 3.

X.

Si quis cauſam habuerit, & Sculdais, aut Judex ei ſecundùm Edicti tenorem per legem judicaverit, & ipſe ſtare in eodem judicio minimè voluerit, componat (57) illi, cui judicavit, ſolidos XX.. Nam de ea cauſa, quæ per arbitrium judicata fuerit, & ipſe ſibi non crediderit legem judicaſſe, & ad Regem reclamaverit, non ſit culpabilis. Et ſi Judex contra legem judicaverit, componat ſolidos XL. medium Regi, & mediũ cujus cauſa fuerit. Et ſi forſitan Judex cauſam per arbitriũ judicaverit, & judiciũ ejus rectum non apparuerit, non ſit culpabilis, niſi præbeat ſacramentum Regi, quòd (58) iniquo animo, aut corruptus præmio, cauſam ipſam judicaſſet, niſi ſic ei legem comparuit eſſe, & ſit abſolutus. Nam ſi jurare non præſumſerit, componat, ut ſupra dictum eſt. *II.* 41. 4.

XI.

Et hoc (59) ſtatuimus, ut ei de ſuprascriptis Capitulis, quomodo adfiximus, qualeſcumque cauſæ antea emerſerint, aut factæ ſunt, in eo ordine finiantur, & remaneant, ſicut anterior fuit conſuetudo, vel qualiter in antiquo Edicti corpore continetur, (60) & amodo verò erunt, ideſt die Kalendarum Martiũm, Indictione IV. eveniente; vel fieri contigerit, ſic terminetur, & finem accipiat, ſicut in præſenti pagina conſtitutum eſt, excepta muliere libera, quæ ſervum tulerit, & ſecundùm anterius Edictum condemnata eſt, ubicumque inventa fuerit, ſit ancilla Palatii, & filii ejus ſervi Regis. *II.* 41. 4.

---

(52) Cod. Eſten. & *Sculdabi ſuo eam adduxerit, & ipſe Sculdabis juſtitiam ei intra quatuor dies facere neglexerit* (ſequitur uterque Codex) *ſi ambo cauſatores de ſub uno Sculdabi ſunt, tunc ponat ei, qui cauſam ſuam reclamavit* &c.

(53) Cod. Eſten. *in alia Civitate*. Infra *minimè eum ad juſtitiam faciendam diſtrinxerit*. Inferiùs *dirigat* &c. *ad præſentiam Regis*. In fine *tunc componat ei Judex ipſe ſoldos XII. & Regi ſoldos XX.*

(54) Uterque Codex: *Et ſi ei intra*.

(55) Cod. Eſten *vadat cum Miſſo, aut Epiſtola de Judice ſuo ad Judicem*. Infra uterque Cod. Mutin. & Ambroſ. *qui cauſam ſuam reclamavit, ſoldos XX. & Regi alios XX. Et ſi* &c.

(56) Cod. Eſten. *de ſub ſua Judiciaria intra XII. dies in præſentiam Regis venire*.

(57) Cod. Eſten. *componat illi, qui judicavit, ſolidos XXX. Nam* &c.

(58) Ambo Codic. Mutin. & Ambroſ. *quòd non iniquo animo*. Infra *& niſi ſic ei legem comparuiſſet*.

(59) Cod. Eſten. *Et hoc ſtatuimus atque diffinimus, ut ſi de ſupraſcriptis Capitulis, qua modo adjunximus*.

(60) Uterque Cod. Mutin. *continetur*. *Quæ verò amodo, ſcilicet à die iſto Kalendarum Martiarum Indictione IV. evenerint, vel fieri contigerint, ſic terminentur, & finem accipiant, ſicut in præſenti pagina ſtatuere viſi ſumus, excepto de muliere libera, quæ ſervum tulit, ut ſecundùm anterius Edictum condemnata non ſit, ſed ubicumque* &c. Eadem leguntur, & in Cod. Cathedr. Mutin.

Digitized by Google

EJUSDEM

LIUTPRANDI LEGUM
LIBER QUINTUS.

PROLOGUS.

(Cod. Ambr.) *Incipit de Anno Decimo*

QUoniam (61) quidem superiùs in hoc Edicti corpore ea, quæ nobis, & nostris Judicibus, vel ceteris Langobardis fidelibus nostris congrua paruerunt, in quatuor voluminibus adjungere curavimus; Et nunc si aliquid pro gentis nostræ salvatione adhuc adjicere credidimus, pro his Dei misericordiam adipisci, & de (62) tribulatione æterna ab ipso Domino Jesu Christo nihilominus promerere, ego in Dei nomine omnipotentis quidem Liuprand gentis Langobardorum Rex in quinto volumine augere curavimus.

CAP. I.

DE his feminis, quæ velamen (63) Religionis in se recipiunt, aut à parentibus suis Deo voventur, aut ipsæ elegerunt Religionis habitum, aut vestem Monachicam induere videntur, quamquam à Sacerdote consecratæ non sint, sic nobis justum apparuit esse pro Dei amore, ut in ipso habitu in omnibus perseverent, nec sit excusatio malis hominibus, (64) quòd consecratæ non sint. Et ideo si copulantur, culpam non habeant, sed ut supra præmisimus, quæ tale signum super se habeant, ideſt velamen, aut vestem Sanctæ Dei genitricis Mariæ, quocumque ingenio in se suscipiunt, postea ad secularem vitam vel habitum transire nullatenus præsumant. Quia considerare debet omnis Christianus, quòd si quiscumque secularis homo parentem nostram secularem sponsat, cum solo anulo eam subarrhat, & suam facit, & si postea aliam uxorem duxerit, culpabilis invenitur solid. D. Quanto magis debet causa Dei & Sanctæ Mariæ amplior esse, ut quæ ipsum velamen vel habitum suscipiunt in se, in eodem debeant (65) permanere? Si qua verò femina contra hoc, quod nostra instituit Excellentia, egerit, aut marito se copulaverit, perdat omnem substantiam suam, & deveniat ipsa substantia in potestate Palatii. De persona verò ejusdem feminæ, quæ tale malum commiserit, judicet Rex, qui pro tempore fuerit, qualiter illi placuerit, aut in Monasterio mittendo, aut qualiter secundùm Deum meliùs providerit. Simili modo & de victu, & de (66) vestimento ipse Princeps ordinet, qualiter illi placuerit. Si autem ille, in cujus mundio talis femina est, consentiens fuerit in suprascripto malo, & probatum fuerit, componat guidrigild suum; & ille, qui eam tollere præsumserit, componat in Palatio Regis solidos DC. Si autem Mundualdus ipsius feminæ in ipso malo consentiens non fuerit, medium de ipsis DC. solidis accipiat ipse, & Rex (67) medium. Qui autem talem feminam rapuerit, componat solidos M. ut præcedat causa Dei solid. C. quoniam de raptu secularis feminæ compositio DCCCC. solidorum in Edicto legitur. Ipsa verò, quæ (68) nunc servavit eam causam, quæ supra legitur, & malo supradicto consenserit, pœnæ suprascriptæ subjaceat. *II.* 37. 1. *secundùm editionem Goldasti*.

II.

Si quis rapuerit qualemcumque feminam liberam secularem, unde in anteriori Edicto legitur, componat solidos DCCCC. Ita volumus ut de illis CCCCL. solidis, qui pertinent ad parentes vel ad mundualdos earum, ut accipiant ex ipsis solidis mundualdi, qui fuerint pro tempore pro fatigio suo, & actione de ipsa pœna solid. CL. Reliquos verò CCC. habeat ipsa femina, cui talis injuria, aut detrectatio facta est. Si autem (69) pater, aut frater fuerit, & ipsæ feminæ in eorum mundio fuerint, tunc pater aut frater de ipsa compositione, quæ est solidorum CCCCL. faciant cum filia aut sorore sua qualiter voluerint. Nam alter Mundualdus, aut parentes sic dividant ipsam compositionem, sicut supra statuimus. *I.* 31. 11.

III.

De his, qui de illicito matrimonio nati sunt, vel nascuntur; ideſt (70) de matrina, aut filiastra, vel cognata, quæ fuit uxor fratris, aut soror uxoris, quia Canones sic habent, de duabus sororibus sicut de duobus fratribus, & qui de tali matrimonio natus fuerit, heres legitimus patri suo non sit, sed ipsam rem habeant parentes proximi. Et si paren-

(61) Ne hanc quidem Præfationem in editis à me visis legi. Eam exhibeo ex Cod. Estensi.

(62) Fort. *& retributionem æternam*, Ceterùm heic nonnulla deesse videntur; Annus videlicet Regni, Mensis, & Indictio, quæ in ceteris Præfationibus occurrunt. Ego incuria Librariorum excidisse puto.

(63) Uterque Cod. Mutin. *velamen sanctæ religionis in se suscipiunt*. Hoc est Deo sacrantur, suscepto velo, sive veste religiosa: quæ mulieres aut in propriis ædibus, aut in Monasteriis vitam ducebant. Infra *aut ipsæ sibi eligere religionis* &c. Et inferiùs *justum paruit esse*.

(64) Ambo Codices Mutinen. *melius hominibus dicendo, quòd consecratæ non sunt, & ideo si copulentur, peccatum, aut culpam* &c.

(65) Uterque Cod. MStus *debeant perseverare*. Infra *meliùs præviderit*.

(66) Codice Mutin. *& de vestimento ejus*.

(67) Cod. Cathedr. Mutin. *& medietatem Curtis Regiæ*.

(68) Codex Ambros. *& quæ non servavit*. Estensis verò *quæ non conservaverit ea, quæ supra leguntur, & malum istud consenserit* &c.

(69) Ideſt pro labore, sive fatigatione sua: quam vocem olim ab aliis adhibitam fuisse constat. Infra ambo Codices Mutin. *Si autem patrem aut fratres ipsa fœmina habuerit, & in eorum mundio fuerit*. Infra *nam aliter Mundualdi*.

(70) Codices Mutinen. *ideſt de matrinia*. Infra Cod. Esten. *nisi habeant ipsas res parentes propinqui*.

Digitized by Google

rentes propinqui non fuerint, ſuccedat Curtis Regia. *II.* 8. 3.

IV.

Hoc autem Deo adjuvante ſtatuere prævidimus, ut amodo nullus præſumat relictam de conſobrino, (71) aut ſobrino ſuo uxorem ducere. Si quis autem hoc, quod illicitum eſt, amodo facere præſumſerit, amittat omnem ſubſtantiam ſuam. Et qui de tali conjugio nati fuerint, legitimi heredes non exiſtant, niſi parentes propinqui. Et ſi parentes propinqui non fuerint, Curtis Regia ſuccedat. Hoc autem ideo affiximus, quia Deo teſte Papa Urbis Romæ, qui in (72) omni mundo toto caput Eccleſiarum Dei & Sacerdotum eſt, per ſuam Epiſtolam nos adhortatus eſt, ut tale conjugium fieri nullatenus permitteremus. *II.* 8. 4.

V.

Item hoc cenſemus, atque præcipimus, ut nullus præſumat commatrem ſuam ducere uxorem, ſed nec filiam, quam de ſacro fonte levaverit, neque filius ejus præſumat filiam illius uxorem ducere, qui eum de fonte ſuſcepit, quia ſpiritualem germani (73) eſſe noſcuntur. Et qui hoc malum facere tentaverit, perdat omnem ſubſtantiam ſuam; & filii, qui de tali illicito matrimonio naſcuntur, heredes eſſe non debent, niſi propinqui parentes; & ſi propinqui parentes non fuerint, Curtis Regia ſuccedat ei. Ubi autem inventi fuerint, qui ſupraſcripta illicita conjugia contraxerint, de præſenti ſeparentur, & pœnæ ſupraſcriptæ ſubjaceant. *II.* 8. 5.

VI.

Si quis ſinè voluntate Regis in qualicumque civitate contra Judicem ſuum ſeditionem (74) levaverit, aut aliquod malum fecerit, vel eum ſinè juſſione expellere quæſierit; aut alteri homines de altera civitate contra aliam civitatem, aut alium Judicem, ut ſupra, ſinè Regis juſſione (75) fecerint, aut eum expellere quæſierint, tunc is, qui in capite fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum, & omnes res ſuæ ad Palatium deveniant. Reliqui verò homines, qui cum illo in malo conſentientes fuerint, unuſquiſque componat in Palatio guidrigild ſuum. Et ſi caſam cujuſcumque (76) brutaverint, aut res eorum tulerint, qui (77) eam Palatio teneant, aut ipſis qui fidem in Palatio conſervant, componat omnes res ipſas, cui tulit eas, in octogild, & guidrigild ſuum, ut diximus, componat in Palatio. Hoc autem omnino providimus in præſenti Edicti pagina ſcribere, ut malum vitium (78) accreſcat, ſed amputetur, ut omnes in pace, & gratia Dei, & Regis vivere valeant. *I.* 19. 1.

VII.

Si quis dederit (79) guadiam, & eam recipere neglexerit per fidejuſſorem, componat, ſicut in anteriori Edicto legitur. Et ſi ille, qui ipſam guadiam acceperit, reddere neglexerit per fidejuſſorem, & apud eum remanſerit, ſic componat, quomodo & ille, qui guadiam ſuam recipere neglexerit. *II.* 21. 14.

VIII.

Si quis alii homini guadiam dederit, & antequam eam per fidejuſſorem liberet, violenter de manu illius (80) abſtulerit, componat ei, cui ipſam guadiam de manu abſtraxerit, ſolidos XXIV. Hoc autem ideo affigere præcipimus, ne tali cauſa ſcandalum oriatur, aut animæ pereant. *II.* 21. 14.

IX.

Si quis alii guadiam dederit, & voluerit eam per fidejuſſores ſuos recipere, & adduxerit ad eum, qui guadiam receperit, fidejuſſores, unum aut duos, vel tres, & ipſe dixerit: *neſcio, qui ſint*, ut damnum ei facere poſſit: tunc adducere ei debeat fidejuſſores, aut de illa civitate, unde ipſe eſt, qui guadiam dedit, aut (81) unde ipſe eſt, qui ſuſcepit. Et ſi ibi minimè inventi fuerint, tunc ſuſcipere debeat ipſe, qui guadiam accepit, fide-

(71) Cod. Eſten. *de conſobrino, aut inſobrino ſuo.* Baluzius Tom. I. Capitular. pag. 540. Legem Pippini Italiæ Regis adfert, ubi ſeparandus dicitur, qui *uxorem Conſobrino, aut Inſobrino ſuo uxorem duxiſſet.* Lege, ut heic, *relictam de Conſobrino* &c. Fortaſſis appellatus *Inſobrinus* Conſobrini filius. Infra Cod. Eſten. *& qui de tali coitu nati fuerint, legitimi hæredes non exiſtent; niſi parentes propinqui habeant ipſas res. Et ſi.*

(72) Cod. Cathedr. Mutin. *qui in omni mundo caput : ecleſiarum Dei eſt, per ſuam Epiſtolam nobis adhortavit.* Vide nobile elogium Apoſtolicæ Sedis, & Regi Liutprandi laudandam pietatem. Nimirum paucis ante annis, ut ex Paulo Diacono, & Anaſtaſio Bibliothecario diſcimus, Phocas Imperator, Epiſcopi Conſtantinopolitani temeritatem damnans, & Romanorum Pontificum jura a Chriſto manantia confirmans, ſtatuerat, ut Eccleſia Romana *caput omnium Eccleſiarum* foret. Huc alludere videtur Liutprandus. In Cod. Eſten. legitur, *& Sacerdotum*, ut in editis.

(73) Cod. Cathedr. Mutin. *germani ſunt, & eſſe noſcuntur.* Confraternitatem hanc ſpititualem obſtitiſſe, ne inter compatris aut commatris, filios, & filium aut filiam è ſacro fonte ſuſceptam, nuptiæ inirentur, teſtatur etiam Zacharias Papa apud Gratianum Cauſ. 30. quæſt. 4. cap. 3. *Bene tua* &c. Sed ejuſmodi cognatio ſublata demum fuit. Infra iidem Codic. Mutin. *beredes eſſe non debeant.*

(74) Cod. Cathedr. Mutin. *ſeditionem, aut aliud malum fecerit, vel eum ſinè juſſione Regis expellere quæſierit.*

(75) Cod. Eſten. & Ambroſ. *juſſione ſeditionem levaverint, & aliquod fecerint, aut expellere ſinè Regis voluntate quæſierint, tunc ille, qui in caput fuerit, animæ ſuæ incurrat periculum, & omnes res ejus Publico deveniant.* Codex verò Cathedr. Mutin. & Ambroſ. *& omnes res ejus infiſcentur ad Publicum.* Non hinc ſolum, ſed & ex innumeris aliis veterum locis intelligimus *Publicum, Partem Publicam, Rem Publicam* idem ſignificaſſe atque Palatium ac Jura Regis, ita ut cæcutire voluerint, qui has voces alieno planè ſenſu accipere noſtris temporibus voluerunt.

(76) Editio Boheriana *bructaverint*, & in poſtilla *bluttaverint*. Cod. Cathedr. Mutin. vetuſtiſſimus apertè habet *blutaverint*. Interpretes explicant pro *evacuaverit, ſeu exſpoliarint*. In Cod. Eſten. corruptè ſcriptum *babitaverint*. Italica Lingua habet verbum *bruttare* pro conſpurcare, fœdare. Fortaſſis eadem ſignificatione uſurpatum eſt *brutaverint*; nam quod ſequitur, *aut res eorum tulerint*, ſatis indicat *brutare* diverſum quid ab exſpoliatione ſignificaſſe.

(77) MSti Mutinenſis: *qui cum Palatio Regio (aut cum Rege* alter Cod. pariterque Ambroſ. *(tenent, & fidem ſuam cum Judice in Palatio conſervant, componant omnes res ipſas, cui eas abſtulerint.*

(78) Uterque Codex *vitium non creſcat, ſed amputetur, ut & omnes in pace & in Dei gratia & Regis vivere valeant.* Ambroſ. Cod. *vitium non accreſcat.*

(79) Cod. Eſten. *dederit alii VVadia.* Infra *componat ſolidos XXXIII. ſicut.* Infra *& ſi ille, qui ipſa VVadia acceperit.*

(80) Idem Codex *illius abſtraxerit, cui eam dedit, componat.* Infra *ne pro tali cauſa.*

(81) Codex Eſtenſis, *aut de illa, unde eſt ipſe, qui VVadia ſuſcepit.* Infra Cod. Cathedr. Mutin. *conliberti ejus cognitum habent.*

fidejussorem liberum hominem, quem conlibertus ejus cognitum habeat, & dicat ei. *Ego scio, quia ei credere potes:* ut homo ille, qui guadiam dedit, damnum non patiatur. *II.* 21. 16.

X.

(Cod. Ambros.) *De anxestata, & fidejussore.*

Si quis alii homini guadiam dederit pro quacumque causa, & fidejussorem posuerit, & postea ipsi fidejussori antesteterit, aut pignus de manu tulerit, & probatum fuerit, componat solidos XX. *II.* 21. 17.

XI.

Si quis alii homini guadiam dederit, & fidejussorem posuerit, & ipse fidejussor eum pignoraverit, & pignora ipsa ad creditorem ejus dederit, & postea ipse, cujus pignora fuerint, per (82) vim ea tulerit, componat ipsa pignora in octogild. *II.* 21. 18.

XII.

Si quis alium ante constitutum pignoraverit, & probatum fuerit quòd ante constitutum pignorasset, componat ipsum pignus in octogild. *II.* 21. 19.

XIII.

Si (83) Judex, aut Actor publicus in qualicumque civitate, aut loco inter homines, qui aliquam discordiam habent, treugas tulerit, & unus ex ipsis hominibus, inter quos ipsæ (84) treugæ latæ, sibi eas ruperit, & medium de ipsis treugis componat in Publico, & medium illi cujus causa est, & ipsæ treugæ non sint minus (85) quàm solid. CCC. Qui autem forsitan amplius pro majoribus causis ponere voluerit, sit eis licentia. *II.* 24. 1.

XIV.

Si quis (86) alii homini qualemcumque rem donaverit, & lannechild susceperit, & postea eam defendere minimè potuerit, tunc aliam talem rem, qualem donavit, qualis in illa die invenitur esse, reddat cui donavit, & ampliùs non calumnietur. Et si de colludio pulsatus fuerit, satisfaciat (87) ad Evangelia, quòd nullum colludium cum alio homine de ea re factum habeat, & sit absolutus à culpa, sic tamen, ut suprascriptam rem consimilem reddat cui donavit. *II.* 36. 2.

CAP. XV.

De servo fugace, & advena homine, si in alia (88) Judiciaria inventus fuerit, tunc Decanus, aut Saltarius, qui in loco ordinatus fuerit, comprehendere eum debeat, & ad Sculdasium suum perducat. Et ipse Sculdasius Judici suo consignet, & ipse Judex potestatem habeat eum inquirendi, unde ipse est. Et si inventus fuerit, quòd servus sit, aut fur, mox mandet ad Judicem, aut ad Dominum ejus, unde ipse fugerit, & habeat pro (89) prehensura servo pro pompo solidos II. Si verò post inquisitam causam ipse homo, qui comprehensus est, aut inquisitus fuerit, liber apparuerit, nulla sit ei culpa, qui eum comprehendit, aut inquisivit. Si verò Decanus, aut Saltarius hoc facere distulerit, componat solidos IV. medium Sculdasio suo, & medium cujus causa fuerit. Et si Sculdasius hoc neglexerit facere, componat solidos VIII. medium Judici suo, & medium cujus causa est. Si verò Judex ad eum inquirendum, vel mandatum faciendum, unde ipse homo est, distulerit, componat solidos XII. in Palatio Regis. Et si ille Judex, cui mandatum fuerit, neglectum fecerit ad ipsum hominem recolligendum, aut Arimanno suo faciendum mandatum, quòd in tali loco homo tuus comprehensus est, & si hoc neglexerit, componat in Palatio Regis solidos XII. Et sit spatium de ipso mandato faciendo in his partibus in mense uno, & trans Alpes in partibus Tusciæ mensibus duobus. 1. *I.* 36. 2.

XVI.

Si quis (90) stalariam alterius capellaverit, componat ei, cujus stalaria fuerit, solidos VI. *I.* 20. 33.

XVII.

Si quis fossatum in terra aliena fecerit, & suam non potuerit probare, componat ei, cujus terra est, solidos VI. *I.* 28. 4.

XVIII.

Si quis in terra aliena miserit sepem, & suam non potuerit probare, componat ei, cujus terra est, solidos VI. *I.* 28. 6.

XIX.

(82) Uterque Codex Mutin. *per virtutem tulerit. Virtus* pro vi, ac violentia sæpe in his Legibus usurpatur, uti & in Salicis, ac Alamannicis.

(83) Ambo Codices Mutinenses. *Si quis Judex, aut Actor Publicus*, idest aut Minister, & Procurator Regis. Infra Cod. Cathedr. *inter homines aliquam discordiam habentes, trewas tulerit.*

(84) Codex Estensis, *ipsæ trewæ tultæ sunt* (*ipsas trewas tultas sunt* habet alter Codex) *eas tulerit, medietatem de ipsis trewis* (sequitur Cod. Cathedr.) *componat in Palatio, & medietatem* &c. Quæ heic dicuntur *treugæ latæ*, idem significat, ac induciæ per Ministros Regis inter discordes indictæ. A *treugas tulerit* descendit *trewæ tultæ*, hoc est indictæ. Cæterùm *tultus* pro *ablatus* in usu fuit apud antiquos. Gregorius M. Lib. XI. Epist. 25. *de eodem Monasterio ancillas Dei tollere, & unde tultæ fuerant, Monasteria revocare*. Sed heic alio sensu.

(85) Cod. Cathedr. Mutin. *non sit minus quàm solidi CC.* Estensis verò *quàm solidi III. Si autem ampliùs forsitan pro* &c.

(86) Cod. Cathedr. *Si quis alio homini*. Infra uterque Cod. *& Launechild*.

(87) Cod. Esten. *satisfaciat ad*. Infra *de ea causa factum habeat. Et si juraverit, sit solutus de culpa*.

(88) Cod. Esten. *si in aliena Judiciaria*. Cod. Cathedr. *si in alia Judiciaria*. Hoc est, ut nunc dicimus, in alterius civitatis districtu. Infra *tunc Decanus, aut Saltarius*. Cod. Esten. habet *Deganus*. Uti fuere *Centenarii*, qui centum familiis ruralibus præerant, ita & *Decani* numerabantur, qui decem familiis præsidebant. Judices autem minimi in ruribus fuisse videntur, quum constet eos habuisse Placita. *Sculdai* autem fuberant, hoc est Judici Pagi, *Saltarii* fuere, qui saltus & silvas publicas, imò & fines agrorum custodiebant. Infra idem Codex *& ad Sculdais suum adducat, & ipse Sculdais*.

(89) Cod. Esten. & Ambros. *pro pressura de ipso servo pro caput solid. II.* Ita & Cod. Cathedr. in quo *pro prensura*. Infra in eodem Cod. legitur: *Et si Sculdais neglectum posuerit*. Infra Cod. Esten. *Et si ille Judex, cui mandatum venerit* &c. *aut ad ipsum Arimannum suum mandatum faciendum, quia in tali loco homo tuus comprehensus & hoc neglexerit*. In fine *trans Alpes verò in finibus Tusciæ*.

(90) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis astalia alterius* &c. *cujus astalia fuerit*. Sunt *qui stalariam*, sive *stalaria*, & *stalariam* interpretantur *arboretum, unde pali inciduntur*. Infra Boherius; & Chartæ veteres confirmare videntur. Piscinam, sive vivarium piscium indicare videtur Charta à Du-Cangio laudata. Nam *astalia* positum est, ut designetur silva, unde *hastæ*, seu *hastilia* cædebantur.

Digitized by Google

XIX.

Si quis liberum hominem foris provinciam vendiderit, & probatum fuerit, componat guidrigild ejus, tamquam si eum occidisset. *II.* 25. 2.

XX.

Si quis servum alienum foris Provinciam vendiderit, & probatum fuerit, in quadruplum componat, sicut appretiata fuerit ipsa persona. *II.* 25. 3.

XXI.

Si quis servum alienum sinè voluntate domini sui in sacramentum miserit, aut (*) manum in caldaria mittere fecerit, componat domino ejus solidos XX. *I.* 34. 1.

XXII.

Si quis servum alienum sinè voluntate domini sui in manu (91) Regis dederit, & probatum fuerit non suum servum dedisse, componat Regi, qui pro tempore fuerit, solidos C. & ipse servus revertatur ad proprium dominum, & sit servus, cujus antea fuit. Et insuper ille, qui eum illicitè liberavit, componat domino ejus solidos XX. *II.* 34. 6.

XXIII.

Si quis servum alienum sinè voluntate domini sui dimiserit, aut per se, aut per (92) qualecumque ingenium (excepto per manum Regis) & probatum fuerit, quòd servum alienum liberasset, tunc ipse servus revertatur ad proprium dominum suum, & sit ejus servus, sicut antea fuit; & ille, qui eum illicitè liberavit, componat domino ejus solidos XX. *II.* 34. 7.

XXIV.

Si quis servum alienum sinè voluntate domini sui (**) clericaverit, componat, domino ejus pro illicita præsumtione solidos XX. & ipse servus revertatur ad proprium dominum, & dominus habeat eum, sicut voluerit. *I.* 34. 2.

EJUSDEM
LIUTPRANDI LEGUM
LIBER SEXTUS.

PROLOGUS.

PErcepimus (93) enim, & firmiter retinemus, quoniam per gradus & tempora in bono proficere opere, & semper ad meliora ascendere videtur, qui in Deo ita operatur, ut ejus pietas & misericordia eum illustret, qui omnes vult salvos fieri, & ad agnitionis suæ veritatem venire. Ergo si pro gentis nostræ salvatione, aut pauperum fatigatione aliquid posuimus, quod in Edicti corpore adjungamus, quàm quæ in quinque voluminibus adjunximus, credimus quòd Dei misericordia in nobis retribuat eam causam, quòd pro solo Dei timore & in eleemosyna hoc faciemus, ut omnis causa per rationem & justitiam terminetur, nec sit aliquis error, sed magis in nobis justitia, unde sinè intermissione nomen Domini benedicat. Ideo ego Liuprand in Dei nomine excellentissimus Christianæ & Catholicæ Langobardorum gentis Rex, anno Regni mei Christo protegente XII., die Kalendarum Martiarum, Indictione VII. unà cum Judicibus & reliquis Langobardis fidelibus nostris, hoc adjungere in Edicti curavimus pagina in volumine Sexto, quod fuerit multis supervenientibus causis. Idest primo.

CAP. I.

SI quis chartam donationis per garanthix factam, aut per susceptum (94) lannechild, vel fortè per comparationem ostenderit, & res, unde licet, non possederit, & dixerit, quòd munimen suum absentatum fuisset, & si per XXX. annos aut supra ista possessio fuerit, non habeat adversùs eum, qui possedit, facundiam loquendi cum munimine ipso, quod ostendere videtur, nisi ipse, qui per XXX. annos possedit, firmiter possideat, quia gloriosissimus Grimoaldus Rex per XXX. annos institutam habet possessionem. Nam si intra XXX. annos possessio ista fuerit, potestatem (95) habeat cum munimine suo dicendi quod voluerit, & ipse, qui possedit, secundùm Edictum respondeat. *II.* 35. 6. *secundùm editionem Goldasti.*

II.

(*) Cod. Esten. *aut in caldaria eum fecerit manum mittere.* Hoc est subire judicium *Aquæ ferventis*, cujus ritum vide apud Martene de Antiqu. Eccles. Ritib. Tom. III. Lib. III. Cap. VII. & apud Du-Cangium in Glossar. verbo *Aqua*.

(91) Hoc est coram Rege manumiserit, denario excusso ex illius manu. Infra uterque Cod. Mutin. & Ambros. *Et insuper qui eum in manu Regis dederit, componat.*

(92) Cod. Cathedr. Mutin. *aut per qualemcumque hominem.* Infra uterque Cod. *servum alienum libertasset* &c. *illicitè libertavit.*

(**) Hoc est Clericum ordinandum curaverit, neque enim servi à sacris Ordinibus arcebantur, dummodo libertate priùs donarentur. In fine Cod. Esten. *Et ipse dominus ejus eum* &c.

(93) Ne hanc quidem Præfationem in editis, quæ mihi sunt ad manus, legi. Indictio *Septima* indicat Annum 724. quo hic Sextus liber à Liutprando promulgatus est. Neque heic prætermittendum, pleraque ex hisce Præfationibus datas esse *Kalendis Martiis*, aut *pridie Kal, Martii*. Nempe quia solemnis totius Langobardici Regni conventus eo die celebrari consuevit, Optimatibus cunctis ad ea Comitia coëuntibus. Illa verò habebantur sub dio, in patenti Campo, qui propterea *Campus Martius* appellabatur, quale nomen adhuc Veronæ perdurat. Ibi novæ Leges promulgabantur, aliaque magni momenti negotia expediebantur. Fuit & Regibus Francis eodem tempore idem mos, ut Cangius Glossario ostendit.

(94) Cod. Esten. *per garachinx facta, aut per susceptum Launichild.* Cod. Cathedr. Mutin. *Launigild.* Infra Cod. Esten. *& res ipsas unde legitur* (*secundùm quod legitur* habet alter Codex) *non possederit, & dixerit, quòd si monimen* &c.

(95) Uterque Cod. Mutin. *pontificium habeat eum monimine*, seu *monimento suo* &c. Supra quoque eadem vox *pontificium* occurrit. In fine iidem Codices *si secundùm Edictum respondeat.*

Digitized by Google

II.

Si quis ſervum ſuum (96) ſulfreal thingaverit, & amond à ſe fecerit, vel quocumque modo eum à ſe abſolverit, in manu Regis dando, aut in Eccleſia circa altare ducendo, & poſtea ipſe libertus voluntatem patroni ſui fecerit, manifeſtare debeat ipſe libertus libertatem ſæpiùs Judici, & ad vicinos ſuos, qualiter abſolutus eſſe videtur, ut poſtea nullo tempore ipſe patronus, aut heres ejus contra eum, qui (97) libertus eſt, querelam poſſit movere, dicendo quòd ei debeat obedire, pro eo quòd ſua ſponte pro beneficio de domino ſuo voluntatem ejus fecerat, ſed firma ut ſupra maneat libertas. *II.* 34. 8.

III.

Si quis alium de furto pulſaverit, & per pugnam eum vicerit, aut fortè per diſtrictionem à Publico factam manifeſtaverit, & compoſitio facta fuerit, & poſtea ipſum furtum apud alium hominem inventum fuerit, & certa veritas apparuerit, quòd ipſe, qui priùs compoſuerat, rem ipſam non (98) furatus fuerit ab eo, omnia, quidquid eſſe compoſuerat, recipiat ab eo cui compoſuerat; & ipſe componat, apud quem furtum ipſum poſtea inventum fuerit. Nam ſi aliquid per ſacramentum ſuum dederit, habeat, cui dederit. Nam ſi certa veritas non apparuerit, quòd alter homo furtum ipſum feciſſet, & per diſtrictionem manifeſtaverit, & compoſuerit, habeat ſibi ipſam compoſitionem, cui compoſuerit. *I.* 26. 59.

IV.

Si quis debitum fecerit, & res ſuas vendiderit, & tale fuerit ipſum debitum, quod (99) ſolvere non poſſit, & filius ejus per uxorem ſuam aliquid conquiſierit, vel poſtea ſibi per quodcumque ingenium laboraverit, poſtquam genitor ejus omnes res ſuas venumdaverit, vel pro debito ſuo creditoribus ſuis dederit, aut à Publico intromiſſæ fuerint, (100) non habeant facundiam creditores res ejus, quas filius de conjuge ſua habere videtur, vel poſtea conquiſivit, aut laboravit, repetendi, aut diſtrahendi, ſed habeat ſibi filius ejus jure quieto. Sic tamen, ut ſi à creditoribus pulſatus fuerit, præbeat ſacramentum, quòd de rebus patris, aut matris ſuæ, ſi ipſa in mundio patris ſui mortua fuerit, nihil apud ſe habeat, nec alicubi commendaſſet, aut abſcondiſſet, & ſit abſolutus. Et ſi poſt apud eum inventum fuit de rebus parentis, componat in octogild. *II.* 21. 20.

V.

Si infans, dum (1) intra ætatem eſt, res ſuas cuicumque vendiderit, aut infiduciaverit, & poſtea quum in legitimam ætatem pervenerit, chartam ipſam ſecundùm legem irrumpere voluerit, & in rebus ipſius introire, non habeat poteſtatem qui emit aut infiduciavit, qui dederit, requirendi. Quia quando comparavit, aut infiduciavit, tunc debuit proſpicere, quia puer ipſe infra ætatem erat, & contra legem faciebat. Propterea conſtitutum eſt, ut qui intra ætatem fuerit, minimè vendere aut infiduciare poſſit. Et talem cauſam eum habere dicimus, qui emit, aut infiduciavit, qualem & ille habere videtur, qui de ſervo, aut aldione emere aut infiduciare dignoſcitur. *II.* 29. 2.

VI.

Si quis (2) Gaſtaldius, aut Actor Regis Curtem Regiam habens ad gubernandum, & ex ipſa Curte alicui ſinè juſſione Regis caſam tributariam, terram, ſilvam, vites, vel pratum auſus fuerit donare; aut ſi amplius, quàm juſſio Regis fuerit, dare præſumſerit; vel ſi (3) quærere neglexerit, quod per fraudem ablatum eſt, omne quidquid contra juſſionem Regiam facere auſus fuerit, in duplum octogild componat, ſicut qui rem Regiam furatus eſt. Et ſi ipſe aut mortuus fuerit, quàm fraus ipſa appareat, heredes ejus componant, ſicut ſupra legitur. Nam ſi per Actorem fraus facta fuerit, & antequam ad noſtram pervenerit notitiam, fraus ipſa per Gaſtaldium inventa fuerit, habeat ipſe Gaſtaldius de compoſitione, quam Actor componere debet, partem tertiam, & duæ ſint in Curte Regia. Et ſi priùs per qualemcumque hominem ad noſtram pervenerit notitiam, quàm per Gaſtaldium inventa fuerit, tunc compoſitio ipſa in integrum nobis, & Curti noſtræ perveniat. Quòd ſi Judex,

(96) Cod. Eſten. *fulfreal, & amund à ſe fecerit.* Infra *in manu Regis dandum, aut in Eccleſiæ circa altare ducendum; poſteaque ipſe libertus voluntatem patroni ſui fecerit*: hoc eſt pergat adhuc antiquo domino ſuo famulari. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *debeat libertus ipſam libertatem ſuam ſæpiùs Judici, aut ad vicinos ſuos, quod liber abſolutus eſſe videtur, & poſtea* &c.

(97) Uterque Cod. Mutin. *qui libertatus eſt.* Infra Cod. Eſten. *pro beneficio domini ſui.* In fine *ſed firma ei permaneat ſua libertas.*

(98) Codices Mutinen. *non furaſſet* (*non furavit* alter ex eis) *omnia quidquid ipſe compoſuit, recipiat ab eo, cui compoſuerit.* Infra Cod. Eſten. *aliquid pro ſacramento ſuo dedit, habeat ipſe, cui dederit.* Infra *nam ſi certa veritas non fuerit.*

(99) Cod. Eſten. *quod ſanare non poſſit.* Cod. Cathedr. *quòd ſanari non poſſit,* Infra *aut à Publico intromiſſæ fuerint.* Suſpicatur DuCangius *intromiſſas res dici*, quæ *à Judice in Fiſcum relatæ*, ſeu *confiſcatæ* fuerint. At in Cod. Eſten. legitur *aut à Publico intromiſſi* fuerint: hoc eſt, ut arbitror, creditores decreto Judicis in poſſeſſionem bonorum debitoris immiſſi fuerint. Ita quoque hæc interpretatur antiquus Commentator editus.

(100) Cod. Eſten. *non habeat licentiam creditor ejus res, quas* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *non habeant licentiam creditores ejus res, quas* &c. Infra idem Cod. *nec alicui commendaſſet.* In fine uterque Codex. *Et ſi poſtea apud eum inventum fuerit aliquid de rebus paternis, componat in octogild*, ſive *actogild*, ut heic & alibi habet idem Cod. Eſten.

(1) Cod. Eſten. *dum infra ætatem eſt, res ſuas cuiquam vendiderit, aut infiduciaverit*, hoc eſt obligaverit, ſive in pignus ac fiduciam dederit. Nos dicimus *impegnare*. Infra Cod. Cathedr. *& rebus ſuis ipſis introire voluerit.* Alter Cod. *& in res ipſas introierit.* Tum uterque Cod. *non habeat pontificium qui emit, aut cui fiduciavit, quod dedit ad requirendum.* Infra *& contra Legem faciebat, poſtquam conſtitutum eſt.*

(2) Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis Gaſtaldius, vel Actor Publicus.* Jam ſupra adnotavi *Regium*, & *Publicum* idem olim fuiſſe. Infra Cod. Eſten. *vel terram, ſilveta, vel prata auſus* &c.

(3) In Cod. Eſten. legitur *vel ſi requirere neglexerit, quod per fraudem tultum eſt, omnia ipſe, qui hæc contra* &c. In Codice etiam Cathedr. Mutin. legitur *tultum eſt*, unde nunc Italica vox *tolto*. At delicatuli heic & alibi Langobardicam elegantiam expunxere. Supra Cap. XIII. hujus Libri VI. videmus à Gregorio quoque Magno ejuſmodi vocem adhibitam fuiſſe. Infra uterque Cod. *ſicut qui res Regias furaverit* habet alter ex iis). *Et ſi ipſa antæ mortuus fuerit.* Infra *nobis & Curti noſtræ pertineat.*

Digitized by Google

dex, aut Actor Regis, vel heredes eorum pulsati à nobis fuerint, quòd (4) neglectum fecissent, præbeant sacramentum in tali ordine, & dicant: *quòd fraudem ipsam pater noster numquam scivit, nec consensit, nec neglectum posuit ad perquirendum, nec nos culpabiles per legem esse debemus*: & sint postea absoluti: Hoc enim Capitulum amodo statuimus firmum esse; nam quidquid antea factum est, in nostro arbitrio reservamus. Et hoc proinde statuere prævidimus, pro eo, quòd multas fraudes à Gastaldiis, vel Actoribus nostris factas invenimus, unde jam multas fatigationes habuimus. Nam quod à nostris decessoribus cuicumque datum est, stabili ordine volumus permanere, sicut & illud, quod nos dedimus, & dehinc dederimus. *I.* 35. 1.

VII.

Si aldius cujuscumque cum libera muliere, aut puella fornicatus fuerit, componat solidos L. ei, in cujus mundio fuerit, & illa reputet vitium suum, pro eo quòd aldio consenserit. *I.* 32. 3.

VIII.

Si quis alii guadiam de sacramento dederit, & sacramentales dicti fuerint, & postea ipse, qui nominatus est, cùm ad sacramentum venerit, & Evangelia posita fuerint, se subtrahere voluerit, ut sacramentum rumpatur, ut in anteriori Edicto legitur, tunc (5) præbeat priùs ille, qui jurare debet, ad sacramentales suos sacramentum, quod cum eis munditer juret. Et si sacramentales ipsi ipsum sacramentum audire noluerint, & se aliquis subtrahere voluerit, ut ille causam suam, qui jurare debuerit, perdat, jubemus, ut manifestare debeat ipse sacramentalis, qui se subtrahere voluerit, certam veritatem, pro qua causa ei jurare minimè præsumat. Et si manifestare (6) noluerit, sacramentum præbeat, quòd nullum colludium habeat cum homine illo, qui sacramentum audire debeat, nisi quòd animam suam timendo, non præsumat sacramentalis esse; & ipse postea, qui jurare debeat, habeat spatium per XII. noctes ad perquirendos ipsos sacramentales, qui propè sunt. Equidem si de longinquo sunt, quomodo de Tuscia, vel de Austria, per noctes XXIV. (7) quærat alium sacramentalem, quem in loco ipsius ponat, & sic sacramentum deducat, ut guadiam dederit. Et si jurare ausus non fuerit, aut manifestare non potuerit, quidquid ipse, cui sacramentum interdixerit, damnum passus fuerit, de propriis rebus suis restituat ei, *II.* 55. 14.

IX.

Recolimus (8) qualiter jam statuimus, ut qui hominem liberum occidere præsumserit, res suas in integrum perdat. Et qui se defendendo liberum hominum occiderit, componat secundùm qualitatem personæ. Nunc autem statuere prævidimus, quomodo sit ipsa quantitas consideranda. Consuetudo enim est, ut pro minima persona, quæ exercitalis homo invenitur esse, CL. solidos componat (9), & pro eo, qui primus, CCC. solidos. De Gasindiis verò nostris volumus, ut quicumque (10) ex minimis occisus fuerit, in tali ordine, pro eo quòd nobis deservire videtur, C. solidorum fiat compositio. Majores verò secundùm quales personæ fuerint, ut in nostra consideratione, vel successorum nostrorum debeat permanere, quomodo ipsa compositio ad CCC. solidos debeat ascendere. *I.* 9. 21.

X

Si quis testimonium falsum contra (11) aliquem reddiderit, aut in charta falsa sciens manum posuerit, & ipsa fraus manifesta fuerit, componat guidrigild suum, medium Regi, & medium ei, cujus causa fuerit. Et si talis persona fuerit, quæ non habeat unde (12) componat, tunc Publicus debeat eum dare pro servo in manu, cui culpam fecit, & ipse eidem serviat sicut servus. Et ipse, qui alium rogat testimonium falsum dicere, aut pro causa sua manum in charta (13) ponere, sic componat, sicut testes ipsos falsos jussimus componere, pro eo quòd ipsum malum fuit inchoatum. *II.* 51. 1.

XI.

(4) Subdit Cod. Esten. *ad inquirendas res nostras, & ipsi dixerint, quòd ipsum fraudem nescissent, & nullum neglectum fecissent, præbeant* &c. Ita quoque in Cod. Ambros. & Cathedr. Mutin. Infra. *Hoc enim Capitulum amodo statuimus, ut firmum sit.* Infra *in nostrum arbitrium reservamus.* Et in fine hæc ibi: *& in antea dederimus.*

(5) Cod. Esten. *tunc illi priùs præbeat sacramentum, qui jurare debet, ad illos sacramentales suos* (sequitur etiam Cod. Cathedr. Mutin.) *quod cum eo munditer jurent. Et si sacramentales ipsi audire noluerint, & si aliquis in omnibus subtrahere quæserit: tunc ipse causam suam, qui jurare debuerit, non perdat.* Nempe *Sacramentales* testes erant, qui coram Judice affirmabant ad sacra Dei Evangelia, & jurabant, se credere, reum quempiam, sive accusatum, aut ipsum actorem, sive accusatorem vera dixisse, quum juravit. Ac propterea *Conjuratores* quoque appellatos videas. Infra Cod. Esten. habet *pro qua causa jurare minimè præsumat.*

(6) Uterque Cod. Mutin. *Et si manifestare minimè potuerit* (sequitur Cod. Esten.) *præbeat sacramentum, quòd nullum concludium habeat factum cum homine illo, qui sacramentum audire debet, nisi pro anima sua timendo* (*nisi animam suam salvandum* habet Codex Cathedralis) Infra Cod. Ambros. pro *Austria* habet *Neustria.*

(7) Cod. Esten. *Et quærat sibi alium* &c. Infra *sicut wadium dedit.* In fine Cod. Cathedr. Mutin. *cui sacramentum in terra juraverit, damni passus* &c.

(8) In utroque Codice Mutin. legitur: *Reminiscimur enim, qualiter.* Infra iidem Codices: *sit ipsa qualitas consideranda.* Ita & Ambros.

(9) Cod. Esten. *componat, qui eum occiderit, & qui priores sunt, CCC. solidos.* Codex verò Cathedr. Mutin. *& qui primus est, CC. solidos.* Sequitur *De Gasindiis*, hoc est iis, qui famulatum nobis præstant & familiares nostri sunt. Nunc *Cortigiani.* Et fortasse latiùs ea vox excurrebat, complectens quoscumque Regi servientes à primo ad ultimum.

(10) Cod. Esten. *ut quicumque minimus sit* (*minores sunt* legitur in altero Codice); tum uterque Cod. *& in tali ordine occisus fuerit, pro eo quod nobis deservire videtur* (*deserviunt* habet alter Codex) *CC. solidis fiat compositus.* De *majoribus* verò, *secundùm qualis persona fuerit.* Et in fine: *quousque ad CCC. solidos ipsa compositio debeat ascendere.*

(11) In ambobus MStis Mutinen. legitur: *contra quemcumque hominem reddiderit, aut in chartula falsa se sciente manum posuerit, & ipsa fraus manifestata fuerit.*

(12) Uterque Cod. Mutin. *unde componere possit, tunc Publicus debet eum dare pro servo in manu ejus, cui culpam fecit, & ipse ei deserviat* &c. *Publicus* idest Minister Regis, uti Comes, Galstaldius &c.

(13) Cod. Esten. *in chartula falsa ponere fecerit* (sequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *componat, sicut & ipsi falsi testes, quos jussimus componere, pro eo quòd ipsum malum per ipsum fuit inchoatum.* Paria habet Cod. Esten.

Digitized by Google

XI.

De eo præcipimus (14) qui filiam in capillo in casa habuerit, & filium non reliquerit legitimum, ut de rebus suis amplius per nullum titulum cuicumque per donationem, aut pro anima sua facere possit, nisi partes duas; tertiam verò relinquat filiæ suæ, sicut glorioſissimus Rotharis Rex instituit. Quia qui thinx facit, & postea filia nascitur, in tertiam partem ipsum thinx rumpitur, secundùm anterius Edictum. Et si duæ fuerint aut ampliùs, in medietatem.. Ideo dum ipsum Edictum loquitur de thinx, quod est donatio, nobis comparuit, quòd per nullam donationem, nec per lannechild possit filiam suam de ipsa tertia portione substantiæ suæ exheredem facere. Et si duæ aut plures fuerint, de medietate. *II.* 20. 1.

XII.

De libero homine, qui uxorem de servo, aut (15) aldio suo, vivente ipso marito, tulerit, & filii, aut filiæ exinde nati fuerint, nullatenus ei succedant, sed nec libertatem suam habeant, nec per ullum ingenium eis de rebus suis aliquid facere possit, quia in dubium venit causa ipsa cujus (16) filii aut filiæ non sunt ambo vivant, & dominus & servus, qui ante habuit, & postea tulit. *I.* 33. 4.

XIII.

De Cautione. (*Cod. Ambros.*)

Si quis alii cautionem fecerit, & non ei obligaverit nominativè de rebus suis, nisi dixerit in ipsa (17) obligatione, *in quibuscumque locis de rebus suis potuerit invenire*, & postea (18) vendiderit ad alium hominem, habuit ipse, qui eas emit. Nam si obligatæ fuerint nominativè, non eas possit vendere, dum usque ipsam cautionem sanaverit. Et qui cautionem facere (19) noluerit, aut nominativè obliget de rebus suis, qualiter inter eos convenerit, aut faciat ipsam cautionem de tantis rebus, quantum in illa die soli ipsi fuerint. *II.* 21. 21.

XIV.

De aldionibus, qui de personis suis (**) aldiones sunt, si aliqua compellatio facta fuerit, patroni eorum eos defendant per sacramentum, aut per pugnam, juxta qualis causa fuerit. *II.* 44. 1.

XV.

Si aldius cujuscumque in casa alterius nesciente (20) domino suo fugerit, quum inventus fuerit, sic debeat dare homo ipse, qui eum habuerit, operas, quomodo de servo. *I.* 26. 61.

XVI. (*)

Si (21) inter fratres per XL. annos possessio fuerit de rebus, seu de casis, vel de terris, quæ indivisæ sunt, vel inter parentes, qui per XL. annos possedit, qualiter præsumat dicere, per sacramentum ad Sancta Dei Evangelia affirmet, quòd de avo, aut de patre, aut de fratre, aut de aliquo parente ipsa res suas habeat factas, aut per donationem, aut commutationem, aut per æstimationem, aut per comparationem, aut quomodo præsumserit dicere aut affirmare. Et liceat ei postea ipsas res illibatas habere, & possidere. Aliæ verò res, quæ divisæ fuerint inter fratres, seu nepotes, vel ubi mensura tracta est, sortes stantes adæquentur. Nam ubi per XL. annos mensura minimè ambulaverit, & causa probata fuerit, quòd jure quieto possediſſet, sicut supra legitur, per sacramentum finiatur, excepto si communiter aliquid possediſſet. *II.* 35. 7.

XVII.

De Causa, quæ per pugnam quæritur. (*Cod. Ambros.*)

Si quis alium asto animo compellaverit de pugna, quæ (***) fieri solet per pravas personas, præbeat sacramentum ipse, qui compellat solus, & dicat juratus, quia non asto animo eum per pugnam fatigare quærat, nisi quòd certam habeat suspicionem sive de furto fuerit, sive de incendio, aut unde ipsa compellatio agitur. Et si hoc juraverit, postea va-

(14) Cod. Estен. *De eo, qui filiam in capilla in casa habuerit, & filios non reliquerit legitimos, ut de rebus* &c. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *sicut à glorioso Rotbari Rege institutum est. Quia quando thinx facit.* Cod. Estен. *quia qui thinx facit, & postea filia nascitur in tertia parte* &c. Infra idem Codex: *Ideo, dum in ipso Edicto legitur de thinx* &c.

(15) Cod. Estен. *aut de aldione suo, vivente ipso servo, aut aldione* &c. Cod Cathedr. habet *vivente ipso marito*. Infra Cod. Estен. & Ambros. *nullatenus ei hæredes succedant.*

(16) Cod. Estен. *cujus filii aut filiæ sint, quando ambo vivunt.* Cod. verò Cathedr. *cujus filius aut filia si quando vivant.* In fine Cod. Estен. *qui ante habuit eam, & postea tulit.*

(17) Ambo Codices Mutin. *in ipsa cautione.*

(18) Cod. Estен. *vendiderit alii homini de rebus suis, habeat ipse eas, qui emit.* Infra uterque Codex *ipsam cautionem non sanaverit.*

(19) In Cod. Estен. habetur *facere voluerit.* In fine uterque Codex *quantum in illa die solidi ipsi fuerint.*

(*) Ergo Aldiones nonnulli erant suis personis adhuc obnoxii dominis, à quibus fuerant manumissi; & alii, qui tantùm ad onera quædam realia obligabantur.

(20) Cod. Cathedr. Mutin. *sinè notitia domini sui fugerit, cum invenerit eum dominus ejus* &c.

(**) Ita scribere pergo, Estensem Codicem sequutus. Verùm heic finem habere Librum VI. Legum Liutprandi, & Septimum inchoari, Ambrosianus Codex MStus evincere videtur; nam post Legem XV. fragmentum hoc ibi legitur: *Explicit Edictum Anni XIV. Incipit Edictum Anni XVI. . . . . Capitulo, & mos scilicet Regni nostri, Deo largiente, Quarto decimo die Kal. Martiarum Indictione Nona, quia etiam & Judicibus & fidelibus nostris de partibus Austriæ & Neustriæ nobiscum adfuerunt, & hìc omnia inter se conlocuti, & nobis renuntiantes, nobiscum pariter statuerunt atque definierunt, & cum præsentalibus suis Capitula ista relecta omnibus placuerunt, & præbentes assensum statuerunt nobiscum, ut nihilominus per ordinem scribantur.* Ergo quæ Leges hinc decurrunt, spectant ad Annum 726. & hinc Liber novus exordium sumit.

(21) Codex Cathedr. *Si quis inter fratres per XL. annos possessor fuerit.* Infra Cod. Estен. *qualiter præsumit.* Infra idem Cod. *aut de patre, vel matre, vel de fratre, aut qualis parens fuerit.* Infra Cod. Cathedr. *aut quomodo ausus fuerit dicere.* Codex verò Estен. *aut quomodo præsumit dicere, aut firmare.* Et inferiùs Cod. Cathedr. *postea ipsas res in libertate possidere*

(***) Cod. Estен. *quod fieri solet per pravas personas.* Improbatur heic iniquus compellandi usus *ad pugnam*, quod postea Italica Lingua dixit *sfidare à duello.* Attamen verum amo. Toties in ipsis Langobardorum, uti & aliarum Gentium Legibus, singularia certamina proponuntur, ut heic eos solùm argui putem, qui ex malignitate colorata causas conquirebant, ut ad singulare certamen alterum cierent. Verùm nemo pugnam suscipere cogebatur, nisi præstito priùs juramento à compellante, se non *asto animo*, hoc est doloso animo, neque sinè justa causa pugnam appetere.

Digitized by Google

vadat exinde ad pugnam : sin autem minimè jurare præsumserit, non sit ipsa causa per pugnam judicata atque finita. *II.* 55. 15.

XVIII.

Si quis liber homo ad alium liberum hominem consilium dederit de perjurare, aut casam alienam incendere, ubi homo cum rebus suis inhabitat, aut mulierem alienam, aut puellam tollere, aut rapere; & causa approbata fuerit : componat pro illicito consilio, quod contra rationem ministravit, solidos C. Ita sanè ut inter ista Capitula, quæ dicimus, unde compositio per ipsum datur, qui ipsum malum fecit, solid. DCCCC. ipse consiliator componat solidos C. Et unde compositio sit de solidis CCC., consiliator componat solidos L. Et si minus de solidis CCC. fuerit ipsa compositio, consiliator componat solidos (22) XL. Minus, non medium, ex istis capiat Palatium Regis; medium ei, cujus causa fuerit. Et si ipse, de quo dicitur, qui ista mala consiliatus fuerit, vetare voluerit, quòd tale consilium non dedisset, præbeat sacramentum cum legitimis sacramentalibus suis juxta qualis causa fuerit, & sit solutus à culpa, nam per pugnam non fatigetur. Nam si rei veritas manifesta fuerit, componat ut supra. *I.* 4. 1.

XIX.

De donatione, (23) quæ sinè thingatione, aut sinè lannechil facta est, minimè stare debet: quia etsi specialiter in Edicto sic non fuit institutum, tamen usque modò sic fuit judicatum. Ideoque pro errore tollendo hoc scribere in Edicti pagina jussimus, & (24) qui fuerint propinqui parentes, ipsi succedant, & si ipsi superstites fuerint, qui ipsam donationem sive lannechild dederint, possint eam sibi recolligere, excepto si in Ecclesia, aut in loco Sanctorum, aut in Xenodochio pro anima sua aliquid quidpiam donaverit, stabile debeat permanere. Quia in loco Sanctorum, aut in Xenodochio, nec thinx, aut lannechild impedire debet, eo quòd pro anima sua factum est. *II.* 15. 5.

XX.

De jussione (*sive* divisione) de rebus infantis. (*Cod. Ambros.*)

Si infans dum intra ætatem est, res suas cum fratribus, aut cum (25) parentibus dividere voluerit, aut si ipsi cum ipso infante dividere voluerint, faciant Judici notitiam, & ipse Judex faciat venire parentes ipsius propinquos, ut unà cum ipsis aut per se, aut per Missum suum bonam personam Deum timentem (26) veniat, quæ res ipsas dividat; sic tamen, ut omni tempore sortes stare debeant, & adæquatio percurrat. *II.* 29. 3.

XXI.

Si infans dum infra ætatem est, causam habuerit cum qualicumque homine, similiter faciat Judex parentes ipsius venire propinquos, & accedat ad locum cum ipsis parentibus, & deliberet causam ipsam per justitiam, & faciat (27) notitiam, in eorum præsentia causam ipsam deliberaverit, & judicatum suum emittat, ut ipse, qui causam suam quærit, non perdat justitiam suam, pro eo quòd ipse infans infra ætatem esse videtur. Judex autem, quomodo ordinaverit, aut qualiter fecerit, causam in his Capitulis, de eo qui intra ætatem est, habeat (28) retributorem Deum omnipotentem sive in bono, sive in malo. Et Missus ille, quem Judex direxerit pro diffiniendis causis, quas supra diximus, si in aliquam partem per fraudem cor suum declinaverit, aut fecerit ea, quæ opportuna non sunt, ut infans damnum habeat, qui infra ætatem est, & non fecerit æqualitatem, & probatum fuerit, quòd fraudem feciſſet, aut colludium contra ipsum infantem statuisset, de proprio suo restauret quod fraudulenter divisit. Hoc autem omnino proinde dicimus, ut infans ille, qui causam suam nescit legitimè procurare, damnum non habeat. *II.* 29. 4.

XXII.

Religiosa (29) semina, quæ vestem & habitum sanctæ religionis in se susceperit, & si contigerit ex peccato, ut adulterium voluntariè committat, quicumque ipsam sanctimonialem feminam adulteraverit, componat solidos CC. quia de secularibus feminis Edictum continet, ut componantur pro adulterio solid. C. Et nos prospeximus veram esse justitiam, ut Dei (30) omnipotentis causæ, & Sanctæ ejus Genitricis Mariæ, cujus vestem susscepit, duplicentur. De pecunia autem ejusdem religiosæ (31) feminæ, quæ, quod absit, voluntariè adulterium perpetravit, sic fiat, sicut jam an-

(22) Cod. Esten. *soldos XL minus verò non. Medietatem ex omnibus istis Capitulis in Palatio Regis, & medietatem cujus causa fuerit.* Cod. verò Cathedr. Mutin. *solidos XL. minus non. Medietatem omnia de suprascriptis Capitulis in Palatio Regis* &c. Infra Cod. Esten. *quòd ista mala consiliasset.*

(23) Hæc ita in Cod. Cathedr. Mutin. leguntur. *De donationibus quæ sinè Launigild, aut sinè commutationibus, stare non debeant.* In Estensi *sinè Launechild, aut sinè obingatione*: quam vocem corruptam puto. Papias in Glossis exponit *tbingationem* pro *mutua donatione*. At quid *tbingatio* diversa fuisset à *Launechild*? Quum enim quis alicui donationem faciebat, prædii aut alterius alicujus rei, uti supra innui, donatus & ipse aliquod aliud munus rependere donanti debebat. Hoc autem donum retributum *Launechild* appellabatur. Vide exempla in Antiquitatib. Estensib. Cap. 25. pag. 252. & Cap. 27. & Du-Cangium in Glossar. Latino.

(24) Audi Codicem Cathedr. Mutin. parum dissimilem ab Estensi: *Ut qui fuerit propinquus parens, ipse succedat. Et si ille superstes fuerit, qui ipsam donationem sinè Launigild dedit, post se debeat recolligere.* Cod. Esten. *possit eam ad se recolligere.* In fine: *Quia in loca Sanctorum* &c. *impedire debet quod pro anima* &c. Et sanè in donationibus Ecclesiæ factis *Launechild* non memoratur.

(25) Cod. Esten. *aut cum parentibus suis.* Alter Cod. *cum fratribus suis, aut consobrinis suis.*

(26) Cod. Esten. *Deum timentem res ipsas dividat.* In fine *& æquatio currat.*

(27) Codices Mutinen. *& faciat notitiam exinde in quorum præsentia* &c. Heic *notitiam faciat* potiùs quàm *notum facere* significare videtur, præcipiat *ut charta*, sive instrumentum scribatur. Ita & quod subsequitur *judicatum emittat* indicare videtur, literis tradere sententiam à se promulgatam.

(28) Cod. Esten. *habeat remunerationem à Deo omnipotente.* Infra *ut ille infans damnum patiatur.* Infra Cod. Cathedr. Mutin. *de proprio suo restituat.* Codex verò Esten. *restauret ipsi infanti quod* &c.

(29) In Cod. Cathedr. Lex ista ab his verbis exordium ducit : *Si qua vestem & habitum.* In Esten. *De Religiosa semina* &c. *in se suscepit, si contigerit* (sequitur alter Codex) *pro peccatis, ut adulterium.*

(30) Cod. Esten. *ut in Dei omnipotentis causa* &c. *cujus vestem suscipiunt* &c.

(31) Idem Cod. *sanctimonialis semina, quæ, quod absit, voluntariè* (ut in Cod. Cathedr.) *adulteraſſet, sic fiat, sicut in anteriori Edicto* (Cod. Cathedr. habet *in anteriore Capitulo*) *legitur, quæ jam antea* &c.

Digitized by Google

antea de religiosis feminis statuimus, quæ se marito copulaverint. *II.* 37. 2.

XXIII.

Si duo fratres, aut si pater & filius thingati (32) fuerint, si unus ex ipsis sinè filiis, vel filiabus mortuus fuerit, Curtis Regia ei succedat. Ideo autem hoc scripsimus, quia & si affixum est in Edicto propriè non sit, tamen omnes Judices, & fideles nostri sic dixerunt, quòd (33) cadarfedra antiqua usque nunc sic fuisset. *II.* 14. 25.

XXIV.

De possessione, quam (34) aliquis de Publico habet, & per XL. annos quietus possedit, liceat ei inantea sinè aliqua molestatione habere, & possidere. Hoc autem ideo statuimus, quia possessio aliorum hominum secundùm Langobardorum legem in XXX. annis finitur: Causæ quidem Regales, unde compositio exspectatur, duplicatas statuit decessor noster Rotharis Rex componere. Propterea nobis rectum cum nostris Judicibus comparuit esse, ut etiam in ista causa de possessione duplicentur ipsi anni, ut fiant LX. Et si Judex, aut Actor noster ipsum, qui possessionem talem habet, pulsaverit, quòd ipsam rem injustè possedisset, aut invasisset, & non sint completi LX. anni, tunc ille, cujus possessio est, dicat juratus ad Sancta Dei Evangelia aut de se, aut de patre, aut de avo, quòd ipsas res per Principem, qualem ausus fuerit nominare, data fuisset, & ipse, aut parentes ejus per LX. annos possedisset, nec eam per legem dimittere debeat, & sit postea securus. Et si hoc facere ausus non fuerit, aut fortè Gastaldius, aut Actor probare potuerit, quòd (35) completa LX. annis possessio ista non sit, & veritas apparuerit, quòd de Publico fuisset, aut ostendat præceptum, aut amittat rem ipsam in Publico, si LX. anni in ipsa possessione non fuerint completi. Et si forsitan aliquis de servo, aut aldione Regis comparaverit, & probata causa fuerit, relaxet ipsam rem in Publico: quia de servo, aut aldione Regis, possessio venditionis esse non debet, sicut nec de aliorum servis, aut aldionibus. *II.* 35. 8.

XXV.

De eo homine, qui caballum in mercato comparare voluerit, ut ante duos, vel tres homines eum emere debeat, & (36) non secretè. Et si aliquis postea ipsum caballum cognoverit, habeat testimonium in quorum præsentia comparavit, & ei postea furti calumnia non fiat. Et si ad istos testes non crediderit, qui furtum quærit, firment ipsi testes per sacramentum, excepto si tales personæ fuerint, quibus aut Rex, aut Judex sinè sacramento credere possit. Et si homines non habuerit, in quorum præsentia comparavit, nisi simpliciter dixerit, quòd comparavit de Franco, aut nescio à quali homine, componat ipsum caballum pro furto. *II.* 28. 2.

XXVI.

De furibus (37) unusquisque Judex in sua civitate faciat carcerem sub terra, & cùm inventus fuerit cum ipso furto, componat, & comprehendat eum, & mittat in ipso carcere ad annos duos, vel tres, & postea dimittat eum sanum. Et si talis persona fuerit, ut non habeat unde ipsum furtum componere (38) debeat, Judex debet eum dare in manibus illius cui furtum fecerit, & ipse de eo faciat quod voluerit. Et si postea ipse iterum in furto tentus fuerit, decalvet eum, & cædat per disciplinam, sicut decet furem, & ponat in eo signum in fronte, & in facie. Et si nec emendare voluerit, & post ipsas districtiones in furto tentus fuerit, vendat (39) eum foris provinciam, & habeat sibi pretium ipsius, verumtamen ut probata causa sit, & non eum sinè vera probatione debeat vendere. *I.* 26. 62.

XXVII.

Si quis homo caballum perdiderit, aut aliam qualemcumque rem, vadat ad Judicem, qui in loco positus est, ubi ipsum furtum (40) fuerit, & dicat ei omnia qualiter ei contigerit. Et si Judex neglectum fecerit ad inquirendum ipsum furem, componat de suo proprio. Et si dixerit, quòd neglectum (41) non feciſſet, præbeat sacramentum, quòd ad inquirendum neglectum non feciſſet, nisi quòd invenire non potuiſſet; & si juraverit, sit absolu-

(32) Hoc est per *thinx manumissi fuerint*, *libertate eis donata*. Vide supra Legem CCXXV. Rotharis. Infra Cod. Esten. *Ideo autem hæc in hoc Edicto scripsimus*, *quia sic adfixum in Edicto propriè non fuit*.

(33) In Cod. Cathedr. Mutin. *quod VVarfrida antiqua*. In Estensi: *quod per cadarsi*, idest *antiquitus*, *usque nunc fuisset judicatum*. *Cadarfredam* Boherius, & alii explicant *consuetudinem*, & usum; judicatum nempe fuerat ex consuetudine, & usu de hac re usque ad Liutprandi tempora, non autem ex lege.

(34) Cod. Cathedt. Mutin. *qui aliquid de Publico*, idest de rebus ad Regem spectantibus. Infra *quietus & quieto* habent Codices Mutinenses.

(35) Cod. Esten. *quòd completi LX. Anni in possessione ipsa non sint*. Infra: *Et si forsitan aliquid de servo*. Alter Cod. *de servis*, *aut aldionibus Regis*.

(36) Codices Mutinen. *nam non secretè*. Infra *quòd comparasset de Franco*, *aut nescio unde*, *aut de quali homine*: ita Cod. Cathedr. Alter verò: *quòd comparasset de extraneo*, *aut nescio de quali homine*.

(37) Cod. Esten. *De furonibus*, *ut unusquisque*. Alibi quoque fures appellatos videas *furones*. Cod. Cathed. Mutin. absque titulo suprascripto ita exorditur hanc Legem: *Unusquisque Judex* &c. *& cùm inventus fuerit fur* (sequuntur ambo Codices) *ipsum furtum componat*, *& comprehendat ipsum furonem*, *& mittat in ipso carcere* (seu *mittat ipsum in carcere*) *usque ad annos* &c.

(38) Rectiùs in MSto Esten. *componere possit*, *debeat eum Judex dare in manu ipsius*, *cui ipsum furtum fecit*. Infra *sicut decet* (seu *debet*) *furonem*, ut habet alter Codex *& ponat signum in frontem & faciem*. *Et si sic non emendaverit*. Ergo apud Langobardos candenti ferro signabantur in fronte ac genis fures, tum in pœnam delicti, tum ut ab iis dimissis reliqui in posterum sibi caverent. Id in usu fuit & apud alias gentes. Verùm Constantinus Magnus *l. si quis in metallum*. Cod. Theodosian. & Justinian. de Pœnis vetuit ne in damnati *facie scribatur*, *quum & in manibus* (hoc est in brachiis) *& in suris possit pœna damnationis una inscriptione comprehendi*, ne facies, *quæ ad similitudinem pulchritudinis est cœlestis figurata*, maculetur. Vide infra Legem XLIV. & LXXXIV. Caroli Magni. Certè multa pro hoc usu, & contra, dici possent.

(39) In Cod. Esten. *vendat eum Judex foris provincia*, *& habeat sibi Judex pretium* &c. uti & in altero Codice.

(40) Cod. Esten. *ubi furtum factum fuerit*. Infra uterque Cod. *ad inquirendum ipsum furtum componat de proprio suo ipsum furtum*.

(41) Idem Cod. *quòd nullum neglectum feciſſet*, *præbeat sacramentum*, *quòd neglectum ad inquirendum ipsum furtum non feciſſet*. In fine ambo Codices: *componat ut supra ipsum furtum de proprio suo*.

Digitized by Google

solutus. Quòd si jurare ausus non fuerit, componat ipsum furtum à suo proprio. *I.* 26. 63.

XXVIII.

Si quis (42) currum, & boves in silva sua invenerit, & ligna super eum imposita, aut qualicumque re oneratum, & ipsos boves aut currum comprehenderit, & ad propriam domum suam duxerit, non sit culpabilis pro eo, quòd in rebus suis invenerit. *I.* 24. 5.

XXIX.

De omnibus Judicibus, quomodo (43) in exercitu ambulandi causa necessitas fuerit, non mittant alios homines, nisi tantummodo, qui unum caballum habeant, hoc est (44) homines quinque, & tollant ad sumas suas ipsos caballos sex. De minoribus hominibus, qui nec casas, nec terras habeant, dimittant homines decem, & ipsi homines ad ipsum Judicem faciant per hebdomadam unam operas tres, usque dum ipse Judex de exercitu revertatur. Scultasius verò dimittat tres homines, qui caballos habeant, ut tollant ad sumas suas ipsos caballos tres; & de minoribus hominibus dimittantur quinque, qui faciant ei operas, dum ipse reversus fuerit, sicut ad Judicem diximus per hebdomadam operas tres. Saltarius (45), qui caballum unum tollat, & hominibus minimis, qui ei operas faciant, & tollat hominem unum, & faciant operas, sicut supra legitur. Et si amplius aut Judex, aut Sculdasius, aut Saltarius dimittere præsumserit homines sinè Regis permissu, aut jussione, qui ad exercitum (46) ambulare deberet, componat guidrigild suum in sacro Palatio. Hæc autem omnia superiùs comprehensa, quæ per (47) Judicem finita, & statuta sunt, quæ autem modò emerserint, sic numerentur, sicut nunc in præsenti pagina affiximus. *I.* 15. 7.

XXX.

De Magicis.

Si quis timoris Dei immemor ad ariolos, A vel ad ariolas (48) pro aruspicibus, aut qualibuscumque responsis accipiendis ambulaverit, componat in sacro Palatio medium pretii sui, sicut appretiatus fuerit, tamquam si eum aliquis occidisset, & insuper agat pœnitentiam secundùm Canonum instituta. Simili modo & qui ad arborem, quam (49) rustici *Sanctum* vocant, atque ad fontanas adoraverit, aut sacrilegium, vel incantationem fecerit, vel similiter, medium pretii sui componat in sacro Palatio. Et si quiscumque sciens ariolum, vel ariolam, & non eas manifestaverit, aut ipsos celaverit, qui ad ipsos ariolos, vel ariolas vadunt, & non manifestaverit, pœnæ (50) subjaceat. Qui autem servum suum, aut ancillam ad ipsos ariolos, B aut ariolas ad aliqua responsa ab eis accipienda transmiserit, & probatum fuerit, pœnam componat. Si verò (51) servus, aut ancilla sinè voluntate dominorum suorum, & tantùm sua auctoritate, ad ariolum aut ariolam ambulaverit, similiter ad aliqua responsa accipienda, tunc dominus eorum venumdare eos debeat foràs provinciam. Et si neglexerit dominus eorum hoc facere, suprascriptæ pœnæ subjaceat. *II.* 38. 1.

XXXI.

Si quis Judex, aut Sculdais, aut Saltarius, vel Decanus de loco, ubi ariolæ fuerint, neglexerit amodo intra tres menses eos inquirere & invenire, & per alios homines inventi C fuerint, tunc componat unusquisque de loco (52) medium pretii sui, sicut supra lex est. Et si manifestum fuerit, quòd aut Judex, aut Sculdais, & Saltarius, aut Decanus, ubi ipsi arioli, aut ariolæ sunt, & eos non condemnaverit, aut præmium tulerit, aut quasi causa pietatis, vel pro qualicumque ingenio absolverit, integrum (53) guidrigild suum in Palatio componat. Nam si per Judicem inquisiti fuerint, & sinè notitia Sculdais, tunc habeat ipse Judex potestatem foràs provinciam eos

(42) Cod. Esten. *Si quis carra & boves*. Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis carrum & boves & lignamen superpositum, in silva* &c.

(43) In ambobus Codicibus Mutinens. hæc ita leguntur: *quando in exercitum ambulare necesse* (*necessitas* alter ex eis) *fuerit, non dimittant* &c. Hoc est non sinant domi remanere, nisi qui *unum caballum* habent. Neque hos omnes immunes ab exercitu relinquere licebat, sed ex iis paucos tantùm, ut infra.

(44) In utroque MSto Mutin. *hoc est homines sex, & tollant ad saumas suas* &c. Hinc Italica vox *soma*, imo & *salma*, & *salmerìa*. Infra Codices iidem: *De minoribus hominibus, qui nec casas, nec terras suas habent.*

(45) In utroque Cod. Mutin. *Saltarius quidem caballum unum, & de minoribus hominibus tollat hominem unum, qui ei operas faciat, sicut supra legitur*. Atque hinc intelligis *Saltariorum* officium non contemnendum fuisse, quando & ipsi eodem privilegio ac Judices, sive Comites, & Sculdasii, sive minores Judices, fruebantur, quamquam leviori mensura. Cæterùm omnes viri ad arma apti, ipsique Regis Ministri, omnes, quum res poscebat, ad exercitum procedere cogebantur.

(46) In Cod. Esten. *ambulare debent*.

(47) Esten. Cod. *quæ antea per judicium finita, aut statuta sunt, & terminus positus est, sic maneant, sicut jam antea sunt statuta. Quæ autem amodo emerserint, sic terminentur* &c. Quæ verba conclusionem Libri alicujus, sive Legum quarumdam à Liutprando promulgatarum, indicare videntur.

(48) Cod. Esten. *aut ariolas, vel aruspices, aut alios qualescumque, responsum ab illis ad accipiendum*. Ariolos, incantatores, ac divinationibus operam dantes, perpetuò Leges Ecclesiasticæ ac Seculares infectatæ sunt. Vide Codicem Theodosianum, Pœnitentiale Theodori Cantuarien. à Petito editum & auctum, & Reginonem de Ecclesiastic. Disciplin. Lib. 3. Can. 347. & seqq. D

(49) Esten. Cod. *quam rustici Sanctivam* (*Sanctivum* habet Cod. Cathedr. Mutin.) *vocant* &c. *vel incantationem fecerit, similiter medietatem* &c. In Concilio Nannetensi Can. XX. memorantur *Arbores Dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, ut nec ramum, nec surculum inde audeat amputare*. Sic & in præfato Pœnitentiali Theodori damnatur, *qui vota voverit, vel persolverit ad Arborem*. Similia omitto. Vide Du-Cangium ad vocem *Arbores Sacrivi*.

(50) Uterque Cod. Mutin. *suprascripta pœna subjaceat*. Infra *istam pœnam componat*. Funesta adhuc in Langobardorum gente restabant vestigia idololatricæ superstitionis, atque ad ea evellenda Liutprandus Rex Catholicus & pius hanc & sequentem Legem promulgavit. E

(51) In Cod. Cathedr. hinc exordium capit Lex ab antecedente distincta, his verbis: *Si servus aut ancilla sua auctoritate ad ariolum aut ad ariolam ambulaverit ad aliqua responsa recipienda, tunc* &c.

(52) Cod. Cathedr. *de loco suo medietatem pretii sui, sicut supra legitur. Et si manifestum fuerit, quòd sciat Judex* &c. In Cod. Esten. minimè legitur *de loco*. In reliquis consonat cum altero MSto.

(53) Iidem Codices: *tunc in integrum vvidrigild suum componat. Nam si per Judicem inquisiti aut inventi fuerint sinè notitia de Sculdais* &c.

eos (54) vendendi, & pretium ſubſtulendi, atque habendi. Nam ſi per Sculdais inventi fuerint, medium de ipſo pretio tollat Judex, medium Sculdais. Et ſi Decanus, aut Saltarius ipſos ariolos, aut ariolas, vel ſupraſcriptos ſacrilegos invenerit, & Sculdai ſuo manifeſtaverit, tunc tertiam partem ipſe Saltarius, aut Decanus de ipſo pretio per quem inventi fuerint, habeat ſibi, & duas partes tollat ipſe Sculdais. Et (55) inſuper proſpeximus, ut unuſquiſque Judex & Sculdais mittere faciat præconem, ut quicumque amodo non faciat, aut ſi amodo fecerit, non vadant venales. Nam poſt ipſum præconem ſi in talibus operibus malis inventi fuerint, pœnæ (56) ſubjaceant. Et ita volumus, ut unuſquiſque Sculdais, aut Saltarius, atque Decanus jurare debeat Judici ſuo ad Sancta Dei (57) Evangelia, quia juſtum eſt, ut dum in noſtra cauſa nullum neglectum ponere non præſumat, nec nobis celare, qui circa nos agunt, aut conſiliantur, quantò magis non debent neglectum in cauſa ponere, quæ ampliùs eſt perquirenda. *II.* 38. 2.

XXXII.

Si quis caballum alienum in ſuum damnum invenerit, & juxta anterius Edictum ad clauſuram (58) minandi, & illam rationem fecerit, quam anterius Edictum continet, ſic exinde procedat judicium, ſicut glorioſiſſimus Rex Rotharis inſtituit. Nam ſi in ipſo caballo amplius aliquid facere præſumſerit, quàm in anteriori Edicto legitur, ſi ipſe caballus nihil mali paſſus fuerit, componat pro illicita præſumtione, juxta qualis ipſe caballus fuerit medium pretii, quantum ipſe caballus appretiatus fuerit, & ipſum caballum reſtituat ſanum domino ejus. Nam ſi ipſe caballus mortuus fuerit, aut læſus ſit, componat ſicut in anteriore Edicto legitur, & inſuper pro illicita præſumtione componat ut ſupra. *I.* 24. 6.

XXXIII.

Si quis cum ſervo, aut aldione, vel cum pertinente (59) alieno de qualicumque re convenerit ſinè notitia domini ſui, quod in anteriore Edicto continetur, & probatum fuerit, quòd res domini ſui naufragaſſet: tunc reddat ipſam rem, qui eam ſuſcepit, abſque pretio, domino ejus, ita ut ſatisfaciat per ſacramentum, quòd amplius exinde non tuliſſet; & poſtea dominus ejus faciat de ſervo, aut aldione ſuo quod illi placuerit. *II.* 32. 5.

XXXIV.

De ſervis fugacibus, unde quidem antea Capitulum iſtud affiximus, ſed non eſt ſpecialiter dictum, in quo (60) ſpatio dominus ejus perquirere debeat, ut ei juſtitiam faciat, qui eum de ſervo compellat. Modò verò ita proſpeximus, ut ſi fuerit in Benevento, aut Spolero, habeat ſpatium dominus ejus menſes tres. Quòd ſi fuerit intra Tuſciam, habeat ſpatium per menſes duos. Si fuerit de iſta parte Alpium, habeat ſpatium ad eum perquirendum in menſem unum, & faciat juſtitiam ei, qui eum de ſervo compellat. *I.* 26. 64.

XXXV.

Si quis conjugi ſuæ metam (61) dare voluerit, ita nobis juſtum eſſe comparuit, ut ille, qui eſt Judex, dare debeat, ſi voluerit, ſolidos (62) CCCC. amplius non minus quomodo placuerit, reliqui nobiles homines dare debeant ſolidos CCC. amplius non. Et ſi quiſcumque alter homo minus dare voluerit, det quomodo convenit, & ipſa ſub æſtimatione fiat data & appretiata, ut nullo tempore exinde intentiones aut cauſationes procedant. *II.* 4. 2.

XXXVI.

Si quis res alienas, caſas, aut terras, aut pecunias, aut familias malo ordine poſſederit, & per legem & juſtitiam & per judicium exinde convictus & expulſus fuerit, aliud exinde non componat, niſi de retro tempore reddat fruges & labores ſub ſacramento ab illo die, quo exinde compellatio facta & manifeſtata eſt. *I.* 28. 7.

XXXVII.

De Scribis hoc proſpeximus, ut (63) qui chartam ſcripſerit, ſive ad Legem Langobardorum, quæ (64) apertiſſima, & penè omnibus nota eſt, ſive ad Legem Romanorum, non aliter faciant, niſi quomodo in illis Legibus continetur. Nam contra Langobardorum Legem, aut Romanorum non ſcribant. Quia ſi (65) neſciverint, interrogent alios; &

(54) Cod. Cathedr. Mutin. *eos vendendum, & pretium ſibi habendum*. Alter Cod. *& pretium ſibi tollendum atque habendum*.

(55) Cod. Eſten. *Et ita proſpeximus* &c. *ut quicumque ipſa nec dicenda opera egerint, ſive maſculus, ſive fœmina, amodo non faciant, ut, ſi amodo fecerint, non vadant venales*.

(56) Cod. Eſten. *ſupraſcriptæ pœnæ ſubjaceant. Et ita volumus, atque præcipimus*, ut &c.

(57) Cod. Cathedr. Mutin. *Dei Evangelia, quod in iſta cauſa nullum neglectum ponant, quia injuſtum eſt, dum in noſtra cauſa neglectum ponere non præſumant, nec nobis celare, qui contra Dominum agunt aut conſiliant: quanto magis non debeant neglectum in Dei cauſa ponere, quæ plus eſt ad quærendum?* Codex vero Eſten. hæc ita habet: *quod in iſta cauſa neglectum ponere non præſumant* &c. *qui contra nos agunt* &c. *in Dei cauſa ponere, quæ ampliùs eſt ad inquirendum?*

(58) In Cod. Eſten. *ad clauſuram menaverit*, ſive *minaverit*, ut habet Ambroſ. Codex. Infra *Edictum anterius decernit*.

(59) Cod. Cathedr. Mutin. *cum pertinente ad alienum* &c. Appellantur apud veteres ſervi *pertinentes*, quia ad jus domini pertinebant. Heic *pertinentes* ſumitur latiori ſignificatione pro obnoxiis juri alicujus, quo etiam nomine ſignificabantur *Conliberti*, ſcilicet ſervi libertate quidem, ſed non integra donati. Infra autem patet, agi heic de unis *Servis* ac *Aldionibus*. Sequitur uterque Cod. *ſinè notitia domini ejus: quod in anteriore Edicto non continetur*.

(60) Cod. Eſtenſ. *De ſervis fugientibus, quia jam Capitulum iſtud affiximus antea*. Infra *in quali ſpatio dominus ejus eum* &c.

(61) Hoc eſt nuptiarum cauſa donationem facere. Eadem vox repetita occurrit in aliis Legibus. Diverſam autem rem fuiſſe puto à *Morgincap*: idque perſuadere videntur Rotharis Leges CLXXXII. & CXCIX. Fortaſſe conſtituebatur *Meta* in tabulis nuptialibus, quando Sponſalia contrahebantur: *Morgincap* verò primo mane poſt conſummatum matrimonium.

(62) Ita hæc leguntur in Cod. Eſten. *voluerit, in ſolidos CCCC. ampliùs non. Et reliqui* &c. Infra *alter liber homo minus voluerit dare, det quomodo convenerit*.

(63) Cod. Cathedr. Mutin. *ut nullus, qui chartulam ſcribit*. Cod. Eſten. *ut qui chartulam ſcribit*. Hoc eſt Notarii, ſive Tabelliones.

(64) Hæc non leguntur in Cod. Eſten. ſed quidem in vetuſtiſſimo Cathedr. Mutin. ubi *quoniam apertiſſima eſt* &c.

(65) Cod. Cathedr. Mutin. *Quod non ſciunt, interrogent alteros*. Infra *& qui alter ſcribere præſumſerit*. Habes infra *Conlibertos*, quo nomine arbitror non ſignificari heic Servos libertate antea ab uno domino donatos, ſed quidem homines ejuſdem loco aut conditionis. Vide ſupra Legem II. Libri II. & Legem IX. Lib. V. Liutprandi, ubi eadem vox occurrit. Attamen Cod. Eſten. heic habet non *conlibertos*, ſed *conliberos*. Fortaſſe ita & alibi ſcribendum.

Digitized by Google

& ſi non potuerint ipſas Leges plenè ſcire, non ſcribant ipſas chartas. Et qui aliter præſumſerit facere, componat guidrigild ſuum, excepto ſi aliquid inter conlibertos convenerit. Et ſi (66) unuſquiſque de Lege ſua deſcendere voluerit, & pactiones atque conventiones inter ſe fecerint, & ambæ partes conſenſerint, iſtud non reputetur contra Legem, quod ambæ partes voluntariè faciunt. Et illi qui tales chartas ſcripſerint, culpabiles non inveniantur eſſe. Nam quod ad hereditandum pertinet, per Legem ſcribant. Et quod de charta falſa in anteriori Edicto annexum eſt, ſic permaneat. *I.* 30. 2.

XXXVIII.

Si quis liber homo in terra aliena reſidens libellario (67) nomine, homicidium fecerit, & fuga lapſus fuerit, tunc ille, cujus terram ipſe homicida laboraverit, aut inhabitaverit, habeat ſpatium menſis unius ad ipſum hominem perquirendum; & ſi eum invenerit, habeat licentiam ipſum hominem, quamvis liber ſit, comprehendendi & tradendi illum cui fecerit homicidium. Et ſi hoc non fecerit, dare debet medium de omnibus rebus mobilibus, excepto tecto, quas in ipſa caſa habuerit ipſe homicida. Quod ſi neque facere voluerit, ipſe cujus terra eſt, dare debeat libellario nomine ipſam terram ei, cui homicidium fecerit, ut reddat ei exinde, ſicut reddebat, qui ipſum homicidium fecit. Tamen de his tribus Capitulis in illius ſit poteſtate eligendi cujus terra eſt, & faciat exinde quod voluerit. *I.* 9. 22.

XXXIX.

Si quis mulierem, aut (68) puellam, aut religioſam feminam, quæ in alterius mundio eſt, in ſacramentum mittere præſumſerit, componat Mundualdo ejus ſolidos L. & in Palatio ſimiliter L. *I.* 34. 3.

XL.

Si quis fream (69) alienam ſinè voluntate Mundualdi ejus movere de caſa, ubi ipſa habitat, præſumſerit, & alibi adduxerit, componat ille, qui in caput eſt, pro illicita præſumtione ad (70) Mundualdum una ſolidos LXXX. Et ſi ibi liberi homines cum ipſo fuerint, componat unuſquiſque per caput ſolidos XX. Servi autem in compoſitione domini ſui computentur. Nam ſi forſitan ipſe homo liber eſt, qui ipſam fream de caſa, ubi eſt, tulerit, & ſibi uxorem duxerit, ſic componat, ſicut glorioſiſſimus Rex Rotharis inſtituit in anteriori Edicto. *II.* 2. 4.

XLI.

Si (71) quicumque homo liber ancillam ſuam pro religionis & mundiciæ cauſa veſtem religioſam induerit, ut ei (ſicut conſuetudo terræ iſtius eſt) ad offerendam oblationem per loca Sanctorum debeat portare, & contigerit ex peccatis, ut quiſpiam homo eam ad uxorem ducat, ubicumque inventi fuerint, ſeparentur, & componat ipſe, qui eam tulit uxorem, domino ejus ſolidos XL. & illa revertatur in priſtinum (72) ſtatum. Quòd ſi aliquis eam, quod abſit, adulteraverit, ſimili modo componat domino ejus ſolidos XL. quia anterius Edictum de gentili ancilla adulterata XX. ſolidos continet, ut componantur. De Dei ancilla, quod juſtum eſt, ut compoſitio duplicetur. Verumtamen ſic ſtatuimus, ut ſi probata fuerit cauſa, ideſt Presbyterum aut alterum Clericum, quomodo ipſa veſte religioſa induta eſt, ut non fiat alicui homini calumnia pro figmento, ſed pro certa veritate, & dum probatio vera facta fuerit, ſic ipſa compoſitio fieri debeat. *II.* 37. 3.

XLII.

Si quis pro cauſa ſua aliquid Judici, vel ad qualemcumque loci Præpoſitum, vel fidelem (73) Regis dederit, & vivente eo requiſierit, dicendo quòd liberatus non ſit, faciat illi juſtitiam poſt quantoſcumque annos requiſierit. Nam ſi poſt mortem ejus filius aut heres ejus pulſaverit, ſtatuimus, ut ſi vivente patre pulſaverit proclamando ad Regem, aut compellando per tales homines, quorum fides admittitur, & veritas apparuerit, quòd pulſaſſet, & juſtitiam invenire non potuiſſet, faciant ei filii, aut heres ejus juſtitiam, ſicut lex eſt, ſi intra anni ſpatium poſt mortem patris repetitionem ſuam oſtendere potuerit. Nam ſi ſuam reclamationem oſtendere non potuerit, & anni ſpatium præterierit, etiamſi pulſaſſet patrem, non habeat (74) facundiam illis, aut heredibus repetendi, niſi ſit ſibi contentus, quia

(66) Cod. Eſten. *& quicumque de lege ſua ſubdiſcendere*. Editio Boheriana *ſubdiſcedere*. Codex Cathedr. Mutin. *Et quicumque de Lege ſua diſcedere* (hæc omnium potiſſima lectio; tum ſequuntur ambo Codices Mutinen.) *voluerit, & pactiones aut convenientias* &c. Infra *voluntarie conſenſerunt*.

(67) Et nunc dicimus *dare*, aut *tenere à livello*; quia libello porrecto villici prædium aliquod excolendum impetrabant, cenſum ac tributum annuum ſpondentes. Infra in Cod. Eſten. legitur: *in cujus terra ipſe homicida habitaverit, habeat* &c. Infra *comprehendere & tradere in manu ipſius, cui homicidium fecit*. Inferiùs Cod. Cathedr. Mutin. *reddere debet medietatem de omnibus rebus mobilibus, excepto tectores*. In fine idem Cod. *& faciat exinde unum, qualem voluerit*.

(68) Additur in Cod. Eſten. *liberam*. Infra *in ſacramento mittere* &c. hoc eſt adducere ad jurandum coram Judice. Infra *& in Palatio Regis alios L. ſoldos*.

(69) Ideſt non ſuam. A Langobardis *frea* appellabatur mulier, quòd eſſet ſub tutela, dominio, ſive mundio alicujus viri, aut Curtis Regiæ, ſive Palatii. Erant autem omnes *freæ*.

(70) Cod. Eſten. *Mundualdi ejus ſoldos* &c. Infra: *Et ſi liberi homines*.

(71) Non legitur in Ambroſ. Cod. *liber*. Cod. Cathedr. Mutin. *Si quicumque liber homo pro religionis & mundiciæ cauſa liberam aut ancillam ſuam veſtem religioſam induerit; & ea, ſicut* &c. *inferendam oblationem per loca Sanctorum debeat apportare* &c.

(72) Uterque Cod. Mutin. & Ambroſ. habet *ad priſtinum habitum*. Infra: *De Dei ancilla juſtum eſt, ut compoſitio ipſa duplicetur*. Infra iidem Codices *fuerit cauſa per Presbyterum aut alium Sacerdotem quomodo* &c. At Ambroſ. Cod. *probata fuerit cauſa per Epiſcopum, aut alium Sacerdotem* &c. Tamdem Cod. Cathedral. Mutin. habet *per figmentum*. Ad finem hujus Legis in Cod. Eſten. hæc alia ſubnectuntur: *Hæc autem omnia, quæ modò in præſenti pagina Edicti adfiximus, ſi deinceps cauſæ emerſerint, ſic debeant fieri terminatæ, ſicut nunc ſtatuere viſi ſumus. Quæ autem ante emerſerint, ſic determinentur, ſicut anterior inſtitutio fuit*. Hanc formulam alibi ad fidem Librorum appoſitam vidimus. Neſcio an heic nata ſit, an aliunde huc irrepſerit. Veriſimile tamen, concludi heic novam Legum promulgationem, atque adeò novum Librum a Liutprando editum: quod & ſupra adnotavimus poſt Legem XV.

(73) Infra in MSto Eſten. hæc ſubduntur: *filios aut hæredes ejus pulſaverit, ſtatuimus ut ſi vivente patre eum pulſavit* &c.

(74) Cod. Cathedr. Mutin. *non habeat facundiam filius aut hæredes repetendi*. Eſten. verò Codex *filios aut hæredes*. Ita in fine *facundiam non habeat repetendi*.

Digitized by Google

quia de guadia, & de fidejussore, & de sacramento dato Rex Rotharis decessor noster in anteriore Edicto sic statuit, ut post anni spatium, cujus pars neglexerit, amittat causam suam. Ideo nobis congruum apparuit, ut ipse, qui sinè guadia, & fidejussore repetierit, post anni spatium facundiam non habeat requirendi. *II.* 26. 1.

XLIII.

Si quis alium pulsaverit de servo, aut aldio suo, quòd furtum, aut homicidium, aut aliquod malum feciſſent, & si vivente ipso servo, aut aldio eum pulsaverit, aut compellationem fecerit, faciat ei justitiam, quandocumque pulsatus fuerit. Nam si dum ipse servus advixerit, dominus (75) pulsatus non fuerit, nisi post mortem servi, aut aldii ipsius quæsierit, dominus ejus non ei justitiam faciat, decernimus, ut nullam facundiam requirendi habeat, si vivente servo, aut aldio dominum ejus non pulsaverit; quia injustum nobis apparet, ut postquam servum, aut aldium ipsum inquirere non potuerit, ut ei aliquam injustitiam faciat. *I.* 37. 6.

XLIV.

Si servus cujuscumque ancillam alterius tulerit, & dominus ancillæ eam (76) liberaverit, & admond fecerit à se, ut si eam vendiderit, & qui eam emit doloso animo, & liberavit, & servus ipse in servitio permanserit, amittat ipsam libertatem suam, & sit ancilla Regis; & ipse qui eam liberavit, componat in Curte Regia aliam talem, aut pretium quantum ipsa voluerit pro eo quòd colludium fecit; servus verò ipse sit in potestate domini sui, & ancillam ipsam faciat dominus servi suam cum pretio, aut qualiter à Rege obtinere potuerit. *II.* 12. 6.

XLV.

De puero, (77) qui intra ætatem est, decrevit clementia nostra cum nostris Judicibus, vel reliquis Langobardis, ut sic in alio homine de rebus suis, dum intra ætatem est, donare non potest, ita nec Regi donare possit, antequam in legitimam ætatem (78) pervenerit, quia de causa ista multæ contentiones fuerunt. *II.* 29. 5.

XLVI.

Nulli sit licentia quamlibet mulierem, etiam mundium ejus habenti in potestate, post mortem mariti sui ante anni spatium valere, aut Monachico habitu induere. Et si ipsa sua voluntate ante anni spatium hoc facere disposuerit, veniat ipsa ad Palatium Regis, & dicat clementiæ ejus voluntatem suam, & interrogata vel inquisita diligenter à Rege, permissu ejus accipiat religionis velamen. Si verò ante anni spatium sinè permissione Regis hoc facere præsumserit, componat Regi guidrigild suum; mundium verò mulieris vel res propriæ ejus sint in potestate Palatii, quia qui hoc (79) anni spatium facere quærit pro lucro pecuniæ, vel seculi hujus cupiditate hoc facere quærit, & non ob amorem Dei, & animam ejus salvandam, quia post mortem viri sui, dum dolor recens est, in qualem partem voluerit, animam ejus inclinare potest. Nam cùm (80) in se revertitur, & carnis delectatio ei obvenerit, quod pejus est, in adulterium cadit, nec Monacha esse invenitur, nec laica esse poterit. Et si alter quicumque homo, in cujus mundio non est, hoc facere præsumserit, componat guidrigild suum in sacro Palatio, & ipsa cum rebus suis sit in potestate Mundoaldi sui. *II.* 6. 1.

XLVII.

Si qua mulier religionis velamen induta fuerit, observatis (81) omnibus, qualiter in superiori Capitulo affixa sunt, & Monasterium intrare voluerit; si filios aut filias habuerit, in quorum mundio esse inveniatur, cum tertia portione de propriis suis rebus intret in Monasterio, & post obitum ejus remaneat in ipso Monasterio, ubi ipsa intraverit. Si verò filios aut filias non habuerit, cum medio de rebus suis intret, & post ejus decessum remaneat ipsa medietas in potestate Monasterii. Nam si in domo remanserit, potestatem habeat de rebus suis judicare pro anima sua, ubi (82) voluerit, in tertiam partem. Duæ verò portiones ex rebus suis sint in potestate ejus, ad quem mundium de ea pertinet. *II.* 37. 4.

XLVIII.

Si quis Langobardus habuerit filium masculum legitimum unum, & filiam legitimam unam, aut plures, & antequam eas ad maritum tradat, ad mortem venerit, potestatem habeat (83) per chartam donationis, si voluerit, usque ad quartam portionem de rebus suis judicare. Et si judicaverit, stabile permaneat. Nam si duos filios legitimos habuerit, & filiam unam, aut plures, septimam portionem de rebus suis judicet, si voluerit. Si verò ampliùs fuerint filii, per hanc rationem computentur. Si verò patre vivente eas ad maritum dederit, ordinet juxta legem, qualiter voluerit. *II.* 20. 2.

XLIX.

Nulli sit licentia conjugi suæ de rebus suis dare amplius per qualecumque ingenium, nisi quod ei in die votorum in mephio (84) & mor-

(75) Aliter hæc in Cod. Esten. *dominum ejus* (Codex Cathedr. Mutin. *dominus ejus*) *non pulsaverit, & nisi post mortem servi aut aldionis ipsius quæsierit à domino ejus, ut justitiam faciat, decrevimus* &c. In fine *inquirere non potest, ut ei aliquam justitiam faciat.*

(76) In utroque Cod. Mutin. *eam libertaverit, & eam amund fecerit, aut si eam vendiderit, & qui eam emit, dolosè eam libertaverit* &c. *amittat ipsa libertatem suam.* Et infra *qui eam libertavit.*

(77) Cod. Esten. *De puero intra etatem decrevit.* Infra *ut sicut alii homini* &c.

(78) In eodem Cod. hæc ita leguntur: *perveniat. Ideo hoc statuimus, quia de causa ista multas contentiones audivimus.*

(79) Cod. Esten. & Ambros. *qui hoc ante anni spatium.* Infra *nam non propter timorem Dei, aut animam* &c. Et inferiùs *in qualemcumque partem voluerit, animum ejus* &c.

(80) Cod. Esten. *cùm in se reversa fuerit.* Infra *& nec Monacha esse invenitur, nec Laica esse potest.*

(81) Cod. Esten. *observata omnia.* Infra idem Cod. *intret in Monasterio ubi ipsa intrare voluerit, & post obitum* &c.

(82) Idem Cod. *cui aut qualiter voluerit tertiam portionem.*

(83) In utroque Cod. Mutin. legitur: *habeat ad filias suas per chartulam donationis* &c. Infra. *Et si judicaverit, stabile debeat permanere.* Inferiùs *septimam portionem eis de rebus suis judicet.* Ut alibi commemoratum est, *judicare de rebus suis* plerumque significat eas legare alicui postremis tabulis.

(84) Ut supra adnotavi, idem fuit *mephium*, *methium*, ac *meta*, unum vocabulum diversimodè scriptum aut pronuntiatum, & significans donationem nuptiarum causa à sponso sive marito factam. Cod. Ambros. habet heic *in metbio*. Addidi, inter *metam* & *morgincap*

morgineap dederit, ſecundùm (*) anterius Edictum, & quod ſuper dederit, non ſit ſtabile. *II.* 4. 3.

Formulæ veteres. (85)

Martine inſimul cùm Petro tuo tutore te appellat Johannes quòd tu ei tenes terram in tali loco malo ordine. Ecce charta, quomodo talis homo mihi dedit. Quid pertinuit. Per chartulam, quam vir meus fecit ſibi: Ipſa contra legem eſt, quia ipſe eam fecit eo colludio, ut daret tibi plus quartam a.....

L.

Si ſervus cujuſcumque legitimam habuerit uxorem, & aliam ancillam ſuper eam duxerit, componat dominus (86) ſervi, ſicut in Edicto de adulterio continetur, ei, cujus poſtea ancillam tulerit. Ancilla verò ipſa pro illicita præſumtione accipiat talem diſciplinam à domino ſuo in domini ſervi (87) præſentia, ut alia ancilla facere non præſumat. *II.* 12. 7.

LI.

De his, qui de illicito (88) matrimonio nati ſunt, vel ante hoc tempus naſcuntur, & illis legitimi fratres ſui voluntariè partem dederint, ita ſtatuimus, ut ſi eis fratres ſui legitimi voluntariè partem dederint, in (89) ipſam debeant permanere, & eos exheredare minimè debere. Nam pater non poſſit illos illicitos neque per thinx, neque per qualecumque colludium heredes inſtituere. Hoc autem ideo conſtituimus, ut omnis homo, qui vult, accipiat legitimam uxorem, nam non illicitas contrahat nuptias. *II.* 8. 6.

LII.

Si autem (90) fratres non ſint, & parentes legitimi fuerint, qui legitimè poterunt ad hereditatem pervenire, & uſque modò tacuerunt, taceant & in antea. Et nullam habeant facundiam nec poteſtatem contra eos qui poſſident per XXX. annos loquendi, dicendo (91) quòd heredes eſſe debeant, niſi qui per XXX. annos poſſederunt, poſſideant & in antea. *II.* 8. 7.

LIII.

Si quis aldiam (92) alienam aut ſuam ad uxorem tollere voluerit, faciat (93) eam guiderboram, ſicut Edictum continet de ancilla. Nam qui ſinè ipſa ordinatione eam quaſi uxorem habuerit, filii, qui ex ipſa nati fuerint, non ſint legitimi ſed naturales. *II.* 1. 9.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu malo ordine tenes terram in tali loco poſitam. Illa terra mea propria eſt per ſucceſſionem patris mei. Non debes ei ſuccedere, quia habuit te ex ſua ancilla aldia. Verè; ſed fecit eam Widerbora, *ſicut eſt Edictum, & tulit ad uxorem. Approbet ita, aut amittat.*

LIV.

Si plures homines chartam convenientiæ (94) inter ſe fecerint, & pœnam poſuerint, & poſtea unus, vel duo, vel ampliùs ſe de ipſa convenientia ſubtrahere voluerint, aut pœnam corruperint, unuſquiſque componant per capud ipſam pœnam, quam poſuerunt in integrum, quia omnes unanimiter conſenſerunt, & nullus eis imperavit talem cauſam fa-

---

cap ſive *morgincaph* (ut heic habet Codex Eſten.) interceſſiſſe differentiam, quamquam & *morgincap* nuptialis donatio foret. Eadem ſententia ex hac Lege confirmatur. Vide & infra Legem LXIV.

(*) In Codice Eſten. legitur *ſecundùm anterioris Edicti paginam*. In fine ejuſdem Legis idem MStus Codex addit hæc verba: *Niſi decedens uxori ſuæ uſumfructum de rebus ſuis, judicare voluerit ſecundùm legem*. Quæ neſcio, ſintne pars Legis, an Gloſſa alicujus, quæ in textum irrepſerit.

(85) Incipiunt in Codice Eſtenſi hæ formulæ quibus veteres Langobardi inſtituebant judicia, ſive petitionis libellum offerentes, ſive citationem inſtruentes. Videntur autem hæc uſurpata à patronis Cauſarum in placitis ac mallis, non ſcripto Judici tradita, ſed petitione verbali pronuntiata coram Judicibus. Plerumque verò heic exhibentur tum actoris, tum rei reſponſa. Atque hinc non parum lucis accedet ritibus majorum noſtrorum in agitandis litibus ſecundùm Langobardicam Legem.

(86) Cod. Eſten. *babens legitimam uxorem, aliam ancillam* &c. Infra *componat dominus ſervi XX. ſolidos, ſicut* &c. Infra *cujus ancillam poſtea tulit*.

(87) Eſten. Cod. *in præſentia de domino ſervi, ut alia ancilla hoc facere non præſumat*. Italicæ Linguæ exordia heic etiam vide. Nunc ita loquimur; *in preſenza del padrone del ſervo*. Attamen Cod. Cathedr. Mutin. habet *in præſentia domini ſervi*.

(88) Cod. Cathedr. Mutin. *de inlicito matrimonio ante tempus nati ſunt, & illis* &c. Cod. verò Eſten. *de inlicito matrimonio nati ſunt, vel naſcuntur, & illis* &c.

(89) Cod. Eſten. *in eadem ſorte debeant permanere, & exhereditari minimè debeant*. Infra *neque per thinx*, hoc eſt neque per donationem inter vivos, neque alia fraude heredes inſtituere. Infra: *Hoc autem ideo ſtatuere prævidimus* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *ut omnis homo, qui vult, accipiat ſibi legitimam uxorem*.

(90) Cod. Eſten. *Si autem fratres non ſunt, & parentes propinqui fuerint*. In eodem Codice Lex iſta cum antecedenti copulata unam facit; & rectè, ut mihi quidem videtur. Sequitur idem Codex *qui potuerint ad hereditatem legitimè venire, & uſque modò tacuerint* &c.

(91) Cod. Cathedr. Mutin. *loquendi aut dicendi* (tum uterque Cod.) *quòd exheredes eſſe debeant*, ſcilicet illegitimi illi.

(92) *Aldii* ſive *Aldiones* tam maſculi quàm fœminæ in multis diſtinguebantur à propriè appellatis *Servis*. Ad quaſdam operas, rurales præſertim ſuis dominis præſtandas ſe obligabant; at minimè ab abitrio pleno dominorum pendebant: quippe ab iis jam aliqua libertatis ſpecie donati. Hinc *domini* quidem, ſed ſæpiùs *patroni* dicebantur, qui eos in ſuo jure habebant. Vide infra Cap. LXXXIII. Caroli Magni. Supra quoque in Lege CCXVIII. Rotharis, *Aldia Servo* nubens, *libertatem ſuam amittit*. Ergo *Aldiones* libertate donati erant, ſed non omnimoda; adhuc enim dominis ſuis obſequia aliquot debebant, & tributum quodpiam præſtabant. Fuerunt etiam Aldionibus *ancillæ*: quæ indicio ſunt eos à ſervorum conditione abfuiſſe. Attamen quia nondum à jure, ſive patronatu antiqui domini plenè ſoluti erant, ſi quis homo liber *aldiam* ſibi jungere cupiebat, ei priùs plenam libertatem aut dare, aut impetrare cogebatur. At de his fuſiùs, quum Chartarium meum, ſi Deus vitam dabit, huic Operi adjungam, multis Diſſertationibus, ut ſpero, illuſtratum atque ſtipatum.

(93) Cod. Eſten. faciat eam *widerbora*. Cod. verò Cathedr. Mutin. *faciat eam wribura*. Nihil aliud eſt *guiderbora*, quàm *libera*, ſed plena libertate donata. In eadem Rotharis Lege CCXXIII. quæ heic memoratur, legimus: *Si quis ancillam ſuam matrimoniare voluerit ſibi ad uxorem, debeat eam liberam thingare, & ſic facere liberam, quod eſt guiderboram*.

(94) Hoc eſt publicis tabulis à Notario ſcriptis conſignarint contractum, pacto, ſive conventione inter eos inita. Infra ambo Codices Mutinen. *aut pœnam ruperint, unuſquiſque per caput componat ipſam pœnam, quam poſuerit*.

Digitized by Google

facere. Ideo (95) per capud, qui ruperit, componat, ſicut per capud voluntariè conſenſerunt. *II.* 21. 22.

LV.

Si quis fidejuſſorem aut debitorem ſuum pignoraverit, & ipſum pignus recolligere neglexerit, & per dies XII. dimiſerit, tunc ille, qui pignus apud ſe habuit, ſi ſervus, aut ancilla eſt, cuſtodiat eum, ut ei fugam (96) non faciat, & faciat eum ſibi operas facere, ſicut proprium ſuum ſervum, aut (97) ancillam, & inſuper licentia habeat repignorare uſque in ſecundam vicem, ut ſint ipſa pignora in triplum, quantum (98) debitum eſt. Et ſi per XXX. dies pignora ipſa aut debitor aut fidejuſſor recolligere neglexerit, ſi in (99) Neuſtria, & in Auſtria fuerit, amittat ipſa pignora, & non habeat facundiam requirendi. Si verò in partibus Tuſciæ fuerit, habeat ſpatium in diebus LX. Nam ſi ſuper LX. ſpatium dierum fuerit ſimiliter amittat pignora ipſa, & inſuper poteſtatem habeat, qui pignoravit, cauſam (100) ipſam per legem agere & procurare. *II.* 21. 24.

LVI.

Si quis permiſſum habuerit à debitore, aut à fidejuſſore ſuo, ut (1) boves vel caballos domitos pignorare poſſit, & pignoraverit, & intra XII. noctes pignora ſua debitor aut fidejuſſor recolligere neglexerit, poteſtatem habeat ea minare ſicut ſua propria, & gubernare. Et ſi mortua fuerint, non requirantur. Nam ſi pulſatus fuerit, quòd iniquo animo pluſquam ſua animalia minaſſet, ſatisfaciat ei ſolus ad Evangelia. Si verò per XXX. dies de iſta parte Alpis, aut per LX. ex illa parte Alpium dilataverit, & non recolligerit, ſicut ſùpra de ſervo, aut ancilla ſtatuimus, ita de (2) caballo, aut bove, auro, vel argento, veſtimento, farramento, aut animalibus minutis, vel quodlibet pignus fuerit, eſſe ita cenſemus. *II.* 21. 25.

LVII.

Si quis (3) ſervum aut ancillam loco pignoris tenuerit, & furtum aut damnum, aut homicidium, aut quodlibet malum fecerit, non reputetur proprio domino ſuo, niſi ei qui eum tenuerit, quia poſtquam eum pro debito ſuo comprehendit, ſic cuſtodire debuit, ut aliquid malum facere non poſſet. Si verò ancilla fuerit, & cum (4) ea ipſe, qui cepit pignus, aut ſervus ejus, adulteraverit ante tempus ſupra conſtitutum, quod ſupra propoſuimus de XXX. vel LX. diebus, componat adulterium ipſum proprio domino, cujus ancilla fuerit. Poſt conſtitutum verò XXX. vel LX. dierum ſpatium ſit in poteſtate ejus, qui pignoravit, ſi ipſe, cujus fuerit, recolligere neglexerit. *II.* 21. 26.

LVIII.

De Servo, aut Aldione per conludium, componat ipſum quaſi de furto.

(*ita Ambroſ. Cod.*)

Si quis ſervum aut aldionem alterius per colludium comprehendere præſumſerit, dicendo quòd ſuper furtum ſuum (5) comprehendiſſet, aut tacitè in curte ſua noctis tempore inveniſſet, & colludium ipſum apparuerit, & certa veritas fuerit approbata, componat ipſe, qui eum per tale ingenium apprehendere præſumſerit ei, cujus fuerit ſervus aut aldius, quantum ipſe componere debuerat, ſi abſque colludio & fraude eum comprehendiſſet, ideſt furtum ipſum, quod quærebat, in octogild componat, & pro illicita præſumtione componat ſolidos XL. ſi furtum non reperierit, niſi tantùm in curte ſua comprehenſum dixerit, componat ſolidos XL. ſi ipſum colludium apparuerit. *I.* 26. 65.

LIX.

De puella, unde jam antea diximus, ut non (6) ante XII. annos legitima ſit ad maritandum, ita ſtatuimus, ut non intrante ipſo XII. anno, ſed expleto ſit legitima ad maritandum. Ideo (7) nec hoc diximus, quia multas intentiones de cauſis iſtis cognovimus, ſed apparuit nobis, quòd immatura cauſa ſit ante expletos XII. annos. *II.* 1. 10.

LX.

---

(95) Cod. Eſten. *ideo per caput componat, qui rupit, ipſam pœnam, quam poſuerunt, ſicut per capud voluntariè conſenſerunt, aut heredes eorum.*

(96) In Cod. Eſten. hæc alia interſeruntur, nempe à Scholiaſte quopiam vetere, ut arbitror, ſive Gloſſatore adjecta: *Quia nequeunt liberari; & videtur interim, quia ſi fugit, aut ſervum debeat reddere, aut ejus pretium reſtituere.*

(97) In eodem Cod. Eſten. hæc alia adduntur, ſive intermiſcentur: *Nam ſi ſervus, aut ancilla perierit, aut fugerit ante XII. dies, nihil fieri debeat, ſed de opere infra XII. dies reſpondeat. Et inſuper* &c. *uſque in ſecundam vicem ſimiliter per duodenas noctes, ut ſint* &c.

(98) In eodem Cod. Eſten. hæc adjuncta leguntur: *Ita ut unuſquiſque iſtorum trium pignorum non ſit majus, quàm debitum eſt. Tunc pignorator reddat illud in octogild.. Et ſi* &c.

(99) Idem Cod. Eſten. *Si in Neuſtria fuerit, aut in Auſtria. Neuſtria* pars erat Occidentalis Italici, ſive Langobardici Regni. *Auſtria* Orientalis, atque eo præcipuè nomine deſignabatur Ducatus Fori Julii. Errat Lindenbrogius in Notis ad Pauli Diaconi Lib. V. Cap. 39. de Geſt. Langobard. ubi pro *Auſtria* legendum cenſet *Hiſtoria*. Non alter ſcripſit Paulus. Neuſtria & Auſtria in aliis Legibus & Præfationibus harum Legum occurrunt.

(100) In ambobus Codic. Mutinen. legitur *cauſam ſuam in antea per legem agere & procurare.*

(1) Ita hæc exhibentur in Cod. Eſten. *ut eum per bovem aut caballum domitum pignorare poſſit ipſe creditor, & pignoraverit* &c. Infra *habeat poteſtatem ea minare ubi voluerit, ſicut ſua propria.* Et inferiùs *ſatisfaciat ei ſolùm ad Evangelia.* Infra *ex iſta parte Alpium, aut per LX. ex illa* (*alia* legendum puto) *parte.*

(2) Cod. Cathedr. Mutin. *ita & de cavallos, & boves, aurum vel argentum, veſtimenta, æramenta, ferramenta* &c. Codex verò Eſten. *ita ſi caballus, aut bos, vel aurum, vel argentum, veſtimenta, æramenta, ferramenta, aut animalia minuta, vel quodlibet pignus fuerit, eſſe cenſemus.* Tum additur antiqua Gloſſa his verbis: *Similiter intelligi poteſt de grege equarum, aut porcorum, quia refragare poteſt ſuæ prærogativæ quiſquam; & grex vocatur uſu à tribus in antea.*

(3) Ambo Codices Mutinen. & Ambroſ. addunt *alienum*. Infra Cod. Eſten. *non reputetur culpa ad proprium dominum*: phraſi Italica: *non ſe ne imputi la colpa al proprio padrone.*

(4) Codices Mutinen. *& cum ea ipſe, qui pignoravit, aut ſervus ejus adulteraverit ante præfinitum tempus* &c.

(5) Cod. Cathed. Mutin. *eum preſiſſet*. Ita & infra legitur *fraude eum preſiſſet*. Nunc Italicè *l'aveſſe preſo*. Infra Cod. Eſten. *ſervus aut ancilla, vel aldius*. Inferiùs: *Et ſi furtum non reperierit, niſi de tacito in curte* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *& ſi de furto ſuo non repetierit, niſi de tacito in curte ſua comprehenſo dixerit.*

(6) In Cod. Cathedr. Mutin. legitur: *ut in duodecimo anno legitima ſit*. Infra uterque Codex: *ſic modò ſtatuimus.*

(7) Cod. Cathedr. *Ideo nunc hoc dicimus, quia multas intentiones de cauſa ita cognovimus, & apparuit* &c. Cod. verò Eſten. *Ideo hoc*

Digitized by Google

LX.

Si quis Langobardus voluerit (8) filiis suis sibi bene servientibus aliquid largire, habeat licentiam hoc modo largire: ut si fuerint duo filii, tertiam partem substantiæ suæ possit meliorare ei, qui bene & secundùm Deum ei obediens fuerit. Et si tres fuerint, habeat licentiam quartam partem meliorare qualem (9) voluerit. Et si fuerint quatuor, tribuat quintam partem. Et si fuerint quinque, sextam partem. Et si fuerint sex, septimam partem. Et si ampliùs fuerint, per hunc numerum percurrat, ut semper qui pater est, vigorem habeat, qualiter ei filii sui, ut diximus, rectè obediant, & serviant. Et si toti ei bene servierint, habeant æqualiter substantiam patris. Et si forsitan quicumque secundam, aut tertiam mulierem duxerit, & habuerit filios de anteriore conjuge, & de sequenti, non habeat potestatem illos posteriores, quorum mater vivit, meliorare, dum ipsa vixerit, ne dicat aliquis, quòd (10) per illam mulierem talis suasio facta sit. Defuncta autem muliere pater licentiam habeat facere, ut supra legitur. Quia credimus secundùm Deum esse, ut dum servos, qui bene serviunt, melioratos vidimus, & remuneratos à dominis suis magis quàm illos, qui rectè non servierunt, quanto magis debet fieri (11) recta ea, ut homo filium suum meliorare, & remunerare possit, qui ei meliùs servierit. *II.* 20. 3.

LXI.

Si puella sinè voluntate parentum ad maritum (12) ambulaverit, & ei meta nec promissa nec data fuerit, & contigerit, ut maritus ipse moriatur, antequam de ea mundium faciat contempta sit ipsa mulier, nec possit postea metam quærere ab heredibus ejus, qui defunctus est, pro eo quòd negligenter sinè voluntate parentum suorum ad maritum ambulaverit, nec sint, qui justitiam ejus exquirerent. *II.* 2. 5.

LXII.

De rebus contra rationem impublicatis.

(Cod. Ambros.)

Si quis possederit qualemcumque rem mobilem aut immobilem per chartam falsam, & probatum fuerit, quòd per ipsum (13) munimentum falsum rem ipsam possideat, non eum defendat possessio sua, hoc est XXX annorum, nec excludat illum, cujus res legibus fuerit, sed amittat rem ipsam, quam per chartam falsam possidere videtur; sic probatum fuerit. Et ille ipsam rem recipiat, cui ante pertinere per legem debuerat. *II* 3. 5. 9.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd terram, quæ in tali loco est, sit sua: tu sibi eam detines. Etiam: ei respondeo, quia possedi per XXX. annos. Verè possedisti, sed per chartam falsam, quam dixisti patrem meum feciſſe tibi. Non est verum. Ita: probato. Vel ita: verè possedisti, sed malo ordine, & malo titulo. Etiam malo ordine, quia patruelis tuus mihi eam vendidit per chartam. Illa charta falsa est.

LXIII.

Si quis commutaverit terram, (14) arvum, vel pratum, aut silvam, & ibi laboraverit, & ædificium fecerit, aut clausuram, aut vineas posuerit, & postea surrexerit certus homo, qui ipsum locum suum faciat, & ille qui dedit, minimè potuerit eum defendere, recipiat res suas, quas dedit, & (15) insuper ipsum damnum restituat ei, quantum appretiatum fuerit, quod ibi postea laboravit, & ædificavit. Sed & de comparatione ita statuimus, sicut & de commutatione. Hoc autem de his causis diximus, unde chartas commutationis, aut venditionis inter se non faciunt. Nam unde chartulas faciunt, & ostendunt, sic debet esse, sicut in ipsis chartulis legitur. *II.* 36. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi terram malo ordine in loco. Ipsa terra mea est propria. Quid tibi pertinet? Donatus commutavit ea mecum. Da vvadiam de auctore. Si auctor venerit & negaverit: ipse, qui fuit appellatus, probet. Si dixerit: ego tecum commutavi: quid tibi pertinebat per successionem mei patris? Et quid ego quod meus pater, & quod iste per trenta annos possessam. Si dixerit: non possum defendere, restituat ei damnum. Similiter fiat de comparatione. Et hæc placita secundùm quosdam. Sed ita: Petre te appellat Martinus, quòd terra, quæ in tali loco est, quam tu tenes, sua est. Non debes mecum placitare, quia auctorem habeo. Mecum ad auctorem.....

LXIV.

De ætate infantum, & licentia eorum.

(Cod. Ambros.)

Si infans ante decem & octo annos, quos nos instituimus, ut sit legitima ætas, sponsalia facere voluerit, aut sibi (16) mulierem copulaverit, habeat potestatem & metam facere, & morgincap dare juxta Edicti tenorem, & obligationem facere, & fidejussorem ponere, & chartam si voluerit pro ista scribere. Et qui fidejussor exstiterit, aut Scriba, qui pro causa ista chartam scripserit, nullam exinde ha-

---

diximus, quia multas intentiones de causa ista &c. Idem *intentio* significabat rudibus Seculis atque *contentio*. In fine Cod. Esten. *& apparuit nobis, quia immatura ætate sit ante expletos XII. annos*. Fortasse delendum est *causa*, & scribendum *quia immatura etas* &c. In MSto Cathedr. *ante expleto duodecimo anno*.

(8) Cod. Cathedr. Mutin. *voluerit in filiis suis sibi bene servientibus aliquid largiri*. Infra *tertiam portionem*.

(9) Idem Cod. *cuicumque voluerit*. Infra: *Quòd si forsitan quiscumque*.

(10) Cod. Cathedr. Mutin. *quòd mulier ipsa talem suasionem feciſſet. Defuncta autem ipsa muliere*.

(11) In utroque Mutin Codic. & in Ambros. legitur *fieri recta causa*. Ita quoque Editio Boheriana. *Causa* abbreviatè in MStis scribitur *ea*: hinc autem per errorem *ea*. Infra *ut homo filios suos* &c. *qui ei meliùs servierint*.

(12) Uterque Cod. Mutin. & Ambros. addunt *absconsè*. Infra in iisdem Mutinen. legitur *contenta sit ipsa mulier*. In fine iidem Codices habent: *nec fuit qui justitiam ejus exquireret*.

(13) Cod. Esten. *per ipsum munimen*.

(14) Cod. Cathedr. Mutin. *terram suam, pratum, aut silvam*. Infra *surrexerit tertius homo*.

(15) Hæc ita leguntur in Cod. Esten. *& ille insuper, qui dedit, & minimè defendere potuerit, ipsum damnum ei restituat, quantum inibi appretiatum* &c. Infra *aut venditionis homines inter se faciunt*.

(16) Cod. Cathedr. Mutin. *aut se mulieri copulare*. Infra Cod. Esten. *& chartas, si voluerit, pro causa ista scribere*.

Digitized by Google

habeat damneitatem. Quia nos (17) uſque ad illam ætatem produximus cauſam de infantibus, ut ipſi res ſuas non debeant naufragare aut diſperdere. Nam per iſtam conjunctionem, quam Deus præcepit, abſolvimus ut fiat. *II.* 29. 6.

LXV.

Recolimus enim quod ſtatuimus cum noſtris Judicibus, ut qui liberum hominem occidere præſumſerit, omnem ſuam ſubſtantiam amittat: Modò verò dum repeterent ſinguli homines, quos fortè aliqua duritia detinebat, quòd parens illorum, qui in (18) lectulo moruus fuerit, per venenum occiſus fuerit. Et dum per pugnam ipſam cauſam, ſicut antiqua fuerat conſuetudo, quærere diſponebant, gravis cauſa nobis eſſe comparuit, ut ſub uno ſcuto per unam pugnam omnem ſuam ſubſtantiam homo amittat. Ideoque ſtatuere prævidimus, ut ſi à modò talis cauſa emerſerit, ut ille, (19) qui poſt mortem parentis ſui per pugnam probare voluerit, quòd eum per venenum occidiſſet. Et obſervatis his, quæ in anteriori Edicto affiximus, per Evangelia affirmet, quòd aſto animo cauſam ipſam non requirat, niſi quòd ei certa ſuſpicio ſit. Poſtea poteſtatem habeat quærere per pugnam, ſicut antiqua fuit conſuetudo. Et ſi ei ferita evenerit, cui crimen ipſum mittitur, aut ad Campionem ipſius, quem conductum habuerit, non amittat omnem ſubſtantiam ſuam, ſed componat ſecundùm qualitatem perſonæ, ſicut (20) antea fuerit lex componendi. Quia incerti ſumus de judicio Dei, & multos audivimus per pugnam ſinè juſta cauſa ſuam cauſam perdere. Sed propter conſuetudinem gentis noſtræ Langobardorum legem (21) impiam vetare non poſſumus. *I.* 10. 1.

LXVI.

Si quis filiam ſuam aut ſororem alii ſponſare voluerit, habeat poteſtatem cui voluerit, libero tamen homini, ſicut anteriori Edicto continetur. Nam poſtquam eam ſponſaverit, non habeat poteſtatem alteri homini eam ad maritum dandi ante biennii tempus. Et ſi dare cuilibet præſumſerit, aut ipſa (22) ſponſalia irrumpere voluerit, componat ſponſo ipſius, ſicut inter ſe pœnam firmaverint, qualiter in anteriori Edicti continetur pagina, & inſuper in Palatio guidrigild ſuum componat. Et qui eam tollere præſumſerit, componat ſimiliter in Palatio Regis guidrigild ſuum. Si verò ſinè voluntate patris, aut fratris eam tollere præſumſerit, quæ jam alteri eſt deſponſata, componat ſponſo ejus duplam metam, ſicut Edictum anterius continet, & in Palatio Regis componat guidrigild ſuum. Pater verò, & frater, qui in tali cauſa non conſenſerint, ſint (23) abſoluti. Puella verò ipſa, quæ hoc ſua voluntate facere præſumſerit, ſi aliqua ei portio ex parentum ſucceſſione debetur, amittat ipſam portionem; & nuda & vacua de rebus parentum ſuorum vadat, & ipſi ſuccedant, qui per legem ſuccedere poſſunt. Nec poſſit ei aut frater per quodlibet ingenium aliquid dare, & hereditatem relinquere, quia (24) excreverit vitium hoc in gentem noſtram propter cupiditatem pecuniæ. Et ideo reſecare volumus hoc, ut ceſſent inimicitiæ, & faidam non habeant. Sin autem, quod abſit, poſt ſponſalia facta tales inter parentes ipſius excreverint inimicitiæ, qualicumque cauſa interveniente, ut homicidium de parentibus ipſorum perveniat, unde duritiam inter ſe teneant, ſi dare aut tollere noluerint, componat (25) pars, quæ neglexerit, ſicut inter ſe ſtatutum habuerint, & ſint abſoluti. Quia non eſt bonum, ut ibi quiſpiam debeat dare filiam ſuam, aut ſororem, vel parentem ſuam, ubi veſtra inimicitia homicidii eſſe probatur. *II.* 1. 11.

LXVII.

De frea malè tractata. (*Cod. Ambroſ.*)

Continet ante (26) anterius Edictum de frea ſua, qui eam malè tractaverit, amittat mundium ipſius, & non dicat, qualis ſit ipſa mala tractatio. Proinde ſtatuere providimus, qualis ſit ipſa mala tractatio. Mala tractatio eſt, ſi eam fame necaverit, aut veſtimentum, aut calceamentum, ſecundùm qualitatem pecuniæ mulieri non dederit, aut ſi ſervo, vel aldioni alterius eam uxorem dare præſumſerit, aut turpiter baptiderit eam, excepto ſi infans fuerit, pro honeſta diſciplina oſtendenda, aut pro-

(17) Uterque Cod. Mutin. *Quia nos ideo uſque*. Infra pro *diſperdere* unus habet *diſpergere*, alter *diſſipare*. In fine Cod. Eſten. *Nam pro ipſa conjunctione, quam Deus præcepit, abſolvimus, ut faciat*. Tum additur *ita ut conjugium non ante XII. annos*: quæ neſcio Gloſſamne, an Legis particulam exhibeant.

(18) Cod. Eſten. *qui in lectulo ſuo mortuus fuerat, per venenum occiſus eſſet*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *gravis cauſa nobis paruit eſſe*.

(19) Ita hæc in Cod. Eſten. leguntur: *ut ille, qui mortem parentis ſui quærere, & per pugnam potuerit probare, quòd eum per venenum occidiſſet, obſervato eo, quod in anteriori Edicto affiximus, per Evangelia* &c. Infra *aut ad Campbionem ipſius, quem conductum habuit*. Qui enim aut ætatis, aut ſexus, aut infirmitatis cauſa excuſati pugnare pro ſe non poterant, *Campionem*, ſive defenſorem pro ſe dimicaturum inducebant.

(20) Uterque Codex Mutin. *ſicut antiqua fuit lex componendi*. Infra Cod. Eſten. *ſinè juſtitia ſuam cauſam perdidiſſe*.

(21) In utroque Mutin. Codice, uti & in Ambroſ. legitur *Legem ipſam*. Singularia certamina in privatorum cauſis utique impia; verùm adeò enormem eorum abuſum non ſatis intelligebant rudia Secula; neque *impium* putabant, quod tunc tot Populorum conſenſu, conniventibus etiam non paucis Epiſcopis, ratum erat, imò pietatem ac fiduciam de juſto Dei judicio ſapiebat: unde pugna inter *Judicia Dei* recenſebatur. Attamen videas, Liutprando Regi ea minimè probari, ac tantummodo ex vi conſuetudinis tolerari; ſentiebat quippe, nimium difficile fore ea omnino tollere: quod & noſtris temporibus, quamquam fato meliore fruentibus, difficillimum fuit

(22) In Cod. Cathedr. Mutin. legitur *aut ipſas ſponſalias*. Infra *& inſuper in Palatio Regis*.

(23) Cod. Eſten. *ſint ſoluti à datura femina. Puella verò, quæ ſua voluntate hoc facere* &c. Infra uterque Cod. *Nec poſſit ei pater aut frater*.

(24) In utroque Cod. Mutin. *quia excrevit vitium hoc in Gente noſtra*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *ut inimicitiam ceſſante faida non habeant*.

(25) Cod. Eſten. *componat pars parti*. Infra alter Cod. *& ſint ambo ſoluti*. In fine uterque Codex: *ubi vera inimicitia, & homicidium eſſe probatur*.

(26) Cod. Cathedr. Mutin. *Continet enim*. Cod. Eſten. *Continet autem*. Infra *ut amittat mundium ipſius. Et non dicit, qualis* &c. Dicebatur *frea ſua* mulier, quam quis ſub jure, *mundio*, ac poteſtate ſua habebat. Infra *aut veſtimenta, aut calciamenta ei ſecundùm qualitatem pecuniæ non dederit*. Appellabatur quoque *Mundoalda, mundiata, & mundiana*, ſi Iſidori Gloſſis fides, ubi legitur *Freta vel mundiana de parente ſuo relicta*. Scribe *frea*.

Digitized by Google

propter muliebria opera, aut vitium malum emendandum, ſicut de propria filia ſua. Et ſi eam ad indecibilem operam coactam minaverit, aut ſi (27) cum ea adulteratus fuerit, omnia hæc, quæ facere præſumſerit, malè tractatam eſſe dicimus. Et inſuper addimus, ut nec ad liberum hominem eam ad maritum dare præſumat abſque ejus voluntate, quia pejus tractata eſſe non poteſt, quàm ſi illum virum tollat, quem ipſa non vult. Ideo ſtatuimus, ut propter plagas, aut ferîtas ſi fecerit, vel de adulterio, componat eidem feminæ, ſicut Edictum continet, & mundium ejus amittat. *II.* 11. 4.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martina cum Donato ſuo Tutore, quòd ipſa erat tua mundualda, & necaſti eam per famem, aut turpiter baptiſti, vel plagaſti eam. Secundùm quoſdam hoc ſit a.....

LXVIII.

Si quis amodò inventus fuerit cum uxore aliena turpiter converſari, ideſt ſi manum in ſinum, aut ad pectus ejus miſerit, vel ad alium locum, unde turpe eſſe poteſt, cum conſenſu ipſius mulieris, & probatum fuerit, componat qui hoc malum perpetravit, guidrigild ad maritum ipſius mulieris. Si autem cauſa probata non fuerit, niſi tantummodo quiſpiam de (28) ſuſpecto alium de uxore ſua compellat, habeat licentiam ipſe qui compellat, aut ad pugnam, aut ad ſacramentum ipſum hominem quærere qualiter voluerit. Si verò ipſa mulier in hac illicita cauſa conſentiens fuerit, habeat poteſtatem ejus maritus in eam vindictam dare, ſive in diſciplina, ſive in venditione ubi voluerit. Veruntamen non occidatur, nec ei ſcematio corporis fiat. Si quidem forſitan talis fuerit ipſe liber homo, ut non habeat unde compoſitionem facere (29) poſſit, tunc Publicus debeat eum dare in manu mariti ſui, & ipſe in eum faciat vindictam in diſciplina vel venditione, nam non in occiſione, aut in ſcematione corporis. Si autem aldius, vel ſervus alienus hoc malum in libera muliere facere præſumſerit, tunc patronus ejus componat ad maritum ipſius mulieris ſolidos LX. & ipſam perſonam det ei (30) in manus ejus. Si verò ſervus aut aldius per voluntatem domini ſui hoc malum fecerit, quod ſupraſcriptum eſt, & probatum (31) fuerit, quòd ipſe ſervus in ipſa compoſitione tradatur. Et ſi probata cauſa non fuerit de domini ejus voluntate, tunc ipſe dominus ſervi vel aldionis purificet ſe per ſacramentū cum legitimis ſacramentalibus ſuis, ut in malo conſentiens non fuiſſet, & ſit abſolutus, & (32) tamen fiat, ſicut ſupra ſtatuimus de ſervo vel aldione. *II.* 55. 16.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipſe te invenit turpiter converſare cùm Alda ſua uxore. Petre te appellat Martinus, quòd habet ſuſpectionem, quod tu converſaſti turpiter cùm Alda ſua uxore. Cum eo adardire (33) volo. Vadiate pugnam. Petre te appellat Martinus, quòd Donatus tuus ſervus per tuam voluntatem converſavit turpiter cùm Alda ſua uxore. Aut non fecit; vel fecit, ſed non cum mea voluntate.

LXIX.

Si quis miſer & (34) inſipiens homo præſumſerit ſponſare mulierem habentem virum ſuum, ſive vir ejus ipſe ægrotus fuerit, ſive ſanus, ſicut & modò nobis talis cauſa annuntiata eſt, & probatum eſt, componat ipſe, qui hoc fecerit, guidrigild ſuum ad maritum ejus, & ipſa ſuſcipiat in ſe talem condemnationem, (35) qualem ſupra diximus de illa muliere, quæ ſe turpiter tractare permittit. *II.* 8. 8.

LXX.

Si quis furore accepto batiderit hominem liberum vel mulierem liberam, aut puellam, quæ in ſcandalum, ubi viri litigant, vênit, & per ipſas ferîtas ponderoſi (36), aut ponderoſæ effecti fuerint, ſicut & modò factum audivimus, componat medium pretii ipſius maſculi, tamquam ſi eum occidiſſet, & de femina ſimili modo medium pretii, tamquam ſi fratrem ejus occidiſſet. Excepto ſi plagas, aut ferîtas fecerit, componat ſicut anterius Edictum continet. *I.* 17. 4.

For-

(27) Cod. Eſten. *aut ſi eam adulteravit: omnia qui hæc, vel aliquid facere præſumſerit, malè tractare eſſe* &c. Infra Cod. Cathedr. *quia pejor tractatio eſſe non poteſt.*

(28) Cod. Cathedr. Mutin. *de ſuſpectu.* Cod. Eſten. *de ſuſpectione alium de uxore ſua compellaverit.* Infra Cod. Cathedr. *nec ei ſcematio.* Cod. Eſten. *nec ei ſematio corporis fiat.* Et infra *aut ſematione.* Hoc eſt mutilatio aliqua ejus membris non inferatur. Habes heic jam olim invectum Italicum verbum *ſcemare*, & *ſcemo*: hoc eſt *minuere*, & *imminutum*. Ferrarius vocem hanc ab *eximere*, corrupto efformatam putat. Menagius à neſcio quo verbo *ſemiſemus* arceſſit. Atqui noſtrum *ſcemare* aut à Latino *ſemis*, ſive *ſemi*, quod dimidium ſignificat, quaſi dimidiare, proceſſit; aut à Latino, ſive etiam Græco *ſimus*. Quamquam enim ea vox naſum tantummodo preſſum ſignificet, unde *ſimæ capellæ*, & *Simia* nomen: attamen pro *naſo mutilato* accepere ſubſequentia Secula, eamdemque ſignificationem ad alia membra tranſtulerunt. In Capitulis additis Legi Alamannor. apud Baluz Tom. I. pag. 85. Capitular. *Si quis auriculam ſimaverit.* In Concil. Aurelian. III. Anni 538. legitur *aut ſemus corpore.*

(29) Cod. Eſten. *facere poſſit, remanentibus ſaltim XX. ſolidis, aut plus, tunc Publicus debeat* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *eum comprehendere in manus mariti ejus, ut faciat ſibi exinde quod voluerit in diſciplinæ vindictam, aut in venditione, nam non in occiſione, aut in ſcematione.* Tunc hæc adduntur: *Si verò fecerit, ut contemtor Legis vadat in præſentia Regis. Nam ſi ſubtus XX. ſolidos remanſerint, non abſolutè dabitur, ſed ſerviat ad terminum. Si verò aldius* &c.

(30) In Cod. Eſten. hæc leguntur: *det in manum mariti ejus, & ipſe in ea faciat vindictam in diſciplina, & venditione, nam non in occiſione, aut ſematione. Si verò ſervus, aut aldius alienus* &c.

(31) In utroque Mutin. Codice & in Ambroſ. additur: *quòd ipſe dominus ejus conſenſiſſet*, ſive *conſenſit, componat ſicut ſupra, widrigild ſuum, ſic tamen ut ipſe ſervus* &c. Infra Cod. Eſten. *quòd in ipſo malo conſentiens* &c.

(32) Cod. Eſten. *Et tantum fiat, ſicut ſupra præmiſimus, vel ſtatuimus de ſervo vel aldione.*

(33) Hoc eſt pugnam cum eo experiri. Hinc nata videtur Italica vox *Ardire.*

(34) Codices Mutinen. *aut inſipiens* Infra *& probatum fuerit.*

(35 Cod. Cathedr. Mutin. *talem diſciplinam aut condemnationem* (ſequitur Cod. Eſten.) *qualiter hìc ſupra diximus de illa muliere, quæ ſe turpiter adtrectare permiſit.* Alter Cod. *adtractari permittit.*

(36) Vide ſequentem notam. In fine Cod. Cathedr. Mutin. hæc ita effert una cum additamento: *componat, ſicut in anteriore Edicto legitur, Et de Aldiis, vel Aldianis, Servis, vel Ancillis, ſi talem cauſam fecerit, ſimili modo medietatem pretii ipſorum componat, excepto plagas, aut feritas, ut ſupra.*

Digitized by Google

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipſe currebat in ſcandalum, aut Martina ſua mundoalda ſimpliciter, & tu feciſti ſibi plagas, aut feritas. Et ille per illas plagas vel feritas fuit ponderoſus vel ponderoſa. Approbet ſecundùm quoſdam. Si non: idoneet ſe reus, vel componat medietatem pretii quantum appretiabitur maſculus.

LXXI.

Si quis aldium, aut aldiam, ſervum, aut ancillam alienam batiderit, & per ipſam batituram ponderoſi (37) facti ſunt, medium pretii Domino ejus componat, licèt patrono eorum, tamquam ſi eum occidiſſet, exceptis plagis & feritis, componat, ſicut anterius Edictum continet. *I.* 8. 35.

LXXII.

Si quis (38) doloſè, aut per ſuperbiam, ſicut & modò factum eſſe cognoſcimus, mulierem, aut puellam liberam ſedentem ad neceſſitatem corporis ſui, vel in alio loco, ubi ipſa femina pro ſua neceſſitate nuda eſſe videatur, pungere, aut percutere præſumſerit, componat ad Mundualdum ejus ſolidos LXXX Si aldius, aut ſervus fuerit, qui hoc facere præſumſerit, componat dominus ejus ſolidos XL. & ipſam perſonam, qui hoc malum fecerit, tradere debet in manus Mundualdi ejuſdem feminæ. *I.* 17. 5.

LXXIII.

Si aldius cujuſcumque aldiam alterius tulerit ad uxorem, & filios ex ea procreaverit, & (*) mundium ex ea non fecerit, ſint filii ejus aldiones cujus & mater fuerit. Nam ſi poſtquam ex ea mundium fecerit, & filii nati fuerint, ſicut in anteriori Edicto continetur, patrem ſequantur, & talem legem cum patrono ſuo habeant, qualem & pater eorum habuit. *II.* 12. 8.

LXXIV.

Si Romanus homo mulierem Langobardam tulerit, & mundium ex ea fecerit, & poſt ejus deceſſum ad alium maritum ambulaverit ſinè voluntate heredum prioris mariti, faida & anagrip non requiratur: quia poſtquam marito Romano ſe copulaverit, & ipſe ex ea mundium fecerit, Romana effecta eſt, & filii qui de eo matrimonio naſcuntur, ſecundùm legem patris Romani (39) ſint, & ideo faidam & anagrip minimè componere debet qui eam poſtea tulit, ſicut nec de alia Romana. *II.* 7. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus cum Donato ſuo tutore, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Mea propria eſt per chartam venditionis, quam tu mihi feciſti cum marito tuo, qui eſt mortuus. Ecce charta. Ipſa chartula non mihi nocet, quia eram Langobardam. Non potui facere ſinè parentibus. Maritus tuus fuit Romanus, & fecit mundium de te. Aut probet quòd maritus fecit mundium, aut fiat vacua.

LXXV.

De fidejuſſore, qualiter debeat dare creditori ſuo. (*Cod. Ambroſ.*)

In anterioris Edicti noſtri Capitulo affiximus, ut ſi ad guadiam ſuam ſolvendam quiſpiam liber homo tres fidejuſſores habuerit liberos homines, & ipſe qui guadiam ſuſcepit, reddere neglexerit, ſic componat, ſicut ille, qui non habuerit fidejuſſores paratos. Modò verò dum pravos homines cognoviſſemus (40) tales fidejuſſores vel ſtatuere, qui nihil habeant, niſi ſolummodò perſonam ſuam, ut per eos juſtitiam ſuam creditor ipſe minimè invenire (41) poſſit, ſtatuimus, ut tales debeant eſſe fidejuſſores ipſi, ut ſi amplius non habuerint, quomodo eos pignorare poſſit, quàm ipſa obligatio ſit, vel tantum habeant, quantum, ut diximus, ipſa obligatio eſt, unde fidejuſſores intervenire debent. Nam ſi minus habuerint, non ſit culpabilis ille, qui eos recipere noluerit; nec ipſe qui dare debet, excuſare ſe poſſit à culpa dicendo, quòd fidejuſſores paratos habuiſſet: quia impoſſibile eſt, ut homo talem fidejuſſorem accipiat, qui non habeat vel amplius, vel tantum quantum ipſum debitum fuerit, quod tollere loco pignoris poſſit. Et ſi de præſenti habuerit, unde det tales fidejuſſores, qui recipiendi ſunt, ecce bene. Si autem non habuerit ipsâ horâ, ſit ſpatium de ipſa guadia per tres dies ſinè culpa, & poſtea dare debeat tales fidejuſſores, qui habeant, unde perſolvant quod debitor dare debet. Si verò ampliùs dilataverit ad fidejuſſores dandos, componat, ſicut antea ſtatuimus. *II.* 21. 27.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipſe dedit tibi vadia decem ſolid. VI. Kal. Auguſti. Vult ſuſcipere per fidejuſſores.

LXXVI.

De his feminis, quæ aductæ ſint, & ſibi intra ætatem copulaverint maritum. (*Cod. Ambroſ.*)

Adveniente (42) vaniſſima & ſuperſtitioſa vel cupida ſuaſione ex perverſione, apparuit modò in his temporibus, quæ illicita nobis vel

(37) Cod. Eſten. *ponderoſi vel ponderoſæ factæ fuerint, medietatem pretii domino, vel patrono eorum componat.* Nempe *domino* Servi, & *patrono* Aldionis. Hæc enim vocum diverſitas diſparem eorum conditionem indicabat. Heic autem *ponderoſi* (*ſponderoſi aut ſponderoſæ* habet Codex Ambroſ.) vox adhibita eſt, ut deſignetur qui ex ictibus baculi ineptus ad gradiendum factus fuerit, & lecto teneri coactus. Occurrit quoque in Legibus VVisigoth. Lib. VI. Tit. 4 num. 3. *cui ponderoſitas facta fuerit.* Sic apud Virgilium Lib. 3. Georgic. *morbo gravis.* Et apud Livium Lib. VI. *gravis vulneribus.* Tullius quoque Lib. IV. de Fin. inquit: *gravitas membrorum, & cruciatus dolorum.* Neque enim heic *ponderoſum* pro eo qui *bernia laborat*, capiendum, ut ſentire videtur Du-Cangius in Gloſſario Latino.

(38) Uterque Cod. Mutin. *Si quis malitioſè, & per ſuperbiam, ſicut & modò factum eſſe cognovimus.* Infra *& ipſam perſonam ejus, qui* &c.

(*) Non enim maritus conjugis aldiæ tutelam, ſive mundium acquirebat, niſi pretio dato ejus patrono, ut ejus mundium dimitteret. Vide ſupra Legem CCXVII. Rotharis.

(39) In utroque Cod. Mutin. *Romani ſint, & lege patris ſui vivant, & ideo* &c. *Faida* eſt inimicitia, quam pretio dato redimere cogebatur, qui læſerat; *Anagrip*, ſeu *anagrip* præſumtionis & inſultus culpa.

(40) Cod. Eſten. *cognoviſſemus, qui talis fidejuſſores vellent ſtatuere, qui nihil haberent, niſi* &c.

(41) Hæc adduntur in Codic. Eſten. *quamvis eſſent concives, vel à conliberto conlaudati, tamen ſtatuimus, ut tales debeant eſſe fidejuſſores ipſi, ideſt concives, vel illi, quos conlibertus commendat, vel alii, ſi acceptor vult, ut ſi amplius non habuerint, quomodo eos pignorare poſſit aliquis, quam* &c. In fine idem Cod. hæc habet: *ſicut antea ſtatuimus uſque ad ſoldos L.* In MSto Codice Cathedr. Mutin. non leguntur tot verba quot in Eſtenſi.

(42) Cod. Cathedr. Mutin. *Interveniente.* Infra uterque Cod. habet *& perverſione.* Inferiùs *& jam matura ætatis.*

Digitized by Google

vel cunctis noſtris Judicibus conjunctio eſſe comparuit : quoniam adultæ & maturæ ætatis feminæ copulabant ſibi pueros parvulos inter legitimam ætatem , & (43) dicebant quòd viri legitimi eſſe debent , dum adhuc ipſi ſecum minimè commiſceri valerent . Nunc itaque ſtatuere prævidimus , ut nulla amodo femina hoc facere præſumat , niſi pater , aut avus pueri cum legitimis parentibus puellæ hoc facere præviderint . Nam ſi puer poſt mortem patris aut avi intra ætatem remanſerit , & ei ſe qualiſcumque femina , antequam ipſe puer (44) XIV. annum compleat , copulare præſumſerit , dicendo quòd legitimus ejus maritus eſſe debeat , irrita ſit ipſa conjunctio , & ſeparentur ab invicem . Femina verò ipſa revertatur vacua cum opprobrio ſuo , & non habeat poteſtatem alii viro ſe copulare , dum (45) ipſe puer in ætate ſupradicta pervenerit . Siquidem impleta ætate puer ipſe ſibi eam ad uxorem habere voluerit , habeat licentiam , & ſi eam noluerit , tollat uxorem aliam , qualem voluerit , & potuerit . Illa verò ſi ad alium maritum ambulaverit , & ipſe puerulus eam habere noluerit , non ei poſſit vir ſuus , qui eam tulerit , pleniter mephium (46) dare , ſicut ad aliam puellam , ſed tantummodo medium , ſicut ad viduam mulierem . Qui verò puerum ipſum ſuaſerit , ſive (47) parens ejus ſit , ſive extraneus homo , componat ſolidos C. medium Regi , & medium ad ipſum . *II.* 8. 9.

LXXVII.

De muliere , cui à viro ſuo mala licentia data fuerit . (*Cod. Ambroſ.*)

Si quis dixerit (47) conjugi , malam licentiam dando ; *vade , & concumbe cum tali homine* , aut ſi dixerit alicui homini ; *veni & fac cum muliere mea carnis commixtionem* , & tale malefactum fuerit , & cauſa probata fuerit , quòd per ipſum maritum factum ſit : ita ſtatuimus , ut illa mulier , quæ hoc malum fecerit & conſenſerit , moriatur ſecundùm anterius Edictum , quia nec talem cauſam facere , nec celare debuit : quia ſi vir ejus cum ancilla ſua , aut cum altera muliere adulterium (48) feciſſet , mulier ipſa ad Palatium , aut ad Judicem habuit proclamare , ideo hoc tacere nequaquam debuit , quando ei primùm fuerit dictum ; Propterea , ut diximus , moriatur ſecundùm anterioris Edicti paginam . *Ille autem vir ejus , qui ei tam malam licentiam dedit , aut alteri homini dixerit , aut auctoritatem tribuit in mulierem ſuam ad tale malum perpetrandum , componat ad parentes ipſius mulieris ſuæ , tamquam ſi in ſcandalum ipſa mulier occiſa fuiſſet , quia* (49) *ipſa ex peccatis in ſcandalum concurrere viſa eſt , quando ad hoc malum perpetrandum acceſſit , quia in majus ſcandalum currere non potuit , quando ſe ad mortem traxit . Ideo , ut ſupra diximus , componat vir ejus , ſicut ſupra ſtatuimus . Et res ejuſdem mulieris , ſi filios habuerit , ipſi* (50) *ſuccedant ; & ſi filios non habuerit , revertantur ad parentes ipſius mulieris , eo quòd credimus , quòd tale malum ideo quæſivit miſer homo facere , ut ipſam mulierem perdat , & res ejus habeat . Ille autem homo , qui cum ipſa muliere aliena adulterium commiſerit , quamquam cum viri ejus conſilio feciſſet , tradatur* (51) *in manus parentum ipſius mulieris , & non in manus ipſius viri , qui tale malum conſenſit , aut conſilium illicitum tribuit . Idem* (52) *de cauſa iſta , quam ſupra præmiſimus , ſi conſilium & licentia data fuerit ad mulierem , & ipſa non conſenſerit , & manifeſtaverit ipſam cauſam , & ipſa mala opera non fuerint facta , tunc ipſe vir ejus , qui ei talem licentiam & conſilium dederit , componat ſicut in anteriori Edicto affiximus , quomodo qui alii malum conſilium dederit , ideſt ſolidos L. quia adhuc major malitia eſt , quando homo ad mulierem ſuam illicitum conſilium tribuit , quàm ſi ad alium liberum hominem malum conſilium dediſſet . I. 33. 6.*

Formulæ veteres .

Petre te appellat Martinus , quòd tu dediſti licentiam ad Mariam ſuam filiam , & tuam uxorem , quòd ipſa adulteraret , & ſe adulteravit . Petre te appellat Johannes , quòd tu tenes ei malo ordine ideſt petiam de terra , quæ fuit Johannæ ſuæ conſobrinæ , & tuæ uxori , cui dediſti licentiam , ut cum alio homine miſceret . Petre te appellat Martinus , quòd ipſe habeat certam ſuſpectionem , quòd tu adulteraſti Mariam ſuam uxorem . Ego adulteravi per tuam licentiam ; aut probet , aut fiat traditus in ſua manu .

Si quis res ſuas commendaverit in cujuſcumque caſa de liberto (53) ſuo libero homine , &

(43) Uterque Cod. Mutin. *& dicebant , quòd vir ejus legitimus eſſe deberet* (tum Cod. Eſten.) *dum adhuc ſecum minimè miſcere poteſt* . Infra *poſt mortem patris aut avi infra ætatem* .

(44) Ita etiam in Eſten. Cod. At in antiquiſſimo Cathedr. Mutin. legitur : *antequam puer tertio decimo compleverit anno* . De legitima puerorum ætate ad Matrimonium fuerunt , & adhuc vigent , nonnullæ concertationes inter Theologos & Juriſperitos . Non abjicienda ſanè hæc lectio , quamquàm editi Libri ad communem ſententiam accedant .

(45) Ambo Cod. Mutin. *dum ipſe puerulus ad ætatem ſupradictam pervenerit* . Infra *tollat ſibi uxorem aliam* . Et inferiùs : *ſi ad alium maritum ambulare voluerit* .

(46) Cod. Eſten. *meſium dare* . Sed ſcribendum *meſium* , quod idem fuit ac *methium* , ſive *meta* ; donatio videlicet à marito nuptiarum causâ conjugi facta . Hinc autem habes , viduas à puellis diverſo largitionis modulo à viris donatas .

(47) Uterque Cod. Mutin. addit *ſuæ* . Infra Cod. Eſten. *& tale malum factum fuerit* . Et inferiùs *per ipſum maritum ejus factum ſit* .

(48) Ita & in Cod. Eſten. at in Cod. Cathedr. Mutin. ita legitur : *adulteraſſet ; mulier ipſa ad placitum , aut ad Judicem debuit proclamare* &c. *quando ei priùs dictum fuerat* . Infra *talem malam licentiam dedit , aut alteri homini dixit* .

(49) Uterque Cod. Mutin. *quia & ipſa ex peccatis in ſcandalum currere viſa eſt* .

(50) In ambobus Codicibus Mutinen. *ipſi habeant* . alioqui ſcribendum foret *in res* &c. *ſuccedant* .

(51) Cod. Eſten. *quamquam cum viri ejus conſilio , fiat traditus in manus de parentibus ipſius mulieris , nam non in manum viri ſui , qui* &c. Codex verò Cathedr. Mutin. *quamquam cum viri ejus conſilio fiat , tradatur in manus parentibus ipſius mulieris , nam non in manu mariti ſui* . Idem Cod. ſupra *componat ad parentibus ipſius* . Hæc autem in eum etiam finem adnotavi , ut Lector origines Italicæ noſtræ Linguæ ex his quiſquiliis intelligat .

(52) Cod. Eſten. *Item de cauſa iſta , quam ſupra præmiſimus* .

(53) Cod. Eſten. *de conliberto ſuo , libero homine* . Supra ad Legem XXXVII. ejuſdem Liutprandi aliquid adnotavi de voce *Conlibertus* . Hinc certè erui poſſe videtur , revera non de Libertis heic agi : non enim addidiſſet *libero homine* ; ſed quidem de amicis , aut familiaribus ac notis . Nos appellaremus *Conoſcenti* . Infra idem Cod. Eſten. *reddiderit , ecce bene ; aut ſi non reddiderit , reddere tamen debet . Quia & nos ita* &c.

Digitized by Google

& contigerit, ut adveniens fur ipſas res furatus fuerit, & ipſa in cujus caſa res ipſæ fuerint, reddiderit, aut ſi non reddiderit, reddere tamen debet. Et nos ita ſtatuimus, & diffinimus, ut qui res alienas commendatas ſuſceperit, & eas perdiderit, reſtituat ei res ipſas, cujus fuerint, & poſtea furtum ipſum, ſi inventum fuerit, ei componat ipſe (54) fur, de cujus caſa res rapuerit, aut furatus fuerit. Quod omnino proſpeximus, quoniam ſi ille componat furtum ipſi, cujus res fuerint, poſtea ille cujus caſam ruperit, quæreret ei rupturam caſæ ſuæ, & non poſſumus in una (55) caſa duas imputare calumnias. Ideoque ſic nobis juſtum viſum eſt, ut ille, qui ſuas res commendavit, recipiat eas ab ipſo, de cujus caſa perierint, & ipſe de cujus (56) caſa exivit, ipſum furtum quærat ab ipſo fure, & tollat compoſitionem, ſicut lex eſt. Et ipſe fur, quamvis malefactor ſit, non (57) habeat de una cauſa duas calumnias. *II.* 27. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipſe depoſuit tibi tanta ſua mobilia, quæ valebant ſolidos XX. Petre te appellat Martinus, quòd ipſe habet certam ſuſpectionem, quòd tu tuliſti ſibi ad furtum tanta mobilia, quæ valebant ſolidos XX.

LXXIX.

De Ancilla alterius quaſi ſervo aut Aldioni ſuo copulata. (*Cod. Ambroſ.*)

Si quis fraudulenter ancillam alienam tulerit, & dixerit, quòd eam ſervus, aut aldius ipſius tuliſſet ad uxorem, & poſtea veritas clarefacta fuerit, quòd non eam ipſe ſervus, aut aldius tuliſſet, tunc primùm omnium reddat ipſum mancipium, cujus fuerit, & ſit ejus ancilla, cujus antea fuit. Et ille, qui hanc fraudem facere præſumſerit, det inſuper aliam talem ancillam, aut (58) aldiam eidem homini, cui fraudem fecerit, & reddat opera de ipſa ancilla, quam fraudulenter tulit, quamdiu eam apud ſe habuerit. *II.* 12. 9.

LXXX.

Si quis liber homo in caſa (59) alterius introiret ad reſidendum, & ei cenſum reddendum, & poſtea aliquid emerit de illis rebus, quas ſecum adduxerit, quando in ipſam caſam intravit, aut forſitan habuerit rem (60) de muliere ſua: ſi exinde emerit, & ſic probatum fuerit, tunc ipſum negotium dimittat in ipſa caſa, & recipiat pretium ſuum. Et ipſa probatio in hoc ordine debeat fieri, ut non de (61) rebus mulieris ſuæ aliquid comparuit, adducat homines, qui ſciant, quòd ipſum pretium de rebus mulieris ſuæ ſit, ut cauſa ipſa non veniat ad perjurium, ſed quomodo voluerit juret, ut de rebus mulieris ſuæ comparatio ipſa facta fuiſſet, & illi teſtes firmiter ſciant & jurent, *quia interfuimus, quando ipſa comparatio de rebus mulieris facta eſt*. Et ſic poſtea recipiat pretium ſuum, & ipſum negotium remaneat in ipſa caſa. Nam ſi de illo labore camparaverit, quod poſtea laboraverit, (62) aut fecit poſtquam in ipſa caſa ad cenſum reddendum introierit, in ipſo ceſpite dimittat, ubi laboravit. Hæc autem ideo affiximus, quia tantummodo cauſa ipſa in hoc modo ſemper, & anteceſſorum noſtrorum tempore, etiam noſtro, per cadarfedam ſic judicatum eſt: nam in hoc Edicto aſcriptum non fuit. *II.* 23. 1.

LXXXI.

Si homines in uno vico habitantes aliquam intentionem inter ſe habuerint de terra, vinea, prato, aut ſilva, vel de alia re, & collegerit ſe una (63) pars cum virtute & dixerit; *eamus & expellamus eos de ipſo loco per virtutem foràs*, & ambulaverint, & ſcandalum ibi commiſſum fuerit, & plagæ vel feritæ factæ, aut homo occiſus fuerit, ita decernimus, ut plagas aut feritas, & hominem mortuum ſecundùm anterius Edictum, quod glorioſiſſimus Rex Rotharis, vel nos inſtituimus, componat. Sed pro illicita præſumtione de ipſa collectione componat ſolidos XX. ad illam partem, quæ in campo aut in vinea, vel prato, aut in ſilva ſuum laborem faciebat. Quia autem ideo ſtatuimus, ut nullus præſumat malas cauſas in quolibetcumque loco excitare aut facere, & non potuimus cauſam iſtam aſſimilare ad araſcild, nec ad alium conſilium ruſticanorum, vel ad ſeditionem, & plus nobis

(54) Idem Cod. *componat ipſe fur, ſicut lex eſt, ei, de cujus caſa ipſas res rapuerit, aut furatus fuerit. Quia hoc ideo proſpeximus.* Infra *cujus caſam rupit.*

(55) Cod. Eſten. *in unam caſam duas calumnias facere ponere.* Editio Boheriana habet: *in una cauſa duas imputare calumnias.* Et quidem rectè: infra enim eadem lectio repetita occurrit, & in ipſis MStis. Leges tamen Juſtinianæ, quibus nunc utimur, æquiora hac de re præcipiunt.

(56) Cod. Eſten. *de cujus caſa ipſe fur exivit, querat ab ipſo fure compoſitionem, & tollat ſicut lex eſt.*

(57) Hæc adduntur in Eſtenſi Cod: *tamen non habeat ex una cauſa duas calumnias, niſi aliquid futurum à noſtris Succeſſoribus præcipiatur imponi.*

(58) Cod. Cathedr. Mutin. *aut aldiunem*, In fine Cod. Eſten. addit hanc Gloſſam: *Intellectum hujus Legis: Datur in duplum omne, quod auferatur fraude.*

(59) Cod. Cathedr. Mutin. *in caſam alterius introjerit ad reſidendum, ei cenſum reddendo.* Hoc eſt per precariam, ſive libellum, domum aut prædium alicujus ſibi conquiſierit, ſive potiùs ad utendum eam domum, aut ad colendum eum agrum conduxerit. Infra *negotium pro re* adhibitum videas. Eodem ſenſu apud nos hæc ipſa vox perdurat.

(60) Uterque Cod. Mutin. *res de muliere ſua, & ſic exinde emerit, & probatum* &c.

(61) In ambobus Codicibus Mutinen. & in Ambroſ. *ut quando de rebus mulieris* (ſequitur Cod. Eſten.) *aliquid comparuit.* Infra *ſed quando voluerit, quòd de rebus* &c.

(62) Uterque Cod. Mutin. *laboravit, aut fecit.* Verbum *laborare* indicat heic agri alicujus cultura, uti & *ceſpes* infra memoratus, quo nomine prædium ruſticum ſignificabatur. In fine Cod. Cathedr. Mutin. habet *per cabwarfida.* Eſtenſis verò Cod. *per cardafedam* Ambroſ. *per quawarfeda ſic judicata.* Hoc eſt non ex Lege, ſed per conſuetudinem & uſum. Vide ſupra Legem XXIII. ejuſdem Liutprandi. In fine Cod. Eſten. *Nam in Edicto* (hoc eſt Rotharis) *ſcriptum non fuit.*

(63) Idem *contentionem.* Infra Cod. Eſten. *una pars forma non per obligationem, aut per ſacramentum, ſive per dexteram, cum virtute, & dixerint* &c. Infra *ſolidos XX. ſicut de conſilio mortis, ad illam partem.* Infra *Hoc autem ideo ſtatuimus.* Et inferiùs Cod. Cathedr. Mutin. *aſſimilare neque ad arſchild.* Cod. Eſtenſis *neque ad raſcild, neque ad conſilium ruſticanorum, neque ad ruſticanorum ſeditionem* &c. *Araſcild*, ſive *Hereſchild*, ut Du-Cangius cenſet, dicebatur conventus legitimus hominum ad militiam, vel ad aliud opus Reipublicæ utile aut neceſſarium. *Cavalcatam* Papias interpretatur. Infra Cod. Eſten. *& ſuper alios vadunt pro peccatis, ad ipſum vadunt, ut malum faciant. Et ſi caſus* &c.

Digitized by Google

bis congruum paruit esse de consilio malo, ideſt de consilio mortis, quia quando se colligunt, & super alios vadunt pro peccatis, ad id vadunt, ut faciant malum, aut si casus evenerit, ut hominem occidant, & plagas, aut feritas faciant, ideo, ut diximus, assimilavimus causam istam ad consilium mortis, quod est, sicut supra diximus, solidorum XX. *I.* 18. 4.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipse habitabat tecum in uno vico. Habebat intentionem tecum de uno prato & adunasti te cum virtute, & expulisti eum cum virtute foràs de ipso prato.

LXXXII.

Annuntiatum est nobis, quòd aliquis perversus homo, dum se quædam femina in fluvio lavaret, & (64) pannos ejus, quos ibi habuerit, totos tulisset, & ipsa remansisset nuda, & qui ibant, & transibant per locum illum pro peccatis videbant turpitudinem ejus, ipsa autem in ipso fluvio semper stare non poterat, reverti autem ad casam suam nuda erubescebat. Providè statuimus, quòd qui talem illicitam præsumtionem fecerit, componat eidem feminæ, cui talem turpitudinem fecerit, ipse guidrigild suum. Ideoque hoc dicimus, quia si inveniſſet eam frater, aut vir, aut propinquus parens eidem feminæ, scandalum committeret, & qui superare potuisset, unus alterum interficeret. Propterea melius est, ut se vivo componat guidrigild suum, quàm de (65) morte crescat fayda inter parentes, & compositio fiat. *I.* 17. 6.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd Maria sua mundoalda lavabat se in fluvio, & tulisti sibi totos pannos suos, quos ibi habebat.

LXXXIII.

Item annuntiatum est nobis, quòd quidam (66) habebat puteum in curte sua, & secundùm consuetudinem furcam, & tolenum ad hauriendam aquam. Veniens autem homo stetit sub ipso toleno, & cùm veniſſet quidam ad hauriendum aquam de ipso puteo, & incautè ipsum tolenum dimisisset, vênit super eum, qui sub ipso stabat, qui mortuus est. Dum autem requisitio de morte (67) ejus fieret, quis eum deberet componere, & nobis relatum fuisset, ita nobis, & noſtris Judicibus rectum (68) esse comparuerit, ut ipse homo, qui ibi mortuus fuerit, quia non fuit animal, sed sensum rationalem habuit, sicut homo debet habere, debuit prospicere in quo loco se poneret ad standum, aut quale pondus super se (69) habebat. Ideo computet sibi duas partes pretii de compositione; tertiam, quantum ipse secundùm Edicti tenorem appretiatus fuerit, componat ipse, qui ipsam aquam hauriebat incautè, & det eam filiis, aut propinquis parentibus, vel eis, qui heredes extiterint, & sit causa finita absque omni faida & dolo, eo quòd nolendo factum est. Ille autem cujus puteus est, nullam habeat calumniam: quia si ei calumniam ingerimus, nullos (70) postea permittere de puteo suo aquam haurire, quia omnes homines puteum habere non possunt, reliqui pauperes siti morerentur, etiam itinerantes necessitatem paterentur. *I.* 10. 2

LXXXIV.

Item relatum est nobis, cùm (71) quidam homo præstitisset jumentum suum alteri homini ad vecturam, & pullus indomitus secutus fuit matrem suam. Dum autem per viam ambulasset, (72) contigit. ut infantes in quodam vico stantes ipse pollenus calce percussisset, & unus ex eis mortuus est. Dum autem parentes requirerent mortem infantuli, & nobis retulisſent, ita prospeximus cum noſtris Judicibus, ut duas partes pretii, quantum ipse valuerit infans, componat ille, cujus pollenus fuit, & tertiam componat ille, cui (73) Jumentum præstitum fuerit. Nam nos scimus, quòd in anteriori Edicto legitur, si caballus cum calce damnum fecerit, dominus ejus restituat ipsum damnum. Sed quia ipse præstitus fuerit, & ipse qui eum suscepit in præstito rationalis homo fuit, & potuit dicere, si neglectum non habuisset, ad ipsos infantes, ut se custodirent, ut hoc malum non perveniret: Ideo pro ipsa negligentia eis justum diximus, ut tertiam partem precii componant. *I.* 22. 7.

For-

(64) Uterque Cod. Mutin. *pannos ejus, quos ibi habuit, totos tulisset, & ipsa remanserit nuda.* Infra *Proinde statuimus, ut qui* &c Infra Cod. Esten. & Ambros. hæc habent: *aut propinqui parentes ejusdem femina scandalum eum eo statim committerent.* Cod. Cathedr. Mutin. *scandalum cum eo committere habuisset, & qui superaret, unus alterum interficere potuisset.* Cod. verò Esten. *& qui superare potuissent, unus alterum interficere haberet.*

(65) Cod. Cathedr. Mutin. *quàm de mortuo crescat faida inter parentes, & compositio major.* Ita quoque in Estensi verba postrema.

(66) Uterque Cod. Mutin. *quidam homo habebat.* Infra *furcam & tolenum.* Ita quoque MSti Mutinenses. *Tolleno, tollenonis* appellata est ab antiquis Latinis ejusmodi machina, quæ adhuc in usu frequenti est apud Italos, aliasque gentes. Immutata aliquantulum vocè Tusci nunc appellant *Altaleno.* A *tollendo* aquam trabs transversa ac mobilis imposita super trabem rectam nomen accepit. Infra *veniens autem alter homo.*

(67) Cod. Cathedr. Mutin. *ejusdem mortui fieret.* Cod. Esten. *facta fuerit.*

(68) In ambobus Codicib. Mutinen. *rectum paruit esse* &c. *quia non fuit animal irrationale, sed sensum rationabilem* &c.

(69) Legitur in utroque MSto Mutin. *super se videbat. Ideo reputet sibi duas partes pretii in compositione sua. Et tertiam partem* &c. Infra, *aut propinquis parentibus, qui ei heredes existunt.*

(70) In ambobus Codic. Mutinen. scriptum legitur: *nullus postea permittet de puteo tuo aquam levari, & quia* &c. In fine *seu etiam iterantes aquæ necessitatem sæpe paterentur.* Tum in Cod. Esten. Glossa hæc addatur: *Quia stans nec cæcus, nec puer intelligendus est.*

(71) Codices Mutinen. *quòd quidam.* Infra Cod. Esten. *& pullulus secutus fuisset* Cod. verò Cathedr. Mutin. *& pollenus indomitus secutus fuisset ipsam matrem.* Ab his vocibus tamdem emersit Italica vox *Puledro.*

(72) Cod. Esten. *ambularet ille, qui eum ad conducendum acceperat, contigit, ut* &c. At Cod. Cathedr. Mutin. *Cùm autem per viam ambularet ille, qui eam ad suvectum suum acceperat, contigit, ut* &c. Infra Cod. Esten. *ipse pullulus de calce.* Cod. Cathedr. Mutin. *ipse pollenus de calce percussit unum ex ipsis, & mortuus est.* Tum uterque Cod. *Dum autem parentes ejus requirerent mortem ejusdem infantuli.*

(73) Cod. Cathedr. Mutin. *cui ipse jumentus præstitus fuerit.* Infra idem Cod. *Sed quia iste cavallus præstitus fuit, & ipse qui eum suscepit in præstitum, rationabilis* &c. Eadem ferè habet Cod. Esten. qui in fine hæc affert: *Ideo propter istam negligentiam dicimus, ut tertiam partem pretii componat.*

Digitized by Google

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu habebas ad conducturam jumentum Donati, & pullulum indomitum fuit secutum matrem suam, & ipse pullulus occìdit cum calce unum suum filium, qui stabat in loco tali. Petre te appellat Martinus, quòd unus tuus caballus occìdit unum suum filium cum calce.

LXXXV.

Hæc autem rei veritas pervênit ad nos, quòd quidam homo diabolo instigante, dixisset ad servum alienum : *veni & occide dominum tuum, & ego tibi habeo* (74) *facere bonitatem, quam volueris*. Ille autem persuasus ab ipso intravit in causam ipsam malam, & idem qui eum suasit in tanta malitia perductus est, ut & præsentialiter diceret eidem puero : *feri ipsum dominum tuum*. Et ipse ei pro peccatis feritam fecit. Et iterum dixit : *feri eum & adhuc, nam si non feceris, ego te ferire habeo*. Ipse autem puer conversus fecit eidem domino alteram ferîtam, & mortuus est. Dum autem requisitiò (75) & compositio de morte ejus fieret, volebat aliquis dicere, quòd tantum deberet componere is, qui puero suasit, & in sua præsentia hominem ferire jussit, quantum anterius Edictum cõntinet de consilio mortis. Sed nobis, nostrisque Judicibus hoc nullo modo placuit, quoniam consilium mortis in occulto sit concinnatum, & aliquotiens perficitur, aliquotiens non. Nam (76) hoc homicidium præsentialiter factum est, & nos non dicimus hoc esse consilium, quando homo alteri verbo tenus, & præsentialiter ostendendo dicit : *feri hominem istum*. Ideoque qui tale malum commisit, & sic probatum fuerit, non componat consilium mortis, sed componat sicut in (77) nostro tempore in Edicto affiximus, hoc est, ut perdat omnem suam substantiam, & medium accipiant heredes defuncti, & medium Curtis Regia, excepta illa compositione antiqua quam heredes mortui in antea tollant, sicut in Edicto nostro tempore, ut supra diximus, est affixum. *I.* 10. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu dixisti ad Adelgisum, qui fuit servus de suo patre, quòd eum occideret, & in tua præsentia feciſti occidere. Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti in tua præsentia occidere Donatum suum patrem.

LXXXVI.

Si aldius cujuscumque aldiam alienam tulerit in uxorem, aut servus ancillam, & antequam de ipso conjugio aliquam (78) convenientiam domini eorum inter se facere contigerit, quispiam miser homo cum ipsa aldia, aut ancilla, quæ est uxor alterius, fornicatus fuerit, ita providimus, ut eidem, cujus uxorem adulteraverit, de ipsa culpa debeat subjacere qui hoc malum perpetraverit. Nam dominus ejusdem mulieris tantùm mundium de ea suscipiat, si aldia fuerit, sicut lex est. Et si fuerit ancilla, accipiat exinde pretium, aut vicariam, sicut convenerit. Hoc autem ideo prospeximus de uxore servi, vel aldionis, quia si de libero homine quispiam miser homo mulierem adulteraverit, (79) ad maritum ejus componat, etiamsi non habeat eam mundiatam, nam non ad parentes. *II.* 12. 10.

LXXXVII.

Si quis liber homo habuerit servum vel ancillam, aldium, vel aldiam conjugatos, & instigante inimico humani generis cum ipsa ancilla, quæ servum ejus in maritum (80) habuit, aut cum aldia, quæ cum aldione ejus copulata est, adulterium perpetraverit, ita statuimus, ut perdat ipsum servum, aut aldionem, cujus uxorem adulteraverit, & ipsam (81) mulierem, & simul vadant liberi, & absoluti sulfreales, tamquam si thingati fuissent, ubi voluerint, quia non est placitum Deo, ut aliquis homo cum uxore aliena debeat fornicari. Tamen de ipsa libertate ita dicimus, quia non possunt sic sinè vera absolutione liberi (82) esse, nisi sicut Edictum continet, aut per thinx, aut circa altare, sicut nos instituimus. Ideoque veniant ad Palatium ad nos, & qui pro tempore Princeps istius Terræ fuerit, ipse eos absolvat, & faciat eis præceptum suum, & sint postea certissimi veri liberi & absoluti. *I.* 35. 5.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu es suus servus, & malo ordine subtrahis te de suo servitio. Liber sum per præceptum Imperatoris. Quid pertinuisti ad Imperatorem? Ego habebam unam

(74) In utroque Cod. Mutin legitur : *& ego tibi facio bonitatem, quam volueris* (hoc est : *& io ti farò quel bene, che vorrai*, sive te remunerabor). *Ille autem puer* (sequitur Cod. Esten.) *conversus & suasus ab ipso, intravit in ipsam causam mali*. Infra iidem Cod. *feri eum adhuc : nam si eum non ferieris, ego ferire habeo te.*

(75) Cod. Esten. *requisitio de morte ejusdem, & de compositione fieret* (sequitur Cod. Cathed. Mutin.) *volebant aliquanti dicere, quòd tantum deberet componere ipse, qui puero ipso suasit, & in sui præsentia ferire dixit, quantum anterior continet Edictus* &c.

(76) Cod. Esten. *Nam sic homicidium fecit, cùm præsentaliter hoc factum est* ; (sequitur Cod. Cathedr.) *& nos non dicimus, hoc esse consilium mortis, quando homo alteri homini* &c. *& præsentaliter ostendit & dicit.*

(77) Uterque Cod. Mutin. *sicut nos nostro*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *& medietatem exinde accipiant* &c. *excepto tollant antiquam compositionem heredes ipsius, qui occisus est in antea*. Cod. Esten. *excepto illam compositionem antiquam heredes ipsius, qui occisus est, in antea tollant.*

(78) Hoc est conventionem, sive chartam fecerint, per quam illius aldiæ, aut ancillæ *mundium*, aut *dominium* dimiserint. Infra Cod. Esten. *inter se faciant, contigerit, ut quispiam miser homo convenientia domini cum ipsa aldia* &c. Sed heic immeritò repetita censeo verba illa *convenientia domini*. Infra idem Cod. *ita prævidimus, ut de ipsa culpa debeat subjacere ille qui hoc malum perpetravit, ei cujus uxorem adulteravit*. Infra *vicariam*, hoc est vice ejus alteram similem, sicut inter dominos convenerit.

(79) Cod. Cathedr. Mutin. *adulterat, ad maritum ejus componat, quantum etiam non habet eam mundium* : (sequitur Cod. Ambros.) *nam non ad parentes mulieris.*

(80) Cod. Esten. *servum ejus maritum habet*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *Instituimus, ut perdat Dominus ejus ipsum* &c.

(81) Cod. Esten. *& ipsam mulierem insimul, ut vadant liberi & absoluti sulfreales, tamquam si thingati* (hoc est plenè manumissi) *fuissent*. Infra *quia non est placitum Deo, ut quislibet homo* (sive ut habet Cod. Cathedr.) *ut quis liber homo cum uxore* &c.

(82) Cod. Cathedr. Mutin. & Ambros. *veri liberi esse, nisi sicut Edictum continet* (sequitur Cod. Esten.) *aut per garathinx, aut circa altere Dei*. Hoc est, nisi præcedat vera Manumissionis absolutæ & integræ forma. In fine *ad Palatium ad nos, aut qui pro tempore Princeps terræ istius fuerit, ut eos absolvant, & faciant eis præceptum suum*, hoc est publicam chartam manumissionis coram Rege factæ testem.

Digitized by Google

unam tuam ancillam ad conjugium, & eram tuus ſervus, & tu adulteraſti eam.

LXXXVIII.

De collectione mulierum quæ manu forti ſe collexerunt. (*Cod. Ambroſ.*)

Relatum eſt nobis, quòd aliqui perfidi homines, & in malitia aſtuti, dum per ſe, ut (83) præſumſiſſent, manu forti, aut violento ordine intrare in vicum, aut in caſas alienas, timentes illas compoſitiones, quæ in Edicto antiquo compoſitæ ſunt, fecerunt colligere mulieres ſuas, quaſcumque habuerunt, ſive liberas, ſive ancillas, & miſerunt ſuper homines, qui minorem habebant virtutem, & (84) apprehendentes homines de ipſo loco & plagas fecerunt, & aliqua mala violento ordine plus crudeliter, quàm viri exercuerint. Dum autem hoc ad nos perveniſſet, & homines ipſi pro ſua violentia, qui minus poterant, interpellabant, ita proſpeximus in hoc Edicto, eodem modo affigere, ut ſi amodo mulieres hoc facere in qualicumque loco præſumſerint, primum omnium decernimus, ſi aliquam injuriam, aut opprobrium, vel plagas, aut ferîtas, aut mortem ibi acceperint, nihil ad ipſas mulieres, vel ad viros, aut ad mundualdos earum componant illi, qui ſe defendendo aliquam (85) eis fecerint læſionem, aut interemtionem. Inſuper & Publicus, qui eſt in loco, ubi factum fuerit, comprehendat ipſas mulieres, & faciat eas decalvare, & fuſtare per vicos Civitatis ipſius loci, ut ceteræ mulieres talem malitiam facere non præſumant. Et ſi in ipſa (86) caſa ferîtas aut plagas ipſæ mulieres cuicumque homini fecerint, mariti componant ipſas plagas aut ferîtas, quas ipſæ fecerint, ſecundùm tenorem Edicti. Hoc autem ideo proſpeximus tam de diſciplina, quàm de compoſitione, quia non poſſumus mulierum collectionem ad araſcild aſſimulare, neque ad ſeditionem ruſticanorum, quia viri iſtam cauſam faciunt, non autem mulieres; & ideo de ipſis mulieribus fiat, ſicut ſupra ſtatuimus. Siquidem (87) ſimpliciter in ſcandalum qualiſcumque mulier cucurrerit, & mortem, aut ferîtas vel plagas ibi acceperit, ſic fiat juſtitia, ſicut deceſſor noſter Rotharis Rex inſtituit vel judicavit. *I.* 18. 5.

(83) In Ambobus Codicib. Mutinen. *per ſe non præſumſiſſent*. Infra *timentes illam compoſitionem, quæ in antiquo Edicto poſita eſt*. Inferiùs *& miſerunt eas*.

(84) Cod. Eſten. *& ipſa apprehenderunt de ipſo loco homines, & plagas fecerunt, & reliqua mala* &c. *exercuerunt*. Infra ambo Codices: *Primum omnium ita decrevimus, ut ſi aliquam injuriam* &c.

(85) Cathed. Mutin. *aliquas eis fecerint læſiones, aut ferìtas, aut* &c. Infra *Publicus*, eſt Miniſter Regis, ſive Sculdahis, ſive Decanus, aut Saltarius. Infra Cod. Eſten. *& faciat eas decalvari*, hoc eſt, radere uſque ad cutem, *& fruſtari per vicos & vicinas ipſius loci*. Cod. Cathedr. Mutin. *& fruſtari per ipſos vicinantes ipſius loci, ut de cetero mulieres* &c. Ambroſianus *& fruſtari per vicos vicinantes ipſis locis*. A Latino *fuſtis*, ſignificante bacillum, ſive baculum tenuem, deſcendit Italica vox *fruſtare*, quod *fuſtigare* Leguleji appellant; antiqui verò Latini *fuſtibus cædere*. Iſidorus Lib. V. cap. 27. *Fuſtes ſunt, quibus pro criminibus juvenes feriuntur*.

(86) MSti Mutinen. *in ipſa cauſa ferìtas aut plagas fecerint ipſæ mulieres cuicumque homini, maritis, ideſt mares earum componat* &c. Infra pro *araſcild* Ccd. Cathedr. Mutin. habet *ad ariſcbild*. Vide ſupra notas ad Legem LXXXI.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti adunare tuas feminas liberas, & ancillas, quas potuiſti habere, & miſiſti eas ſuper ſe in vicum talem, & occiderunt ſibi unum ſuum ſervum. Petre te appellat Martinus, quòd tu occidiſti Mariam ſuam mundoaldam. Non occidi, quòd per legem emendare debeam. Petre te appellat Martinus, quòd ſua mundoalda currebat ſimpliciter in ſcandalum, & tu eam occidiſti.

LXXXIX.

Incipit (*) de Anno Vigeſimo Tertio. (*Cod. Ambroſ.*)

Si quis homo ſciens aldium, aut aldiam, ſervum, aut ancillam ſuam in caſa cujuſcumque eſſe aut copulatos, aut aliter, & non eum requiſierit aut per Judicem, aut per Publicum, & eum non (88) retulerit, & dimiſerit eum apud alium hominem diutiùs permanere, non requirat operas eorum, quia ſciens neglexerit requirere ſervum, aut aldium, ancillam, aldiam ſuam. Nam ſi requiſierit dominus illorum, & ille qui eos habuerit, neglexerit reddere, aut anteſteterit, reddat operas eorum, ſicut lex eſt. *I.* 26. 66.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu habuiſti Marculphum ſuum ſervum, vel aliquem ex aldiis XX. noctes in caſa tua, & perdiderit tantas operas, quæ valuerunt X. ſolidos. Si dixerit appellatus: non tibi reſpondeam, quia tu ſciviſti, quòd ipſe erat in caſa mea, & habuiſti negligentiam requirendi. ita probetur. Sin verò, juret actor, quòd non habuit negligentiam, vel taceat. Si verò appellatus negaverit, exdicat ſe: Si dixerit appellator: requiſivi tibi, ſed habuiſti negligentiam reddere, approbet. Sin verò, idoneet ſe appellatus, vel emendet operas.

XC.

Si cujuſcumque ſervus, aut ancilla, aldius vel aldia in Eccleſia Dei confugium fecerit, & dominus vel patronus eorum, (89) aut per Miſſum ſuum, aut per ſe exinde violenter traxerit, componat guidrigild ſuum in ſuprafcripta Baſilica. (90) Et ſi ſervus, vel aldius ſinè voluntate domini ſui hoc malum fecerit, det

(87) Quæ ſequuntur, Legem à ſuperiori diſtinctam in editis conſtituunt. Verùm, ut in Eſtenſi Cod. habetur, hæc ſunt præcedentibus conjungenda. Eſt autem in editis Lex VI. Lib. I. Tit. XVIII. Infra Cod. Eſten. *ſic ei fiat juſtitia, ſicut deceſſor noſter Rotbar Rex inſtituit, & judicavit.*

(*) Ambroſ. Cod. in quo legitur hæc epigraphe, docet, novum Librum hinc inſtitui, & ſubſequentes Leges additas fuiſſe Anno XXIII. Liutprandi Regis, hoc eſt Anno Chriſti 733.

(88) Cod. Eſten. *& non eum recollegerit*. Infra uterque Cod. *quia ſciendo neglexit requirere ſervum, aut ancillam, aldium, vel aldiam ſuam*. Alter ex Codicibus *aut aldianum ſuam*.

(89) In ambobus MStis Mutinen. *aut per ſe, aut per Miſſos ſuos*.

(90) Alia heic adduntur in Codice Eſtenſi, ac in ipſo Legis textu, quæ tamen Gloſſas credere liceat. Sunt autem hæc: *ſicut in proprietate alicujus: ſi Dominus, vel Patronus, tantùm VVidrigild. Si vero per ſuum Miſſum liberum aut alienum ſervum: Dominus VVidrigild, Miſſus verò XL. ſolidos. Si verò per ſuum ſervum, vel aldium; Dominus VVidrigild tantùm. Si verò de Eccleſia, de Epiſcopatu, vel Abbatia: Dominus ſi per ſe fecit, vel Patronus, DC. ſolidos componat. Si verò per Miſſum, ſervum, vel aldium: Dominus vel Patronus DC. ſolidos componat.*

Digitized by Google

det ipsum servum, vel aldionem pro ipso malo in manu Custodis ipsius Basilicæ, & ipse Dominus vel patronus satisfaciat, quòd per ipsius voluntatem hoc factum non fuisset, & ipse guidrigild non componat. *II.* 39. 1.

XCI.

Si quis timoris Dei immemor pro cupiditate terrena, vel propter qualemcumque rem sciens pejeraverit, & postea sic inventum & probatum fuerit quod perjurasset, tunc amittat omnem (91) ipsam rem, unde pejeravit, & habeat eam ipse, cui contra rationem pejeravit. Insuper quia in se ipso quod plus est in Deo peccavit, & negavit fidem suam, & perjuravit in Domino Deo suo, & sibimet ipsi non pepercit, componat medium guidrigild suum ei, cui ipse perjuravit. *II.* 58. 1.

XCII.

De successione neptæ, quæ in capillo moritur, quales ei succedere debeant. (*Cod. Ambros.*)

Recolimus enim qualiter jam antea statuimus, si quis decedens reliquerit filiam unam aut plures, & sororem unam, aut plures in capillo, ut pariter atque æqualiter sorores & filiæ eidem succedere debeant. Et si soror in capillo decesserit, soror, quæ remanserit, similiter sorori succedat. Modò verò, quia intentio exorta est inter fratres & sorores de nepte earum, quæ in capillo mortua fuerit, altercationem ponentes, quis ei succedere debeat, statuimus ut (92) barbanus ejus, in cujus mundio fuerit, ipse ei succedat in ejus portione. Nam amitæ ejus de ipsius portione nihil percipiant, nisi tantum habeant, quantum si viva fuisset ipsa neptis earum. *II.* 14. 26.

XCIII.

Si quis invenerit liberam puellam, aut mulierem per campum suum seminatum ambulantem, (93) pignoret eam, & parentes, aut Mundualdus componat pro ipsa puella solidos sex, sicut lex est. Nam si ipsam comprehendere præsumserit, & ad casam suam ligatam, aut submanicatam adduxerit, componat solidos centum, medium Regi, & medium cujus causa est. Sic tamen ut illa compositio de sex solidis in illa compositione reputetur. Quia si pulsatus fuerit ille, in cujus mundio est mulier aut puella, quòd asto animo & iniquo feminam ipsam ambulare per laborem alterius feciset, ut ei componeret, tunc præbeat sacramentum, quòd cupiditatem habendo de compositione ista, & asto animo per laborem ipsius, ipsam feminam ambulare non feciset, nec damnum asto animo faciendo. Et si juraverit, tunc ipse, qui eam comprehendere præsumserit, componat solidos centum; & si jurare non potuit, parentes aut Mundualdus ipsius feminæ, ut supra dictum est, componat solidos sex pro via indicata, & ille qui eam comprehenderit, sit absolutus à culpa.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipse invenit unam tuam mundoaldam ambulantem per campum suum seminatum & facientem damnum. Petre te appellat Martinus, quod tu invenisti Mariam suam mundoaldam ambulantem per campum tuum seminatum & indicantem viam. Et tu minasti eam ad casam tuam ligatam. Non. Vel feci. Et tu fecisti eam ire astu animi per laborem meum. Juret, ut lex est, vel perdat compositionem.

XCIV.

Si cujuscumque servus aut aldius, ancilla aut aldia in furto comprehensi fuerint, & dominus eorum neglexerit eos liberare, & usque ad dies XXX. eos dimiserit, sint (94) fengangy, & habeat eos in transactum cui furtum fecerint, & componat postea ipsum furtum sicut lex est, & Edictum continet. *I.* 26. 67.

XCV.

Si quis sua auctoritate terram alienam sinè Publico guiffaverit, (95) dicendo quòd sua debeat esse, & postea non potuerit probare quòd sua sit, componat solidos VI. quomodo qui palum in terra aliena figit. *I.* 28. 8.

XCVI.

Item de infantibus, qui intra ætatem sunt, & necessitatem majorem habent, & fame moriuntur, comparuit nobis, ut dum tempus famis fuerit, licentiam (96) habent cum Misso Principis, aut cum Judice suo, de terra, aut de rebus suis vendere qualiter vivere possint, in tantum ut se de fame liberare possint, & ut non

---

Si verò per Missum liberum: liber componat DC. solidos. Tum edita sequuntur, hoc est: *Si verò servus aut aldius Domini sinè voluntate Domini sui hoc malum fecerit.* Subsequuntur addita in Cod. Esten. *Idest si eos de propria Ecclesia Langobardi per vim traxerit, Dominus utrorumque det ipsum servum vel aldium pro ipso malo in manu de Custode Ecclesiæ ipsius* &c.

(91) Cod. Esten. *tunc amittat ipsam rem, unde perjuravit, & habeat eam ipse, cui contra rationem juravit. Et insuper quia in se ipse, & quod plus est* &c. Infra *componat medietatem VVidrigild sui, cui perjuravit, & manum perdat.*

(92) Cod. Cathedr. Mutin. *ut barba*: quod vocabulum in populo nostro adhuc usitatissimum. Et infra: *Nam Amitanes ipsius.*

(93) Cod. Esten. & Ambros. addunt: *& viam indicantem.* Quæ sequuntur, duo hæc verba addenda esse innuunt. Infra *& parentes ejus, aut Mundualdus ejus componant soldos XX.* Infra *submanicatam*, hoc est thecis ferreis, aut fune, aut aliis vinculis ejus manus vinxerit. Infra *componat soldos X. medietatem Regi, & medietatem cujus causa est.* Infra *de soldis XX. in ipsa compositione computetur. Et si* &c. Inferiùs ambo Codices *componat soldos decem ut supra. Et si jurare non præsumserit* &c. *componat pro via indicata soldos XX.* In eodem Codice *non asto animo*, sed *astu animi* habetur. Rursus *viam indicantem* significare arbitror, quod nos dicimus *fare un sentiero*, quasi aliis ostendat, ibi viam esse.

(94) Cod. Esten. *sint fegangi*: quam vocem & supra vidimus; significatque, eos esse reos furti manifesti, ut Glossæ explicant. Sequitur idem Codex: *Et habeat eos sibi Dominus acto, cui furtum fecit, & post ipsum furtum componat, sicut lex est, & Edictum continet.* Subinde verò in eodem Cod. Glossa hæc additur: *excepto si furtum fecit, unde mortis incurrat periculum. Nam pro culpa aut oculum, aut nasum perdat, aut moriatur.* Quibus verbis Glossator alludit ad pœnam furibus indictam à Carolo M. infra Lege XLIV.

(95) Cod. Esten. *VVisaverit*. Occurrit hæc vox etiam in Legibus Bajoariis ac Geticis, & in antiquis Venetorum Statutis; significatque imponere signum aliquod in agro, aut domo ad suum ostendendum ibi dominium. Infra in Leg. XXXIV. Lotharii *per publicam auctoritatem domus, vel casæ eorum VVisentur.* Cod. Esten. ad postrema verba *in terra aliena figit* hæc addit, *& insuper LX. solidos.*

(96) Uterque Cod. Murin. *dum tempus famis fuerit, ut licentiam habeant.* Infra Cod. Esten. *equidem & ipse Judex de ipso loco debeat providere, si certè pro ipsa* &c.

Digitized by Google

non moriantur. Et ipſe Judex de ipſo loco debeat providere, ſi certè ipſa neceſſitate famis ſit; & ſic in ejus præſentia fiat, ut Dominum habeat propitium, & ſi aliter fecerit, Deum habeat Judicem. Et in (97) charta judicet, qualiter pro famis neceſſitate ipſa venditio facta eſt, & quid actum commiſſum habuerit, non præſumat de ipſis infantibus emere, & dum tempus fame exierit, tunc ipſi infantes ſecundum anterius Edictum diſtribuant ſuas res, aut ſubſtantiam ſuam. Nam non aliter, quia iſtam licentiam pro ſola famis neceſſitate dedimus, nam non, quòd abſit, anterius Edictum corrumpendum eſt. *II.* 29. 7.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt. Quid tibi pertinet? Ecce charta, quam mihi feciſti. Si chartula manifeſtat neceſſitatem famis, & omnia, ſicut lex eſt dicit, aut dicat falſam, aut det pœnam de charta. Si charta manifeſtat, quòd Miſſus vel Tutor comparaſſet vel de infante, fiat taliata.

XCVII.

Si quis (*) foſſatum in via fecerit, & ipſum locum ſuum probare non potuerit, componat ſolidos ſex, & ipſum foſſatum reſtauret. Et ſi ipſum foſſatum cavando, damnum invite, aut in arbore fecerit, componat ſicut anterius Edictum continet. *I.* 28. 9.

XCVIII.

Si quis porcos in ſilva aliena defenſata miſerit, ſicut anterius Edictum continet, uſque ad X. porcos, & occiderit porcum unum, ſic ſit, ſicut in anteriore Edicto continetur. Siquidem tantum decem invenerit, & plus occiderit, quàm Edictum habet, componat (98) eum in octogild, ſicut qui res alienas malo ordine tollit. Nam ſi ille homo tollit ipſos porcos, & amplius miſerit aſto animo ſuos, aut alienos in defenſata ſilva, quam quòd Edictum habet, & ille cujus ſilva eſt, occiderit ex ipſis pluſquam Edictum continet, non requiratur. Et ſi ille, qui porcos miſit, jurare præſumſerit, quòd aſto animo non miſiſſet ſinè voluntate ipſius domini, reddat ille, qui occiderit, ipſos porcos ſerquidos. Et ſi de paſtore ſuo ſimiliter juraverit, ſimiliter reddat. Nam ſi de paſtore ſuo de aſto animo jurare non potuerit, medium reddat, & medium reputet ſibi, quia ſervum habuit indiſciplinatum. *I.* 24. 7.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu invenifti ſuos porcos in tua ſilva, & occidiſti III. qui valebant ſolidum unum.

XCIX.

Si quicumque homo, qui eſt pauper, aut naufragus, qui vendidit, aut diſſipavit ſubſtantiam ſuam, & non habet unde compoſitionem faciat, & fecerit furtum, aut adulterium, aut ſcandalum, aut plagas alii homini intulerit, & fuerit (99) compoſitio ipſa XX. ſolid. ut ſupra, dare debeat eum Publicus in manu ejus, cui talem fecerit culpam, vel illicitas iſtas cauſas egit, & ipſe eum habeat pro ſervo. Si autem minor XX. ſolid. fuerit iſta compoſitio, ſicut ſolet fieri uſque ad VI. aut XII. ſolidos, tunc debeat eum Publicus dare in manu ejus, cui talem culpam fecerit pro ſervo in eo ordine, ut ſerviat ei tot annis, ut ipſam culpam redimere poſſit, & vadat poſtea ubi voluerit. *I.* 26. 68.

C.

Si Langobardus uxorem habens filios, aut filias procreaverit, & poſtea inſpiratione Dei compulſus Clericus effectus (100) fuerit, tunc filii, aut filiæ, qui ante ejus converſionem nati fuerint, ipſa lege vivant, qua ille vivebat, quando eos genuit, & cauſam ſuam per legem ipſam finire debeant. *II.* 5. 1.

CI.

Hoc (101) nobis rectum comparuit eſſe de his ſervis, qui in furto comprehenduntur, ut (102) in anteriori Edicto continetur, aut redimat eos dominus eorum ſolidis XL. ut ſi amodò cujuſcumque ſervus comprehenſus fuerit in eo tenore, ut mori debeat, redimat eum dominus ſuus cum ſolidis XL. ſicut dictum eſt; & ſi minimè eum redimere voluerit dominus ejus, occidat. Et ſi Dominus ejus ipſum occidere noluerit, occidat eum ille, qui eum comprehenderit. Et ſi nec ille voluerit, tunc (103) occidat Curtis noſtra, & quomodò juſſio noſtra fuerit, de eo debeat ordinare. Ipſe verò dominus componat ipſum furtum, cui factum fuerit, ſicut Edictum continet, ei cui ipſum fœtum fuerit furtum. *I.* 26. 60.

CII.

Si quis (104) à convenientia per chartam à ſe facta ſubtraxerit, heres ejus pœna compoſitionis tenetur adſtrictus præcepto per (105) quamdam inſtitutionem, vel quæ eſt. Hoc loco

(97) Cod. Eſten. *& in chartula indicet* &c. *Et qui actum commiſſum habuerit* &c. Infra *& dum tempus famis exierit.* Et in fine *anterius Edictum corrumpendo.* Cod. verò Cathedr. Mutin. *in anteriorem Edictum corrumpendum.*

(*) Vide ſupra alteram Legem Liutprandi Lib. V. Cap. XVII. Neſcio quare Cod. Eſten. habet heic *componat ſoldos LXIII.* Infra ibi legitur: *Et damnum ſi in vitibus, aut in arboribus per ipſum foſſatum cavandum factum fuerit, componatur* &c.

(98) Cod. Cathedr. Mutin. *componat eos.* Infra uterque Cod. *Nam ſi ille homo, qui ipſos porcos habet, ampliùs miſerit* &c. In fine Cod. Eſten. *Nam ſi de paſtore non præſumſerit de aſtu jurare, medietas reddatur, & medietatem reputet.*

(99) Cod. Eſten. *& fuerit ipſa compoſitio valens ſoldos XX. ut ſupra, dare eum debet Publicus* &c. Infra *ſicut ſolet fieri uſque ad XX. aut ad XII. ſoldos, tunc debet eum* &c. In fine poſt ea verba *ubi voluerit* Cod. Eſten. hæc adjicit: *quo voluerit abſolutus.* Tunc hæc adduntur: *Excepto eo, qui eſt in boſte. Pro debito quoque præcipimus, ut tradatur ſecundùm aſinos.* Ita perſpicuè in MSto: quæ neſcio num corrupta ſint, an joci cauſa ab aliquo interprete addita.

(100) Addit Cod. Eſten. *ea uxore mortua: tunc* &c. Hoc autem ideo conſtitutum eſt, quia Clerici omnes ſecundùm Legem Romanam vivebant. Si ergo Langobardus militiæ Eccleſiaſticæ ſe addicebat, pergebant ejus filii vivere Lege Langobardorum

(101) A Codice Eſtenſi, cujus ordinem ſequutus ſum hactenus, & ſequar, Lex iſta, uti eſt ſubſequens, abſunt. Quare eas ad calcem rejeci. Attamen hæc legitur in Cod. Cathedr. Mutin. ibique ab his verbis incipit *Hoc enim rectum nobis paruit eſſe.*

(102) Rectiùs hæc in Cod. Cathedr. Mutin. *unde in anteriore Edicto legitur, ut aut occidantur, aut redimeret eos* &c.

(103) Corrigenda hæc ope Codicis Cathedr. Mutin. *tunc accipiat eum Curtis noſtra.*

(104) In neutro Codice Mutin. exhibetur Lex iſta, alioqui edita & à Boherio. Ei autem locus, ut puto, ſupra dandus fuit poſt Cap. LIV. Lib. VI. Legum Liutprandi.

(105) Heic multæ tenebræ, quæ & in editione Boherii occurrunt. Ego tempus non teram, ut conjecturis locum reſtituere tentem.

Digitized by Google

loco (106) admonendi ſumus, quòd maleficiorum litigium, niſi lis conteſtata fuerit, adversùs heredes non tranſeat. Si verò de-

A contemta litigaverit, ſi lis conteſtata fuerit; ſive non, heredi, & in heredem competit. *II.* 21. 23.

(106) Ita me Deus amet, verba hæc ad finem uſque Legis, non Lex, ſed Gloſſema dicenda ſunt; Et fortaſſe tota ipſa Lex nihil aliud eſt, quàm Gloſſa vetus addita ſupra memoratæ Legi LIV. & pro textu incautè excepta.

Explicit Edictum, quod conſtituit glorioſiſſimus Liuprandus Rex.
Incipiunt Leges, quas addidit ſanctiſſimus vir Ratchis Rex.
Ita ex Ambroſ. Cod.

RA-

Digitized by Google

RACHIS REGIS LEGES.

Rachis Rex incipit.

PROLOGUS.

CHristi (1) Jesu Domini nostri, & Salvatoris assiduè nos convenit præcepta complere, cujus providentia ad regiminis culmen pervenimus, & ipsius auxiliante misericordia, quæ Genti nobis commissæ conveniunt, idest Genti Catholicæ, & dilectæ Deo Langobardorum, statuendo prævidimus. Quoniam glorioſissimus ac præcessor Rotharis Rex, Langobardorum gentis Princeps, sibi Deo inspirante Leges inseruit, atque innovavit, ut omnes intentiones ac dissensiones malorum Regali studio resecaret. Et quidem statuit, ut cuncti Successores ejus, quando sibi Deo inspirante aspera & dura cognoscerent, ad molliciem & pietatis gratiam adducerent. Deinde Successor ejus Grimoaldus Excellentissimus Rex, dum studiosè ac vigilanter singulorum considéraret necessitatem, ea quæ illi meliùs complacuere, ad cultum salutis emendavit, (2) & correxit, & plura etiam necessaria augendo in unum adjunxit. Post hunc verò glorioſissimus & orthodoxæ Fidei cultor, atque hujus Gentis gubernator, & noster per misericordiam Dei omnipotentis nutritor Liuprandus eximius & præexcelsus ac sacratissimus Princeps, persistens in Dei operibus cotidianis vigiliis, omni (3) pudicitia & sobrietate ornatus, sicut à Deo promeruit, per ipsius inspirationem omnia decenter exposuit, & in Edicti pagina cum suis Langobardis Judicibus confirmavit. Idcirco per Redemtoris nostri providentiam. Ego divino auxilio Rachis Rex præexcellentissimus & eximius Princeps Anno Regni mei (4) Secundo, II. die Kalendarum Martiarum, indictione XIV. dum cum gentis nostræ, idest Langobardorum Judicibus, tam de Neustriæ, quàm de Austriæ, vel de Tusciæ finibus, universa, quæ ab Antecessoribus nostris statuta sunt, sollicitè considerassem, quædam ibi justa, & quædam purganda (5) invenimus. Quia dum pravi homines, ea, quæ ab inde pertinent, non considerant, magis hujus seculi lucrum, quàm animarum suarum remedium intendunt, & per humanam astutiam debiles vel egenos opprimere non desistunt. Quoniam peccatis facientibus multos homines negligentes & humana cupiditate compulsos in perjurium cadere cognovimus, eo quòd glorioſus Rotharis Rex in Edicti pagina statuerat, inter creditorem & debitorem, seu fidejussorem contentione orta, quòd in eo tenore vadia dedisset, & debitor statutæ causæ tenorem negaret, licentiam ei esse, aut per sacramentum, aut per arma sacrata ipsum tenorem negare. Sed Nobis, & nostris Judicibus, atque Langobardis adstantibus justum comparuit, ut perjurium fieret resecatum. Nunc ergo sancimus.

„ *Displicet hìc parvis Rex leges nectere Rachis*

CAP. I.

SI quis amodò in præsentia Regis vel Judicis, seu liberorum hominum qualicumque modo guadiam dederit, & postea negare voluerit ille, qui guadiam dedit, quòd in tali tenore guadiam non dedisset, sicut ille quærit, qui guadiam suscepit, si fuerit (6) inter liberos homines, quorum fides admittitur, non habeat licentiam jurare, quòd in tali tenore guadiam non dedisset, nisi qualiter Judex, qui judicavit rem, memoraverit, vel homines, qui interfuerint, quando guadiam ipsam dederit, testificati fuerint, ita compleat, & in eorum testimonio credatur. Quia si stantia, quam ante liberos homines tres aliquis fecerit, stare debet, quanto magis ea causa, quæ per guadiam firmatur, & homines liberi sunt, nihilominus negare convenit? Si verò tales homines non interfuerint, quorum fides admittitur, quando ipsa guadia data fuerit, tunc exinde procedat judicium, sicut ab ipso Rothare Rege constitutum est. *II. 21. 28. Secundùm Editionem Goldasti.*

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu dedisti sibi

NOTÆ AD LEGES RACHIS.

(1) Præfationis hujus partem doctissimus vir Carolus Sigonius publici juris fecit Lib 3. de Regn. Ital. ad Annum 746. Ego integram profero ex Codice Estensi.

(2) Sigonius hæc ita legit: *ad cultum salutis augendo, minuendoque adduxit.*

(3) Corruptè apud Sigonium *omnipotentia*. Uti & infra *omnia dicentem*, pro quo rectè Codex noster habet *omnia decenter*.

(4) Sigonius post hæc addit *die Kalendarum Martiarum, Indictione Quartadecima*. Textus verò noster *II. die Kalendarum Indict. IX.* Ego *Indictionem XIV.* in textu restituendam retinendamque censui; neque enim Rachi regnante excurrit ulla Indictio IX. sed quidem XIV. Amanuensis facilè pro XIV. scripsit IX. Anno ergo Christi 746. promulgatæ sunt hæ Leges à Rachisio. Ac propterea initium ejus Regni referendum est ad Annum 744. post Kalendas Martias, Sigeberto tamen illud consignante ad Annum 742. Fortassis etiam retinenda lectio Sigonii in die *Kalendarum Martiarum*, non autem *Secundo die Kal. Mart.* ut habet Cod. Estensis.

(5) Sigonius legit *cognovimus*. Reliqua pars Præfationis omissa à Sigonio ex Codice Esten. nunc proferetur.

(6) Cod. Esten. *si fuerint inter homines liberi*. Infra *Sed qualiter Judex* &c. Infra *Quia si stantia*. Ita quoque habetur in eodem Cod. Estensi. Du-Cangius mendum censet, atque heic legendum *sententia*. Ego nihil immutare ausim, consentientibus in hanc lectionem tum editis tum MStis. Adde vocem *sententiam* parum consonare huic loco. *Stantiam* ergo Langobardi dixere quod nunc Italicè appellamus *accordo*, hoc est, conventionem sive pactionem (*conventientiam* quoque dixerunt) coram tribus liberis testibus, Notario nullo adstante, initam. Vox derivata à *stat*, quòd significat decretum est, deliberatum est: unde infra non una Lex incipit ex his verbis *Statit nobis*, hoc est placuit, sive placet nobis, decernimus, aut decrevimus. Infra idem Cod. Esten. *quanto magis causam, quam per vadiam firmavit, & homines liberi interfuerunt, nihilo minus negare convenit?*

Digitized by Google

ſibi vadia de dare ſibi unum ſolidum III. Kalend. Auguſti. Non dedi ipſa vadia. Tunc ipſe, qui appellat, probet. Si non potuerit ipſe, qui appellatus eſt, juret, quòd in tali tenore vadia non dedit.

II.

Reminiſcimur enim, quia in (7) anteriore Edicto continere dignoſcitur de liberis feminis, quæ ſervis copulantur, ut quandocumque inventæ fuerint, in ſervitium reducantur. Sed quia Grimoaldus Rex inſtituit, ideo diffinimus, ſi quæ (8) feminæ amodo inventæ fuerint, quæ ſibi ſervos copulaverint, & per LX. annos in libertate permanſerit, ipſæ, & filii & filiæ earum, atque qui de ipſis procreati fuerint inventi, nullus eos in ſervitio replicare præſumat, ſed in libertate ſua permaneant, ſicut per LX. annos permanſerunt. Si autem amodo præſumſerit cujuſcumque ſervus Arimannam (*) ducere uxorem, ſic exinde detur judicium, ſicut in anteriori Edicto legitur. *II.* 35. 10.

III.

Si quis Langobardus qualemcumque hominem aldium, aut ſervum ſuum (9) facere voluerit, & ipſe ad Palatium venerit ad proclamandum, & juſſione Regis accepta eidem portaverit, ut aut ipſe judicet, aut veniat ad præſentiam Regis, vel Judicis cum ipſo homine ad judicium habendum, & ſi ipſe neglexerit, & furore (10) accepto eum batiderit, aut, quod abſit, eum occiderit, ſicut nunc factum ex peccatis cognovimus, componat guidrigild ſuum in Palatio. Et ſi ipſe homo vivus fuerit, ſi ſervus, aut aldius ſit, perdat eum cum rebus ſuis, & in libertate permaneat ipſe & filii ejus: ſi verò (11) liber, & guidrigild ſuum componat. Et ſi eum batiderit, componat ſicut ad alium liberum hominem. Nam ſi ipſum occiderit, pro hoc Capitulo, ſicut ſupra, ſecundùm legem componat mortem ipſius, & ſimul guidrigild ſuum Regi pro præſumtione. Si verò aldius fuerit, aut ſervus, perdat filios ejus, & res ipſius, componat in Palatio Regis guidrigild. *I.* 10. 4.

IV.

Omnibus enim penè notum eſt, quia uſque nunc per pravas cupiditates deducebantur homines ad ſacramentum de chartis venditionis, quæ factæ fuerant, & compellabantur à venditoribus, quòd pretium completum non haberent datum, qui ipſas chartas habebant, & res poſſidebant. Et ipſi emtores deducebantur (12) ad ſacramentum, quòd pretium completum haberent. Quod nobis & noſtris Judicibus illicitum eſſe comparuit. Et quia pro opinione ſua jurare nolebant, dabant pro ſacramento ſuo aliquid, & habebant damnietatem ſinè cauſa. Et naufragi homines propterea ipſam compellationem faciebant, ut aliquid pro ipſo ſacramento tollere potuiſſent. Ideo decernimus, ut ſi quis chartam venditionis de aliqua re fecerit alicui, & à Scriba publico ſcripta, vel à teſtibus idoneis roborata fuerit, & tam ipſe venditor, quàm teſtes in ipſa charta ſe ſubſcripſerint, aut manum poſuerint, & manifeſtaverint in ipſa charta, quòd pretium inter eos ſtatutum recepiſſet, ſi pulſatus fuerit poſtea emtor, quòd pretium ipſum non compleviſſet, ſacramentum exinde non procedat, niſi (13) fortè ei emtor per guadiam ſe obligaverit, tunc ipſe venditor pignoret fidejuſſorem ſuum. *II.* 55. 17.

For-

(7) Cod. Cathed. Mutin. *quia anterior Edictus continere dinoſcitur de libertis feminis, quæ ſe ſervis copulaverunt, ut quandocumque inventæ eſſent, in ſervitium reducerentur.* Cod. Eſten. eadem habet, niſi quòd legit *in ſervitio replicarentur.* Si reducendæ aut replicandæ erant hæ feminæ *in ſervitio*: ergo non liberæ natæ, ſed Libertæ erant. Sequitur Cod. Cathedr. *Sed quia Grimuald Rex ſtatuit de bis, quæ per XXX. annos viverent libertate, ut in ſervitio non republicarentur* (*replicarentur* utique legendum, atque ita habet Cod. Ambroſ.) *tamen quia Curtis Regia poſſeſſionem impedit, niſi per LX. annorum curricula, ſicut Domnus Liutprand Rex ſtatuit: Ideo diffinimus* &c. In Cod. Eſten. hæc ita leguntur: *Et quia Grimoaldus Rex ſtatuit de bis, qui per XXX. annos in libertate vixerint, in ſervitio ut non replicentur. Tamen quia Curtem Regis poſſeſſio non impedit, niſi per LX. annorum* & in edition. Boheriana ferè eadem occurrunt. In Ambroſ. Cod. *inſtituit de bis, quæ per XXX. annos in libertate juſſa ſunt, ut in ſervitio non replicarentur: tamen quia Curtis Regia banc poſſeſſionem impetit, niſi per X. annorum curricula, ſicut Domnus Liutprandus* &c.

(8) Cod. Eſten. *Si qua femina amodo inventa fuerit, quæ ſibi ſervum copulaverit, & facta compellatione parentibus ad vindictam tradita fuerit, & poſtea parentes intra anni ſpatium in eam vindictam dare neglexerint, & poſtea per LX. annorum curricula in libertate permanſerit, & ipſa, & filii, filiæve eorum* &c. Vide ſupra Legem CCXXII. Rotharis *Si Servus liberam puellam in conjugio acceperit* &c. Vide etiam Legem VI. Lib. IV. Liutprandi *Si mulier libera* &c.

(*) Hoc eſt mulierem ingenuam, aut ſaltem liberam. Atque hinc diſce, *Arimannum* ſive *Herimannum* ſignificaſſe ingenuum hominem, atque à nativitate liberum: quod olim nobilitatem quamdam importabat, quum ſervi erant in uſu. Vide Ughellum in Epiſcop. Veronenſ. ubi ſunt, quæ hanc eamdem ſignificationem confirmant.

(9) Hoc eſt contenderit, quempiam hominem ſuum ſervum, aut aldium eſſe. Infra Cod. Eſten. *accepta, ſive literis, ei deportaverit.* Cod. verò Cathedr. Mutin. *accepta proclamaverit, aut ei portaverit, ut ipſe judicet*: hoc eſt, ut ſinè litigii forma de æquo & bono ipſe contentioni ſuæ finem imponat, ac juſta faciat. Infra Cod. Eſten. *aut veniat in præſentia Regis, vel Judicum cum ipſo ad judicium habendo.*

(10) Rectiùs in Cod. Cathedr. Mutin. *& furore arreptus.* Sequitur Cod. Eſten. nonnulla addens: *eum batiderit, componat widrigild ſuum (ſi liber, vel etiam ſervus eſt pulſatus, vel aldius) in Palatio; aut, quòd abſit, occiderit, ſicut nunc factum ex peccato cognovimus (ex peccatis eſſe cognovimus* habet Codex Cathedralis) *perdat omnem ſubſtantiam ſuam, ſi liber interfectus eſt. Si verò ſervum, vel aldium occiderit, componat widrigild ſuum* &c.

(11) Cod. Eſten. & Ambroſ. *Et ſi fuerit, liber, widrigild ſuum componat Regi. Et ſi eum* & infra uterque Cod. *per hoc Capitulum, ſicut ſupra legitur, componat mortem ipſius* &c. In fine uterque Cod. *& res ipſius, & componat widrigild ſuum in Palatio Regis.*

(12) Cod. Eſten. *deducebant ſacramentum.* Infra *ut aliquid eis pro ipſo ſacramento* &c. Infra *quamque & teſtes in ipſa charta ſubſcripſerint, aut manus poſuerint* &c. Ex qua loquendi formula duplicem ritum habes olim quoque firmantium chartas, Nempe alii ſuum nomen in calce inſcribebant; id erat propriè *ſubſcribere.* Alii verò, quòd ſcribere neſcirent, delineata cruce, aut alio ſigno, manu, hoc eſt, calamo facto, *manum ponere* dicebantur. Hinc in eiſdem ſubſcriptionibus interdum occurrit *manus Ingulfi, manus Segizonis* &c.

(13) Cod. Eſten. *niſi fortè ſi ei per wadiam aliquem inobligavit, ipſe venditor comprehendat ſi dejuſſorem ſuum.*

Digitized by Google

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipſe vendidit tibi unam ſuam caſam, & conventaſti ſibi dare C. ſolidos, & non dediſti niſi quinquaginta. Non tibi reſpondeo, quia ecce charta, quæ manifeſtat de adimpleto pretio. Si charta non manifeſtat, quòd venditor ſubſcripſiſſet, aut teſtes: juret venditor, qui habet, pretii partem completam non eſſe.

V.

Si quis Judex, aut quicumque homo miſſum ſuum præſumſerit dirigere Romam, Ravennam, Spoletum, Beneventum, (14) Franciam, Bajoariam, vel Alamanniam ſinè juſſione Regis, animæ ſuæ incurrat periculum, & res ejus infiſcentur. *III.* 29. 1.

VI.

Cognovimus enim, quòd per ſingulas Civitates mali homines (15) & tanas, ideſt adunationes contra Judicem ſuum (16) agentes faciunt. Sed ita ſtatuimus, ut ſi amodo quicumque homo adunationem cum quatuor vel quinque, aut ampliùs hominibus fecerit, dicendo, quòd voluntatem Judicis (17) ſui non faciat, & quòd ille rectè dixerit, aut ad ejus judicium non vadat, confidens in alicujus patrocinio & alios circa ſe aggregare voluerit, ut ipſi ſimiliter faciant, componat, ſicut anterius Edictum *de ſeditione contra Judicem levata* continere (18) videtur. Si verò de cauſa Regis aliquid dicere voluerit, ſit ei licentia veniendi ad Palatium; & ſi ſupra quàm dixerit veritatem (19) approbaverit, ſuſcipiat ſententiam ſecundùm qualitatem cauſæ, ſicut anterius Edictum continet. Et ſi veritatem approbare non potuerit, fiat ei datus in manibus cum rebus ſuis, & faciat de eo quod voluerit. Violentiam quidem ſi ſuſtinuerit aliquis à Judice ſuo, aut ab alio homine, & Judex neglexerit judicare, aut forſitan attenderit ad Gaſindium, aut ad parentes, aut ad amicum ſuum, vel ad præmium, & legem non judicaverit, tunc veniat ad Palatium, & reclamet ſuam violentiam; & ſi probatum fuerit, non computetur in adunatione ei, qui proclamaverit; ſed ipſe Judex componat guidrigild ſuum, medium Regi, & medium cui juſtitiam denegavit, & honorem ſuum amittat. Arimanus (20) ille quidem, ſi mentitus fuerit, & dolosè hoc egerit, ſi ante venerit ad Palatium, quàm ad Judicis ſui vadat judicium, ſi habuerit, unde componere poſſit, componat ſolidos L. medium Regi, & medium Judici ſuo. Et ſi talis homo fuerit, qui non habeat unde componere poſſit, accipiat diſciplinam, ut emendatus fiat, & ut alii facere hoc non præſumant. *I.* 19. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu feciſti, vel Donatus fecit adunationem cum quatuor hominibus contra tuum Comitem dicendo; quòd voluntatem ejus non faceres, vel faceret, quam tibi vel ſibi rectè dicebat. Et tu fuiſti cum ipſo, vel fuiſti in capite. Petre Comes te appellat Martinus tuus Erimannus, quod ipſe reclamavit ſe ad te, quòd tu faceres ſibi juſtitiam de Donato, qui habebat occiſum ſuum patrem, & tu attendiſti ad præmium, & non feciſti ſibi juſtitiam.

VII.

Si quis (21) cauſam alterius agere, aut cauſare præſumſerit in præſentia Regis, aut Judicis (excepto ſi Rex, aut Judex ei licentiam dederit, de viduis, aut de orphanis, aut de tali homine, qui cauſam ſuam agere non poteſt) componat guidrigild ſuum, medium Regi, & medium contra quem cauſavit. Et ſi forſan aliquis per ſimplicitatem ſuam cauſam agere neſcit, veniat ad (22) placitum. Et ſi Rex, aut Judex providerit, quòd veritas ſit, tunc debeat dare ei hominem, qui cauſam ipſius agat. Nam ſi Judex contra hoc conſenſerit, exceptis in his Capitulis, & non emendavit, & ipſe ſimiliter componat guidrigild

fuum

(14) Cod. Eſten. *vel ad Franciam, Bajoeriam, Alamanniam, Graciam, & Navariam.* In editione quoque Boheriana legitur *Navariam*, & *Navarram*. Sed procul dubio legendum *aut in Avariam*, nempe in Hungariam, ſive ut veteres loquebantur, in Pannoniam; eam quippe Provinciam tunc *Avares*, ſive Hunni occupabant. Nil rei erat Langobardis cum Navarræ populo nimium diſſito: imò ne tunc quidem fortè natum erat *Navarre* nomen. At *Avares*, ſive Hunni, non unam cladem intulerunt Italiæ. Hinc politicæ cauſæ, quare Langobardis interdiceretur aditus, Rege inſcio, ad ſuſpectas nationes conterminas. Sed cur hac eadem Lege involvitur *Spoletum*, ac *Beneventum*? Nonne & in eas quoque regiones Langobardis Principibus ſubjectas protendebatur Regis Langobardi potentia? Cod. Cathedr. Mutin. habet *Alemanniam*, *Retias*, *aut in Avariam*. Rhætia profectò ad Italiæ fines poſita eſt. Atque ita ſcribendum potiùs, & præſertim quòd Eſtenſis Cod. habet *Gretiam*, non *Græciam*, ut ego ſupra correctione adhibita ſcripſi. In Cod. Ambroſ. legitur *Alamanniam*, *Riciam*, *aut Mavariciam*. In fine idem Cod. Eſten. *& res ejus in fiſco ſocientur*.

(15) Editio Boherian. *ronas*, ſive *banna* habet. Verùm in Cod. Eſten. legitur *zawas & adunationes*, & in Cod. Cathedr. Mutin. *zavas & adunationes*. Num à *zava*, quòd olim armaturæ genus fuit, ſive lorica, ſive galea? Quaſi dicat: *fanno degli armamenti, e delle raunanze d'uomini*. In Ambroſ. Cod. legitur *homines anas*; ſupra verò eadem manu adnotatum eſt: *ideſt rixas*.

(16) Cod. Cathedr. Mutin. *ſunm agendo faciant*. Cod. Eſten. *contra Judicem ſuum faciebant. Ideo ſtatuimus, ut ſi amodo quicumque homo privatus à dignitate adunationem* &c.

(17) Cod. Cathedr. Mutin. *Judici ſuo non faciant, quæ ille rectè eis dixerit*. Infra *non vadant*. Et inferiùs *adgregaverit, aut adgregare voluerit*.

(18) Addit Cod. Eſten. *ſi hæc non per obligationem faciat, non per ſacramentum, neque per dexteram. Si verò de Caſa Regis* (hoc eſt, ut conjicio, de Miniſtris Regis, ſive familiaribus Regis) *quæ eſt poſita in initio noſtri Anteceſſoris, aliquod dicere voluerit* &c.

(19) Cod. Eſten. *approbaverit, ſit condemnatus ille, cui approbaverit, & ſuſcipiat* &c. Ita quoque in Cod. Cathedr. Mutin. Infra *attenderit ad Gaſindium*, hoc eſt à familiarium ſuorum precibus ſeduci ſe patietur.

(20) Cod. Cathedr. Mutin. *Arimannus quidem ille, ſi mentiserit, aut dolosè hoc dixerit; & ſi antea venerit* &c. Paria habet Cod. Eſten. ibique pro *Arimanus* legitur *Erimannus*. De *Herimannis* vide, quæ congeſſit doctiſſimus Du-Cangius in Gloſſar. Latino, & ego nuper innui ad Legem II. ipſius Rachiſii.

(21) Interdicit Rachis, ne quis pro altero litigandum ſibi ſuſcipiat in foro, niſi Legis aut Judicis facultas ad hoc conceſſa præcedat. Invaluerant enim, ut puto, emtores litium, ac rerum litigioſarum, quos etiam aliorum Principum, ac Populorum Leges execrantur. Infra Cod. Eſten. *Et medietatem illi contra quem cauſaverit*.

(22) Uterque Cod. Mutin. *veniat ad Palatium. Et ſi Rex, aut Judex proviserit*. Infra: *Nam ſi Judex hoc conſenſerit, exceptis his Capitulis, & non emendaverit, ipſe ſimiliter* &c.

Digitized by Google

ſuum in Palatio Regis. Si (23) enim quicumque liber homo in ſervitio de Gaſindio Regis, aut de ejus fidelibus introierit, & ſi Judex de ſub quo fuerit, dolosè eum opprimere quæſierit, pro eo quòd ipſe in ſervitio alterius introivit, & per ipſum dolum illicitè contra ipſum judicaverit, aut forſitan ab ipſo Judice ſuo juſtitiam invenire non potuerit, tunc componat Judex, ſicut ſupra lex eſt; & ille, in cujus obſequio eſt, habeat licentiam cauſam agere, & uſque ad legem perducere, ſic tamen, ut antea vadat ad judicium de Judice ſuo, ut ab ipſo ſuſcipiat juſtitiam ſuam. *II.* 52. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti unam plagam in capite ad Marculphum. Da vadia de Widrigildo, *quia tu agis cauſam alterius. Aut probet quòd ſibi ſit data actio, ut componat* Widrigild. *Si autem dixerit: iſte eſt ſimplex, aut orphanus, aut vidua. Et Comes dedit mihi licentiam; aut probet, aut emendet* Widrigild. *Petre Comes te appellat Martinus, quòd Donatus egit alterius cauſam contra ſe in tua præſentia, & non emendaſti, & tamen conſenſiſti pro eo agere, & non erat vidua, nec orphanus ipſe, de cujus cauſa agebat, nec tale, qui bene non poſſit cauſam ſuam. Petre Comes te appellat Martinus, quòd poſtquamquod ipſe intravit in gaſindio Regis, judicaſti ei illicitè.*

A

VIII.

Si quis (*) inquirit ſecretum Regis, ut ad damnum ejus palàm faciat id in extraneis provinciis, volumus ut tam inquiſitor, quàm propalator animæ ſuæ incurrat periculum, & res eorum Fiſco ſocientur.

IX.

Relatum eſt nobis, quòd ſunt aliqui pravi homines, qui ſubmittunt in Palatium ad noſtrum ſecretum diſcendum, ut per delicioſos, (24) aut per oſtiarios, vel per alios homines captiosè, aut abſconsè inveſtigare poſſint quicquid nos agimus. Et ipſi, qui rogantur, qui (25) cognoſcere poſſunt, eis mandant, aut annunciant noſtra ſecreta, & adhuc in extraneas provincias mandatum faciunt. Sed apparuit nobis, ut ille, qui talem cauſam perpetrare præſumſerit, non eſt in fide ſua rectus, ſed in mala ſuſpicione manere videtur. Unde decernimus, ut qui in tali cauſa amodò detentus fuerit, tam qui ſubmittit, quàm qui ſubmittitur, animæ ſuæ incurrat periculum, & res ejus infiſcentur, quia ſicut dicit Scriptura. *Secretum Regis abſcondere bonum eſt. Opera autem Dei honorificum revelare eſt.*

B

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu fuiſti ſubmiſſus in Palatio Regis ad diſcendum ſecretum Regis, & feciſti mandatum in extraneam provinciam.

C

(23) In Cod. Cathedr. Mutin. hinc altera Lex à priori diverſa exordium ſumit. Cod. Eſten. habet. *Si autem qualiſcumque liber.* Infra *in ſervitio de Gaſindio Regis.* Familiares Regum ac Potentum *Gaſindii* appellabantur. *Fideles* autem Regis ejus *Vaſſalli.* Verùm heic *in obſequio*, potiùs, quàm *in ſervitio*, ſcribendum fuit; liberis enim hominibus *ſervitium* rectè non tribuebatur, ſed quidem *obſequium*, ut infra quoque legitur. Idem Cod. Eſten. infra habet *& Judex, ſub cujus judicii ditione fuerit, dolosè eum opprimere quæſierit, pro eo quòd in alterius obſequium introivit.* Viden *obſequium*, & non *ſervitium*? Ita & infra. Sequitur *& legem per ipſum dolum non judicaverit, aut forſitan ad ipſum Judicem ſuum juſtitiam* &c. *ſicut ſupra legitur.* Infra *cauſam ejus agere, & uſque ad legem* (hoc eſt, uſque ad ſententiam) *perducere.*

(*) Legem hanc do ex Cod. Eſtenſi; neque enim eam hactenus editam inter Langobardicas vidi. Attamen, ut verum fatear, non Lex, ſed ſubſequentis Legis compendium, ac titulus eſſe mihi videtur.

(24) Non Regibus ſolùm, ſed & Romani Pontificibus fuere *delicioſi* ſui, ut conſtat ex Nicolai I. Epiſt. 17. & ex variis Johannis VIII. Epiſtolis. Cum verò idem Nicolaus Epiſcopos *delicioſos noſtros* appellet, conſequens eſt, hoc nomine fuiſſe donatos, qui Principibus valde cari, atque ad eorum famulatum adſciti, aditum haberent in intima quæque conſilia, aut ſaltem cubicula Principum. Nos *Confidenti* appellamus.

(25) Cod. Ambroſ. *quotquot cognoſcere.* Cod. Cathedr. Mutin. *quidquid cognoſcere poſſunt, eis mandant,* (ſequitur Cod. Eſtenſis) *aut nuntiant ſecretum, ut in extraneas partes mandatum fiat. Sed apparet nobis* &c. Infra Cod. Cathedr. *qui talem cauſam penetrare* &c. Heic *cauſa* pro *re*; unde *coſa* Italicum, uti infra repetam.

D

Expliciunt Leges Ratchis.
Incipiunt Leges Domni Aſtulfi Regis.

AISTUL-

Digitized by Google

AISTULPHI REGIS LEGES.

Aistulphus Rex incipit.

PROLOGUS.

QUoniam (1) Prophetica nos vaticinatio admonet dicens: *justè judicate, filii hominum*, & alibi: *justitiam dicite, qui habitatis terram, quia justus Dominus justitiam diligit*, illa nos sedulè convenit scire, ut gentes nobis commissæ in judicio non graventur, & omnipotenti Deo, cujus opitulatione regnamus, in omnibus placere valeamus, Decessorum nostrorum sequentes exempla, qui Redemtori omnium seculorum pleno pectore placere desiderando, pro sibi commissæ gentis gubernatione, ut recto moderamine regerentur, imposuerunt leges. Idcirco Ego Dei omnipotentis auxilio Astulfus præcelsus Catholicæ Gentis Langobardorum Rex, præcessorum nostrorum omnia instituta (2) perpendentes, quoniam nostros Judices ad danda judicia involvebant, Anno (3) Primo felicissimi Regni nostri, in Dei nomine, die Kalendarum Martiarum, Indictione VII convocatis ex diversis partibus Regni nostri Judicibus, communi consilio in Edicti paginam affigi statuimus, quæ Excellentiæ nostræ justa & Deo grata comparuerunt, quatenus & justitia maneat, & nostrorum Judicum judicio omnis obscuritas illuminetur.

„*Jus gerit Aistulphus residens in margine cusus.*

CAP. I.

REcolimus in anterioris Edicti pagina esse insertum, ut si frater decesserit absque filiis & filiabus, & sorores reliquerit, A ipsæ heredes (4) ei succedere debent. Nam Amitæ eorum nepotum successionem nullo modo capere poterant, quia nihil de iisdem Amitis in ipso continetur Edicto, nisi aut Sororis, aut Parentes propinqui succedere debent; & dum remanebant in capillo inordinatæ, & in casa patientes necessitatem, servis se copulabant. Ideo nos Deo inspirante statuere prævidimus, ut si quis Langobardus moriens sororem unam, aut plures in capillo in casa reliquerit, & filium unum, aut plures, filii ipsius debeant perpensare, qualiter (5) Amitæ absque necessitate vivere possint secundùm qualitatem substantiæ suæ, ut Amitæ eorum indigentiam non patiantur, neque de victu, neque de vestimento, sed nec de ipso obsequio suo. Et si in sacro Monasterio sub statuta Regula vivere voluerint, ab ipsis suis nepotibus ordinetur, ut illis prævisum fuerit, aut convenerit. Si autem prædicti nepotes (6) decesserint, & sorores reliquerint, Amitæ eorum, quæ in casa in capillo remanserint, cum ipsis nepotibus suis in rebus nepotum & fratrum succedant æqualiter, quantæcumque fuerint. *II.* 14. 27. *secundùm editionem Goldasti.*

B

II.

In anterioris (7) Edicti Capitulo, ut si quis Langobardus pertinentem suum in quarta manu tradiderit, & à se amont fecerit, aut circa altare ducendum Sacerdoti tradiderit, solutus ab omni conditione servitutis permaneat. Sed quoniam perversi homines benefactores suos accepta libertate postponebant, & ipsi eos postmodum retinere nequaquam volebant, multi homines timentes, ne sui Liberti eos postponerent, libertatem eis facere omittebant. Propterea statuimus, ut si quis Langobardus pertinentes suos thingare voluerit in quarta (8) manu, aut chartulas ei fecerit, & sibi reservaverit servitium ejus, dum advixerit, & decreverit ut post obitum ejus li-

C

NOTÆ AD AISTULPHI LEGES.

(1) Particulam hujus Præfationis evulgavit Sigonius noster Lib. III. de Regn. Italiæ ad Annum 754. Ego nunc integram exhibeo ex Codice Estensi; & primùm, quantum arbitror, nisi me præcessit Heroldus.

(2) Sigonius hæc ita legebat: *perpendens, quædam ibi reperimus non adnexa, de quibus maximus error nostrorum Judices addenda judicia volebant. Ideo Anno felicissimi Regni nostri in Dei nomine Quinto* &c. Clariorem textum suppeditasse Estensis Cod. mihi videtur.

(3) Jam vidisti à Sigonio scriptum *Anno Quinto*. Atque ita sanè legendum. *Septima* enim *Indictio*, qua promulgatæ hujusmodi Leges ab Aistulpho fuere, Annum Christi 754. indicat; is autem Annus primus ejusdem Regis esse non potuit, ut Historica monumenta evincunt. Imò exstant ejusdem Regis Diplomata (& nonnulla, si Deus dabit, & ego proferam) ex quibus intelligimus eum Regem fuisse creatum Anno 750. quo certè non decurrebat Indicio VII.

(4) Cod. Cathedr. Mutin. *ipsæ beredes succederent. Nam Amitanes suorum nepotum* &c. Infra *aut parentes propinqui succedebant. Et dum remanebant in casa in capillis, inordinatè patientes necessitates* &c.

(5) Idem Cod. *qualiter Amitanes eorum*. Infra uterque Cod. *sed nec de obsequio suo*, hoc est, de famulis, aut famulabus, siquidem ejus sint conditionis, ut debeant, sicuti nunc dicimus, *farsi servire*. Inferiùs Cod. Esten. *ab ipsis Nepotibus suis ordinentur, ut illis provisum fuerit*.

D

(6) In utroque Mutin. Cod. legitur. *Si autem prædicti Nepotes decesserint absque filiis & filiabus, aut intestati, & sorores ex parte patris reliquerint*. Cod. Cathedr. Mutin. *& sorores reliquerint, Amitanes eorum* &c.

(7) Uterque Cod. Mutin. *Anterioris Edicti leguntur Capitula*. Editis saltem adjungendum est *legitur*. Jam supra monui, vocabulo *pertinentes* significari eos, qui juri ac dominio alicujus obnoxii sunt, quales fuere *servi*, ac *aldii*. Heic propriè de *servis* agitur, quos quis absoluta manumissione plenè liberos fecerit. Infra Cod. Esten. *& à se amunt fecerit* (tum Cod. Cathedr. Mutin.) *aut circa altarium* &c. Inferiùs *nequaquam valebant*,

(8) Cod. Esten. *in quartam manum dandos, & chartulam illis fecerit, & sibi reservaverit servitium ipsorum* &c. Vide Legem CCXXV. Rotharis, ubi Manumissionum variæ species traduntur, atque ibi explicatur manumittere (hoc loco idem significat *thingare*) *in quarta manu*. Hinc autem vides licuisse manumittere servum, cui tamen libertatis usus nisi post manumittentis mortem non incipiebat decurrere. Infra *quam eis fecit, quia*.

E

Digitized by Google

liberi sint, stabile debeat permanere secundùm textum cartæ, quam ei fecit, quia injustum nobis apparuit, ut homo benefactorem suum vivente eo dimittere debeat. Nam qui in Ecclesia liberum dimiserit per manum Sacerdotis, sic permaneat ejus libertas, sicut continetur in anteriori Edicto. *II.* 34. 9.

III.

Cognovimus multoties, perfidos homines contra voluntatem defunctorum parentum suorum agere, dum ipsi pro animabus suis per Loca venerabilia res suas distribuebant, & pertinentibus suis simpliciter libertatem cum rebus quibuslibet donabant; & cum ipsis hominibus per astutiam agebant, & eos à suis (9) cespitibus removentes in suum servitium replicabant, & postmodum libertatem simul & res amittebant. Ideo prævidimus hanc resecare malitiam, ut voluntas & ordinatio defuncti adimpleatur. Et ita sancimus, ut si quis Langobardus per chartam in sanitate, aut in ægritudine res suas ordinaverit, & dixerit eas habere Loca venerabilia, & familias, per quas res ipsæ excolantur, liberas esse dixerit, ut in ipsis religiosis Locis reditum faciant, secundùm ipsius statutum reddant omni tempore, juxta domini præceptionem, ipsi & filii eorum, & sint liberi de suis personis, sicut dominus eorum instituerit, & ab ejus heredibus non replicentur, nec à suis cespitibus removeantur, sed ab ipsis Locis venerabilibus defensentur. Excepto si sua voluntate voluerint exire, licentiam habeant in sua libertate exire, & vivere ubi voluerint. Nam si ad finem mortis properaverit, ita ut nec thingare hominem suum possit, nec in manu (10) Sacerdotis tradere circa altare liberum dimittendum, propter subitaneam mortem, & instituerit, ut post obitum ejus per manum Sacerdotis qualem designavit, circa sacrum Altare duci debeat, causâ miserationis decrevimus, ut sicut dominus eorum præceperit, ita impleatur, & Sacerdos, quem designaverit, circa altare eum absque cujuscumque contradictione absolvat, & liberi permaneant, quia maxima merces nobis esse videtur, ut de servitio servi ad libertatem deducantur; eo quòd Redemtor noster servus fieri dignatus est, ut nobis libertatem donaret. Si verò aliquid eis in ipso exitu donare præceperit, stabilis eis ipsa donatio permaneat, quia Pauli Apostoli auctoritas *maximè ad domesticos fidei* beneficium præbere jubet. Et pro (11) lannechild imputetur ei servitium, quia servus non habet unde lannechild ei faciat. *II.* 18. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu es servus suus, & malo ordine subtrahis te de suo servitio. Liberum sum. Ecce charta libertatis, quam pater tuus mihi dedit. Aut dicat falsa, aut taceat. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monasterii Sancti Petri, unde tu es Advocatus, tenet sibi terram malo ordine in tali loco. Ipsa terra propria est de Monasterio per chartam, quàm pater tuus fecit. Petre te appellat Martinus, quòd tu es suus servus, & malo ordine subtrahis te de suo servitio. Liberum sum per chartam, quam michi fecit Petrus Presbyter. Quid pertinuisti ad Presbyterum? Pater tuus liberum non potuit me dimittere propter subitaneam mortem, & commendavit, quòd Presbyter Petrus dimitteret me liberum. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. Dominus meus, quando venit ad mortem, donavit mihi ipsam terram.

IV.

A nostris Decessoribus jam antea institutum est, ut Langobardus potestatem habeat filium suum sibi bene servientem meliorare de rebus suis. De filiabus autem non continebatur: ideo statuimus, ut si duas filias habuerit, & filium non reliquerit, potestas ei sit unam filiam suam, qualem voluerit, meliorare in tertiam partem rerum suarum. Et si tres fuerint, quartam. Et si ampliùs fuerint, per hanc rationem computentur. *II.* 20. 4.

Formulæ veteres.

Martine cum Donato tuo tutore, Johanna cum Donato suo tutore te appellat, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco.

V.

Si quis Langobardus decedens voluerit uxori suæ usumfructum de rebus suis judicare, & filios & filias ex ea reliquerit, non amplius ei per (12) usumfructum judicare possit, quàm medium de sua substantia super illud, quod ei in morgincap, & in meta secundùm legem data fuerit. Et si filios & filias ex alia uxore reliquerit unum, aut duos, possit uxori suæ tertiam partem ad usumfructum relinquere. Et si fuerint tres, quartam portionem. Si fuerint plures, per hunc numerum computentur morgincap & meta, quæ ei data est, legibus habeat in antea. Si quidem (13) nupserit, postea autem mortua fuerit, ususfructus integrum ad heredes revertatur. De meta verò & morgincap fiat sicut anterius Edictum. *II.* 4. 4.

Formulæ veteres.

Martina cum Donato tuo Tutore Petrus te appellat, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea est per usumfructum; & ecce Chartula, quam mihi maritus meus fecit. Si charta manifestat, sicut ista Lex dicit, aut dicat falsam, aut teneat. Martine te appellat Petrus, quòd tu tenes sibi terram malo ordine in tali loco. Mea propria est per successionem Johannæ meæ mulieris. Non debes tu eam succedere in ipsa terra, quia fuit suus ususfructus, & Lex commendat, quòd revertatur ad me.

VI.

Pervênit ad nos, quòd quidam (14), dum ad

(9) Hoc est à prædiis ruralibus, quæ per Servos illos libertate, sed non integrè, donatos, excolebantur. Infra Cod. Esten. *juxta Domini sui præceptionem ipsi & filii* &c.

(10) Cod. Cathedr. Mutin. *neque in manum Sacerdotem tradiderit circa Altarium liberos dimittendum.* Infra Cod. Esten. *& liber permaneat.*

(11) Idem Cod. *& pro launigild ei imputetur servitium suum, eo quòd servus non habeat, unde aliud launigild ei faciat.*

(12) Codex Cathedr. Mutin. *pro usufructu.* Codex Esten. *de usufructu.* Infra uterque Cod. *secundùm legem datum fuerit.* Inferiùs Cod. Esten. *computetur. Morgincap & Metam, quæ ei legibus data est, habeat in antea.* Atque hinc etiam intelligis *Metam & Morgincap* diversas donationes, à marito uxori factas, fuisse.

(13) In utroque Cod. Mutin. *Si quidem nupserit postea, aut mortua fuerit.* In fine *fiat in antea secundùm anterius Edictum.*

(14) Cod. Cathedr. Mutin. *quod dum quidam bomines.* Cod. Esten. *quod quidam bomines, dum.*

Digitized by Google

ad ſuſcipiendam ſponſam cujuſdam ſponſi, cum (15) paranymphis, aut trotingis ambularent, perverſi homines aquam ſordidam & ſtercora ſuper ipſam jactaſſent. Sed quia cognovimus malum hoc per ſingula loca fieri, providimus ne pro hac cauſa ſcandala, & homicidia ſurgant. Si (16) quæcumque liberæ mulieri talem rem facere præſumſerit, componat ſolidos DCCCC. medium Regi, & medium Mundualdo. Nam ſi homines pertinentes ſinè voluntate domini ſui hoc fecerint, & dominus (17) per ſacramentum ſe purificaverit, quòd per ejus conſilium non fuiſſet factum, ſervi ipſi tradantur in manus de Mundualdo ejus, & ipſe faciat de iis quod ei placuerit, & ampliùs patronus non calumnietur. Quòd ſi jurare non poterit, componat, ut ſupra dictum eſt, ſolidos DCCCC. *I.* 17. 8.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd Maria ſua Mundoalda ibat, ut eſſet paranympha cum joculatoribus de ſponſa Paula. Et tu, vel ſervi tui projeciſti aquam ſordidam & ſtercora ſuper ipſam. De torto. Approbet appellator, ſi potuerit. Sin, exdicat ſe appellator, aut emendet, ſicut lex eſt.

VII.

Si quis Langobardus cum Pontificibus, Abbatibus, vel Cuſtodibus Eccleſiarum, vel Xenodochiorum Præpoſitis de quibuſcumque rebus convenientiam fecerit, & pœnam inter ſe pars parti obligaverit, & heredes & ſucceſſores ſuos obligaverit, & idonei homines interfuerint, non poſſit (18) poſtea ab eorum ſucceſſoribus removeri, ſicut nec removetur ab eodem Langobardo, excepto ſi pœnam obligatam componere voluerit. Si verò commutationem fecerint de caſis, terris, vel familiis, & interfuerit Miſſus Regis, vel Pontificis, ſeu Judicis, aut tales homines tres, quorum fides admittatur, & res ejus meliorata (19) apparuerit, tunc quando ipſa commutatio ipſa firma permaneat. Et ſi removere voluerit, pœnam inter ſe obligatam componat. *III.* 10. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes terram malo ordine in tali loco ad partem Epiſcopii Sancti Syri, unde ipſe eſt Advocatus. Ipſa terra mihi conceſſa eſt per libellum. Falſus eſt ipſe libellus. Si dixerit. Si dixerit Advocatus; tu ſubtraxiſti te adimplere, ſicut Lex in libello; aut probet, aut det pœnam. Si dixerit: mea propria eſt per commutationem; tunc Advocatus probet, quòd Eccleſia accepit pejoratam rem, aut dicat chartam falſam.

VIII.

Relatum eſt nobis, quòd uſque nunc fuiſſet talis conſuetudo, ut Monaſteria, vel Xenodochia, ſeu venerabilia Loca, quæ in defenſione ſacri noſtri Palatii eſſe noſcuntur, compoſitionem duplicem, (20) exigebant ab hominibus, qui ad ipſa venerabilia Loca componere debebant, ſicut Curtis Regia exigere videtur. Nunc autem conſtituimus, ut Monaſteria, Baſilicæ, vel Xenodochia, quæ ſub Palatii defenſione eſſe videntur, compoſitionem (21) exigere ſi debuerint, non exigant duplum, ſicut de cauſa Regis, ſed ſicut alia venerabilia Loca, quæ ad Palatium non pertinent. *I.* 2. 9.

IX.

Si quis Langobardus qualemcumque rem poſſederit, & Cuſtodes Locorum venerabilium de ipſis rebus eum moleſtaverint, & ipſe poſſeſſionem ſuam per XXX. annos conſignaverit, & ejus claruerit poſſeſſio, poſſideat & in antea. Similiter & venerabilia Loca faciant de rebus, quas ipſa (22) poſſident, ſi à Langobardis fuerint pulſata, quia anterius Edictum continet de quinque annorum poſſeſſione, ut qui poſſederit per quinque annos in facie ejus, qui pulſaverit, ipſe ſecundùm legem defendat ſe, & Loca venerabilia inter ſe de rebus quibuslibet per XL. annorum poſſeſſeſſionem excludantur. Ideo juſtum duximus, ut qui per XXX. annos poſſederit, poſſideat & in antea. *II.* 35. 11.

For-

(15) Cod. Eſten. *cum paranympha, & tboringis.* Cod. Cathedr. Mutin. *cum paranympha, & troctingis.* Gloſſario Papiæ, & Nicolao Boherio acquieſcendum videtur, qui *trotingos* explicant *joculatores, qui ſaltare noverunt* (hos enim nuptialis pompa plerumque adſciſcebat) non autem *patinarum liguritores*, ut Bovillus cenſet, neque enim hi pars apparatus, ac proceſſus nuptialis. Vide ſubjectas formulas veteres, ubi *Joculatores* totidem verbis memorantur. Attamen, ut verum fatear, me adhuc ſuſpicio tenet, heic non alios deſignari, quàm ſponſæ ſive nuptæ ductores viros. In Lege Salica Tit. XIV. Cap. X. habetur: *Si quis puellam, quæ Druchte ducitur ad maritum, in via adſallierit.* Pithoeus, Bignonius, Du-Cangius, ac noviſſimè Cl. V. Johannes Georgius Eccardus in Not. ad Legem Salicam *Druchtem* interpretantur *ſponſam, ſponſatam, pactam, promiſſam.* In Cod. Eſtenſi ubi & Salicæ Leges habentur, lego: *Si quis puellam, quæ Tructe ducitur.* Ibi Gloſſa vetus: *Tructe, ideſt per Nuptiatores.* Explicationi huic favet ipſius Eccardi editio, ubi legitur: *Si quis puellam ſponſatam, drutbe ducente ad maritum* &c. Ubi *drutbe* diverſum videtur à ſponſa. A *drutbe* autem, ſive *Tructe, Troctingus*, quod unum ſignificare potuit, nempe comitem ſponſæ, ſive Paranymphum. *Paranympha*, ut notum eſt, matrona erat, quæ ſponſam comitabatur, atque ad maritalem thorum deducebat.

(16) Uterque Mutin. Cod. *ſcandala, vel homicidia ſurgant, ut ſi quis* (*quiſcumque* habet Eſten. & Ambroſ.) *liber homo talem rem facere tentaverit, componat ſolidos DCCCC. mediatatem Regi, & medietatem Mundualdo ejus.*

(17) In ambobus Codicib. Mutinen. legitur: *& dominus eorum per ſacramentum ſe purificare auſus fuerit, quod cum ejus voluntate, & conſilio, vel conſenſu factum non fuiſſet: ſervi ipſius tradantur in manum ad Mundualdi ejus.* Infra *patronus calumniam non habeat.* Cod. Eſten. *non patiatur. Et ſi jurare non præſumſerit.*

(18) Cod. Cathedr. Mutin. *non poſſint poſtea eorum ſucceſſores removeri.* Poſt *removeri* addit Cod. Eſten. (Gloſſam fortaſſe) *niſi ſit contra Legem Romanorum*: quam videlicet ſequebantur Eccleſiaſtici viri. In margine verò appoſita eſt Gloſſa hæc: *Non alienentur res Eccleſiæ, niſi ſecundùm Legem Romanam.*

(19) Uterque Cod. Mutin. *& res meliorata eis paruerit.* Infra *quod pars loci Religioſi ſuſcepit.*

(20) Cod. Eſten. *duplam exigebant ab omnibus, qui in prædictis venerabilibus locis* &c.

(21) Cod. Eſten. hæc ita exhibet: *non ſic compoſitionem exigere debeant, ſicut de cauſa Regis, duplum; ſed ſicut alia loca venerabilia exigant.* Cod. Cathedr. *niſi ſicut alia Loca venerabilia exigunt.*

(22) Addit Cod. Eſten. *Si decennium inter præſentes, immobilia: vigeſimum inter abſentes poſſederint; ſi triennium mobilia: ſi à Langobardis fuerint pulſata. Et quia* &c. Infra *defendat ſe, licèt Loca venerabilia.*

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes terram malo ordine in tali loco ad partem Monaſterii Sancti Petri, unde ipſe eſt Advocatus, poſſeſſam ab eo per XXX. annos. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monaſterii Sancti Petri, unde tu es Advocatus, tenet ſibi malo ordine terram in tali loco. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monaſterii Sancti Petri, unde tu es Advocatus, tenet terram malo ordine ad partem Monaſterii Sancti Pauli, unde ipſe eſt Advocatus.

X.

Si quis Langobardus cauſam habuerit cum Locis venerabilibus, quæ ad (23) defenſionem Palatii eſſe noſcuntur; ſi fuerit cauſa, unde ſacramentum debeat procedere, ſi Judex Abbatem, Cuſtodem, vel Præpoſitum pulſaverit, ipſe ei ſatisfaciat. Si autem Abbas, Cuſtos, Præpoſitus Judicem pulſaverit, & ſacramentum fieri debuerit, ipſe Judex iterum ſacramentum deducat. Si verò alter Langobardus habuerit cauſam cum Abbatibus, unde ſimile ſacramentum deductum fieri debeat, anteponatur Abbas ipſe (24) ſolus, nam non alius. Sed de aliis, qualis eligere vult, quanticumque ſecundùm legem jurare debent, ut ſacramentum deducat; ita tamen ut ipſe Abbas talis ſit, qui per Regulam juxta præceptum Domini vivat, & ſubjectos Monachos habeat uſque quinquaginta vel ampliùs, qui cum eo regulariter vivant. *II.* 55. 18.

XI.

Si quis (25) cum aliis Cuſtodibus, vel Præpoſitis de Locis venerabilibus cauſam habuerit, ipſi Cuſtodes vel Præpoſiti ſacramentum deducant. *II.* 55. 19.

XII.

Si quis (26) in Curte Regis cauſam habuerit, & evenerit, ut pars Curtis Regis ſacramentum deducere debeat, ſi (27) minor cauſa de ſolid. XX. fuerit, per ſacramentum obſcarionum cum actoribus finiatur. Si verò major cauſa fuerit, actor de loco cum actoribus ſecundùm qualitatem cauſæ per ſacramentum perſolvat. *II.* 55. 20.

XIII.

Et hoc diffinimus, ut poſtquam juſſio Regis fuerit in exercitu ambulandi, & (28) conſtituto poſito ad monitionem faciendam, nullus præſumat fidejuſſorem, aut debitorem pro quacumque cauſa pignorare. Et ſi de una Judiciaria (29) fuerint, ad dies XII. antequam eant ad exercitum. Et ſi quietus, & XII. dies poſteaquam de exercitu fuerit reverſus. Si autem de aliis Judiciariis fuerit, ſpatium (30) ſit ad dies XXIV. Nam ſi quis quem inter iſta ſpatia pignoraverit, componat ipſa pignora, ſicut qui contra rationem pignus abſtulit. *I.* 15. 8.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu pignoraſti eum in tanta ſua mobilia, quæ valebant ſolid. LX. infra XII. dies, poſtquam fuit reverſus de hoſte.

XIV.

Si quiſcumque homo pro bonitate ſua introierit in (31) ſervitium Judicis, aut alicujus hominis, & deſervierit ei, vel filiis, vel nepotibus, & claruerit veritas, quòd parentes ejus (32) omnes liberi fuiſſent, & poſtea in ſervitium detinere voluerit, dicendo, quòd per XXX. annos ei, vel parentibus ejus ſerviſſet, non poſſit eum per ipſam poſſeſſionem tenere, quia impoſſibile eſt contra Dei præceptum, dum omnes ejus parentes liberi ſunt, ut ipſe ſolus, qui voluntariè ſervivit, in ſervitium detineatur pro ſola poſſeſſione. Nam ſi pro furto, aut alia malitia, ſicut Edictum continet, ad ſerviendum in manus datus fuerit, & probatum fuerit, deſerviat & in antea. Si verò ejus parentes (33) ſervi fuerunt, & ipſe ſolus ad libertatem tendere voluerit, ſi ipſe libertatem ſuam idoniare (34) per chartam,

(23) Cod. Eſten. *quæ ſub defenſione*. Infra *ipſi ei ſatisfaciant*. *Si autem Abbas, Cuſtos, aut Præpoſitus* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *Judici pulſaverit, & ſacramentum datum fieri debuerit* (*dare debuerit* habet Cod. Eſten.) *ipſe Judex ei iterum* &c.

(24) Tum ambo Codic. Mutinen. in hæc verba ſequuntur: *Nam alii, quales elegerit, quanti ſecundùm Legem jurare debuerint, ſacramentum deducant*. Infra iidem Codices: *qui per Regulam ſecundùm Deum vivat, & ſibi ſubjectos Monachos uſque LX & ampliùs habeat, qui cum eo regulariter vivant*. Atque hinc etiam intelligas, cur Cœnobiis, quæ præ ceteris Monachorum copia abundabant, ampliora, ac potiora conceſſa fuerint Privilegia.

(25) In Cod. Eſten. continuatur Lex iſta cum præcedente. Et ſanè cum ea conjungenda videtur. Ibidem legitur: *Siquidem cum alio Cuſtode, vel Præpoſito* &c. *ipſe Præpoſitus vel Cuſtos ſacramentum deducat*. Hoc eſt, qui ſub defenſione ſacri Palatii non ſint.

(26) Uterque Cod. Mutin. *Si quis cum Curte cauſam habuerit, & venerit*.

(27) Uterque Mutin. Cod alio ordine procedit. Nempe ibi legitur. *Si major cauſa fuerit, per ſacramentum ab Scharione cum actoribus* (*pro actoribus* habet Cod. Cathedr. Mutin.) *finiatur. Si verò minor fuerit cauſa, ideſt infra XX. ſolidos, actor* &c. *Scariones* Du-Cangius in Gloſſario *Judicum Miniſtros* interpretatur, aut *Judices Minores*. Tum *Obſcariones* carcerũ cuſtodes ex Gloſſis conjicit eſſe. Verùm ex fide Codicum Mutinen. illa vox *Obſcarionem* expungenda, & legendum *ab Scarione*. Scariones autem non dumtaxat Judicum, ſed Epiſcoporum ac Abbatum fuere. *Per Scariones Monaſterii* habetur in Chronico S. Vincentii ad Vulturnum, uti & apud Erchempertum. Heic autem agitur de *Scarione* Locorum venerabilium, atque ita explicandus infra *Actor de loco*, ideſt de Loco venerabili, ut in duabus præcedentibus Legibus. Ego *Scarionis* voce heic deſignari puto militares viros à *Scara*, quæ militaris turma eſt, ſive ji eſſent Advocati Eccleſiarum, aut earum Vaſſi, aut alio quopiam modo ad illas tuendas adhibiti: *Actores* verò Cauſidicos, ſive cauſarum patronos, heic indicari cenſeo. In fine *cauſa ſacramentum perſolvat*.

(28) In utroque Mutin. Cod. legitur: *& conſtitutum poſitum ad motionem faciendam*.

(29) Cod. Eſten. *Judiciaria fuerit, ad dies XII. antequam exeant ad exercitum, ſit quietus. Et XII. poſtea* &c. Similia præfert Cod. Cathedr. Mutin. ubi hæc leguntur: *in exercitu, ſit quietus duodecim dies antea, & duodecim poſteaquam de exercitu regreſſus fuerit*.

(30) In utroque Cod. Mutin. *Similiter ſit ſpatium*.

(31) Ita hæc habentur in Cod. Mutinen. *in ſervitio de Judice, aut de alio homine, & ſervierit ei, vel ad filios, vel ad nepotes ejus*. Adnotata ſint hæc ad origines Italicæ Linguæ meliùs noſcendas.

(32) Cod. Eſten. *ejus hominis liberi, & poſtea eum in ſervitio* &c. Infra *per XXX. annos ad parentes ejus, vel ei ſerviſſet* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *non poſſit eum per iſtam poſſeſſionem tenere, quia impoſſibile eſt, & contra Dei* &c

(33) In utroque Cod. Mutin. *parentes pertinentes fuerint*. Idem ſignificabat vox *pertinentes* ac *Servi*. Vide ſupra Cap. VIII. Aiſtulfi ipſius, atque alias ejuſmodi Leges.

(34) Cod. Eſten. *idoneare ſinè appellatione per chartam* &c. In fine uterque Codex *vel per poſſeſſionem juxta legem non potuerit oſtendere* &c.

Digitized by Google

tam, aut per homines liberos, vel per poſſeſſionem juſtam non potuerit, deſerviat & in antea. *II.* 35. 12.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu es ſuus ſervus, & malo ordine ſubtrahis te de ſuo ſervitio. Liber ſum naſcendo, & quid tibi pertinet ad requirendum? Ipſe ſervivit mihi per XXX. annos. Hoc non poteſt dicere. Sed ſi dixerit per malitiam fuit traditus mihi ad ſerviendum, aut probet, aut taceat.

Digitized by Google

CAROLI MAGNI LEGES.

Carolus Magnus cum Pontifice Romano, & Synodali Concilio.

ANno feliciter undecimo, regnante Domino noſtro (1) Carolo glorioſiſſimo, in menſe Martii factum eſt Capitulare, qualiter congregatum (2) Synodali Concilio Epiſcopis, Abbatibus, Viriſque Illuſtribus, unà cum piiſſimo Domno noſtro Carolo ſecundùm voluntatem Dei pro cauſis opportunis conſenſerunt decretum. *III.* 1. 1. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

„Quæ gens multa petit Carolus ſua juſſa peregit.
„Rex bonus Orbis honor.

CAP. I.

DE (3) Metropolitanis, ut eorum ſuffraganei Epiſcopi ſecundùm Canones ſubjecti ſint, & ea quæ erga illorum miniſteria emendanda cognoſcunt, libenti animo emendent, atque corrigant. *III.* 1. 1.

II.

De Epiſcopatibus, ubi (4) præſentes Epiſcopi non ſunt ordinati, ſinè tarditate ordinentur. *III.* 1. 2.

III.

De Monaſteriis, quæ (5) regularia fuerint, ut ſecundùm regulam vivant; nec non & Monaſteria puellarum ordinem ſuum cuſtodiant, & unaquæque Abbatiſſa in Monaſterio ſuo ſinè intermiſſione reſideat. *III.* 1. 3.

IV.

Ut Epiſcopi de Presbyteris (6) & Clericis infra illorum Parochiam, & de ſuo miniſterio poteſtatem habeant ſecundùm Canones facere. *III.* 1. 4.

V.

Ut Epiſcopi de inceſtuoſis hominibus emendandi licentiam habeant; ſeu (7) & de viduis infra ſuorum Parochiam poteſtatem habeant corrigendi. Et ſi de (8) ipſis inceſtuoſis aliquis poſt judicium Epiſcopi in ipſo inceſtu ſe iterum commiſerit; ſi prædium, ideſt allodium, habuerit, ipſum in Fiſcum Regis recipiatur. *II.* 8. 10.

VI.

Ut nulli (9) Epiſcopo liceat alterius Clericum recipere aut ordinare in aliquo (10) gradu, ſint dimiſſoria Epiſcopi ſui, de cujus Parochia eſt. *III.* 2. 1.

VII.

De decimis (11), ut unuſquiſque homo ſuam decimam donet, atque per juſſionem Epiſcopi ſui diſpenſetur. *III.* 3. 1.

VIII.

Ut homicidæ & rei ceteri, qui legibus mori debent, ſi ad Eccleſiam (12) Dei confugiunt, non excutiantur, neque eis ibidem victus detur. *II.* 39. 2.

IX.

Ut latrones illos de infra immunitatem Judices & Advocati ad Comitum placita, quando eis annuntiatum fuerit, præſentent (13). Et

---

NOTÆ AD LEGES CAROLI MAGNI.

(1) Cod. Eſten. *Domno noſtro Karolo glorioſiſſimo Rege in menſe Martio.* Cod. Cath. Mutin. *Anno feliciter Decimo Regni Domni noſtri Caroli.*

(2) Cod. Cathedr. Mutin. & Baluzius Tom. I. Capitular. pag. 195. habent: *congregatis in unum* &c. *viriſque inluſtribus Comitibus* &c. Eſtenſis verò Codex *qualiter congregati in unum ſynodali Concilio Epiſcopi, Abbates, Virique illuſtres unà cum* &c. Si huic Codici acquieſcendum foret, Concilium heic memoratum habitum fuiſſet Romæ, ibi enim hic titulus legitur: *Carolus Magnus cum Pontifice Romano, & Synodali Concilio.* Verùm Carolus M. neque Anno XI. Regni Francici, neque XI. Regni Langobardici Romæ fuit menſe Martio; ac propterea credendum, habitum fuiſſe Concilium iſtud in Francia Anno 779. hoc eſt Anno XI. Regni Francici, ac deinde illius decreta Langobardicarum Legum corpori addita ex ipſius Caroli præcepto. Eidem verò interfuiſſe Italicos quoque Epiſcopos, & Proceres à vero non abhorret. Labbeus putat habitum in *Villa Duria*; Sirmondus *Heriſtalli* ſuſpicatur.

(3) In Cod. Eſten. legitur: *De Metropolitanis Epiſcopis, ut eorum ſuffraganei Epiſcopi eis ſecundum* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *Epiſcopi eis ſecundùm Canones ſubplettendi ſunt.*

(4) In Eſten. Cod. ſcriptum videtur *ubi præſenter.* Cod. Cathedr. Mutin. habet. *De Epiſcopatis, ubi ad præſens Epiſcopi* &c.

(5) Cod. Cathedr. Mutin. *qui regulares fuerunt.* Alii quoque Codices, Baluzio fatente, eam lectionem præferunt. Hoc eſt quæ Monaſticæ Regulæ ſe ſe addixerant. Infra idem Cod. *nec non & Monaſteria puellarum ordinem ſanctum cuſtodiant.*

(6) Cod. Eſten. *de Presbyteris & Diaconibus infra* &c. Cod. Sangallenſis à Baluzio laudatus ita legit, ſed ſimul addit, *& Clericis.*

(7) Cod. Eſten. *ſeu etiam de viduis infra ſuam Parochiam* (hoc eſt Diœceſim) *poteſtatem habeant ad corrigendum.* Ita quoque legitur in Cod. Cathedr. Mutin.

(8) Quæ uſque ad finem Capituli ſequuntur miror cur exciderint, aut neglecta fuerint Clariſs. Baluzio. At eadem leguntur in Codice quoque Eſtenſi, ubi hæc diverſa habentur: *ſe iterum miſerit, ſi prædium habuerit, ipſum Fiſco Regis recipiatur.* Ita & in Ambroſ. Cod.

(9) Vox *Epiſcopo* non legitur in Cod. Eſten. uti neque apud Baluz. pag. 195. Tom. I. Subintelligenda tamen videtur.

(10) Conſonat Cod. Eſten. At Cod. Cathedr. Mutin. hæc addit: *Niſi de ſuis hominibus Clericum habuerit, nullatenus ad ordinandum ducere præſumat, niſi ad illum Epiſcopum, de cujus Parochia eſt, aut in cujus Parochia in poteſtate habere debet.*

(11) Hæc ita leguntur in Cod. Eſten. *Ut unuſquiſque homo ſuam decimam donet*, hoc eſt det, quod nunc *donner* dicunt Franci. Cod. verò Cathedr. Mutin. *Unuſquiſque homo ſuam decimam ad Eccleſiam donet, & per juſſionem, conſilium Epiſcopi, in cujus Parochia fuerint, diſpenſentur.*

(12) Cod. Eſten. *ſi ad Eccleſiam confugerint, non excutiantur. Non excuſentur* habet Cod. Cathedr. Mutin. ſed retinenda prior lectio.

(13) In Cod. Eſten. hæc adduntur: *Si verò latrones, foris furtum committentes, fugerint infra emunitatem, futura judicentur ſententia. Et ſi dixerint* &c. Infra idem Cod. *nec pro ulla juſtitia dilatanda illos latrones fugere conſenſiſſent, nec pro cauſa dilatationis de illorum poteſtate, vel de ſuo miniſterio ipſum latronem* &c. Infra *præſentare debeant.* Infra: *Similiter ſi Vaſſi noſtri ſunt, ſi hoc non* &c. In fine *& qui beneficium non habuerit.*

Digitized by Google

Et ſi dixerint, quòd ipſos latrones præſentare non potuiſſent, jurare debent, quòd illos præſentare non potuiſſent, poſtquam eis denuntiatum fuerit, nec pro ulla juſtitia dilatanda illis latronibus fugere conſenſerint, nec pro cauſa dilationis de illorum poteſtate, vel de ſuorum miniſterio latrones jactaſſent. Et hoc jurent, ut per ſuorum voluntatem, ſi potuerint, ipſos latrones præſentare habeant ad juſtitiam faciendam. Et qui hoc non fecerint, beneficium & honorem perdant. Similiter & ſi Baſſi noſtri hoc non adimpleverint, beneficium & honorem perdant, & qui beneficium noſtrum non habuerit, bannum noſtrum ſolvat. *II.* 39. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd Comes tuus mandavit tibi, quòd tu præſentares ad ſuum placitum unum latronem de infra emunitatem Sancti Syri, unde tu es Advocatus, & non præſentaſti.

X.

De eo qui perjurium fecerit ſe ſciente, nullam redemtionem habeat, niſi manum perdat, & (14) emendare ſtudeat. *II.* 58. 2.

XI.

De truſte (15) facienda, ut nemo præſumat ad nos venienti manſionem vetare; & quæ neceſſaria ſunt, ſicut vicino ſuo, ei vendat. *III.* 4. 2.

XII

De (16) Cerariis, & Tabulariis, & Chartulariis, ſicut à longo tempore fuit conſuetudo, ita obſervetur. *III.* 5. 1.

XIII.

De ſacramentis per (17) guildioniam adinvicem conjurandis, ut nemo facere præſumat. Alio verò modo de illorum alimoniis, aut de incendio, aut de naufragio quamvis convenientiam faciant, nemo in hoc jurare præſumat. *I.* 18. 7.

XIV.

De (18) iterantibus, qui ad Palatium, aut alicubi pergunt, ut eos cum collecta manu nemo auſus ſit aſſilire. Et nemo herbam alterius tempore defenſionis tollere præſumat, niſi vel in hoſtem pergendo, aut Miſſus noſter ſit. Qui aliter facere præſumſerit, emendet. *III.* 4. 3.

XV.

De (19) tolloneis, quæ jam ante forbannita fuere, ut nemo tollat, niſi ubi antiquo tempore conſuetudo fuerit. *III.* 1. 5.

XVI.

Ut nemo præſumat hominem aliquem vendere, aut comparare, niſi in præſentia Comitum, aut Miſſorum (20) noſtrorum. *II.* 30. 1.

XVII.

De (21) Bruneis, ut nullus extra Regnum noſtrum vendere præſumat. *III.* 17. 1.

XVIII.

Si Comes in ſuo miniſterio juſtitias non fecerit, Miſſus noſter de hac (22) cauſa ſonniare faciat, uſque dum juſtitiæ ibidem factæ fuerint. Et ſi Vaſſus noſter juſtitiam non fecerit, tunc Comes, & Miſſus noſter in (23) ipſa cauſa ſedeant, & de ſuo vivant, quouſque juſtitiam faciant. *II.* 52. 2.

XIX.

Si quis per (24) faida pretium recipere noluerit, &c.

---

(14) Hæc minimè leguntur in Cod. Eſten. uti neque in Ambroſ. Atque poſt verba *niſi manum perdat*, quæ poſtrema ſunt in eodem Cod. Eſten. Baluzius Tom. I. pag. 197. Capitular. nonnulla addit, quæ & in Cod. Cathedr. Mutin. leguntur. Itaque audiatur Codex noſter, cujus verba ſunt: *nulla redemtio fiat, niſi manum perdat. Quod ſi accuſatur contendere voluerit de ipſo perjurio, ſtent ad crucem. Et ſi jurator vicerit, legem ſuam accuſator emendat.* Tum adinſtar diverſæ Legis hæc alia illic ſubduntur, quæ Baluzius conjuncta legit: *Hoc verò de minoribus cauſis obſervandum eſt. De majoribus verò rebus, aut de ſtatu ingenuitatis, ſecundùm legem cuſtodiant.* Experimentum *crucis* in eo ſitum erat, ut contendentes ante crucem ſtarent manibus elevatis. Prior ille, cujus brachia laſſa cedebant, victus credebatur. Vide Ughellum in Ital. Sacr. Tom. V. pag. 611. in Catalog. Epiſcopor. Veronenſ.

(15) Nicolaus Bohcrius, ac alii, *ſervitium Regale interpretantur* Du-Cangius *truſtem facere* nihil aliud eſſe putat, quàm Regi *fidem*, ſeu *hominium* præſtare. Vide ejus Gloſſar. Latinum. Cod. Eſten. addit *ad nos venienti hiberno tempore*. Nempe tunc durum extra tecta ducere noctem.

(16) Non *de Notariis* heic agitur, ut cenſet Lindenbrogius: ſed quidem de *Servis*, aut potiùs *Liberis*, qui cenſum *ceræ* Eccleſiæ alicui reddebant; & de iis, qui per *chartam ingenuitatis*, & per publicas *Tabulas* libertate fuerant donati, ſed cum onere reddendi cenſum Locis ſacris. Propterea apud Baluzium huic Legi titulus præponitur *de tributariis Eccleſiarum*. In Codice Eſtenſi non legitur *conſuetudo*. In Cod. verò Cathedr. Mutin. habetur: *ſicut à longinquo tempore fuit, ſic obſervent*.

(17) Baluz. in Capitular. Tom. I. pag. 198. *pro gildonia*. Ita quoque in Cod. Eſten. *pro gildonia ad invicem conjurantium*. In Cod. Cathedr. Mutin. *per geldonia invicem conjurantibus*. Nihil aliud eſt *Geldonia* niſi adunatio & ſocietas illicita hominum. Hincmarus Remenſis in Capitul. ad Presbyteros Cap. 16. *De Collectis, quas Geldonias, vel Confratrias vulgò vocant*. In Ambroſ. Cod. legitur *per Gildonem*; ſupra verò adnotatur, *ideſt advocationem*. Ita pro *adunatione*. Infra uterque Cod. Mutin. *de illorum eleemoſynis, aut de incendio* &c. Idem ſignificat atque alimoniis.

(18) Hoc eſt itinerantibus. Cod. Eſten. *aut aliquò pergunt, ut eos cum collecta nemo auſus ſit aſſallire*.

(19) Hoc eſt *de teloneis*, ut habet Editio Baluzii. Codices Mutinen. præferunt *De toloneis, quæ jam antea forbannita fuerint*, hoc eſt publico decreto conſtituta. *Formannita* habent alii. Infra in Cod. Eſtenſi *conſuetudo fuit*.

(20) Locupletiorem Legem exhibet Cod. Eſten. qui tamen conjunxiſſe videtur cum iſta Legem infra poſitam LXXII. Ergo ibi additur: *aut Archidiaconi, vel Centenarii, aut Vicedomini, aut Judicis, aut ante bene notæ teſtimoniæ. Et foràs Marcham* (hoc eſt extra fines Provinciæ ſuæ ac Regni noſtri) *nemo mancipium vendat*. Cod. Ambr. poſt *Miſſorum noſtrorum* addit: *& ut nemo audeat in furtum mancipia emere* &c. quę infra occurrent in Leg. LXXIII.

(21) Ideſt de *loricis*. In Cod. Cathedr. Mutin. legitur: *De brunis* (ita quoque appellabantur) *ut nullus foràs Regno noſtro* &c.

(22) Ita quoque legitur in Codicib. Mutinenſ. *Soniare*, ſive *ſoniare*, eſt Du-Cangio eruditè explicante, procurare aliquid, curam habere &c. unde Gallica Lingua deduxit *ſoin* & *ſoigner*. Non rectè, ut mihi videtur, ſcriptum eſt apud Baluzium pag. 198. Tom. I. *in ſua caſa ſoniare faciat*. Error fluxit ex ſubſequente *caſa*.

(23) Cod. Cathedr. Mutin. *ad ipſius caſam ſedeant*. Eadem leguntur in Edition. Baluziana. Codex verò Eſten. habet *in ipſa caſa ſedeant*.

(24) Cod. Eſten. *Si quis pro faida*. Cod. Cathedr. Mutin. *Si quis pro faita*: quod idem eſt. Senſus eſt, ſi quis læſus inimicitiam privatam (hoc enim *Faida* ſignificat) cum aliquo habens, eam componere noluerit, pretio ab inimico recepto &c. Uterque Codex Mutin. *tunc ad nos ſit tranſmiſſus*.

Digitized by Google

luerit, ad nos sit transmissus, & nos eum dirigamus, ubi (25) damnum minimè facere possit. Simili modo, & qui pro faida pretium solvere noluerit, nec justitiam inde facere, tunc ad nos sit transmissus, & in tali loco eum mittere volumus, ut pro eo magis damnum inde non crescat. *I.* 38. 1.

XX.

De armis intra (26) patriam non portandis, idest scutis, & lanceis, & loricis. Si (27) faidosus quis fuerit, discutiatur, & tunc is, qui ex duobus contrarius fuerit, aut pacificatus fiat, aut distringatur ad pacem, etiamsi noluerit. Et si aliter se pacificare noluerint, adducantur ad nostram præsentiam. Et si aliquis post pacificationem alterum occiderit, componat (28) illum, & manum illam, quam perjuravit, perdat, & insuper bannum dominicum persolvat. *I.* 38. 2.

XXI.

De perjuriis ut caveantur, & non admittantur testes ad juramentum, antequam discutiantur. Et si aliter discuti non possunt, separentur adinvicem, & singulariter inquirantur, & non soli accusatori liceat testes eligere absente (29) suo accusatore. Et omnino nullus nisi jejunus ad juramentum, vel ad testimonium admittatur. Et ille, qui ad testimonium adductus fuerit, si refutatur, dicat ille, qui eum refutat, & probet, quare eum recipere nolit. Et ut de ipso pago, non de altero testes eligantur, nisi fortè extra Comitatum longiùs sit causa (30) quærenda. Et si quis convictus fuerit de perjurio, manum perdat, aut redimat. *II.* 51. 2.

XXII.

De (31) Advocatis & Vicedominis, Vicariis, & Centenariis pravis, ut tollantur, & tales eligantur, qui sciant, & volunt justitiæ causam discernere & determinare. Et si Comes pravus inventus fuerit, nobis nuntietur. Et (32) Judices, Advocati, Præpositi, Centenarii, Scabini, quales meliores inveniri possunt, & Deum timentes, constituantur ad sua ministeria exercenda. *II.* 47. 1.

Formulæ veteres.

Domne Comes hoc dicit Raynaldus Episcopus, quòd vult eligere Donatum, ut sit (33) *suus Advocatus: & de Episcopatu; quòd habeat de hac hora in antea licentiam, & potestatem de rebus Ecclesiæ appellationes faciendi & recipiendi, & res Ecclesiæ per pugnam requirendi & excutiendi, & quod fecerit per se vel cum Episcopo de rebus Ecclesiæ permaneat stabile: Dicis ita Episcopo? dico Domine Comes. Præcipite fieri notitiam.*

XXIII.

De (34) heribanno volumus, ut Missi hoc amodo exactare fideliter debeant absque (35) ullarum personarum gratia, vel blanditia, sinè terrore, secundùm nostram jussionem; idest de homine habent sex Libras in auro & argento, bruneis, ferramento, pannis, caballis, bobus, vaccis, aut peculiis; ita ut uxores, aut infantes non fiant exspoliati pro hac re de eorum vestimentis, sed (36) recipiatur legitimum haribannum, vel Libræ tres. Qui verò non habuerint amplius in suprascripto pretio, valente nisi Libras III. solidi XXX. ab eo exigantur, idest Libra una & dimidia. Qui autem non habuerit amplius nisi Libras II. solidi X. Si verò unam Libram, solid. V. ita ut iterum se valeat præparare ad servitium Dei & in nostram utilitatem. Et nostri Missi ca-

(25) Cod. Cathedr. Mutinen. *ubi damnum neminî facere possit*. Et in fine Cod. Esten. *ut pro eo majus damnum non crescat*. Cod. Cathedr. *ut per eum majus* &c.

(26) Uterque Cod. Mutin. *De armis infra Patriam*. Ita quoque apud Baluz. Tom. I. pag. 424. Idem *infra*, ac *intra* significabat olim. Sed mirum videatur, quòd Francis & Langobardis, viris utique bellicosis ac nobilibus, arma palàm deferre interdictum fuerit. Quare vide, quæ infra adnotavi ad Legem XLII. Pippini.

(27) Hoc est: si quis inimicitiam cum altero foveat. Hinc novæ Lex, ni fallor exordium sumit; attamen nil immutare placuit, quum in editis pariter atque in MStis hæc conjuncta procedant. Infra Cod. Esten. *discutiatur tunc is, qui ex duobus contrarius sit, ut pacificetur, & distringatur* &c. Cod. Cathedr. Mutin. *ut pacati fiant & distringantur* &c.

(28) Cod. Esten. hæc addit: *componat illum, si se defendendo fecerit. Si verò aliter, omnem substantiam suam amittat; etiam manum, qua perjuravit, perdat, & insuper bannum dominicum solvat.* Cod. Cathedr. Mutin. cum editis concordat. Mirum videatur, quòd componere quis cogeretur hominem, quem se defendendo occidisset, hoc est, mulctam pecuniariam solvere. Sed hoc Legibus Langobardorum cautum erat, ut videre est supra in Legibus Rotharis ac Liutprandi.

(29) Cod. Esten. *absente suo causatore*. Idem significat. Infra idem Codex *vel ad testimonium admittatur; & ille, qui ad testimonium adducitur, si refutatus fuerit, dicat* &c.

(30) In Cod. Estens. legitur: *sit causa inquirenda. Et si quis convictus fuerit de perjurio, perdat manum, si se sciente fecerit, aut redimat: widrigild tribuat, si nescius fecerit.* Vide Baluz. Tom. I. pag. 426. à cujus quoque textu hæc absunt.

(31) En ut in MSto Cathedr. Mutin. hæc legantur: *De Advocatis: ideſt ut pravi Advocati, Vicedomini, Vicarii, & Centenarii tollantur, & tales eligantur, quales sciant, & velint justè causas* &c. In Cod. quoque Esten. legitur, *quales sciant & velint. Vicedomini* dicebantur, qui *vices Episcoporum* gerebant, scilicet eorum *Vicarii*, sed præcipuè Oeconomi; eosque fuisse Ecclesiasticos viros, ex antiquorum monumentis colligitur. Et quum heic distinguantur à *Vicariis*, par est credere, inter Vicarios ac Vicedominos discrimen intercessisse. *Vicecomites* autem dicebantur, qui vices Comitis agebant: *Vicedomini* verò Episcoporum. *Centenarii* fuere Judicum Assessores, & quædam species Judicum Minorum.

(32) Quæ sequuntur usque ad finem, ut neutro Codice Mutinen. uti neque in Ambros. adduntur heic, sed uti Lex distincta infra habentur Cap. LV.

(33) Hinc habes, quid olim foret *Advocatorum* munus, perquam celebre in eruditione Seculorum rudium: & quomodo eos à Principe postularent Episcopi, ceteræque Ecclesiæ. Videndus in hanc rem Martinus Magerus *de Advocatia Armata*.

(34) *Heribannum* sive *Heribannus* appellabatur mulcta, quæ solvenda erat à contemnentibus ire ad exercitum, quando proclamabatur expeditio. In Cod. Esten. legitur: *ut Missi nostri hoc anno*. Ita quoque apud Baluzium pag. 427. Tom. I. Capitular. & in Cod. Cathedr. Mutin. ubi pro *Missi* habetur *Ministri*.

(35) Cod. Esten. *absque ullius personæ gratia, blanditia, seu terrore*. Neque aliter in Cod. Cathedr. Mutin. Infra Cod. Esten. *bruneis, æramento* (sequitur Cod. Cathedr.) *pannis integris, cavallis, bobus*, (tum uterque Cod. Mutin.) *vel alio peculio*.

(36) Codic. Mutinens. & Ambros. *sed recipiant legitimum Heribannum, ideſt Libras tres*. Nempè pro modo facultatum exigebatur *Heribannum*, ne exspoliarentur pauperes. Attamen hinc vides, gravissimam hanc fuisse mulctam pauperculis hominibus: quæ tamen dicta nolim, quasi meliora putem hac ex parte tempora nostra. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *Qui verò non habuerint amplius, ut suprascriptum pretium valentem*.

Digitized by Google

caveant & diligenter inquirant, ne per aliquod malum ingenium ſubtrahant noſtram juſtitiam, alteri tradendo aut (37) commendando. *III.* 6. 1.

XXIV.

Optimus (38) quiſque in pago vel in Civitate in teſtimonium admittatur, ut is, contra quem teſtimoniare debet, nullum crimen poſſit inducere. *II.* 51. 3.

XXV.

Ut nec colonus, nec (39) Fiſcalinus poſſit alicubi foràs mixtos traditionem facere. *II.* 32. 6.

XXVI.

Nemini liceat dimittere ſervum ſuum propter damnum (40) cuilibet illatum, ſed juxta qualitatem damni dominus ejus pro illo reſpondeat, vel eum in compoſitionem, aut ad pœnam petitoris offerat. Sin autem ſervus pro perpetrato ſcelere fugerit, ita ut à domino penitùs inveniri non poſſit, cum ſacramento dominus ejus excuſare ſtudeat, quòd hoc non ſuæ voluntatis, nec conſentiens fuiſſet, quòd ſervus ejus tale factum commiſiſſet, & ſit abſolutus. Jubemus (41) quoque, ut propter nullam diſtrictionem, quam nos facere jubemus, pro quibuslibet cauſis ſervi non mittantur in diſtrictionem, ſed per Miſſos noſtros vel dominos eorum, aut illorum Advocatos ipſi ſervi diſtringantur, ut ipſi, ſicut Lex jubet, rationem pro ſervis reddant, utrum culpabiles ſint, an non. Ipſi verò domini diſtringant, & inquirant ſervos ſuos, ſicut ipſos amant. *I.* 37. 7.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd Donatus tuus ſervus fecit injuriam ad Mariam ſuam mundoaldam. De torto. Si dixerit liber eſt, aut eſt ſervus: dicat appellator Martino hoc te appellat Martinus, quòd tu dimiſiſti eum per ipſum malum. Petre te appellat Martinus, quòd Donatus tuus ſervus fecit ſibi unam plagam in capſum. Non tibi reſpondeo, quòd Petrus vendidit mihi per ipſum malum. Aut probet, aut reſpondeat. Si dixerit, quòd ſervus eſt fugitivus, vadat eum quærere.

XXVII.

Si quis (42) ad mallum legibus mannitus fuerit, & non venerit, & ſi (43) ſonnus eum non detinuerit, ſolid. XV. culpabilis judicetur, ſi ad ſecundam & tertiam vicem, ſimiliter. Si autem ad quartam venire contemſerit, poſſeſſio ejus in bannum mittatur, donec veniat, & de qua re interpellatus fuerit, juſtitiam faciat. Si autem infra annum non venerit, de rebus, quæ in bannum miſſæ ſunt, Rex interrogetur, & quicquid exinde judicaverit, fiat. Prima mannitio ſic ſuper VII. noctes fiat: ſecunda ſuper XIV. tertia ſuper noctes XXI. quarta ſuper noctes XLII. Similiter de beneficio hominis, ſi fortè res proprias non habuerit, mittatur in bannum, uſque dum Rex (44) interrogetur. *II.* 43. 1.

XXVIII.

Ut ſacramenta, quæ ad Palatium fuerint (45) arramita, in Palatio perficiantur. Et ſi ſacramentales cum ipſo venire noluerint, juſſione dominica, aut ſigillo, vel judicio ad Palatium venire cogantur. *II.* 55. 21.

XXIX.

Si quis (46) liber ſuper Miſſum dominicum cum collecta & armis venerit, & miſſaticum illi junctum contradixerit, aut contradicere voluerit, & hoc ei approbatum fuerit, quòd ſe

---

(37) Cod. Eſten. *aut commendando res ſuas.* Poſt hæc in editione Boherian. alia adnectuntur, nempe: *Ut beribannum aut aliquem collectum pro exercitali cauſa* &c. Sed hæc infra habentur Cap. XCVII.

(38) Eadem ferè habet Baluz. Tom. I. pag. 390. At in Cod. Eſten. hæc ita leguntur: *Optimus homo quiſque* &c. *in teſtimonium adſumatur* &c. *nullum crimen poſſit ei injicere.* Tum hæc adduntur in editis deſiderata: *Et teſtis quislibet recipiendus ſit, niſi crimen ei oppoſitum fuerit & probatum.*

(39) Hoc eſt, qui prædium aliquod *Fiſci*, quod idem eſt ac Regium, colendum ſuſcepit. Infra in Codice quoque Eſtenſi legitur *foràs mixtos*. Ab edition. Baluz. abeſt; atque is notat, in aliis Codicibus haberi *foràs micio*, & *foràs mitti*. Tum pag. 1184. Tom. II. Gloſſam interlinearem laudat explicantem *foràs mixtos*, hoc eſt *extra conſervos*: quaſi colonis iſtis interdictum foret reliquis vendere, præterquam aliis ſervis fiſcalibus. Sed quei coloni, iique ſervi, terras ita in ſuo dominio habebant, ut cuiquam vendere poſſent? Ego infra oſtendam, *Fiſcalinos* minimè ſervis accenſendos. Quare heic amplectenda videtur lectio, quam ex Codice Guelferbytano exhibet Clariſs. Eccardus, nempe *foràs mitio*, quo Germanico vocabulo ritum *traditionis* more Salico factæ, nempe ramo, baculo, aut alio quopiam è manu projecto ſignificari putat. Ita ille in Not. ad Legem Salicam, pag. 176.

(40) Cod. Eſten. *damnum ab illo cuilibet illatum.* Ita quoque editio Baluz. Tom. I. Capitular. pag. 350. Infra idem Cod. *petitori offerat.* Infra *ſe excuſare ſtudeat, quòd hoc ſuæ voluntatis nec conſcientiæ fuiſſet, quòd ſervus ejus tale facinus* &c.

(41) Hæc uſque ad finem deſiderantur heic in Cod. Eſtenſi, & in Ambroſ. Sed infra exhibentur, tamquam Lex planè diverſa poſt Cap. LXX.

Ego ab editis diſcedere nolui. Infra in editis, *ut ipſi, ſicut Lex jubet.* Meliùs in Mtis: *Ipſi verò domini*: ita in Cod. Eſten.

(42) Vide Baluz. Tom. I. pag. 762. In Cod. Eſten. legitur: *Si quis Salicbus ad mallum legibus mannitus* (hoc eſt citatus, ut ajunt Leguleii noſtri) *de ingenuitate, aut de hereditate tantùm fuerit, & non* &c. Et ſanè ſimilis Lex occurrit inter Salicas Cap. I. Sed heic Langobardi quoque eodem edicto conſtringuntur.

(43) In Cod. Eſten. & Ambroſ. habetur, *ſi eum ſunnis non detinuerit.* Ita quoque non uno in loco in Lege Salica, & in Capitularibus Regum Francorum. *Sunnis* à Pithœo, Bignonio, ac aliis explicatur *ambaſcia, infirmitas, impedimentum, excuſatio juſta.* Vide Du-Cangium in Gloſſar. Latino. Infra Cod. Eſten. *& de re, de qua interpellatus fuerat.* Inferiùs *de rebus ejus, quæ in bannum* &c.

(44) Tum hæc addit Cod. Eſten. quæ in editis non invenio: *Beneficium quidem contradicatur ei, donec ipſe venerit, & juſtitiam fecerit, aut miſſus aliquando.* Hoc eſt, ut cenſeo, *aut miſſus* ejus aliquando veniat.

(45) Ita quoque in Eſten. Cod. Apud. Baluzium Tom. I. pag. 765 *fuerint adrhamita.* Hoc eſt promiſſa, & ſtatuta ad certam diem, *in Palatio perficiantur.* Alii Codices *finiantur.* De voce *adrhamite* videndi Cangius in Gloſſar. & Eccardus ad Tit. XL. Legis Salicæ, qui eruditè vocis originem explicat. Infra Cod. Eſten. *juſſione dominica, aut indiculo, aut ſigillo, ad Palatium venire cogantur. Similiter de ceteris.* Ita quoque in Cod. Ambroſ. & apud Baluzium. *Indiculum* dicebant veteres Epiſtolam præceptoriam Regis, ejus manu ſubſcriptam.

(46) Cod. Eſten. *Si quis ſuper Miſſum dominicum*, hoc eſt *Miſſum à Rege* directum ad juſtitias faciendas aliave ejus mandata peragenda, *cum collecta*, ideſt adunatione hominum, *& armis venerit, & Miſſaticum illi injunctum* &c.

Digitized by Google

se (47) sciente esse Missum dominicum, ad resistendum veniisset, de vita componat: & si negaverit, cum (48) XII. sacramentalibus suis se idoneum faciat, & pro eo quòd cum collecta esse Missum dominicum armatus venerit ad resistendum, bannum dominicum componat. Simili verò Dominus Imperator de suis Vassis judicavit. Et si servus hoc fecerit, disciplinæ corporali subjaceat. *I.* 14. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui est Advocatus de parte Publica, quòd tu venisti cum collecta & armis te sciente super Missum Imperatoris, & contradixisti missaticum illi, quod erat sibi commendatum.

Capitula de (49) Exercitalibus.

XXX.

Si quis (50) domum alienam cuilibet fregerit, quicquid exinde per virtutem abstulerit, aut rapuerit, aut furatus fuerit, secundùm legem & totum illi, cujus domus fuerit fracta aut exspoliata, in triplo componat, & insuper bannum dominicum solvat. Si servus hoc faciat, sententiam superiorem accipiat, & insuper secundùm legem componat. *I.* 15. 9.

XXXI.

Si quis liber (51) homo aliquod damnum cuilibet fecerit, pro quo plenam compositionem facere non valeat, semetipsum inguadiare studeat, usque dum plenam compositionem adimpleat. *I.* 15. 10.

XXXII.

Si quis messem, aut annonam in hoste super bannum dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel (52) usurpaverit, aut cum caballis vastaverit, æstimato damno secundùm legem & in triplo componat. Et si liber homo hoc fecerit, bannum dominicum pro hac re componere cogatur: servus verò secundùm legem triplum componat, damnum in loco restituat, & pro banno disciplinæ corporali subjaceat. *I.* 15. 11.

XXXIII.

Si (53) quælibet persona de hoc, quod interpellata fuerit, aut præsentialiter emendet, aut sacramentum reddat solus, quòd nec ipse fecerit, nec verè qui feciisset, sciat. Accusator verò priùs juret, quòd non eum injustè se sciente interpellasset. *I.* 15. 12.

XXXIV.

De his (54) verò personis, quæ longè à Palatio quasi in via remanserint, exspectantes Seniorem suum, & deprædationes fecerint, Comes, aut Minister ejus quicquid contra legem fecerint, absque ulla excusatione emendare faciant. Si verò de injustitia contendere voluerint, constringant, aut velint vel nolint, ut justitiam faciant. Si verò quisquam in sua superbia adeò contenderit, ut ibidem interfectus sit, incompositus jaceat; & neque Senior, neque propinquus ejus pro hoc ullam faidam portet, aut commotionem faciat; & si fecerit, nobis & Populo nostro inimicus annotetur.

XXXV.

Quicumque liber homo in hoste (55) bannitus fuerit, & venire contemserit, plenum eribannum componat secundùm legem Francorum, idest LX. solidos solvat; aut (56) si non habuerit unde nullam summam persolvat, semetipsum per guadiam in servitio Principis tradat, donec per tempora ipsum bannum ab eo fiat persolutum, tunc iterum ad statum suæ libertatis revertatur. Et si ille homo, qui propter eribannum in servitio se tradiderit, & in servitio illo defunctus fuerit, heredes ejus hereditatem, quæ ad illos pertinet, non perdant, nec libertatem, nec de ipso eribanno obnoxii fiant. *I.* 15. 13.

XXXVI.

Ut nullus homo in placitum (57) Centenarii, neque ad mortem, neque ad libertatem suam amittendam, aut res reddendas, vel mancipia judicetur. Sed ea omnia in præsentia Comitum vel Missorum nostrorum judicentur. *II.* 52. 3.

XXXVII.

Omnis (58) controversia coram Centenariis diffiniri potest, excepta redemtione terræ, & mancipiorum, quæ non potest diffiniri nisi coram Comite. *II* 52. 10.

XXXVIII.

Omnia sacramenta in Ecclesiis, aut super Reliquias jurentur; & quæ in Ecclesia juranda

---

(47) Appositè ad elegantiam eorum temporum. In MSto Esten. legitur: *quòd se sciens contra Missum dominicum ad resistendum* &c. *de vita componat, & res ejus ad Publicum deveniant*. Postrema verba absunt ab editis.

(48) Codex Esten. *cum XII. suis juratoribus se idoniare studeat; & pro eo quòd cum collecta contra Missum Dominicum* &c. Infra *simili modo Domnus* &c.

(49) Hoc est de iis, *qui in exercitu militant*. Quare sex sequentes Leges ad eos, qui militiam exercuere, spectant, quamquam in Editis vix sit hujus Regiæ intentionis vestigium, nisi in tertia, & sexta sequenti.

(50) Cod. Esten. *Si quis in expeditione domum alienam cujuslibet fregerit*. Ergo Lex ista hominibus in expeditione militari positis dicta est. Infra *per virtutem*, idem est ac *per vim*, & *violenter*. Infra *vel furatus fuerit, totum illi secundùm Legem, cui domus* &c. Infra *Si verò servus fuerit* &c. *& insuper secundùm suam legem compositionem faciat.*

(51) In eodem Esten. Cod. legitur: *Si quis liber homo in eadem expeditione aliquid tale damnum cuilibet fecerit*. Infra *semetipsum invadiare ei studeat*. Baluz. Tom. I. pag. 766. *in wadio pro servo dare studeat*. Ambros. Cod. *in wadiam pro servo dare studeat*.

(52) Cod. Esten. habet *vel paverit* &c. *æstimatum damnum secundùm legem in triplum componat*. Infra: *Si verò servus hoc fecerit, secundùm legem suam sub tripla compositione damnum in loco restituat*.

(53) Videtur continuatio præcedentis Legis. In Cod. Esten. legitur: *Quælibet persona in eadem expeditione de hoc* &c. Infra *reddat sola, quòd nec ipsa feciisset, scit: Interpellator autem priùs juret, quòd non eum injustè se sciente interpellaverit*.

(54) Hanc Legem nobis exhibet Cod. Esten. Eamque inter editas Langobardorum Leges hactenus non inveni, imo neque apud Baluzium eam intueri mihi visus sum.

(55) Hoc est ad expeditionem bellicam accitus fuerit. Cod. Esten. habet *in hostem*. Iis quippe temporibus *hostem* appellare exercitum mos fuit; eamque vocem Italica Lingua retinuit. In Ambros. *secundùm Legem Francorum* non legitur.

(56) Idem Cod. Esten. & Ambros. *Quòd si non habuerit unde illam solvat summam, se metipsum per vadimonium in servitio Principi tribuat, donec per tempora ipse bannus ab eo fiat persolutus, & tunc* &c. Infra *in servitium se tradidit, in illo servitio defunctus fuerit, heredes illius* &c.

(57) Rectiùs Cod. Esten. *in placito Centenarii*. Erant ergo Centenarii Judices, ut nunc appellamus, *ad minora*. Infra idem Cod. *Sed in præsentia Comitis, aut Missorum nostrorum judicetur.*

(58) Hæc ita leguntur in Cod. Esten. *Ut omnis controversia coram eo* (ideſt Centenario) *finiatur, præter redemtionem terræ & mancipiorum*

Digitized by Google

da ſunt, vel cum VII. electis, aut (59) XII. eſſe debeant, quales potuerint legibus inveniri. Et ſic jurent: *Sic illum Deus adjuvet & Sancti, quorum Reliquiæ ſunt*, ut inde veritatem dicat. *II.* 55. 22.

XXXIX.

Ut infantes, qui ſinè rationabili ætate ſunt, non cogantur jurare, ſicut (60) Gugilbalda lege viventes faciunt. Et qui ſemel perjuratus fuerit, nec teſtis ſit poſtea, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius jurator exiſtat. *II.* 55. 23.

XL.

Ut (61) infantilis ætatis puellæ non velentur, antequam eligere ſciant quid velint, ſalva Canonica auctoritate. *III.* 1. 6.

XLI.

Ut nec uxor à viro dimiſſa alium accipiat virum vivente (62) viro, nec vir aliam accipiat uxorem vivente priore uxore. *II.* 13. 4.

XLII.

Ut Judices jejuni cauſas audiant & diſcernant. *II.* 52. 4.

XLIII.

Ut Epiſcopi, Abbates & Comites, & quiquam (63) Potentiores, ſi cauſam inter ſe habuerint, & pacificare noluerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam, neque illorum contentio alicubi judicetur. Nec propter hoc pauperum & minus potentum juſtitiæ remaneant. Neque (64) ullus Comes Palatii noſtri potentiores cauſas ſinè noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantùm pauperum & minus potentum, ut in omnibus cauſis pro illis rationem reddere poſſint. *II.* 45. 1.

XLIV.

De latronibus ita præcipimus obſervandum, ut (65) pro prima culpa non moriatur, ſed oculum perdat; de ſecunda naſus ei ſcapelletur; de tertia verò, ſi ſe non emendaverit, moriatur. *I.* 26. 29.

XLV.

De illis hominibus, qui propter eorum culpam ad mortem fuerint judicati, & poſtea vita eis conceſſa fuerit, ſi ipſi (66) juſtitiam ab aliis, aut alii ab eis quærere voluerint, æquale judicium inter eos terminetur. Primùm enim omnium de illis cauſis, pro quibus judicati fuerint ad mortem, nullam (67) poſtea repetitionem facere poſſint, quia omnes res ſuæ ſecundùm judicium Francorum in Publico ſunt revocatæ. Et ſi aliquid, poſtquam eis vita conceſſa eſt, cum juſtitia acquirere potuerint, in ſua libertate teneant, & defendant. Sed in teſtimonio (*) non ſuſcipiantur; nec inter Scabinos ad legem judicandam locum teneant & defendant. Et ſi ſacramentum eis aliquod indicatum fuerit, quod jurare debeant, ſi aliquis ipſum ſacramentum falſum dicere voluerit, cum armis contendat. *I.* 36. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti ſibi unam plagam in capite. Non tibi reſpondeo, quia tu fuiſti judicatus poſt ad mortem. Aut probet, aut reſpondeat. Si dixerit: judicatus fui ad mortem, ſed mihi fuit vita conceſſa. Et tu poſt feciſti illud malum. Probet, aut taceat. Petre te appellat Martinus, quòd tu occidiſti Donatum ſuum ſervum miniſterialem. Non tibi reſpondeo, quia ego ſum judicatus poſt ad mortem. Probet. Si dixerit, qui appellat; tibi fuit vita conceſſa, & poſt illud malum mihi feciſti, probet. Si dixerit qui appellatus eſt: fuit mihi vita conceſſa; ſed ſi tu dicis, quòd ego feciſſem tibi malum ipſum, poſt-

(59) Rectiùs in Cod. Eſten. & in Ambroſ. *aut ſi XII. eſſe debent*. Infra *& illi Santi, quorum Reliquiæ iſtæ ſunt, ut veritatem dicat*. Tum additur: *Hæc ſacramenta ſint de minoribus placitis*: quæ neſcio num pars Legis, an Gloſſa dicenda ſint. Notandum quoque, in formula juramenti edita haberi: *Sic Deus* &c. Atque ita loqui noſtris temporibus in uſu eſt. Verùm in editione Baluzii legitur heic & in aliis locis, *Si Deus*. Ita quoque conſtantiſſimè exhibet Codex Eſtenſis tum heic, tum in formulis antiquis, uti infra patebit. Idemque haberi in aliis veterum Libris puto; ſed facilè interdum antiquæ lectiones emendantur, & ad recentiorum ſermonem trahuntur.

(60) In Cod. Eſten. rectiùs hæc efferuntur: *ſicut Gundebada Lege*; in Ambroſ. *Gundebanda*: ideſt Lege Burgundionum, cui nomen hoc ab eorum Rege acceſſit. Infra idem Codex: *Ut qui ſemel perjuratus &c.* Videtur autem altera Lex ſejungenda à præcedentibus verbis. In fine hæc adduntur à Cod. Eſten. *jurator exiſtat, niſi accipiat pœnitentiam*.

(61) Fuſiùs hæc deſcripta habentur in Cod. Eſten. *Ut infantulæ puerilis ætatis non velentur, antequam illæ eligere ſciant, quæ velint, ſalva Canonic. auctoritate. Ideſt ante XXV. annos, excepto metu mortis, aut raptus, niſi conſenſu parentis*. Deſiderantur hæc poſtrema in Edition. Baluz. Tom. I. pag. 424. & 725. Verùm ibi additur: *& ut pulſentur ſalva Canonica ſententia & auctoritate. Pulſentur*, ideſt examinentur & probentur: ut infra in Lege CXLI. ejuſdem Caroli M. Ad ætatem verò, qua velandæ forent puellæ, quod attinet, nempe *non ante XXV. annum*, habentur Capitularia Regum Francorum pag. 723. & alibi. Heic tamen additur *metus mortis, & raptus*: quod eſt attentè animadvertendum.

(62) Cod. Eſten. & Ambroſ. addunt *ſuo*.

(63) Apud Baluz. Lex iſta habetur Tom. I. pag. 497. & 768. Legitur in Cod. Eſten. *& potentiores quique* &c. *& pacificare ſe noluerint* &c. *ne propter hoc pauperum & minus potentium* &c.

(64) In Cod. Eſten. hæc alteram Legem diſtinctam conſtituunt. Ibi *potentiorum cauſas*. Infra *ſed tantùm pauperum, & minus potentium ad juſtitias faciendas ſciat ſibi eſſe vacandum*. Ita quoque legitur in edition. Boherii & Baluzii.

(65) Cod. Eſten. *ut quis pro prima*. Infra *naſus ipſius capelletur*. Cod. Cathedr. Murin. hæc ita exhibet; *ut per primam vicem non moriantur, ſed oculum perdant: per ſecundam naſus ipſius latronis abſcindatur*. Similem alteram Legem Caroli infra habes, Cap. LXXXV.

(66) Baluzius quoque Legem hanc exhibet Tom. 1. pag. 469. & 763. Verùm audiendus Cod. Eſten. ubi hæc ita exhibentur, hoc eſt dilucidiùs: *ſi ipſi juſtitiam ab aliis quærere voluerint, aut alii ab eis, de aliquibus commiſſis ante judicium mortis, æqualiter inter illos ſententia terminetur. Ut primùm omnium* &c.

(67) Emendanda hæc ope Codicis Eſten. ubi *nullus poſſit facere repetitionem*. Infra in *Publicum ſunt revocatæ, niſi in Eccleſia homicidium fecerit aliquis liber*: quæ verba fortaſſe Gloſſam exhibent in teſtum invectam.

(*) Cod. Eſten. *Sed in teſtimonium non recipiantur, nec inter Scabinos* &c. Quibus ex verbis deduci poſſe mihi videtur, *Scabinos*, ideſt aſſeſſores Judicis, ſive Comitis, qui Judices minores fuere, olim quoque ex Civium, aut pagenſium numero delectos: quod & nunc apud Germanos in more eſt. Infra idem Cod. Eſten. & Ambroſ. *ad legem judicandum locum teneant. Et ſi ſacramentum eis aliquod judicatum* &c. Hæc non ſatis dilucida apud Baluzium. In fine *cum armis contendant*.

postquam fuit mihi vita concessa : de torto. Petre te appellat Martinus, quòd ipse habet certam suspicionem quòd tu fuisti fur de tanto suo mobili, quod valebat solid. C. Non tibi respondeo, quia pro ipsa mobilia fui judicatus ad mortem. Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti injuriam ad Mariam suam mundoaldam. De torto. Si voluerit dicere, quòd falsum sit sacramentum, quod debet jurare, faciat pugnam cum armis.

XLVI.

Si alicui homini post judicium Scabinorum fuerit vita concessa, & ipse postmodum aliquod malum perpetraverit, & justitiam reddere noluerit, dicendo quòd mortuus sit, & ideo justitiam reddere non debeat, statutum est, ut superius judicium sustineat, quod antea sustinere debuit. Et si aliquis adversùs eum aliquod malum fecerit, secundùm æquitatis ordinem, licentiam habeat suam justitiam requirendi de causis perpetratis, postquam ad mortem judicatus est. De præteritis verò maneat, sicut supra dictum est. *I.* 36. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu occidisti patrem suum. Non tibi respondeo, quia ego sum mortuus. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco : Ipsa terra mea propria est. Quid tibi pertinet? Imperator mihi fecit per præceptum. Et quid pertinuit ad Imperatorem? Ego fui judicatus ad mortem, & totæ meæ res venerunt ad Publicum. Potes tu probare, quòd tu, postquam Imperator tibi dedit, infra hoc tu fuisti judicatus ad mortem? Et quòd pater tuus per XXX. annos possessam habeatis?

XLVII.

Ut Comes, qui latronem in forbano miserit, vicinis suis, & aliis Comitibus notum faciat, eumdem latronem à se forbannitum esse, ut illi eum non recipiant. *I.* 26. 71.

XLVIII.

Ut (58) quicumque testes ad rem quamlibet discutiendam quærendi aut eligendi sunt, à Misso nostro, aut Comite in eorum ministerio de re qualicumque agendum esse melìores tales, quales in ipso pago possunt, eligantur, & non liceat litigatoribus per præmia falsos testes adhibere, sicut hactenus fieri solent. *II.* 51. 5.

XLIX.

Ut nullus alius de liberis hominibus ad placitum vel ad mallum venire cogatur, exceptis Scabinis, & Vassis Comitum, nisi ille (69) qui causam suam quærit, & ille qui respondit. *II.* 42. 1.

L.

Ut testes ad testimonium dicendum præmio non conducantur ; & nullus testimonium dicat, aut sacramentum juret, nisi jejunus, ut (70) testes, priusquam jurent, separatim discutiantur, & dicant quod velint de illa re, unde testimonium reddere debent. *II.* 51. 6.

LI.

Ut nullus quislibet Missus noster, neque Comes, neque Judex, aut Scabinus cujuslibet justitiam dilatare præsumat, si statim implere potuerit secundùm rectitudinem. Neque præmia pro hoc à quolibet homine per aliquod ingenium accipere præsumant. *II.* 52. 5.

LII.

Ut mercatum in nullo loco habeatur, nisi ubi antiquitus (71) fuerit, & legitimè debet esse. *III.* 18. 1.

LIII.

Ut nulli (72) cogantur ad pontem ire ad fluvium transeundum propter tolonei causam, quando illi in alio loco compendiosiùs illum fluvium transire possunt. Similiter ut in campo plano, ubi nec pons, nec transjectus est, ibi omnino ut toloneum non exigatur, præcipimus. *III.* 1. 7.

LIV.

Ut Presbyter, qui sanctum Chrisma (73) dederit ad judicium subverrendum, postquam de gradu suo expulsus fuerit, manum amittat. *III.* 27. 1.

LV.

Ut Judices, (74) Advocati, Centenarii, Scabini, Præpositi, quales meliores inveniri possunt, & Deum timentes, constituantur ad sua ministeria exercenda. *II.* 47. 1.

LVI.

Ut nemo propter cupiditatem pecuniæ, aut (75) avaritiam det pretium, aut futuram emtionem sibi præparet, ut duplum, vel triplum recipiat : sed tunc tantùm, quando præsentes sunt fructus, sibi illos comparet. *II.* 31. 1.

LVII.

Volumus atque jubemus, ut Episcopi suum in omnibus juxta vires suas peragere studeant ministerium in Parochiis eorum ; & ut (76) prædicationes, & confirmationes ibidem expleant, & ut de Monasteriis, quæ infra eorum Parochiam sunt, vigilanter curent, ut Canonici secundùm Canones, et Regulares (77) secundùm regulam vivant : & ubi aliter, quàm ordo poposcit, invenerint, emendare studeant, & si emendare nequiverint, nobis nuncietur. *III.* 1. 8.

LVIII.

Ut Comites pleniter justitiam diligant, & juxta

(68) In Cod. Esten. lego: *Ut quandocumque testes.* Ita quoque habet Baluzius Tom. I. pag. 769. Infra Codic. Esten. & Ambros. *aut Comite, in quorum ministerio de re qualicumque agendum est, tales eligantur, quales meliores in ipso pago inveniri possunt.* In fine *sicut hactenus fieri solebat.*

(69) Cod. Esten. *nisi qui causam suam quærere debet, aut respondere.*

(70) Rectiùs in Cod. Esten. *Et ut testes.* Infra *discutiantur quid dicere velint de ipsa re.*

(71) In Cod. Esten. *antiquitus fuit, & legitimum esse debet.*

(72) In eodem Cod. *Ut nullus cogatur ad pontem ire ad flumen* &c. *quando ille* &c. *illud flumen transire potest.*

(73) Cod. Esten. *Chrisma donaverit* : quod secundùm Gallicam Linguam idem est. In Concilio Turon. Anni 813. Canon. XX. proditur, invaluisse eam opinionem, ut crederetur, *criminosos Chrismate unctos, aut potatos, nequaquam ullo examine comprehendi posse.* Hoc est in *judicio*, sive *examine* aquæ ferventis, aut frigidæ, crucis, ignis, pugnæ, &c in multis aliis experimentis, quæ Judicia Dei appellabantur olim à tentantibus Deum superstitione publica, nunc ab omnibus Christi Fidelibus improbata.

(74) Repetita est hæc Lex supra Cap. XXII. conjuncta quippe cum Lege illa. Ego ordinem Codicis Estensis secutus iterum date sum coactus.

(75) In Cod. Esten. *aut propter avaritiam suam priùs det pretium aliquod, & futuram coemtionem sibi præparet* Infra *sed tunc tantùm, quando fructus est præsens, illum comparet.*

(76) Cod. Esten. *& ut prædicationem & Confirmationem.*

(77) Hoc est Monachi. Erat Canonicis sua Regula. Verùm propriè de Monachis hæc dicebatur.

juxta vires eorum expleant, & juſtitiæ Sanctæ Dei Eccleſiæ vigilanti cura inſiſtant, & orphanorum, viduarum, pauperum, & omnium, qui in eorum miniſterio permanent; & de cauſa quicumque ad eos venerit querela, pleniſſima & juſtiſſima deliberatione diffinire (78) decernant; & ſicut rectum & juſtum eſt, ita agant; & ut primitus ad placita eorum orphanorum, viduarum, nec non pauperum cauſæ deliberentur, nec propter aliquam dilatationem eorum juſtitia à Judicibus dilatetur. *II.* 52. 6.

LIX.

Ut (79) Epiſcopi, & Comites concordiam & dilectionem inter ſe habeant, & ad Dei Sanctæ Eccleſiæ pertractatum peragendum, ut Epiſcopus ſuo Comiti, ubi ei neceſſitas popoſcerit, adjutor & exhortator exiſtat, qualiter ſuum miniſterium explere poſſit. Similiter & Comites faciant contra ſuum Epiſcopum, ut in omnibus illis adjutor ſit, qualiter intra ſuam Parochiam Canonicum poſſit explere miniſterium. *II.* 53. 1.

LX.

Præcipimus (80) Comitibus & omnibus fidelibus noſtris, ut quicumque de rebus Eccleſiaſticis habent, pleniter ſecundùm morem regionis, nonas & decimas ad ipſas Eccleſias donent abſque ulla diminutione, aut dilatione, in quantum meliùs poſſunt, & juxta poſſibilitatem eorum; & (81) quando neceſſitas exegerit, detur opera ad ipſas Eccleſias reſtaurandas, & adjutorium faciant. *III.* 3. 2.

LXI.

Ut nos (82) Epiſcopi, qui in omnibus nonas & decimas accipitis, in veſtra providentia ſit, quatenus Eccleſiæ & Capellæ, quæ in una Parochia ſunt emendentur, & luminaria eis præbeatis, & ut in eis Presbyteri vivere poſſint. *III.* 3. 3.

LXII.

Ut nemo alterius Clericum ſinè commendatitiis, aut dimiſſoriis literis recipere præſumat. *III.* 2. 2.

LXIII.

Ut Epiſcopi, Abbates per (83) Xenodochia & Monaſteria eorum hoſpitale, ubi antiquitus fuerit, faciant, & ſummopere curent, ut nullatenus prætermittatur. *III.* 1 9.

LXIV.

Volumus, ut Advocati in præſentia Comitum eligantur, non habentes malam famam, ſed tales eligantur, quales Lex jubet eligere. *II.* 47. 2.

LXV.

De (84) furto, vel de minoribus cauſis ſtatuimus, ſi ille cujus cauſa fuerit jurata, dicere voluerit, quòd ille, qui juravit, ſe ſciente perjuraſſet, campo, (85) vel cruce contendat. Et ſi ille, qui juravit, victus fuerit, quòd ſciens perjuraſſet, pœnæ ſupraſcriptæ ſubjaceat. Et ſi ille, qui criminavit, alium perjurum non approbaverit, legem ſuam, cui perjuratum eſſe dixerit, perſolvat. De majoribus verò cauſis lex, quæ à longo tempore fuit, obſervetur. *II.* 55. 26.

LXVI.

Mentio (86) etenim facta eſt à nonnullis in placitis, quæ habuimus in anno præterito, & dictum eſt ibi, ut palàm apparet, quòd aut ille, qui crimen ingerit, aut ille, qui vult defendere, perjurare ſe debeat. Melius viſum eſt, ut in campo (*) cum fuſtibus pariter contendant, quàm perjurium perpetretur. *II.* 55. 24.

LXVII.

Volumus etiam atque jubemus, ut Comites (87) & Judices non dimittant teſtes habentes ma-

---

(78) In Cod. Eſten. *definire decerent*. Infra *nec propter aliquam dilationem*.

(79) In eodem Cod. *Volumus, ut Epiſcopi concordiam & dilectionem inter ſe habeant ad Dei & ſanctæ Eccleſiæ protractum peragendum*. Baluzius Tom. I. pag. 354. habet *pertractatum peragendum*. Infrà *ubi neceſſitas popoſcerit*. Infra: *Similiter & Comes faciat contra ſuum Epiſcopum* &c. *Contra* pro *erga*. In fine legitur *infra ſuam Parochiam*.

(80) Cod. Eſten. *Præcipimus etiam Comitibus*. Infra *de rebus Eccleſiæ beneficia habent*. Cod. Ambroſ. *de rebus Eccleſiæ & beneficiis habent*. Infra abſunt ab iiſdem Codicibus verba illà *ſecundùm morem regionis*.

(81) Cod. Eſten. *Et quando neceſſitas exigat de Opera ad ipſas Eccleſias reſtaurandas, adjutorium faciant*. Olim *Opera appellabatur*, quæ nunc la *Fabbrica* dicitur; atque idem *Opera* nomen in Tuſciæ urbibus perdurat, ut infra monebo.

(82) Patet ſcribendum eſſe *Ut vos Epiſcopi*. Ambroſ. habet *Ut vos Epiſcopi*. In Cod. Eſten. legitur: *Et vobis Epiſcopis* &c. *ut in veſtra providentia*. Infra *quæ in veſtra Parochia*. In fine *eis præbeantur, & ut* &c.

(83) Cod. Eſten. *per Senodochia*. Nempe olim certabant cum Epiſcopi, tum Monachi, ut quiſque Pauperum, ac Peregrinorum Hoſpitale pone ſua Templa ac Monaſteria haberent. In fine Cod. Eſten. *nullatenus prætermittant*.

(84) Legem hanc Baluzius Tom. 1. pag. 545. Pippino Regi tribuit. Boherius, & Goldaſtus Ludovico Pio. Codex verò Eſtenſis à Carolo M. profectam indicat. Verùm hanc titulorum diverſitatem aliorum curæ dimitto; neque enim ſingula monere decrevi. In MSto Cod. Eſten. legitur: *De furto, vel de majoribus cauſis inſtituimus*. In Ambroſ. *De furto, vel ſcacchо, vel* &c.

(85) Cod. Ambroſ. *componat, aut in campo contendat. Et ſi ille, qui primus juravit*. Hoc eſt experiatur judicium *pugnæ*, vel *crucis*, cujus exempla non pauca ſuperſunt in Libris & tabulis veterum. Infra Cod. Eſten. *ſupraſcriptæ ſententiæ ſubjaceat. Et ſi ille, qui crimina impoſuerit*. Infra *De majoribus verò cauſis* &c.

(86) In Cod. Eſten. Lex iſta cum præcedenti adjuncta unam conſtituit. Et quidem non immeritò, quum hèic ratio de ſuperiùs ſtatutis proferatur. Infra Cod. Eſten. habet *in Placito, quod habuimus anno præterito, & dictum eſt inibi, quia ubi palàm apparet, quòd aut ille, qui crimen injecerit, aut ille, qui ſe defendere vult, perjurare ſe debeant, meliùs eſt, in campo cum fuſtibus pariter contendant, quàm perjurium abſconsè perpetrent*. Hæc rectiùs quam in editis à Baluzio Tom. I. pag. 354.

(*) Qui poſtremis hiſcè Seculis tantopere ſingularia certamina aut uſurparunt, aut laudarunt, antiquorum præcipuè exemplo uſi, utinam ſaltem intellexiſſent, non funeſtiſſimis gladiis aliiſque ejuſmodi armis necem facilè inferentibus, ſed baculis plerumque, ſive fuſtibus, & clypeo peractas olim fuiſſe monomachias: unde rariſſima funera conſequebantur. Nos ſtolidos putamus in hac re Majores noſtros; attamen graviùs delirarunt ſubſequentia tempora, & proxima noſtris. Rem notam illuſtrare ſupervacaneum foret. Vide etiam Legem XXXI. Lotharii I. infra.

(87) Cod. Eſten. *Comites & eorum Judices*. Quamquam Comes & Judex idem ſonent in aliquot Regum Langobardorum Legibus, attamen ſub Francis Italiæ dominantibus frequentiùs nomine *Judicis* ii deſignabantur, qui ſub Comite, ſive Urbis Præſide juſtitiam miniſtrabant. Hincmarus de Ord. Palat. Cap. 10. *Tales etiam Comites, & ſub ſe Judices conſtituere debet* &c. Idem in hac ipſa Lege infra repetitur.

Digitized by Google

malam famam teſtimonium perhibere, ſed tales eligantur, qui teſtimonium bonum habeant inter ſuos Pagenſes. Et primùm per ipſos Judices inquirantur, ſicut (88) ab illis Judices recti inquirere potuerint. Ita faciant non voluntatibus malorum hominum aſſenſum præſtantes, & ut ipſi Comites & eorum Judices (qui noverint cauſam, de qua inter eos agitur, eſſe coopertam ſinè blandimento ipſius, qui cauſam habet) faciant teſtes ad eamdem cauſam venire, & per eorum inquiſitionem ita fiat definita. Et jubemus, ut teſtimonia ab invicem ſeparentur, ut lex habet; quia ſi ita agatur, multi falſi teſtes poſſunt eſſe ſuperati, ſe ſeparatim interrogati fuerint. *II.* 51. 7.

LXVIII.

Et (89) ſi hoc volumus, ut omnes de latronibus plenam juſtitiam faciant per eorum miniſteria, ut fures & malefactores non patiantur quietè reſidere, ſed ſemper eos inquantum valent, infeſtent. *I.* 26. 72.

LXIX.

Ut ante (90) Vicarios nulla criminalis actio diffiniatur, niſi tantùm leviores cauſæ, quæ facilè poſſunt judicari, & nullus in eorum judicio aliquem in ſervitio hominem conquirat, ſed per fidejuſſorem mittatur uſque ad præſentiam Comitis. Et ad ingenuos homines nulla placita faciant cuſtodire, poſtquam illa tria cuſtodiunt placita, quæ inſtituta ſunt; niſi fortè contingat, ut aliquis aliquem accuſet, exceptis illis Scabinis, qui cum Judicibus reſidere debent. *II.* 52 7.

LXX.

Volumus, ut ſicut nos omnibus legem obſervamus, ita (91) omnes Comites noſtri nobis legem obſervare faciant, & plenam juſtitiam in eorum miniſteriis, quicquid ad nos pertineret, facere ſtudeant. *II.* 52. 8.

LXXI.

Ut nemo (92) pedicas in foreſto Dominico, nec in quolibet Regali loco tendere præſumat. Et ſi ingenuus hoc perpetraverit, bannum Dominicum ſolvat; & ſi ſervus eſt, dominus illius emendet, ſicut Lex eſt. *I.* 23. 7.

LXXII.

De mancipiis, quæ venduntur, ut in præſentia Epiſcopi vel Comitis ſint vendita, aut Archidiaconi, & Centenarii, aut Vicedomini, aut (93) Vicejudicis, vel Vicecomitis, aut ante bene nota teſtimonia, ut foràs Marcas nemo mancipia vendat. Et hoc qui fecerit, tantis vicibus bannum ſolvat, quanta mancipia vendiderit. Et ſi non habet pretium in guadia, pro ſervo ſemetipſum Comiti donet, uſque dum ipſum bannum perſolvat. *II.* 30. 2.

LXXIII.

Item (94) ut nemo audeat in furto mancipia emere, & in aliam regionem occultè ducere; ubi verò repertum fuerit, legali ſententiæ ſubjaceat. *II.* 30. 2.

LXXIV.

Ut nemo furem (95) camphium de mancipiis, aut de qualibet cauſa recipere præſumat, ſicut ſæpiùs Dominus Imperator commendavit. *II.* 55. 25.

LXXV.

Ut (96) mancipia adventitia & fugitivan ullus præſumat recipere. *I.* 26. 73.

LXXVI.

De omnibus debitis ſolvendis, ſicut antiquitus fuit conſuetudo, per XII. denarios ſolidi ſolvantur per totam Salicam Legem: excepto (97) ſi Leudes, ideſt Saxo, aut Frixo Salicum occiderit, per (98) LX. denarios ſolidi ſolvantur. Inter Salicos verò ex utraque parte de omnibus debitis, ſicut diximus, per XII. denarios ſolidi ſolvantur, ſive de homicidiis, ſive de omnibus rebus. *II.* 22. 1.

LXXVII.

De mannier (99) verò, niſi de genuitate, aut de hereditate, non ſit opus obſervare, &

(88) Corrigenda hæc ope Codicis Eſten. ubi legitur: *Et ſicut ab illis rectiùs inquirere potuerint, ita faciant, non voluntatibus malorum hominum aſſenſum præbentes. Et ut ipſi Comites, & eorum Judices, quomodo noverunt cauſam, de qua inter eos agitur, coopertam eſſe, ſinè blandimento* &c. Infra *Quia, ſi ita agitur, multi falſi teſtes poſſunt convinci, ſi ita interrogati fuerint ſeparatim.*

(89) Rectiùs in Cod. Eſten. *Sed & hoc volumus, ut Comites de latronibus.* Infra *Et ut male factores non patiantur* &c.

(90) Eos nempe, qui vices Comitis, aut Judicis agebant in pagis, quorum frequens mentio in aliis eorum temporum Legibus ac Libris. Infra Cod. Eſten. *Et ingenuos homines*: hoc eſt; non cogant *liberos* à nativitate homines Placitis intereſſe. ¡Hi alibi *Arimanni*, ſive *Herimanni* appellantur, uti & *ingenui*. Infra: *poſtquam illa tria cuſtodierint Placita* &c.

(91) In Cod. Eſten. *ita & omnes Comites*. Infra *quicquid ad nos pertinet*.

(92) Hoc eſt: retia ad capiendas aves & feras in ſilvis ad Regem ſpectantibus tendat. *Piedica* occurrit quoque in vulgari Italicorum ſermone. In fine Cod. Eſten. hæc addit: *ſicut Lex eſt; aut CXX. ictus accipiat ſervus.*

(93) Cod. Eſten. *aut Judicis*. Cod. Catedr. Mutin. & Ambroſ. *aut Judicis Comitis ſint vendita*. Infra Cod Eſten. *Et foràs Marcam*. Vide ſupra Cap. XVI.

(94) In editis conjuncta eſt Lex iſta cum præcedente. At in Cod. Eſten. diſtincta. In Ambroſ. Cod. ita his additis, & aliunde deſumtis Lex ſe habet: *Ut nemo præſumat aliquem hominem vendere, aut comperare, niſi in præſentia Comitum, aut Miſſorum noſtrorum, & ut nemo audeat* &c. Idem veteres Scholiaſtæ putant eſſe *in furto*, ac *occultè*, quod infra legitur.

(95) Cod. Eſten. *Ut nemo de mancipiis furem camphium, aut de aliis quibuslibet cauſis recipere præſumat, ſicut ſæpiùs Domnus Imperator commendavit in verbis, non lege.* Quæ poſtrema verba ex Codice noſtro addita, quamquam Gloſſam præſeferant, attamen pars Legis fortaſſe fuerunt. Quantum quidem puto, obſcuræ hujus Legis hic eſt ſenſus. Quoties controverſia eſt de mancipiis, aliiſve cauſis, ob quas pugna ſit tentanda, nemini liceat *campionem* recipere aut ſuſcipere, qui furti ſit arceſſitus. *Campbio* enim & *Camphius* idem eſt atque *Campio*, à Germanica voce *Kampff*. Et in Codicib. MStis Mutinenſ. pro *Campio* ſæpè legitur *Campbio*

(96) In Cod. Eſten. *Ut nullus mancipia adventitia fugitiva nullatenus recipere præſumat*.

(97) Cod. Eſten. *excepto Leuden. Si Saxo, aut Frixo Salicum occiderit. Leudis*, ſeu *Leudes* eſt Vaſſallus Nobilis.

(98) In Cod. Eſten. *per XL. denarios ſolidi ſolvantur*. Jam Baluzius animadverterat Tom. II. Capitul. pag. 1052. in editione Boherii, & Lindenbrogii corruptè haberi *per LX. denarios*. In eodem Cod. Eſten. alia adduntur, quæ ab editis abſunt, videlicet: *per XL. denarios ſolidi ſolvantur. Similiter de omnibus controverſiis, quas bi contra Salicum habuerint, unde ei compoſitionem facere debuerint. Infra Salices* &c. Quæ verba ſatis explicant, quid in hac Lege ſignificent *debita*, hoc eſt mulcta pecuniaria. In fine idem Codex *XII. denarii per ſolidum ſolvantur*.

(99) Baluzius Tom. I. pag. 352. habet: *De mannitione*. Codex verò Eſtenſ. *De manire verò*, niſi

& (100) ceteris verò cauſis per diſtrictionem Comitis ad mallum veniant, & juſtè examinentur ad juſtitiam faciendam. Comites verò non ſemper pauperes per placita opprimant. *II.* 43. 2.

LXXVIII.

Si quis Langobardus ſtatum humanæ fragilitatis prægogitans, pro ſalute animæ ſuæ de rebus ſuis voluerit judicare, vel (1) quartam donationis cuilibet facere, non, ſicut hactenus fieri ſolebat. jus ſibi vendendi, donandi, commutandi, & per aliam chartam res alienandi reſervet poteſtatem, ſed abſolutè faciat unuſquiſque de rebus ſuis quod (2) velit, & noſcat ſibi ex noſtra auctoritate penitùs interdictum eſſe, duas de eadem re facere (3) traditiones. Sed poſtquam unam de rebus ſuis traditionem fecerit, aliam de ipſis rebus faciendi nullam habeat (4) poteſtatem. Ita tamen, ſi uſumfructum voluerit habere precariam, res traditas uſque in tempus definitum poſſidendi ſit conceſſa facultas. *II.* 18. 4.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt. Ecce charta, quam mihi fecit Donatus; & ecce charta, quam mihi fecit Donatus. Ipſe qui habet poſteriorem chartam, dicat priorem falſam

LXXIX.

Quicumque res ſuas pro anima ſua ad cauſam (5) Dei, aut ad parentes ſuos, ſive ad liberos homines tradiderit, & in hoſtem, aut in ſervitium Dei iturus fuerit, aut ad mortem traditus, ſi in ipſo itinere, aut de ipſa infirmitate mortuus fuerit, habeat (6) ipſas res, cui traditæ ſunt. Et ſi mortuus non fuerit in ipſo itinere, aut de ipſa infirmitate, recipiat res ſuas, quas tradiderit, ſi voluerit, & habeat in ſuo jure, ſicut antea habuit. *II.* 18. 5.

LXXX.

Si quis liber homo contemta juſſione noſtra, ceteris in exercitu pergentibus, domi reſidere præſumſerit, plenum (7) eribannum ſecundùm legem Francorum, ideſt LX. ſolid. ſciat ſe debere componere. Similiter & pro contemtu ſingulorum Capitulorum, quibus per noſtram Regalem auctoritatem bannum promulgavimus, ideſt (8) quo ad pacem Eccleſiarum Dei, & viduarum, & orphanorum, & pupillorum, pauperum, ac minus potentum irruperit, aut raptum intra patriam fecerit, aut alienas domos incenderit, vel cum collecta multitudine vim cuilibet intulerit, LX. ſolid. pœna mulctetur. *I.* 15. 14.

LXXXI.

Si quis contumax adeò, aut ſuperbus extiterit, ut dimiſſo exercitu abſque juſſu (9) & licentia Regis domum revertatur, & quod nos Teutiſca lingua dicimus *Eriliz* fecerit, ut ipſe ſit reus Majeſtatis, vitæ periculum incurrat, & res ejus Fiſco noſtro ſocientur. *I.* 15. 15.

LXXXII.

Si quis alium præſumtivè (10) ſua ex ſponte caſtraverit, & ei ambos teſticulos amputaverit, integrum guydrigild ſuum juxta conditionem perſonæ componat. Si virgam abſciderit, ſimiliter. Si unum teſticulum, medium perſolvat. Et hæc de oculis, manibus, pedibus, & lingua ſancimus, ut ſi unus eorum abſciſſus fuerit, medium guidrigild componat. Si ambo, integritas perfecta emendatione componatur. *I.* 7. 21.

LXXXIII.

Aldiones, vel Aldianæ ea lege vivant in Italia in ſervitute dominorum ſuorum, qua Fiſca-

---

niſi de ingenuitate. Atque ita rectè. *Mannire* eſt vocare in jus. Cl. V. Johannes Georgius Eccardus in Notis ad Legem Salicam contendit, ſcribendum eſſe *manire*, non *mannire*. Cum ipſo facit Cod. Eſtenſis. Videtur autem Legis hujus ſenſus. Exceptâ controverſiâ de ingenuitate atque hereditate, privato cuiquam non liceat adverſarium ſuum *mannire*, ſive provocare *ad mallum*, hoc eſt ad publicum ſolemnemque Populi & Judicum conventum: ſed quidem ei fas ſit, cauſam deferre ad Judicem, & ad communia *placita*. Vide infra inter Leges Ludovici Pii Cap. XIX. & confer cum Lege iſta.

(100) Cod. Eſten. *De ceteris verò cauſis*. Ita quoque Baluzius loco ſupra memorato.

(1) Codices Mutinenſ. & Ambroſ. *aut chartam donationis cuilibet*. Infra Cod. Eſtenſ. *& per aliam chartam eaſdem res alienandi*. Vide aliam ſimilem Legem infra Cap. CV.

(2) In MSto Eſten. additur, neſcio num à Carolo Magno, an ab aliquo vetuſto Gloſſatore: *quod velit, niſi ſervaverit ordinationem ſibi, & uſumfructum de rebus datis loco Dei dicato. Si aliter ſibi placuerit, voſcat* &c. Innumeræ autem chartæ habentur, in quibus rerum Eccleſiæ donatarum uſumfructum ſibi donantes reſervant.

(3) In MStis Mutinenſibus, & apud Baluzium Tom. I. pag. 347. habetur *duas de eadem re facere donationes*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *ſed poſtquam unam de rebus ſuis ordinationem fecerit*.

(4) Aliqua heic adjunguntur in Cod. Eſten. *exceptis rebus traditis euntis in hoſtem*. Ita *tamen ut ſi uſumfructum voluerit habere per precariam*. Rurſus conſule infra Cap. CVI. Nempe Eccleſiis non pauci ſua donabant, æquè rurſus per *precariam* ab ipſis Eccleſiis, quibus tenuis cenſus annus promittebatur, in emphyteuſim recipiebant. Idque excogitatum, ut ſub protectione Eccleſiarum ſua meliùs tuerentur, earumque privilegiis fruentes, onera publica, quantum fieri poſſet, evitarent.

(5) Ita quoque in Cod. Eſten. At profectò locus emendandus *ad Caſam Dei*, quo nomine uſi ſunt veteres ad ſignificandas Eccleſias, ſive Templa Dei. In uſu adhuc eſt in hiſce regionibus *la Cadè*, vox inde profecta & adhibita ad ſignificandas pias ædes, quibus ægrotantes pauperes, aut infantes expoſiti recipiantur. Vide Baluzium Tom. I. pag. 389. adferentem eamdem Caroli Legem his verbis: *Qui res ſuas pro anima ſua ad Caſam Dei* &c. Imò eamdem vide infra Cap. CVI. Cod. Cathedr. Mutin. heic habet: *Quicumque res ſuas pro anima ſua ad Eccleſiam Dei tradere voluerit* &c.

(6) Cod. Eſten. *habeat ipſe ipſas res*. Infra *aut de ipſa infirmitate*, excidiſſe puto *convaluerit*.

(7) Cod. Eſten. *plenum beribannum*. Cod. Cathedr. plenum *bairebannum*. Videlicet LX. ſolidorum mulctam, ut infra explicatur, Regio Fiſco perſolvat. Vide ſupra Cap. XXXV.

(8) Cod. Eſten. *videlicet, qui pacem Eccleſiæ Dei* &c. *ac minus potentium irruperit, aut raptum infra patriam fecerit, aut ſuccenderit alienas domos* &c. *LX. ſolid. pœna ipſe mulctetur*.

(9) Ambo Codices Mutinenſ. *juſſu vel licentia*. Infra *& quod nos Teudiſca Lingua* (ſequitur Cod. Eſtenſis) *dicimus, Eriliz fecerit, ipſe ut reus majeſtatis* &c. Cod. Ambroſ. *eritlid*. In fine Cod. Eſten. *in Fiſco noſtro ſocientur*.

(10) Cod. Eſten. *Si quis alium ſua ſponte præſumtivè caſtraverit*. Cod. verò Cathedr. Mutin. *Si quis alterum præſumtione ſua, vel ſponte* &c. Infra Cod. Eſten. *in integrum widrigild ſuum* &c. *Et hoc de oculis*. In fine Cod. Cathedr. *integritas pro facti emendatione componatur*.

Digitized by Google

Fiſcalini, vel (11) Lidi vivunt in Francia. *III.* 20. 1.

LXXXIV.

De vindicta & judicio facto in (12) latronibus, ut teſtimonio Epiſcoporum abſque peccato Comites facere poſſint, ita tamen abſque invidia, aut alia occaſione mala, & nihil aliud interponatur, niſi vera juſtitia perficienda & pace confirmanda. *I.* 26. 74.

Formulæ veteres.

Petre Comes te appellat Martinus, quòd tu taliaſti ſibi manum per invidiam, non per juſtitiam.

LXXXV.

Si quis latro de uno furto probatus fuerit, perdat (13) oculum; & ſi de duobus furtis probatus fuerit, naſus ei ſcapelletur; & ſi de tribus furtis, moriatur. *I.* 26. 75.

LXXXVI.

De (14) duobus furtis unde oculum & naſum perdere debet, conſtituimus, ut dominus ſervi illius ſecundùm legem, cui furta facta fuerint, ſolvere debeat. De tertio verò furto unde mori debet, mors illius furta illa excludat. Et ſi Comes ſinè culpa per invidiam, aut occaſionem injuſtam, niſi per juſtitiam, & pacem faciendam, hominem diffecerit, honorem ſuum perdat, & legibus illi, contra quem injuſtè fecerit, ſed pœnam quam intulerit, emendet. *I.* 26. 76.

LXXXVII.

Si quis latronem morte dignum ſibi ad occidendum traditum ſervaverit, & vitam indigno conceſſerit, medium damni, propter quod traditus eſt, (15) componat, & ſi ipſe latro rurſus in latrocinio comprehenſus fuerit, quod priùs debuit, capitali ſententia perſolvat debitum. *I.* 26. 77.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu conſervaſti unum latronem, qui habebat furata tanta mobilia, quæ valebant ſolid. C. qui tibi erat traditus ad occidendum, & vitam indigno conceſſiſti.

LXXXVIII.

Si quis furem vel latronem comprehenderit, & eum indemnem dimiſerit, neque illum ad præſentiam Judicis, (16) aut Comitis, qui in loco præeſt, vel loci Servatoris, qui Miſſus Comitis eſt, adduxerit, & de hoc facto, ſive de (17) hac nequitia poſthac in præſentia Judicis convictus fuerit, ipſius damni exiſtimatione pro qua fur & latro comprehenſus eſt, componere cogatur. *I.* 26. 78.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu comprehendiſti unum latronem, qui habebat furata tanta mobilia, quæ valebant ſolid. C. & non minaſti eum ante Comitem.

LXXXIX.

Ubicumque infra Italiam, ſive (18) Regis, ſive Eccleſiaſticus, vel cujuslibet alterius ſervus fugitivus inventus fuerit, à domino ſuo ſinè nulla annorum præſcriptione vindicetur, ea tamen ratione, ſi dominus Francus, ſive Alamannus, aut cujuslibet alterius nationis ſit. Si verò Langobardus, aut Romanus fuerit, ea lege ſervos ſuos acquirat, vel amittat, quæ inter eos antiquitus eſt conſtituta. *I.* 26. 79.

XC.

Ut Judices, ſive Miſſi noſtri Fiſcalini de quâlibet cauſa non exigant (19) fredam, priuſquam facinus componatur. *II.* 52. 9.

XCI.

Ut omnia debita, quæ ad partem Regis ſolvi debent per duodecim denarios ſolidi ſolvantur; exceptâ (20) freâ, quæ in Lege Salica ſcripta eſt, eiſdem ſolidis, cum quibus ceteræ compoſitiones ſolvi debent, componat. *II.* 22. 2.

XCII.

Si quis cauſam judicatam repetere in mallo præ-

(11) *De Fiſcalinis* ſupra aliquid innui ad Legem XXV. ejuſdem Caroli M. *Lidi* ſeu *Liti*, ac *Litones*, ſi Du-Gangio adquieſcimus, fuere *Servi glebæ*, hoc eſt prædia dominorum ſuorum incolentes. Ego credere *Libertos colonos* malim, quales & fuerunt *Aldii*, ſive *Aldiones*, ſed non integra libertate donatos, qui à dominis ſive patronis ſuis incolendum aliquod prædium ſuſcipiebant, & ſtato eis tributo perſoluto, immunes à multis aliis ſervitutis oneribus vivebant. Vide infra Legem X. Ludovici Pii.

(12) Cod. Eſten. *in latronibus teſtimonio Epiſcoporum, abſque peccato comites facere poſſunt. Ita tamen ut abſque* &c. *& nihil aliud ibi interponatur, niſi veram juſtitiam ad perficiendum, & pacem confirmandam.* In Codice Cathedr. Mutin. heic nonnulla adduntur, quæ infra occurrunt Cap. LXXXVI. videlicet: *Et nihil aliud ibi interponatur, niſi vera juſtitia ad perficiendum. Et ſi per odium, aut malum ingenium, niſi pro juſtitiam faciendum, hominem diſfecerit, honorem ſuum perdat, & Legibus, contra quem injuſtè fecit, ſecundùm pœnam, quam intulit, emendetur.* Hæc eadem à Baluzio paucis ſolùm mutatis adferuntur Tom. I. pag. 197. ac 861. Tu vide infra.

(13) In Cod. Eſten. legitur: *oculum unum perdat; Et ſi de duobus furtis probatus fuerit, oculum perdat, & naſus ei curtetur. Et ſi de tribus furtis probatus fuerit, moriatur.* Vide ſupra Legem ſimilem Cap. XLIV.

(14) In Cod. Eſten. continuatur Lex iſta cum præcedenti his verbis: *Et de bis duobus furtis.* Infra *ſecundùm pœnam, quam intulit, emendet.*

(15) Cod. Mutinenſes *pro latrone ad partem Publicam componat.* Infra Cod. Eſten. *quod priùs debuerat* (ſequitur Cod. Cathedr.) *capitali ſententia* (*ſententia* habet Eſten.) *debitum exſolvat.*

(16) Baluzius Tom. I. pag. 348. habet *Ducis, aut Comitis.* Cod. Eſten. *Judicis, Ducis, aut Comitis, vel loci Servatoris.* Tum explicatur, quid olim forent *Loci Servatores*, nempe *Miſſi Comitis*, ſive Vicarii Comitum. De his mentio apud Paulum Diaconum; & frequens in Chartis, quas Deo dante proferam.

(17) Cod. Cathedr. Mutin. *vel nequitia poſt hoc in præſentia Judicum convictus fuerit, ipſum debitum ad æſtimationem* &c Cod. verò Eſten. *poſt hæc in præſentia Judicum convictus fuerit, ipſe damni æſtimationem, pro quo fur vel latro comprehenſus eſt, componere ad Publicum cogatur.*

(18) Cod. Eſten. *ſive Regius.* Infra *ſinè ulla annorum.* Et infra *ſive Alamannus, aut alterius cujuslibet nationis ſit.* Pro *Alamannus* in editione Goldaſti Typographus ſcripſerat *Almanus.*

(19) Nihil aliud *freda*, ſive *fredum fuit*, quàm *compoſitio*, hoc eſt mulcta pecuniaria Fiſco debita, qua exſoluta, reus pacem ſibi à Fiſco, ideſt à Rege, conquirebat. Sed præter hanc mulctam fuit alia compoſitio, ſive mulcta perſolvenda illis, quibus aut injuria, aut damnum illata fuerant.

(20) Emendandus locus ex Cod. Eſten. & Ambroſ. *exceptâ fredâ.* Cod. Cathedr. Mutin. habet *excepto frede.* Infra Cod. Eſten. *eiſdem enim ſolidis, quibus ceteræ* &c. *componatur.* Vide ſupra Cap. LXXVI. ubi eadem repetuntur, quippe diverſis annis Franci Reges promulgabant ejuſmodi Leges.

Digitized by Google

præsumserit, ibique à testibus convinctus fuerit, aut XII. solidos componat, aut XII. ictus à Scabinis, qui causam ipsam priùs judicaverint, accipiat. *II.* 59 1.

XCIII.

De his, qui legem servare (21) contemserunt, ut per fidejussorem in præsentia Regis deducantur. *III.* 21. 1.

XCIV.

Qui filium non habuerit, & alium quemlibet heredem facere voluerit, coram Rege, vel Comite, vel Scabino, vel Misso Dominico, qui tunc ad justitiam faciendam in provincia ordinati fuerint, traditionem faciat. *II.* 16. 1.

XCV.

Ut decimæ Populi in quatuor partes dividantur. Prima pars Episcopis detur: alia Clericis: tertia Pauperibus: quarta in fabrica (22) ipsius Ecclesiæ. *III.* 3. 4.

XCVI.

Ut nullus Presbyter chartam (*) scribat, neque conductor existat suis Senioribus. *III.* 1. 10.

XCVII.

Ut (23) heribannum, aut aliquod (24) contectum pro exercitali causa Comes de liberis hominibus recipere, aut requirere non præsumat, excepto nisi de Palatio nostro, aut Filii (25) nostri Missi veniant, qui illum heribannum requirant. *III.* 6. 2.

XCVIII.

Ut illi qui heribannum solvere debent, conjectum (**) faciant ad heribannatorem. *III.* 6. 3.

XCIX.

Volumus primò, ut neque Abbates, neque Presbyteri, neque Diaconi, aut Subdiaconi, neque quislibet de (26) Clero de personis suis ad publica vel ad secularia judicia trahantur, vel distringantur, sed à suis Episcopis judicati justitiam faciant. Si autem de possessionibus sive Ecclesiasticis, sive suis propriis super eos clamor ad Judicem venerit, mittat Judex clamantem cum Misso suo ad Episcopum, ut faciat (27) ei per Advocatum justitiam facere. Si verò aliqua inter eos fuerit orta intentio, quam per se pacificare non velint, aut non possint, tunc per Advocatum (28) Episcopi, qualem jusserit, ipsa causa ante Comitem veniat, vel Judicem, & ibi secundùm legem finiatur, antepositio, sicut dictum est, de persona Clericorum. *III.* 1. 11.

C.

Ut servi, aldiones, libellarii antiqui, vel alii noviter facti, qui non per fraudem, neque per malum ingenium de Publico servitio se subtrahentes, sed per solam necessitatem, & paupertatem terram Ecclesiasticam colunt, vel colendam suscipiunt, non à Comite, vel aliquo Ministro illius ad ullam angariam, seu servitium Publicum vel privatum cogantur, vel compellantur: sed quicquid ab eis juste agendum est, à domino vel à patrono suo ordinandum est. Si verò de aliquo crimine accusantur, Episcopus primò compelletur; & ipse per Advocatum suum, secundùm quod lex est, juxta conditionem singularum personarum justitiam faciat. Si verò culpabiles fuerint, sicut in Capitulare Domni Imperatoris scriptum est, ita fiat. Ceteri verò homines liberi, qui vel commendationem, vel beneficium Ecclesiasticum habent, sicut reliqui homines, justitiam faciant. *II.* 44. 2.

CI.

Salicha (29) K *subaudis nunc Lex.*

Qui (30) Subdiaconum occiderit, CCC. solidos componat. Qui Diaconum, CCCC. Qui Presbyterum DC. Qui Episcopum, DCCCC. Qui Monachum, CCCC. De Episcopis & Sacerdotibus occisis, sicut statutum habemus, fiat, & de reliquis quibuslibet causis. Verumtamen (31) de Presbyteris videtur nobis, ut si liber est natus, Presbyter, per triplam compositionem secundùm legem suam sit compositus ab eo, qui hoc perpetraverit. Et si plagatus fuerit, secundùm qualitatem, & quantitatem plagarum, vel disciplinæ, per triplam

(21) In Cod. Esten. *servare contemserint.*
(22) Idem Cod. *in fabrica Ecclesiæ distribuatur.*
(*) Hoc est, nulli Presbitero Notarium agere liceat, neque Oeconomi munus præstare Laicis hominibus; aut quod verius puto, prædia excolenda conducere à Senioribus suis.
(23) Hanc Legem non habet editio Goldasti, qua utor. Legitur tamen in Boheriana, ac apud Lindenbrogium, & Baluzium. Vide supra Cap. XXIII.
(24) Ita quoque in Cod. Estensi. Scribendum profectò *conjectum*; ita enim olim quæ nunc *contributio*, sive *spese del viaggio*, dicitur, appellari consuevit. Vide Legem sequentem, & Du-Cangium in Glossar. Latino. *Collectum* præfert Editio Boherii. Sed præstat lectio, quam innui.
(25) Scilicet Pippini, qui tunc Italiæ Rex erat, eamque vivente Patre regebat.
(**) Hoc est victum conferant, seu *pagbino le spese del viaggio* Heribannatori, scilicet Ministro illi, cui colligendi heribanni cura commissa est.
(26) In Cod. Esten. nescio quare additum fuerit *de Clero, præter Episcopos, Abbates, de personis* &c. Hæc enim cum ipsa Lege pugnant.
(27) Hæc habet Cod. Esten. *ut faciat eum per Advocatum justitiam recipere. Si verò talis aliqua inter eos orta fuerit contentio* &c. *Intentio*, quæ legitur in editis, idem olim significabat atque *contentio*.
(28) Rursus idem Cod. hæc offert: *per Advocatum Episcopi, qualem jusserit Lex, ipsa causa* &c. In fine *antepositio, ut dictum est, persona Clericorum.*
(29) In Cod. Esten. interseritur hic titulus alioqui subobscurus. Id autem quare factum fuerit, disces infra Cap. CXLIII. Nempe sequentia, quæ Carolus primùm constituerat pro Salicis hominibus, deinde à Langobardis quoque servanda voluit. Ea autem Additamenta Legis Salicæ habentur apud Baluzium Tom. I. pag. 387. In Ambrosiano Cod. præponitur hic titulus: *Quæ in Lege Salicha mittenda sunt. De occisione Clericorum.*
(30) Accipe hæc à Codice Cathedr. Mutin. *Hæc Capitula, quæ Domnus Karolus Imperator instituit. De Homicidiis Clericorum. Qui Subdiaconum occiderit, CCCC. solidos componat. Qui Diaconum, CCCC. solidos componat. Qui Presbyterum, DC. solidos componat. Qui Episcopum, DCCCC. solidos componat. Qui Monachum, CCCC. solidos componat, & culpabilis judicetur.* Vide, quàm levi pœna temporali luerentur olim vel ipsorum Episcoporum homicidia. Sed ita ferebant eorum temporum mores. Attamen vide apud Baluzium in Capitular. Tom. I. pag. 251. alteram Legem *de partibus Saxoniæ* constitutam ab eodem Carolo Magno, ubi mortis pœna ejusmodi criminibus indicitur. Sed eam Legem, ut reor, Italia nequaquam accepit.
(31) Hæc non leguntur hoc loco in Cod. Esten. sed infra inter leges Pippini post Cap. XLV. Apud Baluzium habentur cum aliquo additamento pag. 349. Tom. I. In eodem Cod. Esten. infra legitur: *secundùm suam legem fiat compositus. Et si plagatus fuerit, secundùm qualitatem & æstimationem plagarum* &c.

plam compoſitionem ſecundùm legem ſuam emendetur ab eo, qui hoc perpetraverit. Si autem ſervus Presbyter natus fuerit, ſecundùm illius nativitatem per triplam compoſitionem ſolvatur in plagis & in diſciplinis. Et de Diaconibus ſimiliter fiat. *I.* 10. 5.

CII.

Si quis in (32) immunitate damnum aliquod fecerit, DC. ſolidos componat. Si autem homo furtum, aut homicidium, vel quodlibet crimen foris committens, & infra immunitatem fugerit, mandet Comes Epiſcopo, vel Abbati, vel (33) Vicecomiti, aut qui locum Epiſcopi, vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei eum. Quòd ſi ille Epiſcopus, ſive Abbas, ſive Cuſtos contradixerit, & eum reddere noluerit, in prima contradictione ſolid. XV. culpabilis judicetur. Si autem ad ſecundam requiſitionem eum reddere noluerit, ſolid. XXX. culpabilis judicetur. Si nec ad tertiam inquiſitionem conſentire voluerit, quicquid reus damnum fecerit totum ille, qui infra immunitatem eum retinet, nec reddere vult, ſolvere cogatur. Et ipſe Comes (34) unicus habeat licentiam ipſum hominem infra immunitatem quærendi, ubicumque eum invenire potuerit. Si autem ſtatim in prima inquiſitione Comiti reſponſum fuerit, quòd reus infra immunitatem quidem fuiſſet, ſed fuga lapſus eſt, ſic ſtatim juret ſive Epiſcopus, ſive Abbas, ſive Cuſtos, quòd ipſe eum ad juſtitiam cujuslibet diffaciendam fugere non feciſſet, & ſit ei in hoc ſatisfactum. Si autem intraverit in ipſam immunitatem Comes collecta manu, & quislibet reſiſtere tentaverit, Comes hoc factum ad Regem, vel ad Principem deferat, ubi judicetur, ut ſicut ille, qui in immunitate damnum fecerit, DC. ſolidos componere debet, ita qui Comiti collecta manu reſiſtere tentaverit, vel præſumſerit, DC. ſolid. culpabilis judicetur. *II.* 39. 4.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti damnum in emunitate Sancti Syri, unde ipſe eſt Advocatus. Petre te appellat Mauringus Comes, quòd unus latro fugerat infra emunitatem Sancti Syri, unde tu es Advocatus, & mandavit tibi, ut redderes ei eum; & reddere noluiſti. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu prolongaſti reddere poſt tertiam conteſtationem ad Comitem tuum unum latronem, qui fugerat in emunitate Sancti Syri, unde tu es Advocatus, qui fecerit tantum damnum, quod valuit XX. ſolid. Petre te appellat Martinus Advocatus de parte Publica, quòd unus latro fugerat infra emunitatem Sancti Syri, unde tu es Advocatus, & Comes venit, & voluit quærere eum in emunitate, & tu veniſti contra eum cum collecta manu.

CIII.

Si quis ad Eccleſiam (35) Dei confugerit, intra atrium ipſius Eccleſiæ pacem habeat, nec ſit neceſſe ei Eccleſiam ingredi, & nullus eum per vim inde abſtrahere præſumat; ſed liceat ei confiteri quod fecit, & inde per manus bonorum hominum in diſcuſſione in Publicum producatur. *II.* 39. 5.

CIV.

Si quis hominem in judicium injuſtè contra alium altercantem per malum ingenium præſumſerit adjuvare, atque inde coram Judicibus, vel Comite increpatus fuerit, & negare non potuerit, ſolid. XV. culpabilis judicetur. *II.* 19. 1.

CV.

Si quis de libertate ſua interpellatus fuerit, timens (36) ne in ſervitium cadat, aliquem de propinquis, per quem in ſervitium caſurum timens occiderit, ideſt patrem vel matrem, patruum, vel avunculum, vel quamlibet hujuſmodi propinquitatis perſonam: ipſe qui hoc perpetravit, moriatur; cognatio ejus & conſanguinitas in ſervitium cadant. Et ſi negaverit ipſum occidiſſe, ad (37) novem vomeres ignitos ad judicium Dei examinandus accedat. *I.* 11. 3.

CVI.

Quicumque (38) res ſuas pro anima ſua ad Caſam Dei tradere maluerit, dominii traditionem faciat coram teſtibus legitimis. Et quæ

---

(32) In utroque Codice Mutin. legitur: *Si quis in emunitate*. Atque ita amarunt loqui veteres, ut locum immunem à Secularis Judicis *diſtrictione* ſignificarent: cujus vocis proſtant exempla non pauca. Inferiùs Cod. Eſten. *foris committens, infra emunitatem fugerit*.

(33) Ambo Codices Mutinenſ. & Ambroſ. Baluzius Tom. I. pag. 387. rectiùs habent *vel Vicedomino, vel ſi quicumque locum Epiſcopi, vel Abbatis tenuerit, ut reddat ei reum*. Nimirum *Vicecomes* erat, qui vices Comitis agebat, ac proinde vir ſecularis, & ſecularis juſtitiæ Miniſter. At *Vicedomini* vices gerebant Epiſcoporum.

(34) Corrige ex Mutin. MStis & Ambroſ. in queis legitur: *Et ipſe Comes veniens licentiam habeat ipſam* &c. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *Si autem ſtatim in prima contradictione Comiti reſponſum fuerit, quòd reus infra emunitatem*. Infra Cod. Ambr. *ad juſtitiam cujuslibet differendam*. Infra Cod. Cath. Mutin. *Si autem intra* (*intranti* habet Baluzius) *in ipſa emunitate Comiti collecta manu quislibet reſiſtere* &c. Codex vero Eſten. *Comes, & collecta manu*. Infra idem Cod. *ibique judicetur*.

(35) Cod. Eſten. exhibet *ad Eccleſiam Dei confugium fecerit*. Infra *in diſcuſſionem*. Ut huic Legi de immunitate ſacrarum Ædium loquenti lux aliqua accedat, alteram accipe ejuſdem Caroli apud Baluz. Tom. I. pag. 251. ubi qui ad Eccleſiam Dei confugerit, minimè expellendus dicitur; *ſed pacem habeat, uſque dum ad placitum præſentetur, & propter honorem Dei, Sanctorumque Eccleſiæ ipſius reverentiam, concedatur ei vita & omnia membra. Emendet autem cauſam, in quantum potuerit* &c. A bonis ergo hominibus reus iſte Judici ſiſtebatur, ut ejus cauſa diſcuteretur; & propter reverentiam loci ſacri aut exilio, aut alia leviori pœna mulctabatur.

(36) Ambo Cod. Mutinenſ. *& timens ne in ſervitium*. Infra *ſe caſurum timet, occiderit*. Infra iidem Codices *patruelem vel avunculum*. Et inferiùs *ipſe, qui hoc perpetraverit, moriatur; agnatio ejus & conſanguinitas in ſervitutem cadant* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *Et ſi negaverit, ſe illum occidiſſe* &c.

(37) Et hoc purgationis ſive judicii genus celebre eſt in veterum ſcriptis, quo quis nudis pedibus ſuper candentes, ideſt ignitos vomeres tranſire cogebatur, ut ſuæ innocentiæ fidem faceret. Vide Martene Tom. III. Lib. III. Cap. 7. Ord. 8. de antiq. Eccleſ. Ritib. In re notanihil ampliùs addam. Cod. Cathedr. Mutin. in fine habet *judicio Dei examinandus accedat*.

(38) Aliam ſimilem Legem vide ſupra Cap. LXXVIII. & ſequenti. Heic apertè Cod. Eſten. habet: *Qui res ſuas pro anima ſua ad Caſam Dei tradere voluerit*. Cod. Cathedr. Mutin. *ad Eccleſiam Dei tradere voluerit, domi traditionem faciat*. Hoc eſt, antequam in exercitum procedat. *Domui* legitur in Cod. Eſten. pro *domi*, ut puto. Infra *mortuus fuerit: qui res tradidit* &c.

Digitized by Google

Quæ in hoſte factæ ſunt hactenus traditiones, de quibus nulla quæſtio eſt, ſtabiles permaneant. Si verò aliquis alii res ſuas tradiderit, & in hoſtem profectus fuerit, & ille, cui res traditæ ſunt, interim mortuus fuerit, & qui res ſuas tradiderit, cùm reverſus fuerit, adhibitis teſtibus, coram quibus traditio facta eſt, res ſuas recipiat. Si autem ipſe mortuus fuerit, heredes ejus legitimi ipſam rem traditam recipiant. *II.* 18. 5.

CVII.

Si quis per chartam ingenuitatis à domino ſuo legitimam (39) libertatem eſt conſecutus, liber permaneat. Si verò aliquis eum injuſtè inſervire tentaverit, ille chartam ingenuitatis oſtendat. Et ſi adverſarius injuſtè eum inſervire comprobaverit, ille, qui eum inſervire tentaverit, multam, quæ in ipſa charta deſcripta eſt, ſolvere cogatur. Si autem charta non apparuerit, ſed jam ab illo, qui eum inſervire voluerit, diffacta eſt, guidrigild ejus componat, duas partes illi, quem inſervire voluerit, tertiam Regi. Et ille iterum per præceptum Regis ſuam libertatem (40) conquirat. *II.* 34. 10.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu es ſervus ſuus, & malo ordine ſubtrahis te de ſuo ſervitio. Liber ſum per chartam, quàm tu mihi feciſti. Ecce charta. Quæ ſi vocata fuerit falſa, ſit ut pœne dicturus ſum declarare facienda ſcilicet præter rerum amiſſionem, & præter parentes. Si verò viſa charta de ejus ſtatu tacuerit, multa chartulæ ab eo ſolvatur, ut legitur in lege. Si dixerit appellatus: tu habes disfactam ipſam chartam, probet; & disfactor Vvidrigild ſuum ei componat. Et ſi non potuerit probare ipſe juret per uſum, quòd non habet disfactam, & ipſe ſit ſervus. Si dixerit: tu tuliſti mihi ipſam chartam malo ordine, fiat pugna ſecundùm uſum. Si dixerit: tu tuliſti mihi ad furtum, aut ſcachum, aut ego depoſui tibi ipſam chartam, fiat pugna ſecundùm Capitula Octonis. Si dixerit: ipſa charta fuit apud te: ſi eſt ſalva, per te eſt ſalva; ſi eſt abſentata per te eſt abſentata; probet. Si non potuerit, ipſe juret per uſum. Si charta eſt apud eum abſentata, debent adeſſe tres homines liberi, qui dicant ſe vidiſſe eam chartam; & ipſe, cujus fuit, ſit quartus: Et octo alii liberi; & hoc ſit per uſum. Et hoc jurejurando affirmet. Et ita de omnibus chartis.

CVIII.

Liber (41) homo, qui ſe in locum guadiæ in alterius poteſtate commiſerit, ibique contigerit, ut damnum aliquod cuilibet fecerit, ille, qui hominem liberum in locum guadiæ ſuſcepit, damnum ſolvat, aut hominem in mallum deductum dimittat, perdens eum ſimul & debitum, propter quod eum in guadiam ſuſcepit: & qui damnum fecit, dimiſiſſet, juxta qualitatem rei cogatur emendare. Si verò liberam feminam habuerit, uſque dum in pignus aſtiterit, & filios habuerit, liberi permaneant. *II.* 33. 1.

CIX.

Homo (42) Regis, ideſt Fiſcalinus, vel Eccleſiaſticus, ideſt (43) Lidus, interfectus C. ſolid. componatur.

CX.

De fugitivis (*) & ancillis fugacibus, advenis, ac peregrinis, ut diſtringantur, ut ſcire poſſimus, qui ſint, & unde veniant. *I.* 26. 80.

CXI.

De menſuris, ut ſecundùm juſſionem noſtram æquales fiant. *III.* 22. 1.

CXII.

Ut nullus præſumat hominem ad judicium mittere, niſi (44) judicatum fuerit. *III.* 23. 1.

CXIII.

Ut liber homo, qui in Monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibi legaverit, promiſſionem factam ſecundùm regulam firmiter teneat. *III.* 1. 12.

CXIV.

Ut (45) nullus ebrius ſuam cauſam in mallum poſſit conquirere, nec teſtimonium dicere: nec Comes placitum habeat niſi jejunus. *II.* 52. 11.

CXV.

Ut Miſſis noſtris diſcurrentibus, vel (46) ceteris propter utilitatem noſtram iter agentibus

(39) Cod. Cathedr. Mutin. *legitimè libertatem fuerit conſequutus*. Infra uterque Cod. Mutin. *& ille chartam ingenuitatis ſuæ oſtenderit* (ſequitur Cod. Eſten.) *& adverſarium injuſtè eum inſervire velle comprobaverit*. Cod. verò Cathedr. *& adverſarium injuſtè ſibi ſervire velle comprobaverit*. Infra uterque Cod. *disfacta eſt*, *widrigild ejus componat*.

(40) Poſt hæc in Cod. Eſten. ſequentia adduntur: *Similiter deſtructor chartulæ res omnes, quas charta continebat, emendet*. Apud Baluzium Tom. I. pag. 389. hæc eadem Lex legitur, ſed lacinia iſta & ibi deſideratur.

(41) Cod. Eſten. *Si liber homo quis ſe loco vadii in alterius poteſtatem* &c. Paria habet Cod. Cathedr. Mutin. Infra Cod. Eſten. *aut hominem in malum productum*. Cod. verò Cathedr. *in mallum perductum dimittat perdens ſimul debitum*. Cod. Eſten. *perdens cum eo ſimul debitum*. Infra uterque Cod. *& qui damnum fecit, dimiſſus* &c. Infra Cod. Eſten. *Si verò liberam feminam, & filios habuerit* (ſequitur Cod. Cathedr.) *uſque dum in pignus extiterit, liberi permaneant*.

(42) Hanc Legem inter editas Langobardicas non reperio. Adfert Baluzius Tom. I. pag. 395. uti deſumtam ex Lege Ripuarienſe, aut ei ſubjunctam. Legit ipſe *Homo Regius*. Hoc eſt, qui prædium Regis, ſive Fiſci incolit, quale hominum genus plerumque ex ſervis fuiſſe creditur. Ego tamen Libertis potiùs accenſendos eos puto, atque Aldionibus Langobardis. Vide infra Legem X. Ludovici Pii.

(43) Ita quoque in Cod. Eſtenſi. Baluzius verò habet *vel Lidus*. De *Lidis* ſive *Litis* ſupra ad Legem LXXXIII. Caroli M. notulam apposui. *Eccleſiaſticus* heic ſignificatur, qui Eccleſiæ prædia colit. Vide infra Legem X. Lodovici Pii.

(*) Hæc tantummodo habet Codex Eſtenſ *De fugitivis ac peregrinis, ut diſtringantur*. Hoc eſt, per publicos Miniſtros reddere rationem cogantur perſonæ ſuæ, ut vulgò dicitur, ſuique itineris. Jam in deſuetudinem abiere Servi fugitivi. Advenæ ac peregrini adhuc innumeri. Utinam ejuſmodi Lex noſtris quoque temporibus vim retineret!

(44) In Cod. Eſten. legitur: *niſi judicatum fiat*. *Judicatum* pro charta judicii vulgare eſt in antiquorum monumentis. In Cod. Cathedr. Mutin. legitur: *hominem in judicium mittere ſinè cauſa, niſi judicatum fiat*.

(45) Huic Legi in Cod. Eſten. præfigitur hic titulus: *Ebrius nec actor nec teſtis ſit. Comes jejunus placitet*. Dum autem Carolus præcipit, ut placita ſive judicia à *Comitibus* habeantur *jejunis*, egregiè nos docet, quanto in honore tunc forent largiores vini hauſtus, & calices ſæpe recurrentes. Sed Plato in ſua Republica ſeverior, & Carthaginenſes, toto officii tempore vini uſum interdixere Magiſtratibus ſuis. Habet idem Cod. *ſuam cauſam in mallo*, hoc eſt in publico judicio.

(46) In Cod. Eſten. *vel ceteris hominibus*. Infra idem Cod. addit *contradicere præſumat byberno tempore*. Eadem verba addita vidimus ſupra Cap. XI. *de truſte facienda*.

Digitized by Google

tibus nullus manſionem contradicere præſumat. *III.* 4. 4.

CXVI.

Ut nullus ad placitum (47) banniatur, niſi qui cauſam ſuam quærit, aut ſi alter ei quærere debet, exceptis (48) Scabinis ſeptem, qui ad omnia placita eſſe debent. *II.* 42. 2.

CXVII.

Ut nullus præſumat per vitam Regis, vel filiorum ejus jurare. *III.* 24. 1.

CXVIII.

Ut cauſa, quæ adhuc coram Comite (49) non fuerit finita, & is qui ſe reclamat propter ſuam ſtultitiam, aut contumaciam, & Comitem inde appellare noluerit, iterum Comiti commendetur. *III.* 25. 1.

CXIX.

Quicumque (50) ſuum beneficium occaſione proprii deſertum habuerit, & infra annum, poſtquam Comes vel Miſſus noſter notum factum habuerit, illud emendatum non habuerit, ipſum beneficium amittat. *III.* 8. 1.

CXX.

Ut placita publica vel ſecularia neque à Comite, nec ab ullo Miniſtro ſuo, vel Judice, nec in (51) Eccleſia, nec in terris Eccleſiæ circumjacentibus, vel cohærentibus nullatenus (52) teneantur. *II.* 52. 12.

CXXI.

Audivimus etiam, quòd (53) juniores Comitum, vel aliqui Miniſtri Reipublicæ, ſive etiam nonnulli fortiores Vaſſi Comitum aliquam redhibitionem, vel collectiones, quidam per paſtum, quidam etiam ſinè paſto, quaſi deprecando, à Populo exigere ſoleant. Similiter quoque opera, collectiones frugum, arare, ſeminare, runcare, carrucare, (54) vel cetera his ſimilia à Populo per eaſdem, vel alias machinationes exigere conſueverunt, non tantùm ab Eccleſiaſticis, ſed etiam à reliquo Populo exigebant. Quæ omnia nobis ab omni Populo juſtè movenda eſſe videntur. Quia in quibuſdam locis in tantum inde Populus oppreſſus eſt, ut multi ferre non valentes, per fugam à dominis vel à patronis ſuis lapſi ſunt, & terræ ipſæ in ſolitudinem redactæ ſunt. Potentioribus autem, vel ditioribus, ex ſpontanea tamen voluntate, vel mutua dilectione, volentibus ſolatia præſtare invicem, minimè prohibemus. *III.* 12. 1.

CXXII.

De liberis (55) hominibus, qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc faciant, quàm à nobis licentiam poſtulent. Hoc autem ideo dicimus, quia audivimus aliquos ex illis non tantum cauſa devotionis, quàm pro exercitu, ſeu pro alia functione Regali fugienda, quoſdam verò cupiditatis cauſa ab his, qui res illorum concupiſcunt, circumventos audivimus, & hoc ideo fieri (56) prohibemus. *III.* 1. 13.

CXXIII.

Si quis præpoſitus, aut (57) Miniſterialis aliquas res Eccleſiæ, quas prævidere debet, aliquo inſcriptionis titulo cuiquam conceſſerit, quod ad damnum ipſius Eccleſiæ pertineat,

(47) Cod. Eſten. addit *ad placitum quotidianum banniatur*, hoc eſt advocetur.

(48) Ut habet Cod. Eſten. *ad omne placitum eſſe debent*. Nimirum Comites, quorum erat placitis, ac judiciis præeſſe, plerumque ne de nomine quidem Leges noverant, quamquam ex ejuſdem Caroli edicto Legem callere juberentur. Igitur Aſſeſſores Legum peritos eis conjunctos providentia Regum voluit, quorum voto atque conſilio ſententiam rectam ferre poſſent. Hi fuere *Scabini*, qui & *Judices* interdum appellantur.

(49) In Cod. Eſten. legitur: *coram Comite non fuit, & is, qui ſe reclamat, propter ſuam ſtultitiam, aut propter contumaciam Comitem* &c.

(50) Cod. Eſten. *Quicumque habuerit beneficium occaſione proprii deſertum*: hoc eſt eo quòd totum ſuum ſtudium impendat in Allodiis propriis excolendis, abjecta omni cura Beneficii, quod à Rege recepit. Hinc vox *proprietas*, *proprio jure poſſidere*, *habere ad proprium*, *de proprio donare*, atque his ſimilia occurrunt in veterum chartis. Infra in eodem Codice legitur: *poſtquam ei à Comite, vel à Miſſo noſtro notum factum fuerit illud* &c.

(51) Interdicuntur *placita* in ſacris Templis, eorumque adjacentibus locis: neque enim tumultus, in placitis ac judiciis frequens, decet orationis domum. Concilii Cabillonenſis II. habiti Anno 813. Canon. 39. ita ſe habet: *Placita quidem Secularia in Eccleſiis, vel in atriis Eccleſiarum à Comitibus, Vicariiſque uſque modò multis in locis habita, ne ultra fiant, interdicendum eſt.*

(52) In Cod. Eſten. hæc ſuperadduntur: *niſi Comes minora Placita tenuerit: ea enim habeat, ubi impetrare potuerit*. Fortaſſis hæc ad Legem ſpectant, habentque Carolum M. auctorem. At ſi Gloſſam mavis, conſule infra Legem XXII. Ludovici Pii, ubi eadem repetita reperies.

(53) Ex collatione multorum locorum tum apud Bignonium in Notis ad Marculphum, tum apud Du-Cangium in Gloſſario, inferri poteſt, hoc nomine deſignatos fuiſſe Officiales, ac Miniſteriales Comitum. Du-Cangio *Juniores* alii non fuiſſe videntur, niſi *Judices minores, ſive pedanei*. Vide infra Cap. CLIII. Epiſtolam Caroli M. ubi commemorantur *Duces, & eorum Juniores*. Vide & Cap. XVII. & XXII. Pippini Regis, ubi *nullus Comes, nec Juniores eorum ampliùs diſtringant*. Ergo aliqua diſtringendi auctoritas erat hiſce *Junioribus*. Atque heic potiſſimum animadverte, ſummè laudandam Regum Francorum providentiam in regimine Populi, ſimulque confer commoda & incommoda illorum, noſtrorumque temporum.

(54) Hoc eſt quod nos appellamus *carreggiare*, *far de' carreggi*. A *carruca* vehiculo, cujus nomen à *currus*, ſive *carrus*: quod & veteres dixere. Ex *carrucare*, ſive *carricare*, uti habetur in Capitular. Caroli Calvi Tit. 31. Cap. 29. deſcendit Italicum *caricare*, quod primò dictum eſt de onerando currum. In Lege Salica Tit. XXIX. Cap. 21. legitur: *Si inde fœnum in carro duxerit, & diſcarricaverit &c.* Infra occurrit *exigebant*. Ita quoque in Cod. Eſtenſi. Verùm ſupervacanea vox eſt. Neque eam habent edita à Boherio & Baluzio Tom. I. pag. 356. Infra in eiſdem editionibus legitur *juſtè removenda eſſe videntur*. Infra *à dominis vel à patronis*. Hæc diligenter animadverte. *Dominis* reſpondent Servi; *Patronis Aldiones*, atque horum ſimiles. Ergo pauci ex liberis ſive ingenuis hominibus agrum excolebant, & villicum agebant. Nunc alii planè mores, ſublatis Servis atque Libertis.

(55) Addit Cod. Eſten. *non conjugatis*. Infra idem Cod. & alter Cathedr. Mutin. *ut priùs non faciant hoc*. Atque ita ſenſus poſcebat. Infra *non tam cauſa devotionis hoc feciſſe, quàm* &c. Rectiùs hæc, quàm edita à Baluzio Tom. I. pag. 874. Capitular.

(56) Hæc adduntur in Cod. Eſten. *Si verò conjugati ſunt, ut vir & uxor, non fiat hoc ſinè conſenſu Epiſcopi*. Liceat hanc opinari Gloſſam, quæ in textum irrepſerit.

(57) In Cod. Eſten. *aut Miniſterialis aliquis aliquas* &c. *per aliquem ſcriptionis titulum cuiquam* &c. Infra *ſi Comes aut Miniſterialis Reipublicæ*. Et heic apertiſſimè vides, *Reipublicæ* appellatione deſignari jus & Fiſcum Regis. Eodem vocabulo eademque ſignificatione paſſim utuntur eorum temporum Scriptores.

Digitized by Google

neat, pro ſacrilegio computetur. Similiter & de rebus, quæ ad Rempublicam pertinent, ſi Comes, aut Miniſterialis Reipublicæ cuiquam conceſſerit, pro infidelitate computetur. *I.* 35. 2.

CXXIV.

De deſponſatis puellis, & poſtea ab aliis raptis, placuit nobis erui, & poſtea eis reddi, quibus ante fuerunt deſponſatæ, & (58) ſi eis à raptoribus vis illata conſtiterit. Proinde ſtatutum eſt à Sacro Conventu, ut raptor publica pœnitentia multetur. Raptam verò ſi ſponſus recipere noluerit, & ipſa ejuſdem criminis conſentiens non fuerit, licentia alii nubendi non denegetur, quia ſi ipſa conſenſerit, ſimili ſententiæ ſubjaceat. Quòd ſi poſt conſenſum conjungere præſumſerint, urerque anathematizetur. *I.* 31. 12.

CXXV.

De (59) feminis, quas defunctis viris Lex Langobardorum prohibet ante anni ſpatium veſtem Religionis mutare, velumque ſuſcipere, petunt noſtram licentiam, ut mox, dum divina pietas Dei inſpiravit eas indemnes licere ſuſcipere. Nos autem conſiderantes, quia præterito tempore pro ipſa dilatione, multæ etiam captæ intra idem ſpatium ad aliam partem diſtractæ fuerunt, ideo petitionem earum, quam cenſemus eſſe juſtam, ſuſcepimus, (60) & eis fieri ita concedimus. *II.* 6. 2.

CXXVI.

Ut omnia, quæ guadiari debent, juxta (61) ea, quæ in lege continentur, pleniter ſecundùm ipſam legem guadiata fiant, & poſtmodum vel Dominus Rex, vel ille, cujus eſt cauſa, juxta quod ei placuerit, miſericorditer faciat. *II.* 21. 29.

CXXVII.

Hoc quoque jubemus, ut Judices ſupra nominati, ſive Miſſi (*) noſtri Fiſcalini, de qualibet cauſa fredam non exigant, priùſquam facinus componatur. Si quis autem per cupiditatem iſta tranſgreſſus fuerit, legibus componat. Freda (62) ut autem non illi Judici, qui culpam commiſit, ſed illi, qui ſolutionem recipit, tertiam partem coram teſtibus fiſco tribuat, ut pax perpetua ſtabilis permaneat. *II.* 52. 13.

CXXVIII.

Ut (63) non per aliquam occaſionem, nec pro (64) waita, nec de (65) ſtrata, nec de (66) warda, nec pro (67) heribergare, nec pro alio banno, heribannum Comes exactare præſumat, niſi Miſſus noſter priùs heribannum ad partem noſtram recipiat, & ei ſuam (68) tertiam partem exinde per juſſionem noſtram donet. Ipſum verò heribannum non exactetur neque in terris, neque mancipiis, ſed in auro & argento, pannis, atque armis, & animalibus, atque pecudibus, ſive talibus ſpeciebus, quæ ad utilitatem pertinent.

CXXIX.

Ut conjugia ſervorum non dirimantur, ſi (69) ſervos dominos habuerint, ſed in uno conjugio ſervi permanentes dominis ſuis ſerviant. Sic tamen ut ipſum conjugium legale ſit, & per voluntatem dominorum ſuorum juxta Evangelium : *quod Deus conjunxit, homo non* (70) *ſeparet*. *II.* 12. 11.

CXXX.

(58) Ita in Cod. Eſten. legitur: *quorum antea fuerunt deſponſatæ, etiamſi eis* &c. Infra *& ipſa eidem crimini conſentiens non fuerit*. In fine *quòd ſi poſt hæc conſenſu ſe jungere præſumſerint* &c. Vide Capitulare Aquiſgran. Ludovici Pii Anno 816 de raptis & raptoribus apud Baluzium Tom. I. pag. 567. & ſequenti.

(59) Legem hanc Baluzius Tom. II. pag. 349. tribuit Ludovico II. Auguſto. Infra Cod. Eſten. *petierunt noſtram licentiam, ut, mox divina pietas inſpiraverit, eas indemnes liceret ſuſcipere. Nos autem conſiderantes, quia propter ipſam dilationem multæ etiam raptæ intra* &c. *diſtractæ fuerant*.

(60) Nonnulla heic adduntur in Cod. Eſten quæ neque legas apud Baluzium Tom. I. pag. 351. *ſuſcepimus. Et cui ita fieri concedimus cum conſilio Epiſcopi vel Sacerdotum aliorum, ut expectet XXX. dies poſt deceſſum viri ſui*. In ſupra memorato Capitulari Aquiſgran. Ludovici Pii hæc eadem conſtitutio confirmatur.

(61) Cod. Eſten. *juxta quod in Lege continetur*. Infra Cod. Cathedr. *revadiata fiant*. In fine uterque Codex : *miſericordiam faciat*. Heic *vadiare*, ſive *guadiare*, & *revadiare* eſt auferre in pignus pro aliquo debito, ſive mulcta.

(*) In Ambroſ. Cod. duo hæc verba *Miſſi noſtri* non leguntur.

(62) Hæc ita leguntur in Cod. Eſten. *Fredum autem non ille Judici tribuat, qui culpam commiſit, ſed ipſe qui ſolutionem recipit, ſcilicet à Judice, tertiam partem* &c. Deſumta hæc Lex fuit ex Cap. 89. Legis Ripuar. quam conſule apud Baluz. Tom. I. pag. 52. Sed & heic & ibi quædam obſcura occurrunt. Vide Legem ſequentem, ex qua conſtat, tertiam partem Heribanni ſpectaſſe ad Comitem. *Fredam* autem & *Fredum* ſupra diximus eſſe mulctam Fiſco Regis exſolvendam, ut pax recuperetur propter patratum facinus deperdita.

(63) Legem hanc non reperio inter editas Langobardicas. Habet tamen Baluzius Tom. I. pag. 493. his verbis. *Ut non pro aliqua occaſione*. Ego eam profero, qualis in Cod. Eſten. legitur.

(64) Apud eumdem Baluzium habetur *nec wacta*. In aliis quoque Francorum Regum Legibus occurrit vox *wacta*, quæ Latinè *excubias militares* ſignificat. Et adhuc perdurat in Mutinenſium Lingua *far la guaita* : ut ille ſignificetur, qui tacitè rimatur, & ſpeculatur, an quis ſuperveniat. Neque aliunde manarunt Italica verba *aguato*, *guato*, *guatare* : quod animadvertere oblitus eſt Menagius in Origin. Linguæ Italicæ.

(65) Baluzius habet *nec de ſcara* : atque ſcribendum reor. Spectat enim Lex iſta ad exercitales. Pro agmine militum uſi ſæpe ſunt voce *ſcara* antiqui Francorum Hiſtorici, Etchempertus & alii. Hinc Italica vox *ſchiera*.

(66) Baluzius legit *nec warda*. Quo nomine cuſtodia mœnium, ſive caſtrorum deſignabatur, diverſa tamen aliqua ſignificatione à *waita*, ſeu *wacta*. Hanc vocem retinuimus nos Itali mutato pro more VV. Germanico in GV. noſtrum, quum nempe dicimus *fare la guardia*, *guardare* &c.

(67) Quod nunc nobis eſt *albergare*, vox inde profecta.

(68) Baluzius legit *ſuam tertiam exinde*. Quæ nos docent, unde unum ex ſuis proventibus Comites, ſive Rectores Urbium perciperent. Atque hinc aliqua lux affulgere poteſt præcedenti Legi. Infra Baluzius habet: *Ipſe verò heribannus* &c. *palliis* &c.

(69) Corruptus locus, & emendandus ope Codicis Eſten. & Ambroſ. *ſi diverſos dominos*. Baluzius Tom. I. pag. 351. legit *etiamſi diverſos dominos*. Infra idem Cod. Eſten. *juxta illud Evangelicum*.

(70) In Cod. Eſten. alia adduntur, digna profectò, quæ non depereant. Gloſſam puto, ſed antiquiſſimam, textui ab Amanuenſibus adjectam. Ita verò legitur illic. *Ubi verò mancipia non unius domini, ſed diverſæ poteſtatis, juncta fuerint, niſi convenientibus utriſque dominis bujuſmodi copulatio rata noverit; vel ſi neglegendo ſentitur & virtute, qua potuerint, non emendetur. Nam bujuſmodi copulæ auctor erit, qui hoc neglegendo conſentit. Plura ſunt, quæ ad inceſti crimen ſcribi poterant, ſicut in Matre, & Filia*,

Digitized by Google

CXXX.

Placuit nobis ſecundùm Sanctorum Patrum auctoritatem, ſi quis ab Epiſcopo ſui juſtè excommunicatus fuerit, à nullo penitus recipiatur, antequam in præſentia ſui Epiſcopi veniat pro culpa ſatisfactionem redditurus. *III.* 26. 1.

CXXXI.

Et quia ſunt nonnulli, qui ſinè (71) proprietatibus in Regno noſtro degentes, judicia Comitum effugiunt, & non habentes res, aut ſubſtantiam, quibus conſtringi poſſint, ideo circumquaque malitias exercere non ceſſant, de illis verò placuit nobis, ut ipſi, cum quibus manere videntur, aut eos præſentent, aut pro eorum malefactis reſpondeant, vel rationem reddant. *II.* 44. 3.

CXXXII.

Si res (72) intertiata furto ablata fuerit, liceat ei, ſuper quem res intertiata fuerit, cum ſacramento ſe excuſare de furto, quòd nec ſuæ voluntatis, nec conſentiens fuerit, quod ablatum eſt, ut tamen ſinè damno reſtituat. Si verò auctor venerit, & rem intertiatam recipere voluerit, campo, vel cruce contendat. *II.* 28. 3.

CXXXIII.

Quicumque propria uxore derelicta, vel ſinè culpa interfecta, aliam duxerit, armis depoſitis publicam (73) habeat pœnitentiam. Et ſi contumax fuerit, comprehendatur à Comite, & ferro vinciatur, & in cuſtodia mittatur, donec res ad noſtram notitiam perdu-

A catur. *II.* 13. 5.

CXXXIV.

Si mulier filium vel filiam ſuam per fraudem (74) aliquam coram Epiſcopo ad confirmandum tenuerit, propter fallaciam ſuam, pœnitentiam agat, à viro tamen ſuo non ſeparetur. *III.* 30. 1.

CXXXV.

Ut loca, quæ ſemel Deo dicata ſunt, ut Monaſteria (75) ſint, in perpetuum non poſſint ultra fieri Secularia habitacula. *III.* 1. 14.

CXXXVI.

Ut ſi Clerici aliquod negotium inter ſe habuerint, à ſuo Epiſcopo judicentur, nam non à ſecularibus; nec (76) Monachus, nec Clericus in ſecularia negotia tranſeant. *III.* 1. 15.

CXXXVII.

Unuſquiſque (77) Presbyter res, quas poſt diem conſecrationis adquiſierit proprias, Eccleſiæ relinquat.

CXXXVIII.

Ut ſervum alterius nemo ſolicitet ad Clericalem vel Monachalem aſcendere ordinem ſinè (78) licentia domini ſui & voluntate. *III.* 1. 16.

CXXXIX.

Ut nullus alienos fines uſurpet, aut terminos Patrum tranſcendat. *I.* 27. 7.

C CXL.

Ut etiam dies Dominicus, ſicut decet, honoretur, & eum colere omnes ſtudeant, ut hoc

---

lia, & Noverca, & panè innumerata, quæ menti ad ſcribendum non occurrunt. Hujuſmodi tamen, & bis ſimilibus perſonis copula maritalis in ſempiternum ſubtrabitur. Illud ſanè ſtatuendum, matrimonia Servorum, etiamſi diverſis dominis famulantium, ab Eccleſia Catholica ne olim quidem improbata fuiſſe. Concilium Cabilonenſe II. habitum Anno 813. apud Labbeum Tom. VII. pag. 1278. Conciliorum, quo cùm Lex iſta planè concors deprehenditur, Canone 30. conſtituit, non eſſe dirimenda hujuſmodi conjugia. At quia ibi additur: *Et hoc in illis obſervandum eſt, ubi legalis conjunctio fuit, & per voluntatem dominorum*: inde Magiſter Sentent. Lib. 4. diſtinct. 36. infert, olim invitis dominis legitimas non fuiſſe Servorum nuptias: in quam etiam ſententiam præierat Baſilius Magnus in Epiſtola ad Amphilochium. Senſus ergo Gloſſæ hujus eſt, non ſolùm ejuſmodi Servorum Matrimonia ſtare, quum Domini apertè conſenſerint, ſed etiam quoties illorum conſcii neglexerint, & non improbarint.

(71) Hoc eſt Allodii nihil aut Beneficii poſſident: quod de liberis hominibus dictum eſt. Infra Cod. Eſten. *de illis nobis placuit*. In fine ad ea verba *vel rationem reddant*, adduntur hæc alia in eodem Codice: *ita ut non ſint eorum Advocati*.

(72) Hoc eſt in manu tertii alicujus poſita, ſive ſequeſtrata: Infra Cod. Eſten. *quod hoc nec ſuæ voluntatis, vel conſcientiæ fuiſſet, quod ablatum eſt, ut tantum ſinè damno reſtituat*. Baluzius pag. 960. Tom. I. habet *& aliud tantum reſtituatur*. Et pag. 398. *reſtituat*. Vide ſupra Legem LXXVIII. Lib. VI. Liutprandi. Quæ ſequuntur in editione noſtra, atque unam faciunt Legem, apud illum diſtinctam conſtituunt pag. 397. Sed conjungenda omnino videntur. In Cod. Eſten. habetur. *Si verò actor venerit, & rem intertiatam recipere noluerit, campo contendant, vel cruce*.

(73) Cod. Eſten. uti Cathedr. Mutin. *publicam agat pœnitentiam*. In fine idem Cod. Eſten. *ad noſtram juſtitiam deducatur*.

(74) Conſonat Lex iſta cum ſupra laudato Concilio Cabilonenſi II. Anni 813. ubi ferè totidem verbis eadem ſtatuuntur. Anno 757. ſive 756. in Capitulari Compendienſi apud Baluzium Tom. I. pag. 183. interdictum fuerat *tenere filiaſtrum, aut filiaſtram ſuam ad confirmandum*, pœna ſeparationis impoſita. Hinc factum putat idem Baluzius Tom. II. pag. 1054. mulieres quaſdam, divortii occaſionem quærentes, & ea ſpe filios ſuos ad Confirmationem tenentes, cauſam dediſſe huic Legi, ut fraudis ſemina tollerentur. Et certè hanc fraudem prodit, eique conſultum vult laudata Synodus Cabilonenſis. Verùm in Compendienſi Concilio agitur tantùm *de filiaſtro*, & *filiaſtra*. Adde etiam Canonem Synodi Vermerienſis habiti Anno 752. apud Reginonem Lib. 2. de Eccleſ. diſcipl. ubi *Si quis filiaſtrum, aut filiaſtram ſuam ad confirmationem tenuerit, ſeparetur ab uxore ſua* &c. Adde igitur Canonem LV. Concilii Moguntini eodem Anno 813. habiti, ubi ſtatutum fuerat, ut nullus *filium aut filiam de fonte baptiſmatis ſuſcipiat. Ubi autem factum fuerit, ſeparentur*. Sed rectiùs in Cabilonenſi conſtitutum, à quo minimè ſeparandi dicuntur. Vide Decretum Gratiani 30. Quæſt. 1. Miror autem Juveninum de Sacrament. Diſſert. 10. de Matrimon. Quæſt. 7. §. 4. adferre Epiſtolam *Deuſdedit Papæ* ad Gordianum Hiſpalenſem, ut doceat, olim diremtum fuiſſe Matrimonium, propterea quòd proprios filios aliquis e ſacro lavacro ſuſcepiſſet. Omnino apocryphum ac fictam eſſe eam Epiſtolam, à Gratiano alioqui productam, eruditus ille vir dignoſcere debuit.

(75) Cod. Eſten. & Ambroſ. habet *Monaſteria ſunt, maneant in perpetuum, nec poſſint* &c. Deſumta hæc ſunt ex Can. 24. Concilii Chalcedonenſis.

(76) Hæc non leguntur in Cod. Eſten. ad hunc locum, ſed infra Legem ſingularem conſtituunt.

(77) Habetur Lex iſta Lib. 1. Cap. 150. Capitularium, & apud Reginonem, & Burchardum. Vide Baluzium Tom. I. pag. 730. At illam inter Langobardicas non reperio. Complectitur quidem Codex Eſten.

(78) In eodem Cod. *ſinè licentia, & voluntate domini ſui*.

Digitized by Google

hoc liberiùs poſſit fieri, mercata (79) & placita à Comitibus, ſicut ſæpè ammonitum fuit, illo die prohibeantur. *II.* 49. 1.

CXLI.

De illis, (80) qui non fiunt ſecundùm regulam pulſati, præcipimus ut pulſantes hoc deinceps emendent, & pulſent ſecundùm regulam.

CXLII.

Ut (81) qui commendaverit pecuniam, pecuniam recipiat. Si verò ſpeciem aliam, eamdem ſpeciem, quam dedit, accipiat, niſi aliud pro alio ſolvatur conſentiente creditore, vel commendatore.

CXLIII.

Generaliter omnes ammonemus, ut Capitula, quæ præterito anno Legi Salicæ cum (82) omni conſenſu addenda eſſe cenſuimus, jam non ulteriùs Capitula, ſed tantùm Leges dicantur, imò pro legibus Salicis teneantur. *III.* 31. 1.

CXLIV.

Falſa perſona non (83) habet poteſtatem accuſandi. Et ſi in primo crimine convictus fuerit falſum dixiſſe teſtimonium, in ſecundo non habeat poteſtatem dicendi. *II.* 51. 8.

CXLV.

Illud (84) præterea per omnia præcaventes nos prohibere decrevimus, ut nullus præſumat ante annos pubertatis puerum vel puellam in matrimonio ſociare in diſſimili ætate, ſed coætaneos, & ſibi conſentientes; quia multas ex hujuſmodi contractu nuptiali ruinas animarum factas audivimus, & tales fornicationes perpetratas, quales (85) inter Gentes eſſe non debent; ita planè, ut ſi contigerit puerum adultum eſſe, & puellam parvulam, per virum cognata & ſocrus deprehendantur adulteræ. E contrario ſi puella maturæ ætatis, & puer teneræ, & propter puellam adultam & puerum parvulum, pater & frater pueri tanti peccati flagitioſi perveniunt irretiti. Unde qui hæc prohibita de cetero uſurpare præſumſerit, ab omni conſortio Eccleſiaſtico ſit alienus, ſed nec à publicis ſit immunis judiciis. *II.* 8. 11.

CXLVI.

Ut (86) Epiſcopus, vel quilibet ex Clero ſinè conſilio, vel literis Epiſcoporum, vel Metropolitani, non audeat Regalem dignitatem pro ſuis cauſis clamare, ſed in communi Epiſcoporum Concilio cauſa examinetur.

CXLVII.

Ut nec (87) Epiſcopi, nec Abbates, nec Comites, nec Vicarii, nec Judices, nulluſque omnino ſub mali occaſione, vel malo ingenio res pauperum, vel minus potentum nec emere, nec vi tollere audeat; ſed quiſquis ex eis aliquid comparare voluerit, in Publico coram idoneis teſtibus, & cum rationibus hoc faciat. Ubicumque autem aliquid inventum fuerit factum, hoc omnino emendetur per juſſionem noſtram.

CXLVIII.

Ut longa (88) conſuetudo, quæ ad utilitatem publicam non impedit, pro lege ſervetur, & quæ diu ſervatæ ſunt, permaneant.

CXLIX.

Placuit (89) nobis de orphanis, & pupillis, & pauperibus, qui debitam, vel indebitam dicuntur amiſſiſſe hereditatem paternam, vel maternam juris ad ſe pertinentem, ſi alicubi inventum fuerit, quòd patres vel matres propter

---

(79) Forum quidem noſtris temporibus die Dominico ſiſtet pro civilibus cauſis. Mercata quoque diebus Feſtis minimè aguntur. At Nundinas, quæ mercata, eaque pleniſſima, ſunt, diebus Dominicis toleratas paſſim aſpicimus.

(80) Sequitur Lex iſta in Cod. Eſten. eamque non deprehendi in editis Langobardicis: Apud Balizium Tom. I. Capitul. pag. 423. & 725. hæc ita leguntur: *De bis, ſive de illis, qui non fiunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendentur, & pulſentur ſecundùm regulam.* Vide quantum hæc variant. *Pulſare* eſt advocare in jus, quod nunc dicimus *citare in giudizio*; eademque vox occurrit in aliis Francorum Legibus, imò & in Codice Theodoſiano. Heic tamen Baluzio & DuCangio *pulſare*, eſt *examinare, probare*: quod præcipuè de Monachis Novitiis dictum eſt. Ac proinde *ſecundùm Regulam* ſignificat Regulam Monaſticam. Vide ſupra Notas ad Legem XL. ipſius Caroli.

(81) Neque iſtam invenio editam inter Langobardicas. Eam ſuppeditavit Cod. Eſten. jamque produxerat Baluz. Tom. I. pag. 516. Infra apud eumdem Baluzium: *Si ſpeciem aliam, eamdem ſpeciem quantum dederit accipiat.* Et nihil aliud additur. Nunc ergo dilucidiorem & uberiorem textum habemus ex Codice Eſtenſi. Deſumta autem fuit Lex iſta ex Can. 16. Concilii Carthaginenſis.

(82) Lege *cum omnium conſenſu*, uti editio Baluzii Tom. I. pag. 356. Infra Cod. Eſten. *ſed tantùm Lex dicantur, imò pro Lege teneantur.* Et quidem rectiùs. Si enim Salicos tantùm ea Capitula obligaſſent, ad Langobardos non pertinuiſſent. Hinc diſce, non omnia Capitularia Legis publicæ & communis vim induxiſſe, ſed ea dumtaxat, quibus hunc vigorem addebant Reges inferendo in corpus Legum. In Cod. Eſtenſi apponitur Gloſſa hæc: *Quæ ſuperiùs leguntur, ideſt qui Subdiaconum occiderit, & alia.* Quare vide ſupra Cap. CI. & ſequentia, atque intellige, ea quidem Capitula primùm promulgata fuiſſe pro Salicis, ſive Francis hominibus, at poſtea in Langobardicarum Legum collectionem ex juſſu ipſius Caroli invecta fuiſſe.

(83) Audi Codicem Eſten. *non habeat poteſtatem accuſandi, donec pœnitentiam egerit. Et ſi in primo crimine viſa eſt falſum* &c. Vide infra Cap. CLI.

(84) In Cod. Eſten. *Illud factum præterea.* Infra *in matrimonio ſociare, nec in diſſimili ætate.* Infra *quia multas ſæpiùs ex* &c.

(85) Hæc ipſa accipe à Codice Eſten. *quales nec inter Gentes. Ita planè, ut cum contigerit, puerum adulterum* (*adultum* ſcribo) *eſſe, & puellam parvulam, & è contrario ſi puella maturæ ætatis ſit, & puer ſit teneræ, propter virum cognata, & ſocrus deprehendantur adulteræ, & propter puellam pater vel frater pueri tanti peccati flagitio pereant irretiti.*

(86) Legem hanc unà cum quatuor ſequentibus præbet nobis Codex Eſtenſis. Eas autem inter Langobardicas ſeditas hactenus non vidi. Hæc autem deſumta eſt ex Can. XI. Concilii Antiocheni, & legitur inter Capitularia Regum Francorum Tom. I. pag. 217. & 706.

(87) Ex Canon. VII. Concilii Moguntini habiti Anno 813. deſumta eſt Lex iſta, eamque ex parte exhibet Canon. XXIII. Concilii Arelatenſis VI. eodem Anno 813. habiti; ipſam verò ex parte profert Baluzius Tom. I. pag. 504. Scribendum heic *ſub mala occaſione*: & infra: *Ubicumque autem aliter inventum* &c.

(88) Unde hæc fuerit hauſta, nondum deprehendi, neque apud Baluzium invenio. Ita ſcribendum puto *quæ utilitatem publicam non impedit.*

(89) Iſta quoque Lex totidem verbis legitur in laudato nuper Concilio Moguntino Can. VI. Eam refert Baluzius Tom. I. pag. 747. Legitur illic *paterni vel materni juris ad ſe legibus pertinentem, ſi alicubi inventi fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum exheredes fecerunt.*

Digitized by Google

pter (90) traditiones illos exheredes fecerint, aliorum ſcilicet ſuaſionibus, vel petitionibus, vel aliquo ingenio, volumus atque decernimus emendari, quantum ad nos vel ad noſtram pertinet poteſtatem juxtà voluntatem Dei, & noſtram (91) factam ammonitionem & conſiderationem, ut ſi fortè extra officium noſtrum alicubi inventum fuerit, ammonere addimus noſtra clementia, ut emendetur.

CL.

Ut de (92) ea conjunctione qui ſecundùm Canones, aut Edictum eſſe non poſſunt copulati, placuit nobis, ut ſeparentur ab invicem.

CLI.

Ut de (93) eo, qui ſe perjuravit, poſtquam pœnitentiam egerit, inculpabilis eſſe videatur. *II.* 58. 4.

CLII.

Ut qui (94) ſemel perjuratus fuerit, nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramentum accedat, nec in ſua cauſa vel alterius jurator exiſtat. *II.* 50. 4.

CLIII.

Epiſtola (95) *Caroli Magni ad Pipinum ſuum filium Italiæ Regem.*

In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Karolus ſereniſſimus Auguſtus à Deo coronatus, Magnus, Pacificus Imperator, Romanum gubernans Imperium, qui (96) eſt per miſericordiam Dei Rex Francorum, & Langobardorum, dilectiſſimo filio ſuo Pippino glorioſo Regi ſempiternam in Domino ſalutem. Pervênit ad aures clementiæ noſtræ, quòd aliqui Duces, & eorum Juniores, Gaſtaldii, Vicarii, & Centenarii, ſeu reliqui Miniſteriales, Falconarii, Venatores, & ceteri per A ſingula territoria habitantes, ac diſcurrentes, manſionatica (97), & paravereda accipiant non ſolùm de liberis hominibus, ſed etiam de Eccleſiis Dei, Monaſteriorum videlicet virorum, & puellarum, & ſenodochiorum, atque per diverſas Plebes, & ſeu per reliquos ſervientes Eccleſiarum Dei. Inſuper homines, atque ſervientes Eccleſiarum in eorum opera, ideſt in vineis, & campis, ſeu pratis, nec non & in eorum ædificiis illos faciant operari, & carnaticum, & vinum contra omnem juſtitiam ab eis exactare non ceſſent, & multas oppreſſiones patiuntur ipſæ Eccleſiæ Dei, vel ſervientes earum. Ideoque, kariſſime Fili, has literas ad tuam dilectionem direximus, ut hoc B anno cauſam diligenter ac prudenter facias inquirere. Et ſi veritas eſt, quòd ita factum ſit, deinceps omnimodis emendare, & corrigere ſtudeas, quatenus in diebus noſtris, ac tuis pax Eccleſiarum Dei, ſive illarum ſervientium in Domino conſervetur, & ut merces copioſa nobis, ac tibi exinde jugiter accreſcat. Audivimus (98) etiam, quòd quædam Capitula, quæ in Lege ſcribi juſſimus, per aliqua loca aliqui ex noſtris ac veſtris dicunt, quòd (99) nequaquam illa provecta ſint ad noſtram notitiam, nec per noſmetipſos eſſe condita, & ideo nolunt ea obedire, nec conſentire, nec pro Lege tenere. Tu valde noſti, quomodo vel qualiter tecum locuti ſimus de ipſis Capitulis. Et ideo mohemus tuam amabilem dilectionem, ut per univerſum Regnum tibi à C Deo commiſſum ea nota facias, & obedire, & implere præcipias. (100) His expletis bene valeas ſemper in Domino, Kariſſime Fili. *II.* 58. 4

(90) Hoc eſt alienationes ſive diſpoſitiones teſtamentarias, per quas aut alicui, aut Eccleſiæ ſua bona reliquerint.

(91) Hæc proferuntur tamquam ex ore Caroli Auguſti. At in eodem Concilio verba ſunt Patrum ad Imperatorem loquentium. Propterea ibi legitur: *& veſtram ſanctam admonitionem* &c. Et infra *admonere veſtram clementiam audeamus, ut emendetur.*

(92) Hoc eſt, qui conjugia, quæ aut à ſacris Canonibus, aut à Langobardica Lege, *Edicti* D nomine commemoratâ, inierint, ſeparentur. Diligentiùs inquirant alii, an Lex iſta antea fuerit edita: mihi reperire hactenus non licuit.

(93) In Cod Eſten. *Ut de eo qui ſe perjuraverit.* Vide ſupra Cap. CXLV.

(94) Non legitur Lex iſta in Cod. Eſten. Ac proinde antea editam à Goldaſto, poſt reliquas Caroli Magni Leges adjunxi. Videtur autem à præcedenti diſcors: quod tamèn non ita ſe habet: Hæc enim, ut puto, præceſſerit; & quum multi perjuri pœnitentiâ publicâ ſuſceptâ crimen ſuum luiſſent, & de Legis ſeveritate quererentur, viſum eſt Carolo Auguſto iliam temperare, addita Lege, quam proximè attulimus.

(95) Inter editas Langobardicas Leges hæc minimè occurrit. At iis adjungendam monet nos Codex Eſtenſis, unde eam hauſi. Monet & E ipſum argumentum; ſcripta quippe fuit ad Pippinum Italiæ Regem, & pro coërcendis Italicorum Procerum, Miniſtrorumque ac Officialium Regiorum injuſtis exactionibus. Porrò eamdem jam evulgarat Baluzius Tom. I. pag. 461. Capitular. atque ad Annum 807. pertinere is arbitratus eſt.

(96) Scribendum *qui & per miſericordiam* &c. Ita in aliis Caroli M. inſcriptionibus. Baluzius habet *Romanorum gubernans Imperium, ac per* &c. Sed lectio noſtra tutior. Infra idem Baluzius legit. *Pervenit ad aures noſtras.*

(97) Hoc eſt hoſpitium, equos, & vehicula à provincialibus tamquam tributa debita exigunt. Baluziana editio habet: *vel diſcurrentes, manſionaticos, & paravereda accipiant, non ſolùm ſuper liberos homines, ſed etiam in Eccleſias Dei, Monaſteria videlicet* &c. Infra Codex noſter diſſidet à Baluzii editione, in qua, uti neque in Ambroſ. Cod. non repetitur mentio illa de *ſervientibus Eccleſiarum*, ſed continua oratione legitur *& ſuper reliquos ſervientes Eccleſiarum Dei, in eorum opera* &c. Infra idem Cod. Ambroſ. non habet *ut hoc anno*. Infra verò habet: *quatenus* &c. *pax Eccleſiarum* &c. *in omnibus conſervetur.*

(98) Hinc habes, Capitula Salicæ Legi per Carolum addita, quorum primum eſt ſupra Cap. CI. cum ſequentibus uſque ad Cap. CXLIII. invecta fuiſſe per eumdem glorioſſimum Regem in corpus Langobardicarum Legum. Has autem ille deſignat, quum ait: *quæ in Lege ſcribi juſſimus.*

(99) Corrupta hæc ſunt apud Baluzium, qui habet: *quòd nos nequaquam illis hanc cauſam ad notitiam per noſmetipſos conditam habeamus.* Infra idem legit: *Tu autem noſti.* Eamdem redargutionem meretur A. qui cum Baluzii Codice hoc loco conſentit.

(100) Sequuntur alia apud Baluzium, quæ à Codice Eſtenſi abſunt, videlicet, *præcipias de Epiſcopis, & Sacerdotibus occiſis, ſicut ſtatutum habemus, & de reliquis quibuslibet cauſis. Veruntamen de Presbyteris videtur nobis, ut ſi liber natus eſt Presbyter* &c. Hæc autem digito monſtrant, ut nuper diximus, quæ Capitula Legi Salicæ primùm, tum Langobardicæ addita fuerint. Vide ſupra Cap. CI. ubi quum ſingula totidem verbis proſtent, quæ à Baluzio adferuntur, repetere heic ſuperfluum puto.

ADDI-

Digitized by Google

ADDITAMENTA
AD CAPITULARIA
CAROLI MAGNI.

CLIV.

DE (101) cauſis ammonendis, vel Eccleſiis emendandis, & ubi in unum locum plures ſint, quàm neceſſe ſit, ut deſtruantur quæ neceſſariæ non ſunt, & aliæ conſtruantur.

CLV.

Ut (102) quæ bonæ memoriæ Genitor noſter in ſua Placita conſtituit, & ſic nos conſervare volumus.

CLVI.

De (103) rebus verò Eccleſiarum, unde nunc cenſus exeunt, decima & nona ſint ſoluta. Et unde antea non exierunt, ſimiliter nona & decima detur; atque de (104) caſatis L. ſolidus, & de caſatis XXX. medius ſolidus, & de XX. tremiſſe. Et precariæ, ubi modò ſunt, renoventur; & ubi non ſunt, ſcribantur. Et ſit diſtrictio inter precarias de verbo noſtro factas, & inter eas, quæ ſpontaneæ voluntate de ipſis rebus Eccleſiarum fiunt.

CLVII.

Carolus, (105) divino nutu coronatus, Romanum Regens Imperium, ſereniſſimus Auguſtus, omnibus Ducibus, Comitibus, Caſtaldiis, ſeu cunctis Reipublicæ per Provinciam Italiæ à noſtra manſuetudine præpoſitis. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCI. Indictione IX. Anno verò Regni noſtri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. Conſulatus autem noſtri primo, cùm in Italiam propter utilitatem Sanctæ Dei Eccleſiæ, ac Provinciarum diſponendarum (106) veniſſemus, & multæ atque diverſæ per urbes ſingulas ante conſpectum noſtrum quæſtiones tam de Eccleſiaſticis, quàm & publicis, ac privatis rebus diſcuterentur, pleraque ſtatuta recitata ex Romana, ſeu Langobardica Lege competenti ſententia terminata ſunt; quædam verò in noſtri examinis arbitrium ad tempus dilata, quorum judicialis ſententia à Legislatoribus, aut penitùs omiſſa eſt, aut à poſteris oblivioni tradita. Quocirca nos conſiderantes utilitatem noſtram & Populi à Deo nobis conceſſi, ea quæ ab anteceſſoribus noſtris Regibus in Edictis Legis Langobardicæ ab ipſis editæ prætermiſſa ſunt, juxta rerum & temporis conſiderationem addere curavimus, ſoliciti ut neceſſaria, quæ Legi defuerant ſupplerentur, & in rebus dubiis non quorumlibet Judicum arbitrium, ſed noſtræ Regiæ auctoritatis ſententia prævaleret.

CLVIII.

De Laicis (107) noviter converſis, ne antequam ſuam legem pleniter ediſcant vivendo, ad alia negotia mittantur.

CLIX.

De (108) propriis ſervis vel ancillis, ut non ampliùs tondantur, vel velentur, niſi ſecundùm menſuram, ut & ibi ſatisfiat, & Villæ non ſint deſolatæ.

CLX.

De (109) congregationibus ſuperfluis, ut nullatenus fiant, ſed tantos congregent, quantis conſilium dari poteſt.

CLXI.

De (110) pace, ut omnes, qui per aliqua ſcelera rebelles ſunt, conſtringantur.

CLXII.

---

(101) Inter editas Langobardicas ne hæc quidem legitur. Eam mihi miniſtravit antiquiſſimus Cod. Cathedr. Mutinenſis, atque antea ediderat Baluzius Tom. I. pag. 391. in Capitulari III. Anni 803. Apud illum ab his verbis initium ſumit. *De Eccleſiis emendandis, & ubi in uno loco* &c. Vide infra Cap. LXIII. Lotharii I. ubi eadem præcipiuntur.

(102) Abeſt & iſta à Langobardicarum editionibus, ſed legitur in Cod. Cathedr. Mutin. Similem adfert Baluzius Tom. I. pag. 197. ubi poſt *Genitor noſter* additur *Domnus Pippinus Rex in ſuis Placitis* &c.

(103) Hanc etiam fruſtra quæras inter Langobardicas editas. Habet tamen Cod. Cathedr. Mutin. eamque jam evulgarat Baluzius Tom. I. pag. 197.

(104) Erant *caſati* homines ſervilis conditionis, & fortaſſis etiam aliqua libertatis parte donati. Eſt eorum mentio in charta diviſionis Regnorum facta à Carolo Magno. Occurrit & in Chartis Alamannicis. Infra Baluzius legit: *Et ſit diſcretio*. In eodem Cod. Cathedr. Mutin. alibi ipſius Legis pars occurrit, his concepta verbis: *Diſcretio inter precarias de verbo dominico factas* (hoc eſt auctoritate Regia factas) *& inter eas, quas Epiſcopi & Abbatiſſæ eorum arbitrio vel diſpoſitione faciunt. Ut liceat eis, quando quidem eis placuerit, res, quas beneficiarii habuerint, ad partem ipſius Eccleſiæ recipere facere. Et unuſquiſque homo ad cauſa Dei* (fortaſſis *ad Caſam Dei*) *in bonore Deo fideliter & firmiter deſerviat*. Hæc apud Baluzium non occurrunt.

(105) Deſideratur inter Langobardicas Leges editas hæc Epiſtola Caroli M. Eam mihi ſuppeditavit Codex Cathedr. Mutin. jamque evulgaverat Baluzius Tom. I. pag. 345. Non eſt quidem Lex, ſed Præfationis locum implere poteſt ad Leges per Carolum M. additas Langobardicarum corpori.

(106) Baluzius *veniſſem*. In fine idem habet *ſanctio prævaleret*.

(107) Hoc eſt de iis, qui à Seculari ad Monaſticam vitam in Cœnobium quodpiam tranſierunt, ut antequam Regulam Monachorum probè non didicerint, moribuſque ſe didiciſſe oſtenderint, ad negotia extra Monaſterium peragenda non dimittantur. Langobardicis Legibus & hanc addo auctoritate Codicis Cathedralis Mutinenſis.

(108) Ex eodem Codice iſta quoque prodit. Baluzius Tom. I. pag. 423. aliis verbis eam profert, hoc eſt. *De propriis ſervis vel ancillis, ut non ſupra modum in Monaſteria ſumantur, ne deſertentur Villæ*.

(109) Deſcripſi ex eodem Codice MSto. Puto autem heic agi de Congregationibus Religioſorum hominum, quas nonnulli immodico zelo multiplicabant ubique; Baluzius Tom. I. pag. 423. legit: *ſed tantos congreget quis, quantis conſilium dare poteſt*.

(110) Ex eodem Codice & iſta hauſta fuit. Baluzius ibidem legit *ei rebelles ſunt*. Illud *ei* ſuperfluere videtur.

Digitized by Google

CLXII.

Ad omnes generaliter.

De hoc (111) si evenerit fames, clades, aut inæqualitas aëris, vel alia qualiscumque tribulatio, non expectetur Edictum nostrum, sed statim deprecetur Dei misericordia. Et in præsenti anno de famis inopia, ut suos quisque adjuvet, pro ut potest, & suam annonam non nimis carè vendat. Et ne forìs Imperium nostrum vendatur aliquid alimoniæ.

CLXIII.

De (112) Negotiatoribus, qui partibus Sclavorum & Avarorum pergunt, quousque procedere cum suis negotiis debeant. Ideſt partibus Saxoniæ, usque ad partem Nuvih, ibi prævideat Ereti; & ad Shcerba, ubi Madelgaudus prævideat. Ad Alugestat, & ad Serpfesur. Item prævideat ad Forah-Heim, & ad Prembert, & ad Ragınsburg, Audulfus. Ad Magadoburg prævideat Atto; ad Lauriacum Werinherus. Et ut arma & brunias non ducantur ad venumdandum. Quòd si inventi fuerint portantes, omnis substantia eorum auferatur ab eis, dimidia quidem pars partibus Palatii, alia verò medietas inter jam dictos Missos & inventorem dividatur.

CLXIV.

Census (113) Regalis, undecunque legitimè exhibeatur, volumus ut inde solvatur, sive de propriæ personæ hominibus, sive de rebus.

CLXV.

De (114) incantationibus, auguriis, vel divinationibus, & de his, qui tempestates, vel aliquam faciunt malitiam, placuit Sancto Nicæno Concilio, ut ubicunque deprehensi fuerint, videat Archipresbyter Diocesis illius ut diligentissimè examinatione constringantur, si fortè confiteantur malorum, quæ gesserunt. Sed tali moderatione fiat eadem districtio, ne vitam perdant, sed eos salvent in carcere adflictos, usque dum Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum. Et ut nullatenus per aliqua præmia à Comitibus vel Centenariis absque districta examinatione remittantur. Et hoc si fecerint, Archipresbyteri, dum hoc cognoverint, nequaquam Episcopis celare audeant, & ab Episcopis, ut dignum est, pro hoc corripiantur.

---

(111) Idem Cod. Cathedr. Mutin. eam suppeditavit. Baluzius Tom. I. pag. 424. hæc ita habet: *De hoc si evenerit fames, clades, aut inæqualitas aeris, ut non* &c.

(112) Habet illam idem Codex MStus. Ediderat jam Goldastus in Capitulari Lotharii subjuncto Legibus Langobardicis. Edidit & Baluzius pag. 425. Tom. I. Capitular. ac nuperrimè Johannes Georgius Eccardus pag. 179. Legis Salicæ. Quàm diversimodè hæc efferantur tum in Codice nostro, tum apud illos, videat qui velit.

(113) Legitur & ista in Cod. Cathedr. Mutin. Baluzius Tom. I. pag. 428. habet *legitimè exiebat*. Et infra *sive de propria persona hominis, sive de rebus*.

(114) Et hanc do ex eodem Codice. Apud Baluzium Tom. I. pag. 428. legitur: *vel alia maleficia faciunt: placuit Sancto Concilio, ut ubicumque*. In Codice nostro memoratur Concilium Nicænum. Et quidem inter Canones Arabicos, eidem Synodo attributos, vetatur familiaritas *cum incantatoribus & divinis*. Sed vereor ut meritò advocetur huc celeberrimum illud Concilium. Et fortasse ne tunc quidem invectum *Archipresbyterorum* nomen. Infra idem Baluzius legit: *sed ut salventur in carcere afflicti*.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITULARE ANNI DCCCVI. SIVE

Charta divisionis Regni Francorum inter Karolum, Pippinum, & Ludovicum filios Karoli Magni Imperatoris.

MONITUM.

AD Capitularia Caroli Magni adjecimus & celebratissimam chartam divisionis Imperii datam ex villa Theodonis, editionis Baluzianæ, quam & in suis annalibus Ecclesiasticis edidit Baronius anno 811. n. XLIV. ad XLVIII. nonnullis in locis parumper à nostra diversam. Plura continet quæ ad Historiam eorum temporum illustrandam optimè conducunt, eidemque à Baluzio aliisque inscribitur annus DCCCVI. neque nostrum est de tempore accuratiùs inquirere. Ea tamen haud prætermittere voluimus, quæ vir doctiss. ad eamdem notavit, ne quid Lectoribus dissimulemus. Scribit ille:

Hanc partitionem regnorum Karoli Imp. dubiæ fidei esse ac meritò numerari posse inter tot singularis otii commenta, quæ sequiora nobis secula ingeniaque pepererunt scribit Petrus Pithœus *in præfatione ad XII. scriptores coætaneos historiæ Francorum, hinc persuasus quòd in chartacto exemplari, Thegani operi recentiore manu subjuncta fuit. Sed ego vetustissimum illius exemplar reperi in Bibliotheca Thuana, licèt non integrum; eademque à* Johanne Nauclero *edita pridem fuerat, &* Aventinus *eam memorat in annalibus Bojorum. Immo Eginhardus disertam illius mentionem facit, seque eam jussu Imperatoris ad Leonem Papam detulisse, ut ejus subscriptione firmaretur. Illi præterea fidem & auctoritatem conciliat charta divisionis Imperii facta à Ludovico Pio anno DCCCXXXVII. cujus omnia ferme capita descripta sunt ad verbum ex illa Karoli; & tamen ista falsi accusata non fuit à Pithœo, qui primus eam vulgavit in eodem volumine scriptorum coætaneorum. Denique hujus divisionis à Karolo factæ clara & manifesta mentio est in capite tertio Capitulorum apud Niumaga statim post Imperii divisionem editorum.*

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Imperator Cæsar Karolus Rex Francorum invictissimus, & Romani Rector Imperii, pius, felix, ac triumphator semper Augustus, omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & cuncto populo Catholico præsenti & futuro gentium, ac nationum, quæ sub ejus Imperio, & regimine constitutæ sunt. Sicut omnibus vobis notum esse, & neminem vestrûm latêre credimus quomodo nos divina clementia, cujus nutu ad occasum tendentia secula per successiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miserationis ac benedictionis suæ ditavit munere, quia per eos, secundùm vota nostra, & spem nostram de Regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxiæ posteritatis leviorem fecit, ita & hoc vobis notum fieri volumus quòd eosdem per Dei gratiam filios nostros Regni à Deo nobis concessi, donec in corpore sumus, & post nostrum ab hac mortalitate discessum; hujus à Deo conservandi Regni, vel Imperii nostri hæredes relinquere, si sic divina majestas annuerit, optamus; non ut confusè atque inordinatè, aut sub totius Regni dominatione jurgii controversiam eis relinquamus, sed trina partitione totum Regni corpus dividentes, quam quisque illorum tueri vel regere debeat portionem, distribuere, & designare volumus, eo videlicet modo, ut sua quisque portione contentus, juxta ordinationem nostram, & fines Regni sui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio, nitatur defendere, & pacem atque caritatem cum fratre custodire.

CAP. I.

DIvisiones verò à Deo conservati, atque conservandi Imperii, vel Regni nostri tales facere placuit, ut Aquitaniam totam & Wasconiam, excepto pago Turonico, & quicquid inde ad Occidentem, atque Hispaniam respicit, & de civitate Nivernis, quæ est sita super fluvium Ligerem, cum ipso pago Nivernense, pagum Avalensem, atque Alsensem, Cabilionensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam, Tarentasiam, montem Cinisium, vallem Segusianam usque ad Clusas, & inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, hos pagos cum suis civitatibus, & quicquid ab eis contra meridiem, & Occidentem usque ad mare, vel usque ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundiæ, & Provinciam, ac Septimaniam, vel Gothiam Ludovico dilecto filio nostro consignavimus.

II.

Italiam verò, quæ & Langobardia dicitur, & Bajovariam, sicut Tassilo tenuit, excepto duabus villis, quarum nomina sunt Ingoldestat, & Lutrahahof, quas nos quondam Tassiloni beneficiavimus, & pertinent ad pagum, qui dicitur Northgouve, & de Alamania partem, quæ in australi ripa Danubii fluminis est, & de ipso flumine Danubii currente limite usque ad Rhenum fluvium in confinio pagorum Chletgouve, & Hegouve in locum, qui dicitur Enge, & inde per Rhenum fluvium sursum versùs, usque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit, & ad meridiem vel Orien-

Digitized by Google

Orientem respicit, unà cum ducatu Curiensi, & pago Durgouve, Pippino dilecto filio nostro.

III.

Quicquid autem de Regno nostro extra hos terminos fuerit, idest, Franciam & Burgundiam, excepto illa parte, quam Ludovico dedimus, atque Alamaniam, excepto portione quam Pippino adscripsimus, Austriam, Niustriam, Turingiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Bajovariæ, quæ dicitur Northgow, dilecto filio nostro Karolo concessimus; ita ut Karolus & Ludovicus viam habere possint in Italiam ad auxilium ferendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Karolus per vallem Augustanam, quæ ad Regnum ejus pertinet, & Ludovicus per vallem Segusianam, Pippinus verò & exitum, & ingressum per Alpes Noricas, atque Curiam.

IV.

Hæc autem tali ordine disponimus, ut si Karolus, qui major natu est, priusquam ceteri fratres sui diem obierit, pars Regni, quam habeat, dividatur inter Pippinum, & Ludovicum, sicut quondam divisum est inter nos & fratrem nostrum Karlomannum, eo modo ut Pippinus illam portionem habeat, quam frater noster Karlomannus habuit, Ludovicus verò illam partem accipiat, quam nos in illa portione suscepimus. Si verò Karolo, & Ludovico viventibus, Pippinus debitum humanæ sortis compleverit, Karolus & Ludovicus dividant inter se Regnum, quod ille habuit, & hæc divisio tali modo fiat ut ab ingressu Italiæ per Augustam civitatem accipiat Karolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente usque ad fines Regensium, & ipsam Regiam, & civitatem novam, atque Mutinam usque ad terminos Sancti Petri. Has civitates cum suburbanis, & territoriis suis, atque comitatibus, quæ ad ipsas pertinent, & quicquid inde Romam pergenti ad lævam respicit, de Regno quod Pippinus habuit unà cum ducatu Spoletano hanc portionem, sicut prædiximus, accipiat Karolus. Quicquid autem à prædictis civitatibus vel comitatibus Romam eunti ad dextram jacet, de prædicto Regno, idest, portionem quæ remansit de regione Transpadana, unà cum ducatu Tuscano usque ad mare australe, & usque ad Provinciam, Ludovicus ad augmentum sui Regni sortiatur. Quòd si ceteris superstitibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ, quam Regno ejus adjunximus, cum Provincia & Septimania, sive Gothia usque ad Hispaniam, Pippinus accipiat, Karolus verò Aquitaniam, atque Wasconiam.

V.

Quòd si talis filius cuilibet istorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit ut patri suo succedat in Regni hæreditate, volumus ut hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in portione Regni, quam pater ejus frater eorum habuit.

VI.

Post hanc nostræ auctoritatis dispositionem placuit inter prædictos filios nostros statuere, atque præcipere, propter pacem, quam inter eos permanere perpetuò desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos, vel Regni limites invadere præsumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum Regnum ejus, vel marcas minuendas; sed adjuvet unusquisque illorum fratrem suum, & auxilium illi ferat contra inimicos ejus juxta rationem, & possibilitatem, sive infra patriam, sive contra exteras nationes.

VII.

Neque aliquis illorum hominem fratris sui pro quibuslibet causis, sive culpis ad se confugientem suscipiat, nec intercessionem quidem pro eo faciat. Quia volumus ut quilibet homo peccans, & intercessione indigens, intra Regnum domini sui vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde justam intercessionem mereatur.

VIII.

Similiter præcipimus ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem ejus dimiserit, & de uno Regno in aliud profectus fuerit, neque ipse Rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat ut talem hominem recipiant, vel injustè retinere præsumant. Hoc non solùm de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus observandum, ut nulla discordiis relinquatur occasio.

IX.

Quapropter præcipiendum nobis videtur, ut post nostrum ab hac mortalitate discessum homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia unusquisque in Regno domini sui, & non in alterius, ne fortè per hoc, si aliter fuerit, scandalum aliquod accidere possit. Hæreditatem autem suam habeat unusquisque illorum hominum absque contradictione, in quocunque Regno hoc eum legitimè habere contigerit.

X.

Et unusquisque liber homo, post mortem domini sui, licentiam habeat se commendandi inter hæc tria Regna ad quemcunque voluerit. Similiter & ille qui nondum alicui commendatus est.

XI.

De traditionibus autem atque venditionibus, quæ inter partes fieri solent, præcipimus ut nullus ex his tribus fratribus suscipiat de Regno alterius à quolibet homine traditionem, seu venditionem rerum immobilium, hoc est, terrarum, vinearum, atque silvarum, servorumque, qui jam casati sunt, sive ceterarum rerum, quæ hæreditatis nomine censentur; excepto auro, argento, & gemmis, armis, ac vestibus, necnon & mancipiis non casatis, & his speciebus, quæ propriè ad negotiatores pertinere noscuntur. Ceteris verò liberis hominibus hoc minimè interdicendum judicavimus.

XII.

Si quæ autem fœminæ, sicut fieri solet, inter partes & regna fuerint ad conjugium postulatæ, non denegentur justè poscentibus, sed liceat eas vicissim dare & accipere, & adfinitatibus populos inter se sociari. Ipsæ verò fœminæ potestatem habeant rerum suarum in Regno unde exierant, quamquam in alio propter mariti societatem habitare debeant.

XIII.

De obsidibus autem, qui propter credentias dati sunt, & à nobis per diversa loca ad custodiendum destinati sunt, volumus ut ille Rex in cujus Regno sunt, absque voluntate fratris sui, de cujus Regno sublati sunt, in patriam eos redire non permittat; sed potiùs in futurum in suscipiendis obsidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, si frater fratrem

hoc

hoc facere rationabiliter postulaverit. Idem jubemus, & de his, qui pro suis facinoribus in exilium missi, vel mittendi sunt.

XIV.

Si causa vel intentio, sive controversia talis inter partes propter terminos, aut confinia Regnorum orta fuerit, quæ hominum testimonio declarari vel definiri non possit, tunc volumus ut ad declarationem rei dubiæ, judicio crucis, Dei voluntas & rerum veritas inquiratur, nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna, vel campus ad examinationem judicetur. Si verò quilibet homo de uno Regno hominem de altero Regno de infidelitate contra fratrem domini sui apud dominum suum accusaverit, mittat eum dominus suus ad fratrem suum, ut ibi comprobet quod de homine illius dixit.

XV.

Super omnia autem jubemus, atque præcipimus ut ipsi tres fratres curam, & defensionem Ecclesiæ Sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Karolo, & beatæ memoriæ genitore nostro Pippino Rege, & à nobis postea suscepta est, ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur, & justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet & ratio postulaverit, habere faciant. Similiter & de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus ut justitiam suam & honorem habeant, & pastores atque rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa loca pia pertinent, in quocunque de his tribus Regnis illarum Ecclesiarum possessiones fuerint.

XVI.

Quòd si de his statutis, atque convenientiis aliquid casu quolibet vel ignorantia, quod non optamus, fuerit irruptum, præcipimus ut quàm citissimè secundùm justitiam emendare studeant, ne fortè propter dilationem majus damnum possit adcrescere.

XVII.

De filiabus autem nostris, sororibus scilicet prædictorum filiorum nostrorum, jubemus ut post nostrum ab hoc corpore discessum licentiam habeat unaquæque eligendi sub cujus fratris tutela, & defensione se conferre velit. Et qualiscunque ex illis monasticam vitam elegerit, liceat ei honorificè vivere sub defensione fratris sui in cujus Regno degere voluerit. Quæ autem justè & rationabiliter à condigno viro ad conjugium quæsita fuerit, & ei conjugalis vita placuerit, non ei denegetur à fratribus suis, si & viri postulantis, & fœminæ consentientis honesta, & rationabilis fuerit voluntas.

XVIII.

De nepotibus verò nostris, scilicet filiis prædictorum filiorum nostrorum, qui ex eis vel jam nati sunt, vel adhuc nascituri sunt; placuit nobis præcipere ut nullus eorum per quaslibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatum sinè justa discussione atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excœcare, aut invitum tondere faciat; sed volumus ut honorati sint apud patres & patruos suos, & obedientes sint cum omni subjectione, quam decet in tali consanguinitate esse.

XIX.

Hoc postremò statuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus & constitutionibus, quæ ad profectum & utilitatem eorum pertinent, his nostris decretis atque præceptis addere voluerimus, sic à prædictis dilectis filiis nostris observetur atque custodiatur sicut ea, quæ in his jam statuta, & descripta sunt custodire, & observare præcipimus.

XX.

Hæc autem omnia ita disposuimus, atque ex ordine firmare decrevimus, ut quandiu divinæ majestati placuerit nos hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super à Deo conservatum Regnum, atque Imperium istud, sicut hactenus fuit, in regimine atque ordinatione, & omni dominatu regali atque imperiali, & ut obedientes habeamus prædictos dilectos filios nostros, atque Deo amabilem populum nostrum cum omni subjectione, quæ patri à filiis, & Imperatori ac Regi à suis populis exhibetur.

PIPPI-

Digitized by Google

PIPPINI ITALIÆ REGIS LEGES.

Pippinus Rex Caroli Magni filius.

IN nomine (1) Domini noſtri Jeſu Chriſti: audite, qualiter placuit mihi Pippino Excellentiſſimo Regi Gentis Langobardorum, cùm adeſſent nobiſcum ſinguli Epiſcopi, Abbates, & Comites, ſeu reliqui Fideles noſtri Franci, & Langobardi.

Decrevit Divus Populo laudante Pipinus.

CAP. I.

UT Eccleſiæ (2) baptiſmales, ſeu Oracula, qui eas à longo tempore reſtaurarint, mox iterum reſtaurent, & tam Curtis Regia, quàm Langobardi tales ibi habeant dominationes, quales illorum à longo tempore fuerit conſuetudo. *III.* 1. 17. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

II.

Ut Pontifex unuſquiſque ordinet & diſponat Eccleſiam ſuam Canonico ordine, & Sacerdotes ſuos, vel Clericos diſtringat Canonico (*) ordine vivere. Et ſi quis Pontifex Clericos ſuos Canonico ordine diſtringere noluerit, anathema (3) ſit. Et ſi illi ad ſecularem pertranſierint habitum, quod Canones Clericos prohibent facere, Comes, qui in loco ordinatus fuerit, diſtringat illos in omnibus ad ſuam partem, ſicut alios exercitales. *III.* 1. 18.

III.

Monaſteria virorum & puellarum tamquam (4) in mundio Palatii eſſe noſcuntur, vel in mundio Epiſcopi ſui, ſeu reliquorum hominum, & diſtringat unuſquiſque, in cujus mundio ſunt, ut regulariter vivant. *III.* 1. 19.

IV.

Similiter in Xenodochiis cujuslibet (5) fratres in omnibus paſcantur juxta poſſibilitatem illorum locorum. *III.* 1. 20.

V.

Ut de reſtauratione Eccleſiæ, vel (6) pontis facienda, aut ſtrata reſtauranda, omnia generaliter faciant homines, ſicut antiqua fuit conſuetudo; & non anteponatur immunitas, nec pro hac re ulla occaſio perveniat. *III.* 1. 21.

VI.

Ut viduæ, & orphani tutores habeant juxta illorum leges, qui illos defendant, & adjuvent, ut per malorum hominum oppreſſionem juſtitias ſuas non perdant. Et ſi (7) actor illorum aliquis eſſe noluerit, Judex provideat Domini timentem juxta hominem, ut lex illorum eſt, qui pro noſtra præceptione illorum cauſam peragere debeant. *II.* 48. 1.

VII.

Ut qui ſe reclamaverit ſuper Pontificem, quòd juſtitiam habeat ad inquirendum, dirigat illum Comes, aut per Miſſum ſuum, aut per Epiſtolam ſuam ad ipſum Pontificem. Et ſi Epiſcopus ipſe Francus, aut Langobardus, diſtulerit ad juſtitiam faciendam, tunc juxta (**) ut ipſi Epiſcopi elegerint, ubi conſuetudo fuerit pignorandi à longo tempore, ut

---

NOTÆ AD LEGES PIPPINI REGIS.

(1) Tale eſt exordium Legum Pippini Regis Italiæ in Codice Eſtenſi. Ubi animadverte heic quoque ſatis prodi, ejuſmodi Leges pro more temporum illorum non fuiſſe promulgatas niſi accedente conſilio & conſenſu Procerum Italicorum in generali totius Regni conventu. In editionibus Boherii, & Lindenbrogii non ſemel inſcriptus legitur in titulis Legum *Imperator Pippinus*. Perperam ſanè; fuit enim is tantummodo Italiæ Rex.

(2) Hoc eſt Parochiales. *Oracula* verò, ſive *Oratoria*, Ædes ſacræ, jure Parochiali carentes, quas plerumque in fundo ſuo Magnates exſtruere conſueverunt. Cod. Eſten. habet: *reſtauraverint, mox iterum reſtaurare debeant.* Infra *& tam Cortis Regia, quàm Langobardus, talem inibi habeant dominationem, qualem* &c. Scilicet Baſilicæ multæ atque Oratoria ita olim ſpectabant ad patronos, ut donare, permutare, alioſque dominationis actus ibi exercere poſſent, ut ex innumeris Chartis patet, quarum aliquando non exiguam ſegetem dabo.

(*) Cod. Eſten. habet *Canonico vivendo ordine*. Infra repetitur *Canonico ordine*: quibus verbis præcipitur, ſiquidem rectè conjicio, cogendos eſſe ab Epiſcopis Sacerdotes & Clericos ad communem vitam ac habitationem: qui laudabilis mos jam in Eccleſiam Dei invectus fuerat, & in dies invaleſcebat. Hinc autem *Canonicorum* Collegia originem cepere.

(3) Non erat Pippini, Principis Secularis, anathematis pœnam indicere: ideoque verba hæc abſona ac tollenda quiſque fateatur. Et revera abſunt ab Editione Baluzii Tom. I. pag. 546. & à Codicibus Eſten. & Ambroſ. ubi legitur: *diſtringere voluerit* (& nequaquam *noluerit*, ut edita habent) *& ſi illi ſecularem* &c.

(4) Rectiùs in Cod. Eſten. & apud Baluzium loco ſupra laudato legitur *tam quæ in mundio* (ſequitur idem Cod. Eſten.) *Palatii eſſe noſcuntur, vel etiam in mundio Epiſcopali, ſeu & de reliquis hominibus eſſe inveniantur, diſtringantur ab eo, in cujus* &c. Heic *diſtringere* eſt *emendare*, continere in diſciplina, & jus ibi poteſtatis exercere ad coërcendos ac puniendos fontes, ut Regulam, quam profitentur, intactam ſervent.

(5) In MStis Eſten. & Ambroſ. atque apud Baluzium legitur *cujuslibet ſint, fratres*, ideſt pauperes, *in omnibus paſcantur*.

(6) Cod. Eſten. *vel pontes faciendo*. Infra *& non anteponatur emunitas*. Hoc eſt, nemo à publico hoc onere immunem ſe putet. *Occaſio*, quæ heic memoratur, infra recurret in Lege XXXVIII. Ludovici Pii. Significat, quod nos generali appellatione dicimus *Aggravio, contribuzione ſtraordinaria, o indebita, mangiamento*, & his ſimilia. Cod. Eſten. habet *occaſio veniat*.

(7) Rectiùs in Cod. Eſten. & apud Baluzium Tom. I. pag. 544. legitur *Et ſi tutor*. Accipe nunc ſequentia ex eodem Codice Eſten. ampliora, quàm apud ipſum Baluzium, quibus etiam emendetur editio Goldaſti: *provideat Deum timentem hominem, juxta ut Lex ipſorum eſt, qui per noſtram præceptionem illorum cauſas peragere debeat. Ita tamen ut legitimus propinquus infantum, qui juſtè tutor ac defenſor eorum eſſe videatur, pro ipſis rationem aliquando compellatur reddere.*

(**) Obſcurus locus, & majoribus tenebris in Eſten. Codice obſitus, ubi legitur: *tunc juxta aut ipſi Epiſcopi elegerint, ubi conſuetudo fuit* &c. Baluzius Tom. I. pag. 548. ita legit: *tunc juxta ut Epiſcopi elegerint ipſi ſibi ubi conſuetudo fuerit* &c. Vide in ſequenti Lege eamdem phraſim *juxta ut eorum fuerit electio*.

Digitized by Google

ut in antea in eo (8) modo ſint pro juſtitia facienda. Et hoc ſtatuimus, ut ubicumque Epiſcopi ſubſtantiam habuerint, Advocatum habeant in ipſo Comitatu, qui abſque tarditate juſtitiam faciat, & ſuſcipiat. Et talis ſit ipſe Advocatus, liber homo, bonæ opinionis, Laicus, (9) aut Clericus, qui ſacramentum pro cauſa Eccleſiæ, quam peregerit, deducere poſſit juxta qualitatem ſubſtantiæ, ſicut Lex eorum habet. *III.* 32. 1.

VIII.

De univerſali quidem Populo, qui ubicumque juſtitiam quæſierit, ſuſcipiat tam à Comitibus ſuis, quàm etiam à Gaſtaldiis, ſeu (10) Sculdaſiis, vel loci Præpoſitis juxta ipſorum legem abſque tarditate. Et ſi Comites Franci diſtulerint ad juſtitiam faciendam, & probatum fuerit, juxta (*) ut eorum fuerit electio, ita pœnæ ſubjaceant, & de illorum honore ita fiat, ſicut eſt conſuetudo Francorum. Et de Langobardis Comitibus, qui (11) ex ipſis neglectum poſuerint ad juſtitiam faciendam, ſicut illorum lex eſt, ita componat. Et ſi forſan attenderit ad gaſindium, vel ad parentem, & legem non judicaverit, & probatum fuerit, guidrigild ſuum componat, & honorem ſuum amittat, ſicut ipſorum lex eſt. Et ſi Gaſtaldius, aut Sculdais, vel loci Præpoſitus de qualibet Judiciaria tam ad ſuos pagenſes, quàm ad alios, qui juſtitiam quæſierint, non fecerit, componat, ſicut lex ipſorum eſt. Et ſi forſitan Francus, aut Langobardus habens beneficium juſtitiam facere noluerit, ille Judex, in cujus miniſterio fuerit, contradicat illi beneficium ſuum, interim (12) dum ipſe, aut Miſſus ejus juſtitiam faciat. *II.* 52. 14.

IX.

Ut Judex unuſquiſque faciat (13) jurare ad Dei judicia per Civitates homines credentes juxta quantos providerit, ſeu foràs per Curtes, vel Vicos vel manent: ut cui ex ipſis hominibus cognitum fuerit, homicidia, furta, adulteria, & de illicitis conjunctionibus, ut nemo eas concelet. Et hoc damus in mandatis, ut ſi quis venerit juſtitiam reclamare ſuper quempiam hominem, dicendo de homicidio, furto, aut præda, & ille, ſuper quem dixerit, denegare voluerit, tunc ille, qui reclamat, ſi potuerit, approbet (14) illum; & ſi forſitan non potuerit approbare, & ipſe, ſuper quem dixerit, negaverit, quòd ipſum malum nec ipſe, nec homines ipſius perpetraſſent, & poſuerit excuſationem, & dixerit; *nomina mihi meos homines, qui tibi iſtud malum fecerint. Ego tibi, & illis juſtitiam faciam.* Et ille incognitus, qui reclamat, nomina illorum hominum neſcit, nec approbare poteſt, & ipſi, qui exinde veritatem ſciunt, denegare voluerint, & ille, qui reclamat, dixerit, quia illi homines veritatem ſciverunt; tunc ipſe Judex, qui in ipſo loco eſt, faciat jurare homines, quilibet fuerint, Franci, aut Langobardi, quos ipſe nominativè dixerit, ut dicant veritatem. Et ſi credentes homines fuerint, in manu Comitis ſui dextras dent. Et ſi latrocinia, vel furta, aut præda inventa fuerint, emendentur ita (15), ut eorum lex eſt, cui ipſum malum perpetratum fuerat. Tamen Judex de loco, unde fuerit, de latronibus & furibus ſtudium ponat, ut iſte poſt, hinc habitans, aut veniens in pace vivere valeat. *II.* 52. 15.

X.

(8) Cod. Eſten. habet *ut antea in eo modo ſit*. Baluzius verò legit *ut in antea in eo modo ſit*. Sequitur Cod. Eſten. *per ipſam juſtitiam faciendam*. Num *faciendum*? Hoc eſt tunc uti antea, ita & in poſterum fiat, & pignora per Comites auferantur, ut juſtitiam unuſquiſque conſequatur. Sequitur idem Cod. Eſten. *Et hoc conſtituimus, ut ubicumque Pontifex ſubſtantiam habuerit, Advocatum habeat in eo Comitatu*. Ergo non unus, ſed plures Advocati Epiſcopis conceſſi ſunt, nempe unus pro ſingulis Comitatibus, ubi agros eorum Eccleſia poſſidebat.

(9) Ita quoque præfert editio Baluziana Tom. I. pag. 548. At mirandum eſt, quei Baluzius vir emunctæ naris minimè animadverterit grave mendum heic latere, quod emendandum ope Codicis Eſten. ubi legitur. *Laicus autem, non Clericus*. Nimirum Clericis forum terere, litibus vacare, jusjurandum interponere, aliaque ejuſmodi agere interdictum erat: Quare iis conceſſum, ut Laicos ſibi Advocatos adſciſcerent, ſive, ut rectiùs loquar, à Rege impetrarent, quorum munus foret, in placitis ac judiciis Eccleſiarum jura & bona, dato etiam jurejurando tueri. Ad hæc pugna interdum offerenda aut ſuſcipienda erat litigantibus: armis etiam quandoque opus fuit ad repellendam vim inlatam prædiis aut Caſtellis Eccleſiarum. Hinc delecti Laici ex neceſſitate, non autem Clerici, ad munus *Advocatiæ*. Multa huc aggerere poſſem, ſed Notarum modus vetat.

(10) Cod. Eſten. *ſeu à Sculdais*. Infra: *Et ſi Comes Franciſcus diſtulerit juſtitiam faciendam*. Apud veteres *Franciſcus* pro *Francus* & *Franciscus* non rarò occurrit. Uſi autem ſunt & primi Italicæ Linguæ Scriptores Tuſci Dantes, Johannes Villanus, Boccacius, & alii, Populum illum *Franceſco* appellantes, qui nunc nobis eſt *Franzeſe*.

(*) Cod. Eſten. *juxta ut eorum fuit electio*. Baluziana editio cum editis conſentit. In ſuperiori autem Lege vidimus *juxta ut ipſi Epiſcopi elegerint*. Mihi ſuſpectæ hæ voces *elegerint*, & *electio*: nam quis ſenſus hoc in loco? Vide num *deliquerint*, & *delictio* (quòd barbarè interdum dictum eſt) heic ſcribendum: an *neglexerint*, & *neglectio*; an potiùs *juxta ut eorum fuerit Lex* (quod in Lege ſequenti occurrit) & pari modo de altero loco.

(11) In Eſten. Cod. *ſi quis ex ipſis neglectam poſuerint*. Infra *ad Gaſindium*, hoc eſt ad familiarem ſive domeſticum ſuum.

(12) Ita hæc exhibet Eſten. Cod. *interim quo ad ipſe juſtitiam faciat, aut Miſſus ejus aliquando*. Tum Gloſſa adnectitur: *Nam hic de beneficio, non de proprietate*: ſcilicet agitur de eo, quod nunc Feudum appellamus, non autem de Allodio.

(13) Cod. Eſten. & Ambroſ. *per Civitatem faciat jurare ad Dei judicia homines credentes*, ideſt fide dignos. Infra in editis à Boherio, & Baluzio, & in Cod. Ambroſ. *vel Vicos, ubi manent*. In MSto noſtro corruptè legitur *ubi manſuros*. Infra idem Cod. *& aliquid de illicitis conjunctionibus, ut nemo ex eis ea concelet. Sed & hoc damus in mandatis, ut ſi quis venerit ad juſtitiam requirendam reclamare ſuper quempiam hominem, dicendo de &c.*

(14) Baluzius pag. 545. & Codex Eſten. *adprobet illud*. Infra idem Cod. *Ego tibi de illis juſtitiam faciam: & ille, qui incognitis reclamat, & nomina de illis hominibus neſcit* &c. Infra *tunc Judex, qui in loco ipſo eſt, faciat jurare homines illos, quilibet ſint*, &c. Infra *ut dicant exinde veritatem*. Infra *dextras dent*; hoc eſt ſua manu contingentes Comitis manum, jurent ſe veritatem edicere.

(15) Cod. Eſten. *juxta ut ejus Lex eſt, cui malum ipſum perpetratum fuerit*. Infra *de latrone, aut furone ſtudium ponat, ut Populus iſte hic habitans, aut veniens, in pace vivere valeat.*

Digitized by Google

X.

De ſervis & ancillis fugacibus unuſquiſque Judex ſtudium ponat ad perquirendum juxta ut Edictum continet. Et hoc damus in mandatis, ut tam in Auſtria, (16) quàm in Neuſtria, quamquam (17) in Emilia, & Tuſcia, & litore (18) maris per omnia loca perquirantur ſupraſcripti fugaces; & apud locum (19) jurent Scultaſii, & Decani, & Saltarii, vel loco poſiti, ut nullus eos celet, ut ubicumque inventi fuerint, unà cum Miſſo Comitis de ipſo loco ad nos perducantur, ita ut jurare valeant, quòd neminem celaſſent. *I.* 26. 81.

XI.

De advenis & peregrinis, qui in Dei ſervitio vel Romam, vel ad alia loca feſtinant ad Sanctorum corpora, ut ſalvi vadant, & revertantur ſub noſtra defenſione. Et qui (20) ex ipſis peregrinis auſus fuerit occidere, LX. ſolid. in noſtro Palatio componat, & inſuper compoſitio ipſa fiat de ipſo homicidio, cui legibus leudum (21) ipſum pertinuit. Et hoc damus in mandatis cunctis Epiſcopis, Abbatibus, ſeu Actionariis noſtris, ut hæc omnis ſupraſcripta juſtitia de præſenti abſque ulla tarditate adimpleta fieri debeat, ut qui in tantos annos juſtitiam habere non potuerit, vel modò per Dei omnipotentis miſericordiam, & præceptum Domini & genitoris Caroli Regis Francorum & Langobardorum, ac Patricii Romanorum, ſimul & per noſtram præceptionem, unuſquiſq; juſtitiam ſuam accipiat. *I.* 10. 6.

XII.

Placuit (22) atque convenit nobis, ut omnes juſtitiæ pleniter factæ eſſe debeant infra Regnum noſtrum abſque ulla dilatione tam de Eccleſiis, de (23) Xenodochiis, ſeu pauperibus, & viduis, & orphanis, atque de reliquis hominibus ſecundùm juſſionem Domini Caroli Regis. *II.* 52. 16.

XIII.

Homo (24) denarialis non ante (25) hereditatem in ſuam agnationem acquirere poterit, neque in tertiam generationem perveniat. Et homo Chartularius ſimiliter. *II.* 34. 11.

XIV.

Inſtituimus, ut ſicut (26) Dominus Carolus Rex commendavit, de illis Monachis, qui de Francia vel de aliis venerint, & eorum Monaſteria dimiſerint, ut præſentialiter in illis partibus revertantur ad Monaſteria, & nemo ex vobis ipſos ſecum detineat. *III.* 1. 22.

XV.

De Presbyteris, qui de (27) aliis locis, vel provinciis veniunt, ut nullus eos debeat recipere ſinè dimiſſoria Epiſcopi, de cujus Parochia eſt. *III.* 1. 23.

XVI.

De Epiſcopis, Abbatibus, & Comitibus, ſeu Vaſſis dominicis, vel reliquis hominibus, qui ad Palatium veniunt, vel inde vadunt, vel ubicumque pergunt per Regnum noſtrum, ut non præſumant ipſi, aut homines illorum alicui homini ſuam (28) cauſam tollere, vel ſuum

(16) Cod. Eſten. *tam in Auſtria*, & *Neuſtria*. Baluzius Tom. I. Capitular. pag. 543. legit *tam in Auſtria*, *quàm in Iſtria*. Sed patenti ſphalmate. *Neuſtria* enim cum *Auſtria* conjungitur in aliis Langobardicis Legibus. *Auſtriæ* autem vocabulo Ducatus Forojulienſis, ſive pars Orientalis Italici Regni deſignabatur: *Neuſtriæ* verò Occidentalis pars, quæ ad montes Galliæ conterminos protenditur.

(17) Cod. Eſten. *quamque in Æmilia*. Hinc notandum ſaltem Æmiliæ partem aliquam Caroli Magni, & Pippini ejus filii ævo in Italico Regno contineri, ut etiam videre eſt ad Leges Lotharii I. Auguſti nunc primùm à me edendas.

(18) Cod. Eſten. *ſeu litore maris*. Hoc eſt per oram Liguſtici maris, quæ à Galliæ finibus protenditur uſque ad fines Tuſciæ, & ferè tota nunc ſubeſt Genuenſis Reipublicæ imperio. *Litus Italicum* appellatur in Conſtitutione Ludovici II. Imperatoris apud Camillum Peregrinium Tom. II. pag. 265. Rer. Italicar. Sigonius noſter hujus vocabuli ſignificationem minimè aſſequutus Lib. IV. de Regno Ital. rem turbavit. Adferens enim hanc eamdem Legem ad Annum 781. per illam decretum eſſe ait, ut *ſervi & ancillæ fugientes per omnia maris litora perquirantur*.

(19) Baluzius legit, *& apud locum conveniant*: idque corruptè; *jurent* enim retinendum. Inde verò Librariis error natus, quòd, ut Codex Eſtenſis prodit, ſcriptum fuerit *& apud locum conjurent Sculdai*, *Decani*, *Saltarii*, *vel Locis poſiti*, *ut nullus eos concelet*, *& ubicumque* &c. Pro *conjurent*, ideſt ſimul jurent, Amanuenſes poſuere *conveniant*.

(20) In Cod. Eſten. *Et ſi quis aliquem*, *præter Langobardum*, *& Romanum liberum*, *ex ipſis* &c. Gloſſam puto, quæ textus locum occuparit. Hoc autem adnotatum, quia longè major pœna indicta fuerat contra homicidas Italicæ gentis. Infra idem Cod. *in ſacro Palatio noſtro componat*.

(21) Hoc eſt, mulcta pecuniaria debita conſanguineis, aut mundualdis perſonæ occiſæ. Infra Cod. Eſten. legit *Epiſcopis*, *Abbatibus*, *Comitibus*, *ſeu Actionariis noſtris*, hoc eſt, qui negotia noſtra agunt. Nunc *Agenti* appellantur id genus homines. Infra idem Cod. *& per præceptionem Domni*, *& Genitoris mei Caroli Regis Francorum*, *& Langobardorum*, *ac Patricii Romanorum*. Ergo ante Annum 800. promulgata fuit Lex iſta, nimirum antea quàm glorioſiſſimus ille Rex Romanorum Imperator renunciatus fuerit. Baluzius legit *Genitoris noſtri*, & quidem rectiùs.

(22) In Cod. Cathedr. Mutin. hic titulus præfigitur: *Incipit Capitulare*, *quod Pippinus Rex inſtituit cum ſuis Judicibus in Papia*. *Placuit nobis* &c.

(23) Cod. Eſten. *quàmque de Xenodochiis*. Cod. Cathedr. Mutin. *quamque de Exenodochiis*. Infra idem Cod. Cathedr. *Domni noſtri Caroli Regis*. Codex autem Eſten. habet: *ut Domnus Karolus præcepit*. Hæc etiam dignoſcuntur conſtituta ante Annum Chriſti DCCC.

(24) Ita quoque Codices Mutinenſ. & Baluzius. In editione Boheriana legitur *Homo donarialis*, nempe, ut ibi explicatur, *qui factus eſt liber per manum Regis cum donario*. At in hac etiam Gloſſa legerem *cum denario*, & retinenda eſt prima lectio: is enim *denarialis homo* dicebatur, qui manumiſſus erat à Rege, aut à Magnate aliquo, jactato de manu ejus *denario*. Vide Marculfum in Formulis, & Du Cangium in Gloſſar. Latin. ubi *Manumiſſio per denarium*.

(25) Cod. Eſten. *non antea bæreditare ſuam agnationem poterit*, *quàm uſque in* &c. Baluzius verò Tom. I. pag. 541. *non ante bæreditare in ſua agnatione poterit*, *quouſque* &c. Appellatur infra *Homo Chartularius*, qui per chartam libertatis manumiſſus fuerat: quæ alia fuit manumiſſionis forma.

(26) Cod. Cathedr. Mutiñ. *ſicut Domnus Rex Carolus demandavit*. Baluzius *ſicut Domnus noſter Rex Karolus*. Infra Cod. Eſten. *vel aliis locis venerant*. Baluzius habet *vel aliunde venerunt*. Infra Cod. Cathedr. *ut in præſenti illis partibus* &c.

(27) Cod. Eſten. *qui de aliis Provinciis venerunt*. Cod. Cathedr. Mutin. *qui de alia Provincia veniunt*. Ita quoque Baluzius Tom. I. pag. 535. qui infra legit *ſine dimiſſoria Epiſcopi ſui*, & nihil aliud habet.

(28) Ita quoque in MStis Mutinenſ. Vide ſequentem Adnotationem. Sequitur Cod. Cathedr. Mutin. *nec ſua laborata*, *in tantum ſi non comparaverint*. Baluzius quoque legit *non comparaverint*; atque ita ſcribendum. Infra Codic. Mutinenſes ambo: *aut ipſe homo per ſuam ſpontaneam voluntatem eis* &c.

Digitized by Google

ſuum laboratum, in tantum ſi non comparaverit, aut ipſe homo, qui ſua ſpontanea voluntate eis non dederit, & quando hybernum tempus fuerit, nullus audeat manſionem vetare ad ipſos iterantes, in tantum quòd ipſi iterantes injuſtè nullas (29) cauſas tollant. Et ſi aliquis hoc præſumſerit facere, tam Seniores, quàm (30) Vaſſalli noſtri, & ipſe homo ibidem ad eos proclamaverit, tunc volumus, ut præſentialiter ipſe, qui hoc fecerit, hoc, quod ad ipſum hominem tulerit, ſecundùm ſuam legem emendet. Et ſi evenerit, quòd ei ipſa cauſa ibidem ſecundùm legem præſentialiter emendata non fuerit, & ad Palatium exinde proclamatio evenerit, tunc volumus, ut ipſe, qui hoc malum fecerit, contra ipſum hominem, qui proclamaverit, ſecundùm ſuam legem emendet, & inſuper ad Palatium noſtrum componat, ex eo quòd bannum noſtrum frangere auſus fuerit. *III.* 4. 5.

XVII.

Stetit nobis de (31) omnibus libellariis, ut nullus Comes, nec Juniores eorum, ampliùs (32) diſtringant, nec inquietent, niſi ſicut à longo tempore fuit conſuetudo. *III.* 5. 2.

XVIII.

Placuit nobis de Eccleſiis baptiſmalibus, ut in omnibus ita debeant eſſe ordinatæ, & conſervatæ, ut (33) Dominus Carolus Rex commendavit, & in ſuo Capitulari continetur. *III.* 1. 24.

XIX.

Et hoc (34) conſtituimus, ut immunitates, quæ ſunt jam ab Edicto paterno confirmatæ, ut in omnibus conſervatæ debeant permanere, ſicut juſſio Domini Caroli Regis eſt. *III.* 1. 25.

XX.

Conſideravimus, ut viæ, portus, & pontes infra Regnum noſtrum in omnibus pleniter emendari (35) debeant per illa loca, ubi jam antea fuit conſuetudo. Nam per alia loca ſuper ipſa flumina nullatenus pontes eſſe debeant. *III.* 1. 26.

XXI.

Stet (36) nobis, ut Miſſos noſtros unum Monachum, & alium Capellanum direxiſſemus infra Regnum noſtrum providendo & inquirendo per Monaſteria virorum ac puellarum, quæ ſub Sancta Regula vivere debent, quomodo eſt eorum habitatio, aut qualiter eſt vita eorum, aut converſatio eorum, & quomodo quodque Monaſterium debeat habere, unde vivere poſſit. *III.* 1. 27.

XXII.

Placuit nobis, ut nullus Comes, nec eorum Juniores, nullatenus præſumat alicui homini ſua teſtimonia tollere, aut (37) extrahere, ſed permittat ei habere ſua teſtimonia, qui conquirere, aut rogare potuerit. Et ſi aliquis contra hoc facere præſumſerit, noſtra eſt voluntas, ut ipſe veniat ad noſtram præſentiam, & ibidem inde accipiat talem ſententiam, quomodo noſtra voluntas fuerit ad judicandum. *II.* 51. 9.

XXIII.

Stetit nobis de illis hominibus liberis Langobardis, ut licentiam habeant ſe (38) commodandi ubi voluerint, ſicut antea in tempore Langobardorum conſuetudo fuit, in tantum ut ſuo Comiti faciant rationabiliter quod debent. *III.* 9. 1.

XXIV.

Ut nullus alteri præſumat res ſuas, aut alie-

(29) In Cod. Eſtenſ. *in tantum quòd ipſi injuſtè nullam cauſam tollant*. In Cod. quoque Cathedr. Mutin. conſtanter occurrit *cauſa*, uti & apud Baluzium. Supra quoque legitur *ſuam cauſam tollere*. Quiſquam verò ſuſpicetur, *caſam* potiùs heic eſſe legendum. Verùm nulla correctione eſt opus. Siquidem veteres inferioris ævi *cauſas* dixerunt pro *rebus*: unde Italica vox *Coſa*. Menagius in Origin. Italic. dimiſſis Scriptoribus Seculorum rudium, laudat antiquos Latinos, quaſi & ipſi *cauſam* pro *re* dixerint. An meritò, ipſe viderit.

(30) In utroque Cod. Mutin. *quamque & Vaſſalli, & ipſe* &c. Reſpondet vox *Vaſſalli Senioribus*, quo nomine ſignificabantur Domini recti alicujus rei in beneficium conceſſæ: unde nata Italica vox *Signore*, à Francis quoque & Hiſpanis uſurpata. Infra *quod ad ipſum hominem tulerit*. Ita & in MStis Mutinenſ. Phraſis Italica, *che avrà tolto a quell' uomo*. Infra Cod. Eſtenſ. *ei ſecundùm legem emendet*. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *pervenerit proclamatio*. In fine uterque Cod. Mutinenſ. *ad Palatium bannum noſtrum componat, pro eo quod ſuper noſtrum bannum hoc facere auſus fuerit*.

(31) Cod. Eſtenſ. & Baluziana editio *de hominibus Libellariis*. Infra *eos ampliùs non diſtringant*. Ergo & *junioribus* heic nominatis aliqua juriſdictio fuiſſe videtur, atque adeò cenſendi ii fuiſſe Miniſteriales, ſeu Judices ſub ipſo Comite poſiti. Attamen ſuſpicari jure quis poſſit, *diſtringere* heic tantummodo ſumi pro *angariare*, ſive injuſtis oneribus gravare. Vide ſupra Cap. CXXI. Caroli M.

(32) In Cod. Eſten. *eos ampliùs diſtringat*. Apud Baluzium *non diſtringant*. Infra idem Cod. *niſi ſicut in tempore Langobardorum fuit conſuetudo*. Cod. Cathedr. Mutin. eadem habet. Ambroſ. autem *niſi ſicut à tempore* &c.

(33) Cod. Eſten. *quomodo Domnus Karolus*. Codex verò Cathedr. Mutin. *quomodo Domnus Rex Carolus demandavit*.

(34) Ita hæc in Cod. Eſten. *Et hoc inſtituimus, ut emunitates, quæ ſunt à jam dicto noſtro Patre firmatæ, in omnibus* &c. Cod. verò Cathedr. Mutin. *ut emonitates à jam dicto Domno noſtro firmæ, & in omnibus* &c. Infra Cod. Eſten. *ſicut eſt juſſio ipſius Domni Karoli Regis*.

(35) Cod. Eſtenſ. *emendatæ eſſe debeant*. Codex verò Cathedr. Mutin. *ut vias, portas, vel pontes* &c. *emendatas eſſe debeant*. Baluzius pag. 537. Tom. I. ita legit, niſi quòd *porturas* pro *portas* habet. *Portura* autem ſecunda vocali brevi, ſeu ut ſcribere ſolebant, *Portora*, idem eſt ac *portus*, ſive publicæ naves inſtitutæ ad tranſvehendos viatores ultra flumina. Vide infra Legem XLI. ipſius Pippini. Infra Cod. Eſten. *nullatenus portus eſſe debeant*: pro quo editio Baluziana *porturas*, & Cod. Cathedr. Mutin. *portas*, corruptè pro *porturas*.

(36) Error Typographi. *Stetit nobis* præferunt & MSti, & editi Libri. Infra Cod. Cathedr. Mutin. *direximus infra Regnum noſtrum providendum, vel inquirendum*. Codex Eſtenſ. *pro videndo, & inquirendo*. Infra Cod. Cathedr. *aut qualis eſt vita, vel converſatio illorum* (ſequitur Cod. Eſt.) *& quomodo unumquodque Monaſterium de rebus habere videtur, unde vivere poſſint*. Ita quoque Cod. Cathedr.

(37) In utroque Cod. Mutin. *aut abſtrahere, qui ea poteſt conquirere, atque rogare*.

(38) Codices Mutinenſ. & Baluziana editio: *ſe commendandi* (ſequitur Cod. Cathedr. Mutin.) *ubi voluerint, ſi commendatus non eſt, ſicut & tempore Langobardorum fecerunt*. Infra Cod. Eſten. *faciant rationabilia, quæ debent*. Se alicui *commendare* erat beneficium, hoc eſt Feudum, ab aliquo recipere, & concedenti tamquam Seniori ſacramentum fidelitatis præſtare. Hoc tamen permittitur, intactis juribus Comitis, & dummodo à publicis oneribus nemo ſe propterea immunem reputet.

Digitized by Google

alienam (39) casam sinè judicio legali tollere, aut invadere. Et qui hoc facere præsumserit, ad partem nostram exinde bannum componat. *I.* 28. 10.

XXV.

Ut quicumque Xenodochia habent, si ita pauperes pascere voluerint, & consilium facere, quomodo ab antea (40) fuerint, habeant ipsa Xenodochia, & regant ordinabiliter. Et si hoc facere noluerint, ipsa dimittant, & per talem hominem in antea sint gubernata cum consilio Episcopi, qualiter Deo, & nobis exinde placet. *III.* 1. 28.

XXVI.

De Ecclesiis baptismalibus, ut nullatenus Laici homines eas tenere debeant, sed per Sacerdotes fiant, (41) sicut ordo est, gubernatæ. Neque illi pagenses negligentiam habeant de hoc, quod ibidem facere debent. Et illi Sacerdotes eas sic regant, quomodo ordo canonicus exposcit. *III.* 1. 29.

XXVII.

De Advocatis (*) Sacerdotum volumus, ut pro Ecclesiastico honore, & pro illorum reverentia Advocatos habeant. *II.* 47. 3.

XXVIII.

De diversis generationibus hominum, quæ in Italia commanent, volumus, ut ubicumque culpa contigerit, unde fayda crescere poterit, pro satisfactione hominis illius, contra quem (**) culpaverit, secundùm legem ipsius, cui negligentiam commiserit, emendet. *II.* 56. 2.

XXIX.

De statu verò ingenuitatis, aut aliis querelis, unusquisque homo secundùm suam legem se ipsum (42) defendat. *II.* 56. 2.

XXX.

De compositionibus, quæ ad Palatium nostrum pertinent, si (43) Comes ipsas causas commoverit ad requirendum, ille tertiam partem ad ejus recipiat opus; duas verò ad Palatium. Et si per ejus negligentiam remanserit, & Missus Dominicus ipsas causas requirat, tunc volumus, ut ille Comes illam tertiam partem non habeat, sed cum integritate ad Palatium perveniat. *I.* 2. 10.

XXXI.

De Monasteriis, & Xenodochiis, quæ per diversos (44) Comitatus esse videntur, & Regalia sunt, ut quicumque ea habere voluerint, per beneficium Domini Regis habeant. *III.* 1. 30.

XXXII.

De rebus (45) forfactis, quæ per diversos Comitatus sunt, volumus, ut ad Palatium pertineant, transacto anno, & die. *III.* 33. 1.

XXXIII.

Si cujuscumque (***) res in eleemosyna datæ sunt, & ipse homo mortuus fuerit, antequam eas dispensset; tunc Dominicus Missus una cum Episcopo Parochiæ ipsius consideret, qualiter pro mercede Domini Regis ipsa eleemosyna fiat facta, & infra XXX. noctes adimpleta esse debeat. *II.* 18. 6.

XXXIV.

De filia, cujus pater per manum (46) erogatoris omnes servos suos jussit fieri liberos, & quia contra legem esse videtur, instituimus, ut in tertiam portionem de præfatis rebus iterum introire possit *II.* 20. 5.

XXXV.

Placuit nobis inferere, ubi lex (****) deest, præcellat consuetudo, & nulla consuetudo superponatur legi. *II.* 41. 6.

XXXVI.

(39) Cod. Estens. & Baluzius pag. 543. habent *aut alias causas*: quod idem est, ac *res*, ut supra monui num. 29. & ad Legem IX. Rachisii. Heic tamen *res* bona immobilia significare videtur. In fine idem Cod. *bannum nostrum componat*.

(40) Cod. Esten. & Baluzius pag. 537. *quomodo ab antea fuit*. Infra *cum consilio Episcopi* non legitur in editione Baluzii Tom. I. pag. 537. Cod. Esten. habet *cum consilio Episcopi proprii, qualiter eo & nobis exinde placeat*. Atque hæc eadem Lex in Codice Cath. Mutin. occurrit, Carolo Magno attributa, iisque concepta verbis, quibus legitur apud eumdem Baluzium pag. 257. Tom. I. nisi quòd in eodem Codice non legitur *cum consilio Episcopi*,

(41) Ita quoque in Cod. Esten. Baluzius pag. 538. legit *fiant ordinatæ, & gubernatæ. Et neque pagenses* &c. Codex verò Estens. *Neque illic pagenses*. Sequitur in Cod. Ambros. *licentiam habeant de hoc, quod ibidem facere debent, se subtrahere. Et illi &c.* Rursus autem Lex ista Carolum Magnum Auctorem habet in Cod. Cath. Mutin. ac iis verbis effertur, quibus apud eumdem Baluzium Tom. I. pag. 258. nisi quòd idem Cod. habet *sed per Sacerdotem hominem*.

(*) Et ista ad Carolum Magnum spectat in Cod. Cath. Mutin. Sunt autem plures Leges, quæ Sacerdotibus *Advocatorum* usum concedunt, ut a secularis Curiæ strepitu abessent, ac jusjurandum præbere, aut pugnam suscipere non cogerentur. Vide supra Legem VII.

(**) Cod. Esten. *contra quem culpaverint* &c. *cui negligentiam ipsius commiserint, emendent*.

(42) In Cod. Esten. subjungitur Glossa: *Hac sententia sentitur, quod actio debet esse secundum Legem appellati*. Hæc etiam, uti & superior in Cod. Cath. Mutin. Carolo Magno tribuitur.

(43) Cod. Esten. *si Comites ipsas causas commoverint ad requirendum, illi tertiam partem ad eorum percipiant opus*. Ita quoque apud Baluzium pag. 538. nisi quòd ille habet *Comes commoverit*, cum sequentibus minimè concordans. Infra idem Cod. *& Missus dominicus ipsas causas cœpit requirere, tunc* &c. Ita quoque in Cod. Cath. Mutin. ubi hæc non Pippinum, sed Carolum Magnum auctorem habet.

(44) Non aliter Cod. Estens. Fuerit Typographi sphalma apud Baluzium Tom. I. pag. 538. *per diversos Comites*. Ista quoque Lex Carolo Magno tribuitur in Cod. Cath. Mutin.

(45) Idest, ut explicat Boherius in nota marginali editionis suæ, *de rebus in bannum missis*. Ordericus Vitalis Lib. 13. Eccles. Histor. pag. 901. *Henricus Angliæ Rex omnes forisfacturas reis indulsit*. Eodem fermè sensu hæc vox adhibita videtur. Baluzius & heic legit *per diversos Comites*: sed retinendum *Comitatus*. In Cod. Cath. Mutin. ubi hæc manasse dicitur à Carolo Magno scriptum est *per diversos Comitatus*, uti & supra. In Esten. Codice, & Ambros. non legitur *transacto anno & die*, uti neque in Cod. Cath.

(***) In Cod. Cath. Mutin. hæc Lex ad Carolum Magnum refertur, ibique incipit: *Si cui res*. Infra *Tunc Missus dominicus, una cum Episcopo Parrochiæ illas conrodet, qualiter in Domni Regis mercedem &c.*

(46) Hoc est executoris testamentarii, sive eleemosynarii, cujus est legata in pias causas implere. Infra Codex Esten. & Ambros. habent: *jussit fieri liberos*. Et infra, *ut ipsa filia in tertiam portionem de præfatis rebus* &c. Baluzius autem pag. 539. pro his postremis verbis legit *de facto servi*.

(****) Ita quoque in Cod. Esten. At in Cod. Cath. Mutin. ubi hæc una cum antecedenti, & cum VI. subsequentibus Carolo Magno tribuitur, ista habentur: *ubicumque lex erit, præcellere consuetudinem*, hoc est præferendam legem consuetudini: in quam sententiam sequentia quoque conveniunt.

Digitized by Google

XXXVI.

Placuit nobis etiam, ut ſicut (47) quæque femina poteſtatem habeat cum licentia viri ſui res ſuas vendere, ita habeat poteſtatem donare. *II.* 10. 3.

XXXVII.

De mancipiis Palatii noſtri, & Eccleſiarum noſtrarum nolumus (48) mundium recipere, ſed noſtra mancipia habere. *II.* 12. 12.

XXXVIII.

Placuit nobis, ut (49) illos liberos homines Comites noſtri ad eorum opus in ſervitio non opprimant. Et quicumque hoc fecerit, ſecundùm judicium, quod habemus ſtatutum, emendet. *III.* 12. 2.

XXXIX.

Non eſt noſtra voluntas, ut homines Placentini per eorum præceptum de Curte Palatii noſtri (50) aldiones recipiant. *III.* 34. 1.

XL.

De (51) fugacibus, qui in partibus Beneventi, & Spoleti, ſive Romaniæ, vel Pentapoli confugium faciunt, ut reddantur, & ſint reverſi ad propria loca. *I.* 26. 82.

XLI.

Sicut conſuetudo fuit ſigillos (52) & epiſtolas comprehendere, & viam vel portus cuſtodire, ita nunc ſit factum. *III.* 5. 3.

XLII.

Ut (53) nullus ad mallum, vel ad placitum infra patriam arma, ideſt ſcutum & lanceam portet. *II.* 46. 1.

XLIII.

Qui (54) poſt miſſam Sancti Johannis Baptiſtæ latroni manſionem dederit, ſi Francus eſt, cum XII. ſimiliter Francis juret, quòd latronem eum fuiſſe neſciret, licèt pater ejus ſit, aut frater, aut propinquus. (55) Et ſi hoc ju-

(47) In utroque Cod. Mutin. hæc ita efferuntur: *ut quacumque fœmina Langobarda poteſtatem habet per commeatum viri ſui vendere, habeat potes, & donare.* Vocem *commiato* ſervat Italica Lingua à Latinis deſumtam, ſed ſignificatione tantùm facultatis datæ, aut petitæ recedendi ab aliquo munere, aut loco. Heic *licentiam viri ſui ſignificat.*

(48) Cod. Eſten. *mundium non recipere, ſed noſtra mancipia habere volumus.* In Cod. Cathedr. *nolumus mundio recipere, ſed noſtras ipſas mancipias habere.* Supra in Lege CCXVII. Rotharis legitur *pretium pro mundio datum*, hoc eſt pro jure tutelæ, & *mundium reddere.* Heic *mundium* videtur ſignificare *pretium*. Conſule etiam Rotharis Legem CCXXV.

(49) Ita quoque Cod. Eſten. & Baluzius. Placet mihi Boherianæ editionis lectio, *ut ullos liberos.* In ceteris concordat idem MStus Eſten. At Baluzius legit *ad eorum opus ſervire non opprimant. Et quicumque hoc fecerint, ſecundùm judicatum habemus emendare.* At hæc quoque emendatione indigere videntur. Quare audi Codicem Cath. Mutin. *ut illos liberos homines Comites noſtri ad eorum opus ſervile non obprimant. Et quicumque hoc fecerit, ſicut judicatum habemus, emendet.*

(50) Baluzius pag. 539. *illos Aldiones.* Rectiùs in Cod. Eſten. *ullos Aldiones.* Du-Changius in Gloſſario Latino ad vocem *Aldio* adtexit hanc alteram *Illaldiones*, quam in rem adfert *quamdam*, ut ille ait, *Conſtitutionem* Caroli Magni ab Amerbachio editam his verbis: *Non eſt noſtra voluntas* &c. *de Curte Palatii noſtri Illaldiones recipiant.* Deceptus eſt Vir Clariſs. ab Amerbachio. Nihil aliud Lex illa eſt, quam quæ jamdudum edita fuerat, & quam nos iterum evulgamus. Ibique ſcribendum *ullos Aldiones*, aut *illos Aldiones*. In Cod. Cath. Mutin. tribuitur Carolo Magno, & his verbis concepta eſt: *Non eſt noſtra voluntas, ut omnes homines Placentini per eorum præcepta de Curte Palatii noſtri illius Aldiones recipiant.* Porrò animadvertendum præcedere huic Legi alteram, quæ inter Langobardicas non legitur, nempe: *De rebus quæ Hildegardæ Reginæ traditæ fuerunt, volumus ut fiant deſcriptæ breves, & ipſi breves ad nos fiant adducti.* Quum ergo ſubſequatur *illius Aldiones*, Hildegardis Reginæ Aldiones ſignificari videntur.

(51) Cod. Eſten. *De fugitivis, qui in partes Beneventi, Spoleti, ſive terræ Romaniæ, vel Pentapolis* &c. Heic *Romania* non aliud videtur, quàm quæ nunc *Romagna* appellatur. *Sive Romani* habet Cod. Cath. Mutin.

(52) Cod. Eſten. *ſigilla & epiſtolas prehendere*. Cod. Cathedr. Mutin. *ſigillum & epiſtolas prendere, & vias vel portas* &c. At retinenda vox *portus*: quod nomen (uſu adhuc ſervatum apud Lombardos) ſignificabat navigia publico decreto conſtituta certis locis ad flumina, ut viatores in ulteriorem ripam tranſmitterent. Vide ſupra Legem XX. *Portora*, *Rivora*, *Tectora*, & horum ſimilia olim fuere in uſu Linguæ noſtræ. Non aliud heic ſignificatur *ſigillorum* vocabulo, quàm Epiſtolæ ipſæ ſigillo munitæ. Occurrit eadem vox ſub hac notione apud antiquos, ut multis oſtendit Du-Changius in Gloſſario. Heic autem agitur de tabellariis publicis ex una ad alteram civitatem literas deferentibus, quorum uſum Pippinus confirmat, atque reſtaurat. Baluzius legit *prendere, vel porturas cuſtodire. Porturas*, & rectiùs *Portoras*, penultima brevi, pro *portus* dixere veteres. Atque hinc *Portonarius*, ſeu *Portunarius*, de quo ſupra Lex CCLXXI. Rotharis cum duabus ſubſequentibus.

(53) Supra vidimus inter Caroli Magni Leges Cap. XX. *De armis infra patriam non portandis, ideſt ſcutis, & lanceis, & loricis.* Mirum id mihi videbatur: bellicoſo enim Populo, ac inter arma enutrito, moleſtiſſimum id fuiſſet. Nunc ſubit ſuſpicari, aliquid excidiſſe ex textu ejuſdem Carolinæ Legis, ſcilicet *ad mallum*, vel *ad placitum*: neque enim aliud heic præſtat Pippinus, quàm Legem Patris renovare. Quum ergo habebantur *Placita*, ſcilicet judicia ordinaria Comitum, aut *Malli*, ſive ſolemniora judicia Comitum, & Populi, iis intereſſe non licebat cum armis. Æquitati planè ac politico regimini id conſonum, noſtriſque etiam temporibus, quamquam armis mutatis, obſervatum. Ita ergo explicandam quoque puto laudatam Caroli Magni Legem.

(54) Cod. Eſten. & Baluzius pag. 543. habent. *Quicumque poſt Miſſam.* Infra *cum XII. ſimilibus Francis.* Si antiquo ac edito Langobardicarum Legum Commentatori credimus, *tempore iſtius Imperatoris* (ſcilicet Pippini, qui fuit tantummodo Rex) *magna hominum multitudo conveniebat in loco Sancti Johannis, & ibi fuit lecta Lex iſta, ut omnibus innoteſceret.* Hariolatur bonus ille vir. Feſto die Sancti Johannis Baptiſtæ generalia Comitia Regni habere mos fuit Regibus Francis, ut conſtat ex Capitulari Caroli M. apud Baluzium Tom. I. pag. 394. iis verbis: *VIII. Kal. Julias, ideſt Miſſa Sancti Johannis Baptiſtæ, ad Magontiam ſive Cabillonem generale placitum noſtrum habere volumus.* Cod. Cath. Mutin. ibi legit. *ad Moguntus, ſive Caballionem.*

(55) In Cod. Eſten. quædam heic adduntur, quæ ne apud ipſum quidem Baluzium legi, ſcilicet, *aut propinquus. Similiter omnis* homo *purificet ſe ſecundùm ſuam Legem. Si hoc jurare* &c. Infra idem Codex: *latro & infidelis, Francus quidem tantùm, judicetur.* (fortaſſis à Gloſſatore tria hæc verba interjecta ſunt) *quia qui latro eſt, infidelis eſt noſter in Regno noſtro, & Francorum; & qui illum ſuſcipit* &c. Edita pridem fuerat hæc eadem Lex ab ipſo Carolo, ut conſtat ex Collect. Capitular. Lib. 3. Cap. 23. Quum ergo heic dicitur *in Regno noſtro*, innuitur Italicum Regnum, ad quod ipſa Lex fuerat translata.

Digitized by Google

jurare non potuerit, aut ab alio convictus fuerit, quòd latronem in hoſpitio ſuſcepiſſet, quaſi latro & infidelis judicetur, quia qui latro eſt, infidelis eſt in noſtro Regno Francorum, & qui illum ſuſceperit, ſimilis eſt illi. Si autem audivit, quòd latro (56) eſt ipſe tamen neſcit firmiter, aut juret ſolus, quòd numquam audiſſet, nec per veritatem, nec per mendacium eum latronem eſſe, aut ſit paratus, ſi ille poſtea de latrocinio convictus fuerit, ut ſimiliter damnetur. *I.* 26. 83.

Formulæ veteres.

Petre France te appellat Martinus, quòd tu dediſti manſionem ad Marchoardum latronem, qui habebat ſibi furata tanta mobilia, quæ valebant ſolidos C De torto me appellaſti. Si dixerit: ego neſciebam, quòd fuiſſet latro, juret. Petre te appellat Martinus, quòd tu audiviſti, quòd Johannes erat latro. Audivi, & non ſcio firmiter. Petre te appellat Martinus, quòd ipſe appellavit te, quòd tu dediſti manſionem ad Marcum latronem, qui habebat ſibi furata tanta mobilia, quæ valebant ſolidos C. & juraſti, quòd neſciebas, quòd fuiſſet latro. Et ipſe appellavit te, quòd tu habebas auditum, quòd ipſe erat latro. Et dixiſti, quòd audiviſti, & non ſapuiſti firmiter: & fuiſti paratus. Modò habet ipſe latro ſibi emendatum furtum, & habet oculum perditum. Et lex commendat, quòd tu debes ſimilem pœnam ſubſtinere.

XLIV.

Ut nullus comparet caballum, bovem, juvencum, (57) vel aliam rem, niſi illum hominem cognoſcat, qui ei vendiderit, aut de quo pago eſt, vel ubi manet, & quis eſt ejus Senior. *II.* 28. 4.

XLV.

Si quis perjurium (58) fecerit, nullam redemtionem ei facere liceat, niſi manum perdat. Et ſi ille, qui priùs illud ſacramentum jurat, de illo perjurio probatus fuerit, & aliquis de his juratoribus dixerit, quòd neſciens ſe ibidem perjuraſſet, aut hoc apud judicium Dei approbet locum eſſe, aut ſimiliter manum (59) perdat. De cujus cauſa perjurium fecerit, ſicut lex loci illius, ubi perjurium factum eſt, à longo tempore fuerit, de eorum pretio emendare ſtudeat. *II.* 58. 3.

XLVI.

Sicut (60) conſuetudo noſtra eſt, ut Langobardus, aut Romanus, ſi evenerit, quòd cauſam inter ſe habeant, obſervamus, ut Romani ſucceſſores juxta illorum legem habeant. Similiter & omnes ſcriptiones ſecundùm legem ſuam faciant. Et quando jurant, juxta legem ſuam jurent. Et alii (61) ſimiliter. Et quando componunt, juxta legem ipſius, cujus malum fecerint, componant. Et Langobardos illos convenit ſimiliter componere. De ceteris verò cauſis communi Lege vivamus, quam Dominus Carolus excellentiſſimus Rex Francorum, atque Langobardorum in Edictum adjunxit. *II.* 56. 1.

XLVII.

Stetit (62) nobis de illis hominibus, qui hìc infra Italiam eorum Seniores dimittunt, ut nullus eos recipere debeat in Vaſſaticum ſinè commeatu Senioris ſui, antequam ſciat veraciter, pro qua cauſa ipſe ſuum Seniorem dimiſit. Et ille homo, qui eum recipere voluerit, & ipſum ſecum habuerit, debeat eum in noſtra præſentia præſentare, aut ipſe, aut Miſſus ſuus, intra XL. noctes, poſtquam ipſe homo ad eum venerit, ſi nos infra Italiam ſumus. Et ſi nos infra Italiam non fuerimus, tunc poſtquam in Dei nomine nos fuerimus reverſi, ſimiliter intra XL. noctes eum in noſtra præſentia debeat præſentare, ſicut ſupra diximus. Et qui hoc facere contemſerit, & ita non compleverit, exinde bannum noſtrum ad partem noſtram componat.

XLVIII.

Placuit (63) nobis de illis feminis, quarum mariti in Francia eſſe videntur, ut Miſſi noſtri per Regnum noſtrum hoc debeant inquirere, ſi eorum juſtitias ſic pleniter habeant, ſicut fuit juſſio Domni noſtri, aut non. Et ſi ſic habuerit bene. Sin autem, tunc volumus, ut ipſi Miſſi noſtri cum ipſo Comite emendent, in cujus miniſterio ita compleat, ſicut Domnus noſter demandavit.

XLIX.

(56) Cod. Eſten. *quòd latro fuiſſet, & tamen.* Infra *quòd numquam eum audiſſet.* Infra pro *nec per mendacium* idem Cod. habet *nec per mandatum*: hoc eſt, nemo ei per ſuam epiſtolam, aut miſſum ſignificaverat.

(57) Cod. Eſten. & Baluzius habent *jumentum*. In fine *& quis eſt ei Senior.*

(58) Cod. Eſten. rectè ſubdit *ſciens*. Infra *& aliquis de ſuis juratoribus*. Et infra *apud judicium Dei* (hoc eſt pugna, aut experimento crucis, aquæ ferventis, & horum ſimilium, quæ boni illi homines *Judicia Dei* appellabant) *approbet verum eſſe*. Ita quoque in Cod. Ambroſ.

(59) (Sequitur in Cod. Eſten.) *ſicut ille fecit, de cujus cauſa perjurium fecerit. Et ſi purificatus fuerit, quòd neſcienter ſe perjuraſſet, ſicut Lex* &c. Ex his ſupplenda quoque editio Baluziana Tom. I. pag. 546. Infra idem Cod. *de ſuo pretio emendare ſtudeat, ideſt widrigild ſuum componat.*

(60) In editionibus Boherii, Goldaſti, & Baluzii Lex iſta Carolo Magno tribuitur. Codex verò Eſtenſis eam Pippino tribuit, & poſtrema verba omnino adſcribendam perſuadent. Ediderit quidem primùm ipſe Carolus. Certè qualis heic legitur, Pippini Italiæ Regis nomen præferre debet, ut infra monet *Caroli ipſius* mentio. In eodem Codice Eſten. rectiùs procedit: *Sicut conſuetudo noſtra eſt, Romanus, vel Langobardus ſi evenerit, quòd cauſam inter ſe habeant, obſervamus ut Romanus Populus ſucceſſionem eorum juxta ſuam Legem habeat. Similiter & omnes ſcriptiones juxta ſuam* &c. Hoc eſt *chartas* ſuorum contractuum.

(61) In eodem Cod. Eſten. legitur: *Et alii homines ad alios ſimiliter*. Infra *juxta Legem, cui malum fecerint, componat. Et Langobardus illi ſimiliter convenit componere*. In fine *quam Domnus Karolus* &c. *in Edicto adjunxit* Hoc eſt Legi Langobardorum, quæ *Edictum* appellabatur, adjecit.

(62) Inter editas Langobardicas Leges hæc minimè occurrit. Eam exhibet Cod. Cathedr. Mutin. & Baluzius evulgarat Tom. I. pag. 536. Capitular. Nemo autem neget, quin adjungenda ſit Langobardicis: concepta enim fuit pro hominibus infra Italiam Seniores dimittentibus. Hæc ita idem Baluzius legit: *Stetit nobis de illos homines, qui hìc intra Italia* &c. Infra idem habet: *recipere in Vaſſalatico ſine comiato*. Adhuc in uſu eſt apud nos vox *Commiato*, ut ſupra innui ad Legem XLVII. Infra idem Baluzius: *tunc poſtquam inde nos fuerimus*. *Inde* corruptè pro *in Dei nomine*. Infra *& qui ſuper hoc facere contemſerit*.

(63) Deſideratur & iſta in editis Langobardicis; ſed eam complectitur Codex Cathedr. Mutin. & pro Italia promulgatam fuiſſe, textus ipſe evincit. Baluzius, qui ante ediderat Tom. I. pag. 537. legit: *ſicut fuerit juſſio*. Infra: *Et qui ſic habuerit, bene*. Et infra *ut ipſi Miſſi noſtri compleant, ſicut Domnus noſter demandavit.*

Digitized by Google

XLVIIII.

Neque (64) decennii, neque vicennii, aut XXX. annorum præſcriptio religioſis domibus A opponatur; ſed ſola XL. annorum curricula terminentur, non ſolùm in cereris rebus, ſed etiam in legatis, & in hereditatibus.

(64) Ex Codice Ambroſ. addidi Legem hanc, quam Mutinenſes ignorant, & fortaſſe numquam Pippinum Italiæ Regem auctorem habuit. Eamdem exhibet Collectio Benedicti Levitæ Capitular. Lib. V. Cap. 389. paucis tantùm verbis mutatis. Imò ipſam legere eſt apud Julian. Novell 131. Juſtiniani, & apud Gratian. in Decreto XVI. quæſt. V. C. *Neque decennii*.

Nota, Baluzium Tom. I. Capitular. pag. 539. exhibere novem alias Leges Pippino Italiæ Regi adſcriptas, quæ inter Langobardicas editas minimè habentur. Attamen ne ego quidem eas heic adjungendas putavi, tum quòd à Codicibus MStis Mutinenſibus abſunt, tum etiam quòd certum mihi non ſit, an revera ſint eidem Regi Pippino tribuendæ, atque ad Italicum Regnum ſpectent.

LUDO-

Digitized by Google

LUDOVICI PII AUGUSTI LEGES.

LODOICUS REX.

„ *Attulit ista pius Divus nobis Lodoicus.*

Cod. Ambros. loco hujus versus hæc habet rubris characteribus: *In nomine Domini. Lodoicus à Deo coronatus Serenissimus Augustus, omnibus Abbatibus, Ducibus, Comitibus, & cunctis Fidelibus nostris Capitula composuit de causis opportunis. Hæc sunt.*

CAP. I.

SI quis in aliena patria, ubi vel propter beneficium, vel propter aliam quamlibet occasionem conversari solet, de qualibet causa fuerit interpellatus, (1) ibi secundùm suam legem justitiam faciat, & cum (2) talibus, quales in eadem regione vel provincia secum habere potuerit, juratoribus legitimum sacramentum juret, excepto si quis eum de statu (3) suo, vel hereditate, quam ei pater suus moriens dereliquit, appellaverit: (4) de his duobus liceat sacramentum in patria sua, ideſt in legitimo loco, jusjurandum afferre; & is, qui cum eo litigat, sequatur illum in patria sua ad recipiendum illud sacramentum; & ipse priùs in eodem loco, ubi interpellatus est, satisfaciat tam Comiti, & Judicibus, quàm suo adversario, testes producendo, quòd rem, quam quærit, pater suus eidem reliquit. *II.* 41. 7. *secundùm editionem Goldasti.*

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu fecisti injuriam ad Mariam suam mundoaldam. Non tibi respondeo, quia ego sum de Rama. Tu soles heic conversare propter beneficium. Tunc Comes inquirat, si solet conversare. Et si Comes vel noluerit, vel non potuerit inquirere, tunc appellator probet solitum esse eum heic conversare, & respondeat. Petre te appellat Martinus, quòd tu es suus servus, aut tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est per successionem mei patris. Et si me secutus fueris in patriam, ubi natus fui, respondebo tibi, & satisfaciam legaliter. Non debes tu hoc dicere, quia hæc terra non pertinet tibi per successionem habere patris tui. Et ita probet. Si verò probare non potuerit, sequatur illum in patriam suam cum tali securitate per sacramentum, quod ille appellatus producet sibi testes illic, quòd illa terra pertineat rectè sibi ex hereditate patris sui. Si verò probare non potuerit, tunc widrigild manus perjurio tribuat, & revertatur ad priorem locum, ubi appellatio priùs fuit. Similiter sit de statu citra securitatem, & ibi res priùs incœpta, lege finiatur.

II.

Ut omnis solutio atque compositio, quæ in Lege Salica continetur, intra (5) Franciam per XII. denarios solidi componantur, excepto ubi intentio inter Saxones & Frixones orta fuerit, ubi volumus, ut per LX. denariorum quantitatem solidi habeant. Et quæ vel Saxo vel Frixo ad partem Salicam Francis cum eis litigantibus, solvere debent ita, ut supra constitutum est, componatur. *II.* 22. 3.

III.

Si quis cum altero de qualibet causa contentionem habuerit, & testes contra eum per judicium producti fuerint, si illos falsos esse suspicatur, liceat ei alios testes, quos meliores potuerit, contra eos opponere, ut veracium testimonio falsorum testium perversitas superetur. Quòd si ambæ partes testium inter se ita dissenserint, ut nullatenus una pars alteri concedere (6) voluerit, eligantur duo ex ipsis, ideſt ex utraque parte unus, qui cum scutis & fustibus in campo decertent, utra pars, falsitatem vel veritatem suo testimonio consequatur. Et Campio, qui convictus fuerit, propter perjurium, quod ante pugnam commiserit, dextra manus amputetur. Ceteri verò ejusdem partis testes, qui falsi apparuerint,

---

NOTÆ AD LEGES LUDOVICI PII.

(1) Baluzius Tom. I. pag. 790. hæc addit: *verbi gratia de conquisitu suo, vel de mancipiis suis, ibi* &c. Verùm neque Codex Estensis hæc habet, eaque propterea Glossam puto, textui incautè copulatam.

(2) Addit Cod. Esten. *excepto in probanda veritate chartulæ falsæ vocatæ, quales* &c. Liceat & hæc in Glossarum numero computare. Baluzius legit *cum talibus conjuratoribus, quales*. Sed infra habetur in Codice nostro *juratoribus*, adjecto etiam à Glossatore, ut puto, *tamen liberis*.

(3) Baluziana editio addit: *ideſt de libertate sua, vel de hereditate*. Vide infra Cap. XIX. eamdem loquendi formam. Codex verò Esten. *de statu suo, ita ut Actor aut nolit, aut nequeat probare, vel de hereditate* &c. Hæc Glossator quisquam addiderit.

(4) Post hæc in Cod. Esten. sequitur textus cum glossis antiquis confusus. Integrum accipe: *appellaverit, nisi actio fuerit de investitura. De his duobus liceat illi in patria sua, ideſt in legitimo loco, sacramentum jurandum offerre; scilicet si appellator non potuerit probare eum suum servum esse in eadem patria, ubi fit appellatio; & is, qui cum eo litigat, si velit, sequatur illum in patriam suam ad recipiendum ipsum sacramentum. Ipse tamen priùs in eodem loco, ubi* &c. *quamque adversario suo, testes producendo, qui rem, quam ei quærit* &c.

(5) Cod. Esten. *intra Franciam, & ubicumque per XII.* Baluzius Tom. I. pag. 791. legit *inter Francos per duodecim denariorum solidos componatur*. Francos tunc non paucos Italicum Regnum alebat; ac propterea iis quoque ejusmodi Lex indicta. Infra idem Cod. Esten. *orta fuerit, ibi volumus, ut XL. denariorum solidus quantitatem habeat, quem Saxo, aut Frixo ad partem Salicam Franco cum eo litiganti solvere debet. Et ita, sicut supra scriptum est, componatur*. Ambrosianus etiam habet *XL. denariorum*.

(6) Cod. Esten. habet *credere velit*. Baluziana editio pag. 779. *credere velit*. Infra idem Cod. Esten. *utra pars veritatem, utra falsitatem suo testimonio sequatur. Et campbioni, qui* &c. In MStis *Campbio* pro *Campio* sæpiùs occurrit.

Digitized by Google

rint, manus ſuas redimant. Cujus compoſitionis duas (7) partes ei, contra quem teſtificati ſunt, dentur; tertia verò pro freda ſolvatur. Et in ſeculari quidem cauſa hujuſmodi teſtium diverſitas etiam in campo comprobetur. In Eccleſiaſticis quidem cauſis ubi de una parte Seculare, de altera verò Eccleſiaſticum negotium eſt, his modis obſervetur. Ubi verò ex utraque parte Eccleſiaſticum fuerit negotium, Rectores earumdem Eccleſiarum, ſi ſe familiariter pacificare voluerint, licentiam habeant. Si autem de hujuſmodi pacificatione inter eos convenire non potuerint, Advocati eorum in mallo publico in præſentia Comitis veniant, & ibi legitimus terminus contentionibus eorum imponatur. Teſtes verò de qualibet cauſa non aliunde quærantur, niſi de illo Comitatu, in quo res illæ poſitæ ſunt, unde cauſa agitur; quia non eſt credibile, ut de ſtatu hominis, vel de (8) poſſeſſione cujuslibet per alios melius veritas cognoſci valeat, quàm per illos, qui viciniores ſunt, ſic tamen, ut ſi contentio, quæ inter eos orta eſt, in confinia duorum Comitatuum fuerit, liceat eidem de vicinia Centena adjacentis Comitatus ad ſuam cauſam teſtes habere. *II.* 51. 11.

Formulæ veteres.

Petre (9) *te appellat Martinus, quòd tu ſponſaſti Mariam tuam filiam ſibi, & dediſti eam alteri ad conjugium ante duos annos. Non ſponſavi tibi meam filiam. Potes ſibi probare? Poſſum. Da vadia de probare. Et tu da vadia ſi potes de placito, & de contra. Et tunc probator poſt vadimonium habeat inducias, ſi neceſſitas fuerit. Si Langobardus eſt, XII. noctes. Ceteri verò ſecundùm ſuam legem. Et cùm venerit dies probandi dic: Domne Comes, tali die Martinus appellavit Petrum, quòd Petrus ſpopondit ſibi filiam ſuam. Et Petrus negavit, ſe ſponſaviſſe ſibi filiam ſuam. Et Martinus dedit vadimonium de probare, & modò eſt paratus cum teſtibus, & teſtium laudatoribus. Tunc teſtibus & laudatoribus adſtantibus ibi interrogetur adverſarius antequam teſtes laudentur, ſi vult aliquem teſtium criminari. Si dixerit: nolo: tunc interrogetur unuſquiſque laudatorum, quid ſapiat de teſtibus. Et tunc unus dicat ita: Hoc ſapio, quòd Petrus, & Johannes, & Andreas liberi homines ſunt. Et ſuum widrigild habent, vel in puro allodio, vel allodio, & aliis rebus. Et teſtimonium bene poſſunt dare. Ceteri duo ſimiliter dicant. Et teſtimonium uniuſcujuſque teſtis ſeparatim ſcribatur. Et ſic dicat unuſquiſque teſtis de una parte. Hoc ſapio, & illic fui ego, quando Petrus ſponſavit Mariam filiam ſuam ad Martinum. Tunc adverſarius interrogetur; ſi illi teſtes nec boni, nec veri ſint, & receptibiles; vel ſi habeat meliores, quos velit contra illos opponere. Si dixerit: illi teſtes nec boni, nec veri ſunt, nec receptibiles; & ego habeo meliores, quos velim contra ipſos opponere. Tunc ejus teſtes ſeparati, & laudati, ut ſuperiùs diximus, producantur. Et unuſquiſque teſtis ex alia dicat. Hoc ſapio, quòd Petrus non ſponſavit Mariam ſuam filiam ad Martinum. Et ita ut nullus eorum juret, eligat unum ex una parte, & ex altera alium, Comes, ut pugnetur. Et antequam bellum incipiant, juret uterque. Illud teſtimonium, quod ego Petrus, & Johannes, & Andreas dedimus, verum teſtimonium dedimus. Et Camphioni cadenti dextra manus incidatur. Ceteri verò, partis teſtes manus uniuſcujuſque redimant. Conductor widrigild ſuum tribuat. Si verò adverſarius dixerit: illi teſtes boni, & veri ſunt, & receptibiles, nec ego habeo meliores teſtes, quos velim contra eos opponere, firmatur res ita, & jurent teſtes unuſquiſque ita; Hoc ſapio, & illic fui ego, quando Petrus ſponſavit Mariam ſuam filiam ad Martinum. Si Deus &c. Conductor hoc dicat, quod Petrus, & Johannes, & Andreas juraverunt, verum juraverunt ſi Deus &c. Et ſacramentum hoc conductoris ſit per Legem, ſi qualiſcumque. Sed ſecundùm valentes non ſit niſi pro teſtimonio teſtium ſtantiæ. Et facta probatione res vincatur, & pœna ſecundùm mallum ſolvatur.*

IV.

Conſtitutum (10) eſt, ut nullus Laicus crimen Clericis audeat inferre. Teſtimonium Clerici adversùs Laicum nemo recipiat. Nemo enim Clericus, vel Diaconus, vel Presbyter pro qualibet cauſa intret in Curiam, nec ante Judicem cauſam dicere præſumat, quoniam omnis Curia à cruore dicitur, & immolatione ſimulacrorum. Et ſi quis Clericus Clericum accuſans in Curiam introierit, anathema ſuſcipiat. *II.* 51. 12.

V.

Primùm omnium placuit nobis, ut chartulæ obligationis de ſingulis hominibus factæ, qui ſe aut uxores eorum, aut filios, vel filias in ſervitio (*) tradiderint, ubi inventæ fuerint, frangantur, & ſint liberi, ſicut primitus fuerint. *II.* 33. 2.

VI.

Si quis (11) per chartam ingenuus dimiſſus fuerit, & à quolibet homine ad ſervitium interpellatus fuerit, primum legitimum auctorem ſuæ libertatis proferat, & in ſuam libertatem perſeveret. Si verò legitimus auctor

(7) Cod. Eſten. Baluzio concors: *duæ partes ei, contra quem teſtati ſunt, dentur.* Infra *iſdem modus obſervetur.* Infra *& ibi legitimus terminus de eorum intentionibus imponatur.*

(8) Cod. Eſten. *vel de poſſeſſionibus cujuslibet per alios melius rei veritas &c. ſunt. Si tamen contentio, quæ inter eos orta eſt, in confinio &c. de vicina Centena &c.*

(9) Ex hac egregia formula methodum dilucidè explicatam habes, qua utebantur majores noſtri ad rem probandam per teſtes. Utinam ſimilia haberemus quamplura.

(10) Deſumta fuit Lex iſta à Cap. XVI. Concilii Romæ habiti ſub Sancto Silveſtro Papa Anno Chriſti 324. Verùm fictitia eſt illa Synodus ex Eruditorum conſenſu, eamque obtruſit Iſidorus Mercator nobis, imò & antiquis, ut ex hac ipſa Ludovici Pii Lege intelligis. Infra Cod. Eſten. *propter quamlibet cauſam.*

(*) Hoc diligenter animadvertendum. Heic enim apertè interdicitur, ne quis homo liber ſuam libertatem alteri, nullo crimine intervenient, vendere poſſit, ac mancipium fieri. Irritantur autem quæ hactenus ea de re obligationes initæ fuerant. Iniquum nempe fuit, uxoris, & filiorum jura lædere; & præcludendus aditus avaris inopem gentem irretientibus; ac ſtulti cohibendi, ne rem magni pretii, hoc eſt libertatem, projicerent. Attamen vide infra Legem I. & XXIX Lotharii I. Auguſti.

(11) Baluzius Tom. I. Capitular. pag. 395. hanc Legem Carolo M. tribuit. At ex editis, & ex Codice Eſtenſi diſcimus, auctorem illius fuiſſe Ludovicum Pium. Illud tamen compertum eſt, à ſubſequentibus Auguſtis Carolinis renovatas fuiſſe Patris, aut Avi Leges, ita ut iſte non injuria tum iſtis, tum illis tribuantur. In Ambroſ. Cod. ita legitur: *Si quis chartula ingenuitatis liber dimiſſus eſt.* Infra Cod. Eſten. *Si verò interpellator, aut auctor &c.*

Digitized by Google

ctor defuerit, cum teſtimonio bonorum hominum, qui tunc aderant, quando liber dimiſſus fuerit, ſe defendere permittatur. Si verò teſtes defuerint, cum duabus aliis chartis, quæ ejuſdem Cancellarii manu fuerint firmatæ, vel ſcriptæ, ſuam chartam, quæ tertia eſt, veram & legitimam eſſe confirmet. Cancellarius tamen talis eſſe debet, qui pagenſibus loci illius notus ſit & acceptus. Si verò qui interpellatus fuerit, nec auctorem, nec teſtimonia, nec chartarum collationem oſtendere potuerit, ipſe, qui eum interpellavit, ſecundùm legem ipſam, chartam falſam eſſe faciat, & ſervum ſuum conquirat. Si verò interpellator aut actore, aut teſtimonio, aut chartarum collatione convictus fuerit, & hoc, quod voluerit, efficere non potuerit, multam, quæ in ipſa ingenuitatis charta continetur, cogatur exſolvere. *II.* 34. 12.

VII.

Quomodo Loduicus Imperator dedit, quomodo Miſſi, & Comites habere debent de Eccleſiaſticis.

(*Ambroſ. Cod.*)

Sanguinis effuſio in Eccleſia facta cum furore, ſi in Presbytero fuerit, in triplo componatur, duæ (12) partes eidem Presbytero, tertiam pro freda ad Eccleſiam, & inſuper bannum noſtrum componat. Similiter, & de Diacono juxta compoſitionem ejus in triplo componatur, & bannum noſtrum componat. *II.* 39. 6.

VIII.

De Subdiaconibus (13) ſimiliter ſecundùm ſuam compoſitionem in triplo perſolvat. De (14) unoquoque ordine Clericorum, ſecundùm ſuam legem compoſitionem in triplum faciat, & bannum noſtrum perſolvat. Similiter, & de ictibus ſinè ſanguinis effuſione de unoquoque ordine Clericorum ſecundùm ſuam compoſitionem cum triplo componatur, & bannum noſtrum; Et qui non habet unde ad Eccleſiam perſolvat, tradat ſe in ſervitio ejuſdem Eccleſiæ, uſque dum totum debitum perſolvat. *II.* 39. 7.

IX.

Si quis ex levi cauſa, aut ſinè cauſa, hominem in Eccleſia interfecerit, de vita ſua componat. Si verò foris rixati fuerint, & unus (15) poſt alterum fugerit in Eccleſia, & ibi ſe defendendo eum interfecerit, ſi hujus facti teſtes non habuerit, cum XII. juratoribus per ſacramentum affirmet, ut ſe defendendo eum interfeciſſet, & pro hoc DC. ſolidos componat, & inſuper bannum noſtrum. Is verò, qui interfectus eſt, abſque compoſitione jaceat, ac deinde interfector ſecundùm Canonum judicium congruam facinoris, quod admiſit, pœnitentiam accipiat. Si proprius ſervus hoc admiſerit, judicio aquæ ferventis examinetur, utrum hoc ſponte, an ſe defendendo feciſſet. Et ſi manus exuſta fuerit, interficiatur. Si verò non fuerit; tunc dominus ejus juxta quod guidrigild ejus fuerit, ad Eccleſiam perſolvat, aut ſi voluerit, ipſum ſervum Eccleſiæ tradat. *I.* 10. 7.

X.

De (16) Eccleſiaſtico, & Fiſcalino, & Beneficiario ſervo volumus, ut pro una vice guidrigild ſuum ei componat, altera verò vice ipſe ſervus ad ſupplicium tradatur. Hæreditas tamen liberi hominis, qui pro tali facinore ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos hæredes illius perveniat. Si verò in atrio ipſius Eccleſiæ, cujus portæ Reliquiis Sanctorum fuerint conſecratæ, hujuſmodi homicidium perpetratum fuerit, ſimili modo emendetur, vel componatur. Si verò portæ non fuerint conſecratæ, eo modo componatur, quod in atrio committitur, ſicut & componere debet, quod in immunitate violenter committitur. *I.* 10. 8.

XI.

De viduis, & pupillis, & pauperibus, quandocumque in mallum venerint ante Comitem, priùs eorum cauſæ audiantur, & diffiniantur. Et ſi teſtes pro ſe ad cauſas ſuas quærendas non (17) potuerint, legem neſcierint, Comes illos, vel illas adjuvet, dando eis tales homines, qui eorum rationes teneant, vel pro eis loquentur. *II.* 48. 2.

XII.

Qui viduam intra (18) primos XXX. dies viduitatis ſuæ ſciens vel invitam, vel volentem

---

(12) Cod. Eſten. *& duas partes eidem Presbytero, tertiam pro fredo* &c. Hoc eſt pro pace recuperanda ab Eccleſia, eidem Eccleſiæ perſolvat. Infra *& inſuper bannum noſtrum componatur. Similiter de Diaconis juxta æſtimationem vel compoſitionem in triplo perſolvatur, & bannum noſtrum componatur.*

(13) Lex iſta tum apud Baluzium pag. 599. tum in Cod. Eſten. conjuncta procedit cum antecedenti; neque ſanè disjungenda. In eodem Cod. ita ſe habet. *De Subdiaconis ſimiliter ſecundùm ſuam compoſitionem vel æſtimationem in triplo perſolvatur.*

(14) Baluzius legit: *Et de uniuſcujuſque ordinis Clerico.* Hæc non habentur in Cod. Eſten. ſed poſt ſupra allata continuato ſermone ſequitur: *Similiter de ictu ſinè ſanguinis* &c. *ſecundùm ſuam compoſitionem vel æſtimationem in triplo* &c.

(15) Cod. Eſten. *& unus alterum in Eccleſia fugerit.* Infra *quòd ſe defendendo eum interfeciſſet, & poſtea DC. ſolidos ad partem ipſius Eccleſiæ, quam illo homicidio polluerit, componat, & inſuper bannum ſolvere cogatur.* Paria habet Ambroſ. Cod. Infra *congruam facinori, quod commiſit.* Infra *Et ſi manus ejus exuſta* &c. *Si autem non fuerit exuſta.*

(16) Tum in Cod. Eſten. tum apud Baluzium Tom. I. pag. 598. copulatur iſta Lex cum duabus præcedentibus. Et ſanè idem eſt argumentum. Supra ad Legem XXV. & CIX. Caroli M. mea ſententia fuit, *Eccleſiaſticos*, ſive *Lidos*, & *Homines Regi*, ſive *Fiſcalinos*, Libertorum genus fuiſſe, quibus excolenda tradebantur prædia Eccieſiarum, aut Fiſci Regalis. De iis heic agens Ludovicus Pius ait: *Hereditas tamen Liberi hominis* &c. Ergo libertate id genus homines donati fuerant. Et certè *Fiſcalinas* ducere *liberis* viris licebat, & feminabus *liberis* nubere *Fiſcalinis* viris, ut eſt in Capitular. Lib. III. Cap. XVI. quod contra Servis interdictum erat. Adde Legem Friſionum Tit. XI. *ubi liber homo neceſſitate coactus etiam Lito in ſervitium ſe ſubdere* poſſe dicitur. Ergo à ſervorum conditione excluſi Liti. Quare heic diſcedere cogimur à ſententia Baluzii, & Du-Cangii. Neque puto obſtare Tit. XXVIII. Legis Salicæ: ibi enim de plena libertate agitur. Vide etiam Eccardum in Notis ad Tit. XV. Cap. IV. Legis Salicæ. Infra Cod. Eſten. *ut pro una vice guidrigild ejus ſolvatur. Pro altera vice* &c. In fine *quod in emunitate violata committitur.* Ita quoque Cod. Ambroſ.

(17) Cod. Eſten. *habere non potuerit, vel Legem neſcierint.* Infra *dando eis talem hominem, qui eorum rationem teneat, vel pro eis loquatur.*

(18) Baluzius pag. 599. legit *intra proximos.* Goldaſtina editio habet: *illum verò ulteriùs non attingat.* Ego *illam* reſtitui, ſequutus ſenſum, & fidem Codicis Eſtenſis.

Digitized by Google

tem ſibi copulaverit, bannum noſtrum, ſcilicet LX. ſolidos in triplum componat. Et ſi invitam eam duxerit uxorem, legem ſuam ei componat, illam verò ulteriùs non attingat. *II.* 6. 3.

XIII.

Qui hominem liberum publicam pœnitentiam agentem interfecerit, bannum noſtrum componat in triplo, & quidrigild ejus ad (19) primos parentes perſolvat. *I.* 10. 9.

XIV.

Si quis ſuas res pro ſalute animæ ſuæ ad aliquem venerabilem locum, aut ad propinquos ſuos, aut cuilibet alteri tradere voluerit, & eo tempore infra ipſum Comitatum fuerit, in quo res illæ poſitæ (20) fuerunt, legitimam facere traditionem ſtudeat. Et ſi eodem tempore, quo res illas tradere vult, extra eumdem Comitatum fuerit, ideſt ſive in exercitu, ſive in Palatio, ſive in alio quolibet, adhibeat ſibi de ſuis pagenſibus, vel de aliis, qui ea lege vivant, qua ipſe vivit, teſtes idoneos. Et ſi illos habere non potuerit, tunc de aliis, quales meliores ſibi invenire potuerit, ſibi adhibeat, & coram eis de ipſa re traditionem faciat, & fidejuſſori inveſtituram donet, ut ei, qui illam traditionem acceperit, inveſtituram faciat. Et poſtquam hæc traditio ita facta fuerit, heres illius illam de prædictis rebus valeat facere repetitionem. Inſuper & ipſe fidejuſſor faciat eidem inveſtituram, ne ejus heredibus ulla occaſio remaneat hanc traditionem mutandi, ſed potiùs neceſſitas incumbat illam perficiendi. Et ſi nondum res ſuas cum coheredibus ſuis diviſas habuerit, non hoc ei impedimentum ſit; ſed coheredes ejus, ſi ſponte noluerint dividere, aut per Comitem, aut per Miſſum ejus diſtringantur, ut cum illo diviſionem faciant, ad quem defunctus hereditatem ſuam voluerit pervenire. Et ſi cuilibet Eccleſiæ eam tradere rogaverit, coheres ejus eam legem cum illa Eccleſia de prædicta hereditate habeat, quam cum alio coherede ſuo habere debuerat. Et hoc obſervetur erga patrem, & filium, & nepotem uſque ad annos legitimos, & poſtea ipſæ res ad immunitatem ipſius Eccleſiæ redeant. *II.* 18. 7.

XV.

Quicumque liberum (21) hominem ex levi cauſa, aut ſinè cauſa interfecerit, quidrigidl ejus his, ad quos legibus pertinet, componat. Ipſe verò propter talem præſumtionem in exilium mittatur, quantum temporis nobis nobis placuerit; res tamen ſuas non amittat. *I.* 10. 10.

XVI.

In compoſitione guidrigild volumus, ut ea dentur, quæ in lege continentur, excepto (22) ancipitre, & ſpata. Quia propter illa duo aliquotiens perjurium committitur, quando majoris pretii, quàm illa ſint, eſſe jurantur. *I.* 10. 11.

XVII.

Si quis alienam ſponſam rapuerit, aut patri ejus, aut ei, qui legibus (23) defenſor ejuſdem eſſe debet, cum lege ſua eam reddat, & quicquid cum ea tulerit, ſemotim unaquamque rem ſecundùm legem reddat. Et ſi hoc defenſor ejus perpetrare conſenſerit, & omnino raptori nihil quærere voluerit, Comes ſingulariter de unaquaque re fredam noſtram ab eo exactare faciat; ſponſo verò legem ſuam componat, & inſuper bannum noſtrum, ideſt LX. ſolidos perſolvat. Aut in præſentia noſtra Comes venire faciat, & quanto tempore nobis placuerit, in exilio maneat, & illam feminam ei habere non liceat. *I.* 31. 13.

XVIII.

Si duo (24) teſtimonia de qualibet re teſtimoniaverint, & inter ſe diſcordaverint, tunc Comes eligat unum ex una parte, & alium ex altera, ut illi duo teſtes diſcernant cum ſcutis, & fuſtibus; & ipſi, qui de ipſa falſitate convictus fuerit, dextra manus amputetur. *II.* 51. 10.

XIX.

Si quis (25) de ſtatu ſuo, ideſt de libertate, vel de hereditate, compellatus (26) eſt, juxta legis conſtitutionem manniatur. De ceteris verò

(19) In Ambroſ. Cod. non legitur *liberum*. Infra in Cod. Eſten. legitur: *ejus proximis parentibus perſolvat, ſi ſe defendendo fecit.*

(20) Cod. Eſten. *poſita ſunt*. Infra *ſive in alio quolibet loco*. Infra *tunc de aliis inveniat, quales ibi meliores*. Infra *hæredes illius nullam de prædictis rebus valeant facere repetitionem*. Infra *nec ei hoc ſit impedimento*. In fine *redeant, ideſt maneant*: à Gloſſatore quopiam adjectum. Vide Baluzium pag. 600. ubi ejus textus aliqua ex parte non ſatis purgatus.

(21) Non legitur in Cod. Eſten. *liberum*, uti neque in Ambroſ., neque in Baluziana editione. Infra idem Codex *ad quantum tempus*. Vide & heic, quàm levis pœna homicidis indiceretur.

(22) In Cod. Eſten. *excepto ancipitrem, & ſpatam*. Hoc eſt *accipitre excepto*. Nempe non minùs moleſtum erat eorum temporum viris enſe, hoc eſt fortitudinis inſignibus privari, quàm accipitre ad delicias aucupii.

(23) Cod. Eſten. *qui legibus ejus defenſor*. Langobardorum ſermone *Mundoaldus* dicebatur, qui fœminam in ſuo mundio ſecundùm Leges habebat. Infra Cod. Eſten. hæc ita habet: *eam reddat ſponſo, & defenſori ſuam Legem ſolvat, & quicquid* &c. Infra. *Et ſi hoc defenſor ejus perpetrari conſenſerit, & ideo raptori nihil quærere voluerit*: ex quibus intelligis addenda eſſe, quæ ſuperiùs attuli. Infra: *Aut in præſentiam noſtram Comes eum venire faciat.*

(24) Reſtituenda eſt Lex iſta ope Codicis Eſtenſis, quando neque Baluzius Tom. I. pag. 689. meliora nos docuit. Accipe ergo integram. *Si duo teſtimonia de qualibet re teſtimoniaverint, & inter ſe diſcordaverint, tunc Comes eligat unum ex una parte, & alium ex alia parte, ut illi duo decertent cum ſcutis & fuſtibus, ſi flebiliores non fuerint ipſi teſtes. Nam ſi flebiliores fuerint ipſi teſtes, tunc ad crucem examinentur. Quod ſi majoris ætatis ſunt, quòd non poſſunt ad crucem contendere; tunc mittant, aut filios, aut parentes, aut qualeſcumque homines, qui poſſunt pro eis hoc contendere. Et ille, qui de ipſa falſitate convictus fuerit, dexteram manum perdat.* Pro *infirmo*, ac *debili* veteres dixerunt *flebilis*, unde Italicum *fievole*, & Gallicum *foible*. Flaccus Alcuinus Epiſt. 19. pari voce eſt uſus, ſcribens: *ingraveſcente infirmi corporis flebilitate*. Si quis contendat, Gloſſam potiùs quam Legem in ſupra allatis contineri, contradicam ego: at decertare cum ſcutis, ac fuſtibus pro hac re noluero.

(25) Conferenda eſt Lex iſta cum altera Caroli M. Cap. LXXVII. Hinc autem erui poſſe videtur, *mannire*, hoc eſt, vocare in jus, fuiſſe actoris, ſive accuſatoris: *bannire* verò, quod idem ſonat, fuiſſe Comitis ſive Judicis, fortaſſe quòd is ad citationem adjungebat *bannum* aliquod, hoc eſt pœnam non obtemperanti.

(26) Rectiùs in Cod. Eſten. *compellandus eſt*. In fine *venire, & juſtitiam facere compellatur*. Ita quoque in editione Baluzian. Tom. I. pag. 602.

Digitized by Google

verò cauſis, unde quis eſt rationem reddituſ-
rus, non manniatur, ſed per Comitem ban-
niatur. Et ſi poſt unam, aut alteram ammo-
nitionem Comitis aliquis ad mallum venire
noluerit, rebus ejus in bannum miſſis venire
ad juſtitiam facere compellatur. *II.* 43. 4.

XX.

Si (27) cujuſcumque hominis proprietas, ob crimen aliquod ab eo commiſſum, in bannum fuerit miſſa, & illa (28) re cognita venire, & juſtitiam facere diſtulerit, annoque ac die in eo banno illam eſſe permiſerit, ulteriùs eam non acquirat, ſed ipſa Fiſco noſtro ſocietur. (29) Debitum verò, quod is, cujus ea fuerit, ſolvere debuit, per Comitem, ac Miniſtros ejus juxta æſtimationem damni de rebus mobilibus, quæ in eadem proprietate inventæ fuerint, his, quibus debitor (30) fuerit, exſolvatur. Quòd ſi rerum mobilium ibidem inventarum quantitas ad compoſitionem non ſufficit, de immobilibus ſuppleatur, & quod ſuperfuerit, ſicut dictum eſt, Fiſcus noſter poſſideat. Si nihil ſuper compoſitionem remanere potuerit, totum in illa compoſitione expendatur. Si autem homo ille nondum cum ſuis coheredibus proprium diviſum habuerit, convocet eos, & Comes cum eis legitimam diviſionem faciat, & tunc, ſicut jam dictum (31) eſt, compoſitio de ea juxta modum ſuperiùs comprehenſum his, ad quos illa legibus pertinet, exſolvatur. Quòd ſi non de aliis rebus, ſed de ipſa proprietate, quæ in bannum fuerit miſſa, ac per hoc in noſtra poteſtate redacta eſt, fuerit interpellatus, Comes in cujus miniſterio eam eſſe conſtiterit, hoc ad noſtram notitiam perferre curet, ut nos eamdem proprietatem, quæ ſecundùm iſtum modum in noſtrum dominium redacta eſt, per præceptum noſtræ auctoritatis, in illius hominis poteſtate, qui eam quærebat ſuam eſſe dum faciamus pervenire. Et ſi (32) eam quicumque ad ſuam proprietatem detraxerit, liceat ei per ſacramentum habere ſe. Et ſi exinde poſtea victus fuerit, dextra manus ei amputetur. *II.* 43. 3.

Gloſſa, & Formulæ veteres.

Seniores: hoc dicit Comes, quòd poſtquam ille tenuit placitum in iſto Comitatu, jam per plures vices venit reclamatio ad ſe de Martino de..... de furto, & de alia malitia. Unde ipſe plures per vices ſibi mandavit Miſſos, & Epiſtolas, ut ad placitum ſuum veniret, & juſtitiam faceret illis, qui ſuper ſe reclamarent. Et ipſe venire noluit. Propter hoc ſit vobis cognitum, quòd omnes ſuas ipſe vult proprietates mittere in bannum. Dicitis vos ita? Domne Comes: ſic dico. Per iſtum fuſtem & iſtum wantonem *mitto omnes res de Martino in banno. Præcipite fieri notitiam.*

Domne Comes: hoc dicit Martinus, quòd audivit dicere, quòd vos miſiſtis omnes res ſuas in banno propter hoc, quòd per plures vices venit reclamatio de illo ad vos de furto, & de alia malitia. Et vos plures vices ei mandaſtis, quòd ad veſtrum placitum veniret, & ille juſtitiam faceret, & ille venire noluit. Et non ſunt niſi tres menſes. Et modò eſt paratus in veſtra præſentia ad faciendam juſtitiam omnibus, qui ſe reclamant ſuper ſe. Et vult, quòd vos propter Deum, & animam Regis mittatis ſuas res de banno. Tunc per uſum dat wadimonium *Comiti, ut faciat legem reclamantibus. Et poſt Comes dicit: Per iſtum fuſtem & iſtum* wantum *tollo omnes res ejus de banno. Præcipite fieri notitiam.*

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi terram malo ordine in tali looo ad partem Publicam, unde ipſe eſt Advocatus. Ipſa terra mea propria eſt per ſucceſſionem mei patris, & ad partem Publicam quid pertinet? Tuæ res fuerunt miſſæ in bannum, & ecce chartula notitiæ. Falſa eſt ipſa notitia. Tunc falſam qui notitiam vocat, interrogetur, quomodo vult, ut clarefacta fiat. Si reſponderit vel per Capitulum Widonis, *vel per bellum, ſit, ut dicturi ſumus. Si dixerit: ecce notitiam, quomodo meæ res fuerunt tractæ de banno, tunc Advocatus, aut dicat falſam notitiam, aut taceat. Et ſi falſam dixerit, ſit, ut dicturi ſumus. Si dixerit: ego non feci ipſum malum, quod legitur in notitia, probet Advocatus. Et ſi non potuerit, ipſe juret. Si dixerit: non mihi fuit cognitum; probet Advocatus. Si dixerit: non eſt tranſactus annus; Judices videant in notitiam. Si dixerit: me non diſtuli pervenire per totum annum; probet Advocatus, & ſi non potuerit, ipſe juret. Et in omnibus iſtis probationibus ſi dare adverſarius contra voluerit, ſit, ut ſuperiùs diximus.*

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt. Et ecce præceptum, quod fecit mihi Imperator. Quid pertinuit ad Imperium? Meæ res fuerunt miſſæ in bannum per crimen. Et tibi quid pertinuerunt anteaquam tuæ res fuiſſent miſſæ in bannum? Per ſucceſſionem mei patris. Potes tu probare, quòd tu poſtquam Imperator tibi dedit, quòd Imperator infra hoc quòd tuæ res fuerunt miſſæ in bannum, & quòd pater tuus per XXX. annos habeatis terram ipſam poſſeſſam? Poſſum. Da vadimonium *de probare, & tu da* vadimonium *de placito, & contra, ſi potes. Et ſi dicat unuſquiſque teſtis ex una parte: Hoc ſapio, quòd ipſe Martinus, poſtquam Imperator tibi dedit. Et quòd Imperator, & quòd res Martini fuerunt miſſæ in bannum, & quòd Martinus antequam*

(27) Idem habet Cod. Eſten. Apud Baluzium pag. 602. & 780. incipit: *Cujuſcumque* cum aliis lectionibus ab hac editione diverſis, quas Lector, quum libuerit, perquiret. Ego perſequar, quæ Cod. Eſten. hac in Lege, & quidem multa, ab editis diſcrepantia ſuppeditat.

(28) Cod. Eſten. *& ille re cognita ad juſtitiam facere venire diſtulerit.*

(29) In Cod. Eſten. hæc adduntur, quæ neque Baluziana, neque ceteræ Editiones habent. *Si verò intra id tempus reverſus poſt intimationem ſuam fuerit defunctus, etſi necdum ſe purgaverit, tamen ad hæredes proprios res tranſmittat. Si verò intra annum noluerit adeſſe judicio, res perdat, niſi innocentiam ſuam purget. Si verò non potuerit, legalem pœnam ſubſtineat, & tamen res perdat. Debitum verò* &c.

(30) Cod. Eſten. *debitor idem fuit, exſolvatur.* Infra *ad compoſitionem non ſuffecerit.* Infra *totum in illa expendatur.* Et infra *proprium ſuum diviſum habuit, convocet eos Comes, & cum eis* &c.

(31) In Cod. Eſten. hæc ſequuntur: *partem ejus noſtro Fiſco adjiciat, & compoſitionem ejus de ea proprietate juxta modum* &c. *pertinet, exſolvat.* Infra *quæ ſecundùm ſupradictum modum* &c. *in illius hominis poteſtatem, qui eam quæſierit, ſi ſua eſſe debet, faciamus pervenire.*

(32) Quæ ſequuntur, ab editione Baluziana abſunt: in Codice verò Eſten. leguntur his verbis: *Et ſi eam quicumque ad ſuam proprietatem pertraxerit, liceat ei per ſuum ſacramentum habere. Et ſi exinde poſtea convictus fuerit, dextera manus ei amputetur.*

Digitized by Google

tequam ſuæ res fuiſſent miſſæ in bannum, & quod pater ſuus per XXX. annos habet poſſeſſam ipſam terram. Et unuſquiſque teſtis ex alia parte dicat: Hoc ſapio, quòd Johannes fuit inveſtitus ad proprium de illa petia de terra infra illos XXX. annos; ita tamen ut ſint laudati, & jurent, & omnis res vadat, ut ſuperiùs diximus.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi terram malo ordine in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt. Quid tibi pertinet? Imperator mihi fecit præceptum de ipſa terra. Et quid pertinuit ad Imperium? Res de Petro fuerunt miſſæ in bannum. Quid pertinuerunt ad Petrum? Per ſucceſſionem ſui patris. Potes tu probare, quòd tu poſtquam Imperator tibi dedit, quòd Imperator infra hoc, quòd res de Petro fuerunt miſſæ in bannum, quòd Petrus, antequam ſuæ res fuiſſent miſſæ in bannum, & quòd pater tuus per XXX. annos poſſeſſam habeatis? Si reſponderit: poſſum; probet, & terram habeat. Si verò adverſarius dare contra voluerit, det, & ſit, ut ſuperiùs diximus. Si verò reſponderit: non poſſum probare, tunc interrogetur adverſarius, ſi potuerit probare, ſe fuiſſe inveſtitum de illa terra infra XXX. annos ad proprium. Si verò dixerit: non: tunc ille alter juret cum ſuis ſacramentalibus ſuam poſſeſionem. Et ita ſecundùm quoſdam eſt Petri.

XXI.

Si quis aliqua neceſſitate cogente homicidium commiſerit, Comes, in cujus miniſterio res perpetrata eſt, compoſitionem ſolvere, & faidam per ſacramentum pacificare faciat. Quòd ſi una pars conſentire ei ad hoc noluerit, aut (33) ille qui homicidium commiſit, aus is qui compoſitionem accipere debet: tunc Comes illum, qui contumax fuerit, ad præſentiam noſtram venire faciat, ut eum ad tempus, quod nobis placuerit, in exilium mittamus, donec ibi caſtigetur, ut Comiti ſuo inobediens eſſe ultra non audeat, & majus damnum inde non accreſcat. *I.* 10. 12.

XXII.

Ibi (34) ſacramenta juranda ſunt, ubi antiquitus fuit conſuetudo ſacramenta arramire, vel jurare, ubi mallum habeatur. Mallum (35) tamen neque in Eccleſia, neque in atrio ejus habeatur. Minora verò placita Comes infra (36) ſuam poteſtatem, vel ubi impetrare potuerit, habeat. Volumus (37) utique, ut domus à Comite in loco, ubi mallum tenere debeat, conſtituatur, ut propter calorem ſolis, & pluviam publica utilitas non remaneat. *II.* 55. 27.

XXIII.

Si quis liber homo de furto accuſatus fuerit, & res proprias habuerit, in mallo ad præſentiam Comitis ſe (38) aramiet; & ſi res non habuerit, fidejuſſorem donet, qui eum aramiet, & in Palatium Regis adduci faciat. Et liceat ei in prima vice per ſacramentum ſecundùm legem ſe idoneare, ſi potuerit. Et ſi alia vice duo vel tres eum de furto accuſaverint, liceat ei contra unum ex his cum ſcuto, & fuſte in campo contendere. Quia ſi ſervus de furto accuſatus fuerit, dominus ejus pro eo emendet, aut cum ſacramento excuſet, ſe tale furtum perpetratum non habere, propter quod ad ſupplicium tradi debeat. *I.* 26. 84.

XXIV.

Si quis literas noſtras deſpexerit, (39) ideſt tractorias, quas propter Miſſos noſtros recipiendos dirigimus; aut honorem, quem habet, amittat; aut in eo loco, ubi prædictos (40) noſtros recipere debuerat, tamdiu reſideat, & de ſuis rebus Legatos illuc venientes ſuſcipiat, quouſque animum noſtrum ſatisfactum habeat. Qui verò Epiſtolam noſtram quocumque modo deſpexerit, juſſu noſtro veniat ad Palatium, & juxta noſtram voluntatem, congruam ſuæ ſtultitiæ caſtigationem accipiat. Et ſi liber homo, aut Miniſterialis Comitis hoc fecerit, honorem qualemcumque habuerit, ſive beneficium amittat. Et ſi ſer-

(33) Cod. Eſten. uti & Cod. Cathedr. Mutin. *ideſt aut ille, qui homicidium commiſit, aut is, qui compoſitionem ſuſcipere debet: Comes faciat illum venire, qui ei contumax fuerit, ad noſtram præſentiam* &c.

(34) Baluzius pag. 603. Tom. I. ita exorditur hanc legem: *Ubi antiquitus conſuetudo fuit de libertate ſacramenta adbramire, vel jurare, ibi mallum habeatur, & ibi ſacramenta jurentur.* In Cod. Ambroſ. *& ibi ſacramentum juretur.* Jam alibi monui *adbramire*, ſeu *arramire* dictum pro ſponſionem facere de præſtando jurejurando. Vide & infra Legem XXIII. In Cod. verò Eſten. hæc tantùm leguntur: *Ibi ſacramenta juranda ſunt, ubi antiquitus fuit conſuetudo, ut ſacramenta jurentur.*

(35) Idem de *Placitis* (quæ & ipſa fuere Comitum judicia) ſtatutum fuit à Carolo Magno ſupra Cap. CXX. Vide ibi notas.

(36) Cod. Eſten. *ſive infra ſuam poteſtatem, vel ubi impetrare potuerit.* Hinc tam ſæpe in Placitorum chartis, quæ ſupra multas in pretio ſunt habendæ, occurrit formula illa *per data licentia.* Nimirum quum extra propriam domum, aut prædia ſua, atque adeò in terra, aut domo alterius Comes, ſeu Miſſus Regis Placitum, ſive judicium habebat, à domino ejus mdis, aut agri facultatem petere cogebatur exercendæ ibi ſuæ ditionis, & datam veniam in notitia, ſive Charta exprimere, ne ex ea actione quidquam juris ſibi deinceps arrogare poſſet in rem alienam.

(37) In Cod. Eſten. & apud Baluzium Lex iſta continuatur cum præcedenti. In eodem Cod. legitur, *ubi mallum tenere debet.*

(38) Cod. Eſten. *ſe adremiet.* Baluzius pag. 603. *ſe adbramiat.* Hoc eſt, uti res indicat, promittat de ſe ſiſtendo in judicio, & pœna ſolvenda, ſi fortè damnetur, rebus ſuis ad id obligatis. Infra idem Cod. *qui eum adremire, & in placitum deduci faciat.* Rectiùs quàm *& in Palatium Regis adduci faciat.* Adnotavit Baluzius, & ego quoque non ſemel animadverti *Placitum* pro *Palatium* in veterum Libris occurrere: plerumque ex Amanuenſium incuria. Infra Cod. Eſten. *Quòd ſi ſervus* & reliqua, ut in editione noſtra. Depravatam quippe Baluzianam puto, ubi legitur: *excuſet, niſi tale furtum perpetratum habeat, propter quod ad ſupplicium tradi debeat.*

(39) Cod. Eſten. *diſpexerit, ideſt tractorias.* De Epiſtolis *tractoriis*, quæ mittebantur in provincias, ut Miſſi, ſive Legati Regii ſuſciperentur, nihil adjungam, quippe in re nota. Earum formulæ apud Marculfum proſtant. Notiſſimum quoque, *bonoris* vocabulo deſignata olim fuiſſe *Beneficia*, ſive prædia, quæ in beneficium, ſeu Feudum liberis hominibus tradebantur. Heic tamen publicum quoque Officium, ſive miniſterium complectitur, ut ex ſequentibus patet. Vide & infra Legem LII.

(40) Cod. Eſten. *prædictos Miſſos recipere debuit, tamdiu ſedeat, & de ſuis rebus legationes illuc* &c. In fine: *Et ſi ſervus fuerit, nudus ad palum vapulet, & caput ejus tundatur.* Scribe *tondeatur*, uti apud Baluzium pag. 603. *Tundere* tamen pro *tondere* alibi in MStis deprehendi.

Digitized by Google

fervus, nudus ad Palatium vapuletur, & capilli ejus tondeantur. *III.* 7. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Domnus noſter Imperator, quòd tu habuiſti ſuas literas in diſpectione, quas propter Miſſos ſuos recipiendos tibi mittebat. Petre te appellat Imperator, aut ejus Advocatus, quòd tu habuiſti Epiſtolam ipſius Domni Imperatoris in diſpectione : Non feci. Ergo exdicte ſolus. Pœna eſt, aut honorem perdat, aut ſuſcipiat legationem ex parte Regis in loco, ubi prædictos Miſſos ſuſcipere debuit, aut ad ſatisfactionem animo ejuſdem Regis, aut ad Palatium vadat, & juxta voluntatem Regis caſtigationem ſuſcipiat, & ut in Lege eſt.

XXV.

Ut ubi (41) tempore Avi noſtri Pipini conſuetudo fuit toloneum dare, & ibi in futuro detur. Nam ubi noviter incœptum eſt toloneum, ulteriùs non exigatur. Et ubi neceſſe non eſt fluvium aliquem tranſmeare ad pontem, vel ubi (42) navis per mediam aquam, aut ſub pontem pergatur, & ad ripam non appropinquaverit, neque ibidem aliquid emtum vel venditum fuerit, ulteriùs toloneum non detur. Et nemo cogatur per pontem ire, ubi juxta pontem aquam tranſire poteſt. Et qui ulteriùs in talibus locis vel de his, qui ad Palatium, ſive in hoſtem pergunt, toloneum exactaverit, cum ſua lege ipſum toloneum reddat, & inſuper bannum, ideſt LX. ſolidos componat. *III.* 1. 31.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu malo ordine tuliſti ſibi ſoldos VI. toloneum illic, ubi non fuit rectum, aut antiqua conſuetudo, aut quòd ſibi pergenti ad Palatium, vel in hoſtem, toloneum abſtuliſti X. ſoldos. De torto. Da ſibi vadimonium ſi recordatus fueris, ut ei illud toloneum ſecundùm ſuam legem emendes. Sin autem ut te exdicas ſecundùm tuam legem, cujus placiti ſacramenta ita ſunt. Appellatoris : de hoc, quòd te appellavi de torto, te non appellavi me ſciente, ſi Deus &c Rei : de hoc, quod tu me appellaſti, de torto me appellaſti. Si Deus &c. Pœna verò eſt extra toloneum cum ſua lege banni ſolutura.

XXVI.

Quicumque liber homo denarium merum, & benè penſantem recipere noluerit, bannum noſtrum ideſt LX. ſolidos componat. Si verò ſervi Eccleſiaſtici, (43) vel Vaſallorum noſtrorum hoc facere præſumſerint, LX. ictus accipiant. Aut ſi Magiſter eorum aut Advocatus, qui liberi homines ſunt, eos vel Comiti vel Miſſo noſtro præſentare voluerit, prædictum bannum, ideſt LX. ſolidos componat. *III.* 28. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu noluiſti recipere denarium merum & bene penſantem. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd Johannes ſervus Eccleſiæ Sancti Rufini, unde tu es Advocatus, aut ſervus tuus, noluit recipere denarium merum & bene penſantem. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu noluiſti præſentare ad juſſum Comitis ſervum Eccleſiæ Sancti Rufini, unde tu es Advocatus, qui noluit recipere denarium merum & bene penſantem.

XXVII.

De falſa moneta jubemus, ut qui eam percuſſerit, (44) & probatum fuerit, manus ejus amputetur. Et qui hoc conſenſerit, ſi liber eſt, LX. ſolidos componat; ſi ſervus eſt, LX. ictus accipiat. *I.* 29. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu baptiſti falſam monetam, aut conſenſiſti.

XXVIII.

Si quis proprium noſtrum, quod (45) inveſtitura Genitoris noſtri fuerit, quærenti reddiderit ſinè noſtra juſſione, aliud tantum nobis de ſuo proprio cum lege ſua componat. Et quicumque ſe ſciente illud per malum ingenium acquirere tentaverit, pro infideli teneatur; quia ſacramentum fidelitatis, quod nobis promiſit, irritum fecit, & ideo ſecundùm noſtram voluntatem & poteſtatem judicandus eſt. *I.* 35. 3.

XXIX.

Si quis puerum invitis parentibus (46) totonderit, aut puellam velaverit, legem ſuam in triplo componat ipſi puero vel puellæ, ſi jam ſuæ poteſtatis ſit, aut illi in cujus poteſtate ſit. Illi verò poteſtatem habeant capitis ſui, ut in tali habitu permaneat, qualis ei placuerit. *I.* 34. 4.

Formulæ veteres.

Petre Presbyter cum Johanne tuo Advocato de hoc te appellat Martinus Salicus, quòd tu filium ſuum Johannem puerum totondiſti, aut Aldam puellam ſuam filiam ſe invito velaſti. De torto. Da ſibi vadimonium cum tuo Advocato, ſi te recordatus fueris, ut emendes. Sin autem, ut tuus Advocatus exdicat ſe ſecundùm tuam legem.

XXX.

Si mancipia à domino (47) ſuo fugierint in aliam poteſtatem, propter hoc nullum præmium recipiat ipſe, in cujus poteſtate inventa fuerint, pro eo quòd ea reddiderit, vel foràs ejecerit. Et non ſolùm hoc, ſed etiam ſi ea nec reddere, nec foràs ejicere voluerit, &

(41) In Cod. Eſten. præponitur hic Titulus : *De injuſtis toloneis, & conſuetudinibus.* Tum ſequitur. *Ut ubi tempore noſtri avi Pippini conſuetudo fuit toloneum dari, ibi & in futuro detur.* Factam arbitror Legem pro Populo Francorum, & deinde ad Italos quoque propagatam; neque enim Pippino Regi Ludovici Pii Auguſti Avo quidquam juris in Italico Regno fuit, ut ejus nomen Italicorum auribus foret ingerendum. Ineptiſſimè editio Bohëriana præfert : *Ut ubi tempore Avi noſtri invictiſſimi Imperatoris Pippini* &c.

(42) Hæc ita in Cod. Eſten. *vel ubi naves per mediam aquam, aut ſub pontem perrexerint, & ad ripam non appropinquaverint, neque ibi aliquid emtum, vel venumdatum fuerit.* Infra *ubi juxta pontem aquam tranſmeare poteſt.* In fine : *& noſtrum bannum, ideſt LX. ſoldos perſolvat.*

(43) Codex Eſten. & Ambroſ. *Eccleſiaſtici aut Comitum, vel Vaſſallorum.* Infra *aut Advocatus, quilibet eſt, eos vel ad Comitis, vel Miſſorum noſtrorum juſſum præſentare noluerit.* Baluziana editio pag. 604. corruptè & ipſa heic habet *Advocatus, qui liber eſt.*

(44) Cod. Eſten. *percuſſiſſe comprobatus fuerit.*

(45) Scribendum, uti Baluzius habet : *quod inveſtitura* (ſequitur Cod. Eſten.) *Genitoris noſtri fuit, alicui quærenti* &c.

(46) Hoc eſt Clericum, aut Monachum effecerit. Infra Cod. Eſten. *aut ipſi puero, vel puellæ, ſi jam ſuæ poteſtatis ſunt, aut illi, in cujus poteſtate fuerint.* Infra *in tali habitu permaneant, qualis ei placuerit.*

(47) Cod. Eſten. *de domino ſuo fugerint in alienam poteſtatem, ut propter hoc* &c. Infra *& illa inde poſtea fugerint, ſecundùm legem ea ſolvere cogatur.*

Digitized by Google

& legitimo domino ea contradixerit, & illa poſtea fugierint, ſecundùm legem ſuam ſolvere cogatur ea. *I.* 26. 85.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus Langobardus, quòd unum ſuum mancipium fugit in tuam poteſtatem, & tu noluiſti illud ſibi reddere, nec à tua poteſtate illud foràs ejicere, & in terra fugit de tui poteſtate, & illud perdidit.

XXXI.

Quicumque tributariam terram, unde tributum ad partem noſtram exire ſolebat, vel ad Eccleſiam, (48) cuilibet alteri tradiderit, is qui eam ſuſcepit, tributum, quod exinde ſolebat exire, omnibus modis ad partem noſtram tribuat, niſi fortè talem firmitatem habeat de parte noſtra, per quam ipſe tributum ſibi per donationem poſſit oſtendere. *III.* 8. 2.

XXXII.

Si quis terram cenſualem habuerit, quàm anteceſſores ſui ad aliquam Eccleſiam, vel ad Villam noſtram dederint, nullatenus eam ſecundùm legem tenere poteſt, niſi ille voluerit, in (49) cujus voluntate illa Eccleſia vel Villa pertinet. Niſi fortè filius ejus, aut nepos ejus ſit, qui eam tradiderit, & ei eadem terra noſtra ad tenendum placita ſit. Sed in hac re conſiderandum eſt, utrum ille, qui eam tenet, & dives aut pauper ſit, & utrum aliud beneficium habeat, vel etiam proprium. Et qui eorum neutrum habuerit, erga hunc miſericorditer agendum eſt, ne ex toto exſpolietur, ut in egeſtatem incidat, & ut talem cenſum inde perſolvat, qualis fuerit conſtitutus ei, vel portionem inde aliquam in beneficio accipiat, unde ſe ſubſtinere valeat. *III.* 8. 3.

XXXIII.

De nonis, & decimis conſiderandum eſt, ut de frugibus terræ, & animalium nutrimine perſolvantur. *III.* 3. 5.

XXXIV.

De decimis, (50) ut dentur, & dare nolentibus, ſecundùm quod anno præterito denunciatum eſt, à Miniſtris Reipublicæ exigantur. Et eligantur quatuor vel octo homines optimi, pro (51) ut, ſi opus fuerit de ſingulis Plebibus juxta qualitatem uniuſcujuſque Plebis, ut ipſi inter Sacerdotes & Plebem teſtes exiſtant, ubi datæ, vel non datæ fuerint. Hoc autem ideo tantos teſtes eſſe diximus, ne ibi juramentum aliquod faciendum neceſſitas contingat. Non tamen omnino tantos teſtes mittendos eſſe dicimus, ut ipſos ſemper omnes in dandis decimis præſentes eſſe pariter neceſſe ſit; ſed dum pluribus committitur, minùs graventur. Duos autem teſtes, ſi adfuerint, ſufficere credimus. Negligentes autem à Presbyteris Eccleſiarum ammoneantur uſque ad tertiam vicem, ut ipſi (52) decimam dent. Quòd ſi contemſerint, ab introitu Eccleſiæ prohibeantur. Et ſi hoc minimè emendaverunt, à Miniſtris Reipublicæ diſtricti, ſinguli per caput VI. ſolid. Eccleſiæ componant, & inſuper dare decimam cogantur. Nam ſi iterum contemtores exiſtant, & per publicam auctoritatem domus vel caſæ eorum giffentur, quouſque pro ipſa decima, ſicut ſupra dictum eſt, ſatisfaciant. Quia (53) ſi denuo rebelles, vel contradictores eſſe voluerint, & ſuper ipſam guiffim ſua auctoritate, tunc à Miniſtris Regis in cuſtodiam mittantur, uſque dum ad judicium poſtmodum perducantur, & ibi ſecundùm legem ad Comitem, vel ad partem Publicam componant. Reliqua verò decima, ut ſupra dictum eſt, & VI. ſolid. ad Eccleſiam ſatisfaciant. *III.* 3. 6.

XXXV.

Si (54) cujuslibet mancipium in Villa noſtra confugerit, auctor ejuſdem Villæ quærenti domino id non contradicat, ſed ſtatim eum foràs de eadem Villa ejiciat. Et ſi ſe putat ad id repetendum juſtitiam habere, petat, & ſecundùm legem acquirat. Si verò tempore Domini Caroli genitoris noſtri in Villa illa confugerit, & dominus ejus id quærit, Auctor ejuſdem Villæ, aut legitimè id contendat, aut quærenti domino reddat, & Actor propter inveſtituram Domini noſtri Caroli genitoris idem mancipium contradicere non audeat, etſi illius proprium eſſe cognoverit. *I.* 26. 86.

XXXVI.

Volumus ut Miſſi noſtri per ſingulas Civitates unà cum (55) Epiſcopo, & Comite, vel Miſſo

---

(48) Cod. Eſten. *vel cuilibet alteri tradiderit, is qui eam ſuſcepit, tributum, quod inde ſolebat ſolvere, omnimodis ad partem noſtram ſolvat.* Infra *per quam ipſum tributum ſibi perdonatum poſſit oſtendere.*

(49) Cod. Eſten. *ad cujus poteſtatem illa Eccleſia, vel illa Villa pertinet.* Infra Baluzius Tom. I. pag. 611. legit *ad tenendum placitata eſt.* Infra idem Codex *utrum ſi ille, qui eam tenet, dives* &c. Infra *ne ex toto diſpolietur, ut in egeſtatem incidat, aut talem cenſum inde perſolvat, qualis ei fuerit* &c.

(50) Baluzius pag. 339. Tom. II. Capitular. Legem hanc tribuit Ludovico II. Auguſto: Bohëriana editio Lothario I. Auguſto. Contra Codex Eſten. inter Ludovici Pii Leges enumerat. Ego hujus auctoritati ſtandum puto; facile enim fuit Ludovicum unum cum altero confundere.

(51) Cod. Eſten. *vel pro ut opus fuerit, de ſingulis Plebibus juxta quantitatem* &c. Infra. *Hoc ideo dicimus mittendos tantos teſtes, ne juramentum aliquod faciendi neceſſitas contingat. Non tamen ideo tantos teſtes* &c. *ſed ut dum pluribus* &c.

(52) Cod. Eſten. *ut ipſam decimam dent.* Infra: *Et ſi in hoc minimè ſe emendaverint.* Infra *contemtores extiterint, tunc per publicam auctoritatem domus, vel caſæ eorum wifentur:* hoc eſt ſigno, auctoritate Comitis, ſive Judicis, ſuperpoſito, ſpecie quadam ſequeſtri apprehendantur à Curia, ſive Fiſco.

(53) Codex Eſten. *Quòd ſi denuo.* Infra *& ſuper ipſam wifam ſua auctoritate intrare præſumſerint: tunc à Miniſtris Reipublicæ in cuſtodia mittantur, uſque dum ad judicium publicum perducantur.* Cum his concordat Ambroſ. Codex. Idem olim erat *Reipublicæ Miniſter*, ac *Regis*, ut ex innumeris exemplis patet, de qua re mihi ſermo alibi erit, quando ſunt nonnulli, qui in meridiano Sole cœcutire noſtris temporibus volunt. Infra Baluzius legit: *vel ad Comitem, vel ad partem Reipublicæ* &c.

(54) In Cod. Eſten. legitur: *Si cujuslibet mancipia in Villam noſtram confugerint, Actor ejus Villæ.* Ita quoque apud Baluzium Tom. I. pag. 612. Infra *ea non contradicat, ſed ſtatim ea foràs* &c. *Et ſi ſe putat ad ea repetenda* &c. Infra *in Villam illam confugium fecerint, & dominus ea quarat, Actor ejuſdem Villæ, aut legitimè ea contendat* &c. At Ambroſ. Cod. habet: *legitimè eum contineat.* In fine *non audeat, ſi illius* &c.

(55) Cod. Eſten. *Cum Epiſcopo, & Miſſo noſtro, & Comite* &c. Emendanda hæc videntur ex editione Baluziana Tom. I. pag. 612. *unà cum Epiſcopo, & Comite Miſſos, vel noſtros homines ibidem commanentes eligant* (ſequitur etiam Cod. Eſten.) *quorum curæ ſit pontes per diverſa loca emendare, & eos, qui illos emendare debent, ex noſtra juſſione ammoneant, ut unuſquiſque juxta poſſibilitatem, & quantitatem eos emendare ſtudeant.* Ita quoque in Cod. Ambroſ.

Digitized by Google

Missо nostro, vel nostris hominibus ibidem commanentibus eligant, quorum cura sit pontes per diversa loca emendare, & eos, qui emendare debent, ex nostra jussione ammoneantur, & unusquisque juxta possibilitatem suam emendare studeat. *III.* 1. 32.

XXXVII.

De injustis occasionibus, (*) & consuetudinibus noviter institutis, sicut tributa sunt, & tolonea in media via, ubi nec aqua, nec palus, nec pons, nec aliquid tale fuerit, unde justè census exigi possit, vel ubi naves subtus pontes transire solent, sive in medio flumine, ubi nullum est obstaculum, ut auferantur, antequam (56) ad nostram notitiam deferantur, præcipimus. *III.* 1. 32.

XXXVIII.

Legatio (57) Missorum nostrorum hæc est: Primùm, ut sicut jam aliis Missis nostris injunctum est, faciant justitiam de rebus & libertatibus injustè ablatis. Et si Episcopus, aut Abbas, aut Vicarius, aut Advocatus, aut quilibet de plebe hoc seciſse inventus fuerit, statim restituatur. Si verò Comes, vel Actor dominicus, vel alter Missus Palatii nostri hoc perpetraverit, & in nostra potestate redierit, res diligenter investigata & descripta ad nostrum revertatur judicium. Volumus (58) autem de his libertatibus, & rebus reddendis, quæ in nostra investitura sunt, ut primùm quosque per optimos inquirantur: & si nec per illos rei veritas inveniri possit, tunc per eos, qui post ipsos jam in illa vicinia meliores sunt, rei veritas inveniatur. Et si nec per illos rei veritas inveniri possit, tunc liceat litigatoribus ex utraque parte testes adhibere, & si discordaverint, secundùm constitutionem à nobis promulgatam examinentur. *II.* 55. 17.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tulisti sibi injustè investituram de uno suo servo, vel bove, aut caballo. Petre te appellat Martinus, quòd ipse stabat in sua libertate, & tu injustè misisti eum in tuum servitium. Petre te appellat Martinus, quòd tu stabas in suum servitium, & injustè te tu tulisti de suo servitio. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monasterii, vel Publica, unde tu es Advocatus, tulit sibi injustè investituram de uno suo servo, vel caballo. Similiter fit appellatio de investitura terræ injustè ablatæ, secundùm quosdam. Sed sunt quidam, qui dicunt hoc debere finiri de investitura prædii. Si reus dixerit: de torto me appellas; tunc sit inquisitio investituræ publicæ per optimos vicinæ. Et si per illos invenire non possunt, tunc per eos, qui post illos in illa vicinio sunt meliores, veritas inveniatur. Et si per illos non invenitur, reddatur investitura per hanc legem, & offensa emendentur secundùm legem illius, cui malum fecit. Si verò inveniri non possit, tunc appellator probet, & adversarius Publicus det contra, si vult. Si verò non potuerit probare, aut rem perdat, vel ad aliam appellationem se volvat secundùm quosdam. Si verò privatus fuerit, qui investituram alteri tulit, non debet esse inquisitio per hoc Capitulum, sed probatio, vel ita ut perditor appellare voluerit, & post investituram emendetur, bannumque solvatur. Si verò probare voluerit, vel non potuerit, exdicat se reus cum suis sacramentalibus.

XXXIX.

De honore Ecclesiarum, ut per omnia eis exhibeatur, sicut nuper à nobis cum consensu omnium fidelium nostrorum, constitutum est. (59) *III.* 1 34.

XL.

De nova & falsa moneta diximus, & de despectu nostrarum literarum, & de latronibus coërcendis, & puniendis, & faydis (60) pagandis, & de homicidiis prohibendis, & de perjuriis, & falsis testibus compescendis, & de (61) his omnibus, & ceteris his similibus constituimus, ut omnibus annuntietur, & in futuro observetur. Hoc quoque volumus, ut Missi nostri observent, & quidquid de his causis, vel simul, vel singulariter emendare potuerint, emendent, & ea, quæ emendaverint, diligenter scriptis notent; & hoc sic peragere curent, quatenus justè reprehendi à quoquam nullatenus possint, & quæ facere debent, aut quæ possint, nullatenus prætermittant. Imò caveant ne, quòd absit, aut gratia alicujus, aut honoris, aut timoris, sive odii causa illud, quod agere debent, omittant. Et summopere studeant in hoc, quod per se facere non possunt, nobis notum faciant, & in omnibus provideant, ut per singula Capitula tam verbis quàm scriptis de omnibus, quæ illic peregerint, nobis rationem reddere valeant. *III.* 7. 2.

XLI.

(*) Supra quoque innui, *occasionis* voce significatum olim fuisse, quod nunc *Aggravio*, *Aggravj*, & *Gravezze* appellamus.

(56) Baluzius Tom. I. pag. 615. ita legit: *Antiquæ ad nostram notitiam deferantur*. Verùm retinenda lectio Goldasti, cui Codex Eften. suffragatur, & Boheriana Editio. Atque ita scribendum monet illud *præcipimus* à Baluzio prætermissum Nam cur antiquæ consuetudines ad notitiam Principis deferantur?

(57) Ita quoque in Cod. Eften. Baluzius Tom. I. pag 613. legit: *Legatio omnium* Missorum. Infra idem Codex: *aut quislibet de plebe hoc feciſse inventus fuerit, statim restituantur*. Infra *& in nostram potestatem redegerit*. Infra *ad nostrum revertatur judicium: quod est ita*. Baluzius legit *ad nostrum judicium reservetur*.

(58) Tum in Cod. Eften. tum apud Baluzium hinc exordium sumit diversa Lex. Verùm duo illa verba in Cod. eodem addita *quod est ita*, insinuare videntur continuandam esse Legem, & præcipuè, quòd heic etiam, ut supra, agatur de libertatibus & rebus reddendis. In Cod. Eftensi infra habetur: *quæ in nostra vestitura sunt, ut primùm per optimos quosque inquirant, nisi actio per investituram fuerit. Et si per illos rei veritas inveniri non possit, tunc per eos, qui post illos in illa* &c. Infra *tunc liceat litigantibus*.

(59) Neque in Cod. Eften. plura leguntur. At Baluzius Tom. I. pag. 615. addit: *Et ut hoc Missi nostri omnibus in sua legatione constitutis notum efficiant*.

(60) In Eftensi quoque Cod. legitur *& de faydis pagandis*. Baluzius pag. 616. legit *pacandis*. Idem significat. Pretio enim componebantur plerumque, & componendæ *faidæ*, hoc est inimicitiæ, & simultates privatorum, ob quodpiam homicidium sive contumeliam inlatam enatæ. Neque Italicum *pagare* aliunde derivandum videtur, quam à Latino *pacare*.

(61) Cod. Eften. *De his omnibus & ceteris his similibus hoc quoque constituimus* &c. Infra. *Hoc volumus*. Ita conjungit hæc cum superioribus idem Codex. Baluzius autem hinc alteram exorditur Legem. Post aliquot lineas idem Cod. Eften. *& summopere studeant, ut hoc, quod per se*. Infra *& omnibus modis prævideant*.

Digitized by Google

XLI.

De placitis (62) quidem, quæ liberi homines obſervare debent, conſtitutio Genitoris penitùs ſervanda, atque tuenda eſt: ut videlicet in anno tria ſolummodo generalia placita obſerventur, & nullus eos ampliùs placita obſervare compellat, niſi forſitan quilibet, aut accuſatus fuerit, aut alium accuſavit, aut ad teſtimonium perhibendum vocatus fuerit. Ad cetera verò placita, quæ Centenarii tenent, non alius venire jubeatur, niſi aut qui litigat, aut qui judicat, aut qui teſtificatur. Et quicumque hujus conſtitutionis tranſgreſſor de Miſſis noſtris inventus fuerit, bannum noſtrum componat. *II.* 42. 3.

XLII.

Ut pro debito, quod ad opus noſtrum fuerit vadiatum, talis conſideratio fiat, ut is, qui ignoranter peccavit, non totum ſecundùm legem componere cogatur, ſed juxta quod poſſibile viſum fuit. Is verò, qui tantum malum voluntariè peccaverit, totam legis compoſitionem cogatur exſolvere. *I.* 2. 11.

XLIII.

Ut nullus ad Palatium, vel in hoſtem pergens, de (63) Palatio, vel de hoſte rediens, tributum, quod tranſitorium vocatur, ſolvere cogatur. *I.* 15. 16.

XLIV.

Ut pontes publici, qui per bannum fieri ſolebant, anno præſenti in omni loco reſtaurentur. *III.* 1. 35.

XLV.

Ut Clerici, & Monachi, & Servi fugitivi ad loca ſua reverti jubeantur. *I.* 26. 87.

XLVI.

Ut nullus Epiſcopus, nec Abbas, nec Abbatiſſa Centenarium Comitis habeat Advocatum. *II.* 47. 4.

XLVII.

Ut Vicarii, & Centenarii, qui furones & (64) latrones celaverint, vel defenderint, ſecundùm dictam ſententiam judicentur. *I.* 26. 88.

XLVIII.

Ut Comites, & Vicarii, & Centenarii de conſtitutione legis ammoneantur, (65) & propter juſtitiam pervertendam munera non accipiant. *II.* 52. 18.

XLIX.

De foreſtibus noſtris, ut ubicumque fuerint, diligentiſſimè inquirantur, quomodo (66) ſalvæ factæ ſunt, & defenſæ. Et Comitibus denuntietur, ne ullam foreſtam noviter inſtituant, & ubi noviter inſtitutas ſinè noſtra juſſione invenerint, dimittere præcipiant. *III.* 35. 1.

L.

Ut in illius Comitis miniſterio, qui (67) bonam juſtitiam factam habent, Miſſi noſtri diutiùs non morentur, neque illuc multitudinem convenire faciant; ſed ibi moras faciant, ubi juſtitias vel minùs, vel negligenter factas invenerint. *II.* 52. 19.

LI.

Ut in illius Comitis miniſterio ibidem Miſſi noſtri placitum non teneant, qui in aliquo miſſatico directus eſt, donec (68) reverſus fuerit. *II.* 52. 20.

LII.

Ut ubicumque (69) Miſſi noſtri aut Epiſcopum, aut Comitem, aut Abbatem, vel alium quemlibet quocumque honore præditum invenerint, qui juſtitiam facere noluerit, vel prohibuerit, de ipſius rebus vivant, quamdiu juſtitiam facere debent. *II.* 52. 21.

LIII.

De obſervatione præceptorum noſtrorum, in (70) immunitate ut ita obſervetur, ſicut a nobis, & ab anteceſſoribus noſtris conſtitutum eſt. *III.* 1. 36.

LIV.

Ut Miſſi noſtri, qui vel Epiſcopi, vel Abbates ſunt, aut Comites, uſque (71) quo infra ſuam Judiciariam vel terminum fuerint, nihil de aliorum conjectu accipiant. Poſtquam verò inde longè receſſerint, tunc accipiant ſecundùm quod in ſua tractoria continetur. Vaſſi verò noſtri, & Miniſtri alii, qui Miſſi ſunt, ubicumque venerint, inde conjectum accipiant. *III.* 1. 38.

LV.

Ut omnis Ordo Eccleſiarum Lege (72) Romana vivat; & ſic inquirantur, & defendantur res Eccleſiaſticæ, ut emphyteoſeos contractus, unde Eccleſia damnum patitur, non obſerventur, ſed ſecundùm Legem Romanam deſtruantur, & pœna non ſolvatur. *III.* 1. 37.

LVI.

(62) Cod. Cath. Mutin. *De placitis ſiquidem, quos liberi &c.* Infra uterque Codex *Genitoris noſtri*. Infra in Eſten. non legitur; *Et nullus eos* &c. ſed ſtatim ſequitur, *niſi fortè quislibet aut accuſatus fuerit, aut alium accuſaverit, aut ad teſtimonium perhibendum* &c. In fine Cod. Eſten. minimè habet verba illa: *Et quicumque* &c. uti neque Baluzius. Attamen inter Lotharii I. Imperatoris Leges hanc repetit Codex Eſtenſis, & quæ heic deſiderantur, illic ſingula leguntur. Ibi inter cetera: *non alii venire jubeantur, niſi qui litigant, aut judicant, vel teſtificantur. Et quicumque hujus conſtitutionis tranſgreſſor à Miſſis noſtris* &c. Ita & Cod. Cath. Mutin.

(63) Cod. Eſten. *vel de Palatio, vel de hoſte rediens, tributum, quod Tranſitura vocatur.* Baluzius pag. 617. legit *quod Traſturas vocant*. Tum in Notis Tom. II. pag. 1196. diverſimode hanc vocem ſcriptam oſtendit.

(64) Cod. Eſten. *vel latrones.* Infra *ſecundùm ſibi datam ſententiam judicentur.*

(65) In Cod. Eſten. *ammoneantur, qua jubetur, ut propter juſtitiam pervertendam munera nullus accipiat.*

(66) Cod. Eſten. *quomodo ſalva facta ſint, & defenſa. Et Comitibus nuntietur, ne ullum foreſte noviter inſtituant: & ubi noviter inſtituta* &c. *dimitti præcipiant.*

(67) Cod. Eſten. *qui bene juſtitias factas habet.*

(68) Cod. Eſten. *donec ipſe reverſus fuerit.* Baluzius pag. 618. Tom. I. Legem hanc exhibet, eique uno tenore conjungit alteram, cujus initium eſt: *Ut cauſa, quæ adhuc* &c. At iſta ad Carolum M. pertinet, eámque ſupra attulimus Cap. CXVIII.

(69) Cod. Eſten. *Ut ubicumque ipſi Miſſi noſtri.* Infra *quamdiu in eo loco juſtitiam facere debent.* Ita quoque Ambroſ. Cod.

(70) Cod. Eſten. *& emunitatum.*

(71) Baluzius pag. 618. Tom. I. aliter legit his verbis: *quamdiu prope ſuum beneficium fuerint.* Cod. Eſten. cum editione noſtra conſentit. Jam alibi monui, *conjectus* voce ſignificari contributionem, hoc eſt *Albergariam*, ſeu *Manſionaticum*, *Paratam*, *Paraveredos*, & horum ſimilia. Infra idem Codex habet: *ſecundùm quod in ſua Epiſtola Tractoria continetur*: quod nihil attinebat addere: *Tractoriam* enim qui legit, ſubintelligit *Epiſtolam.* Pro *& Miniſtri alii* idem Codex habet *& Miniſteriales.*

(72) Cod. Eſten. & Baluzius pag. 690. *ſecundùm Legem Romanam* Ergo ſtatim ac quiſquam Clericali militiæ adſcribebatur, ſive Salicus, ſive Langobardus, ſive Alamannus foret, Romana Lege in contractibus uti incipiebat. Edictum celebre, quod in uſu fuiſſe innumeræ Chartæ ſuperſtites fidem faciunt. Infra *ut emphyteoſis, unde damnum Eccleſiæ patiuntur, non obſervetur, ſed ſecundùm Legem Romanam deſtruatur* &c.

Digitized by Google

LVI.

Omnibus igitur Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero, omnino (73) præcipimus, Vicedominos, Præpositos, Advocatos, seu Defensores bonos habere, non crudeles, nec cupidos, nec perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam facientes vel diligentes. De judicibus autem, vel Centenariis, atque Tribunis, vel Vicariis, dignum esse censuimus, ut si mali fuerint reperti, de ministerio suo abjiciantur. *II.* 47. 5.

LVII.

Si servi per contumaciam collecta multitudine vim intulerint alicui, idest aut homicidium, aut incendium, aut (74) qualecumque damnum fecerint, domini eorum, quorum negligentia evenerit, hoc, pro eo quod constringere noluerint, ut talia facere non audeant, bannum nostrum solvere cogantur. *I.* 18. 8.

LVIII.

Placuit nobis de (75) liberis vel illis hominibus, qui se per XXX. annos liberos esse ajunt, ut per hanc possessionem liberi non sint, nisi de ingenuo patre, aut matre nati sint, aut chartam libertatis ostendant. *II.* 35. 13.

LIX.

Homo (76) de statu suo pulsatus, si is, qui eum pulsat ad vincendum illum procinctos habuerit, adhibeat sibi VIII. legitimos juratores ex ea parte, unde pulsatur, sive illa paterna, sive materna sit, & quatuor aliunde non minùs legitimos, & jurando vindicet libertatem suam. Quòd si procincti defuerint, assumat undecumque XII. liberos homines, & jurando ingenuitatem suam defendat.

LX.

Inter duos (77) fratres anni curricula non computentur, sed semper æqualiter dividant, quia de uno patre & matre nati sunt. Et hæc curricula usque in tertium sequantur gradum.

LXI.

Ut (78) pueri adultæ feminæ non conjungantur. Inventi sunt enim multi maximè de rusticis, qui adultas feminas sub nomine parvulorum suorum filiorum in domos suas induxerint, & postmodum ipsi soceri nurus suas adulterasse convicti sunt. Idcirco inhibendum committimus, ut nullus deinceps cum parvulis pueris adultas feminas conjungat. Sed postquam adolescentes in legitimam ætatem venerint, tunc legitimè possunt se matrimonio copulare.

(73) Cod. Esten. *omnimodo præcipimus Vicedominos* &c. Quamquam officium *Vicedominatus*, ut alibi monui, Ecclesiasticis viris deferretur, nihilominus puto, Episcopos quosdam illud peculiari alicui Familiæ per privilegium contulisse, unde postea nobiles *Vicedominorum*, nunc *Visdomini*, Familiæ cognomen traxerunt. Infra idem Cod. Esten. *non malos, non crudeles*. Infra *& in omnibus justitiam diligentes* &c. *De Judicibus* &c.

(74) Cod. Esten. *aut quantascumque rerum direptiones fecerint*. Baluzius Tom I. pag. 773. legit, *aut qualiumcumque rerum* &c. Codex verò Ambros. *vel qualemcumque rerum direptionem* &c. Infra iidem Codices Esten. & Ambros. hæc habent, quorum pars in Editis desideratur, *ut talia facere non auderent, bannum nostrum, idest LX. solidos solvere cogantur; & solidos LX. persolvant pro unoquoque, si Langobardi sint domini. Similiter & de aldiis*. Num hæc Legem, an Glossam referant, aliorum judicium esto.

(75) In Cod. Esten. *Placuit nobis de illis hominibus, qui* &c.

(76) Hanc Legem inter editas Langobardicas non invenio. Eam suppeditavit Codex Esten. jamque habebamus evulgatam à Baluzio Lib. IV. Cap. 26. Capitular. pag. 781. Du-Cangius eam memorans tribuit Carolo M. At heic refertur ad Ludovicum Pium. Legit Baluzius, *procinctum habuerit*; & infra, *quòd si procinctus defuerit*. Quid verò *procinctus*, aut *procincti* significet, non facilè decernas. Num paratos testes? num expeditum processum, & citationes omnes jam peractas? In Ambros. Codice, ubi hæc eadem occurrit. Legi videtur *procunctos*, & *procuncti*. Sed hinc tenebræ accrescunt.

(77) Et hanc do ex Cod. Esten. eamque editam nondum deprehendi. Eamdem exhibet & Codex Ambros. sed Pippino Italiæ Regi tribuit. Inter Leges Liutprandi supra Lib. VI. Decimasexta de Præscriptione Rerum *inter fratres* habetur. Hanc igitur corrigere Ludovico Augusto placuit.

(78) Ne hanc quidem inter Langobardicas, imò neque à Baluzio evulgatam vidi. Eam exhibet Esten. Codex, uti & Ambros. Monendus tamen Lector, fuisse hanc Legem hauftam ex Can. XXIV. Synodi Ticinensis habitæ anno 850. ac editæ à Labbæo Tom. VIII. Concilior. pag. 69 Quare nisi velimus, ab iis Patribus repetitam fuisse Ludovici Pii Legem (quod minimè veri videtur simile) eidem Ludovico Lex ista tribui nequit; sed quidem à Ludovico II. Augusto ejus nepote confirmata fuerit, uti & de aliis Synodorum sanctionibus factum infra patebit. Vide supra inter Liutprandi Leges Cap. LXXVI. Lib. VI. & Cap. CXLV. Caroli M. quibus hæc eadem conjugia interdicuntur. Repetitæ Leges, vitium contumax fuisse produnt.

LOTHA-

Digitized by Google

LOTHARII I. LEGES.

LOTHARIUS REX.

Lotharii Regis Lector nunc ſcripta videbis.

I.

SI (1) liber homo ſe ipſum ad ſervitium implicat pro aliquibus cauſis, & liberam feminam habuerit, aut infantes, ipſi in eorum libertate permaneant. Et ſi ipſa mulier defuncta fuerit, & aliam liberam feminam ſibi copulaverit ſervienti, ipſa in ſervitio permaneat. *II.* 33. 3. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

Formulæ veteres.

Maria cum Donato tuo tutore Petrus te appellat, quòd es ſua ancilla, & malo ordine ſubtrahis te de ſuo ſervitio. Libera ſum naſcendo. Hoc dico egò, quòd tu te ſciente ſociaſti te in conjugio cum Martino meo ſervo, qui mihi fuit traditus per crimen, aut per debitum.

II.

Si quis (2) liber homo uxorem alienam adulteraverit, & ſecundùm leges in manus ejus traditi fuerint, & poſtea convicti fuerint, à publicis partibus recipiantur, & qui ipſos comparatos habuerit, pretium ſuum perdat. *I.* 33. 7.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu comparaſti Marcoardum, qui adulteravit mulierem Doniſmundam ſimul cum adultera, & poſtea ſunt convicti. Non Deo placet, ut hoc ſit verum. Da vadimonium, ut te exdicas, aut emendes.

III.

Volumus (3), ut Comites noſtri licentiam habeant inquiſitionem facere de ipſa conjunctione adulterii.

IV.

Volumus de obligationibus, ut nullus (4) per ſacramentum, nec per aliam obligationem, adunationem faciat; & ſi hoc facere præſumſerit, tunc ille, qui prius conſilium inchoavit, & hoc factum habet, in exilio ab ipſo Comite in Corſicam mittatur, & illi alii bannum componant. (5) Et ſi talis fuerit, qui non habeat unde componat, LX. ictus accipiat. *I.* 18. 9.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu feciſti adunationem per obligationem. Et fuiſti in capite. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd Paulus fecit adunationem per obligationem, & fuit in capite, & tu fuiſti cum ipſo.

V.

Volumus ut cum (6) collectis vel ſcutis ad placitum Comitis nullus præſumat venire, & ſi præſumſerit, bannum noſtrum componat. *II.* 46. 2.

VI.

De ſanctimoniali femina ſtatuimus, ut ſi adulterium fecerit, & inventum fuerit, res, quas (7) habeat, in Fiſco noſtro ſocientur. Perſona verò ejus ſit in poteſtate Epiſcopi, in cujus Parochia eſt, ut in monaſterio mittatur. *II.* 37. 5.

VII.

Volumus, ut Epiſcopi, & Abbates, & Abbatiſſæ ſuos Advocatos habeant, & (8) pleniter juſtitiam faciant ante Comitem ſuum. *II.* 47. 6.

VIII.

De illis hominibus, qui res ſuas alienaverunt, ubicumque ſuper eas reſident, reſtringat (9) eos Comes per excubias publicas, ſicut lex continet. *III.* 9. 2.

IX.

Placuit nobis de omnibus (10) liberis, ut nihil eis ſuperponatur, niſi ſicut lex eſt, & rectitudo continet. *III.* 12. 3.

X.

Volumus, ut Epiſcopi unà cum Comite ſuos Advocatos eligant. *II.* 47. 7.

XI.

NOTÆ AD LEGES LOTHARII AUGUSTI.

(1) Vide Legem alteram infra ejuſdem Lotharii Cap. LXXXVII. ab iſta non abſimilem: Ludovicus tamen Pius ſupra Lege V. interdixerat hujuſmodi *obnoxiationes* Libertatis, ita enim antiquæ Formulæ appellant, ſe mancipare alicujus ſervitio.

(2) In MSto Eſten. uti & in Ambroſ. & apud Baluz. Tom. II. pag. 321. non additur *liber*. Infra idem Cod. *& ſecundùm Legem ei in manum*, hoc eſt, adulteræ marito tradantur. Infra *partibus publicis recipiantur* : ideſt Fiſco Regis, cujus fiant ſervi. Vide infra Cap. LXXVI. Legem alteram Lotharii ipſius huic conformem.

(3) A corpore Langobardicarum Lex iſta abeſt: neque eam à Baluzio editam animadverti.

(4) Cod. Eſten. *ut nullus homo per ſacramentum, nec per obligationem*. Infra *qui priùs ipſum conſilium*.

(5) Aliqua addit Cod. Eſten. quæ neque apud Baluzium leguntur Tom. II. pag. 321. nempe: *componant, niſi obligatio ſit facta, vel inemendata per Comitis negligentiam, & auctor facti ſit præditus aliqua dignitate. Et ſi* &c. Fortaſſe Gloſſator quiſpiam addidit.

(6) Cod. Eſten. habet *ut cum collecta*, ideſt, ut in præcedenti Lege, cum adunatione hominum, quaſi vim illaturus, aut Judici, aut adverſario. Supra vidimus Pippinum Regem Cap. XLII. vetuiſſe ne quis *arma ad mallum vel ad placitum* deferret. Cod. Eſten. in fine habet *bannum componat*.

(7) Idem Cod. *quas habet*. Infra *ut in Monaſterio intromittatur*. Agitur heic de iis Monialibus, quæ in ſuis ædibus vitam agebant, quales nunc ſunt, quæ *Tertiariæ* & *Pinzocheræ* appellantur. Vide infra Legem LXXXVIII. ejuſdem Lotharii.

(8) Cod. Eſten. *& plenam juſtitiam faciant* : hoc eſt cuicumque eos vocanti in jus ob aliquam cauſam, rite ſecundùm leges reſpondeant ac ſatisfaciant.

(9) Cod. Eſten. *diſtringant eos Comites per excubias publicas*. Nomine *publicarum excubiarum* cenſet Du-Cangius ſignificari quodlibet gravamen ſubditis à dominis impoſitum, quamquam heic agi tantùm videatur de cuſtodia Urbium. Vide infra Legem XI. Verumtamen in Lege XXII. ejuſdem Lotharii *boſtem & reliquas publicas functiones facere jubentur*. Codex Eſten. in fine hæc addit: *continet; & tria generalia Placita cuſtodiant*: uti præcipitur ſupra Cap. XLI. Legum Ludovici Pii.

(10) Cod. Eſten. *de hominibus liberis*. In fine (fortaſſe Gloſſa) additur : *ideſt ut faciant vias, & pontes.*

Digitized by Google

XI.

Volumus (11) de excubiis publicis, quæ ad utilitatem Regni pertinent, præcepta immunitatum impedimentum non præstent, sed adjutorium. *III.* 1. 39.

XII.

Ut Cancellarii electi boni, & veraces chartas (12) publicas conscribant ante Comitem, & Scabinos, & Vicarios ejus, & nullis modis hoc facere præsumat: de substantia autem sua legitimum pretium detur. *II.* 40. 2.

XIII.

De Cancellariis, qui veraces electi sunt, ad homines infirmos veniant, & secundùm legem instrumenta chartarum scribant, & à testibus roborentur; & statim cùm scripta charta fuerit, ostendatur ante (13) Episcopum, & Comitem, & Judicem, vel Vicarios, aut in Plebe, ut veraces esse cognoscantur. *II.* 40. 2.

XIV.

Ut mulieres Romanæ, quæ viros habuerunt Langobardos, eis defunctis à lege viri sui sint absolutæ, & ad suam revertantur legem. Et hoc statuimus, ut simili modo servetur in ceterarum natione mulierum (14). *II.* 7. 2.

XV.

Placuit nobis, ut si pro quibuslibet causis, culpis, atque criminibus quæcumque persona totiens fuerit (15) contemtor, ut etiam excommunicatione Episcopali pro contemtu digna habeatur, Comitem suum Episcopus sibi societ, & per amborum consensum hujusmodi distringatur contemtor, ut jussioni Episcopi sui obediens existat. Si verò assensum non dederit, bannum nostrum nobis persolvat. Quòd si adhuc contumax extiterit, tunc ab Episcopo excommunicetur. Si verò excommunicatus corrigi nequiverit, à Comite in vinculis distringatur, quousque nostrum contemtor suscipiat judicium. Si verò Comes in talibus requisitus fuerit noxius, per Episcopum ejus nobis nuncietur. Si autem Vassus nostter in hac culpa fuerit lapsus, sicut supra, à Comite distringatur. Quòd si eum non audierit, nobis nuncietur, antequam in vinculis mittatur. *II.* 54. 1.

XVI.

Volumus, ut omnibus (16) modis immunitates Progenitorum nostrorum præcepto, seu nostro pleniter justè emendetur. *III.* 1. 40.

XVII.

Volumus, ut si (17) res à liberis personis locis dedicatis conferuntur, liceat sibi usumfructum, & ordinationem rerum earumdem, si aliter sibi placuerit, reservare. Si aliter eas non ordinaverit, ita remaneant, sicut prius datæ fuerunt. *II.* 18. 8.

XVIII.

Singulis Episcopis, Abbatibus, Abbatissis duos concedimus Advocatos (18) habere, eos quoque unum, qui causam procuret, alium qui sacramentum deducat, eosque quamdiu advocationem tenuerint, ab hoste relaxamus. *II.* 47. 8.

XIX.

Prohibemus (19) enim, ut nemo usuram facere præsumat post sui Episcopi contestationem. Quòd si quis post ejus contestationem facere præsumserit, à Comitibus, sicut supra dictum est de concemtoribus, præcipimus, ut distringatur. *II.* 54. 2.

XX.

Præcipimus ut singulæ Plebes secundùm antiquam consuetudinem fiant restauratæ. Quòd si filii ejusdem Ecclesiæ eas restaurare noluerint, à Ministris Reipublicæ distringantur, ut volentes nolentesque nostram observent præceptionem. *III.* 1. 41.

XXI.

De precariis quoque, quæ à Rectoribus Ecclesiarum irrationabiliter fiebant, & se suosque successores gravi pœna obligabant, ut facta (20) ejus nequirent dissolvere, præcipimus, ut nemo successorum antecessoris sui pœnâ statutâ sit obligatus, sed suæ providentiæ concessum, ut si antecessor ejus res Ecclesiæ irrationabiliter distribuerit, ab eo eidem Ecclesiæ ad jus tenendum revocetur. *III.* 10. 2.

XXII.

Placuit nobis, ut liberi homines, qui non propter paupertatem, sed ob vitandam Reipublicæ utilitatem fraudulenter, ac ingeniosè res suas Ecclesiis delegant, denuo (21) sub censu utendas recipiunt, ut quosque res ipsas possident, & hostes, & reliquas publicas functiones faciant. Quòd si jussa facere neglexerint, licentiam eos distringendi Comitibus permittimus per ipsas res, non resistente immunitate, ut status, & utilitas Regni hujusmodi adinventionibus non infirmetur. *III.* 9. 3.

XXIII.

Volumus, ut (22) simul in Laicali ordine hæc

---

(11) Idem Cod. *Volumus, ut de excubiis, quæ ad utilitatem Regni nostri pertinent, præceptum emunitatum* &c.

(12) Rectiùs quàm in Esten. Cod. *chartas publicè*. Infra idem Cod. *Et nullo modo hoc facere præsumant de pecunia, antequam legitimum pretium detur*. Tum sequitur Glossa: *Per hoc dicitur: Habes pretium juxta chartam.*

(13) Sequitur in Cod. Esten. *vel ante Comitem, Judices vel Vicarios, aut in Plebe* (hoc est in Ecclesia rurali) *ut verax agnoscatur esse.*

(14) In Cod. Esten. subnectitur Glossa: *Sic de aliis scilicet effectis per argumentum.*

(15) In Cod. Esten. & apud Baluz. Tom. II. pag. 323. *fuerit correpta*. Infra: *Si verò in talibus noxius Comes repertus fuerit*. In fine *sicut supra per Comitem distringatur. Quòd si non audierit, nobis innotescat* &c.

(16) Cod. Esten. *ut omnimodis emunitates pro jussione genitorum nostrorum, seu nostra, pleniter ac justè conserventur*. Cod. Ambros. *immunitates Progenitorum nostrorum, seu nostræ, pleniter* &c. Vide supra inter Pippini Leges Cap. XIX.

(17) God. Esten. *ut res, quæ à liberis personis locis Deo dicatis* &c. Infra *eas non ordinaverint*.

(18) Cod. Esten. *Advocatos unum, qui causas procurent, alterum verò* &c. Hæc minimè habet editio Baluziana Tom. II. pag. 323.

(19) Cod. Esten. *Prohibemus, ut nemo*. Infra *Quod si quis post ejus interdictum facere* &c.

(20) Cod. Esten. *ut facta ipsius*. Infra *sed suæ providentiæ sit concessum*. In fine *ab eo ejusdem Ecclesiæ ad jus* &c.

(21) Cod. Esten. *easque denuo sub censum utendas recipiunt, ut quousque* &c. Infra *per ipsas res, nostra non resistente emunitate*. Heic Baluziana editio manca est Tom. II. pag. 324. desideratur enim ibi: *Quod si jussa* usque ad finem. Vide supra Legem VIII.

(22) Cod. Esten. *ut similis mensura in Laicali ordine de hac re servetur, videlicet*, &c. Infra *dimiserit, si negligens*. In fine *ut in quocumque publica non minoretur utilitas*. Legem hanc Baluzius Pippino Italiæ Regi tribuit, eamque refert Tom. I. pag. 547.

Digitized by Google

hæc ſervetur menſura, videlicet, ut ſi quis alterius proprietatem (qui hoſtem facere poſſit) emerit, aut quovis modo ad eum pervenerit, eique ad utendum eam dimiſerit, & ſi negligenter de hoſte fuerit, per ipſas res à Comite diſtringatur, ut quoquomodo publica utilitas non minoretur. *III.* 9. 4.

XXIV.

Præcipimus, (23) ut de his fratribus, qui in noſtris & Romanæ finibus in paternam vel maternam ſuccedunt hereditatem, ſi contigerit, quòd unus Eccleſiaſticæ militiæ ſit manciparus, & idcirco is, qui ſeculariter militare debuerat, ut ſe (24) ad defenſionem Regni ſubtrahat, in noſtris finibus partem ſubſtantiæ in portionem ſuſcipere diſſimulaverit, idcirco ut neque à Comite diſtringi valeat. Ubicumque enim ſuus Comes eum invenerit, licentiam diſtringendi ei concedimus, ita ut primum fidejuſſorem, donec ad placitum veniat, & bannum noſtrum perſolvat. Si verò fidejuſſorem non invenerit, tamdiu per Comitem ſub cuſtodia teneatur, quouſque fidejuſſorem inveniat, & bannum noſtrum perſolvat. *III.* 9. 7.

Gloſſa.

Per hoc exemplum capiuntur, qui fidejuſſorem non habent, quod ſtultorum eſt. Jurare enim debent, ſe non poſſe, ut Romani.

XXV.

Homo (25) ingenuus, qui multam quamlibet ſolvere non potuerit, & fidejuſſorem non habuerit, liceat ei ſemetipſum in vadia ei, cui debitor eſt, mittere, uſque dum multam, quàm debuit, perſolvat.

XXVI.

De liberis (26) verò hominibus, qui in alienam poteſtatem mobile ſuum transferunt, ut cauſatores eorum pignorare eos non poſſint: placet nobis, ut eorum res infiſcentur, quouſque venientes ad audiendam juſtitiam faciant. Si verò venire contemſerint, ſecundùm Capitulare Domini, ac Genitoris noſtri de rebus eorum agatur. Nam & de rebus eorum habita æſtimatione damnum quæſitori ſarciatur.

A Qui verò illud mobile recepit, ſi hoc per ſacramentum probare non potuerit, quòd propter juſtitiam alterius differendam illud mobile non recepiſſet, bannum noſtrum perſolvat. De fratribus (27) namque, qui ſimul in paterna ſeu materna hereditate vivunt communiter, ſubſtantiam eorum dividere occaſione, ut unus eorum tantùm in hoſtem vadat, volumus, ut ſi ſolus eſt, vadat; ſi verò duo, ſimiliter; ſi verò tres fuerint, unus remaneat. Si ultra tres numerus creverit, unus ſemper propter domeſticam curam, atque rerum communium excolentiam remaneat. Si verò inter eos aliqua fuerit orta contentio, quis eorum expeditionem facere debeat, tunc prohibemus, ut nemo eorum remaneat. In ætate quoque illorum lex propria ſervetur, &
B in nepotibus hæc conditio remaneat ſimiliter. *III.* 9. 8.

XXVII.

Ut in teſtimonium non recipiantur de his capitulis, ideſt de libertate, & de hereditate, vel de proprietate, in mancipiis, & terris, ſive de homicidio, & de incendio, excepto (28) ſilvali, illi qui non habent, ſi convicti fuerint falſum dixiſſe teſtimonium, unde ſecundùm legem compoſitionem plenam reddere poſſint, ideſt widrigild. *II.* 51. 13.

XXVIII.

Statuimus, ut juratores omnes ſingulariter
C (29) jurent, & quicumque ſacramentum, vel debitum ante ſolis occaſum perſolverit, ſecurus inde ſit. *II.* 55. 29.

XXIX.

Videtur (30) nobis, ut quicumque liber homo ingeniosè in ſervitium alicujus ſe tradiderit, is qui eum recipit, hoc, quod ille, qui ſe in ſervitium tradidit, in publico per antiquam conſuetudinem facere debuit, adimpleat. *III.* 9. 5.

XXX.

De his, qui proprietates ſuas habent, & ſpontanea voluntate alicui delegaverint, & poſtea (31) ab aliquo alio ignorante pretium de iiſdem rebus venumdatis accipiunt, & ipſi,
D cui

(23) Cod. Cathedr. Mutin. Carolum M. hujus Legis auctorem exhibet. Eam Baluzius Tom. I. pag. 547. Pippino Italiæ Regi adſcribit. Infra Cod. Eſten. & ipſe pro *Romanæ finibus* legit. Cod. Cathedr. Mutin. *Romaniæ finibus*. Baluzius autem *Romanis finibus*. A pluribus adnotandis heic tempero.

(24) Codex Eſten. *ut ſe à defenſione Regni noſtri ſubtrahat*. Infra Codex Cathedr. Mutin. *ut nequeat conſtringi à Comite*. Infra Cod. Eſten. *Ubicumque ſuus Comes*. Infra idem Cod. *ita ut primum fidejuſſorem donet, ut ad Placitum ſuum veniat*. In fine *quouſque fidejuſſorem inveniat, aut bannum noſtrum ſolutum habeat*.

(25) Inter Langobardicas Leges hanc editam non invenio. At eam exhibet editio Baluziana Tom. I. pag. 396. ibique Carolo M. attributam videas.
E

(26) Cod. Eſten. *De liberis hominibus*. In editione Baluziana tribuitur Lex iſta Pippino Italiæ Regi. Sed contra ſentit Codex Eſten. qui infra & ipſe habet *ad audiendam juſtitiam*; ſed ſcribendum cum Baluzio *ad audientiam, juſtitiam* &c. Infra idem Cod. Eſten. *Nam & de ipſis rebus habita* &c.

(27) In Cod. Eſten. exordium hinc ſumit Lex diverſa à præcedenti, & quidem meritò: diverſum quippe eſt argumentum. Attamen ab editis diſcedere nolui. Infra Codex Eſten. & Ambroſ. *vivunt communiter, nolentes ſubſtantiam* &c. Infra: *Si autem duo ſunt, ſimiliter: ſi tres fuerint, unus remaneat. Et ſi numerus ultra tres fratres creverit*. In fine

hæc conditio teneatur ſimiliter.

(28) Ita quoque legitur in Cod. Eſten. Baluzius Tom. II. pag. 337. Legem referens hæc duo verba omittit; quod & facit editio Bohëriana, & Cod. Ambroſ. Neque à vero longè abeat, qui Gloſſam putet. *Excepto Silvali*, hoc eſt incendio ſilvæ, quod facinus peculiari pœna puniendũ, ut infra videbis in Lege LXXVIII. ipſius Lotharii I. In MSto Ambroſ. non legitur in fine, *ideſt Widrigild*. Fortaſſe gloſſema in textum irrepſit.

(29) Cod. Eſten. *ſigillatim jurent*. Baluziana editio hanc Legem oculis meis non exhibet.

(30) Et hanc Legem Baluzius, concors cum editis Goldaſti, & Bohërii, tribuit Pippino Italiæ Regi Tom. I. pag. 547. Infra *in publico per antiquam* &c. Du-Cangius in Gloſſario ad vocem *obnoxiatio* Legem hanc memorat, atque ab ea arbitratur præcipi, ut ſi quis vendere ſuam libertatem velit, ne fraus oriatur, id *in publico, ſcilicet in Curia coram Magiſtratibus* peragere cogatur. Parùm attentè hæc doctiſſimus Vir legit. Supra in Lege VIII. & XXII. qui libertatem ſuam alteri vendit, ad publicas functiones, & excubias adhuc præſtandas compellitur. Heic dominus ejuſdem ſervi onera pro illo ſubire jubetur. Hoc unum Lex iſta ſibi vult.

(31) Codex Eſten. ac Ambroſ. *& poſtea fraudulenter ab alio aliquo*. Infra *& is, cui eædem res priùs traditæ fuerint*. Infra *illudere poſſit. Si infra patriam*. Infra *ſi vivens comprobatus fuerit*. In fine: *Si verò bannum unde componat, non habuerit, verberetur*.

Digitized by Google

cui ipsæ res traditæ fuerint, cognito negotio anno integro silens non contradixerit, sed propter illusionem tacens fuerit, ut emtorem illudere posset. Si intra patriam anni spatium, ut dictum est, tacens fuerit, prior traditio nihil ei valeat. Ille verò, qui post primam traditionem res vendiderit, survivens comprobatus fuerit hanc illusionem feciſſe, bannum Dominicum, ideſt LX. solidos componat. Si verò unde bannum componere non habuerit, verberetur. *II.* 19. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est. Et quid tibi pertinet? Per chartam, quam mihi fecit Marquardus? Contra legem est; quia postquam fecit mihi unam traditionem, non potuit tibi facere aliam. Hoc dico ego: quòd tibi fuit cognitum, quando mihi vendidit, & tacuisti unum annum per illusionem. Et probet. Si dixerit: non fui infra patriam: probet ipse, qui habet posteriorem chartam. Si dixerit ipse, qui habet priorem chartam: tibi fuit cognitum, quòd mihi erat vendita ipsa terra: probet.

XXXI.

Quibuscumque (32) per legem propter aliquam contentionem pugna fuerit judicata, præter de infidelitate, cum fustibus & scutis pugnent, sicut in Capitulare Dominico priùs constitutum est. *II.* 55. 30

XXXII.

De fugitivis præcipimus, ut Ministri Reipublicæ à domino fugitivi nihil accipiant, cùm reddiderint eos. *I.* 26. 89.

XXXIII.

Videtur nobis de aldionibus, ut sicut lex habet, ita fiat. *I.* 26. 90.

Capitula (33) facta à Lothario secus Urbem Romam.

XXXIV.

Constitutum habemus, ut omnes, qui sub A speciali defensione (34) nostra, seu Domini Apostolici fuerunt susceptı impetrata inviolabiliter justa utantur defensione. Quòd si quis in quocumque tempore hoc violare præsumserit, sciat se periculum vitæ suæ esse incursurum. Nam & hoc decernimus, ut Domino (35) Apostolico in omnibus observent obedientiam, seu Judicibus, ac Ducibus suis, ad instantiam faciendam. *III.* 11. 1.

XXXV.

Volumus, (36) ut deprædationes, quæ hactenus fieri solebant, ne fiant neque vivente, neque defuncto Pontifice. Si quis verò hoc ulteriùs fecerit, sciat se legali sententia esse damnandum. Quæ autem retroactæ factæ sunt, placet nobis, ut per districtionem B nostram legaliter fiant emendatæ. *III.* 11. 2.

XXXVI.

Volumus, ut in electione Pontificis nullus præsumat venire, neque liber, neque servus, qui aliquod impedimentum faciat, illis (37) exceptis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem Sanctorum Patrum eligendi Pontificem Et si quis contra hanc jussionem facere præsumserit, in exilio tradatur. *III.* 11. 3.

XXXVII.

Volumus, ut cunctus Populus Romanus interrogetur, quali lege vult vivere, ut (38) tali lege, quali lege vivere professi sunt, vivant; illisque denuntietur, ut hoc unusquisque tam Judices, quàm Duces, vel reliquus C Populus sciat. Quòd si offensionem contra eamdem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur vivere, per dispensationem Pontificis, ac nostram subjaceant. *II.* 57. 2.

XXXVIII.

De rebus Ecclesiarum injustè invasis sub (*) occasione, quasi licentiâ acceptâ à Pontifice & de his, quæ necdum redditæ sunt, & tamen fuerunt à potestate Pontificum injustè invasæ,

(32) Nisi me fefellerunt oculi, Legem istam in editione Baluziana non inveni. Infra Cod. Esten. *præter de infidelitate Regis*. Sequitur Cod. Ambros. *cum fustibus pugnent*.

(33) Ita legitur in Cod. Esten. Eadem bis exhibet Baluzius Tom. II. Capitular. pag. 317. & 319. Tu apud illum variantia quærito. Pagius quoque eadem profert in Critic. Baron. ad an. 824. quo facta perhibentur.

(34) Codd. Esten. & Ambros. hæc ita habent: *sub speciali defensione Domni Apostolici seu nostra fuerint susceptı*. Hanc tutelam & protectionem iis etiam temporibus appellabant *Mundiburdem* & *Mundiburdium*. Infra idem Cod. *impetrata inviolabiliter justè utantur defensione*. Ergo quidem antea ejusmodi Mundiburdio abusi fuerant, ac propterea seditiones in Urbe emerserant. Infra idem Codex Esten. & Ambros. *Quod si quis in quocumque hoc comtemtor violare præsumserit*.

(35) Accipe quæ habeant Codices Ambr. & Estensis; *ut Domno Apostolico in omnibus ipsi justam observent obedientiam, seu Ducibus ac Judicibus ad justitiam faciendam*. Tum in Estensi subjicitur Glossa, quam divinatoribus perpendendam relinquo, scilicet. *In hoc Capitulo fiat commemoratum de Viduis, & orphanis, Theodoris, & Floronis, & Sergii*. Numquid heic alluditur ad *Theodorum Primicerium S. R. E.* & *Leonem Nomenclatorem*, Anno præcedenti 823. in Patriarchio Lateranensi excœcatos, ac deinde decollatos, quorum mentio est in Annalibus Francorum? Pro *Leonis* fortasse scriptum *Floronis*. *Sergii* quoque *Secundicerii* cædes sub Adriano I. circiter Annum 772. narratur. Hæc mea conjectura.

(36) In Codd. Esten. & Ambros. *Et deprædationes, quæ hactenus fieri solebant, probibemus ne fiant*. Infra. *Quæ verò retro actæ sunt, placet nobis, ut secundùm dispositionem nostram fiant legaliter emendatæ*.

(37) Cod. Esten. *Et illis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem Sanctorum Patrum, sit facultas eligendi Pontificem. Quod si quis contra hanc nostram Jussionem facere præsumserit, exilio tradatur*.

(38) Audi Cod. Esten. *ut tali quali professi fuerint vivere velle, vivant. Illisque nuntietur, quod hoc unusquisque sciat, tam Duces, quàmque & Judices, vel reliquus Populus, quod si* &c. In fine: *eidem Legi, quam profitentur, per dispositionem Pontificis & nostram subjacebit*. Ergo Romæ quoque obtinebat usus Legis *Langobardicæ, Francicæ*, aliarumque ejusmodi; neque una Romanorum Lex tunc in Quiritum foro audiebatur.

(*) Supra in Lege XXXVII. Ludovici Pii *injustæ occasiones* prohibentur, uti & in Lege V. Pippini. Heic significare videtur, quod nos dicimus *sotto pretesto*, quasi Pontifex licentiam invadendi dedisset. Lucem hæc ab Annalibus Francorum accipiunt. Ita ergo Astronomus in Vita Ludovici Pii ad Ann. 824. de Lothario Romam misso: *Cùmque quæreretur, quare etiam tantæ querelæ adversùs Romanorum Pontifices, Judicesque sonarent, repertum est, quòd quorumdam Pontificum vel ignorantia vel desidia, sed & Judicum cœca & inexplebili cupiditate, multorum prædia injustè fuerint confiscata. Ideoque reddendo quæ injustè erant sublata, Lotharius magnam Populo Romano creavit lætitiam*. Quod infra dicitur *à Potestate Pontificum injustè invasæ*, idem est ac dicere *à Judicibus* Pontificiis invasæ.

Digitized by Google

vaſæ, volumus, ut per Miſſos noſtros fiant emendatæ. *I.* 28. 11.

XXXIX.

Placuit nobis, ut cuncti Judices, ſive hi, qui cunctis præeſſe debent, per quos Judicialis poteſtas in hac (39) Urbe Romana agi debeat, in præſentiam noſtram veniant, quorum volentes nomina, & numerum ſcire, & ſingulis de miniſterio ſibi credito ammonitionem facere. *III.* 36. 1.

XL.

Noviſſimè (40) admoneatur homo, ut omnis, ſicut Dei gratiam, & noſtram habere deſiderat, ita præſtet obedientiam & reverentiam huic Pontifici. *III.* 11. 4.

XLI.

De pontibus verò, vel reliquis his ſimilibus operibus, quæ (41) per antiquam conſuetudinem Eccleſiaſtici homines per juſtitiam cum reliquo Populo facere debent, hoc præcipimus, ut Eccleſiæ Rectores eos interpellent, & eis, ſecundùm quod poſſibile fuerit, portio deputetur, & per alium exactorem Eccleſiaſtici homines ad opera non compellantur. Si verò opus ſuum conſtituto die adimpletum non habuerint, liceat Comiti pro pœna propoſiti operibus eos pignorare, juxta æſtimationem, vel qualitatem imperfecti operis, quouſque perficiatur. Comes autem ſi neglexerit, à Rege, vel à Miſſo Regis judicaturus eſt. *III.* 1. 42.

XLII.

De (42) opere vero, & reſtauratione Eccleſiarum Comites, & Epiſcopi, ſeu Abbates unà cum Miſſo noſtro, quem (43) ſibi ad hoc elegerint, conſiderationem faciant, ut unuſquiſque eorum tantum inde accipiat ad operandum, & reſtaurandum, quantum de rebus Eccleſiarum habere dignoſcitur. Similiter & Vaſſi noſtri aut in commune tantum operis accipiant, quantum de rebus Eccleſiarum habere videntur, vel unuſquiſque pro ſe juxta qualitatem, quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit, ut pro opere faciendo argentum donet juxta æſtimationem operis in argento perſolvat; cum quo pretio Rector Eccleſiæ ad prædictam reſtaurationem operis conducere valeat, & materiam poſſit emere. Et qui nonas, & decimas neglexerit dare, primum quidem de illis ſecundùm legem ſuam reſtituat, & inſuper bannum noſtrum perſolvat, ut ita caſtigatus caveat, ne ſæpiùs iterando beneficium amittat. *III.* 3. 5.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus Epiſcopus cum Johanne ſuo Advocato, quòd tu habuiſti negligentiam dare decem modios grani ad Eccleſiam Sancti Syri, unde ipſe eſt Epiſcopus, & ille eſt Advocatus. De torto me appellaſti. Da ſibi vadimonium, ut ſi te recordatus fueris, ut emendes. Sin autem, ut te exdicas. Pœna quidem eſt præter decimæ emendationem ſecundùm legem banni ſoluturo.

XLIII.

De his, (44) qui ſinè conſenſu Epiſcopi Presbyteros in Eccleſiis conſtituunt, vel de Eccleſiis ſuis ejiciunt, & ab Epiſcopo, vel à quolibet Miſſo Dominico ammoniti obedire noluerint, ut bannum noſtrum guadiare cogantur, & per fidejuſſorem ad Palatium venire jubeantur. Et tunc nos decernemus, utrum nobis placuerit, aut illud bannum perſolvat, aut aliam ariſcadam ſubſtineat. *III.* 1. 43.

XLIV.

De Eccleſiis, quæ inter coheredes diviſæ ſunt, conſiderandum eſt, quatenus ſi ſecundùm noſtram providentiam, & (45) ammonitiones Epiſcopi, ipſi coheredes eas tenere voluerint, & honores faciant. Si autem hoc contradixerint, ut in Epiſcopi poteſtate maneat, utrum eas ita cuſtodire permittat, aut reli-

---

(39) Cod. Eſten. *in hac Urbe Roma agi debet, in præſentiam noſtram veniant, volentes numerum & nomina eorum ſcire.*

(40) Cod. Eſten. *Noviſſimè admonemus, ut omnis homo* &c. Infra Cod. Ambroſ. *ita præſtet in omnibus obedientiam.* Atque hactenus Capitula Romæ, & pro Romanæ Urbis regimine à Lothario Auguſto promulgata; & quoniam Roma ab Italiæ Regno excluſa erat, neſcio quare hæc inlata fuerint in Codicem Legum, quibus Italicum Regnum regendum erat, niſi fortè quòd Langobardi, Romæ degentes, aut contermini Romano Ducatui coërcendi erant. Præter hæc, duo alia Capitula condidit idem Auguſtus, edita à Baluzio & Pagio, quæ quia non leguntur in corpore Legum Langobardicarum, idcirco heic omittenda cenſui.

(41) In Cod. Eſten. *quæ Eccleſiaſtici homines per antiquam conſuetudinem & juſtitiam.* Infra *pro pœna poſtpoſiti operis.* Infra in Cod. Ambroſ. *juxta æſtimationem & quantitatem imperfecti operis.* In fine Cod. Eſten. *judicandus eſt.*

(42) Cod. Eſten. *De Opera, vel de reſtauratione.* Neque abſonum ita legere, quandoquidem *Opera Eccleſiæ* appellabatur olim, quæ nunc Romæ, & apud nos dicitur *la Fabbrica della Chieſa.* Eamdem vocem adhuc ſervatam ſæpe meis auribus accepi, atque inſculptam marmore vidi Genuæ, Florentiæ, Lucæ, Piſis, atque in aliis Tuſciæ urbibus. Hinc olim appellatus *Operarius Eccleſiæ*, qui inter Canonicos, ſeu Monachos, præerat fartiſtectis, ſeu Fabricæ Templi, Latinis *Ædituus*, nunc *Operajo*, & *Fabriciere.* Legem hanc editiones Boheriana, & Goldaſtina tribuunt Carolo Magno; Baluzius Ludovico Pio Tom. I. pag. 611. & conjuncta ubique procedit cum ſupra allata Cap. XXXIII. *De Nonis, & Decimis* inter Leges Ludovici Pii. Et certè Ludovicus Pius eadem ſanxiſſe reperitur, ut conſtat ex ejus Capitulari apud Baluzium Tom. I. pag. 639. Ego heic ordinem ſequor Eſtenſis Codicis, ubi Lex iſta Lothario tribuitur (qui paternam, ut reor, renovavit), & ab altera *De Nonis, & Decimis* disjuncta exhibetur, quamquam infra de iiſdem ſermo recurrat.

(43) Cod. Eſten. *quem ipſi ſibi ad hoc.* Infra *quantum ipſe de rebus Eccleſiarum.* Infra *juxta quantitatem, quam ipſe tenet. Aut ſi inter eos convenerit, ut pro opera facienda.* Infra *ad prædictam reſtaurationem operarios conducere.* Infra *primum quidem illas* &c.

(44) Legem hanc Carolo Magno tribuit Codex Cathedr. Mutinenſis: Baluzius Ludovico Pio Tom. I. pag. 663. Infra Cod. Eſten. *in Eccleſiis ſuis.* Infra *vadiare cogantur, & per fidejuſſorem ad Palatium noſtrum venire jubeantur, & tunc nos decernamus* &c. *utrum nobis placeat, ut aut illud bannum perſolvant, aut aliam ariſcadam ſubſtineant.* Codex Cathedr. Mutin. duobus in locis hanc eamdem Legem adfert. Ibi *rewadiare cogantur, & per fidejuſſores ad Placitum noſtrum venire jubeantur; & tunc nos decernamus, utrum nobis placeat &c. aut aliam armiſcaram ſuſtineant.* Baluzius quoque legit *aut aliam barmiſcaram ſuſtineant. Harmiſcara* eſt gravior mulcta, de qua legendus Du-Cangius in Gloſſario Latino.

(45) Cod. Eſten. *& ammonitionem Epiſcopi, ipſi coheredes eas voluerint tenere, & honorare faciant. Si autem hoc contradixerint, jubemus, ut in Epiſcopi poteſtate maneat, utrum eas ita conſiſtere permittat, aut Reliquias exinde auferat.* Infra *inventa fuerint, ut deſcribantur, & nobis nuntietur.* Codd. Cath. Mutin. & Ambroſ. paria habent.

Digitized by Google

reliquas exinde auferat. Et ubi ad noſtrum beneficium Eccleſiæ pertinentes ita diviſæ fuerint inventæ, & ut deſcribantur, & ut nobis enuncientur. *III.* 1. 44.

XLV.

De Eccleſiis deſtructis, ut Epiſcopi, noſtrique Miſſi inquiſitionem faciant, utrum per negligentiam, aut per impoſſibilitatem deſtructæ ſint. Et ubi (46) per negligentiam inventæ fuerint, quòd deſtructæ ſint, Epiſcopi auctoritate emendare cogantur, qui eas debuerunt reſtaurare. Si verò per impoſſibilitatem contigerit, ita ut plures ſint, quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis, quàm ex rebus ad eas pertinentibus reſtaurare poſſint, Epiſcopus modum inveniat, qualiter emendari congruè, & conſiſtere poſſint. *III.* 1. 45.

XLVI.

Quicumque decimam abſtrahit de Eccleſia, ad quam per juſtitiam (47) dare debet, & eam præſumtivè, vel propter munera, aut amicitiam, aut quamlibet aliam occaſionem ad aliam Eccleſiam dederit, vel per Comitem, vel per Miſſum noſtrum diſtringatur, ut ejuſdem decimæ quantitatem cum ſua lege reſtituat. *III.* 3. 7.

XLVII.

De decimis, (48) quas Populus dare non vult, niſi quolibet modo ab eo redimantur, ab Epiſcopis prohibendum eſt, ne fiat. Et ſi quis contemtor inventus fuerit, ad noſtram præſentiam venire compellatur. Ceteri verò diſtringantur, ut inviti Eccleſiæ reſtituant, quæ voluntariè dare neglexerint. *III.* 3. 8.

XLVIII.

Ut Miſſi noſtri, ubicumque malos Scabinos invenerint, ejiciant, & cum totius Populi conſenſu in eorum loco bonos eligant, & cùm electi fuerint jurare faciant, ut (49) ſcientes, injuſtè judicare non habeant. *II.* 40 3.

XLIX.

Ut in (*) omni Comitatu hi, qui meliores, & veraces inveniri poſſunt, eligantur à Miſſis noſtris ad inquiſitiones faciendas, & rei veritatem dicendam, & adjutores Comitum ſint ad juſtitiam faciendam. *II.* 40. 4.

L.

Volumus, ut quicumque de Scabinis deprehenſus fuerit, (50) qui propter munera, aut amicitiam, vel inimicitiam, injuſtè judicaſſet, ut per fidejuſſorem miſſum ad noſtram præſentiam venire compellatur, & ceteris omnibus Scabinis denuntietur, ne quis deinceps etiam injuſtum judicium vendere præſumat. *II.* 40. 5.

LI.

Ut ubicumque commutationes tam tempore noſtro, quàm Genitoris noſtri illegitimæ, & irrationabiles, atque inutiles (51) in Eccleſiis Dei factæ ſunt, diſſolvantur, & recipiat unuſquiſque quod dedit. Ubi verò mortua manus interjacet, aut alia quælibet cauſa, quæ rationabilis eſſe videtur, inventa fuerit, diligenter perſcribatur, & ad noſtram notitiam perferatur. *III.* 10. 3.

LII.

Quicumque comprobatus fuerit, (52) quòd ſe ſciente teſtes in perjurium produxiſſet, ad Palatium noſtrum ſub fidejuſſoribus venire compellatur, & ibi cum fidelibus noſtris conſideremus, quid de tali homine faciendum ſit. *II.* 51. 14.

LIII.

Collectam ad malum faciendum omnibus (53) modis prohibemus fieri, ut ubicumque hujuſmodi præſumtiones factæ fuerint, digna emendatione corrigantur. Et ſi per negligentiam Comitis factæ ſunt, vel non emendatæ remanſerint, hoc ad noſtram notitiam perferatur. Auctor verò facti ſi fuerit Advocatus, vel

(46) Cod. Cathedr. Mutin. *& ubi negligentia inventa fuerit* (ſequitur Cod. Eſten.) *Epiſcopali auctoritate emendare illi cogantur.* Infra *ita ut aut plures ſint, quàm neceſſe ſit, aut majoris magnitudinis, quàm ut ex rebus ad eamdem pertinentibus reſtaurari poſſint.*

(47) In Cod. Eſten. *per juſtitiam eam dare debet, & eam præſumtuosè.* Infra *ad alteram Eccleſiam dederit, poſt Sacerdotum caſtigationes excommunicetur, & per Comitem aut per* &c. In fine *reſtituat, ideſt cum ſex ſolidis.*

(48) In Cod. Cathedr. Carolo M adſcribitur Lex iſta. A Baluzio Tom. I. pag. 665. tribuitur Ludovico Pio, ac deinde Lothario I. Tom. II. pag. 340. Infra idem Cod. Cathedr. ſed parùm caſtigatè: *niſi quolibet modo ab eo ordinentur, ab Epiſcopis providendum eſt.* Infra Codices Mutinenſes ambo, & Ambroſ. & Baluzius hæc addunt: *Et ſi quis contemtor inventus fuerit, & nec Epiſcopum vel Comitem audire velit, ſi noſter homo fuerit, ad præſentiam noſtram* &c.

(49) Cod. Eſten. *ut ſe ſcienter.* Cod. Cath. Mutin. *ut ſcienter.* Ex hac etiam Lege deduci poſſe videtur, Scabinos, uti nunc etiam apud Germanos in uſu eſt, delectos fuiſſe ex Civium, ſeu Pagenſium corpore cum totius Populi conſenſu.

(*) Adhuc de *Scabinis* loqui videtur Lotharius. At in Cod. Cath. Mutin. titulus eſt *de Judicibus.* Hæc autem Lex in Cod. Eſten. unà cum ſequenti & præcedenti conjuncta eſt, ita ut tres unam conſtituant. In Cod. Cath. *ii qui meliores & veraciores.*

(50) Cod. Cath. Mutin. *fuerit propter munera, aut propter amicitiam injuſtè judicaſſe, ut per fidejuſſores Miſſus noſter ad præſentiam noſtram venire faciat. De cetero omnibus.* Infra uterque Codex *etiam juſtum judicium vendere præſumat.*

(51) Cod. Eſten. *inutiles Eccleſiæ Dei.* Baluzius habet *inutiles Eccleſiis Dei.* Infra legitur & in Cod. Eſten. *Ubi verò mortua manus interjacet.* Ita quoque in Edition. Capitular. Baluzii Tom. I. pag. 519. 666. & 842. ac Tom. II. pag. 237. Du-Cangius in Gloſſar. ad vocem *Manus-mortua* Legem hanc referens ſubdit: *Fateor heic me cœcutire.* Si quid poſt tantum virum conjicere licet, *manus-mortua* in hac Lege ſignificare mihi videtur *poteſtatem Regis*, ſive *poſſeſſionem Regis*, aut *Fiſci*, ut ſit ſenſus: Ubi verò Eccleſiarum prædia ſint in manu Regis, ſive poſſeſſa per Fiſcum, aut alia quævis rationabilis cauſa intervenerit, *diligenter deſcribatur* &c. ut habet Codex Eſtenſis. Fiſcus enim numquam moritur, & immortalis eſt, etiam decedente Rege: ad cujus ſimilitudinem *Manus-mortua* deinde cœperunt appellari Eccleſiæ, Collegia &c. In Capitular. Caroli Calvi hæc eadem Lex repetitur ſed his verbis: *Et ſi mortua manus, vel præceptum Regium ſuper eis interjacet. Manus mortua*, ut reor, Fiſcum deſignat poſſeſſorem: *Præceptum* Regis privatum hominem poſſeſſorem, ſed præcepto Regis munitum. Tunc ad Regem hæc erant deferenda. Vide Legem CCXXXIV. Rotharis, ubi de re, quæ *ad Curtem Regis ceciderit, nulla ſit repetitio.*

(52) Cod. Cath. Mutin. *fuerit de eo quòd ſcienter teſtes in perjurium induxiſſet, ſub fidejuſſione ad Palatium noſtrum venire compellatur, ut ibi.* Cod. Eſten *compellatur, ubi cum* &c.

(53) Cod. Eſten. *omnimodis prohibemus. Et ubicumque.* Infra: *Et ſi per negligentiam Comitis, vel factæ ſunt, vel inemendatæ.* Infra Cod. Cath. Mutin. *ſi fuerit Præpoſitus, vel Advocatus, ſive Centenerius* Cod. Eſten. *ſive Sculdais.* Infra: *Multitudo verò ſive de liberis, ſive de ſervis ſit.*

Digitized by Google

vel Præpositus, sivè Souldius, vel qualibet alia dignitate præditus libera persona, post legalem emendationem in loco factam, sub fidejussoribus ad nostram præsentiam veniat; multitudo verò, de liberis sive de servis sit, legitima emendatione mulctetur. *I.* 18. 10.

LIV.

De his, qui discordiis, & contentionibus studere solent, & in pace vivere (54) noluerint, & inde convicti fuerint, similiter volumus, ut per fidejussores ad nostrum Palatium veniant ibi cum nostris fidelibus consideremus, quid de talibus hominibus faciendum sit. *I.* 38. 3.

LV.

Ut examen (55) aquæ frigidæ, quæ hactenus faciebant, à Missis omnibus modis interdicatur, ut non ulteriùs fiat. *II.* 55. 32.

LVI.

Postquam (56) Comes & Pagenses de qualibet expeditione hostili reversi fuerint, ex ea die super XL. noctes sit bannum resciſſum, quod Teutisca lingua *Eriliz*, idest armorum depositio, vocatur. *I.* 15. 17.

LVII.

De homicidiis in Ecclesiis, vel in atriis eorum commissis hoc observetur, & teneatur, sicut in priori Capitulari constitutum (57) est. Si quis ex levi causa, aut sinè causa, hominem in Ecclesia interfecerit, de vita componat. Si verò foris rixati sunt, & unus alterum in Ecclesia fugerit, & eum ibi se defendendo interfecerit, si hujus facti testes non habuerit, cum XII. juratoribus legitimis per sacramentum affirmet, quòd se defendendo eum interfecerit (58). Et si ipse actor commotæ rixæ inter eos extiterit, leudum interfecti, & insuper bannum nostrum solvere cogatur, & publicam agat pœnitentiam. Sin autem non ille, qui alterum interfecerit, sed is qui interfectus est, eamdem rixam commoverit, absque compositione jaceat; & is, qui eum interfecerit, secundùm Canonum judicium publicam agat pœnitentiam. Si cujuslibet servus proprius hoc commiserit, judicio aquæ ferventis examinetur, utrum hoc sponte, an se defendendo feciſſet. Et si manus ejus exusta fuerit, interficiatur. Si autem non fuerit, publicam pœnitentiam mulctetur, nisi fortè ipse actor commotæ rixæ inter eos fuerit inventus. Tunc enim ejus dominus juxta quod guidrigild illius est, ad Ecclesiam persolvat, aut si voluerit, eidem Ecclesiæ tradat. *I.* 10. 13.

LVIII.

De (59) Ecclesiastico, & Fiscalino, & Beneficiario servo volumus, ut pro una vice guidrigild ejus pro eo componat; altera verò vice ipse servus ad supplicium tradatur. Hereditas tamen liberi hominis, qui propter tale facinus ad mortem fuerit judicatus, ad legitimos heredes illius perveniat. Si in atrio ipsius Ecclesiæ, cujus (60) portæ Reliquiis Sanctorum sunt consecratæ, hujusmodi homicidium perpetratum fuerit, simili modo componat. Si verò portæ Ecclesiæ consecratæ non sunt, eo modo componat, quod in atrio committitur, sicut componi debet, quod in immunitate violenter commissum est. *I.* 10. 14.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu occidisti Pandonem suum patrem per levem causam in Ecclesia Sancti Petri. De torto me appellas. Si dixerit: nos fuimus rixati foris, & ego fugi illum in Ecclesiam, & ibi eum me defendendo, occidi; probet, aut juret. Petre te appellat Martinus, quòd tu fuisti auctor de rixa, quæ fuit commota inter te, & suum patrem, quem tu occidisti in Ecclesia Sancti Petri. Petre te appellat Martinus, quòd Donatus tuus servus occidit suum patrem sinè causa in Ecclesia Sancti Petri. De torto me appellas. Si dixerit:

(54) Cod. Esten. uti & Cath. *vivere nolunt*. Infra *veniant, ubi cum fidelibus nostris* &c.

(55) Legem hanc Baluzius Tom. I. pag. 668. Capitular. tribuit Ludovico Pio; Estensis Codex ejus filio Lothario. Projiciebatur in aquam homo fune ligatus: si supernatabat, innocens putabatur; si in imum descendebat, ita ut mergi, & suffocari videretur, per funem ab aqua tractus tamquam objecti criminis reus, legali pœnæ subjiciebatur. Plura pete à Du-Cangio in Gloſſar. Latin. ad vocem *Aquæ Frigidæ*, & à Martene de Antiq. Ritib. Eccles. Tom. III. Lib. III. Cap. VII. Nuperrimè etiam P. Bernardus Pezius Benedictinus Mellicensis in suo Thesauro Anecdot. novis. Par. II. Tom. II. adfert antiquum *Ordinem probandi homines per ignitos vomeres, candens ferrum, aquam ferventem, vel frigidam*. Rides, aut miraris majorum nostrorum ingenium, & mores; at hinc etiam intellige, quare ejusmodi insana consuetudo fuerit sublata, quampluribus tamen aliis æquè improbandis tunc in suo vigore dimissis, ac præcipuè Judicio *Aquæ ferventis*, ut in Lege sequenti LVII. & hoc quidem Judicium, scilicet *Aquæ frigidæ*, in Italia desiisse videatur. Ego tamen perduraſſe adhuc puto, uti & in Germania, ubi teste Abbate Urspergense in vita Lotharii II. Augusti, VVelpho Comes sub Conrado I. Imperatore Villas plurimas Episcopatibus reddens, *judicio Frigidæ Aquæ innocentiam suam probavit*. In Estensi Codice, & Cath. his verbis eadem Lex concepta est: *Ut examen Aquæ frigidæ, quod hactenus faciebant, à Missis nostris interdicatur, ne ulteriùs fiat*.

(56) Et hanc Legem Ludovico Pio Baluzius inscribit Tom. I. pag. 668. Non adsentitur Codex Estensis, qui intra habet: *quod Lingua Theudisca dicimus Erisicild*. Baluzius legit: *quod in Lingua Theodisca Scatslegi vocatur*. Cod. verò Cath. Mutin. *quod in Lingua Teudisca castlegi &c.* Ad hanc vocem vide Du-Cangium.

(57) Sequitur Cod. Esten. *idest*. *Si quis* &c. Cod. verò Cath. Mutin. *idest in Libro IV. Cap. XIII. Si quis*. Quibus verbis alludituf ad collectionem Capitularium ab Ansegiso factam. Repetitur heic Lex supra allata Ludovici Pii Cap. IX. sed est amplior ista, quàm illa. Infra idem Cod. *& unus post alterum fugerit*.

(58) Cod. Esten. *eum interfeciſſet*. Tum ibi quoque, uti & in editione Baluziana Tom. II. pag. 331. sequitur: *Et si ipse auctor commotæ inter eos rixæ* &c. At in editione Boherian. hæc interseruntur: *interfecerit, & post hoc de solidis ad partem ipsius Ecclesiæ componat, quam ille homicidio polluit. Et si ipse auctor* &c. Infra Cod. Esten. *secundùm judicium Canonicum*. Infra *publica pœnitentia multetur*. In fine *aut eum, si voluerit, eidem Ecclesiæ tradat*. De Judicio *Aquæ ferventis*, quod idem est ac *ponere manum in caldaria*, consulendi Baluzius, Du-Cangius, Martene, ac alii. Vide supra Legem XXI. Liutprandi Lib. V.

(59) In Cod. Esten. & in Baluziana editione Lex ista continuatur cum præcedenti. Eamdem vide superiùs inter Leges Ludovici Pii Cap. X. Infra idem Cod. Esten. uti & Cath. *guidrigild ejus componatur pro eo*.

(60) Cod. Esten. *cujus porta Reliquiis Sanctorum consecrata est*. Infra *simili modo emendetur, vel componatur*. Infra *Si verò porta Ecclesiæ non est consecrata, eo modo componatur, quod* &c. In fine *quod in emunitate violata committitur*. Ita & Cod. Cath.

Digitized by Google

rit: ipsi fuerunt rixati foris, & servus meus fugit in Ecclesia, & ibi se defendendo occidit eum: Tunc servus mittat manum in aquam ferventem. Petre te appellat Martinus, quòd tu occidisti patrem suum per levem causam in atrio Sancti Rufini. Occidi ego tuum patrem, sed non debeo mori, quia non fuit consecratum cum Reliquiis Sanctorum.

LIX.

Quicumque res alienas cuilibet homini vendiderit, & ipse homo easdem res alicui alteri dederit, sive vendiderit, & ipse (61) tunc easdem res comparatas habet, per malum ingenium proprio filio suo, aut alteri cuilibet, nec dum legitimos annos habenti justitiæ tollendæ causa tradiderit: Volumus atque præcipimus firmiter, ut si pater ejusdem parvuli vixerit, ipse intret in causa rationem reddere pro filio suo. Si autem ipse pater mortuus fuerit, tunc legitimus ejus propinquus, qui ei tutor justè, ac defensor esse videtur, pro ipso rationem reddere compellatur. Similiter & de omnibus aliis justitiis ad eum pertinentibus, excepta sua legitima hereditate, quæ ei per successionem parentum suorum legitimè obvenire debeat. Quòd si quis hanc nostram jussionem contemserit, vel neglexerit, sicut de ceteris contemtoribus, ita de eo agatur. Is verò, qui easdem res primùm invaserit, & injustè vendiderit, nec non & emtor, excepta sola persona parvuli, hoc quod fraudulenter amiserit, intra patriam emendare cogantur, & postea sicut contemtores jussionis nostræ, sub fidejussoribus ad nostram præsentiam venire compellantur. *II.* 25. 4.

LX.

Volumus (62) ut Comites nostri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis, & Centenariis, qui magis per cupiditatem, quàm propter justitiam faciendam sæpissime placita tenent, exinde Populos nimis affligunt, ita teneantur, sicut in Capitulare Domini Caroli continetur. *II.* 52. 22.

LXI.

Ut (63) nullus ad placitum bannìatur, nisi qui suam causam quærit, aut si alter exquirere debet, exceptis Scabinis septem, qui ad omnia placita debent esse. *II.* 52. 23.

LXII.

De liberis (64) hominibus, qui proprium non habent, sed in terra dominica resident, si propter res alterius in testimonium non recipiantur; conjuratores tamen aliorum liberorum hominum omnino esse possunt, quia liberi sunt. Illi verò, qui proprium habent, & tantùm in terra dominica resident, & propter hoc in testimonium recipiantur, quia proprium habent. *II.* 51. 15.

LXIII.

De Ecclesiis (65) emendandis volumus, ut ita observetur, ut in Capitulari nostro continetur, quod (66) ad Olonnam fecimus. Et si in (67) uno loco plures Ecclesiæ sint, quàm necesse sit, destruantur. Quia si fortè in alio loco Ecclesia sit constructa, quæ tamen necessaria sit, & nihil dotis habuerit, volumus, ut secundùm jussionem Domini, ac Genitoris nostri unus mansus cum XII. (68) vicariis de terra arabili ibi detur, & mancipia duo à liberis hominibus, qui in eadem Ecclesia officium audire debent, ut Sacerdotes ibi possint esse, & divinos cultus fieri. Quòd si hoc Populus facere noluerit, destruatur. *III.* 1. 45.

LXIV.

De (69) conclamatoribus vel Causidicis, qui nec ad judicium Scabinorum acquiescere, nec blasphemare volunt, antiqua consuetudo eis servetur, idest in custodiam recludantur, donec unum ex duobus faciant. Et si (70) ad placitum pro hac re reclamaverint & literas detulerint, non quidem quòd eis credatur, nec tamen in carcere ponantur, sed cum custodia teneantur, & ipsi cum literis pariter ad placitum nostrum revertantur, & ibi discutiantur, sicut dignum est. *II.* 52. 24.

LXV.

De conspirationibus considerandum est, ut qui-

---

(61) Codd. Eften. & Cath. *& ipse homo, qui tunc easdem res*. Infra *intret in causam rationem reddendi pro filio suo*. Infra *hoc quod fraudulenter admiserint, infra patriam* &c.

(62) In Cod. Eften. uti & in Cod. Cath. & in Ambros. brevius Lex ista exhibetur, nempe: *De Vicariis, & Centenariis, qui magis propter cupiditatem* &c. *placita tenent, & exinde Populum affligunt minorem, ita* &c. *sicut in Capitulari Domni Caroli continetur*. Idest: *Ut nullus* &c.

(63) Sicuti nuper adnotatum est, Lex ista cum antecedenti conjuncta legitur in Codice Estensi. Habetur autem eadem inter Caroli M. Leges supra Cap. XLIX. sed diversis planè verbis. *Ad placitum banniatur*, hoc est, per bannum, sive citationem Comitis advocetur, ut venire cogatur. Infra Cod. Eften. *aut si aliter* (scribo *alter*) *ei quærere debet*. In Codice Estensi, simulque in Ambros. sequitur Lex *De Placitis quidem, quæ liberi homines* &c. At quia supra eam attulimus inter Leges Ludovici Pii Cap. XLI. & nihil aliud Lotharius præstitit, quàm eam confirmare, ab ea rursus exhibenda abstineo.

(64) Est Lex Ludovici Pii à Lothario confirmata, & edita à Baluzio Tom. I. pag. 671. Codex Eften. infra: *ut propter res alterius*. Infra *liberorum hominum ideò esse possunt*. Infra *& tamen in terra dominica resident, ut propter hoc* &c.

(65) Apponitur heic in Cod. Estensi Glossa: *Hæc sunt Capitula excerpta, usque Placuit, à Lotharío Imperatore*. Infra occurret Lex *Placuit*. At huic Glossæ fidendum omnino non arbitror.

(66) Cod. Eften. *quod ad Holonnam fecimus*. Infra ex Cod. Cathedr. Mutin. evulgabo Capitulare Lotharii ad Olonnam factum. Ipsum autem heic indicari à vero non abhorret, quum ibi Lex XX. occurrat jam supra allata, quæ est *De Plebibus restaurandis*. Censet Baluzius Tom. II pag. 1293. in Notis ad hanc Legem Capitula ad Olonnam facta edita fuisse *in Tom. VII. Concilior.* à Labbeo *ex schedis Sirmondi* pag. 1551. At infra conferenti patebit, rem longè aliter se se habere.

(67) Cod. Eften. *Et ubi in uno loco*. Infra. *Quod si fortè in alio*.

(68) Locus depravatus. Cod. Eften. habet *cum XII. bicharits*. Labbeus loco supracitato legit *bunariis*. Baluzius Tom. II. pag. 327. *bunvariis*. Erat *bunnarium*, sive *bonnarium* terræ mensura. Ex duodecim autem bunnariis constituebatur *mansus*, uti jam memini Cap. I. Antiquitat. Estens. Vide Du-Cangium in Glossario. Infra idem Cod. Eften. *officium Dei debent audire, ut Sacerdotes ibi possint esse, & divinus cultus fieri*.

(69) In Cod. Eften. legitur. *De reclamatoribus*, hoc est de iis, qui aliquam litem, aut querelam deferunt ad Judices, neque ad sententiam Judicum acquiescere volunt, neque *blasphemare*, hoc est à sententia data appellare ad Judicem superiorem. In Codice Cathedr. Mutin. Lex ista Carolo M. tribuitur, & incipit: *De Clamatoribus, vel Causaticis, qui nec judicio* &c. Eidem quoque inscribitur à Baluzio Tom. I. pag. 425.

(70) In Cod. Eften. legitur. *Et si ad Palatium pro hac re reclamaverint*. Infra *non quidem eis credatur*. Infra *ad Palatium nostrum remittantur, ut ibi* &c. Ita quoque in Ambros. Cod.

Digitized by Google

quicumque facere præsumserit, & per sacramentum quamcumque conspirationem confirmaverit, (71) triplici ratione judicentur. Primo ut ubicumque tale malum perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur, adjutores verò eorum singuli alter ab altero flagellentur, & capillos suos vicissim, & nares suas invicem præcidant. Ubi verò nihil mali perpetratum est, similiter inter se flagellentur, & capillos suos vicissim detundant. Si verò (72) per dexteram aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sunt, aut jurent cum idoneis juratoribus, hoc per malum non fecisse, aut si facere non potuerunt, suam legem componant. Si verò servi fuerint, flagellentur, ut de cetero in Regno modo nulla hujusmodi conspiratio fiat nec per sacramentum, nec sinè sacramento. *I.* 18. 11.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui est Advocatus de parte Publica, quòd tu firmasti conspirationem per sacramentum, & fuisti in capite, & est hoc malum factum per ipsam conspirationem. Petre te appellat Martinus, qui est Advocatus de parte Publica, quòd Donatus firmavit conspirationem per sacramentum, & fuit in capite. Et hoc est inde malum factum, & tu fuisti cum eo. Petre te appellat Martinus, qui est Advocatus de parte Publica, quòd tu firmasti conspirationem per dexteram.

LXVI.

De oppressione pauperum liberorum hominum ut non fiant à potentioribus per aliquod malum ingenium contra justitiam oppressi, ita ut coacti res eorum vendant aut tradant; (73) omnino hoc ut supra de liberis hominibus diximus, ne fortè parentes eorum contra justitiam exhereditati fiant, & ut Regale obsequium non minuatur, & ipse heres propter indigentiam mendici, vel latrones, seu malefactores efficiantur. Et ut non sæpius fiant banniti ad placita, nisi sicut in alio Capitulo præcipimus, ita observetur. *III.* 12. 4.

LXVII.

Decernimus (74) enim, ut si quis aliter testes habere non potuerit, ut per Comitis jussionem testes, quos in suo testimonio necessarios quisque habuerit, veritatem probaturus, in publico conventu adducantur, ut per ipsos rei veritas cum juramento valeat inquiri. Quòd si (75) non per ipsos rei veritas cognoscatur, & duabus partibus fuerit inquisitio facta, idcirco quòd nullus eorum possit habere testes, antequam jurent. Quòd si omnes ad unam partem dixerunt testimonium, jurent verum dixisse testimonium. Quòd si dissenserint, ut quædam pars testium uni præbuerit testimonium, alia alteri, tunc interrogentur si audent per pugnam illorum testimonium approbare. Quòd si nulla pars alteri concesserit, jurent, & per pugnam illorum probetur testimonium. Quòd si una pars se subtraxerit, tunc pars illa, quæ ausa fuerit contendere, recipiatur ad testimonium. *II.* 51. 16.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est. Quid tibi pertinet? Ego habeo possessam ipsam terram per XXX. annos. Potes probare tuam possessionem? non possum; sed quæro, quòd Comes det mihi tales homines, qui ipsi sciunt veritatem. Et cùm testes dati fuerint à Comite, tunc laudati producantur, ut superiùs diximus. Si verò adversarius interrogetur de oppositione, & ipse dixerit: non possum, sed quæro à Comite; sit similiter; & sit bellum inter utrumque, ut superiùs diximus, si pars parti dissenserit. Si verò omnes consenserint, sit, ut legitur in lege. Si verò unus à quinque, vel duo à quatuor dissenserint, tunc testimonium quinque, vel quatuor recipiatur. Quod à quibusdam aliter sentitur; dicunt enim, ut parti labenti alii subrogentur.

LXVIII.

De feminis, quæ viros amittunt, placet nobis, ne (76) se, sicut hactenus, indiscretè velent, sed ut per XXX. dies post decessum viri sui expectent, & post tricesimum diem per consilium Episcopi sui, vel si Episcopus absens fuerit, cum consilio aliorum suorum Sacerdotum, suorumque parentum, atque amicorum id, quod eligere debent, eligant. *II.* 6. 4.

LXIX.

Volumus (77), ut nullus Cancellarius pro uno judicio aut scripto aliquid ampliùs accipere audeat, nisi dimidiam libram argenti de majoribus scriptis; de minoribus autem intra dimidiam libram, quantum res assimilari possit, & Judicibus rectum videtur. De orphanis autem, vel ceteris pauperibus, qui exsolvere hoc non possunt, in providentia Comitis sit, ut nequaquam inde aliquid accipiant. Notarii (78) autem hoc jurare debent, quòd nullum scriptum falsum faciant, nec in occulto aliquod scriptum faciant, nec de uno Co-

(71) Cod. Esten. *firmaverit, triplici ratione judicetur.* Infra *flagellentur, & nares sibi invicem.* Infra *& capillos sibi vicissim detundant*, hoc est *detondeant*. In Ambros. non legitur *& capillos suos.*

(72) Sequitur MStus Esten. *aliquam conspirationem firmaverit.* Infra *ut per malum non fecissent; aut si facere non potuerint.* Infra *ut de cætero in Regno nostro nulla* &c. Ita & in Ambros. Cod.

(73) Cod. Esten. *aut tradant* (ideſt alicui per testamentum relinquant, aut alio quovis modo è suis manibus dimittant). *Ideo & de liberis hominibus hoc diximus.* In Cod. Cathedr. Mutin. ubi Lex ista Carolo M tribuitur, hæc ita habentur: *aut tradant. Ideo hæc insuper, & hìc de liberis* &c. Infra Cod. Esten. *fiant exhæredati.* Infra *& ipsi hæredes.* In fine ambo Codices Mutinenses. *Et ut sæpiùs non fiant manniti* &c. quæ verba usque in finem desiderantur in editione Baluziana Tom. II. pag. 329.

(74) Cod. Esten. *Decernimus, ut si quis aliter testes habere non potuerit, volumus, ut per Comitis* &c. Ita quoque apud Baluz. Tom. II. pag. 330. Infra idem Codex *veritatem prolaturi in publicum conventum.*

(75) Cod. Esten. & Ambros. *Quòd si de duabus partibus fuerit inquisitio facta, idcirco quòd nullus illorum possit habere testes: antequam jurent, fiat inquisitio facta.* Infra *jurent, quòd verum dixissent testimonium. Quòd si dissenserint, & quædam pars testium protulerit, testimonium unum, & altera alterum.*

(76) Cod. Esten. *ne, sicut hactenus, indiscretè velentur.* Infra *cum consilio aliorum religiosorum Sacerdotum.*

(77) In Cod. Esten. & Ambros. tale est exordium. *Ut nullus Cancellarius pro ullo Judicato.* Infra: *De minoribus autem infra dimidiam.* Infra *rectum videtur, accipiat.* Ita quoque in MSto Ambros.

(78) Cod. Esten. *Notarius autem hoc jurare debet, quòd nullum scriptum falsum faciet*, & sequitur in singulari. Infra: *Si verò necessitas in itinere aliquo compulerit.* In fine *secundùm Capitulare Domni, ac nostri Genitoris fiat. Quòd si aliter fecerit inane, & vacuum appareat.*

Digitized by Google

Comitatu in alio ſcribant, niſi per licentiam ipſius Comitis, in cujus Comitatu ſtare debet. Si verò neceſſitas in itinere aliquem compellaverit, aut infirmitas gravis, ſecundùm Capitulare Genitoris noſtri faciant. Si Notarius aliter fecerit, illud quod fecerit, apparuit inane, & vacuum. *II.* 40. 6.

LXX.

Placuit nobis, ut Capitula, quæ (79) excerpſimus de Capitulare bonæ memoriæ Avi noſtri Caroli, ac Genitoris noſtri Ludovici Imperatoris, his omnibus & fidelibus noſtris, & Sanctæ Eccleſiæ in Regno Italiæ conſiſtentibus per legem teneantur, & ſerventur. Et quicumque horum Capitulorum contemtor extiterit, LX. ſolidos componat. *III.* 37. 1.

LXXI.

Quicumque liber homo à Comite ſuo (80) fuerit ammonitus, aut Miniſtris ejus, ad patriam defendendam, & ire neglexerit, & exercitus ſupervenerit ad iſtius Regni vaſtationem, vel ad contrarietatem fidelium noſtrorum, capitali ſubjaceat ſententiæ. Similiter obſervandum eſt, ſi vocati fuerint audito inimicorum noſtrorum adventu, & ita contigerit, ut hoſtes ſupervenerint, hi qui vocati fuerint, & venire noluerint, unuſquiſque ſecundùm legem ſuam emendet. *III.* 13. 1.

LXXII.

Jubemus (81), ut ſi cujuſcumque ſervus liberam feminam ſibi ea conſentiente in conjugio ſociaverit, & intra anni ſpatium ſecundùm legem ad vindictam traditi non fuerint, ſicut lex tales perſonas noſtro Fiſco ſociat, ita noſtra libertate concedimus, ut in poteſtate, & in ſervitio domini illius, cujus ſervus fuerit, ambo revertantur. *II.* 9. 4.

LXXIII.

Concedimus etiam Gaſtaldiis noſtris Curtes noſtras providentibus, ut ſi proprio eorum pretio res emerint, aut quolibet juſto contractu acquiſierint, ſicut lex illas res ad noſtram partem (82) concedit, ita nos eas illis concedimus, ſi in ſervitio noſtro fideles inventi fuerint. *II.* 17. 2.

LXXIV.

Similiter concedere volumus cunctis liberis perſonis, ut nullus Judex publicus, ſi (83) Miniſtri publici eas res, in quibus non eſt licitum pignorare, contra legem audeant pignorare, ſcilicet in tribus; quia audivimus multa damna, & affectiones propter hoc Populum noſtrum ſuſtinuiſſe. Neque cogantur ad placita venire præter tria in anno, ſicut in Capitulari continetur, exceptis Scabinis, & Cauſatoribus, & teſtibus neceſſariis: quia omnia hæc auferre volumus, ut Populus noſter pacificè ſub noſtro regimine vivere poſſit. *II.* 21. 30.

LXXV.

Si quis aliquem de aliquo negotio mallaverit, & ille, qui mallatus fuerit, dixerit: *ideo* (84) *reſpondere nolo, quia ſervus alterius ſit*. Aut ſi teſtimonia produxerit, & ſimiliter dixerit, quòd ea recipere non debeat, quia aliquis eorum ſervus ſit alterius, nominet dominum ejus. Et ſic det guadiam de eo ad placitum adducendo. Et poſito placito inquantum venire, ubi eum ire crediderit, & reverti poſſit, Judices dicant. Et ſi in placito conſtituto dominum non adduxerit, præbeat ſacramentum, quòd pro nulla dilatione juſtitiæ ejus hoc dixerit, niſi pro certo ita verum eſſe crediderit. Quia (85) ſi jurare auſus non fuerit, quòd pro occaſione prolongandæ juſtitiæ hoc non dixiſſet, componat illi bannum noſtrum, & juſtitiam pleniſſimam faciat. Si verò aliquem adduxerit, qui ſe dominum ejus dicat eſſe, & illum qui de ſervitio appellarit, replicare ad ſervitium non potuerit: tunc ille, qui dominum eſſe dixerit, bannum noſtrum ei componat, eo quod conculcanda juſtitia tale ingenium facere auſus fuerit. Crimina verò ſi ſuper eum pro dilatanda juſtitia imponere voluerit, probare cogatur. Et ſi probare non potuerit, juſtitiam faciat, & inſuper bannum noſtrum pro tanta calliditate componere cogatur. *II.* 50. 1.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu occidiſti Donatum ſuum patrem. Non tibi reſpondeo, quia tu es ſervus de Pandulpho de Cremona. Da ſibi vadimonium de illo domino ſuo ad placitum adducendum in Kalend. Martii. Et poſito placito imminente die dic: Domne Comes: hoc dicit Petrus, quòd eſt in tali die appellatus cum Martino, quòd ipſe habebat occiſum ſuum patrem. Et ipſe dixit, quòd nolebat ei reſpondere, quia erat ſervus de Pandulpho de Cremona, & dedit vadia de adducendum dominum ad placitum. Et ecce dominus. Si non potuerit adducere, juret, quòd per occaſionem prolongandæ juſtitiæ non dixit. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſam terram poſſeſſam habeo per XXX. annos. Potes probare? Sic poſſum. Da vadia de probare. Non recipiam ipſum teſtem, quia eſt ſervus de Donato de Mediolano. Et ſic fiat, ut dixi. Si dixerit appellatorem, vel teſtes eſſe perjurum, vel raptorem: probet, aut emendet bannum.

LXXVI.

Si (86) quiſpiam fortè aliquem mallaverit, & ille qui mallatus fuerit, dixerit eum ſervum

---

(79) Goldaſtus in Capitulari Lotharii ſuperaddito Legi Langobardorum, hæc edidiſſe putavit. Verùm illa planè ab his diverſa arbitror. Legitur in Cod. Ambroſ. *Et Domni genitoris noſtri Ludouici Imperatoris, bis omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris fidelibus.*

(80) Cod. Eſten. *à Comite ſuo, aut à Miniſtris ejus ammonitus ad patriam defenſandam ire neglexerit.* Infra *& contigerit, quòd hoſtis non ſupervenerit.* In fine *emendet, ideſt bannum perſolvat.* Heribannum, ut diximus, appellabatur hæc mulcta.

(81) In Cod. Eſten. & apud Baluzium ita Lex incipit: *Si cujuſcumque Langobardi ſervus.* Infra *perſonas olim noſtro Fiſco ſociabat, ita noſtra liberalitate* &c.

(82) Cod. Eſten. *ad noſtram partem concedebat.*

(83) Cod. Ambroſ. *Judex publicus, ſeu Miniſter.* Cod. Eſten. *aut Miniſtri publici eas contra legem audeant pignorare in bovibus, quia audivimus, quòd multa damna, & afflictiones propter hoc Populus noſter ſuſtineret.* Infra: *Quæ omnia volumus auferre* &c.

(84) Cod. Eſten. *ideo ei reſpondere.* Infra *& poſito placito in quantum* (ſcilicet tempus) *ire, ubi eum invenire credit, & reverti poſſit, ut Judices dixerint.*

(85) Cod. Eſten. *Quòd ſi jurare noluerit, quia pro.* Infra *& illum, quem de ſervitio appellavit.* Infra *tunc ille, qui ſe dominum ejus dixit, bannum noſtrum illi componat, pro eo quòd pro conculcanda* &c.

(86) Cod. Eſten. *Si fortè quiſpiam.* Hoc adnoto, quippe interdum quærentibus in Indice principia Legum, fucus fit à diverſo earum exordio. Hoc in multis aliis accidit. Infra *ad ſervitium mallaverit, jubemus, ut præſentialiter ſe vadiet, ut aut ad primum, aut ad ſecundum, vel tertium placitum cauſam ipſam deliberet. Inter placitum, & placitum*

vum ſuum eſſe, vel alius in ipſa altercatione veniens eum ad ſervitium mallaverit, volumus, ut qui præſentialiter ſe guadiarit, ut ad primum, vel ad ſecundum, vel ad tertium placitum cauſam ipſam finire debeat, & inter placitum & placitum ſint dies XV. Tertium verò, quando Comes placitum habuerit, ſi infra unum Comitatum eſt, ſint dies XV. ſi autem in alium eſt, ſint dies XX ne pro tali occaſione juſtitia ejus prolongetur. Quia ſi in his tribus placitis ille, qui quærit, venire neglexerit, excepto ſervitio Regis, & (87) inevitabili neceſſitate, & Comes placitum habuerit, & ille quoque alius ad ſuam libertatem probandam paratus fuerit, tunc Comes ipſam cauſam finiat, veluti ſi ipſe, qui querit, præſens fuiſſet; & ultra qui quæſierit, facundiam de ipſius ſervitio dicendi non habeat, & inſuper bannum noſtrum componat illi, ac juſtitiam pleniter faciat. Et ſunt aliqui, qui dum aliquos in ſervitio mallant, & ipſi de ſua libertate probanda dant guadiam, in eos mutando placita lacerant, ut vix per ſuam paupertatem evadere poſſint, unde tertium Capitulum addere placuit. *II.* 50. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu feciſti ſibi unam plagam in capite. Non tibi reſpondeo, quia tu es ſervus meus. Liber ſum naſcendo. Potes probare tuam libertatem? Sic: poſſum: Da vadia de probare. Et tu da vadia de contra placito, ſi potes. Et vadiate vos ut ad primum, vel ſecundum, aut ad tertium placitum cauſam definiatis. Domne Comes: hoc dicit Petrus, quòd in Kalend. Auguſti appellavit Martinum, quòd ipſe fecit ſibi unam plagam in capite. Et ipſe dixit, quòd nolebat ei reſpondere, quia erat ſuus ſervus. Et ipſe dixit, quòd erat liber naſcendo, & dedit vadia de probare ſuam libertatem, & ipſe dedit vadiam de contra placito, & vadiaverunt, quòd ad primum, vel ſecundum, vel tertium placitum cauſam definirent. Et ipſe fuit ad omnia tria placita, & ipſe noluit venire. Modò eſt paratus in veſtra præſentia ad diffiniendum placitum, ſicut dedit vadia. Petre te appellat Martinus, quòd tu es ſuus ſervus, & malo ordine ſubtrahis te de ſuo ſervitio. Non tibi reſpondeo, quòd ego appellavi te, quòd tu habebas mihi factam unam plagam in capite, & tu dixiſti, quòd eram tuus ſervus. Et dedi vadia de probare meam libertatem, & tu dediſti vadia de contra, & vadiavimus ad primum, vel ad ſecundum, vel ad tertium placitum, ut cauſam diffiniremus. Et ego fui ad omnia tria placita, & tu neque ad unum. Et Comes recepit meos teſtes. Non fuit, quod tu dicis inter me & te, aut Comes non habuit placitum. Tunc ille, qui appellatus eſt ad ſervitium, probet. Si dixerit ipſe, qui appellavit: ego fui paratus ad unum placitum, aut fui infirmus, probet. Sed melius eſt, ut dicat quòd non miſit negligentiam.

LXXVII.

Si verò alium aliquis ad ſervitium mallaverit, & ille, qui mallatus fuerit, ad probandam libertatem guadiam dederit, jubemus, ut ſupra, ut ad primum, vel ad ſecundum, vel ad tertium placitum cauſam (88) deliberent. Inter placitum & placitum ſint dies XV. Tertium verò, quando Comes placitum habuerit, ſi infra unum Comitatum eſt, ſint dies XV. ſi autem in alium eſt, ſint dies XX. Et ſi in his tribus placitis ipſe, qui quærit, venire contemſerit, antepoſito quod ſuperiùs antepoſuimus, & Comes placitum habuerit; ſed ille namque alius cum ſuis teſtibus paratus fuerit, tunc Comes ipſos teſtes recipiat, & cauſam diffiniat, veluti ſi ipſe, qui quærit, præſens fuiſſet, & ultra ille, qui quæſierit, tacitus de ſervitio illius permaneat. *II.* 50. 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu es ſervus ſuus, & malo ordine ſubtrahis te de ſuo ſervitio. Liber ſum naſcendo. Det vadia de probanda ſua libertate, & dent vadia de finienda intentione ad primum, vel ſecundum, vel tertium placitum. Et ſi alterutra perſona non venerit finiatur, ut ſupra dictum eſt. Si verò appellatus probare ſuam libertatem non potuerit, tunc appellator approbet eum ſuum ſervum eſſe. Et ſi non potuerit probare, tunc appellatus juret ſuam libertatem, & ita ſit. Sed aliter ſecundùm valentes.

LXXVIII.

Volumus, ut ſi quælibet perſona in finibus Regni noſtri ignem in ſilva comminare (89) auſa fuerit, diligenter inquiratur, & ſi ſervus comprobatus fuerit hoc feciſſe, dominus ejus ad flagellandum, & caput tondendum tradat, ut pro eo quicquid damni fecerit, emendare cogatur. Si aliqua libera perſona hoc feciſſe probata fuerit, emendare cogatur, & inſuper bannum noſtrum componat, & ſi non habuerit unde componat, flagelletur. Quòd ſi factum fuerit, per meliores illius loci inquiratur, (90) & ſi in qualibet perſona ſuſpectio fuerit, ſi ſervus, aut dominus ejus mittat eum ad judicium, aut ipſum pro eo ſacramentum faciat; quòd ſi libera perſona fuerit, proprio ſacramento ſe idoneam reddat. *I.* 20. 34.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu convivaſti focum in unam ſuam ſylvam, & habuit damnum C. ſolidorum per ipſum focum, aut Martinus tuus ſervus . . . . . .

LXXIX.

Auditu comperimus, in finibus Tuſciæ talia ſcripta eſſe prolata, quæ ſunt abſque menſe, & die menſis, de quibus volumus, ut ſi deinceps prolata fuerint, nullum habeant vigorem. *III.* 38. 1.

LXXX.

---

citum dies ſint XV. (Ambroſ. Cod. habet *dies XII.*) *Tertio verò, quando Comes placitum habuerit, ſi infra unum Comitatum eſt, dies ſint XII. Sin autem in alio, ſint dies XX. ne pro tali occaſione ejus juſtitia prolongentur. Quòd ſi in his* &c.

(87) Idem Cod. *aut inevitabili neceſſitate.* Infra *& ultra ille, qui quæſierit.* Infra *& ſunt aliqui, qui dum alios in ſervitio mallant, & ipſi de ſua libertate vadia dant, in tantùm eos mutando placita lacerant* &c.

(88) Cod. Eſten. *cauſam ipſam deliberet.* Infra: *Tertio vero.* Et infra: *Sin autem in alio, ſi . . . XX.* Infra Cod. Ambroſ. pro *antepoſito* habet *excepto.* Infra Cod. Eſten. *& Comes placitum habuerit, ille namque alius.*

(89) Cod. Eſten. *convivare*, quod nunc fortaſſe dicimus *avvivare il fuoco.* Infra *aut dominus ejus eum ad flagellandum, & capite tondendum* (hoc eſt *tondendum*, ita enim veteres ſæpè dixerunt) *tradat, aut pro eo quidquid damnietatis fecerit, emendare cogatur. Si verò libera quælibet.*

(90) Cod. Eſten. *inquiratur. Si in aliqua perſona ſuſpicio fuerit: ſi ſervus eſt, ad judicium dominus ejus mittat eum, aut ipſe pro eo.* In fine *ſacramento ſe idoneet.*

LXXX.

De his (91) perſonis, quæ ſuas res omnino alienam perſonam delegant, ut ad placitum venire non compellantur, ut mala, quæ facta habent, non emendent. Quòd ſi apparuerit omnino delegaſſe, ne juſtitiam facerent; volumus, ut ipſæ res in bannum mittantur, quo uſque ille, qui eas habet, auctorem in placitum adducat, & ſic de malefactore juſtitiam faciat. *III.* 9. 6.

LXXXI.

Qui ſponſam alienam rapuerit, illa non conſentiente, licèt cum ea concubuerit, reddatur ei, (92) cujus ſponſa eſt, & ducat eam ſi velit, quia vim paſſa potiùs, quàm violata eſſe videtur. Quòd ſi eam ducere noluerit, aliam accipiat ſibi feminam. Tamen ſi ipſa nubere voluerit, excepto raptore, alteri, cui voluerit, legitimè copuletur. Raptor verò adulterii criminis reus teneatur. Quòd ſi ipſa conſenſerit, ſimiliter ut raptor à nuptiis alterius prohibeatur, & is, qui eam accepturus erat, aliam qualem voluerit, aut potuerit, accipiat. *I.* 31. 14.

LXXXII.

De liberis (*) hominibus, qui ſuper alterius terram reſident, & uſque nunc à Miniſtris Reipublicæ contra legem ad placita protrahebantur, & ideò pignorabantur, conſtituimus, ut ſecundùm legem patroni eorum eos ad placitum adducant. Et ſi quis eos contra hanc noſtram auctoritatem, & eorum legem pignorare, aut diſtringere præſumſerit, patrono ejus omnia cum lege emendet, & inſuper pro præſumtione bannum noſtrum componat. *II.* 44. 4.

LXXXIII.

Ut omnes Epiſcopi, & Abbates, & Comites, excepta infirmitate, vel noſtra juſſione, nullam habeant excuſationem, quin ad placita Miſſorum noſtrorum veniant, aut talem Vicarium ſuum mittant, ut (93) in omnibus cauſis pro illis rationem reddere poſſint. *II.* 45. 2.

LXXXIV.

Si quis Epiſcopus aut propinquitatis affectu, aut muneris ambitione, aut causâ amicitiæ Xenodochia, aut Monaſteria, aut baptiſmales Eccleſias, ſive (94) Eccleſiæ pertinentes cuilibet per emphyteoſeos contractus dederit, ſe ſuoſque ſucceſſores pœna multandos conſcripſerit, poteſtatem talia mutandi Rectoribus Eccleſiarum abſque pœnæ conſcriptæ ſolutione concedimus. *III.* 10. 4.

LXXXV.

Statutum eſt, ut ſi (95) quis liber homo per conſenſum Epiſcopi Eccleſiam in ſua conſtruxerit proprietate, fonteſque ab Epiſcopo in ea fuerint conſecrati, ideo non perdat ſuam proprietatem. Sed ſi Epiſcopus voluerit, officium ſacri baptiſmatis in ſuam Eccleſiam transferat. Ipſa verò Eccleſia, quæ transfertur, in conſtructoris maneat jure. *III.* 1. 47.

LXXXVI.

Si adulter (96) cum adultera comprehenſus fuerit, & ſecundùm Edictum Legis Langobardorum, marito adulteri ambo ad vindictam traditi fuerint, ſi eos quiſpiam emerit, eoſque conjunctos in eodem ſcelere habere repertus fuerit, ipſos Fiſcus acquirat. *I.* 33. 8.

LXXXVII.

Si quis (97) liber homo uxorem habens liberam, (98) & propter aliquod crimen, aut debitum in ſervitio alterius ſe ſubdidit, & eadem conjunx cum ipſo manere voluerit, eorum procreatio, quæ de tali conjugio fit, libertatis ſtatum non amittat. Si verò eâ defunctâ, ſecunda uxor etiam libera, tali ſe ſciens junxit conjugio, liberi eorum ſervituti ſubdentur. *II.* 33. 4.

LXXXVIII.

Statuimus, ut (99) femina, quæ veſtem habeat mutatam, mœcha deprehenſa fuerit, non tradatur genitio, ſicut uſque modò, ne fortè quæ priùs cum uno, poſtmodum cum pluribus locum habeat mœchandi, ſed ejus poſſeſſio Fiſco redigatur, & Epiſcopi ipſa ſubjaceat judicio. *II* 37. 6.

LXXXIX.

De (100) homicidio, unde lex pro ſimplicitate probationem trium teſtium quærit, & ſi teſtes habere non poterit, concedimus, ut cum

---

(91) Hanc Legem editi Libri, & Baluziana editio tribuunt Pippino Italiæ Regi; eam Lotharius I. Auguſtus ſibi aſſerit in Codice noſtro, ubi ſic legitur: *De his perſonis, quæ res ſuas ideo in alteram partem delegant.* Infra *non emendentur. Quòd ſi apparuerit, ideo eas delegaſſe*, ne &c. Infra *quouſque illi, qui eas habent, auctorem ad placitum adducant, & iſdem malefactor juſtitiam faciat.*

(92) Cod. Eſten. *reddat ei eam, cujus ſponſa eſt, & is ducat* &c. In Ambroſ. in fine non legitur, *aut potuerit.*

(*) Hoc eſt de Aldionibus, & Lidis, ſeu Eccleſiaſticis, quos alibi quoque *libertate* donatos oſtendi. De iis autem Lex intelligenda, quippe infra eorum *patroni* nominantur.

(93) Cod. Eſten. *qui in omni cauſa pro illis rationem reddere poſſit.* Additur quædam Gloſſa. *Excepto Comite aliquando.*

(94) Cod. Eſten. *ſuæ Eccleſiæ pertinentes.* Infra *per emphyteuſis contractum dederit, & ſe ſuoſque* &c.

(95) Cod. Eſten. *ut ſi quislibet homo per conſenſum Epiſcopi ſui.* Nihil heic ad rem *liber homo*, quod tamen habet & Baluziana editio: nihil enim proprietatis, hoc eſt, terræ propriæ ſervis erat. Fontes conſecrare idem eſt, ac Parochialem Eccleſiam conſtituere. Infra *ipſa verò, à qua transfertur.*

(96) In Baluziana editione Legum Lotharii hæc non legitur. Cod. Eſten. habet: *marito adulteræ ambo ad vindictam.* Infra *eoſque convictos in eodem ſcelere habere repertum fuerit.* Vide ſupra Legem II. ejuſdem Lotharii perquam ſimilem.

(97) Apud Baluz. Tom. II. pag. 332. *Statuimus, ut ſi quis* &c. Vide ſupra ejuſdem Lotharii Legem I. ab iſta non diſſimilem. Ejuſmodi autem repetitio inde manabat, quòd identidem Leges in ſubſequentibus Comitiis Regni confirmarentur, & rurſum promulgarentur.

(98) Cod. Eſten. *liberam, propter aliquod crimen, aut debitum, vel aliquibus cauſis in ſervitio alterius ſe ſubdiderit, eademque conjux manere cum ipſo voluerit, ipſorum procreatio, quæ de tali conjugio nata fuerit.* Infra *ſecunda uxor, & tamen libera, tali ſe ſciente junxerit conjugio, liberi illorum ſervituti ſubdantur.*

(99) Cod. Eſten. *ut ſi femina veſtem habens mutatam*, hoc eſt, Sanctimonialis effecta. Infra *non tradatur geniceo.* Fuere *Gynæcea*, ſeu *Genicia* textrinæ, hoc eſt, loca, in quæ ancillæ Regum ad texendam lanam conveniebant. Caſtitatem ibi minimè fuiſſe tutam, hinc dilucidè intelligimus. Vide ſupra Cap. CCXXII. Legum Rotharis, ubi libera mulier, ſervo nubens, *in Curtem Regis* ducenda eſt, & *inter penſiles ancillas* conſtituenda. Vide etiam ſupra Legem VI. ejuſdem Lotharii.

(100) Ita quoque apud Baluzium Tom. II. pag. 333. at fortaſſe rectiùs in Cod. Eſten. *De Homicida.* Infra *& teſtes habere.* In fine *& ab eadem ſimplicitate abſolutus proprium non amittat.* Quæ heic *ſimplicitas* bis memoratur.

Digitized by Google

eum duodecim juratoribus juret, & ab eadem simplicitate sit absolutus, proprium tamen non amittat. *I.* 10. 15.

XC.

Sancitum (101) est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem crucis facere præsumat, ne Christi Passio, quæ glorificata est, cujuslibet temeritate contemtui habeatur. *II.* 55. 33.

XCI.

Ut terminum habeat unaquæque Ecclesia, de quibus villis decimam accipiat. *III.* 3. 9.

XCII.

Nulli (102) liceat, exceptâ causâ fornicationis, adhibitam sibi uxorem relinquere, & deinde aliam sibi copulare; alioquin transgressori priori convenit sociare conjugio. Si autem vir & uxor dimittere pro sola Religione inter se consenserint vita, nullatenus sine conscientia Episcopi fiat, ut ambo singulariter prævisо constituantur in loco. Nam uxore nolente, aut altero eorum, etiam pro tali re matrimonium non solvatur. *II.* 13. 6.

XCIII.

Nulli liceat in uno tempore duas habere Uxores, vel Uxorem & Concubinam: quia cùm domui non sit lucrum, animæ (103) suæ sit detrimentum. Nam sicut Christus castam observat Ecclesiam, ita vir castum debet custodire conjugium. *II.* 13. 7.

XCIV.

De (104) Judicibus, ut inquirantur, si nobiles, & sapientes, & Deum timentes constituti sint, & jurent, ut juxta suorum intelligentiam rectum judicent, & pro muneribus, vel humana gratia justitiam non pervertant, nec differant; & quod judicaverint sua districtione confirmare non dissimulent. Ubi autem tales non sunt, à Missis nostris constituantur, & idem sacramentum facere cogantur. Quòd si viles personæ & minùs idoneæ ad hoc constitu[illegible] sunt, ejiciantur. Similiter & Notarii legibus eruditi, & bonæ opinionis constituantur, & jusjurandum præbeant, ut nullatenus falsitatem vel colludium scribant; & qui hoc feciſſe præterito tempore inventus fuerit, præsentialiter damnetur. *II.* 52. 25.

XCV.

Ut per XXX. annos servus liber fieri (105) non possit, si pater illius servus, & mater ancilla fuerit. Similiter & de aldionibus. *II.* 35. 14.

XCVI.

Ut Episcopi, universique Sacerdotes habeant Advocatos, quia Episcopi, & universi Sacerdotes ad solam laudem Dei, & bonorum operum actionem constituuntur. Dum (106) ergo unusquisque eorum tam pro Ecclesiasticis, quàm etiam propriis actionibus suis, excepto publico videlicet crimine, habere Advocatum non mala fama suspicatum, sed bonæ opinionis, & laudabilis artis inventum, ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. *II.* 47. 9.

XCVII.

De (107) Notariis, qui chartas recipiunt ad scribendum, si eas non scripserint, aut si eas perdiderint, restaurent ipsas res ei, cujus chartæ eis traditæ fuissent. Si verò negaverint feciſſe traditum, jurent cum suis sacramentalibus.

XCVIII.

De incestis conjunctionibus hoc præcipitur, ut nullus deinceps propinquam, nec quam propinquus habuerit uxorem, ducat in conjugio, & uxoris parentela ita sit viro, sicut propria parentela. *II.* 8. 14.

XCIX.

Consobrinam, (108) neptem, novercam, fratris uxorem, vel etiam de propria cognatione, aut quam cognatus habuerit, nullus audeat in conjugio copulare. Si quis huic tali nefario conjugio se conjunxerit, & in eo permanserit, sciat se Episcopali auctoritate anathematis vinculo esse innodatum, ut nullus Sacerdos ei tribuat communionem. Si verò con-

---

tur, nullum in[illegible]em hactenus nacta est, & neque Du-Cangius, qui eam refert, explicare est ausus. Ne ego quidem id mihi suscipio; quò ta[illegible] animus meus vergat, indicabo: *Simplicitas* mihi appellata videtur homicidii actio peracta *ad defensionem sui*, sive *casu faciente nolendo*, ut habet Lex CCCLXXXIX. Rotharis. Hoc enim non perverso animo, sed *simpliciter* fit. Ad probandam verò hanc *simplicitatem* XII. conjuratores Lotharius adhiberi finit, qui jurent illum esse fide dignum, quando hac exceptione se protegit. Antea verò hujusmodi quoque homicida compositionem facere cogebatur; nunc eidem mulcta remittitur. Meliora alii adferant.

(101) In editione Baluziana Tom. I. pag. 569. Legis hujus auctor dicitur Ludovicus Pius: in Cod. Esten. Lotharius, à quo fortasse in Italicum Regnum inlata est. Idem Cod. habet *examinationem Cruce facere*. Supra aliquid innui de hujusmodi examine, Vide Ughellum in Episcop. Veronens. Tom. V. Ital. Sacr. pag. 610. ubi anno 818. (hoc est promulgata jam, ut Baluzius censet, Ludovici Pii Lege) examen Crucis Veronæ institutum est.

(102) Nihil aliud est Lex ista, nisi Canon XXXVI. Concilii Romani habiti sub Eugenio II. Papa anno 829. apud Labbeum Tom. VIII. Concilior. pag. 112. Ibi legitur *uti transgressorem priori convenit sociari*. Sequitur Cod. Esten. *Si autem vir, & uxor divertere pro sola vita Religione inter se consenserint, nullatenus sinè consensu Episcopi fiat, ut ab eo provisо constituantur loco*. Apud Labbeum *pro sola religiosa inter se consenserint vita*.

(103) Cod. Esten. *animæ sit detrimentum*. Ista quoque Lex desumta est ex Can. XXXVII. prælaudati Concilii.

(104) Cod. Esten. *De Judicibus inquiratur si* &c. Infra Baluzius legit *juxta eorum intelligentiam*. Infra Cod. Esten. *& quod judicaverint confirmare sua scriptione* (Cod. Ambr. habet *subscriptione*) *non dissimulet*. In fine Baluzius addit: *& perdat manum*.

(105) Sed cur, vel post XXX. servitutis annos servus libertate donari non poterat? Imò his potiùs quàm reliquis pro mercede donabatur libertas. Interpretor ego: Nullus, vel post XXX. annos contendere possit se liberum, quando constet è servo, & ancilla natum, nisi chartam libertatis ostendat. Vide supra Legem LVII. Ludovici Pii. Infra Codex Esten. *aut mater illius ancilla fuerit*.

(106) Expressa est Lex ista è Canone XIX. supra memorati Concilii Romani. In Cod. Esten. *Debet ergo unusquisque eorum tam pro Ecclesiasticis causis, quàmque etiam propriis actionibus suis, excepto publico videlicet crimine, & pro omnibus Placitis, in sacramento habere Advocatum non mala famæ suspectum*. Supplenda ex his Editio Baluziana Tom. II. pag. 337.

(107) Debemus Codici Estensi hanc Legem; neque enim eam inter Langobardicas editas reperio, imò neque apud Baluzium.

(108) Lex hausta è præmemorata Synodo Romana anni 829. ubi totidem verbis legitur Canon XXXVIII. nisi quòd illic *Apostolica auctoritate* occurrit, heic *Episcopali*. Infra Codex Esten. *& nullus Sacerdos ei tribuat communionem. Si verò conversus fuerit, & divisus*.

Digitized by Google

converſus diviſuſque fuerit ab illicita copulatione, dignæ pœnitentiæ ſubmittatur, ut Sacerdos loci conſideraverit. *II.* 8. 12.

C.

Præcipimus, (109) ut nova conditio Aldioni à domino non imponatur. *I.* 26. 91.

CI.

Quamquam (110) Sacerdotis teſtimonium credibile habeatur, tamen ipſi in Secularibus negotiis pro teſtimonio, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur: quia eos in talibus rebus eſſe non convenit. Si autem cauſa (111) eventus aliquid audierint, aut viderint, ubi nullæ idoneæ Seculares perſonæ inveniantur, ne veritas occultetur, & malum in bonum æſtimetur, in providentia Epiſcopi proprii ſit, ita ut coram ſe, aut competentibus Judicibus, aut aliter veritatem honorificè tollant. *II.* 51. 17.

CII.

Comperimus (112), quòd ab his, qui ſecundùm mundanam legem Viduarum, & Orphanorum tutelam ſibi vendicant, non ſolùm negliguntur, ſed etiam aliquotiens opprimuntur, quibus Eccleſiaſtica ſolicitudine ſuccurrendum eſſe cenſemus. Et ſi hujuſmodi oppreſſores ad Epiſcopalem admonitionem corrigi voluerint, gratulandum his eſt. Sin autem in obſtinationis impietate duraverint, ſuggerendum Clementiſſimo Imperatori, quatenus ipſe efficacem tutorem eis tribuat, ut & illi remuneratio reddatur à Deo, & de inutili ſilentio Sacerdotalis ordo non damnetur. *III.* 39. 1.

CIII.

Quicumque (113) propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut fratrem, aut ſororem, vel nepotem, vel alium propinquum ſuum interfecerit, hereditas interfecti ad alios ſuos legitimos heredes perveniat. Interfector verò, ordinante Epiſcopo, publicæ pœnitentiæ ſubdatur.

CIV.

De his (114) verò perſonis, quæ abſque Senioribus per diverſa loca moram, & prædationes faciunt, Miniſtri Reipublicæ eos comprehendere, & ad noſtram præſentiam ducere ſtudeant. Si quis ſe defendere voluerit, & ibidem interfectus fuerit, incompoſitus jaceat.

CV.

Et hoc (115) damus in mandatis, ut quicumque homo ab hac præſenti die Menſis Februarii res vendicare, aut alienare voluerit, in omnibus eorum permaneat poteſtate. Tantùm ſic faciat, ſi Judex eorum fuerit.

CVI.

De (116) donatione vel juriſdictione, quæ in Loca Venerabilia factæ ſunt, ſuſpendi juſſimus; dum enim compenſaverimus in Synodo cum Epiſcopis & Comitibus, quomodo fieri debeant. Et hoc jubemus, ut illis partibus juſtum præcedat judicium, ubi nos, aut noſtri Auctores fuerimus.....

(109) Lex iſta cum duabus ſubſequentibus deſideratur in Cod. Eſtenſi. At quia in editis habentur, retinui. Baluzius legit infra *à domino ſuo non imponatur*.

(110) Ut monui, hæc abeſt à Cod. Eſten. Neque eſt Lotharii Lex, ſed Canon XIII. Concilii Romani ſub Eugenio II. habiti, quem etiam adfert Gratianus in Decreto Cauſa 14. q. 2.

(111) Baluzius habet. *Si autem eveniente cauſa aliquid* &c. Ita quoque in Codice Ambroſ. Apud Gratianum legitur: *Si autem eventu aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid* &c.

(112) Non eſt Lex Imperatoris, ſed Canon XXII. Ticinenſis Synodi, quam Binius ineptè *Regiaticinam* inſcripſit, habitæ anno 850. Vide Labbeum Tom. VIII. Concilior. pag. 61. Hæc omnia Lotharius quoque pro Lege propoſuerit.

(113) Poſt Legem LVIII. Lotharii ſtatuenda erat Lex iſta, uti eam habet Codex Eſtenſis; ſed omiſeram, quia Goldaſtus, & alii ipſam Henrico I. Auguſto tribuunt; & revera ipſe Cod. Eſten. eam iterum ſub Henrico refert, ut infra patebit. Verùm acceſſit fides antiquiſſimi Cod. Cath. Mutin. qui & ipſe eamdem exhibet, & reapſe Lothario I. Auguſto adſcribit. Henricus ergo ipſam confirmavit, ac nonnulla addidit. Legas eamdem apud Baluzium Tom. I. Capitular. pag 670. qui tamen Ludovicum Pium illius Auctorem facit. Quòd heic rurſus mirere, ne paricidis quidem pœna mortis inflígitur.

(114) *MSto Codici Ambroſiano Legem hanc debeo, quæ in Mutinenſibus non legitur, imò ne apud ipſum quidem Baluzium eam reperio. Vide heic iterum, quid ſorent* Miniſtri Reipublicæ, *hoc eſt Comites, Duces, Scabini, Caſtaldii, aliique id genus. Nempe erant Regis, ſive Imperatoris Miniſtri, ut tamdem intelligas*, Rempublicam *iis temporibus nequaquam ſignificaſſe quidpiam à dominatione Auguſtali diverſum. Nunc dicerentur* Miniſtri di Governo del Publico.

(115) *Hanc etiam nobis ſuppeditavit Ambroſianus Codex, nuſquam fortaſſis antea editam.*

(116) *Iſtam quoque exhibuit nobis Ambroſianus nondum editam, ni fallor. Quæ ſequebantur, adeò depravatum ſenſum reddebant, amanuenſium nempe incuria, ut à deſcribendo temperarint Palatini Socii. Neque mendis carent hæc pauca, quæ nunc produco.*

Addi-

Digitized by Google

Additamenta ad Leges, ſive Capitularia Lotharii I. ex Codice MS. Cathedralis Mutinenſis.

Capitula (1), quæ Anno Primo Imperii Domini Lotharii glorioſiſſimi Imperatoris (2) Ollona ſunt conſtituta.

CAP. I.

De eo ut nullus Sacerdotum ſucceſſorem ſuum aliqua pœna multandum obliget.

SI quis Epiſcopus, aut propinquitatis affectu, aut muneris ambitione &c. *Vide ſupra Legem LXXXIV. Lotharii I.*

II.

De Eccleſia in proprio conſtructa.

Statutum eſt, ut ſi quis liber homo per conſenſum &c. *ut in Lege LXXXV. ejuſdem Lotharii I.*

III.

De Adulteris.

Si quis Adulter cum Adultera comprehenſus ſecundùm &c. *ut in Lege LXXXVI. Lotharii.*

IV.

De libero homine, qui in ſervitium cadit.

Si quis liber homo habens liberam, propter aliquod crimen &c. *ut in Lege LXXXVII. Lotharii.*

V.

De femina veſte mutata.

Statuimus, ut ſi femina, mutatam habens veſtem, mœcha &c. *ut in Lege LXXXVIII. Lotharii.*

VI.

De Teſtibus.

Decernimus ut quiſquis aliter teſtes habere non potuerit, volumus ut per Comitis juſſionem, quos in ſuo teſtimonio neceſſarios quiſque habuerit, veritatem prolaturi publico conventu adducantur, ut per ipſos rei veritas cum juramento valeat inquiri. *Cetera, quæ in Editis ſequuntur, & quæ ſcripta ſunt in Lege LXVII. Lotharii heic deſiderantur.*

Item Capitula de Epiſcoporum Cauſis.

CAP. I.

De excommunicatione Epiſcoporum ſi aliquis contemſerit.

PLacuit nobis, ut ſi pro quibuslibet cauſis atque criminibus, &c. *ut in Lege XV. Lotharii.*

II.

De Emunitate.

Volumus, ut omnimodis emunitates Progenitorum &c. *ut in Lege XVI. Lotharii.*

III.

De rebus, quæ in Eccleſiis conferuntur.

Volumus, ut res, quæ à liberis perſonis locis Deo dicatis &c. *ut in Lege XVII. Lotharii.*

IV.

De Advocatis.

Singulis Epiſcopis, Abbatibus, Abbatiſſis duos concedimus &c. *ut in Lege XVIII. Lotharii.*

V.

De Uſuris.

Prohibemus, ut nemo uſuram facere præſumat &c. *ut in Lege XIX. Lotharii.*

VI.

De Doctrina.

De (3) Doctrina verò, quæ ob nimiam incuriam, atque ignaviam quorumque Præpoſi-

---

NOTÆ IN CAPITULARIA NUNC PRIMUM EDITA LOTHARII AUGUSTI.

(1) Habentur hæc conjuncta in antiquo Codice MSto Cathedralis Mutinenſis, quem in Præfatione commemoravi, & ubique in Notis adhibui; ideoque conjuncta heic iterum do, ut conſtet, quo anno promulgata fuerint in Italia. Nempe *Anno Primo Imperii* Lotharii I. Auguſti. Hoc eſt Anno 823. quo ipſe, vivente Ludovico Pio Auguſto ejus Patre, inunctus eſt Imperator, aut 824. ad diem uſque V. Aprilis, quo adhuc decurrebat ei primus Imperii Annus. Quare conſtare hinc poteſt, neque ad Ludovicum Pium, neque ad Annum 829. ut cenſuit Baluzius, hæc eſſe referenda. Cæterùm quamquam ferè omnia hæc Capitula jam in editis legerentur, heic tamen nonnulla deprehendes, quæ luce hactenus caruere, atque ego nunc primùm evulgabo. Fallitur autem Clariſs. idem Baluzius Tom. II. Capitular. pag. 1293. putans hæc eadem Capitula ad Olonnam confecta in Tomo VII. Concil. pag 1551. edita fuiſſe à Labbeo. Singula confer, & rem digito tanges. Horum Capitulorum ſupra fit mentio Cap. LXIII. inter Leges ipſius Lotharii.

(2) Curtis Regia Olonna ſita erat, & adhuc eſt, in agro Ticinenſi ſecus fluvium Olonnam non longè ubi is Pado immiſcetur. Perdurat adhuc illius nomen Italicè *Cortelona*. Fuit ibi Regibus Italicis Palatium, & Villa, ubi æſtatem quandoque oblectationis gratiâ agebant. Proferam ego Diploma Ludovici II. Auguſti datum Anno 874. *Holonna Curte Regia*. Alterum ejuſdem Imperatoris Privilegium pro Monaſterio Caſaurienſi memorat Mabillonius Lib. 3. Cap. 1. num. 8. de Re Diplomatic. *Actum Olonna Curte Imperiali*. Tertium quoque Lotharii Auguſti pro Cœnobio Farfenſi ubi legitur *Actum Olonna Palatio Regio*. Carolus etiam Craſſus Auguſtus in Annal. Fuldenſ. Anno 886. *ad Curtem Olonnam* manſiſſe dicitur. Sunt & alia hujuſmodi.

(3) Capitulum hoc prætermiſſum eſt à deſcriptoribus Langobardicarum Legum, eo quòd non Legem perpetuam exhibeat, ſed temporariam. Egregium autem documentum complectitur, quo evincatur, quanto ſtudio, ſummèque laudanda ſedulitate Franci Imperatores publicam utilitatem in Italico Regno olim procurarent, quum rerum potiebantur. Abjectæ tuno in Italia literæ tantis patronis indigebant.

Digitized by Google

positorum cunctis in locis est funditus extincta, placuit, ut sicut à nobis constitutum est, ita ab omnibus observetur. Videlicet ut ab his, qui nostra dispositione (4) Artem docentes alios per loca denominata sunt constituti, maximum dent studium, qualiter sibi commissi Scholastici ita proficiant, atque doctrinæ insistant, sicut præsens exposcit necessitas. Propter opportunitatem tamen omnium apta loca distinctè ad hoc exercitium providimus, ut difficultas locorum longè positorum, ac paupertas nulli fieret excusatio. Id sunt.

Primum (5) in Papia conveniant (6) ad Dun-

---

gebant. Et eas quidem restaurare conatus fuerat Carolus Magnus in Francia, & Germania. Aliquantulum & apud Italos idem præstiterat. Irritam tamen illius curam fuisse, en ut Lotharius ejus Nepos affirmat. *Doctrina*, inquit, *cunctis in locis est funditus extincta*. Hinc decreti ab ipso Magistri, qui publicè Literis adolescentes imbuerent; & constitutæ urbes, ad quas eruditionis gratia finitimi confluerent.

(4) Non facilè definias, quid *Artis* nomine significet Augustus. Ego nihil aliud designari puto, quàm *Grammaticam*; vix enim in Italia rudibus iis temporibus ulla Rethorices cura erat; Theologiæ verò, ac Philosophiæ ordinatus curriculus nondum institutus fuerat, qualem post Annum à Christo Millesimum, & seriùs etiam, efformarunt Scholasticorum ingenia. Neque Scripturæ Sacræ studium *Artem* quisquam appellasset. *Grammatica* autem ea tempestate non in eo solùm sita erat, ut primas literas, hoc est legendi, scribendi, ac Latinæ Linguæ rudimenta traderet, quod ipsius munus antiquitùs fuit; sed etiam in explicandis vetustis Auctoribus, & varia rerum cognitione informandis adolescentibus; quæ literaturæ complexio tum Magistris, tum Discipulis magnum in honorem cedebat. Tales fuisse Grammaticos Suetonii, Ælii Lampridii, & Julii Capitolini ævo ex eorum Historiis colligitur. Propterea in antiquis Glossis apud Du-Cangium in Glossario Latino *Grammaticus* idem dicebatur atque *Scholasticus*, *vel Literatus*. In hoc eodem Capitulari *Scholasticorum* nomen Discipulis tribuitur. Hinc autem intelligas, quare Paulus VVarnefridi Lib. 6. Cap. 7. de Gest. Langobard. Felicem quemdam in *Arte Grammatica* floruisse scribens, deinde addat: *Quem in tantum Rex Cunibertus dilexit, ut ei baculum argento auroque decoratum inter reliqua suæ largitatis munera condonaret*. Hanc igitur Artem solam restitutam, publicèque in Scholis traditam Lotharius, ut quidem puto, voluit.

(5) Jamdiu Ticinenses sibi persuasere, suum Gymnasium, sive Universitatem, publicamque Academiam, à Carolo Magno fundatam fuisse. Quod argumentum multa eruditione pertractavit Anno 1704. doctissimus Vir Antonius Gattus in eodem Lycæo publicus Juris Interpres, edito Libro, cui titulus *Historia Gymnasii Ticinensis*. Et quidem ille NotKerum Sangallensem Monachum testem adfert, ab eodem Carolo Papiam missum circiter Annum 780. Monachum (*Johannem Albinum* quidam appellant) natione Scotum, ut illic juvenes Liberalibus disciplinis erudiret. Neque verò Episcopalem, aut Cœnobialem eam Scholam fuisse, sed publicam Academiam, conjecturis nonnullis nixus ille contendit, Scriptoribus etiam laudatis, quorum nonnulli ab eodem Imperatore fundatas arbitrantur Academias Parisiensem, Ticinensem, & Bononiensem; alii Patavinam, ac Osnabrugensem; ac tamdem alii Turonensem, Lugdunensem, & Fuldensem. Verùm ut multarum illustrium Familiarum, ita & præclariorum Academiarum immixtam fuisse fabulis primam originem tam certum est, quàm quod certissimum. Et quando recentissimi tantùm adferuntur Scriptores ad statuenda antiquissima earum exordia, assensum suspendere cogimur, ne dicam negare; neque enim istos idoneos testes, utpote sinè tabulis loquentes, arbitrabitur umquam, quisquis cautè sibi judicandum sumit. Miserit quidem Carolus Magnus ad Ticinenses Johannem Albinum; publicè quoque hic disciplinas Ticini tradiderit: non unus certè Magister *Universitatem*, uti nunc vocant, constituere potuit. Tot nunc intuemur Castella ac Oppida, in quibus unus Literarum Magister jus suis Discipulis dicit: num continuò Licæum, aut Liberales Artes omnes excultas illic excogites? Quantùm ergo conjicere possumus, *Grammaticam* dumtaxat *Artem* Monachus ille Ticini suis auditoribus explicabat, quam dixi tunc Magistram variæ Eruditionis summo in honore fuisse. Albinus cognomento Alcuinus in Epistola XV. ad Carolum Magnum Regem in edit. Du-Chesnii pag. 1511. hæc de Petro quodam habet Magistro: *Dum ego adolescens Romam perrexi, & aliquantos dies in Papia Regali Civitate demorarer, quidam Judæus Julius nomine cum Petro Magistro habuit disputationem. Idem Petrus fuit, qui in Palatio vestro Grammaticam docens claruit*. En quales eorum temporum in Italia Magistri forent, & quales in ipsis Regum Palatiis florerent. Unde amabo ostendas, illum, eumque unum, quem Carolus Ticinum postea misit, sublimiorum Artium, atque disciplinarum omnium Scholam aperuisse? Quod restat, vides, decem vix annis post Caroli Magni obitum, Lothario Augusto ejus Nepote teste, *Doctrinam funditus extinctam* fuisse in Italia, ut ex ejus Capitulari constat, adeoque nullum esse locum eo tempore excogitatis Academiis, quæ aliquot tantùm Secula post apud nos excitatæ fuerunt. Quum verò Lotharius non Ticini solùm, sed & in aliis Italiæ Urbibus Scholas aperuerit, has ne rudimenta quidem Academiarum, seu Universitatum, appellare auderem.

(6) Unus ergo Magister à Lothario Ticini decretus ad Literas tradendas. Idem & in cæteris Urbibus factum rectè conjicias. Sed quis iste *Dungallus*? Ille, ut suspicor, idem, qui sub *Dungali* nomine inter Ecclesiasticos Scriptores laudatur à Bellarmino, Dupinio, Caveo, aliisque Historiæ Literariæ Auctoribus. Fuit is Monachus in Parisiensi Cœnobio S. Dionysii versatus, ediditque circiter Annum 827. *Librum Responsionum adversùs Claudii Taurinensis sententias de cultu Imaginum*, qui legitur in Bibliotheca Patrum Tom. XIV. Clarissimus Mabillonius in Annal. Benedictin. ad Ann. 827. ejus gesta breviter percurrit, & *Monachum reclusum* fuisse suspicatur. Tum in Appendice *Dungali reclusi Elogium* Carmine expressum adfert. At hæc incerta mihi videntur; potuit enim non unus tunc esse Dungalus; neque certè is putandus *reclusus*, qui Ticinum vênit publicus Literarum professor. Ego non alium *Dungallum* nostrum à *Dungalo* sacrarum Imaginum Patrono suspicor; quippe convenit ætas, & par Literarum cultura: nam & Schola Ticinensis, & suscepta Claudii Taurinensis confutatio fidem Literaturæ faciunt. Veri autem simile videtur, non Parisiis, sed Ticini conscriptum fuisse Librum illum à Dungalo Magistrum ibi agente. In Præfatione ita is loquitur: *Jamdudum ex quo in hanc terram advenerim, occasio mihi copiosa hacde re reclamandi occurrit*. Mabillonius hinc elicit, *non Gallum, sed alienigenam, fortè Scottum* Dungalum fuisse, ipsumque hæc scripsisse Parisiis, ubi is versaretur. Ad Patriam Dungali quod attinet, non resisto: at his verbis designari rectiùs putes *terram Italicam*, seu Ticinensem, in quam è Gallia Dungalus advenerat. Et is quidem tunc propior Claudio Taurinensi quàm Parisienses. Cæterùm Liber ille Dungali hominem Eruditum, sacrisque etiam Literis ornatum prodit, at simul in Grammaticali foro, ac Prisciani deliciis enutritum, ut legenti constabit. Quæ omnia conjecturam meam juvare possunt, unum eumdemque Dungalum fuisse, tum qui Ticinensi Scholæ præfuit, tum qui Catholicis armis adversùs Claudium Taurinensem pugnavit,

Digitized by Google

Dungallum de Mediolano, de Brixia, de Laude, de Bergamo, de Novaria, de Vercellis, de (7) Artona, de Aquis, de Genua, de Haſte, de Cuma. In (8) Eboreja ipſe Epiſcopus hoc per ſe faciat. In Taurinis conveniant de Vighintimilio, de Albegano, de (9) Vadis, de Alba. In Cremona diſcant (10) de Regia, de Placentia, de Parma, de Mutina. In Florentia de Tuſcia (11) reſipiſciant. In Firmo de Spoletinis Civitatibus conveniant. In Verona de Mantua, de Tridento. In Vincentia de Patavi, de Tarviſio, de Feltris, de Ceneta; de (12) Aſilo. Reliquæ Civitates Forum-Julii ad Scholam concurrant.

VII.
De Canonicis.

Volumus ut ſinguli Epiſcopi converſationem Canonicorum, eorumque habitationes ad Kalendas Octubris futuri Anni abſque ulla neglegentia, ſicut diſpoſuimus, habeant præparatas.

VIII.
De Plebibus reſtaurandis.

Præcipimus, ut ſingulæ Plebes ſecundùm antiquam &c. *ut in Lege XX. Lotharii.*

IX.
De Decimis.

De Decimis verò dandis ſtatuimus, ut ſicut in Capitulari continetur, quod in Mantua factum eſt, obſervetur, ita quòd qui eas dare nolunt, diſtringantur, atque per eos exſolvantur.

X.
De Rectoribus Eccleſiarum.

De Precariis quoque, quæ à Rectoribus Eccleſiarum irrationabiliter fiebant, ſuoſque ſucceſſores pœna gravi obligant, ut facta ipſius neque Rex diſſolveret, præcipimus &c. *ut in Lege XXI. Lotharii.*

CAP. I.

De liberis hominibus, ut ſecundùm qualitatem rerum hoſtem faciant.

STatuimus ut liberi homines, qui tantum proprietatis habent, unde hoſtem benè facere poſſint, & ut juſſi facere nolunt, in prima vice ſecundùm legem illorum ſtatuto damno ſubjaceant. Si verò ſecundò inventus fuerit neglegens, bannum noſtrum, ideſt ſexaginta ſolidos perſolvat. Si verò tertiò quis in eadem culpa fuerit implicatus, ſciat ſe omnem ſubſtantiam ſuam amiſſurum, aut in exilium eſſe mittendum. De mediocribus quippe liberis, qui non poſſunt per ſe hoſtem facere, Comitum fidelitati committimus, ut inter duos, aut tres, ſeu quatuor, vel ſi neceſſe fuerit, ampliùs unicuique melior eſſe videtur, adjutorium præbeant ad noſtrum ſervitium faciendum. De his quoque, qui propter

(7) Librarii error. Scribendum ſinè dubitatione *de Derthona*, quæ nunc *Tortona*.

(8) Eadem Civitas, ac Eporedia, aut Hipporegia, nunc *Invrea*, ſive *Ivrea*. Atque hinc vides, unum Literarum Doctorem per eas Urbes deſignatum, qui quoſcumque ad ludum literarium accedentes erudiret.

(9) Portus eſt adhuc, & idem perquam commodus, in Occiduo litore Genuenſis ditionis. Cluverius non alium putat ac *Vada Sabatia* antiquis memorata. Oppidum florentiſſimum Anno 823. fuerit oportet, quando ſingularem ejus mentionem facit Lotharius Auguſtus hoc anno.

(10) Ideſt de Regio Lepidi. *Regia* quoque appellatur in teſtamento Caroli Magni.

(11) Ita Codex MStus, & mendosè, ut nemo non videt. Num *recipi ſciant*, hoc eſt diſcipulos? an *reſpiciant*? Commodiora excogitent alii.

(12) Nunc eſt *Aſolo*, illuſtre Oppidum, *Acelum* olim, Plinio, Ptolemæo, & Paulo Diacono memoratum, & conterminum Tarviſio. Gratulor illius Civibus, quòd tanti Patria eorum Anno 823. fieret, ut unà cum illuſtribus Italiæ Civitatibus numeraretur. *Agnellum de Acilio* Epiſcopum, Schiſmaticorum Synodo ſub Severo Aquilejenſi interfuiſſe ſcribit Paulus Diac. in Hiſt. Langob. Lib. 3. Cap 27. Antiquam verò Inſcriptionem, ſed falſi arceſſitam, ad hujuſmodi Oppidum ſpectantem vide in Supplemento Diarii Italici Tom. I. edito à doctiſſimo Viro Hieronymo Leonio Cenetenſi.

COROLLARIUM.

Hactenus Capitulare *de Doctrina* in quo plura ſunt animadvertenda. Decretum hoc à Lothario I. non tamquam Imperatore, ſed tamquam Rege Italiæ efformatum, ac promulgatum unuſquiſque videt, pluresque Italiæ urbes recenſet, quæ non ſecus ac *Mediolanum* & *Ticinum* Lotharii regno paruiſſe dicendæ ſunt, cùm parem in eas ac in ceteras ditionem ſuam exercuiſſe hinc liquidò apparet. At quoniam noſtro potiſſimùm ævo plures ſint, qui hæc velitationibus ſuis involvere, & *Mutinam* quoque ac *Regium* urbes à tot jam ſeculis unius Romani Imperii fiduciarias extra veteres ipſius Imperii fines atque intra Exarchatum poſitas contendant: hæc inſuper accipe. Alterum ſplendentiſſimum argumentum, quo eadem veritas confirmetur, Teſtamentum eſt Caroli Magni à Du-Cheſnio ac Baluzio editum tom. 1. Capitular. pag. 439. à me ſupra iterum recuſum pag. 115. hujus Tomi. Ibi relinquit glorioſiſſimus Cæſar Pippino filio *Italiam, quæ & Langobardia*, cum aliis Provinciis. *Si verò Carolo, & Ludovico viventibus, Pippinus debitum humanæ ſortis compleverit*, tunc *Italiam* dividendam jubet, ejuſque unam partem Carolo, alteram Ludovico aſſignat, hoc eſt illi Septemtrionalem, huic verò Meridionalem. *Et hæc diviſio tali modo fiat, ut ab ingreſſu Italiæ per Auguſtam Civitatem accipiat Carolus Eborejam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente uſque ad fines Regienſium, & ipſam Regiam, & Civitatem Novam, atque Mutinam uſque ad terminos Sancti Petri.* Quinam forent termini Sancti Petri, hinc non eruitur; at certè exploratum eſt heic *Regium* & *Mutinam* deſcribi tamquam portiones Italici Regni, eaſque Carolo Caroli Magni filio fuiſſe relictas. *Has Civitates* &c. *accipiat Carolus*. Quare Italia ad Boream poſita, ſeu Ultrapadana (qualis homini Mutinenſi dicenda eſt) cum Eboreja, Vercellis, Papia, Mediolano &c. & quidquid à Papia *per Padum fluvium termino currente* habetur uſque *ad fines Regienſium*, totum conceſſurum erat in jura Caroli, uti & Civitates *Regium*, & *Mutina*; nam non ampliùs currente termino per Padum, ſed Pado ipſo ad fines Regienſium ſuperato, eadem Caroli pars complexura erat *Mutinam* ac *Regium*, & reliqua *uſque ad terminos S. Petri*. Viciſſim altera portio, nempe Ciſpadana, ac Meridionalis Ludovico deſtinabatur. En Auguſti verba: *Quidquid autem à prædictis Civitatibus, vel Comitatibus Romam eunti ad dextram jacet de prædicto Regno* (videlicet Italiæ) *ideſt portionem, quæ remanſit de regione Tranſpadana, unà cum Ducatu Tuſcano* &c. *Ludovicus ad augmentum ſui Regni ſortiatur*. Ac propterea in hac portione ſitæ erant Civitates ad Meridiem poſitæ uſque ad *Ducatum Tuſciæ*, tum ipſe idem Ducatus &c. Plura ſupereſſent dicenda de Provincia Æmilia, à Pippino & Carolo juri Sancti Petri tradita, quæ dimittenda cenſeo, cùm Eruditorum oculis pateant quæ occurrunt in Lege LXXIII. Pippini Regis libro I. tit. XXV. Legum Langobardicarum.

Digitized by Google

pter nimiam paupertatem neque per se hostem facere, neque adjutorium præstare possunt, conserventur, quousque valeant recuperari.

II.

De liberis ingeniosè res suas in Ecclesia dantibus. *Vide supra Legem XXII. Lotharii.*

III.

De Laicali ordine, sive de Laicis, ut eadem mensura servetur. *Vide supra Legem XXIII. Lotharii.*

IV.

De Fratrum hereditate. *Vide supra Legem XXIV. Lotharii.*

V.

De eis, qui mobile suum propter pignorationem in alienam potestatem transferunt. *Vide supra Legem XXVI. Lotharii.*

VI.

De Fratribus in commune viventibus. *Vide Legem XXVI. Lotharii. Edita quoque sunt Capitula ista à Cl. V. Stephano Baluzio in Capitularium Tom. I. pag. 547.*

VII.

De Testibus.

Ut in testimonium non recipiantur de his Capitulis, idest &c. *ut in Lege XXVII. Lotharii.*

A

VIII.

De Juratoribus.

Statuimus, ut Juratores omnes simul jurent &c. *ut in Lege XXVIII. Lotharii.*

IX.

De Sacramentis.

Ut quicumque Sacramentum vel debitum ante solis &c. *Hæc adnexa sunt Legi XXVIII. Lotharii.*

X.

De liberis, qui se in servitium tradunt. *Vide supra Legem XXIX. Lotharii.*

XI.

De his, qui res suas vendunt.

De his, qui proprietates suas habent, &

B spontanea &c. *ut in Lege XXX. Lotharii.*

XII.

De Pugnatoribus.

Quibuscumque per legem propter aliquam &c. *ut in Lege XXXI. Lotharii.*

XIII.

De fugitivis.

Præcipimus, ut Ministri Reipublicæ &c. *ut in Lege XXXII. Lotharii.*

XIV.

De Aldionibus.

Videtur nobis de Aldionibus, ut sicut &c. *ut in Lege XXXIII. Lotharii.*

Hæc

Digitized by Google

Hæc ſunt Capitula, quæ aliqui ex Miſſis noſtris ad noſtram notitiam detulerunt Anno XVI. Imperii noſtri.

(Capitula hæc edita ſunt à Baluzio, & Ludovico Pio Auguſto tributa, Tom. I. Capitularium Pag. 661.)

CAP. I.

DE his, qui ſinè conſenſu Epiſcopi Presbyteros &c. *ut in Lege XLIII. Lotharii.*

II.

De Eccleſiis, quæ inter coheredes diviſæ ſunt.

De Eccleſiis, quæ inter coheredes diviſæ &c. *ut in Lege XLIV. Lotharii.*

III.

De Eccleſiis deſtructis.

De Eccleſiis deſtructis, ut Epiſcopi &c. *ut in Lege XLV. Lotharii.*

IV.

De Decimis.

De Decimis, quas Populus dare non vult &c. *ut in Lege XLVII. Lotharii.*

V.

De Scavinis.

Ut Miſſi noſtri ubicumque malos Scabinos &c. *ut in Lege XLVIII. Lotharii.*

VI.

De Judicibus.

Ut in Comitatu hi, qui &c. *ut in Lege XLIX. Lotharii.*

VII.

Iterum de Scavinis.

Volumus, ut quicumque de Scabinis deprehenſus &c. *ut in Lege L. Lotharii.*

VIII.

De teſtibus.

Quicumque comprobatus fuerit &c. *ut in Lege LII. Lotharii.*

IX.

De diſcordiis.

De his, qui diſcordiis, & contentionibus &c. *ut in Lege LIV. Lotharii.*

X.

De homicidiis.

De homicidiis vel aliis injuſtitiis, quæ à Fiſcalinis noſtris fiebant, quia impunè ſe ea committere poſſe exiſtimant, nos Actoribus noſtris præcipiendum eſſe decernimus, ne ulteriùs impunè fiant, ita ut ubicumque facta fuerint, ſolvere cum diſciplina præcipiemus.

XI.

De Collectis.

Collectam ad malum faciendum &c. *ut in Lege LIII. Lotharii.*

XII.

De Pontibus.

De Pontibus publicis deſtructis placuit nobis, ut hi, qui juſſionem noſtram in reparandis Pontibus contemſerunt, volumus ac jubemus, ut omnes homines noſtri in noſtram veniant præſentiam rationem reddere, quare noſtram juſſionem auſi ſunt contemnere. Comites autem reddant rationem de eorum Pagenſibus, cur eos aut non conſtrinxerunt, ut hoc facerent, aut nobis nuntiare neglexerunt. Similiter & de injuſtis theloneis, ubicumque accipiuntur, ſciant & inde nobis rationem reddituros.

XIII.

De examine aquæ frigidæ.

Ut examen aquæ frigidæ &c. *ut in Lege LV. Lotharii.*

XIV.

De reverſione hoſte.

Poſtquam Comes, & Pagenſes de &c. *ut in Lege LVI. Lotharii.*

XV.

Comites autem & Miſſi noſtri magnum ſtudium habeant, ne fortè propter eorum negligentiam pauperes crucientur, & nos tœdium propter eorum clamores patiamur, ſi noſtram gratiam habere velint. Populo autem dicatur, ut caveat de aliis cauſis ſe ad nos reclamare, niſi de quibus, aut Miſſi noſtri, aut Comites eis juſtitiam facere noluerunt.

Hæc ſunt Capitula, quæ pro Lege habenda ſunt.

XVI.

De homicidiis.

De homicidiis in Eccleſiis, vel in atriis &c. *ut in Lege LVII. & LVIII. Lotharii.*

XVII.

De homicidiis propinquis.

Quicumque propter cupiditatem rerum &c. *ut in Lege CIII. Lotharii.*

XVIII.

De uxore interfecta.

Quicumque propria uxore derelicta &c. *ut in Lege CXXXIII. Caroli Magni.*

XIX.

De rebus alienis.

Quicumque res alienas cuilibet homini &c. *ut in Lege LIX. Lotharii.*

XX.

De Vicariis & Centenariis &c. *ut in Lege LX. Lotharii.*

XXI.

Ut nullus ad placitum &c. *ut in Lege LXI. Lotharii.*

XXII.

Item de eadem re in Capitulo noſtro in Libro IV. Cap. LV.

De Placitis ſiquidem, quas liberi homines &c. *ut in Lege XLI. Ludovici Pii.*

XXIII.

De faidis coërcendis hoc obſervetur, & teneatur, quod in Capitulo noſtro in Libro III. Cap. XXV. continetur. Si quis aliqua neceſſitate cogente homicidium &c. *ut in Lege XXI. Ludovici Pii.*

Digitized by Google

LUDOVICI II. AUGUSTI LEGES.

LUDOVICUS SECUNDUS.

„ *Imperat hìc Divus nobis alter Lodoicus.*

CAP. I.

Dictum eſt (1) nobis, quòd in quibuſdam locis Epiſcopi & Comites ab inceſtuoſis, & ab his, qui decimas non dant, guadias accipiant; & à Presbyteris pro quibuſdam negligentibus, & inter ſe pecunias dividant: quod penitus abolendum eſſe decernimus, ne fortè avaritiæ locus detur. Et conſtituimus, ut inceſtuoſi juxta Canonicam ſententiam pœnitentiâ multentur. Qui verò decimam poſt tertiam ammonitionem, & prædicationem Sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Juramento verò eos conſtringi nolumus, propter periculum perjurii. *III.* 3. 10. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

II.

De (2) viduis, & pupillis, & orphanis, cœcis, & claudis tutelam atque amminiculum habere præcipimus juxta noſtram poſſibilitatem vel vires, ſicut in præcepto Domini Regis continetur. *II.* 48. 3.

III.

De (3) raptoribus verò antiquorum Patrum ſtatuta ſequentes, hoc tenendum cenſemus, ut ſi eas rapuerint, quæ cum ſponſo pariter benedictione ſacerdotali initiatæ ſunt, licèt eas corruperint, tamen abſtrahantur ab ipſis, & propriis ſponſis reddantur. Quæ verò vel viduæ ſunt, vel adhuc ſponſatæ non fuerunt, & abſque ipſarum & parentum voluntate rapiuntur, nihilominus parentibus, aut propinquis reſtituantur, & aliis, ſi voluerint, nubant. Nam ipſis, à quibus raptæ ſunt, legitimæ demum uxores nullatenus eſſe poſſunt. Ipſos autem raptores, iiſque auxilium præbentes, quamquam anathematizandos antiqui Canones præcipiant, in ultimo tamen conſtituti, ſi devotè poſtulaverint ſacram communionem in viatico pro miſericordia non denegamus. Quòd ſi aliquis de ordine Clericali hujuſmodi tranſgreſſor, aut cooperator extiterit, proprii gradus honore carebit. *I.* 31. 15.

IV.

De (4) judicio autem Judicis tam frequenter rememoramus, quia omnino conſuetudinem judicandi injuſtè Judicibus auferre volumus. Sed tantum ſecundùm ſcripturam judicent, & nullatenus ſecundùm arbitrium ſuum. Sed diſcant pleniter legem ſcriptam. De quo autem non eſt ſcripta, hoc noſtrum conſilium habeatur in quibuſdam.

V.

Sancitum (5) eſt, ut nullus quislibet Eccleſiaſticus ab his perſonis res deinceps accipere præſumat, quarum liberi aut propinqui hac inconſulta oblatione rerum propriarum exheredari poſſent. Quòd ſi aliquis deinceps hoc facere tentaverit, ex hac re à Synodali & Imperiali ſententia omnimodis feriatur, & res ad exheredatos redeant.

VI.

Volumus, (6) ut omnis inquiſitio de rebus Eccleſiaſticis, vel ad jus Fiſci noſtri pertinentibus, quæ facienda eſt, non per teſtes, qui producti fuerint, ſed qui in eo Comitatu meliores & veraciores eſſe cognoſcuntur, per illorum teſtimonium inquiſitio fiat, & juxta quod illi teſtificati fuerint, vel contineantur, vel reddantur ipſæ res.

VII.

Ut (7) Epiſcopi, qui res Eccleſiæ circa propinquos ſuos expendunt, reprehenſionem ca-

---

NOTÆ AD LEGES LUDOVICI SECUNDI.

(1) In editis, atque apud ipſum Baluzium tribuitur Lex iſta Lothario I. Codex verò Eſtenſis Ludovico II. Auguſto ejus filio eam inſcribit. Infra Cod. Eſtenſis; *& à Presbyteris quibuſdam negligentibus, & inter ſe pecunias dividunt.* Omnino conſulenda heic Editio Baluziana Tom. II. pag. 340. ubi legitur: *& pro Presbyterorum quorumdam negligentiis, & inter ſe.* Editio Bohëriana *& Presbyteris pro quibuſdam negligentiis.* Infra Cod. Eſten. *Qui verò decimam poſt tres ammonitiones, & prædicationes Sacerdotum dare neglexerit, excommunicetur.*

(2) In editis, imò & apud Baluzium, Lex iſta Lothario I. Auguſto tribuitur. Ego fidem ſequor Codicis Eſtenſis Ludovico II. tribuentis. Infra idem Cod. habet *tuitionem, atque amminiculum.* In Ambroſ. incipit. *Ut viduis* &c. *tuitionem, atque adminiculum impertiamus.*

(3) Eſt Canon X. Concilii Ticinenſis habiti anno 850. dum in ea urbe reſideret idem Ludovicus II. Auguſtus. Infra Cod. Eſten. *in ultimo tamen conſtitutis, ſi devotè poſtulaverint Sacræ Communionis Viaticum*, &c.

(4) Legem hanc inter Langobardicas editam non invenio. Suppeditavit Codex Eſtenſis. Ejus particulam à Carolo M. promulgatam vide apud Baluz. Tom. I. pag. 370.

(5) Hanc etiam do ex Cod. Eſtenſi. Habet & Ambroſianus, imò bis habet. Verùm illam jam pridem non uno in loco ediderat inter Capitularia Regum Francorum ſupra laudatus Baluzius Tom. I. pag. 720 & 864. Imò is pag. 565. eam tribuit Ludovico Pio Imperatori. Ipſam quoque Anſegiſus Abbas inſeruit Collectioni Capitularium, atque Ivo Carnotenſis Epiſcopus in ſuum Decretum intulit part. 16. Cap. 261. Apud Baluzium pag. 864. legitur tantummodo *Synodali ſententia diſtrictè feriatur.* Ita quoque Ambroſ. Cod. in uno loco; in altero habet *Synodali, vel Imperiali.* Baluzius pag. 565. legit *hoc facere tentaverit, ut acceptor Synodali, vel Imperiali ſententia* &c. In laudato Cod. Ambr. *aut contemtor, aut acceptor.* Quæ omnia ſatis oſtendunt, heic innui Canonem à quopiam Sacro Concilio hac de re promulgatum, quod quale fuerit, tum Baluzio, tum mihi ignotum fateor.

(6) Inter Langobardicas non legitur, ſed quidem illam exhibet Codex Eſten. A Baluzio eadem tribuitur Ludovico Pio Tom. I. pag. 674. at ibi tantùm habetur: *Volumus, ut omnis inquiſitio, quæ de rebus ad jus Fiſci noſtri* &c. Heic additur *de rebus Eccleſiaſticis.* Infra idem Baluzius, *ſed per illos, qui in eo Comitatu* &c.

(7) Ne hæc quidem legendam ſe præbet in editis hactenus Legum Langobardicarum collectionibus. Profero illam ex Cod. Eſtenſi: rem tamen non ignotam profero; nihil enim aliud eſt, quàm Canon XVI. Concilii Pariſienſis VI. habiti Anno 829. quem etiam editum videas Lib. V. Cap. 327. Capitular. Regum Francorum ab Anſegiſo collectorum. Priora verba uſque ad *Quoniam* titulum Canonis exhibent.

Digitized by Google

cáveant, & diſcretionis modum teneant. Quoniam multi Epiſcoporum amore propinquorum ſuorum de rebus ſibi commendatis ſuo (8) aut quolibet amicorum nomine, prædia & mancipia emunt, & ut in ſuorum propinquorum jus conducantur ſtatuunt. Et ob hoc jura Eccleſiaſtica convelluntur, & miniſterium Sacerdotale fuſcatur, imò ab ſubditis detrahitur, & contemnitur. Placuit itaque nobis omnibus, ut deinceps hoc avaritiæ genus caveatur; fixumque abhinc, & in perpetuum manſurum eſſe decrevimus, ut Epiſcopus de rebus ſuis juris, quas ante Epiſcopatum, aut certè in Epiſcopatu hereditaria ſucceſſione adquiſivit, ſecundùm auctoritatem Canonicam quidquid vult faciat, & cui vult, conferat. Poſtquam autem Epiſcopus factus eſt, quaſcumque res de Eccleſiæ facultatibus aut ſuo, aut alteriùs nomine qualibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum ſuorum, ſed in Eccleſiæ, cui præeſt, jura deveniant. Similiter de Presbyteris, vel

A (9) Diaconibus, qui de Eccleſiarum rebus, quibus præſunt, prædia, & mancipia eo modo emunt, faciendum ſtatuimus; quoniam multos Presbyteros occaſione taliter emtarum rerum Eccleſias, quibus præſunt, diſparaſſe, (10) & offendiſſe, & ſpoliaſſe, & ſuum miniſterium multis modis exorbitaſſe, & diabolo ſe mancipaſſe: & hac occaſione multos Laicorum in ſcandalum damnationis & perditionis deperiſſe (11) comperimus: Et ideo non debemus ante tempus per ſuſpectionem judicari, ſed patienter exſpectari, donec ipſa veritas manifeſta fiat, utrum magis audiendi, an improbandi ſimus.

VIII.

B De conjunctionibus, quæ ſecundùm Canones & Eccleſiæ Edictum copulatæ eſſe non poſſunt, præcipimus ut ab invicem ſeparentur; & qui de noſtris Judicibus neglexerit cauſam iſtam ad judicandum, aut diſtringendum, componat guidrigild ſuum. *II.* 8. 13.

(8) Ita quoque legit Baluzius Tom. I. pag. 893. At Labbeus Tom. VII. pag. 1612. Concilior. habet *ſuo, aut quorumlibet*. Infra alii textus: *in ſuorum propinquorum jus cedant*.

(9) Neque Labbeus, neque Baluzius hæc verba habent. Et tamen non immeritò appoſita. Erant enim olim *Diaconiæ* ſuis prædiis ditatæ, quibus præerant Diaconi, ut Parochi Parochialibus Eccleſiis. Celebres hæ ſunt in Romanorum Pontificum Vitis.

(10) Neque iſta leguntur in nuper memoratis editionibus; ſed tantùm *quibus præſunt, exſpoliaſſe & à ſuo miniſterio* &c. Nos adhuc in ſermone vulgari *diſparare* appellamus *exſpoliare*.

(11) Labbeus *protraxiſſe*; Baluzius *proruiſſe comperimus*. Quæ ſequuntur in Cod. Eſten. *Et ideo* &c. non leguntur in editione Labbeana, neque in Baluziana. Et ſanè extra Chorum poſita videntur.

Addi-

Digitized by Google

Additamentum Primum ad Leges, ſive Capitularia Ludovici II. ex MSto Codice Cathedralis Mutinenſis.

(1) In nomine Dei omnipotentis. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLV. Indictione III. menſe Februario, die menſis ejuſdem Quarta.

CUm Domnus & Magnificentiſſimus Hludowicus Auguſtus apud Ticinenſem Civitatem in Auguſtali Aula reſideret, tractaturus de ſtatu Sanctæ Matris Eccleſiæ, & pace divina diſpoſitione ſibi commiſſi Imperii, ac generali totius Populi ſalute, præſentibus Optimatibus ſuis, dixit:

CAP. I.

Crebro veſtram fidelitatem retroactis temporibus commonuimus, ut ſecundùm normam Chriſtianæ Religionis vivere unuſquiſque noſtrorum Fidelium ſatageret, & ſuos à rapina compeſceret: attamen quia hactenus minùs diligenter actum eſt, amodo omni conamine vos ſtudere volumus, quo penitus à noſtro Regno rapina eliminetur, & pauperum voces, uſque nunc Domini Sabaoth aures pulſantes querimoniis, incipiant ſuo Creatori laudes rependere pro ubique pace & quiete conceſſa nobis agentibus.

II.

Statuimus autem, ut Eccleſiæ Dei per totius Regni noſtri fundatæ terminos, ſub noſtræ inmunitatis tuitione ſecuræ cum rebus & familiis permaneant, ceu Prædeceſſorum noſtrorum, piiſſimorum videlicet Auguſtorum, temporibus fuiſſe probantur. Earumque Rectores propriis utantur Privilegiis. Monachi per ſua Cœnobia regularem teneant ordinem. Similiter & Clerus omnis proprio fungatur miniſterio, neminem (*) moleſtante noſtri terroris formidine.

III.

Sancimus nihilominus, ut ſinguli Comites, & Actores Reipublicæ in ſuis miniſteriis procurent legalem Populo facere juſtitiam; Pupillos, & Viduas protegant; per loca ſolita reſtaurent Palatia, quibus, cùm iter dictaverit, nos Legatoſque noſtros valeant recipere, ne gravent Eccleſias. Quando etiam Epiſcopos, Abbates, vel Comites, ſeu Fidelium noſtrorum quempiam in propria Villa morari contigerit, cum ſuis in ſuis maneant domibus, ne ſub obtentu hoſpitii eos obprimant, vel eorum res diripiant.

IV.

Denique quia, Chriſti cuſtoditi clementiâ, neminem juſtè (**) conſecuto privavimus, ſed neque privari abſque legali ſanctione aliquem noſtrorum Fidelium volumus Beneficio: jubemus ne quis ſuum depravet ullo modo, ſed inſtauret ſecuriter; ne qui dirigendi ſunt à nobis undique, ſi depravata repererint, legaliter emendare compellant, & eos deinceps perfrui prohibeant.

V.

Porrò cùm ad noſtrum quislibet noſtrorum Fidelium properat obſequium, tam in eundo, quàm in redeundo gradiatur pacificè (2) ut terræ generalis exigit utilitas; cum Scaritis veniat in ſtatutis, juſta Dominus maneat. Epiſcopus & Comes, per quorum tranſeunt terminum, diligenter provideant, ne moleſtentur incolæ, aut eorum domos per vim patiantur invadere, vel propria diripere abſque collato pretio. Sed neque indigenæ per ſolita loca tectum, focum, aquam, & paleam hoſpitibus denegare, aut ſua cariùs quàm vicinis audeant vendere.

VI.

Igitur quia hactenus in Regno noſtro quoſdam infrenatè vixiſſe nulli eſt ambiguum, ſancimus unumquemque ſuorum hominum ſolicitudinem gerere, ne ſolitam rapinam perpetrare præſumant. Qua pro re ſi quis artatus ſuum Seniorem dimiſerit, penitus interdicimus, ne recipiatur ab altero, quatenus niſi corrigi voluerit, à noſtri Regni penitus excludatur finibus.

VII.

NOTÆ IN ADDITAMENTUM PRIMUM AD LEGES LUDOVICI II. IMP.

(1) Et hæc reperiuntur in antiquiſſimo Codice MSto Cathedralis Mutinenſis. Antea verò edita pars horum fuit in Actis Concilii Ticinenſis habiti Anno 855. apud Labbeum Tom. VIII. Concilior. pag. 149. & apud Baluzium Tom. II. pag. 355. Capitular. Inſerta quippe ſunt ibi hæc Ludovici II. Imperatoris decreta, quamquam non integra. In ea autem Synodo Epiſcopi Epiſtolam ad ipſum Auguſtum dant, ubi proferuntur multa in Eccleſiæ ac Reipublicæ regimine emendationem ab eodem exigentia. Tum ſubſequitur Capitulare ejuſdem Auguſti, quod nunc & emendatiùs, & pleniùs profero. Videre autem eſt cum in Epiſcoporum literis, tum in Statutis à Ludovico II. quantùm ea tempeſtate cordi fuerit non Epiſcopis ſolùm, ſed & ipſis Imperatoribus, ut publica res bene ageretur, & tollerentur ſuccreſcentes abuſus: quod & ex reliquis Francorum Regum, & Auguſtorum Capitularibus conſtat. Prudens certè ſummèque laudandum regimen; & præcipuè quod Auguſti Epiſcopis opem ferrent ad ritè gubernandam Eccleſiam, & ab Epiſcopis iidem Auguſti juvarentur ad rectè ſuſtinendum onus Imperii.

(*) Baluzius habet *nemine moleſtante*.

(**) Baluzius habet *injuſtè privavimus*.

(2) In Actis jam editis Concilii Ticinenſis hæc ita leguntur: *Et ni generalis utilitas cum Scaritis veniat in Statutis, juxta maneat. Epiſcopus* &c. Rectiùs in MSto priora verba; illa verò *juſta Dominus maneat* æquè ac edita tenebris abundant. Quod eſt ad *Scaritos*, in Capitulari Caroli Calvi apud Baluzium Tom. II. pag. 265. paria legas: *Fredericus, vel unus eorum, qui cum eo Scariti ſunt, cauſas teneat*. Hoc eſt, qui eidem famulantur, aut illum comitantur, tamquam electi famuli, ſive Miniſtri. Idem intelligi poteſt ex verbis Continuatoris Fredegarii ad Annum 768. *Rex Pipinus in quatuor partes Comites ſuos Scaritos, & Leudos ſuos ad perquirendum VVaifarium tranſmiſit*. Fortaſſis idem fuere atque *Scariones*, ſcilicet militares viri, à *Scaris*, hoc eſt militaribus turmis, ita appellati, quos ad ſui tutelam, & comitatum Magnates adhibebant.

Digitized by Google

VII.

Recolimus, hæc ſæpe inculcata, & Auguſtali noſtra ſanctione promulgata, & quia ex parte in aliquibus neglecta videntur hactenus, acriori ulciſci debuerant examine. Attamen noſtra manſuetudine ut corrigantur, quantulumcumque largimur ſpatium, quo quiſque neglecta emendare valeat, deſtinaturi poſtmodum Legatos ſtrenuos emendata inquirere. Qui verò negligens repertus fuerit, propriis honoribus noſtro privabitur judicio.

(3) *LEGATIO.*

CAP. I.

ECcleſiarum Dei juſtitia inquiratur, & omni ſtudio perficiatur; & ne à ſacrilegis theſaurus diripiatur earum, fideliter deſcribatur.

II.

Pupillorum & Viduarum cauſa inveſtigetur, & diligenti cura miſericorditer examinetur.

III.

Totius Populi querimonia generaliter audiatur, & legaliter diffiniatur.

IV.

De ſtatu Reipublicæ inquirendum: Ubi cùm iter dictaverit, Dominus Imperator recipi debeat per ſingula miniſteria. Ubi ab eo directi Legati. Unde eis amminiſtrentur obſequia. Unde (4) Paraveredæ. Unde, vel quæ dona annualia, aut tributa publica exigi debeant. Qui debeant Palatia reſtaurare; qui pontes. Ut non deſtruantur Beneficia, & deſtructa reſtaurentur. Quæ Beneficia Dominicus Gaſindius habuit, quis habeat illa, vel ubi conjaceant.

V.

Directi Abbates Monaſteria Monachorum & Puellarum, & Senodochia circumeant, ſi unde amminiſtrentur, debita obſequia habeant, & concorditer degant, inquirant. Quicquid inordinatum repererint, regulariter corrigant. Senodochia autem ſicubi quæ ſunt neglecta ad priſtinum ſtatum revocent. Hoſpitales verò pauperum tam in montanis, quàm & ubicumque fuiſſe noſcuntur, pleniter, & diligenti cura reſtaurentur.

(3) Quæ ſubſequuntur, deſiderantur in Actis editis Concilii Ticinenſis; ac proinde ex Codice MSto Mutinenſi nunc primùm eduntur. Hinc autem pleniùs intelligas, quanto ſtudio publicam tranquillitatem ac juſtitiam curarent Francici Auguſti. Utique non ſinè voluptate hæc pauca legantur.

(4) Sunt equi publici, quos ad curſum, & uſum Principis miniſtrabant Populi, per quos ille iter faciebat. Erant cum rheda, erant & ſinè rheda. Nunc appellamus *Cavalli da Poſta*, eorumque mentio eſt in Codice Theodoſiano, apud Procopium, Caſſiodorum, alioſque. Atque hinc originem habuit Italica vox *Palafreno*, ut eruditè oſtendit Menagius in Originibus Italicæ Linguæ. A *vebo*, & *rheda*, Feſto monente, dicti ſunt *veredi*, hoc eſt equi curſus publici, atque à *veredus* efformatus eſt *paraveredus*, in Codice quoque Theodoſiano memoratus interdum. In Lege Bajuvariorum Tit. I. Cap. VIII. de colonis, & ſervis Eccleſiæ dicitur: *Parafredos donent*, hoc eſt dent: quæ vox, ut vides, jam accedit ad Italicum *Palafreno*.

Alte-

Digitized by Google

Alterum (1) Additamentum ad Leges Ludovici II. Imperatoris ex MSto Codice Bibliothecæ Ambrosianæ.

Incipiunt Capitula Domni (2) Ludovici Imperatoris filii Lotharii Imperatoris.

CAP. I.

DE inceſtis conjunctionibus hìc præcipimus, ut nullus deinceps propinquam, nec quam propinquam habuit, uxorem ducat.

II.

Ut omnimodis diligentiſſima examinatione, ſecundùm ſcriptam legem, quàm diutiſſimè fieri poſſit, juſto judicio omnibus uſus juramenti prohibeatur, ut, Deo donante, conſuetudo peſſima perjurii à Chriſtiano Populo auferatur. Tamen omnino fiant uni (3) viri, ſi nullatenus hoc conſentire volumus. Sed ſi quis in perjurio fuerit comprobatus, aut manum dexteram perdat, aut eam ſecundùm ſcriptam legem redimat, & numquam ampliùs in ullo judicio ad ſacramentum venire permittatur.

III.

Comperimus, quòd ab his, qui ſecundùm mundanas Leges &c. *Vide ſupra Legem CII. Lotharii*.

Ut nullus Eccleſiaſticus feminam ſecum habere præſumat. Si Presbyter fuerit, aut Diaconus, aut Epiſcopus, ab ordine deponantur. Si Clericus, nudus ad palum vapuletur; & femina quæ ei conſenſit, ſimiliter vapuletur, & caput tondatur, quia ſic dicit Scriptura Dei: *membra Chriſti faciam membra meretricis?*

IV.

De Epiſcopis, Diaconibus, vel ceteris interdixit per omnia Nicæna Synodus, ut nulli Presbytero, atque Diacono, ſive Clerico, introductam (4) non liceat habere mulierem, ſimul nec ancillam, nec aliam, quæ in opinionem adulterii maneat, aut diffametur, niſi fortè matrem, aut ſororem, aut amitam. Simul nec in ipſa caſa, ubi ipſæ manent, eſſe non debent. Et qui hoc facere auſus fuerit, bannum noſtrum à parte noſtra componat.

V.

Ut unuſquiſque (5) Presbyter res, quas poſt diem Conſecrationis adquiſierit, propriæ Eccleſiæ relinquat.

VI.

Homo, ſi de ſuo ſtatu pulſatus fuerit &c. *Vide ſupra Legem LVIII. Ludovici Pii*.

VII.

Placuit nobis, ut hæc Capitula, quæ excerpſimus de Capitulare Avi noſtri Karoli, & Domni genitoris noſtri Ludovici Imperatoris &c. *Vide ſupra Legem LXX. Lotharii I.*

VIII.

Dictum eſt nobis, ut in quibuſdam locis Epiſcopus, & Comes ab inceſtuoſis &c. *Vide ſupra Legem I. Ludovici II.*

IX.

Statuimus de (6) Decimis, unde jam inter Epiſcopos, ſeu reliquos Sacerdotes, & Comites, & Vaſſos, & reliquos fideles noſtros multas audivimus intentiones. Si eſt in ſua proprietate, habeat, ſicut in Capitulare conſtitutum eſt, ipſam decimam de ſuo domo coltile rebus in eadem Eccleſia concedimus, & ipſe Sacerdos, qui ibi ordinatus fuerit, ipſam decimam diſpenſet pro luminaria, ſive pro eleemoſynis diſtribuat. Statuimus de ſuos manentes, qui in eadem Parochia commanentes ſunt, ipſa decima à plebe donetur. Et ſi contradixerint ea, publicè diſtringantur, ſicut in Capitulare noſtro conſtituimus.

X.

De propinquis non accipiendis in Conjugio, eo quòd Uxoris parentela ſit viro, ſicut propria parentela.

XI.

NOTÆ IN ALTERUM ADDITAMENTUM AD LEGES LUDOVICI II.

(1) Duos MStos Codices antiquiſſimos Ambroſiana Bibliotheca ſervat, quorum etiam mentionem feci in Præfatione ad duo brevia Chronica Regum Italiæ Tom. IV. Rer. Italic. Eos Palatini Socii accuratiſſimè contulerunt cum editis Langobardorum & Francorum Regum Legibus, & in his deſiderari invenerunt, quæ infra ſequuntur, ex Codice Capitularium excerpta.

(2) Libenter fateor, me ita reſtituiſſe hunc titulum: quod tamen titubans feci. Undique erroribus ſcatebat Codex Ambroſianus; ipſe verò titulus hiſce verbis conceptus legebatur: *Incipit Capitula Domni Lodoici Impe: pris filius Lothari Imperatoris*. Dubius utique fui, num hæc referenda eſſent ad Ludovicum Pium, ejuſque filium Lotharium I. adlectum Imperii conſortem. Verùm ita ſum interpretatus, ut heic de uno Ludovico II. Lotharii I. filio agatur; poſtrema enim verba id luculentiùs perſuadere videntur. Vide etiam quæ infra ſunt adnotata.

(3) Corrupta verba, quæ reſtituere divinando vix poſſis. Ego abſtinere malui. Erant & olim Librarii non pauci, qui pro ſua inſcitia intolerandos errores in Codices inferebant. Hic mihi videtur ſenſus. Quantum fieri poterat in votis erat Imperatori, ut Juramenti uſus caveretur, ne facilè perditi homines in perjuria ruerent: quod & in aliis Capitularibus innuitur. Quum tamen fieri aliter non poterat, ea ſinebat, pœnam ſimul comminitans hominibus perjuris.

(4) Ita enim appellabantur feminæ extraneæ cum Clericis continentiæ voto adſcriptis cohabitantes. Flagitium hoc ſæpe Concilia, ac ipſum Nicænum I. Can. 3. interdixerant, & Sancti Patres, & Carolini Cæſares non ſemel ſunt execrati. Videat, qui plura cupit, Diſquiſitionem meam *de Agapetis & Synſactis* in Anecdotis meis Græco-Latinis.

(5) Confirmatur heic antiquiſſimum diſciplinæ Eccleſiaſticæ decretum, cui erant, & adhuc ſunt obnoxii Epiſcopi, Parochi, & reliqui Beneficiis Eccleſiaſticis fruentes. Hanc in rem eſt Canon Concilii Pariſienſ. Sexti Lib. I. Cap. 16. quem heic repetitum infra videas.

(6) Nonnulla hinc menda manifeſtiora ſuſtuli; ſed reliqua intacta dimiſi, ne nimium auderem. *Domo coltiles* ſunt domus à colonis agrorum inhabitatæ. *Manentes* verò, & *commanentes* idem ſignificant, hoc eſt colonos eorumdem prædiorum.

Digitized by Google

XI.

Ut Episcopi (7) in rebus Ecclesiæ, circa propinquos suos expendendi reprehensionem caveant, & discretionis modum teneant. Quoniam multi Episcoporum &c. *Vide supra Legem VII. Ludovici II.*

XII.

Consobrinam neptem, novercam &c. *Vide supra Legem XCIX. Lotharii I.*

XIII.

Si quis in tali nefario conjugio cõvenerit &c. *Vide supra eamdem Legem XCIX. Lotharii.*

XIV.

Si verò conversus divisus quis fuerit &c. *Vide eamdem Legem XCIX. Lotharii I.*

XV.

Ecclesiæ, vel quælibet pia loca destructa jacentia, præcipimus ex his, quæ suscipere solent, reformata constitutione, proprio dispendio restaurentur; nec sufficiente verò necessario, à populo Plebis auxilientur, ut domus honorificè videantur existere.

XVI.

Nulli Episcoporum liceat res immobiles de subjectis Plebibus, vel aliis quibuslibet locis, in proprio usu habere, ne majores locupletentur, & minores tali facto pauperiores factæ inveniantur. Contra agens Canonica auctoritate coartatus desistat.

XVII.

Femina verò quæ habitum Religiosum, aut velamen obtentu religiositatis susceperit . . . . . potentes viros sociare non permittatur, sed eligens, aut in Monasterio regulariter vivat, aut in domibus susceptum habitum observet. Contra autem inventa, providentia Episcopi emendetur.

XVIII.

Res litigosa nullatenus potest dari, aut venumdari, antequam (8) elitigetur.

Quicumque homo alteri debitor fuerit, & ipsum debitum negare voluerit, & postea convictus fuerit, ipsum debitum in duplum persolvat.

XIX.

Similiter & ille homo, qui res vendiderit, & exinde chartam fecerit si minùs dederit, quàm ipsa charta scriptum fuerit, in duplo ei, qui acceperit, restituat.

XX.

Ut postquam hoc Capitulum notare jussimus, & per Regnum nostrum, sicque de nostra jussione, commandatum fuerit, & alio modo quis fecerit, nisi quod nobis, & nostris fidelibus placitum est, quicumque nostram jussionem in despectione habuerit, bannum nostrum à parte nostra componat, & postea ipse reus appareat in Sanctam Synodum, & secundùm Canones judicetur.

XXI.

Constat enim omnis homo observare, ut die Dominico nullas audeat operationes, mercationesque peragere, præter in cibalibus rebus pro iterantibus, ita ut iterantes vivere possint. Et debent Dominico die, secundùm possibilitatem, omnes ad Ecclesiam concurrere, dein sola Omnipotentis Dei oratione vacare, ut qui Christiano vocabulo nuncupatur, opera peragere videatur.

XXII.

De Monasterio, vel Oratorio, quod à proprio domino soli ædificatum est, monere volumus, Domino constructori invito non auferatur; liceatque illi Presbitero, cui voluerit, pro sacro officio (qui illius Diœcesis, & bonæ auctoritatis dimissoriæ cum consensu Episcopi sui, nec malus existat) commendare, ita ut placita justitia ipsius Episcopi, & obedientia Sacerdotis requirat.

XXIII.

Si quispiam invasor comprobatus, dicat pro parte Ecclesiæ egisse, de privata sibi re pertinente ab ipso, suoque herede solvatur invasio. Sacerdos denique pro tali culpa reus inventus, à proprio canonicè judicetur Episcopo, ut non Ecclesia sibi commissa damnum sustineat.

XXIV.

In sacris (9) Canonibus præfixum est, ut Decimæ juxta Episcopi dispositionem distribuantur. Quidam autem Laici, qui vel in propriis, vel in beneficiis suis habent Basilicas, contemta Episcopi dispositione, non ad Ecclesiam, ubi Baptismum, & prædicationem, manus impositionem, & alia Christi Sacramenta percipiunt, Decimas suas dant, sed propriis Basilicis pro suo libitu tribuunt: quod omnibus modis divinæ Legi, & sacris Canonibus constat esse contrarium. Unde vestram potestatem, ut eos corrigatis, expetimus.

XXV.

Quamquam Sacerdotum testimonium &c. *Vide supra Legem CI. Lotharii I.*

XXVI.

Si autem veniente causa &c. *Vide eamdem Legem CI. Lotharii I.*

XXVII.

Quia sunt in plerisque locis paricidæ & ceteri homicidæ, vel reliquis criminibus implicati, quia pœnitentiam publicam agere contemnunt, qui utique Reipublicæ utilitatibus inutiles sunt, super quibus necesse est, ut vestra celsitudo Comitibus præcipiat, quatenus Episcopis adjutorium ferant, ut eos Canonicæ pœnitentiæ subdere valeant.

XXVIII.

De Justitiis Ecclesiarum, Viduarum, Orphanorum, & pupillorum, ut in publicis judiciis non despiciantur clamantes, sed diligenter audiantur.

XXIX.

De Homicidis (10), & ceteris Malefactoribus, qui legibus mori debeant, nemo eis ad excusationem in Ecclesiam suam introire permittat. Si absque voluntate patroni ibidem introierint, tunc ipse, cujus Ecclesia fuerit, nullum victum eis donet, nec alii dare permittat.

XXX.

Ut nemo præsumat alterius Servum Ministrum Ecclesiæ constituere, vel benedicere, an-

(7) Priora hæc verba usque ad *Quoniam* titulum, reliqua textum exhibent, qualem inter Ludovici II. Leges jam dedi, nisi quòd in Ambros. Codice rectius legitur. *Similiter de Presbyteris, vel de Diaconis, qui de Ecclesiarum rebus, quibus præsunt, prædia & mancipia emunt, eo modo faciendum statuimus* &c.

(8) Hoc est, antequam purgata sit à lite & controversiis in eam suscitatis.

(9) Habes heic eisdem verbis Canonem XII. Concilii Ticinensis habiti Anno 855. sub Ludovico II. Augusto. Vide Labbeum Tom. VIII. Concil. & Baluzium Tom. II. Capitular. Quare jam tamdem intelligimus, Capitulare hoc non ad Ludovicum Pium, sed quidem ad ejus nepotem Ludovicum II. esse referendum.

(10) Similem Legem, sed breviorem, à Carolo M. promulgatam supra habes Cap. VIII. inter illius Leges.

Digitized by Google

antequam à domino ſuo tradatur in manu Pontificis in libertate integra perſiſtendum omnibus diebus, nec poſſit Dominus poſt illum diem dominationis jus in eum exercere; & tunc ſicut Domini voluntas eſt, ad Sacrum Ordinem accedat.

XXXI.

Ut Epiſcopi, & Abbates, & Presbiteri res Eccleſiæ ſibi commiſſas inter parentes & proximos ſuos, non ampliùs quàm Canonica ſanxit licentia, dividant, ut acceptæ plebi, vel eis, qui res ſuas ibidem offerunt, murmur, vel detractio auferatur.

XXXII.

Ut liberi (11) homines nullum obſequium Comitibus faciant, nec Vicariis, neque in paſto, neque in meſſe, neque in aratura, neque in vinea, & conjectum vel (12) reſidium non ſolvant, exceptis (13) aribannatoribus, vel miſſaticis, qui legationem ducunt.

XXXIII.

Statuimus de (14) Presbiteris, & Diaconibus Eccleſiaſtico honore privatis; ut redigantur (15) pœnitentiæ, ſicut Canones præcipiunt. Et ſi Epiſcopus, aut Abbas in ſua Parrochia habuerit (16) Monaſteria, ibi mittantur; & tunc præcipiat ipſis Epiſcopus, ut ibi tales indicent ipſam plebem, unde ſint, ut ſi res proprias habuerint, eligant ſibi talem patronum, qui de ipſis rebus victum & veſtimentum eis miniſtret; ita tamen ut nullam habeant licentiam vagandi, aut diſcurrendi, ſive per placita, ſive ad Palatium, ſeu ad ipſas res, quas proprias ante habuerint, ſinè licentia ſui Epiſcopi, & in eodem loco, ubi conſtitutum eſt, ſuam pœnitentiam jugiter agant. Quod ſi hoc non obſervaverint, primùm verberibus coërceantur. Quòd ſi nec ſic ſe caſtigaverint, tunc in tali loco deducantur, ubi velut ſub pœnitentia vivant.

XXXIV.

Ut Viduis, & Orfanis, & Pupillis &c. *Vide Legem II. Ludovici II.*

XXXV.

Volumus ut omnis inquiſitio &c. *Vide Legem VI Ludovici II.*

XXXVI.

Placuit (17) nobis de Orfanis, & pauperibus, qui debitè vel indebitè amiſerint hereditates paterni vel materni juris ad ſe pertinentes, ſi alicubi inventi fuerint, quos patres vel matres propter traditiones illorum, exheredes fecerint, aliorum ſcilicet ſuaſionibus, aut petitionibus, vel aliquo ingenio, omnino volumus, atque decrevimus emendari, quantum ad nos vel ad noſtram pertinet poteſtatem, juxta voluntatem Dei, & veſtram, ſancta admonitione, & conſideratione, ut ſi fortè extra officium noſtrum alicubi inventum fuerit, admonere veſtram clementiam audeamus, ut emendetur.

XXXVII.

Sancitum eſt, ut nullus quislibet Eccleſiaſticus &c. *Vide ſupra Legem V. Ludovici II.*

XXXVIII.

Si liber (18) homo de furto accuſatus fuerit, & res proprias habuerit, in mallo in præſentia Comitis ſe arramiet. Et ſi res non habuerit, fidejuſſorem donet, qui eum arramire, & in placitum adduci faciat. Et liceat ei prima vice per ſacramentum ſe ſecundùm legem idoneare, ſi potuerit. Et ſi alia vice duo vel tres eum de furto accuſaverint, liceat ei contra unum ex eis cum ſcuto & fuſtè in campo contendere. Quòd ſi ſervus de furto accuſatus fuerit, dominus ejus pro eo emendet, aut eum cum ſacramento excuſet, niſi tale furtum perpetratum habeat, propter quod ad ſupplicium tradi debeat.

XXXIX.

Statuimus, ut nullus quislibet Eccleſiaſticus &c. *Vide repetitam Legem V. Ludovici II.*

XL.

Statutum (19) eſt, ut nullus Canonica, aut Regulari inſtitutione conſtitutus, aliquem conſecrari propter res adipiſcendas deinceps perſuadeat. Et qui hoc facere tentaverit, Synodali, vel Imperiali Sententia modis omnibus feriatur.

XLI.

Si de una cauſa plures Fidejuſſores dati fuerint, & unus ex ipſis Fidejuſſoribus mortuus fuerit, ut proinde cauſam ſuam non perdat, ſed pro eo, qui de illis Fidejuſſoribus vivi ſunt, ſolvant quod promiſit.

XLII.

Sancitum eſt de Villis, & Eccleſiis in eis noviter conſtitutis, ut Decimæ de ipſis Villis ad eaſdem Eccleſias conferantur.

(11) Supra in Lege CXXI. Caroli Magni interdicuntur hujuſmodi angariæ; & inde expreſſa videtur iſta Lex, quamquam aliis verbis ac ſententiis concepta. Sed & eadem Lex à Baluzio adfertur Tom. I. pag. 400. Capitularium, ex duobus MStis hauſta.

(12) Quod olim *conjectum* dicebant, nunc appellamus *contributionem*. Baluziana editio habet, *vel reſiduum*. Ambroſiani Codicis lectio fortaſſis anteferenda. *Reſidium* enim pro *reſidentia*, ſeu jure aut actu reſidendi, uſurpatur. Ne quid tamen diſſimulem, Hincmarus Remenſis Epiſt. 7. ex Labbeanis apud Du-Cangium in Gloſſario Latino ſcribit: *titulus autem ipſius, in quo & reſiduus erat &c.* pro *reſidens*. Sed Librariis non ſemper fidendum. Eſt & *reſiduatio* eodem ſenſu.

(13) Baluzius hæc ita legit: *& conjectum ulium, vel reſiduum eis reſolvant; excepto ſervitio, quod ad Regem pertinet, & ad heribannatores, vel bis, qui legationem ducunt.*

(14) Hanc Legem Lothario I. adſcriptam exhibet Baluzius Tom. II. pag. 32. Capitular. tamquam ex Langobardicis excerptam. Niſi oculi me fefellerunt, ego inter eas non deprehendi. Quare libentiùs do illam; neque verò eamdem repetitam habere, flagitium foret.

(15) Baluzius *ſub pœnitentia*. Infra *aut Abbas* non legitur in Baluziana editione, & quidem perperam additum videtur.

(16) Aliter apud Baluzium, nempe: *Et ſi habet Epiſcopus in ſua Parrochia ſuum miniſterium, ibi mittitur*. Atqui ſenſus ipſe poſcit, legendum heic *Monaſteria*, ſive *Monaſterium*; in iis enim pœnitentiam agere delinquentes Clerici cogebantur. Emendatiora ſunt & reliqua in Ambroſiano Codice, quàm apud Baluzium. Sed ſingulis adnotandis tempero.

(17) Deſumta Lex eſt è Can. VI. Concilii Moguntini habiti Anno 813. Relatam quoque reperies Lib. II. Cap. 31. Capitularium. Infra in editis legitur *juxta voluntatem Dei, & veſtram ſanctam admonitionem & conſiderationem*.

(18) Refert & Baluzius hanc Legem Tom. I. Capitular. pag. 603. ac tribuit Ludovico Pio, à quo ejus nepos Ludovicus II. acceperit. Inlata quoque fuit in Lib. IV. Cap. 29. Capitularium. Jam alibi dixi, quid ſit *adbramire*.

(19) Interdicitur Canonicis & Monachis, ad ſuum inſtitutum quempiam allicere eo conſilio, ut illius fortunas adquirerent Eccleſiæ ſuæ, ſive Monaſterio. Parum laudanda hæc conſuetudo jamdiu inoleverat. Sed canebatur ſurdis, & difficile nimium erat in hujuſmodi venatoribus culpam dignoſcere. Atque utinam noſtris temporibus nullum hujus moris veſtigium ſuperſit.

Qua-

Digitized by Google

Quæstiones ac monita veterum Juriſperitorum in Leges Langobardicas ex Codicibus MStis Ambroſianæ Bibliothecæ.

IN geminis Ambroſianis Codicibus MStis, Langobardicas Leges complectentibus, quos unà cum editis contulere conſilio meo conjunctiſſimi *Palatini Socii*, & unà cum eis *Philippus Argelatus*, præponebantur Juridica quædam fragmenta, quorum pars aſpectu primo è Legibus numquam antea editis conflata videbatur. Ut illa ſub oculis habui, innumeris, pænè dixi, intermixta mendis, quibus Codices ii abundabant: intellexi, non Leges illic haberi, ſed Legum interpretationes, quæſtiunculas, & monita, quæ in ſuum, aut tironum uſum Juriſperiti rudium Seculorum ſcripta reliquerant. Neque hæc abjicienda ſum ratus. Nimia nobis dederunt, & adhuc dant è ſuo penu recentiores Legum periti; adeò verò pauca ex antiquis illis ſuperſunt, ut vel eorum quiſquilias ſervare, cunctorumque oculis ſupponere irridendum minimè ſit. En ergo, quæ ex corruptis iis fragmentis ſecernere potui, atque intelexiſſe quodammodo mihi viſus ſum, emendatis dumtaxat manifeſtioribus erratis. Reliqua pro ſuo arbitrio corrigat Lector.

Quæſtio de Lege Romana.

HOmo, qui ad Placitum Wadiam dederit, & non habet fidejuſſores paratos, Comes comprehendat, & faciat mittere in carcerem, quia Lex Romana præcepit.

Si quis fidejuſſores non habuerit, ſic debet jurare juxta judicatum: Poſt deceſſum ill. genitricis meæ meum proprium eſſe debet, & malo ordine non deveſtivi. Tunc vadat ad certamen. Quòd ſi utile fuerit, quòd ipſa femina adveſtita fuerit, & alter ad captionem venerit, & ſacramentum facere debeat: tunc dicta femina dicat, quia juxta iſtud judicatum inveſtita fuit. Tamen non debet dicere proprium.

Superceſſio (1) Lege Salica. Si olim homo deceſſerit, & reliquerit filium & filiam, æqualiter ſuccedant. Et ſi reliquerit filium & filiam, & neptum filium de ſuo filio, æqualiter ſuccedant. Si verò iſti non fuerint, & reliquerit patrem, vel matrem, ipſi ſuccedant. Si autem non habuerit, & ille moriens reliquerit fratrem, vel ſororem, ſive ſint germani, ſive non, ipſi ſuccedant. Si verò iſtos prædictos non habuerit, & habuerit Amitam ſororem de ſuo patre, ipſa ſuccedat. Et ſi iſtam non habuerit, & habuerit ſororem de ſua matre, ipſa ſuccedat. Quòd ſi nullus de iſtis perſonis fuerit, tunc quicumque propinquus fuerit, maſculus paterna generatione, ipſe ſuccedat. Sed alias feminas non vocamus ad ſuperceſſionem de homine Salico, niſi illas, quas ſupradiximus.

Superceſſio Lege Romana. Si homo deceſſerit, & reliquerit filium, vel filiam, & neptum filium de ſuo filio, vel filiæ, æqualiter ſuccedant. Similiter omnes ſupercedant illi, qui de inferiori Linea venerint, ſive ſint pronepotes, vel pronepotæ, vel inde incœperint, ſive ſint nati, antequam parens fuerit mortuus, ſive ſint poſthumi, qui fuerint nati poſt deceſſum parentis. Quòd ſi nulli de ſuperiori linea fuerint, & habuerit patrem, & matrem, & fratrem germanum, & ſororem germanam, omnes æqualiter ſupercedant. Et ſi habuerit tantùm matrem, vel patrem, vel fratrem germanum, vel ſororem germanam, & filium, vel filiam de alio fratre, vel ſorore germana, ſimiliter æqualiter ſuccedant. Si verò reliquerit fratrem, vel ſororem germanam, & frater, & ſoror germana, & frater, vel ſoror qui non ſunt germani, ſupercedant. Si autem reliquerit fratrem, vel ſororem, qui non ſunt germani, & filium, vel filiam dicti fratris, aut dictæ ſororis, qui fuerint germani, frater vel ſoror germana ſuccedant. Quòd ſi reliquerit fratrem, vel ſororem germanam, aut filios, vel filias dicti fratris, vel ſororis, qui fuerint ſimiliter germani, æqualiter ſupercedant. Et ſi iſtos non habuerit, & habuerit Avum, vel Aviam, & patrem vel matrem, pater, vel mater ſupercedant, quia proximiores Avo ſunt. Quòd ſi nullus de perſonis ſupradictis fuerit, tunc quicumque proximior fuerit, ſive maſculus, ſive femina, ſive de paterna generatione, ſive de materna, ipſe ſupercedat. Si verò fuerint parentes æquali gradu de paterna, & de materna generatione, æqualiter ſupercedant. Si autem fuerit plus propinquus de paterna, vel de materna generatione, is, qui fuerit proximior gradu, ipſe ſupercedat, quia ſic præcepit Lex Romana in Libro, qui nominatur *Novella*, quem egit Juſtinianus Imperator temporibus ſuis.

Intentiones, unde per Leges poteſt haberi pugna.

PRima eſt, ſi alicui fuerit miſſum crimen, quòd ipſe infidelis Regi ſit. Secunda, ſi homo clamaverit fornicari à muliere, quæ in alterius mundio eſt, & perſeveraverit in ipſo malo. Tertia, ſi homo miſerit crimen ſuæ uxoris, quòd tractaſſet in morte ſua. IV., ſi homo miſerit crimen alii de ſua uxore, quòd fornicaſſet cum ea. V. ſi quis miſerit crimen ſuæ mulieris, quòd fornicaſſet cum alio. VI. ſi quis in alium miſerit crimen de ſua uxore, quòd converſaſſet cum . . . . . VII. ſi homo appellaverit alium argam, & perſeveraverit in ipſo malo. VIII. ſi quis appellaverit filium, quòd pater ejus fuiſſet debitor ſuus. IX. ſi ſurrexerit intentio inter creditorem, & debitorem, atque fidejuſſorem. X. ſi quis mallaverit alium de incendio, quaſi ipſe feciſſet. XI. ſi homo mallaverit alium, quòd ipſe occidiſſet ſuum proprium Aldium per venenum. XII. ſi homo noluerit recipere rem intertiatam. XIII. ſi duo teſtimonia ad quamlibet rem dant teſtimonium, & diſcordant inter ſe. XIV. De charta falſa appellata, ſi voluerit ipſe, qui appellavit falſam eam. XV. ſi quis appellaverit alium, quòd depoſuiſſet ei aut ipſe, aut per ſuum nuntium, valentem XX. ſolidos, aut ampliùs. XVI. ſi aliquis appellaverit alium, quòd ipſe deveſtiſſet eumdem re immobile. XVII. ſi homo venerit in judicium, & dixerit: Habeo & teneo ad meam proprietatem petiam unam de terra in loco tali

(1) Pro *Succeſſio*, ſive ordine ſuccedendi. Vox inſueta, & Librario indoctiſſimo tribuenda.

tali & tali. Homo similiter dicat: ipsa terra, quam tu dicis, ego habeo eam, & teneo ad meam proprietatem. XVIII si quis dixerit de charta facta de pretio, quòd fecit eam per virtutem. XIX. si homo miserit crimen alii, quòd tulisset ei furto valentia plus aliquid de VI. solidis. XXI. (*Vigesimum omittit*) Si homo appellaverit alium de scacho valente ultra VI. sol. XXII. si homo mallaverit alium, quòd ipse fuisset collega furis de aliqua re furata. XXIII. si homo mallaverit, quòd in sua potestate venisset aliqua res furtiva, sciente, quòd ea fuisset furata. XXIV. si quis mallaverit alium, quòd suum servum fecisset, & ei furatus uxorem sit, vel filium ipsius, qui in ejus potestate est.

Possessiones ex Lege Langobardica tales sunt per XXX. annos; tales sunt per XL. tales sunt per LX. Per XXX. sunt inter duos homines extraneos, aut inter hominem & Ecclesiam. Per XL. sunt inter duos fratres, aut inter Barbam & Nepotem, vel inter consobrinos, vel inter duas Ecclesias. Et si aliquid habuerit..... unus ex istis parentibus, aut de una Ecclesia, & intentionat cum alio de ipsis parentibus, vel cum alia Ecclesia, & vult stare in locum Warentis. Per LX. sunt illæ, si aliquis habuerit intentionem de rebus mobilibus cum pars publica.

Si homo commendaverit servo aliquas res, & postea ipse servus fuerit dimissus liber, & veniens ille, qui ipsas res commendavit, requirere, respondeat ille: ab illo die, quando tu mihi commendasti, servus eram, & ipse dominus meus mihi tulit. Quomodo possim contradicere, quia dominus meus erat ille? Lex est, ut postquam ipse manifestat quòd commendasset, reddat ei quod dicit Lex ad res alienas commendatas.

Si ille homo aliqua mala fecerit, ... servus dominum appellat, quando ad sacramentum venerit, si debeat jurare juxta istud judicatum ejus prædecessum, illa genetrix mea meum proprium esse debet, & malo ordine non devestivi, & sacramentum facere debet: dicta femina dicat juxta istud judicatum investita fuerat, tamen non debet dicere proprium.

Si Infans intra ætatem sit, & habuerit avium de patre, tutor sit, de matre non.

Si homo invenerit (2) Scazo in terra aliena, medietatem habeat qui invenit, & medietatem cujus terra est, quia Lex Romana dicit.

Recordare. Si Episcopus commutaverit terram, & priùs appellaverit ipse, cum quo commutaverit. & ipse monstraverit chartam, & ipse Episcopus dixerit: nihil impediat, quia contra Legem facta est; & ipse dixerit non, ut si existimatores fuissent, veniant & ipsorum testimonium firment. Si ipsi noluerint firmare, & dixerint, quia nescimus, quando commutatio facta fuerit, nec si pejoratam rem receperit Casa Dei, ut justum est utrinque componat suum Widrigild. Et liceat ipsi alios testes contra eos apponere, si potuerit, & veraci testimonio dicere. Et si non potuerit approbare per se ipsum, perdat rem. Si non potuerit Episcopus probare, ipse homo juret tunc, quando commutatio facta fuerit; & secundùm legem facta fuerit, & melioratam receperit Casa Dei.

(2) Ideft thesaurum. *Scatz* vox Germanica.

A Si quis commendaverit aliquas res cuilibet, & ipse perdiderit postea aut per incendium, aut per ..... justum est nihil reddat. Aut si fuerit tultum per ipsius forfactum, à quo commendatum est, nihil reddat. Et si per ipsum, qui recepit, justum est ut reddat, caput tantùm.

Recordare de damnoso debito, debet dicere, à quali causa fuit damnosum.

Recordare, quòd si frater unus refutaverit ad duos suam portionem, & manifestaverit in ipsa promissione, quòd fuisset jure suorum parentum: justum est, ut ipsi fratres nihil molestent ipsum fratrem, qui refutavit de sua portione. Et si manifestaverit ipsam promis-
B sionem, quòd juris sui fratris fuisset, justum est ut de illa portione permaneat tacitus, & de sua; & si ipse suus frater voluerit, dividat cum ipsis suis fratribus.

Recordare: Si homo mallaverit alium, quòd ipse tulisset ad furtum chartam, quæ continebat de tanta re, quæ valebat supra VI. solidos, justum est nihil respondeat, si non appellaverit quòd charta ipsa valebat super VI sol., & homo Romanus..... Lex est, ut si perdiderit res, quas aliter charta ipsa reddere debet, caput tantùm, rès.

Si quis fidejussores non habuerit, non despicitur carcere; nam de Langobardo non posuimus, quia Lex præcipit, ut habeat III. dies
C sinè culpa, quando ad sacramentum venerit.

Ille Notarius, qui caput scripsit, & exemplavit, sic debet firmare: *Ego ille Notarius autentico hujus exemplar manibus meis scripsi; & sic inibi continebatur, sicut hìc legitur Exemplar, litera plus minusve, & hoc Exemplar manibus meis exemplavi*. Ille Notarius, qui non scripsit caput, & exemplavit: *Ego ille Notarius autentico hujus exemplar vidi, legi, & sic inibi continebatur, sicut hìc legitur, & exemplar manibus meis exemplavi*. Testes sic debent firmare: *Ille autentico hujus exemplar vidi, legi, & sic inibi continebatur, sicut hìc legitur exemplar, & me in ipsó autentico secundùm quod subscripsi*. Ille Notarius, qui scri-
D psit caput, & non exemplavit, sed exemplafirmavit: *Ego ille Notarius autentico hujus exemplar manibus meis scripsi: & sic inibi continebatur, sicut hìc legitur exemplar litera plus minusve*.

Incipit de Ætate.

PRima ætas est infantia, quæ est VII. annis; secunda pueritia, similiter VII. annis; tertia adolescentia, quæ est XIV. annis; quarta juventus, quæ est XXVIII. annis; quinta senectus; sexta decrepita ætas. Sed secundùm Libros Divinos infantia, & pueritia pro
E una reputabitur, juxta quod dicitur de Christo in Præfatio: *qui natus est infans, & Deus est*, & Evangelia dicunt: *Octava dies venerat, ut circumcideretur puer*. Similiter adolescentia, vel juventus juxta auctoritatem Sacri ..... Postea venit senectus, quæ incipit ad completos LVIII. annos. Et de ætate dicitur, secundùm hìc declaratur, & juxta illud, quod dicitur in Lege Romana in Libro, qui nominatur *Instituta* in Lege, quæ inchoat sic: *Nunc transeam fideicommissa*. Et in ipsa Lege, quæ sic præcipit, ut supra dictum est, antiquis temporibus firmum esse æstimo, ut homo

homo poſtquam pervenerit ad ætatem, qua vocatur ſenectus, quæ incipit LVIII. annis, per ſe pugnam facere non debeat, ſed ſuum pugnatorem pro ſe mittere, ideo quia tantis viribus deficit. Ergo ſi virtus, ideſt firmitas corporis deficit, infirmus eſt.

Recordare: Si quis appellaverit alium ad ſervitium, & ipſe dixerit non ſervum eſſe, quòd libera matre natus ſit: juſtum eſt, ut probet quod dicit. Et ſi ipſe non potuerit probare, probet ipſum qui appellat. Et ſi non potuerit, laxet ipſum, & faciat finem. Et ſi ipſe ſervus dedit Wadia de probare, & non potuerit facere, quod liber ſit, Comes debeat dare pro ſervo illius, qui appellat. Et ſi produxerit probare, & inter ſe diſcordaverint, unuſquiſque componat ſuum Widrigild, & ipſe pro ſervo ſimiliter fiat datus. Et ſi ipſe, qui dicit eſſe ſuum dominum, non potuerit probare, nihil componat.

Si quis commendaverit aliquas res cuilibet ſervo, neſciente ſuo domino, & eos dominus libertaverit poſtea, & voluerit ipſe, cujus res fuerint, appellare, dominus nihil ei reddat; nam ipſe, cui res commendiderat, ipſe rendat. Et ſi per conſenſum domini ſui commendaverit, dominus reſpondeat.

Recordare, quoniam ſi ſervus ambulaverit à manſione alterius, & dixerit: *homo ille, mandat vobis domino meo, præſta talem rem*, & præſtaverit, & ipſe ſervus fugierit, & ipſe qui ſervo res dederit, pulſaverit dominum: juſtum eſt, Dominus nihil ei rendat, niſi præbeat ſacramentum, nec ſuæ voluntatis, nec conſcientiæ ejus fuiſſet, quòd ſervus ſuus hoc malum feciſſet, & fiat ſolutus. Et ſi voluerit, habet ſpatium ad requirendum eum habere.

Recordare. Si homo mundiaverit ſuam mundoaldam, & ſi avenerit ipſa moriens, juſtum eſt, ita maritus ſuccedat in totum, quod ei pertinuerit.

Recordare, quoniam ſi homo appellaverit alium, quòd ipſe deveſtiſſet de res immobiles, & ipſe dixerit, quòd de propinquo meo parente ſint, ſi ipſe deceſſerit abſque filiis, filiabus, ego volo ſuccedere: juſtum eſt, nec refudat, nec pugnam facere inde, nec intromittat, nec intromiſit. Et ſi dixerit, quòd deveſtiſſet, & ipſe dixerit, quòd pertinet mihi per libellum, & ego tibi malo ordine non deveſtivi: juſtum eſt, ut faciat pugnam.

Recordare. Si homo vendiderit ſuas res ad Presbiterum in eo tenore, ut ipſe debeat uſumfructum habere, & poſt ejus deceſſum ad ejus propietatem debeat venire; & fuerit mortuus ſinè filiis & filiabus, aut non fecerit aliquid de ipſis rebus: juſtum eſt, ita ipſe Presbiter veniat ad proprietatem, quia non dederit aliis, & ipſe in ſe retineat.

Juſtum eſt, ut homo de adulterio natus, vivat qualem Legem voluerit. Et ſi ipſe mortuus fuerit ſinè filiis, & filiabus, aut ſinè teſtamento, juſtum eſt, ut ipſe, qui plus propinquus fuerit, ſive parte patris, ſive parte matris, ipſi ſuccedat. Quòd ſi æquales parentes fuerint, ſimiliter ſuccedant.

GUI-

Digitized by Google

GUIDONIS AUGUSTI LEGES.

GUIDO IMPERATOR.

„ *Imperat iſta bonis regalis ſermo Gidonis.*

CAP. I.

PLacuit etiam nobis ſtatuere ſummopere, ut Epiſcopi, & Comites uniti ſint in ſuis Parochiis, & in Comitatibus pro pace & ſalvatione in omnibus honoribus ſuis hominibus habitantibus, ita ut nullum prædonem, raptorem, vel inceſtum in ſuis ſedibus, vel conceſſis honoribus permittant morari. Et ſi intellexerint ex aliqua parte per eorum terminos velle, aut debere tranſire (1) extraneos ad iſtius Regni vaſtationem, dirigant eis Miſſos, ut in pace, & ſinè præda per eorum tranſeant terram. Vendere autem eis quæ neceſſaria ſunt faciant, non plus carum, ſed ſecundùm uſum, & conſuetudinem terræ. Si verò noluerint acquieſcere, ſed prædas, & rapinas exercuerint, quicquid alter rapuerit, legaliter cum banno noſtro ab Epiſcopo & Comite ejuſdem loci emendare cogantur. Quòd ſi ea exequi noluerint, ſtatim ab Epiſcopo loci excommunicentur. Poſtea verò ſi contigerit, ut Comes loci, Populuſque terræ ſuper ipſos prædones venerint, & eos impedierint, & fuerint mortui, neque fayda inde creſcat, neque compoſitio (2) aliqua requiratur pro his, qui ibidem occubuerint. Et ſi Comes ejuſdem loci hoc implere neglexerit, proprio honore privetur. Et ſi oportuerit, & neceſſe fuerit, in ipſo auxilio vicinum ſuum Comitem advocet, & ſi ille ſe ſubtraxerit, ſimiliter proprio privetur honore, & inſuper XXX. libras argenti Comiti componat. *II.* 53. 2. *ſecundùm editionem Goldaſti.*

II.

Quicumque igitur ex Laicali ordine, tam liberi, quàm (3) ſervi homines in Comitatu manentes, à proprio Comite, vel à Publica parte, qui ab his, qui Rempublicam agunt, ammoniti fuerint, ſi ſe ſubtraxerint ab adjutorio ſui proprii Comitis, & eum non adjuvaverint infra ipſum Comitatum contra prædones venientes in ſuo Comitatu : tertiam partem liberi ex ſuis mobilibus componant; ſervi autem LX. ictus à propriis dominis accipiant, ſi probatum fuerit, quòd eis fuiſſet denuntiatum. *III.* 13. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu occidiſti ſuum patrem. Non occidi, quòd legem emendare debeam. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu intellexiſti, quòd extranei homines debeant tranſire ad vaſtationem iſtius Regni, & habuiſti negligentiam de tramittere cum tuo Epiſcopo obviam eis Miſſos Communitorios, ut pacificè tranſirent per veſtram terram. Petre Comes te appellat Martinus Comes, quòd ipſe invitavit te, quòd tu adjuviſſes eum de extraneis, qui veniebant vaſtare ſuum Comitatum, & tu te ſubtraxiſti. Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu fuiſti ammonitus à tuo Comite, quòd tu adjuvares eum infra Comitatum contra ſupervenientes prædones, & te ſubtraxiſti.

III.

Nemo Comes, neque loco (4) ejus poſitus, neque Sculdaſius ab Arimannis ſuis aliquid per vim exigat, præter quod conſtitutum legibus eſt. Sed neque pro ſua fortuna in manſione Arimanni ſe applicet, aut placitum teneat, aut aliquam violentiam faciat. Si verò de prædictis perſonis publicis hoc irritum fecerit, honore proprio, ſive miniſterio privetur, & ſecundùm legem emendet. *III.* 12. 5.

Formulæ veteres.

Petre Comes te appellat Martinus tuus Erimannus, quòd tu albergaſti per virtutem in caſam ſuam, & tuliſti per virtutem ſibi unum porcum, qui valebat ſolidos X. De torto me appellas. Da ſibi vadimonium, ut ſi te recordatus fueris, ut emendes; ſin, ut te exdicas. Cujus placiti ſacramenta ſunt appellatoris. De hoc, unde te appellavi, me ſciente de torto te non appellavi. Si Deus. Appellati : de hoc, unde tu me appellaſti, de torto me appellaſti, ſi Deus &c. Pœna eſt appellatoris quidem decima pars litis aliquando, & appellati victi : ſemper honore aut miniſterio privetur, ut bannum perſolvat, & ſecundùm legem appellatoris emendet malum.

IV.

Si igitur ex præcepto Imperiali Comes loci ad (5) defenſionem loci patriæ ſuæ Arimannos hoſtiliter præparare monuerit, aut per ſe aut per Miſſos ſuos, ſi aliquis eorum remanſerit, exceptis his, quos Epiſcopus elegerit in ſua neceſſitate, aut Comes dimittere voluerit, niſi aliquibus (6) ſonnis ceteris im-

---

NOTÆ AD LEGES GUIDONIS IMPERATORIS.

(1) Codex Eſten. *exteros iſtius Regni vaſtatores, obviam eis Miſſos communitorios* (rectiùs *commonitorios*) *dirigant, ut pacificè, & ſinè præda* &c. Infra *quidquid alteri rapuerint.*

(2) In Cod. Eſten. *compoſitio aliquando.* Infra *& neceſſe fuerit, ut in ſuo auxilio vicinum advocet Comitem, & ille ſe ſubtraxerit.* In fine *Comiti perſolvat.*

(3) Cod. Eſten. *quàmque ſervi homines in Comitatu commanentes.* Infra *vel à publica parte, ideſt ab eis, qui* &c. Infra *ſupervenientes in ſuum Comitatum.* In fine *ſi tamen probatum fuerit.*

(4) Cod. Eſten. *neque Loco poſitus* : ideſt Vicarius, & Locum tenens Comitis. Infra *ſed neque per ſuam fortiam in manſionem* (unde Italicum *magione*, & Gallicum *maiſon*) *Erimanni applicet.* Infra *perſonis publicis aliquis hoc irritum fecerit, honore proprio privetur, & ſecundùm Legem emendet hoc, quod ei fecerit. Herimanni autem*, ſive *Arimanni*, appellabantur homines liberi, & militares, aliquid Allodii poſſidentes, aut beneficio aliquo à Rege donati.

(5) Cod. Eſten. *ad defenſionem patriæ ſuæ Erimannos ſuos hoſtiliter properare monuerit.* Infra *& aliquis eorum.*

(6) Cod. Eſten. *niſi aliquibus ſupernis, & cæteris.* Sed retinenda vox *ſonnis*, ſive *ſunnis*, quæ ægritudo, ſive excuſatio juſta ſignificabatur, ut ſupra monui ad Legem XXVII. Caroli M. Ac proinde ſcribendum *aliquibus ſonnis*, aut *ſunnis, & cæteris.* Infra *aut Publica poteſtas habeat licentiam exigendi, niſi cum Miſſo de Palatio Imperatoris.*

Digitized by Google

impedimentis, quæ legibus continentur, detentus fuerit, guidrigild ſuum componat. Et hoc nullus Comitum, aut Publicus poteſtatem habeat exigendi, niſi cum Miſſo Palatii Imperatoris. *III.* 13 3.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd Comes tuus per præceptum Imperiale ammonuerit te, quòd hoſtiliter pergeres ad defenſionem patriæ, & ad caſam remanſiſti. Non placet Deo. Tunc appellatus det vadium, ut ſi ſe recordatus fuerit emendet. Sin autem, quòd ſe exdicat. Cujus placiti ſacramenta ſunt ita: ut Advocatus non juret, ſed tantùm appellatus: Comes meus per præceptum Imperiale non ammonuit me, nec per ſe, nec per ſuos Miſſos, ut hoſtiliter pergerem ad defenſionem patriæ. Si Deus &c. aut ego ad caſam non remanſi, ſi Deus &c. Pœnam quidem eſt, ut widrigild ſuum tribuat.

V.

De Chartis verò interdicimus, ut nemini liceat alienas res præſumtivè invadere, occaſione chartulæ ab eo factæ, qui inveſtituram legitimam non habens dinoſcitur invaſiſſe. Sed ſi quis acquiſitor extiterit non antea invadere alienas res Eccleſiæ, vel cujuſpiam liberi hominis præſumat, antequam auctor chartulæ legali & judiciali diffinitione eas vindicet; & tunc demum cui vult liberam habeat tradendi facultatem. Et ſi quis ipſas res ſinè lege invaſerit, non ſolum ipſas res amittat, ſed inſuper bannum noſtrum componat. *I.* 28. 12.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt. Quid tibi pertinet? Ecce charta, quam mihi fecit Donatus. Ipſa charta nihil mihi nocet; quia ipſe, qui fecit tibi ipſam chartam, mihi invaſit ipſam terram. Probet ipſe, qui appellavit; & ipſe, qui tenet, perdat terram, & emendet bannum. Si verò appellator probare non potuerit, niſi falſaret, aut adverſa probatione ſuperatus fuit, refutet terram, & camphioni ex parte ejus dextera manus amputetur. Ceteri verò ex parte ejus manus ſuas redimant; ipſe widrigild tribuat. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt per ſucceſſionem mei patris. Et quid tibi pertinet? Ecce charta, quam mihi fecit Marculfus. Vis dare auctorem? an vis ſtare loco auctoris? In loco auctoris volo ſtare. Non debes tu ſtare loco auctoris, quia ipſe, qui tibi vendidit, invaſit mihi ipſam terram. Et ita probet. Si verò probare non potuerit, niſi falſaverit chartam, rem perdat, bannum perſolvat. At ſi probare voluerit, & adverſa probatione ſuperatus fuerit, terram perdat, bannum ſolvat. Camphio ejus manu curtetur. Ceteri falſi teſtes manum redimant. Et ipſe, qui duxit falſos teſtes, widrigild tribuat.

VI.

De Chartis (7) etiam vel quibuſcumque ſcriptionibus, quæ à quibuſdam perſonis falſæ appellantur, ſtatuimus, ut ſi Notarius ſupervixerit, & teſtes, ut idem Notarius cum legitimis ſacramentalibus ſuis XII. ſimiliter cum ipſis teſtibus, qui in eadem charta ſcripti ſunt, ipſam chartam veram & idoneam faciat. Similiter & oſſenſor chartulæ cum XII. ſacramentalibus ſuis, ſicut legitimè jurare valeat, ipſam chartam veram & idoneam faciat. Interpellator autem primùm juret, quòd ſe ſciente nihil aliud niſi veriſſimam in omnibus, & juſtam rationem exquirat. Si autem Notarius ſe ſubtraxerit, & chartam ſuo nomine ſcriptam idoneam minimè confirmare potuerit, nulla redemtio ei concedatur, ſed manum propriam amittat; & oſtenſor ipſius chartulæ poſt rerum amiſſionem, guidrigild ſuum componat. (8) Et ſi Notarius defuerit, & teſtes ſupervixerint, ipſe oſtenſor chartulæ cum ipſis teſtibus, & cum XII. ſacramentalibus ſuis ſex ſuis propinquis, & ſeptimus ſit ipſe, & quinque aliis idoneis, oſtenſis primùm aliis duabus chartulis manu (9) ejuſdem Notarii ſcriptis, etiam ſuam tertiam chartam per ſacramentum veram & idoneam faciat. *II.* 55. 34.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine terram in tali loco. Ipſa terra mea propria eſt per chartam, quam mihi fecit Marculfus. Et tibi quid pertinet? Per chartam, quam mihi fecit Marculfus. Ipſe, qui habet poſteriorem chartam, dicat anteriorem falſam. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes ſibi malo ordine unum ſuum ſervum. Ipſe ſervus meus proprius eſt per chartam, quàm tu mihi feciſti. Falſa eſt ipſa charta. Vis ut clarè facta fiat per ſacramenta? Volo. Da vadia de facere eam veram, ſecundùm Capitulum Widonis, & terminus conſtituatur. Et cùm venerit terminus dic: Domne Comes: hoc dicit Petrus, quòd in tali die appellavit eum Martinus, quòd ipſe tenebat ſibi malo ordine Marcoardum ſuum ſervum. Et ipſe dixit, quòd ſuus proprius erat per chartam, quàm ſibi fecit, & ipſe appellavit eam falſam, & ipſe dedit vadium de facere veram ſecundùm Capitulum Widonis. Modò eſt paratus ad implendum, ſicut dedit vadium. Dicis tu ita? Sic dico. Et tu recepiſti ita vadium? ſic feci. Tunc fiant facta ſacramenta ita. Appellator juret; de hoc, unde chartam hanc falſam appellavit, me ſciente nihil aliud, niſi veriſſimam, & juſtam rationem exquiro in omnibus modis. Si Deus &c. Sacramentalis; quòd ipſe juravit, verum juravit. Si Deus &c. teſtis unus, hec charta vera & idonea eſt. Si Deus &c. ceteri; quòd ipſe juravit, verum juravit. Si Deus. Si dixerit Notarius, quòd non ſcripſit ipſam chartam, aut teſtis dixerit, quòd non fuit teſtis,

(7) In editionibus Boherii, & Goldaſti, ac in Baluziana Tom. II. pag. 325. & 350. pars prima hujus Legis Lothario I. Auguſto tribuitur. Tum apud duos primos integra eadem Lex infra ponitur, & rurſus Lothario ipſi adſcribitur. Nullam talem habet Cod. Eſtenſis inter Leges Lotharianas; imò, ut vides, unius ejuſdemq; Legis auctorem facit *Guidonem Auguſtum.* Infra idem Codex: *ſtatuimus ſi Notarius vixerit.* Infra *Simul cum ipſis teſtibus.* Infra *idoneam faciant. Similiter & chartæ oſtenſor.*

(8) In Cod. Eſten. Gloſſa hæc interſeritur. *Et ſi oſtenſor parentes non habuerit, tamen non debet perdere cauſam ſuam, ſed cum aliis ſacramentalibus juret. Si autem Notarius numquam ſcripſerit chartam antea, & ſit illa prior, fiat comparatio etiam ex altera ſua ſcriptura, ut legitur in Novellis. Similiter intelligitur de charta libertatis, & ſi oſtenſor non ſolvat WWidrigild.*

(9) Cod. Eſten. *manus collatione ab eodem Notario ſcriptis, ipſam tertiam chartam* &c. In fine idem Cod. hanc addit Gloſſam: *Si Notarius eſt abſens, vel aliqua cauſa in judicium impeditus, venire faciat oſtenſor, quod debet facere, ſi Notarius eſt mortuus per uſum.*

Digitized by Google

stis, probet ostensor eam Notarium scripsisse, & eos fuisse testes. Si verò probare non potuerit, juret cum suis sacramentalibus, & quæratur alter Notarius, & alius testis. At si se subtraxerit Notarius, sit, ut legitur in lege, & sit similiter, si se subtraxerit ostensor. Et si dixerit ipse, qui appellavit falsam chartam; alius scripsit ipsam Chartam, aut alius fuit testis, probet. Pœna verò imminet falsatori, si sibi satisfactum fuerit, & rem refutet, & secundùm obligationem chartæ emendet; si ipse fecit, vel si est ejus heredes, qui eam fecit, vel bonorum possessor. Ostensori si uterque idest Notarius, & ostensor se subtraxerit, Notarii manu abscissa, testibus widrigild multatis, ostensorem amittat, widrigild tribuat. Et si est rogator falsæ chartæ testis, widrigild tribuat, bannumque persolvat, si est appellatus. Si verò alteruter vel Notarius, vel ostensor se subtraxerit, tunc sapientiâ Judicis videatur, quis eorum sit melior, & verus, ut ejus sententia præcellat, & malus & mendax constrictus potestate, & boni sententia convictus, aut in sententiam veri vadat, aut bono evadente, vel non, quod justum videtur, malus & mendax suomet gladio feriatur. Similiter de testibus: providendum est de Collatore, si fuerit altercatio, juret collator per usum.

VII.

Volumus præterea atque sancimus, ut (10) si quis liber homo legitimæ uxori suæ, dum advixerit, res suas per scriptum ad usumfructum dederit, & filios duos vel plures habuerit, & unus ex ipsis, vel duo mortui fuerint, & filios & filias reliquerit, æqualiter ipsas res, quas usufructuario modo prædicta uxor habuerit, filii defuncti cum patruis, sicut ceteram hereditatem, ita usumfructum dividant. *II.* 14. 28.

A

B

C

VIII.

Concedimus, (11) ut sicut mulieres cum viris suis res suas donare, aut venumdare possunt, ita & commutare valeant, ac familiam suam liberam facere. *II.* 10. 4.

IX.

Si quis Judicibus nostris in judicio residentibus minas, aut convicia intulerit, eosque verbis, aut factis turpiter dehonestaverit, guidrigild illi, quem læserit, componat. Si verò aliquis ex ipsis Judicibus nostris pro ipso judicio falsidicos dixerit, aut (12) pro ipsa intentione ex hac causa quemlibet hominem interfecerit, quinquaginta libras auri optimi componat, medium Regi, & medium heredibus defuncti. *I.* 5. 2.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus Judex, quòd minatus ei, dum residebat in judicio, aut tu eum conviciando verbis, aut factis turpiter dehonestasti. De torto me appellas. Da sibi vadimonium, si te recordatus fueris, quòd emendes. Si non, ut te exdicas secundùm tuam legem. Petre te appellat Martinus, quòd tu occidisti Donatum suum patrem Judicem in judicio. Cujus placiti sacramenta sint, Judicis, vel propinqui sui requirentis ejus mortem, ita: de hoc, quòd ego appellavi, me sciente de torto te non appellavi. Si Deus: Appellati: de hoc unde tu me appellasti, de torto me appellasti. Si Deus: Sacramentalis; hoc quod juravit, verum juravit. Si Deus. Pœna quidem est appellati. Si confessus fuerit, aut non ausus fuerit jurare, ut Judici widrigild suum tribuat, & bannum solvat, & propinquo Regis Cameræ L. libras auri componat, & bannum tribuat potestati.

(10) Cod. Esten. *ut si quislibet Langobardus homo.* Infra *& filios legitimos, vel filias reliquerit.* Et infra *filii defuncti cum patruis suis, sicut ceteram hæreditatem, ita ipsum usumfructum dividant.*

(11) Cod. Esten. *Concedimus etiam, ut sicut Langobardæ mulieres.*

(12) Cod. Esten. *& pro ipsa intentione, & causa.* In fine *medietatem primùm hæredibus interfecti Judicis, & alteram medietatem Cameræ nostræ.*

OTTO-

Digitized by Google

OTTONIS II. AUGUSTI LEGES.

OTHO SECUNDUS.

ANtiquis (1) eſt conſtitutum temporibus, ut ſi chartarum inſcriptio, quæ conſtabat ex prædiis, falſa ab adverſario diceretur, ſacroſanctis Evangeliis tactis veram eſſe ab oſtenſore chartæ probabatur, ſicque prædium ſibi deliberatione Judicum vendicabat. Qua ex re mos deteſtabilis in Italia improbuſque non imitandus inolevit, ut ſub legum ſpecie jurejurando acquireretur, qui Deum non timendo minimè formidaret perjurare. Tempore ergo, quo piiſſimus Rex (2) Otto Romæ unctionem Imperii ſuſcepit, reſidente in (3) Synodo ſummo & univerſali Papa Domino Johanne XIII. anno, ab Italiæ Proceribus eſt proclamatum, ut Imperator Sanctus mutata lege facinus indignum deſtrueret, per quod, etſi corpore quiſpiam dives fieret, anima (4) pereunte pauper in æternum maneret. Judicio itaque Domini Papæ, & piiſſimi Auguſti exſpectatum eſt uſque ad illam (5) Synodum, quæ parva poſt intercapedine habita eſt Ravennæ. Cùmque ibidem ex eadem re proclamatio repeteretur, ob quorumdam Procerum abſentiam, uſque ad id tempus eſt exſpectatum, quòd (6) glorioſiſſimi Ottonis Regis Otto glorioſiſſimus filius, & Conradus (7) Burgundiæ Rex, Italiam properantes Veronæ (8) colloquium cum omnibus Italiæ Proceribus habuerint. In hoc itaque cùm ab omnibus Imperiales (9) aures magnis quæſtionibus pulſarentur, ut mutata lege, fraudem hanc tam diram ab Italia tolleret, convenientibus, ceteris conſentientibus Legem hujuſmodi ſecundùm inferiora promulgavit Capitula. *II. 55. 35. ſecundùm editionem Goldaſti.*

„ *Nos belli dono ditat Rex Maximus Otto.*

CAP. I.

DE prædiis ſi contentio emerſerit & utraque pars ſinè (10) altera cum chartis ſeu

---

NOTÆ AD LEGES OTTONIS II. IMPERATORIS.

(1) Non eſt Lex, ſed Præfatio ad Leges ſubſequentes. Heic autem innuitur ſimulque abrogatur Lex VI. ſupra evulgata Guidonis Imperatoris. Infra in Cod Eſten. legitur: *ut ſi Chartarum adſcriptio.* Infra *jurejurando adquirerent, qui Deum non timendo minimè perjurare formidarent.*

(2) Otto I. heic indicatur, cujus Romana coronatio cadit in Annum 962. Ergo Romæ eo Anno proclamatum eſt contra Guidonis Legem.

(3) Synodi hujus celebratæ Anno 962 Romæ non meminit Baronius, uti neque Labbeus. Depravata autem hæc ſunt in Cod. Eſten. ubi legitur non notis numericis, ſed literis, ſcriptum: *reſidentis in Synodo ſumma & univerſali Papæ Domni Jobannis tertio decimo anno.* Anno 962. Romæ floruit Johannes XII. Papa, cui in Pontificatu tunc decurrebat Annus VII. Num ergo ſcribendum *reſidente* &c. *Domno Jobanne XII. I. Anno*, ſcilicet Anno I. Imperii Ottonis Magni?

(4) Cod Eſten. *anima periret, & pauper in æternum maneret.*

(5) Cod. Eſten. *ad illam uſque Synodum.* Anno 967. habita fuit altera hæc Synodus Ravennæ, præſente Johanne XIII. Papa, atque Ottone M. Auguſto, eamque memorant Baronius, Labbeus, Pagius, & alii. Quum verò *parva poſt intercapedine* à coronatione Romana Ottonis Magni habita dicatur Synodus illa, durum videatur appellari *parvam intercapedinem* quinque annorum ſpatium, ab Anno ſcilicet 962. ad 967. lapſorum. Sed fortaſſe quòd rarò tunc in Italia haberentur ſacra Concilia, ac præcipuè quæ ex ampliſſimo Epiſcoporum numero conſtarent, parva viſa eſt ejuſmodi intercapedo.

(6) Audi Codicem Eſten. *quo glorioſiſſimi Auguſti Ottonis Rex Otto glorioſus filius.* Hic Otto filius Ottonis Auguſti nullus alius dicendus eſt, quàm Otto Secundus. Quæ ſequuntur, evincunt, heic agi de illo uno.

(7) Nempe Burgundiæ Transjuranæ Rex Rodulphi Regis filius, & frater Sanctæ Imperatricis Adelheidis, hoc eſt avunculus ipſius Ottonis II.

(8) Ita quoque in Cod. Eſten. ubi infra *habuerunt.* Quo verò Anno habitus fuerit Veronenſis iſte conventus, cui interfuere omnes etiam Italiæ Proceres, Annales Hildeshemenſes Tom. I. pag. 719. Script. Brunſwic. nos docebunt. Quippe ibi ad Annum DCCCCLXXXIII. hæc referuntur: *Imperator* (hoc eſt Otto II.) *Veronæ Placitum habuit.* Sub finem Lib. III. Hiſtoriæ Ditmari à Leibnitio reſtituti eodem Tom. I. pag. 347. idem *Veronenſe Placitum* habitum dicitur *Anno Incarnationis Domini DCCCCLXXVIII.* Sed locus corrigendus, & ſcribendum *Anno DCCCCLXXXIII.* uti perſuadet ſubſequuta paulò poſt Ottonis II. mors. Pro X. facilè Librarii ſcribunt V. Ad hæc in Vita Sanctæ Adelheidis, ab Odilone Abbate Cluniacenſi coævo ſcripta, memoriæ traditum eſt, Adheleidem à filio Auguſto Ottone II. indignè habitam ſe recepiſſe in Burgundiam, ibique *à fratre, ſcilicet Rege Chuonrado, benignè ſuſceptam.* Poſtea verò *Cæſar Otto ductus pœnitentia, direxit Regi avunculo legationem, & ſanctæ recordationis Patri Majolo, ſub celeberrima feſtinatione, obnixiùs deprecans, ut quantocius poſſent, unà cum Auguſta Matre Papiam ei ſtuderent occurrere*: quod & factum eſt. Tum ſubdit Odilo, *non poſt multum temporis* eumdem *Ottonem II.* è vivis exceſſiſſe. Atqui Auguſtus iſte Anno ſupramemorato 983. poſtremo fato ſublatus eſt. Ergo eodem Anno ſtatuendum eſt, habitum fuiſſe *Veronenſe colloquium*, in quo ſequentes Leges promulgatæ. Accedit & Chronographus Saxo, ab eodem Leibnitio editus, qui ad memoratum Annum 983. hæc habet. *Imperator itaque ad Placitum Veronæ conventus, Saxonum, Francorum, Lotharingorum, Bawariorum, Italicorum, aliorumque natione, lingua, & habitu diſſimilium, occurſum glorioſiſſimum habuit.* Atque ex his emendes, quæ doctiſſimus Mabillonius habet in Elogio S. Majoli Abbatis Cluniacenſis pag. 780. Act. Sanctor. Benedictin. Secul. V. & Pagium ad Ann. 980. num. 8. qui *reconciliationem matris cum Ottone II. Auguſto* referunt ad Annum 980. Hæc peracta eſt Anno, ut dixi, 983. Idque ex ipſa Sancti Majoli Vita à Syro ejus diſcipulo edita confirmari poteſt, quando ibi legitur, Sanctum Abbatem Ottoni II. *Veronæ de ſuo obitu prædixiſſe*: quod brevi contigit Romæ, nempe eodem Anno 983. Ipſe autem prædixit eodem Anno, quo Adelheidem in Italiam eſt comitatus.

(9) In Cod. Eſten. legitur *Imperatoriæ aures magnis queſtibus pulſarentur.* Infra *convenientibus cunctis, & conſentientibus.*

(10) Cod. Eſten. *ſive altera cum chartis, ſeu ſcriptionibus.*

Digitized by Google

seu descriptionibus prædium sibi vendicare voluerit; si ille, qui falsam chartam appellaverit, per pugnam declarare voluerit, ut veritas ita decernatur; sin autem, secundùm priora Capitula determinetur, edicimus. *II.* 55. 36.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est per chartam, quam tu mihi feciſti. Falsa est ipsa charta. Vis ei ardire? Volo. Vadiate pugnam. Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes sibi malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est per chartam, quam mihi fecit Donatus. Et ecce charta, quam mihi fecit ipse Donatus. Tunc qui habet anteriorem chartam, dicat. Tua charta nihil mihi impedit, quia contra legem est, quia postquam fecit mihi unam traditionem, non potuit tibi facere alteram. Tunc ipse, qui habet posteriorem chartam, dicat anteriorem falsam, & faciat pugnam, si voluerit. Sed secundùm Valentes ita. Petre te appellat Martinus, quòd terra, quæ est in tali loco, sua est, quam tu tenes, sibique contradicis. Quid ad te pertinet? Tu mihi eam vendidiſti cum scripto. Ostende scriptum. Ecce. Illud falsum est. Vis ardire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam. Petre te appellat Martinus, quòd terra, quæ in tali loco est, sua est, quam tu tenes, sibique contradicis. Quid ad se pertinet? Martinus, cujus erat, sibi scripto vendidit. Hoc mihi non nocet, quia priùs mihi scripto vendidit eam, & alteri eam post tradere non potuit. Illud scriptum mihi non nocet, quia falsum est. Quomodo vis, ut declaretur? Per pugnam. Cujus placiti sacramenta sunt, ita. Falsatoris: De hoc, quòd ego appellavi hanc chartam esse falsam, me sciente nihil aliud nisi veriſſimam, & justam rationem exquiro in omnibus modis. Ostensoris ita: hæc charta vera, & idonea est. Si Deus: Pœna est utrique falsatori . . . . . ut rem refutet, manum perdat, aut redimat, & secundùm obligationem chartam emendet, si ipse fecit, vel ejus heres, qui fecit, aut succeſſor. Et si chartæ certant inter se, & falsator fuit appellatus, & est convictus, tunc rem refutet, manum perdat, aut redimat, bannum persolvat: & etiam aliquando secundùm obligationem chartæ comprobatæ emendet; si fortè est heres ejus, qui eam fecit. Ostensori verò, si est appellatus, rem perdat, widrigild tribuat, manum perdat, bannum persolvat. Si est appellator, rem refutet, suum widrigild tribuat, manum perdat. Si verò falsator Langobardus noluerit, ut per bellum res agatur, sed tantùm per sacramentum lis finiatur, tunc fit, ut supra diximus in Capitulo Widonis.

II.

De inveſtitura prædii si contentio (11) fuit, ut per pugnam decernatur, edicimus. *II.* 55. 38.

Formulæ veteres

Domne Comes; hoc dicit Petrus, quòd de terra quæ jacet in tali loco, inveſtitus est ad proprium. Hoc dico ego, quòd ego sum inveſtitus ad proprium de ipsa terra, non ipse. Jurent, sicut dicunt, & faciant pugnam, & ut nullus alteri debeat audire. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus ad proprium de sexta parte unius petiæ de terra, quæ jacet in tali loco. Et tu malo ordine eum disveſtiſti. Hoc dicit Petrus: vigesima pars de sexta parte de illa petia de terra, quam tu dicis, sua propria est: Et ipse te malo ordine nec de illa vicesima, nec de aliis partibus illius sextæ te non disveſtivit. Vis ei adramire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus de petia una de terra, quæ jacet in tali loco, & tu malo ordine eum disveſtiſti. Hoc dicit Petrus, quòd de ipsa terra ipse est inveſtitus, & te malo ordine non disveſtivit: vel ipsa terra sua propria est, & te malo ordine non disveſtivit. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monasterii Sancti Ruffini, unde est Advocatus, fuit inveſtita ad proprium de una petia de terra, quæ jacet in tali loco. Et pars Monasterii S. Petri, unde tu es Advocatus, disveſtivit eam malo ordine. Ipsa petia de terra, quam tu dicis, propria est Monasterii partis S. Petri, unde ego sum Advocatus. Et ipsa malo ordine partem S. Ruffini, unde tu es Advocatus, non disveſtivit. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus ad proprium de petia una de terra, quæ jacet in tali loco, & tu malo ordine eum disveſtiſti. Terram habeo in ipso loco, sed nescio de quali tu dicis. Det vadium de consignare, & ipse reus in judicium revertendi. Petre te appellat Martinus, quòd de terra, quæ jacet in tali loco, fuit ipse inveſtitus ad proprium, & malo ordine eum disveſtiſti. Ipsa terra mihi conceſſa est per usumfructum, aut per libellum, & ego malo ordine te non disveſtivi. Ita tamen ut ostendat, qualiter sibi sit conceſſa per usumfructum, & postea bellum faciat de malo ordine. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus de petia una de terra, quæ jacet in tali loco, quæ est per mensuram jugera tanta, & habet coherentias tales. Terram habeo in ipso loco, sed nescio de quali tu dicis. Ego dico tibi, mensuras & coherentias non oportet consignare. Ego habeo duas petias de terra in ipso loco, vel quatuor, quæ habent ipsas coherentias. Nescio de quali tu dicis, non potest evadere, quòd non vadat consignare. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus de quanta terra tu tenes in Regabus, & tu malo ordine eum disveſtiſti. Terram habeo in isto loco, sed nescio de quali tu dicis, quia habeo in ipso loco per allodium, & beneficium, & per libellum. Vadat consignare. Petre te appellat Martinus, quòd ipse vel filius suus agendo causam ejus sui filii, vel suæ uxoris, quòd ipsa sua uxor fuit inveſtita, vel filius suus fuit inveſtitus ad proprium de petia una de terra, quæ est in tali loco, & tu malo ordine eum disveſtiſti, vel uxor tua vel filius tuus, vel servus tuus. Ea terra, quam tu dicis, mea propria est, vel uxoris meæ, vel filii mei. Et ego te malo ordine non disveſtivi, vel uxor mea, vel filius meus, vel servus meus. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit inveſtitus ad proprium de una petia de terra, quæ jacet in tali loco, & tu malo ordine eum disveſtiſti. Non tibi respondeo, quia ipsa terra non est mea, sed est de meo barbano. Fac mihi inde finem. Non faciam, quia si ipse fuerit mortuus,

(11) In Cod. Esten. *si contentio emerserit, similiter per pugnam* &c. Atque ex tota hac Ottonis II. Lege vide, quàm latus apertus fuerit aditus iniquo Duellorum usui sub Germanis Imperatoribus. Et quod mirere, ejusmodi Edictis calculum suum adjecere Præsules, qui in Veronensibus Comitiis adfuere non pauci. Sed ita erant compositi eorum temporum mores, & ut ita dicam, ex falsa credulitate fascinatæ hominum mentes.

Digitized by Google

tuus, ego debeo venire ad successionem. Vel ita: Ipsa terra non est mea, sed est Martini, & ego te malo ordine non disvestivi. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit investitus ad proprium de petiis tribus de terra, quæ jacet in tali loco. Et tu malo ordine eum disvestisti. Non tibi respondeo, quia ecce charta, quam tu mihi fecisti, aut pater tuus. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit investitus ad proprium de una petia de terra, quæ jacet in tali loco. Et tu malo ordine eum disvestisti. Ego habeo ipsam terram venditam ad Martinum. Probet qui habet venditam, & dicat, quòd in ipsa hora, quando vendidit, sua propria erat, & malo ordine eum disvestivit. Petre te appellat Martinus, quòd ipse fuit investitus ad proprium de una Casa solariata cum area, ubi exstat, cum scala petrea juxta se habita cum Corte, & puteo, seu broilo, omnia in uno texente, quæ jacet in tali loco. Et tu malo ordine eum disvestisti. Non tibi respondeo, quia tu fuisti judicatus ad mortem, aut fecisti raptum, aut furtum, aut incendium, aut perjurium, aut es Servus de Donato, aut fecisti homicidium, aut mihi inde finem fecisti. Aut probet, aut emendet bannum, & respondeat. De ceteris quidem emtionibus similiter. Cujus placiti vadimonia per usum debent esse cum fidejussoribus tacita pœna. Sacramenta quidem ita. Appellator juret. De hoc unde te appellavi, quòd ego fui investitus ad proprium de una petia de terra, quæ jacet in tali loco, & tu malo ordine me disvestisti. Me sciente de torto te non appellavi. Si Deus. Appellatus ita. Ea terra, unde tu me appellasti, mea propria est, & ego te malo ordine non disvestivi. Si Deus: Vel ita: De hoc unde me appellasti, idest quòd ipse Martinus fuisset investitus ad proprium de petia una de terra, quæ jacet in tali loco, & Johannes eum disvestisset malo ordine, me sciente de torto eum non appellavit. Sic Deus. Ea terra, unde Martinus appellavit Johannem, propria est Johannis, & ipse Johannes eum Martinum malo ordine non disvestivit. Sic Deus. Pœna quidem est talis. Appellatoris, si victus fuerit, ut terram refutet, widrigild solvat, & secundùm legem victori emendet. Appellati, ut bannum solvat, widrigild donet, & secundùm legem appellatoris ostendat.

III.

De Ecclesiarum rebus, ut per Advocatos (*) fiat, similiter jubemus. *II.* 55. 37.

Formulæ veteres.

Petre te appellavit Martinus, quòd pars Monasterii Sancti Rufini, unde tu es Advocatus, tenet sibi terram malo ordine in tali loco. Ipsa terra propria est de Monasterio per chartam, quam fecit pater tuus. Et ecce charta: Falsa est ipsa charta. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monasterii Sancti Rufini, unde tu es Advocatus, tenet sibi terram malo ordine in tali loco. Ipsa terra propria est de Monasterio per chartam, quam fecit Petrus. Et ecce charta. Et quid tibi pertinet per chartam, quam mihi fecit ipse Petrus? Tunc qui habet anteriorem chartam dicat: Tua charta contra legem est, quia postquam fecit mihi unam traditionem, non potuit facere alteram. Tunc ipse, qui habet posteriorem dicat de anteriori: falsa est ipsa charta. Petre te appellat Martinus, quòd pars Monasterii S. Rufini, unde tu es Advocatus, tenet malo ordine terram in tali loco ad partem Ecclesiæ S. Petri, unde ipse est Advocatus. Ipsa terra propria est de Monasterio per chartam, quam fecit Donatus. Et quid pertinet ad Ecclesiam S. Petri? Per chartam, quam fecit ipse Donatus. Ipse, qui habet posteriorem chartam, dicat anteriorem falsam. Tunc ille, cujus charta falsa vocata est, dicat; quomodo vis ut clarefacta fiat? Si adversarius responderit: per pugnam; interrogetur. Vis ei adardire, ut illa charta sit falsa? Volo. Et tu vis eam defendere? Volo. Vadiate pugnam. Et quæ vadimonia debent esse tacita pœna cum fidejussoribus. Cujus placiti sacramenta sunt. Falsatoris, ut ponens chartam supra Missale dicat: De hoc, quod ego appellavi hanc chartam esse falsam, me sciente nihil aliud nisi verissimam, & veram rationem exquiro in omnibus modis: si Deus. Falsati ita quidem. Hæc charta vera & idonea est: si Deus. Pœna imminet utrique falsatori victo, ut rem refutet, & secundùm obligationem chartæ persolvat; nisi aliquando si intentio fuerit inter duas chartas, manum perdat, aut redimat. Et si est appellatus bannum tribuat falsato victo, ut rem amittat, Widrigild suum componat, bannum solvat, quando est appellatus. Si verò falsator voluerit, ut res per sacramentum finiatur, fit, ut superiùs diximus.

IV.

Si quis per se ipsum, aut per suum nuntium quicquam alicui deposuerit, & depositum cupiditate victus negaverit, si XX. solid. pretium fuerit, ut per pugnam (12) decernatur, edicimus. *II.* 55. 39.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipse deposuit tibi tanta mobilia, quæ valebant solidos CLX. Viginti solid. tantùm mihi deposuisti, sed non plus. Hoc sciatis, qualiter in hoc, quod dixit, tantùm mihi deposuisti, sed non plus. Si illud, quod negaverit fuerit pretii XX. solidorum, aut eo amplius, tunc per bellum lis finiatur. Si verò subtus X. solid. fuerit, tunc per sacramenta res currat. Petre te appellat Martinus, quòd ipse deposuit tibi per suum Missum tanta sua mobilia, quæ valebant solid. XX. De torto me appellasti. Vis ei adardire? Volo. Vadiate pugnam. Petre te appellat Martinus, quòd suus pater Arnaldus, sua uxor Alda, Martinus suus servus, aut Arnulfus suus filius deposuerint tibi per se ipsos, aut suos Nuntios XX. solidos. De torto me appellasti. Aut . . . . . deposuerunt, plus non. Potes ei probare, ut totos XX. solidos ei deposuisses? Si dixerit: possum; approbet. Si verò: non: Tunc appellatus det ei vadimonia, si se recordatus fuerit, quòd emendabit, ut rectum est. Si non, ut se exdicat. Quæ vadimonia debent esse cum fidejussoribus tacita pœna. Cujus placiti sacramenta sunt ita. Appellator: De hoc, unde te appellavi, quòd ego deposuissem tibi per me, vel per meum nuntium XX. solidos, vel quòd uxor mea, vel filius meus, vel servus meus tibi deposuissent per se ipsos, aut suos nuntios X. solidos, me sciente de torto te non appellavi. Si Deus: Appellatus juret: de hoc unde appellasti me, quòd tu, vel uxor tua, vel filius tuus, vel servus tuus deposuissetis per vos, vel per Missos vestros XX. solidos mihi, de

(*) Hoc est pugna. In hunc etiam finem Episcopi, Abbates, & Canonicorum Collegia, Seculares viros sibi Advocatos eligebant, ut si quando pugnandi necessitas foret, eos pro se Campiones darent. Cujus rei monumenta non pauca supersunt.

(12) Cod. Esten. *ut per pugnam veritas decernatur, edicimus.*

Digitized by Google

de torto me appellasti. Si Deus. Pœna verò utrisque imminet. Appellatori victo quidem, si Romanus est appellatus, ut multetur decima parte litis. Cæteri quidem, & idem Romanus Appellator victi widrigild per manus incisionem causa exstante perjurio pœna feriantur. Appellati quidem, si Romanus est victor, ut depositum duplicent . . . . . dolum ex quatuor casibus depositi. Ceteris item & Romano, ut bannum persolvant, Widrigild tribuant, & depositum secundùm legem victori emendent.

V.

Si quis dixerit, quòd per vim de prædio chartam alicui (13) fecerit, per pugnam decernatur, edicimus. *II.* 55. 40.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd tu tenes malo ordine terram in tali loco. Ipsa terra mea propria est per chartam, quam tu mihi fecisti. Et ecce charta. Ego feci ipsam chartam, sed per virtutem. Non fecisti. Vis ei probare? Volo. Vadiate pugnam. Quæ vadimonia debent esse cum fidejussoribus tacita pœna. Cujus placiti sacramenta sunt ita: Appellator ita juret. Ponat chartam juxta Missale, & tangens dicat. Ego hanc chartam per virtutem feci: Si Deus. Appellatus ita: Chartam hanc tu per virtutem non fecisti: si Deus. Interea donec ipsi bellaverint, charta commendetur Potestati ea conditione, ut si Appellator vicerit, charta incidatur. Si verò appellatus, Appellatoris charta ei reddatur, & ostendens chartam in judicio per notitiam securitatem accipiat, vel per promissionem refutationis. Et si charta perdita apud Potestatem fuerit, tamen uterque justitiam suam consequatur. Si verò Appellator dixerit: Ecce charta, quam pater tuus mihi fecit, & appellatus dixerit: illa charta nihil mihi impedit, quia pater meus fecit eam per virtutem, approbet Appellator hoc ita esse. Si verò approbare non potuerit, & appellatus juraverit illam chartam per virtutem non esse, vel probare Appellator quidem incipiens, & contraria probatione victus fuerit ipse Appellator, sit, ut superiùs diximus. At si Appellator dixerit, chartam esse falsam, sit, ut superiùs diximus. Pœna quidem utrisque immineat. Appellatori quidem, ut emendet secundùm obligationem chartæ, & widrigild pœna feriatur pro manus incisione. Appellato verò, ut rem & pretium perdat, bannum persolvat, & widrigild tribuat.

VI.

De furto aut (14) schalcho, si ultra sex solidos fuerit, similiter ut per pugnam veritas inveniatur præcipimus. *II.* 55. 41.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipse habet certam suspicionem, quòd tu fuisti fur de tanto suo mobili, quod valebat sold. VI. & I. denarium; aut collega furis. Petre te appellat Martinus, quòd tu tulisti sibi ad schacum tanta sua mobilia, quæ valebant sol. VI. & I. denarium. De torto me appellasti. Vis ei adardire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam. Quæ vadimonia habentur, si fidejussores tacita pœna. Cujus placiti sacramenta ita sunt; Appellator ita juret: de hoc unde ego te appellavi, non quæro te astu animo per pugnam fatigare, sed me sciente habeo certam suspicionem, quòd tu tulisti mihi furtivè tantum, vel quòd fuisti collega furis de tanto. Si Deus. Appellatus; de hoc unde tu me appellasti, ego tibi furtivè non tuli, vel non fui collega. Si Deus. Hoc si Langobardus. Ceteri verò omnes de furto, & schaco, Langobardus de solo schaco juret: De hoc unde te appellavi, quòd tu fuisses fur, aut Collega furis de tanta mea substantia, quæ valebant XX. solid., aut quòd tu tulisses mihi ad schacum tanta mea mobilia, quæ valebant X. solid. me sciente, de torto te non appellavi. Si Deus. Appellatus ita; de hoc unde tu me appellasti, quòd ego fuissem fur de tanta substantia tua, quæ valebant decem solid. aut collega furis, aut ego ad schacum tulissem tibi, de torto me appellasti. Si Deus. Pœna verò talis est: Actoris si victus fuerit, widrigild porrigat, & secundùm legem appellati se emendet. Appellati, si latro est, ut pœnam corporalem sustineat, aut oculi, aut nasi, aut mortis. Uterque & latro, & schacator bannum solvat, widrigild tribuat, & furtum, & schacum secundùm legem ipsius, cui negligentiam commisit, emendet.

VII.

Si quis equum suum, vel cetera animalia, sive rem suam super aliquem (15) reperit, & ipse se garentem dare dixerit, statim ut ad certum garentem eum conducat, & super tertium garentem, & tertium Comitatum non procedat. Et si hoc facere noluerit, rem perdat, & secundùm legem componat. *II.* 28. 5.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quòd ipse intertiavit tibi unum suum caballum, aut aliam rem. Non mihi intertiasti. Si potest, approbet Appellator. Si non, juret Appellatus, quòd ipse sibi non intertiavit. Si dixerit; intertiasti mihi; statim juret, quòd ad certum warentem eum conducat. Interea vadat ad warentem, & dicat sibi intertiaturam rei, quam sibi tradiderat. Ille tunc warens det ei vadimonia de stando in auctoritate, & reddendo pretio. Hic verò det ei vadimonium de conducendo intertiatorem ad eum ad placitum appellando, & reddendam rem. Et hoc fit, si confessus fuerit warens se tradidisse. Si verò non fuerit, tamen hic vadat cum intertiatore ad eum cum re. Et cùm venerit ad warentem, interroget: tradidisti mihi hanc rem? Si dixerit: non; campo contendat, vel approbet, cui res intertiata est. Et post vadat placitum, veluti si statim confessus fuerit, se esse warentem. Sed campo contendere, vel probare si non potuerit, tunc ille, qui warens dicebatur, juret se non tradidisse. Tunc ille, cui res intertiata est, componat, ut latro, nisi alium warentem dederit. Si verò dixerit warens, tunc accipiat rem reddito pretio: tunc in-

(13) Cod. Esten. *alicui feciſſet, per pugnam veritas decernatur, edicimus.*

(14) Cod. Esten. aut *Scacbo*. Atque ita scribendum; *Scacb* enim Teutonicis *Latrocinium* sonat, seu potiùs, *Raptum*, ac *Rapinam*. In Capitular. Karoli Calvi apud Baluzium Tom. II. pag. 68 memoratur *illud malum, quod scach vocant*. Ibidem etiam occurrit, *qui nunc latro, aut scachator est*. Atque hinc nonnulli *Scachos* ludum *latrunculorum* appellarunt, quo alludere Martialem quoque putant Lib. XIV. Epigr. XVII. versu illo:

Insidiosorum si ludis bella latronum.

(15) Cod. Esten. *super aliquem repererit, & ipse warentem dare se dixerit, statim juret, ut ad certum warentem eum* &c. Atque hinc vox *Garante, guarentia*, ac similia pro *vade-, cautione*. Quid verò heic sit *tertius warens, & tertius Comitatus*, circa quod hariolatur vetustus ille Legulejus, qui nobis Langobardicarum Legum Commentarium dedit, subjecta Formula tibi indicabit.

Digitized by Google

intertiator dicat ad warentem : Quid tibi pertinet ? Petrus mihi vendidit . Similiter pœnæ perſecutum ſit uſque ad tertium . Poſtea interroget tertium , quid tibi pertinet ? Habeo warentem Martinum . Hoc dico : non debeo ire ſuper tertium warentem, & tertium Comitatum . Tunc Appellator juret , quòd ſuus proprius eſt, nec vendidit , nec donavit , quod per legem perdere debet ; ſed furtivè ei abſtractus eſt . Tunc tertius warens juret , quòd nec latro fuerit , nec collega latronis, ſed cum ſuo proprio pretio comparavit , & reddat rem . Si verò reſponderit , equum eſſe natum de ſuo jumento , approbet , & retineat . Et hoc per uſum . Si verò à probatione ceciderit , vel jurare noluerit, teneatur ut latro, niſi reverſus fuerit ad warentem . & tunc fit, ut ſupra dixi . Hoc omne fit ſecundùm quoſdam vanos .

VIII.

Laicorum verò nullum præter (16) Comitem in ſolis Eccleſiaſticis rebus Advocatum haberi permittimus . *II.* 47. 10.

IX.

Si quis (17) alium ad ſervitium appellaverit, per pugnam veritas inveniatur, edicimus .

X.

Quacumque Lege , ſive etiam Romana , in omni Regno Italico homo vixerit , hæc (18) omnia , ut in his Capitulis , per pugnam decernimus obſervare , & præcipimus : ita tamen ut ſi eorum juvenilis, aut decrepita ætas, ſeu infirmitas pugnare prohibuerit , liceat ei pro ſe pugnatorem ponere , & alter (19) ſimiliter faciat . *II.* 55. 42.

XI.

Ut Eccleſiæ , ſeu Comites , & viduæ lites ſuas de his, quæ in ſupraſcriptis Capitulis continentur , per conſimiles (20) Advocatos per pugnam dirimant . Ceteri verò naturâ liberi , ſecundùm legem priſtinam , per ſemetipſos reſpondeant , & determinent . *II.* 55. 44.

XII.

Si ſervus propter appetitum libertatis liberum ſe vocaverit , liceat Domino , ſi ſibi (21) melius viſum fuerit , propter difficultatem approbationis inſidioſæ , aut per ſe , aut per ſuum Campionem (22) dare , ſi morbus aut ætas eum pugnare prohibuerit . *II.* 55. 43.

XIII.

Diaconorum , (23) Epiſcoporum , Presbyterorum filios , Notarios , Sculdaſios , Comites , Judices fieri omnibus modis prohibemus . *III.* 40. 1.

---

(16) In Eſten. Cod. legitur : *præter Comes , in ſolis Eccleſiaſticis rebus Advocatorem haberi permittimus* . Lex mihi , & aliis fortaſſe , obſcura . Heic *Advocator* videtur eſſe *Campio* , quem quis adducebat ad pugnam pro ſe ineundam , ut infra habetur . Advocatum agere Eccleſiarum cuicumque Laico libero homini licuit . Ergo dicendum videtur , Laicis quibuſque , præterquam Comiti , interdictum fuiſſe Advocatum habere , videlicet pro ſe Campionem dare , dum juſtam aliquam excuſationem non præferrent , quæ infra in Lege X. exprimitur . Sed quid heic intermiſcetur *in ſolis Eccleſiaſticis rebus* ? Fortaſſe per ſubſequentem Legem XI. hæc emendanda eſt , ſive ut rectiùs loquar , amanuenſium ſphalma aliquod hinc tollendum . Certè in Lege XI. *ſecundùm Legem priſtinam* habetur , quibus verbis hæc eadem innui videtur . Vide ergo & illam .

(17) Legem hanc inter editas Langobardicas non invenio . Habet Codex Eſtenſis .

(18) Accipe quæ habeat Codex Eſten. *ei omnia , ſicut in his Capitulis per pugnam decrevimus , ſervare præcipimus . Ita tamen , ut ſi eorum unum* &c.

(19) Cod. Eſten. *& alteri ſimiliter facere* . Tum additur . *Si dubitatio fuerit de infirmitate , juret , quòd talem infirmitatem habet , propter quam pugnare non valet* . Quæ verba num pars Legis ſint , an Gloſſa in textum invecta , definiendum aliis relinquo .

(20) In Cod. Eſten. *per conſimiles Advocatores pugna dirimant . Cæteri verò homines natura* &c. Explicari poteſt ex his , ut dixi , ſuperior Lex VIII.

(21) Cod. Eſten. *ſi ſibi ita meliùs viſum fuerit* .

(22) Manca eſt heic editio Goldaſti , & ſupplenda ex Codice Eſtenſi , ubi legitur : *aut per ſe , aut per ſuum Campbionem* (idem eſt ac Campio) *litem dirimere . Liceat autem ſervo pro ſe Campbionem dare* &c.

(23) Cod. Eſten. *Diaconorum , Presbyterorum , Epiſcoporum* , &c. Baluzius Tom. II. pag. 342. neſcio cujus Libri auctoritate Legem hanc Lothario I. Auguſto tribuat .

OTTO-

Digitized by Google

OTTONIS III. AUGUSTI LEX.

OTTO TERTIUS.

„ *Romæ* (1) *Sindonico Rex Tertius invidet Otto.*

CAP. I.

QUotidie contra leges agitur; quotidie malum mali facere non veretur. Ideo (2) hanc legem per omne ævum divinitate propitia valitura esse adjicimus, ut toto anni tempore liceat Judicibus causas agere, lites dirimere, tumultum quæstionum determinare, & definire; ut qui quotidie legem offendunt, quotidie legis sententia feriantur. Nec enim tempore messis, vel vindemiarum, legis edictum effugere debent, qui in nullo tempore peccare desierunt. Bene, (3) eum facere, verum dicere, justitiam amare, rectum judicare omnibus temporibus licuit, semperque licebit, quia a bonis numquam, à malis autem operibus semper requiescendum esse Catholicè didicimus. Et hoc jugiter conservandum Deo auctore, & Imperiali majestate decernimus. David autem Rex & Propheta dicit: *Beati, qui custodiunt judicium, & faciunt justitiam in omni tempore.* In Nativitate verò Domini, & in Epiphania, & in statutis jejuniorum diebus, in diebus Quadragesimalibus, in Pascha, in Ascensione Domini, in Pentecosten, in Dominicis diebus, & in Festis præcipuis, judiciarios motus exequi, publicas quæstiones appeti, ut hæ solennitates, quæ sunt Christianorum, cum omni vigilantia celebrentur, penitus prohibemus. *II. 49. 2. Secundùm editionem Goldasti.*

(*Sequitur in Cod. Estensi sive Legis pars, sive Glossa.*)

Hæ sunt Festivitates præcipuæ in anno, quæ per omnia venerari debent.

Natalimbum (4) *Sancti Stephani.*
Sancti Johannis Evangelistæ.
Innocentum.
Octavæ (5) *Domini.*
Octavæ Epiphaniæ.
Purificationis Sanctæ Mariæ.
Paschæ dierum octo.
Letaniæ Majoris.
Ascensionis Domini.
Pentecostes.
Sancti Johannis Baptistæ.
Octavæ Apostolorum, maximè tamen Sanctorum Petri & Pauli.
Dedicationis S. Archangeli Michaëlis.
Sancti Martini.
Assumtionis Sanctæ Mariæ.

NOTÆ AD LEGES OTTONIS TERTII.

(1) Quid sibi velit versus iste, quis Oedipus mihi ediserat? Corrigendum utique video; sed aliis emendationem apponendam relinquo.

(2) Audi Cod. Esten. *Ideo hac Lege omne per ævum divinitate propitia valiturâ, edicimus.* Infra *tumultus quæstionum terminare.* Infra *tempore messium vel vindemiarum.*

(3) Error Typographi. Cod. Esten. *Bene enim facere.* Infra *In Natali verò Domini.* Et infra *ut omni cum vigilantia solemnitates (quod Christianorum est) celebrentur* &c. *Hæ sunt Festivitates.* An hæc etiam ab Ottone III. manarint, an verò addita à quopiam Glossatore vetusto, non statim decernas. Ego Glossam, sed antiquam, suspicor: quod ex aliquot Festivitatibus heic minimè commemoratis intelligere possumus. Illud *venerari debent* non satis consonat cum eleganti ac nobili stilo, quo Lex ista conflata est, Gerberto forsitan, qui Silvester II. Papa fuit, eam dictante.

(4) Pro *Natale*, sive *Natalitium* S. Stephani, cujus exemplum alibi non facilè reperias, nisi sit vitiatus Codex.

(5) Hoc est, Circumcisionis dies. Quæ infra *Octavæ* dicuntur, revera quam adhuc appellamus Octavam diem post Festum aliquod solemne, significant. Anastasius, sive quis alius Auctor Vitæ Leonis IV. Papæ, apertè adveniisse ait præclarum & celeberrimum diem, *quo Beatæ Dei Genitricis Assumtio celebratur.* Tum infra subdit: *Octavam Assumtionis Beatæ Dei Genitricis diem, quæ minimè Romæ antea colebatur, Vigiliis sacris* &c. *celebrari præcepit.* Vide Amalarium de Eccles. Offic. Lib. IV. Cap. 36. Micrologum & alios.

HEN-

Digitized by Google

HENRICI I. AUGUSTI LEGES.

HENRICUS I.

HEnricus (1) Dei gratiæ miſeratione Romanorum Imperator Auguſtus. Omnibus noſtris fidelibus præſentibus etiam & futuris notum fieri volumus, quòd ſemper Reipublicæ providentes, quæ digna ſunt, probabilium (2) acceptione diſponimus. Cùm tempore Autumni in parte Eriſantiæ noſtri Regni pro utilitate multimoda moraremur in Civitate Argentina, quæ vulgari nomine *Transburg* vocatur, multorum prolatum eſt ad nos, quòd plurimi tunc erant, qui ſub occaſione his periculis laborant, unde etiam digna proviſione omnibus ſuccurrentes, atteſtatione laudis quamplurium nobis adſtantium fidelium Archiepiſcoporum, Mediolanenſis videlicet, & (3) Ravennenſis, Epiſcoporum quoque Transburgenſis, Placentini, Cumani, Vercellenſis, Parmenſis, Aquenſis, Lunenſis, Marchionum quoque & Comitum Italienſium, Nobilium verò multorum, Vaſſallorum, Sapientium, & Judicum inter multa, quæ Reipublicæ congruebant, tria Capitula inſeruimus; quæ ut ab omnibus noſtri Imperii obſerventur, ſtabilique obſervatione teneantur, amodo & deinceps ſtatuimus, jubemus, & firmiter præcipimus. Hæc ſunt, quæ inviolabiliter obſervari jubemus.

„ Regis Heinrici lætantur Lege mariti.

CAP. I.

QUicumque ex quacumque natione legitimam uxorem accepit, vel acceperit, ſi eam mori contigerit ſinè filiis amborum eorum, vir uxori ſuæ ſuccedat, & omnia bona (4) ſua percipiat. *II.* 14. 29. *Secundùm editionem Goldaſti.*

II.

Quicumque propter cupiditatem rerum patrem, aut matrem, aut fratres, aut ſorores, vel nepotem, aut aliquem ſuum propinquum per ſe, aut per alium interfecerit, hereditas interfecti ad alios ſuos legitimos heredes perveniat. Hereditas verò interfectoris in Fiſcum redigatur. Ipſe verò, ordinante Epiſcopo publicam (5) pœnitentiam ſubdatur. Quòd ſi ille, cui crimen mittitur, negare voluerit, per ſe pugnam faciat, nec liceat Campionem pro ſe dare, niſi decrepita ætas, aut juvenilis, aut infirmitas pugnare prohibuerit. *I.* 11. 4.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, qui eſt Advocatus de parte Publica, quòd tu occidiſti Marquardum tuum patrem per cupiditatem, aut interfici feciſti. Non placet Deo. Vis ei adardire? Volo. Vadiate pugnam. Quæ vadimonia debent eſſe cum fidejuſſoribus tacita pœna. Cujus placiti ſacramenta ita eſſe debent. Advocatus juret: De hoc unde te appellavi, me ſciente de torto te non appellavi. Appellatus ita: De hoc, unde tu me appellaſti, de torto me appellaſti. Et hæc reſponſio debet eſſe tantùm, dum Advocatus adardiat ei bellum. Si verò Advocatus non vult ei adardire, tunc Appellatus jurejurando ſecundùm ſuam legem ſe defendat, ita ut Advocatus antea non juret. Et hoc per uſum. Et hoc debet eſſe in omnibus appellationibus. Ibi utraque eſſe poſſunt. Si verò tantùm ſacramenta eſſe debent, tunc Appellatus juret ſecundùm ſuam legem abſque ſacramento Advocati. Petre te appellat Martinus, quòd occidiſti Marculphum ſuum patrem & tuum per cupiditatem, aut interfici feciſti. De torto me appellaſti. Vis ei adardire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam. Si verò appellator is noluerit adardire, tunc juret, ut ſupra dictum eſt. Et appellatus ſimiliter, ut ſupra. Sacramentales verò jurent. Hoc, quod appellatus juravit, verum juravit: Si Deus. Pœna verò imminet utriſque talis. Advocato victo ut manum perdat, aut redimat, & propinquo ſimiliter. Appellato, ut non habeat hereditatem interfecti; ſuam quidem perdat, bannum ſolvat, manum amittat, aut redimat, ideſt, ut widrigild tribuat, & ordinante Epiſcopo publicæ pœnitentiæ ſubdetur. Si verò lis per ſacramenta ab utriſque finiatur, nulla pœna eis immineat. Si verò Advocatus, vel parens, juraverint, & reus ſe purificare auſus non fuerit, tunc ſupradictam pœnam ſubſtineat præter widrigild.

III.

Qui verò intra (6) treugam poſt datum oſculum pacis aliquem hominem interfecerit, & negare voluerit, pugnam (7) pro ſe faciat,

---

NOTÆ AD LEGES HENRICI PRIMI.

(1) Præfationem hanc non habent editi Langobardicarum Legum Libri. Eam nunc do, qualem offert Eſtenſ. Codex; ſed ante evulgaram ego Tom. II. pag. 207. Anecdot. Latin. ex Codice MSto Ambroſianæ Bibliothecæ. In eodem Cod. Eſtenſi legitur: *Henricus gratia divinæ miſerationis.*

(2) Depravatum textum corrige ope Ambroſiani Codicis: *probabilium perſonarum noſtri Imperii fidelium acceptione diſponimus. Cùm enim pro excellentia noſtri Regni & pro utilitate multimoda demoraremur in Civitate Argentina, quæ vulgari nomine Straburge vocatur, multorum perlatum eſt ad nos relatione* &c. Infra *bis periculis laborabant.*

(3) Ambroſianus Cod. *& Treverenſis* Infra *Lunenſis, Vulterrenſis.* Infra *nobilium verò multorum Vavaſſorum.*

(4) Codices Ambroſianus & Eſtenſis *bona ejus percipiat.*

(5) Iidem Codices: *publicæ pœnitentiæ ſubdatur. Quod ſi ille, qui crimine arguitur.* Videquàm leniter adhuc adversùs homines tanto crimine obſtrictos terrenæ Leges procederent. Infra Cod. Eſten. *& ſibi Campbionem pro ſe dare non liceat.* Habes autem hanc eamdem Legem ſupra inter Leges Lotharii I. Cap. CIII. Heinricus, eâ confirmatâ, addidit quæ ad pugnam ſpectant.

(6) Codices Ambroſian. & Eſten. *infra trewam, vel datum pacis oſculum.* Infra Cod. Ambroſian. *pugnam per ſe faciat, nec Campionem pro ſe dabit.* Codex Eſten. *pugnam per ſe faciat, nec liceat ei Campbionem pro ſe dare, niſi, ut ſupra dictum eſt.*

(7) Cod. Eſten. *pugnam per ſe faciat.* Rurſus animadverte, heic quoque ſingularia certamina permitti, ne dicam, probari; atque hanc Legem prodire ab Imperatore, quem Cœlitum albo inſcriptum veneramur; atque in eamdem Legem conſenſiſſe Archiepiſcopos & Epiſcopos,

Digitized by Google

ciat, nec Campionem pro ſe dare debet, niſi ſicut dictum eſt ſupra. Si verò convictus fuerit, manum, quæ homicidium fecit, amittat. *I.* 10. 16.

Formulæ veteres.

Petre te appellat Martinus, quod tu occidiſti Donatum ſuum patrem infra trevvam, vel infra datum oſculum pacis. De torto me appellaſti. Vis ei adardire? Volo. Et tu vis te defendere? Volo. Vadiate pugnam. Cujus placiti ſacramenta ita ſunt. Appellator juret: De hoc, unde te appellavi, quòd tu occidiſti A *patrem meum Donatum infra trevvam, vel infra datum oſculum pacis, me ſciente de torto te non appellavi: Si Deus. Appellatus ita: De hoc, unde tu me appellaſti, quòd ego occidiſſem patrem tuum infra trevvam, de torto me appellaſti: Si Deus. Si verò appellator noluerit adardire, tunc lis finiatur per ſacramenta, ut ſuperiùs diximus. Pœna verò utriſque imminet. Appellatori verò, ſi victus fuerit, ut manum perdat, aut redimat. Appellato, ut bannum ſolvat, manum perdat, & homicidium ſecundùm legem emendet.*

pos, quos Præfatio commemorat. Ergo noſtris temporibus gratulemur, quòd ex Chriſtianorum animis adeo falſa perſuaſio & conſuetudo tamdem aliquando fuerit abacta.

CON-

Digitized by Google

CONRADI I. AUGUSTI LEX.

CONRADUS I.

„ *Hæc Lex Conradi circumdata milite vadit.*

IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Sanctæ (1) Dei Ecclesiæ fidelibus, nostrisque tam præsentibus, quàm futuris notum esse volumus, quòd ad reconciliandos animos Seniorum & Militum, ut ad invicem semper inveniantur concordes, & ut fideliter & perseveranter nobis & suis Senioribus serviant devotè, præcipimus, & firmiter statuimus, ut nullus Miles Episcoporum, Abbatum, & Abbatissarum, Marchionum, vel Comitum, vel omnium, qui beneficium de nostris publicis (2) beneficiis, aut de Ecclesiarum prædiis omnino tenent, aut tenuerint, aut hactenus injustè perdiderint, tam de nostris majoribus Valvassoribus, quàm eorum militibus, sinè certa & convicta culpa suum beneficium non perdat, nisi secundùm consuetudinem Antecessorum nostrorum, & judicium Parium suorum. Si (3) contentio emerserit inter Seniorem & Militem, quamvis Pares adjudicaverint illum suo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc injustè vel odio factum esse, ipse suum beneficium teneat, donec Senior, & ille, quem culpat, cum Paribus ad nostram præsentiam veniant, & ibi causa justè determinetur. Si autem Pares ejus culpati in judicio Seniorum defecerint, ille, qui culpatur, suum beneficium teneat, donec ipse cum suo Seniore & Paribus ad nostram præsentiam veniat.

A Senior verò (4) & Miles ejus, qui culpatur, qui ad nos venire debuerit, sex hebdomadas, antequam iter accipiat, ei, cum quo litigaverint, innotescant. Hos autem de majoribus Valvassoribus observetur. De minoribus verò in Regno (5) nostro, aut ante Missum nostrum eorum causa finiatur. Præcipimus etiam, cùm aliquis ejus Miles, sive de majoribus, sive de minoribus de hoc seculo migraverit, filios ejus beneficium tenere. Si verò filios non habuerit, & Habiaticum (6) ex masculo reliquerit, pari modo beneficium habeat, servato usu majorum Valvassorum in dandis equis & armis suis Senioribus. Si (7) verò fortè Habiaticum ex filio non reliquerit, sed fratrem legitimum ex parte patris reliquerit, B sed Seniorem offensum habuerit, & sibi vult satisfacere, & Miles ejus esse: beneficium, quod patris sui fuit, habeat, servato usu majorum Valvassorum in dandis equis & armis suis Senioribus. Insuper & omnibus modis prohibemus, ut nullus Senior beneficiorum suorum Militum per cambium, aut per precariam, aut per libellum sinè eorum assensu facere præsumat. Illa verò, quæ tenent proprietario jure, aut per (8) præceptum, sive per precariam, nemo eum injustè divestire audeat. Frodum verò de Castellis, quod nostri Antecessores habuerunt, nullo modo exigimus. Si quis autem hanc jussionem nostram C infregerit, auri optimi Libras C. componat, medium Cameræ nostræ, & medium cui damnum illatum (9) fuerit. *III.* 8. 4. *secundùm editionem Goldasti.*

NOTÆ AD LEGES CONRADI I. IMPERATORIS.

(1) Cod. Esten. *Omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque Fidelibus tam præsentibus, quàmque & futuris, notum esse volumus, quòd nos ad* &c. Causam huic Legi dederunt funesti Mediolanensium motus sub Heriberto Archiepiscopo, qui impotenter Urbi dominabatur. Vide Landulphi Senioris, Arnulphi, & Gualvanei Flammæ Historias. Hanc eamdem Legem habes, sed mancam Lib. V. Tit. I. Feudorum in editione Dionysii Gothofredi ex additis per Cujacium: Frustra autem eam quæras in vulgaribus Feudalium Constitutionum editionibus. Ejus etiam Legis mentio est Lib. II. Tit. XVI. & Tit. XXIV. earumdem Constit. Feudalium.

(2) Cod. Esten. *de nostris publicis bonis, aut de Ecclesiarum prædiis nunc tenet, aut tenuerit, aut hactenus injustè perdiderit.* Infra *Vavassoribus.* Infra *suum beneficium perdat.*

(3) Cod. Esten. *Et si contentio.* Infra *cum Paribus suis veniant ante nostram præsentiam, & ibi causa justè terminetur. Si autem Pares ejus culpati in judicio Senioribus defecerint.*

(4) Cod. Esten. *Senior verò, aut Miles, qui culpatur, qui ad nos venire decreverit, sex hebdomadas, antequam iter incipiat, ei, cum quo litigaverit, innotescat.*

(5) Cod. Esten. *in Regno, aut ante Seniores, aut ante nostrum Missum* &c. Infra *cùm aliquis Miles, sive de Majoribus.*

(6) Cod. Esten. *& Abiaticos ex masculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeant.* Durat adhuc in Mediolanensium Dialecto vox *Abiaticus* pro nepote ex filio, quod idem est ac *Aviaticus* quasi *Filius Avi.* In Chartis quoque eadem occurrit.

(7) Cod. Esten. *Si fortè Abiaticum ex filio non reliquerit, & fratrem legitimum ex parte patris habuerit, & Seniorem* &c. Infra *& Miles ejus effici, beneficium, quod patris sui fuit, habeat. Insuper etiam omnibus modis prohibemus, ut nullus Senior de beneficio suorum Militum cambium, aut precariam, aut libellum sinè* &c.

(8) Cod. Esten. *aut per precepta sive* &c. *nemo injustè eos divestire audeat. Frodum verò, quod nostri Antecessores habuerunt, habere volumus. Illud verò, quod non habuerunt, nullo modo exigimus.* Heic pro *Frodo* legendum *Fodro*, quo nomine significabatur annona militaris, sive victus, qui equis & copiis militaribus Regis, sive Imperatoris, ab Italici Regni Populo in eorum transitu erat ministrandus.

(9) Adde & hæc alia ex fide Codicis, Esten. *illatum fuerit. At si quis aurum non habuerit, nostra sententia feriatur, ut nobis placuerit.*

Digitized by Google

HENRICI II. AUGUSTI LEGES.

HENRICUS SECUNDUS.

„ *Ne Clerici jurent, Lex precipit ista Secundi.*
„ *Henrici Regis: Huic Regi Clerus dicto paret.* (*) .....

CAP. I.

HEnricus Divina pietate Secundus Romanorum Imperator Augustus. Quoniam (1) in Legibus cautum est, ut nemo Clericorum jurare præsumat; alibi verò reperitur scriptum, ut omnes principales personæ in primo Legis exordio subeant jusjurandum calumniæ; nonnullis Legisperitis res vênit in dubium, utrum Clerici jusjurandum præstare debeant, aut aliæ personæ hoc officium liceat delegare. Quia enim illud constitutionis Edictum, ubi Clerici jurare prohibentur, à (2) Marco Augusto constitutum est; propterea quia de Constantinopolitanis Clericis promulgatum fuisse videtur, idcirco ad alios Clericos pertinere non creditur. Ut ergo hæc dubietas omnibus penitùs auferatur, illam Divi (3) Marci constitutionem ita interpretari decernimus, ut ad omnium Ecclesiarum Clericos generaliter pertinere judicetur. Nam cùm divinus (4) Justinianus jure decreverit, ut Canones Patrum vim Legum habere oporteat, & in nonnullis Patrum Canonibus reperitur, ut Clerici jurare non audeant, dignum est, ut totus Catholicus Ordo à præstando jurejurando immunis esse proculdubio censeatur. Quapropter nos, utriusque videlicet divinæ, & humanæ Legis intentione servata, decernimus, & Imperiali auctoritate, & retractabiliter diffinimus, ut nec Episcopus, nec Presbyter, nec cujuscumque Ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel Sanctimonialis in quacumque controversia sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire, sed Advocatis suis propriis idoneis hoc officium debeat delegare. *II. 47. 11. secundùm editionem Goldasti.*

II.

Decet (5) Imperialem solertiam Reipublicæ curam agere, & sic solicitetur erga præsentiam, quatenus ea quoque diligenter provideat, quæ posteris sunt utilia, atque profutura. Id autem satis competenter agitur, cùm bonis virtutis præmium, impiis autem digna ultio sibi ad vindictam, aliis ad exemplum recompensatur. Sed (6) quoniam omnia, quæ habet humanum genus, excidit, de ejus salute tantò præcipuè curandum est, quantò manifestiùs constat, quòd Omnipotens quoque Deus pro redemtione ejus Unigenitum suum ab Æterna Sede Divinitatis suæ in terram misit. Quapropter quoniam plerumque (proh dolor) beneficio ac diverso genere furtivæ mortis perire audivimus, super hoc dum (7) in Regni universali conventu Langobardorum sederemus, hujusmodi Legem Episcoporum, Marchionum, Comitum, aliorumque multorum (8) fidelium consensu, & auctoritate probare sancimus. Quicumque beneficio, seu quolibet modo furtivè ad aliquem pervenerit, vel consentiens fuerit, mortis sententiam incurrat, omniumque suarum re-

---

NOTÆ AD LEGES HENRICI SECUNDI IMPERATORIS.

(1) Cod. Esten. *Omnibus in Legibus cautum est, ut nemo Clericorum jurare præsumat*. Scilicet in foro, publicisque Secularium judiciis. Propterea iis concessum *Advocatos* adhibere, qui pro ipsis jusjurandum calumniæ offerrent. Vide supra Legem XVIII. Lotharii I. Augusti: Infra idem Cod. *in primo litis exordio.* Infra *Legis peritis vénit in dubium*. Infra *aliæ personæ* pro *alii*, seu *alteri personæ* in MSto quoque Estensi habetur.

(2) Locus omnino depravatus emendationem poscit In Cod. Esten. legitur: *à Theodosio Augusto, Tauro Præfecto Prætorio de Constantinopolitanis Clericis* &c. Atqui in Codicibus Theodosiano & Justinianeo quum nulla talis Lex se mihi offerat, Goldasti conjecturam planè amplector, suspicantis heic legendum *Marciano Augusto*. Propterea ita sequentia emendes: *Constantino Præfecto Prætorio de Constantinopolitanis* &c. Ejusmodi autem Lex habetur in Codice Justinianeo de Episcop. & Cleric. Tit. VI. Lib. I. Lege XXV. *cum Clericis*: & de Clericis Constantinopolitanæ Urbis ibi reapse agitur.

(3) Cod. Esten. *Divi Theodosii*. Sed restituendum *Divi Marciani*. Tunc in Italia Romanorum Lege viventes utebantur Codice Justinianeo, Novellis, atque Institutionibus, quum Pandectæ abditæ forent, & Seculo tantùm sequenti in usum revocatæ fuerint.

(4) Cod. Esten. *nam cùm Divus Justinianus*. Infra *& in nullis Patrum Canonibus reperitur, ut Clerici jurare audeant, dignum est, ut totus Clericalis Ordo* &c. Infra *& Imperiali auctoritate inretractabiliter diffinimus, ut non Episcopus, non aliquis Clerus* (deest *Clericus*) *seu Monachus, vel* &c.

(5) In Cod. Esten. hæc ita efferuntur. *Henricus divina pietate Secundus Romanorum Imperator Augustus omnibus Langobardis. Decet Imperialem solertiam ita Reipublicæ curam agere, ut sic solicitetur erga præsentia, quatenus ea quoque diligenter provideat, quæ posteris sint utilia ac profutura. Id autem tunc satis* &c. Goldastus Legem hanc refert ad Annum 1042. Verùm quum Heinricus iste Anno tantùm 1046. Imperiale diadema Romæ susceperit, Legem quoque ab eo jam Augusto constitutam ad posteriora tempora referendam vides.

(6) Beneficio Codicis Esten. hæc ita restauranda. *Sed quoniam omnia, quæ mundus habet, humanum genus excellit de ejus* &c. Infra *quapropter quoniam plerosque (prob dolor) veneficio* &c.

(7) Et hæc emendanda ex Estensi Codice: *super hoc dum Turegi in universali* &c. Non aliud heic est *Turegum*, nisi ea Civitas, quæ in Helvetiis *Zurich* appellatur, & quam *Tigurum* recentiores vocare consueverunt. Ibi non semel versatum Heinricum inter Imperatores Secundum tradit Hermannus Contractus, ejus Continuator, Annales Hildesheimenses, aliique Historici. At quoto revera Anno Comitia Regni ibi fuerint habita, neminem scribentem invêni.

(8) Cod. Esten. *multorum nostrorum Fidelium*. Infra editio Boherian. *probatam sancimus*. Infra Cod. Esten. *Quicumque veneficio, seu quolibet modo furtivæ mortis, aliquem peremerit, aut inde consentiens fuerit* &c. Ut enim supra vidimus, nondum ex Langobardicis Legibus indicta fuerat homicidis pœna capitalis.

Digitized by Google

rerum mobilium, & immobilium facultatem amittat. Ita tamen, ut pretium X. Librarum auri pro legitimo guidrigild propinquis parentibus peremti præmium (9) detur; reliqua rursus medietas ejus propinquis veniat, altera medietas ad Fiscum accedat. Si quis verò prædicti criminis aut de facto, aut de consensu accusatus negare voluerit, aut per duellum, si liber est, si verò servus, per judicium, defendat se, aut similem sententiam incurrat. Ad hoc autem volumus, nostraque Imperiali auctoritate sancimus, ut quicumque hominibus prædicti reatus noxiis refugium, aut subsidium aliquod præbuerit, omnis possessio ejus in Publicum perveniat; ipse verò in nostram, omniumque nostrorum indignationem incurrat. *I.* 10. 17.

III.

Henricus Divina pietate Secundus Romanorum Imperator Augustus omnibus (10) hominibus; Quoniam nobis Divinæ pietatis providentia Imperialis officii curam commissam credimus; Nos quoque erga ea, quæ ad Christianas Religiones pertinent, & ad cultum, justitiæ jugiter solicitare (11) debemus. Quapropter cùm in Regni universali conventu nostrorum fidelium (12) Principum Italicorum sederemus, orta quæstio est, ne de illicitis conjugiis consilio nostrorum Principum, Archiepiscoporum, Marchionum, Comitum, ac judicio Judicum, seu consensu omnium judicantium hujusmodi sententiam diffinivimus. Omnia scilicet, quæ Sancti Canones, & Sacræ Leges nostrorum Prædecessorum instituerunt, summa auctoritate confirmamus. Et insuper in nostro Imperiali Jure addimus, ut quicumque seu in legitima ætate, sive infra legitimam ætatem uxorem duxerit, vel desponsaverit, si morte præventus fuerit, nulli propinquorum suorum liceat viduam vel desponsatam illius uxorem ducere. Quòd si quis hoc fecerit, tam mulier, quàm vir ex hac Lege exhereditati sint, omniumque bonorum eorum amittant facultatem, & medietas propinquis parentibus, & altera medietas ad Fiscum deveniat. Et quicumque ex hujusmodi conjugio natus fuerit, ipse quoque, sicut parentes sui, ex hac Lege exheredatus sit. *II.* 8. 16.

(9) Cod. Esten. *primum inde detur; reliqui rursus medietas eisdem propinquis.* In fine: *Ipse verò nostram, omniumque nostrorum indignationem incurrat, nisi se defenderit, ut diximus.*

(10) Cod. Esten. habet tantummodo *omnibus*. Fortassis addendum *Langobardis*, ut supra.

(11) In Cod. Esten. rectiùs: *solicitari debemus. Quapropter cum Turegi in universali* &c. Veri videtur simile, hanc etiam Legem, uti in eodem loco, ac superior, ita eodem etiam Anno ac tempore editam fuisse ab Heinrico Secundo.

(12) Cod. Esten. *fidelium Italicorum*. Infra *orta quæstione de illicitis*. Infra *Archiepiscoporum, Episcoporum, Marchionum* &c. Et infra *Canones, vel sacræ Leges nostrorum Predecessorum inde statuunt, summa* &c. Infra *omniumque bonorum eorum medietas ad Fiscum deveniat; altera verò medietas propinquis parentibus legitimis hereditario jure deveniat.*

Digitized by Google

LOTHARII II. AUGUSTI LEX.

LOTHARIUS II. IMPERATOR.

LOtharius (1) Divina favente clementia II. Imperator Romanorum, pius, felix, inclytus, ac triumphator ſemper Auguſtus univerſo Populo. Imperialis benevolentiæ proprium eſſe judicamus, commoda ſubjectorum inveſtigare, & eorum calamitatibus diligenti cura mederi; ſimiliter Reipublicæ bonum ſtatum, ac dignitatem Imperii omnibus privatis commodis præponere. Quocirca omnium fidelium noſtrorum tam futurorum, quàm præſentium noverit univerſitas, qualiter dum apud (2) Ronchalias ſecundùm antiquorum Imperatorum conſuetudinem pro juſtitia, ac pace Regni componenda conſideremus: omnia, quæ ad honorem Imperii Romani ſpectare videntur, ſolicitè indagantes, pernicioſiſſimam peſtem, & Reipublicæ non mediocre detrimentum inferentem, reſecare propoſuimus. Permultas enim interpellationes ad nos factas comperimus, Milites ſua beneficia paſſim diſtrahere; ac ita omnibus exhauſtis ſuorum Seniorum ſervitia ſubterfugere: per quod vires Imperii maximè attenuatas cognovimus, dum Proceres noſtri Milites ſuos omnibus beneficiis ſuis exutos ad feliciſſimi noſtri nominis expeditionem nullo modo tranſducere valeant. Hortatu itaque & conſilio Archiepiſcoporum, Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, ceterorumque Nobilium, ſimiliter etiam Judicum, hac Edictali Lege in omne ævum Deo propitio valitura decernimus: Nemini licere beneficia, quæ à ſuis Senioribus habent, ſinè ipſorum permiſſione diſtrahere, vel aliquod commercium adversùs tenorem noſtræ Conſtitutionis excogitare, per quod Imperii, vel Dominorum minuatur utilitas. Si quis verò contra hæc noſtræ Legis ſaluberrimæ præcepta ad hujuſmodi illicitum commercium acceſſerit, vel aliquid in fraudem hujus Legis machinari tentaverit, pretio ac beneficio ſe carituruм agnoſcat. Notarium verò, qui ſuper hoc tali contractu libellum, vel aliud inſtrumentum conſcripſerit, poſt amiſſionem officii, ipſum infamiæ periculum ſuſtinere ſancimus. Datum VII. die menſis Novembris Indict. XV. Anno (3) MCXXXVI.

NOTÆ AD LEGEM LOTHARII SECUNDI IMPERATORIS.

(1) Legem hanc minimè exhibet Codex Eſtenſis. Atque inde intelligas Legum Langobardicarum collectionem illic deſcriptam præcedere Lotharii II. Auguſti tempora. Verùm quia habetur eadem Lex in editionibus Boherii & Goldaſti, propterea retinendam duxi. Eam quoque habes editam Lib. II. Tit. LII. Leg. I. Feudorum. Ego deſcriptam do ex editione Dionyſii Gothofredi, quippe reliquæ mendis ſcatent.

(2) Comitia hæc univerſi Regni apud *Ronchalias* celebrem Placentini agri locum, memorat Landulphus à S. Paulo in Hiſtor. Mediolan. & accuratiſſimus Sigonius Lib. XI. Regn. Italiæ. Habita autem fuere Anno Chriſti 1136. tum Hiſtoria teſte, tum ipſius Chronologicis notis Edicti infra legendis, quæ in reliquis editionibus malè ſe habent.

(3) In editionibus Boheriana & Goldaſtina deſideratur Annus. Non diſſimulabo, Sicardum Cremonenſem Epiſcopum, qui ſub finem ejuſdem Seculi floruit, & Chronicon reliquit (in hoc codem Opere mihi edendum) ita ſcribere: *Anno Domini MCXXXV. idem victorioſus Imperator* (ſcilicet Lotharius III. inter Auguſtos II.) *Baſſianum ceteraſque terras circum depopulatus invaſit, & Legem de Feudis edidit edictalem*. Petrus quoque Diaconus Lib. IV. Chron. Caſin. in hanc Chronologiam convenire videtur. Nihil tamen immutare audeo. *Indictio XV.* quam editi omnes Libri habent, ad Annum tantummodo MCXXXVI. & ad Novembrem ejus Anni referri poteſt. Præterea Pagius alia congerit, quibus nonnulla addere mihi quoque liceret, ita ut non alio Anno quam 1136. cenſenda ſit promulgata Lex iſta.

FINIS.

FRAG-

Digitized by Google

FRAGMENTUM
LANGOBARDICÆ HISTORIÆ
PAULO DIACONO
ATTRIBUTUM
JAMPRIDEM EDITUM
A MARQUARDO FREHERO
IN CORPORE FRANCICÆ HISTORIÆ.

Digitized by Google

LUDOVICI ANTONII MURATORII

MONITUM.

IN Præfatione ad Langobardicam Pauli Diaconi Hiſtoriam, quæ in præcedenti Tomo I. habetur, monueram, attexendum illi fore fragmentum, quod jam pridem Marquardus Freherus ediderat in Corpore Francicæ Hiſtoriæ pag. 178. veluti Appendicem ad Opuſculum ejuſdem Pauli de Epiſcopis Metenſibus. Sed hærente tunc quorumdam opinione, num genuinus cùm incerto textus eſſet conjungendus, ſicuti in memorata Præfatione num Paulo Warnefridi tribuendum ſit hoc fragmentum, an alteri recentiori breviter diſputaveram, minimè liberata eſt fides mea, neque ibi recuſum eſt fragmentum illud. Quare meum puto, quamquam, non prorſus extra chorum huc eamdem laciniam inferre, ne Eruditorum oculis gemmam quamdam videar ſubduxiſſe.

Digitized by Google

FRAGMENTUM
LANGOBARDICÆ HISTORIÆ
PAULO DIACONO
ATTRIBUTUM.

CUſtodiens. (1) Igitur Hildeprandus, quem præfatus Rex conſortem regni fecerat, hunc ipſi, qui ei ſub jurejurando fidem dederant, à regno pellentes, Ratchiſum, qui Dux fuerat, ſibi Langobardi elegerunt in Regem. Hic igitur in proceſſu temporis cùm per plura Romanorum oppida devaſtando decurreret, Peruſinam Civitatem circumdans fortiter expugnabat: atque ſanctiſſimus Zacharias Papa ſpe divina fretus ad eamdem Civitatem perrexit, impenſiſque eidem Regi plurimis muneribus, opitulante Domino, ab oppreſſione ipſius Civitatis eum amovit. Quem & ſalutiferè prædicans Deo auctore valuit animum ejus ſpiritali ſtudio inclinare. (2) Poſt aliquantos verò dies iſdem Ratchis Rex relinquens regalem dignitatem devotè cum uxore & filiis ad beati Petri Principis Apoſtolorum limina vênit, acceptaque à præfato ſanctiſſimo Papa oratione, clericuſque effectus, cum uxore & filiis monachico indutus eſt habitu.

Poſt hunc verò (*Ratchiſum Regem*) Longobardi germanum ejus Aiſtulfum ad Regni gubernacula levaverunt. Is dum quaſdam civitates ad jura Beati Petri pertinentes, quas ipſe invaſerat, reddere noluiſſet, ad hunc Stephanus Papa, unà cum Imperialibus & Francorum Miſſis, Papiam per ſe veniens, nullis ab eo precibus, ut juri Romanæ Eccleſiæ rederentur, valuit obtinere. Hinc cùm ad Gallias perveniſſet, à Pippino Francorum Rege, & ejus Filiis Carlo, & Carlomanno, utpote Vicarius Beati Petri Apoſtoli, honorificè eſt ſuſceptus. Qui præfatus Rex iterum ad eundem Aiſtulfum ſuos Miſſos dirigens, qui & ipſi nihil impetrantes ad ſuum dominum ſunt reverſi: ac per hoc cum validiſſima Francorum manu ad Italiam ſuper eum veniens, in Papia per aliquot dies clauſum obſedit. Et tunc quod ſponte reddere noluit invitus dimiſit. Pippinus verò ad Gallias eſt reverſus: & Aiſtulfus poſt aliquot annorum curricula, dum in quodam loco venandi (3) operam daret, divino ictu percuſſus interiit.

Tunc Deſiderius quidam Dux Langobardorum qui ab eodem Aiſtulfo Tuſciæ in partes erat directus, audiens præfatum obiiſſe Aiſtulfum, illico aggregans ipſius Tuſciæ univerſam exercitus multitudinem, Regni Langobardorum arripere niſus eſt faſtigium. Hujus perſonam deſpectui habens Ratchis dudum Rex, & poſtmodum Monachus, germanus præfati Aiſtulfi, ſed & alii plures Langobardorum Optimates, eundem Deſiderium ſpernentes, plura trans-Alpium vel cætera Langobardorum exercituum multitudinem congregantes, ad dimicandum contra eum profecti ſunt. Interea dum univerſorum conſenſu Deſiderii Regnum firmatum eſt, Ratchis Palatium gubernabat. Tunc ſuffragante Papa Stephano ita Omnipotens Deus diſpoſuit, ut ſinè ulla animarum periclitatione antefatus Deſiderius per jamdicti coangelici juſſum (4) eandem, quam ambiebat, regalem adſumeret dignitatem.

Hic verò confirmato Regno, cùm jam per annos plures regnaſſet, imitator factus Aiſtulfi, abſtulit civitatem Faventinam, & Ducatum Ferrariæ, ſeu Comachium, (5) de Exarchatu Ravennate. Ad quem Adrianus Papa ſæpiùs ſuos Miſſos direxit, & obſecratorias literas miſit, deprecans eum ut à tantis malis reſipiſceret, & eas, quas abſtulerat, ad Sedem Apoſtolicam redderet civitates. Sed nequaquam ejus cor lapideum potuit emolliri. Et dum in magna anguſtia ac tribulatione conſiſteret, neceſſitate compulſus direxit ſuos Miſſos marino itinere, cum Apoſtolicis literis, ad Carolum Regem Francorum, deprecans ejus Excellentiam, ut ſicut genitor ejus, ita & ipſe Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubveniret. Quò confeſtim idem mitiſſimus Carolus Francorum Rex direxit eidem Deſiderio ſuos Miſſos, deprecans, ut eaſdem Beato Petro Apoſtolo, quas abſtulerat, pacificè redderet civitates, promittens inſuper ei dare quatuordecim millia ſolidorum. Sed neque deprecationibus, neque muneribus ejus ferociſſimum cor flectere valuit. Sed magis cum omni apparatu Langobardorum ad reſiſtendum ei armatus occurrit. At verò Carolus Alpes tranſiens, cùm Italiam ingredi cœpiſſet, Langobardi cum Rege ſuo dimiſſis propriis tentoriis, fugam omnes generaliter, nemine eos perſequente, arripiunt. Ipſe verò Deſiderius velociori curſu fugiens, Papiam ſe muniens clauſit. Quem Carolus perſecutus, eandem civitatem ex omni parte circumdans vallavit, poſitiſque cuſtodibus, ad perſequendum Adelciſum Deſiderii filium Veronam vênit. Qui tanti Regis adventum metuens, poſt aliquos dies clam fugiens, in portu Piſano navale iter arripiens, Conſtantinopolim non reverſurus migravit. Carolus igitur Papiam reverſus, cùm jam per ſex menſium ſpatia ibidem moraretur, relicta ibi exercitus multitudine, ipſe magnum habens deſiderium orationis, voto Romam ad limina Beati Petri Apoſtoli devotiſſimus vênit. Reverſuſque Papiam, ipſamque obſidens, fortiterque debellans, eandem civitatem, ſimulque & Deſiderium Langobardorum Regem, atque cunctos qui cum eo erant, comprehendit, ſuæque poteſtati ſubjugavit, dominans Italiam, anno Dominicæ Incarnat. DCCLXXIII. Præfatum verò Deſiderium & ejus conjugem ad

(1) Heic deſinunt editiones vulgares, & plerique etiam MS. Codd.
(2) humiliare.
(3) venatui.
(4) conſenſum.
(5) Comarchiam.

Digitized by Google

ad Franciam misit. Finitumque est Regnum Langobardorum, quod mansit per annos CCVI. postquàm ipsi Italiam intraverunt.

Huc usque Paulus Diaconus filum Historiæ suæ deduxit. Quæ sequuntur incogniti Continuatoris in vetustissimo ejusdem Historiæ Codice reperta sunt, & à Marq. Frehero edita.

Anno DCCLXXVI. Rotchaus Dux Forojulienſis rebellis occiditur.

Anno DCCLXXXI. Carolus Rex Romam veniens, ibique baptizatus est filius ejus, qui vocabatur Carlomannus. Quem Adrianus Papa mutato nomine vocavit Pippinum, & unxit Regem super Italiam, fratremque ejus Lodovicum super Aquitaniam.

Anno DCCLXXXVI. Hoc anno multa signa apparuisse dicitur. Signum etiam Crucis in vestimentis hominum apparuit, & sanguinem è terra, atque de Cœlo profluere, multorum affirmatione innotuit.

Anno DCCLXXXVII. Carolus Rex Romam veniens, in terram Beneventi profectus est, & Monasterium Sancti Benedicti adiit.

Anno DCCLXXXVIII. Idem Rex Tassilonem Bajoariæ Ducem de Principatu ejecit.

Anno DCCXCIV. In Galliis in loco, qui Franconofurth dicitur, adversùs Elisandum Hispaniarum Toletanæ Sedis Episcopum, & Felicem ejus socium, magna Synodus congregata est. Hi asserebant Dei filium adoptivum, non proprium esse, quam hæresim viri Sanctissimi Paulinus Aquilegiensis Patriarcha, & Petrus Mediolanensis Archiepiscopus, seu Alchuinus insulæ Britanniæ Archidiaconus, cum cæteris Episcopis, divinarum Scripturarum adsertionibus destruentes, proprium eum & non adoptivum dici sanxerunt. Contra quam hæresim Leo tertius Papa congregata Romæ Synodo, multis eam Evangeliorum, & Sanctorum Patrum testimoniis in perpetuum damnavit. Nam & Paulinus vir miræ scientiæ Patriarcha adversùs hanc nefandissimam hæresim tres Libros luculento sermone composuit.

Anno DCCXCVI. Hunnorum gens, quæ erat ultra Danubium, per Pippinum Caroli Regis filium Francorum potestati subjecta deleta est.

Anno DCCXCIX. Leo Apostolicus cùm more solito in Letania, quæ major appellatur, procederet, Paschalis Primicerius cum Campolo Saccelario, & aliis Romanis, ferino more eum comprehendentes in terram projecerunt, expolianteſque eum crudeliter ejus oculos evellere, & ipsum penitùs cœcare conati sunt. Nam & lingua ejus præcisa, & ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cœcum eum, & mutum in media platea dimiserunt. Qui postea cùm ab ipsis carnificibus in Monasterium Sancti Erasmi in custodiam mitteretur, à fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ noctu per murum civitatis dimissus est. Et ad Legatos Caroli Magni Regis, qui tunc apud Ecclesiam Beati Petri Apostoli erant, Wirundum scilicet Abbatem, & Winigisum Spoletinum Ducem, veniens primò Spoletium, deinde ad Franciam est deductus, atque à præfato Rege venerabiliter susceptus, & honorificè Romam remissus est.

Anno DCCC. Carolus sæpè nominatus Rex Romam veniens, & Leo Apostolicus in Ecclesia Beati Petri Apostoli coram omnibus amplectens Sancta Christi quatuor Evangelia, ascendens in ambonem, contra nefanda crimina, quæ ei à Romanis objecta fuerant, sub jurejurando clara voce dixit: *Quia de falsis criminibus istis, quibus super me imposuerunt Romani, scientiam non habeo, nec talia egisse me cognosco.*

Anno DCCCI. Idem Carolus Rex cùm ipsa die Natalis ad Missam ante Confessionem Beati Petri Apostoli ab oratione surgeret, Leo Papa coronam capiti ejus imposuit, & à cuncto Romano populo acclamatum est: *Karolo Augusto, à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita & victoria.*

Anno DCCCXIV. Carolus Imperator moritur V. Kal. Feb. eodemque anno Lodowicus filius ejus in ejus loco Augustus est appellatus.

Anno DCCCXVIII. Lodowicus Augustus Lotharium filium suum consortem Regni fecit. Bernardus verò Rex Regis Pippini filius rebellis effectus, captus, ad Franciam ductus moritur.

Anno DCCCXXIII. Lotharius Imperator primò ad Italiam vênit, & diem Sanctum Paschæ Romæ fecit. Paschalis quoque Apostolicus potestatem, quam prisci Imperatores habuerunt, ei super populum Romanum concessit.

Anno DCCCXXV. Lotharius Imperator iterum ad Italiam veniens, Missam Sancti Martini Romæ celebravit. Et hoc est juramentum, quod Romano Clero, & populo ipse & Eugenius Papa facere imperavit. *Promitto ego ille per Deum Omnipotentem, & per ista sacra quatuor Evangelia, & per hanc Crucem Domini nostri Jesu Christi, & per corpus Beatissimi Petri Principis Apostolorum, quòd ab hac die in futurum fidelis ero dominis nostris Imperatoribus Hludovico & Hlothario, diebus vitæ meæ, juxta vires, & intellectum meum, sinè fraude, atque malo ingenio, salva fide, quam repromisi Domino Apostolico: & quòd non consentiam ut aliter in hac Sede Romana fiat electio Pontificis, nisi canonicè & justè, secundùm vires & intellectum meum: & ille, qui electus fuerit, me consentiente consecratus Pontifex non fiat, priusquàm tale sacramentum faciat in præsentia Missi domini Imperatoris & populi, cum juramento, quale dominus Eugenius Papa sponte pro conservatione omnium factum habet per scriptum.*

OPU-

Digitized by Google

OPUSCULUM

DE FUNDATIONE CELEBERRIMI MONASTERII NONANTULANI

IN AGRO MUTINENSI

SUB NOVISSIMIS REGIBUS LANGOBARDIS,

AUCTORE

MONACHO NONANTULANO

Proximæ (ut videtur) ætatis,

UNA CUM NOTIS CLARISSIMI VIRI

JOHANNIS MABILLONII

EX ACTIS SANCTORUM ORDINIS SANCTI BENEDICTI SECULO QUARTO.

Digitized by Google

LUDOVICI ANTONII MURATORII

MONITUM.

AD *Hiſtoriam quoque Langobardicam pertinet* Fundatio celeberrimi Monaſterii Nonantulani *in agro Mutinenſi circiter Annum Chriſtianæ Epochæ DCCLII. facta ab Anſelmo viro ſpectatæ Sanctitatis, quem etiam tradunt antea Ducem Forojulienſem fuiſſe. Olim locus tum Monachorum, tum Eccleſiarum ſubjectarum, redituumque copiâ, cum præclariſſimis in Italia ſitis certabat. Ditionem quoque temporalem Abbates in aliquot Oppida & pagos exercuere, qua cura nonnullis ab hinc Seculis Reſpublica Mutinenſis eos liberavit. Attamen nunc etiam peculiari ac ampla Diœceſi fruuntur, & Epiſcopalia jura in Eccleſias ſuas exercent, à Mutinenſis Epiſcopi Diœceſi jamdiu avulſas, atque ab unius Apoſtolicæ Sedis imperio pendent.*

Digitized by Google

JOANNIS MABILLONII
OBSERVATIONES PRÆVIÆ.

ANſelmus, Erkemperto Arſenius, Dux primùm Forojulienſis, tum Monachus ac Monaſteriorum conditor, ac demum Abbas Nonantulæ primus, tantæ fuit modeſtiæ ut facta ſua perpetuo contegi ſilentio præceperit. Id quippe de eo teſtatur auctor ſequens num. 7. *Fecit quidem mira Dominus multa per eum ejus in vita : Sed eo interminante ſtili officio commendata non ſunt.* Vitam ſubjectam Bollandiani Socii, qui ejus fragmenta quædam ediderunt in Martii Tom. I. exiſtimarunt *aliquot poſt obitum Sancti Anſelmi Sæculis exaratam, & nonnullis mendis inſperſam fuiſſe, potiſſimùm in iis quæ ſpectant ad translationem Corporis Sancti Silveſtri Papæ, quaſi illud donaſſet Hadrianus I. Papa Regi Longobardorum Aiſtulfo, qui interim mortuus eſt, Anno DCCLVI. ideſt, annis ſedecim, antequam crearetur Pontifex Hadrianus.* Verùm hæc, aliaque errata non ſunt noſtri Auctoris, ſed amanuenſis Scriptoris, qui fragmenta prædicta Bollandianis ſuppeditavit, ut patet ex ſequenti editione, quæ ex Ughelli Tomo II. Italiæ Sacræ deſumta eſt. Auxilio tamen mihi fuerunt fragmenta Bollandiana ad corrigendas mendas quaſdam editionis Ughellianæ. Ad hujus Vitæ conditorem quod attinet, eum paulò poſt Anſelmum vixiſſe exiſtimo, tum quia eam ætatem ſapit ſtilus orationis, tum quia is qui ſeriem Abbatum Nonantulenſium Anno MXXXVII. ordinare deſiit Monachus anonymus, libellum hunc de geſtis Sancti Anſelmi laudat, ut poſtea videbimus in Appendice hujus Vitæ.

Anſelmi memoriam ſacris faſtis inſcriptam recolunt Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Dorganius, & Wion in Martyrologiis, eumdemque Sanctum pluribus commendant Baronius ad Annum DCCLII. Carolus Sigonius in Libro III. de Regno Italiæ, & Leander Albertus in deſcriptione regionis 14. Italiæ. Nonantulani verò ut Patronum colunt ritu ſollemni cum octava.

Plura Monaſteria condidit Anſelmus. Primò *Fananum* Anno DCCL. in montano loco à Mutina urbe viginti duobus millibus paſſuum in Meridiem. Tum *Nonantulanum* Anno DCCLII. milliario quinto à Mutina in Orientem trans Panarum, ſeu Scultennam fluvium. Dein *Vincentiæ*, quòd opidum eſt caput pagi Vincentini Patavino adjacens ad Occidentem, duplex oratorium pro Monachis conſtruxit, unum *Beatæ Mariæ*, alterum *Sancti Petri*. Denique aliud in loco *Suſonia* in honorem *Sanctæ Juſtinæ Martyris*. Monaſteriis Xenodochia ubique adjunxit. Leander Albertus hoc poſtremum Monaſterium idem eſſe putat cum celebri Abbatia Sanctæ Juſtinæ apud Patavinos, cujus Abbatiæ auctorem Anſelmum laudat in deſcriptione Romaniolæ. Verùm alios hujus Monaſterii auctores fuiſſe lego, tum apud Bernardinum Scardeonium in libris de antiquitate urbis Patavii, tum apud Ughellum in Italiæ Sacræ Tomo V., ubi Opilio, vir conſularis, templum Sanctæ Juſtinæ primus erexiſſe procedente Seculo V. & Roſius Patavinus Epiſcopus, natione Gallus, Anno DCCCLXX. templo Cœnobium Monachorum ſub Chriſtiano Abbate adjunxiſſe perhibentur.

Poſtquam Fananum aliquamdiu incoluit Anſelmus, in conditum ab ſe Nonantulanum Cœnobium ſe recepit, Abbas factus in annos quinquaginta. Ex quibus per annos ſeptem juſſu Deſiderii Langobardorum Regis Caſinum exulaſſe dicitur in libello de ſerie Abbatum Nonantulenſium, & *Valentinus* Presbyter per id tempus ipſius loco Monaſterium rexiſſe. De hujus Monaſterii origine agens Erkempertus in fuſiore hiſtoria, Aiſtulfum ejus conditorem ſcribit is verbis : *Aiſtulfus regnavit annis ſeptem, menſes quinque. Fuit audax & ferox : & ablata multa Sanctorum Corpora ex Romanis finibus in Papiam detulit, conſtruxitque eorum oracula. Ibi & Monaſterium virginum, & ſuas filias dedicavit. Idemque fuit Monaſterium in finibus Æmiliæ, loco qui nuncupatur Nonantula. Pro ejus cognato Abbate Arſenio virorum Cœnobium fundatum eſt. Necnon & ipſe per certas (*) provincias Sacris Monachorum Cœnobiis multa eſt dona largitus. Sed & valde dilexit Monachos, & in eorum mortuus eſt manibus.* Ex hoc loco intelligimus, Aiſtulfum Nonantulani Cœnobii auctorem dici, quòd ſcilicet fundum conſtruendo Monaſterio dederit Anſelmo. Tum Anſelmum appellatum aliquando Arſenium, ſi non eſt hæc librarii menda, denique ipſum dici Aiſtulfi cognatum, quo nomine etiam afficitur in ſequentis Vitæ num. 7., ubi etiam Forojulii Monarchiam, ideſt Ducatum rexiſſe perhibetur. Forſan cognati vocabulum ſumitur hoc loco pro affini. Aiſtulfus verò Anſelmi Sororem nomine Giſeltrudam in Matrimonium duxerat.

De Forojulii Ducibus *Pemmone*, & *Ratchiſo* agit Paulus Warnefridi in lib. 5. de geſtis Langobardorum capp. 51., & 52., ait quippe Pemmonem, propterea quòd Calliſtum Patriarcham in vincula conjecerat, à Liutprando Rege depoſitum, & Ratchiſum Pemmonis filium in patris locum ſubrogatum fuiſſe, obtentâ veniâ pro Pemmone, & ejus duobus filiis *Ratchait*, & *Ahiſtulfo*. Liutprando mortuo, *Ratchiſum Ducem Langobarbi elegerunt in Regem*, ut legitur in Pauli ſupplemento apud Pithœum. Quod factum Anno DCCXLV. conſentiunt recentiores, Blondus, Carolus Sigonius, & alii Ratchiſo in Ducatum ſucceſſiſſe Anſelmum veriſimile eſt, qui poſtea exemplo Ratchiſi à Zacharia Summo Pontifice in Monachum attonſi, & ipſe nuntium ſæculo remiſit, ac Romæ ab Stephano Papa tonſuram, veſteſque Monaſticas accepit Anno DCCLII. cùm antea per annos duos condendis Monaſteriis dediſſet operam, ſuffecto in ſui locum *Irprando* Duce.

(*) *fortè* cæteras.

Digitized by Google

Digitized by Google

OPUSCULUM
DE FUNDATIONE
CELEBERRIMI MONASTERII
NONANTULANI
IN AGRO MUTINENSI
SUB NOVISSIMIS REGIBUS LANGOBARDIS.

PROLOGUS.

QUia benignum & glorioſum videtur eſſe, ut bonorum hominum vita atque benefacta Dei fidelibus in memoria veniant, dignum duximus ut eis innoteſcat, qualiter, & in quibus temporibus, & à quibus religioſiſſimis viris Monaſterium Sancti Silveſtri in loco Nonantula vocato ſitum, & ſtructum atque ædificatum fuit; etiam à quo ſanctiſſimo & beatiſſimo viro religioſiſſimè & regulariter rectum primo in tempore ſit.

CAP. I.

S. Anſelmus condit Monaſterium Fanani anno 750.

IGitur anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo quadrageſimo nono, centeſimo verò octogeſimo ingreſſionis Longobardorum in Italiam, vir glorioſiſſimus AISTULPHUS (*Ratchis*) germano ſuo, devicta Pentapoli, ſuaſu Domni Zachariæ Papæ facto Romæ Clerico (a) ſceptrum Langobardorum ſtrenuè regens, cui GISELTRUDA excellentiſſima Regina, ANSELMI præclari viri, Abbatis, olim Ducis ſoror digniſſima, in conjugio hærebat: cujus interventu idem Aiſtulfus Rex in primo anno regni ſui per ſuum præceptum conceſſit venerabili viro Anſelmo locum qui nuncupatur Fainanus (*), in quo idem vir Dei Anſelmus Monaſterium ad honorem Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti conſtruxit, & Monachos ibidem regulares conſtituit, atque hoſpitium ad ſuſcipiendos hoſpites & peregrinos magno cum ſtudio illic ædificavit: de quibus illi die noctuque cura maxima & ſollicitudo fuit, ut nullus inde ſinè refectionis miſericordia abire poſſet.

CAP. II.

Anno 752. condit Monaſterium Nonantulanum Beatæ Mariæ, & Sancto Benedicto dicatum.

TErtio autem anno regni ſui prædictus Rex eidem Anſelmo eximio Abbati in finibus Æmiliæ locum Nonatulæ dono dedit, quem adjuvante ſuperna pietate idem venerabilis Anſelmus, ſuique Monachi propriis manibus laborantes, de ſentibus, & de deſerto ad perfectionis culmen perduxerunt: in quo fundamentum templi & Monaſterii clauſtra cum cæteris ædificiis fundare ſtuduit. In quarto autem anno regni ejuſdem, hujus templi conſecratio facta eſt per Domnum Geminianum Sanctæ Regienſis Eccleſiæ Epiſcopum, ad honorem Sanctæ Dei genitricis *Mariæ* & Beati *Benedicti* Abbatis, per juſſionem Domni Stephani Summi Pontificis Romanæ Eccleſiæ & univerſalis Papæ. In ipſo autem anno per deprecationem prædicti Regis, & ipſius Anſelmi Abbatis, ac totius congregationis, advênit Domnus Sergius Archiepiſcopus Ravennenſis Eccleſiæ, & conſecravit templum & altare ad nomen & honorem Sanctorum omnium Apoſtolorum per juſſionem prædicti Domni Stephani Papæ: & ibi cum Fratribus in Dei laudibus & in divinis colloquiis gratulatus per triduum manſit: atque completis pro quibus venerat, gaudens ad propriam reverſus eſt Sedem.

CAP. III.

Cum Aiſtulpho Romam petit, & S. Silveſtri reliquias obtinet.

PRæfatus verò venerabilis Pater Anſelmus regali ortus proſapia, meritiſque clarus, eumdem Aiſtulfum adiit Regem, per ſororem ſcilicet ſuam Giſeltrudam, quæ regio hærebat thalamo. Hujus namque imperatu tria non modica intra collationem paullo ante idem vir conſtruxerat Cœnobia, Fratrumque decorarat agminibus, in quorum maximo, quod Nonantulæ vocitatur, Monachorumque præpollet phalangiis, cùm ſanctiſſimos vellet artus adquirere Silveſtri, in Dominicæ Incarnationis anno DCCLIII. ſupradictum petiit Regem ſuppliciter rogans, ut causà orationis, maximèque hujus negotii, unà ſecum Romam veniret. Rex annuit, & Abbas Fratribus ſtipatus Romam advênit ad virum per omnia Beatiſſimum Stephanum, qui tunc Romanam & apoſtolicam gubernabat Eccleſiam: à quo benignè ſuſcepti ſunt, & eos theſauro, quem petiere, in hunc tenorem, ſicuti hîc legitur, ditavit.

Stephanus ſervus ſervorum Dei, omnibus venerabilibus Fratribus & Coëpiſcopis, cunctiſ-

(a) *Ideſt* Monacho. Qua de re legendi vulgatus Anaſtaſius in Zacharia, & Leo Marſicanus in Chronici Caſin. Lib. I. Cap. VIII.

(*) Alias *Fananus*.

Digitized by Google

Etiſque religioſis Chriſtianis Deo deſervientibus Regno Italico, & Patriarchatu Romano.

„ Reſidentibus nobiſcum plurimis Epiſcopis ad Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum Principum limina, Synodale commanente Concilio, vênit *Flavius Aiſtulfus*, vir Excellentiſſimus, Rex Italici Regni, ad prædictorum Apoſtolorum veſtigia inter cætera, quæ contulit, dona Beati Petri Apoſtoli Eccleſiæ, obtulit præceptum unum, in quo continebatur, quòd ob reverentiam Domini Salvatoris, atque Beatæ ſemper Virginis Mariæ, omniumque Sanctorum Apoſtolorum, conſtruxiſſet Monaſterium in territorio Mutinenſi, loco nuncupato Nonantula, ipſumque præceptum conceſſiſſet viro venerabili nomine *Anſelmo* Abbati: & eumdem virum Anſelmum cùm ſecum haberet, obtulit illum pariter & præceptum ſupra ſacratiſſimum corpus Sancti Petri Apoſtoli, ſicque dotavit prædictum Monaſterium Sanctæ Sedis Romanæ, quam Deo auctore regere cernimur. Petiit præfatus Rex noſtram munificentiam, ut corpus Sanctiſſimi Papæ Silveſtri cum aliis Sanctorum pignoribus eidem Anſelmo Abbati ad prædictum venerabile Monaſterium deferre concederemus, & per benedictionem protinus noſtris manibus conſecraremus ipſum Abbatem, & cuculâ induere-mus ſecundùm Regulam *Sancti Benedicti*; ejus manibus traderemus ſimul & baculum paſtoralem, & pedales (b) ſecundùm ordinem: cujus ſanctiſſimam petitionem hilari vultu, quam petebat conceſſimus. Et quoniam nobiſcum aderat Sanctiſſimus Confrater noſter *Sergius*, Sanctæ Ravennatenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus, commendavimus ipſum venerabilem Abbatem, & ejus Monaſterium ſub ſuo regimine noſtra vice gubernandum omni tempore, tantùm ſi ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus: & ſi ei, vel ſuis ſucceſſoribus aliqua adverſa contigiſſent à quocumque Præſule, maximè ab Epiſcopo Mutinenſis Eccleſiæ, in cujus Parochia conſtat eſſe conſtructum, ſub Sancta Ravennatenſi Eccleſia haberet refugium propter terrarum longitudinem, qua diſtat à Sede. Præcepimus ei etiam ut prædictum ſanctum corpus (c) Sancti Silveſtri, & alias Sanctorum reliquias per ſe ipſum ad jam dictum Cœnobium deferat & recondat, altariaque ſimul & Eccleſiam noſtra Apoſtolica auctoritate conſecraret. Robur etiam noſtræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ eidem Sancto Loco per Apoſtolicum privilegium contulimus, veluti Sanctiſſimus Papa Gregorius plurimis Eccleſiis protulit, & juſſimus huic opuſculo ſubterſcribi.

Stephanus ſervus ſervorum Dei, S. R. E. Apoſtolicus, Anſelmo religioſo Abbati venerabilis Monaſterii Sancti Silveſtri ſiti Nonantula territorio Mutinenſe, & per te in eodem venerabili Monaſterio in perpetuum.

„ Quæcumque ad laudem Redemtoris Domini noſtri Dei, & Salvatoris pertinere noſcuntur, & ad ſtabilitatem venerabilium locorum reſpiciunt, cum magno ſolicitudinis ſtudio nos convenit Apoſtolica, & rationali cenſura procurare; quatenus ex hoc juges eidem propitiatori noſtro Domino Deo efficaciùs perſolvi poſſint cardinum laudes, & nobis qui, licèt immeriti, Divina tamen gratia proveniente, paſtoralis regiminis curam gerimus, optima in ſidereis arcibus remunerationis præmia adſcribantur. Igitur, quia conſtat religioſitatem tuam nobis detuliſſe præceptum D. piiſſimi Regis Aiſtulfi de præfato Monaſterio, & omnibus ei pertinentibus locis, ac poſſeſſionibus, atque petiiſtis, ut per noſtri Apoſtolici privilegii paginam reconfirmaremus. Unde nos precibus veſtris inclinati hac hora, præſenti XIV. Indictione, in perpetuum ſupradictum Monaſterium Succeſſorum tuorum Abbatum ditione, & poteſtate cum omnibus ſibi pertinentibus confirmantes, & irrefragabili jure decernimus permanenda, ideſt Monaſterium Sancti Silveſtri, quod & Nonantula, territorio Mutinenſe. Quapropter auctoritate Beati Petri Apoſtoli, cui à Domino Deo noſtro cœlorum regni claves traditæ ſunt, & poteſtas ligandi & ſolvendi cœlo terraque conceſſa eſt, promulgantes decernimus, & firma ſtabilitate cenſura ſtatuimus, ut ipſum venerabile Monaſterium cum omnibus locis, manſis, fundis & caſalibus, domibus, atque familiis, ſervis, originalibus, ſimulque rebus, & poſſeſſionibus, & frugibus, & decimationibus, necnon aquis, moli, olivetis, vel quidquid in quibuſcunque locis habere, vel tenere videtur; vel ſi quid in poteſtate legaliter donatum, vel largitum fuerit, aut quolibet modo juſtè evenerit, tenere & poſſidere ſinè qualibet controverſia perpetuis temporibus valeat, & nulli umquam liceat Regum, Epiſcoporum, Ducum, vel Actorum parvæ vel magnæ perſonæ in prædicto venerabili Monaſterio, vel in eis, quæ eidem pertinere noſcuntur, quocumque modo incumbere, aut invaſionem facere, nec quiſpiam Sacerdotum ibidem præſumat accedere, vel Miſſarum ſolemnia celebrare, & neque Epiſcopus, neque Abbas, vel Comes, aut quælibet magna, parvaque perſona in præfato Monaſterio, vel in ejus cellis aut Eccleſiis manſiones facere, aut expenſas expetere, aut aliquod per poteſtatem ſervitium, præter peregrinos, & hoſpites, & neque colloquium qualecumque, aut placitum in ipſo Monaſterio, aut in ejus prænominatis cellis tenere quis audeat, niſi ab Abbate fuerit invitatus: quatenus hoc, quod ad laudem Dei & ſtabilitatem prædicti Monaſterii ſtatuimus, firma ſtabilitate permaneat, interdicentes omnino Epiſcopo, in cujus Parochia eſſe videtur ſupradictum Monaſterium conſtitutum, ut nihil contra tenorem præſentis decreti pia poſtulatione indulti quidquam attentet, neque ullo modo ejus Baptiſmales Eccleſias ſibi vindicet, neque ipſe, ſuique ſucceſſores præſumant prohibita contingere, ſed neque Miſſarum ſolemnia ibidem perſolvere præſumat, niſi ab Abbate ſupraſcripti Monaſterii fuerit invitatus: neque ordinationem Sacerdotum

„ qui-

(b) Lege *Pedules*, quorum uſum ante mille annos Abbatibus conceſſum cum baculo fuiſſe docet nos Theodorus Cantuarienſis Archiep. in Collectione Canonum, ubi agit de Ordinatione Abbatis per Epiſcopum; qui *dat ei baculum, & pedules*. De his aliàs fuſiùs.

(c) Et tamen Corpus Sancti Silveſtri, forſan ejus partem, Romani contendunt apud ſe adſervari in Eccleſia Beatorum Silveſtri, & Martini de Montibus.

Digitized by Google

„ quilibet Episcoporum in præfato Monaste-
„ rio, vel ejus jure, aut suo Clero agere au-
„ deat, nisi, ut præfatum est, ab Abbate
„ fuerit invitatus: chrismaque, vel quidquid
„ ad sacra mysteria pertinet, si à parte Mo-
„ nasterii fuerit postulatum, à quibuscumque
„ prævoluerit Præsulibus concedimus tribuen-
„ dum. Sed neque decimas umquam dare
„ concedimus, nisi Ecclesiis supradicti vene-
„ rabilis Monasterii ad nostram Diœcesim
„ pertinentibus. Sed & hoc statuimus, & in-
„ violabili sanctione Apostolica auctoritate
„ firmamus, ut nullus aliquando in prædicto
„ Monasterio de aliis Monasteriis, seu qui-
„ buscumque Ecclesiis, atque locis Abbas esse
„ præsumat, neque à quacumque potestate
„ eis introducta: sed cùm divina vocatione
„ Abbas præfati Monasterii pertinxerit, &
„ resolutionis tempus advenerit, de propria
„ semper congregatione eligatur Abbas, qui
„ ab omnium Monachorum consensu in eis
„ constituatur ad augmentum & solertissimam
„ gubernationem eorum pro Dei amore mo-
„ rantium Monastico Ordine militantium;
„ nihilo minùs omnibus hujus nostri Pontifi-
„ cii interdictione inhibemus, aliquam scri-
„ pturam vel confirmationem de prædicti Mo-
„ nasterii rebus, vel de prænominata Abbatia
„ quoquo ingenio contra hoc nostrum præce-
„ ptum petere. Si qua verò scriptura, vel
„ petitio impetrata fuerit, vel in reliquo ap-
„ paruerit, has irritas esse, vacuasque omni
„ robore jubemus. Si quis præterea (quod
„ non credimus) præsumserit hoc nostrum
„ Apostolicum privilegii constitutum in ali-
„ quo transgredi aut contemnere, sciat se
„ auctoritate Beatorum Petri & Pauli Apostо-
„ lorum Principum, & CCCXVIII. Patrum
„ anathematis vinculis esse innodatum, &
„ cum diabolo, & ejus atrocissimis pompis,
„ atque cum Juda traditore Domini nostri Je-
„ su Christi æterni incendii supplicio concre-
„ mandum deputatum, & è regno Dei peni-
„ tùs segregatum. Porrò qui observator, &
„ custos extiterit, benedictionis gratiam à mi-
„ sericordissimo Domino Deo nostro, & vi-
„ tam perpetuam consequatur.

„ Scriptum per manum Sergii S. R. E. Scri-
„ niarii Indictione VI., mense Januario. Data
„ Idibus Januarii per manum Anastasii primi
„ Episcopi Diœcesanorum Sanctæ Sedis Apo-
„ stolicæ, anno Deo propitio Pontificatus
„ domni Stephani Summi Pontificis, & uni-
„ versalis Papæ in Sacratissima Sede Beati Pe-
„ tri Apostoli primo. (*) Bene valete.

CAP. IV.

Aistulfi Regis privilegium, quod Nonantulano Cœnobio concessit, est tale.

FLAVIUS AISTULFUS vir excellentissimus Rex, Monasterio Beatissimorum Principum Apostolorum Petri & Pauli sito territorio Mutinense loco, qui dicitur Nonantula, & venerabili viro ANSELMO Abbati, seu cunctis congregationis ibidem consistentibus. „ Cùm
„ nos non solùm coram Deo, sed coram ho-
„ minibus providere monuit bona; quid aliud
„ docuit, quàm nos omnes diligere homines,
„ maximè venerabilibus locis, & sapientibus
„ de nostris opibus subvenire? Manifesta cau-
„ sa est, quoniam ante hos dies concessimus
„ venerationi tuæ silvam ex curte nostra Ge-
„ na, cohærente per loca designata ex una
„ parte fluvio Panario, & ab alia parte usque
„ piscationes, & suprascripta silva usque in
„ rivo mortuo, à tertia parte strata publica,
„ à quarta verò prædicta silva, & paludes,
„ una cum Basilica Beati Martini Confessoris
„ Christi, quatenus ibi jam fatum Cœnobium
„ construeretis, sicut & factum est. Nunc au-
„ tem postulavit veneratio tua nostram præ-
„ celsam potestatem, & dilectam conjugem
„ nostram GISALTRUDAM quatenus jam
„ dicto Monasterio, vel tuæ venerationi jam
„ dictam silvam, sicuti cohærentia dicta est,
„ cum omnibus, quæ superiùs sunt, per no-
„ strum præceptum confirmare deberemus.
„ Aqua de fluvio Gena, ut ad cujuspiam ho-
„ minis potestatem subtractam (**) non fiat,
„ atque subtus strata publica nullus molendi-
„ num ædificare præsumat usque fines illorum
„ fluminum, præter duos molendinos in cur-
„ te Panciano ædificanda, sinè ipsorum li-
„ centia Monachorum. Nos verò Dei Omni-
„ potentis confidentes misericordiam, & ve-
„ stram congruam obaudientes petitionem,
„ confirmamus in ipso Sancto Monasterio,
„ vel venerationi vestræ jam dictam silvam
„ juxta ut cohærentia dicta est. Confirmamus
„ etiam in eodem Sancto Monasterio vestro
„ insulam unam, quæ esse videtur inter Pa-
„ narium & fossam, quæ dicitur Munda, per
„ designata loca, ab Oriente prædictus fluvius
„ Panarius, à Meridie villa Saliceto, ab Oc-
„ cidente prædicta fossa Munda, & Militan-
„ tia, atque silva communis, & de subtus
„ fossa mortua existente in Panario, ut nemo
„ in prædictis fossis, vel flumine audeat mo-
„ lendinum ædificare absque consensu Abba-
„ tis, aut Monachorum. Necnon confirma-
„ mus tibi omnes illas res, quas ante hos dies
„ tuæ largivimus venerationi &c.

„ Insuper propter vestram insignitam præ-
„ dictam petitionem justè concedimus vobis,
„ & successoribus vestris confirmamus Mona-
„ sterium Sancti Salvatoris, situm in Fana-
„ num, cum universis legalibus ejus perti-
„ nentiis, & adjacentiis, terminis, & acces-
„ sionibus, casalibus, alpibus, ripis, rupinis,
„ planitiebus, cultis, incultis, aquis, aqua-
„ rumque decursibus, finibus, monte, & flu-
„ mine, seu silva de Scoplano cum castro
„ Sestula, monte Catino, Conianolo, & alpe
„ currente, rivo Cercilienſe, & Lardaniola
„ fluvio percurrente; necnon Masalizano, &
„ Gabba cum viculis suis, idest Aquaviva,
„ Rivo-frigido, Viliciatico, Saxo-Siliciano,
„ Epicla, Variana, & Porcile cum montibus,
„ vallibus, alpibus, silvis, servos pro servis,
„ liberos pro liberis, cultum & incultum
„ cum casis omnibus, quæ modò inde ædifi-
„ catæ sunt, vel futuris temporibus ædifica-
„ buntur, percurrentibus ipsius massæ finibus.
„ Ab uno latere fine Capuanense & fluvio Ce-
„ cla, ex alio latere Lardaniola, Jugalo de-
„ super ponente capite in monte Mulceto,
„ veniente usque in Gajum Deginæ; desubtus
„ autem veniente uno capite in fluvium Lio.
„ Sancimus ergo, ut nullam potestatem ha-
„ beant homines ibidem residentes de ipsa
„ massa, vel ejus finibus prænominatis ven-
„ dere per quemlibet titulum, neque extra-
„ neos homines illud vexare, aut introducere,
„ nec placitum quis tenere præsumat, nisi
„ Rectores, & Præpositi Monasterii: & si
„ per

(*) Anno 753.

(**) Legendum *subtracta*.

Digitized by Google

„ per licentiam Rectorum ipſius Monaſterii
„ inter ſe vendiderint, cenſum ſolitum ad
„ partem Monaſterii emtor perſolvat. Quòd
„ ſi in ipſis ſilvis aliquis roncare fecerit, aut
„ ſi peculia pabulaverit, redditum eſcaticum,
„ ſeu caſeum, ad Fratres Nonantulanæ famu-
„ lantes perveniant totum. Similiter etiam
„ plebem Sancti Mammæ Viligino conſtru-
„ ctam concedimus vobis, veſtriſque ſucceſ-
„ ſoribus, eo ordine, ut nullus Epiſcopus
„ Bononienſis, vel aliunde in ea aliquid age-
„ re, aut ordinare præſumat, niſi tantùm
„ conſecrationem, confirmationemque faciat;
„ & Presbyterum, quem vos, vel veſtri ſuc-
„ ceſſores idoneum ibidem conſtitueritis, de
„ poteſtate veſtra nullatenus ſubmovere præ- B
„ ſumat, neque aliquam dominationem in-
„ condicta plebe facere, aut exinde quidquam
„ tollere tentet, & ut in omnibus ſilvis jam
„ fati Cœnobii nullus Comes, ſive Gaſtaldus,
„ ſeu quilibet nobilis, vel ignobilis, cum
„ canibus, aut quocumque ingenio venatio-
„ nes exercere præſumat propter inquietudi-
„ nem animalium Monaſterii. Necnon conce-
„ dimus, ut in quibuſcumque commitatis (1)
„ locis cellas acquiſiveritis, aut villas, ubi
„ ſilvæ communes ſunt, veſtram ſemper por-
„ tionem habere: præcipimus etiam, ut nul-
„ lus in Regno noſtro Italico, vel Romano,
„ cujuslibet Ordinis, præfati Monaſterii ſer-
„ vos, aut ancillas, qui fugâ lapſi fuerint, C
„ contra Abbatem, aut Præpoſitum, vel Ad-
„ vocatum, cùm inventi fuerint, quoquo
„ modo audeat retinere. Similiter donamus
„ etiam præceptales .·. videlicet XLVIII.;
„ qui nunc ſunt, vel futuris temporibus ex
„ aliis eſſe voluerint, ut ad Monachorum
„ utilitatem peragendam habeant poteſta-
„ tem, remota veſtræ poteſtatis inquietu-
„ dine. Igitur perdonamus vobis, & eidem
„ Sancto Cœnobio veſtro, ut Notarii in
„ omni ditione regni veſtri (2) chartas,
„ judicata emphyteutis, & libellos ſcribant
„ abſque ullius perſonæ impedimento. Con-
„ firmamus etiam vobis, & prædicto Mo-
„ naſterio veſtro, ut .·. civitatem, ſive de
„ Ferrariam, vel Comaclium, ut quamlibet D
„ ubilibet functionem .·. in quibuslibet lo-
„ cis, & civitatibus, ſeu cluſis regui noſtri,
„ atque negotiis; ſive de inſtrumentis char-
„ tarum diſrumpendis, ſeu de Advocatis,
„ quales, & undecumque eligere voluerint,
„ liberam habeatis poteſtatem: nec non de
„ inquiſitionibus faciendis per idoneos homi-
„ nes de poſſeſſionibus, & rebus Monaſterii
„ veſtri per viginti annos, ſeu de placitis, &
„ de pignorationibus veſtrorum hominum,
„ ſive de immunitate, quæ eſt triginta libras
„ argenti, & de via per Wialzachinum, ſeu
„ de aqua fluvii Genæ ad molendina. Simili-
„ ter & confirmamus vobis, & in præfato
„ Cœnobio veſtro chartulas veſtræ donatio- E
„ nis, quas vobis *Anſcauſus* Epiſcopus, &
„ Guidualdus Medicus emiſerunt cum omni-
„ bus rebus illis in his, quibus in eis liberi
„ homines per chartulas præſcriptas contule-
„ runt, ut firmiter vos, & præfatum Cœno-
„ bium poſſideatis. Mercata etiam in propriis
„ ejuſdem Eccleſiæ agris, & terris conſtruen-
„ di licentiam habeatis, & conducendi ibi-
„ dem diverſa mercimonia, & negotiatores,

(1) Fortè *commemoratis*.
(2) Fortè *noſtri*.
(3) Legendum *teloneum*.

A „ cunctumque tumulum (3), & quidquid
„ de ipſis mercatis exigi poteſt, Fratribus
„ ibidem Deo famulantibus pertinere ſinè ul-
„ lius contradictione. Jubemus itaque ut
„ quicumque ex liberis hominibus voluerit
„ Advocatus eorum hominum fieri, qui cau-
„ ſas ſuas peragere neſciunt, abſque alicujus
„ poteſtatis injuria libera poteſtate perſiſtere
„ faciatis, & ſi guardias eorum recipere vo-
„ lueritis, & Abbas, vel Præpoſitus, ſeu Ad-
„ vocatus, aut Miſſus eorum reddere volue-
„ rit, nullus impedire præſumat. Addimus
„ quippe vobis, veſtriſque poſteris, & in
„ præfato Monaſterio veſtro, ut quæcumque
„ perſona nobilis, vel ignobilis in omni Re-
„ gno de ſacro, vel ſæculari ordine ad præ- B
„ dictum Sanctum Cœnobium refugere vo-
„ luerit, aut res ſuas ibidem conferre quæ-
„ ſierit, non Comes, aut Miniſter publicus,
„ videlicet Miſſus noſter, ei contradicere
„ audeat: ſed liceat ei libera poteſtate de ſe
„ ſuiſque omnibus rebus, quidquid voluerit,
„ in eodem Monaſterio conferre. Volumus
„ quoque, & concedimus, ut quandoquidem
„ Divina vocatione Abbas ipſius Monaſterii,
„ ejuſque ſucceſſores .·. de ipſa Congrega-
„ tione, qualem inter ſe digniorem invene-
„ rint, licentiam habeant eligendi Abbatem.
„ Iterumque concedimus vobis, veſtriſque
„ ſucceſſoribus, ut de ſingulis navibus porta-
„ ticum libera veſtra exigatis poteſtate. Sta- C
„ tuimus, & modis omnibus jubemus, prout
„ ſupra dictum eſt, quatenus in præfati Mo-
„ naſterii res nullus ſuperioris, vel inferioris
„ ordinis, vel Epiſcopus, aut Comes, aut
„ Gaſtaldus, vel Reipublicæ proximior, in
„ qualibet prædicta invaſionem facere au-
„ deat ullo in loco, non ad cauſas judiciario
„ more audiendas, vel fienda (4), exigenda,
„ aut manſiones, vel paratas faciendas, vel
„ parafredos, aut fidejuſſores tollendos, aut
„ homines tam ingenuos libertos, quàm-
„ que ſervos ſuper terram ipſius Eccleſiæ ma-
„ nentes, ſive emphyteuticarios, & ſupra-
„ ſcriptos .·. nullo modo diſtringendos, nec D
„ ullas publicas functiones, aut redhibitio-
„ nes, vel illicitas occaſiones inquirendas,
„ conſurgere audeat, vel exigere præſumat:
„ ſed liceat vobis, & veſtris poſteris cum
„ omnibus rebus vobis ſubjectis, atque ho-
„ minibus ſub immunitatis veſtræ defenſione
„ quieto ordine conſiſtere, ac pro nobis, no-
„ ſtraque Conjuge, totiuſque Regni noſtri
„ ſtabilitate Dei miſericordiam delectabiliter
„ exorare. Præcipimus inſuper, ut nec vos, E
„ nec futuri Abbates audeant in aliquorum
„ hominum poteſtatem conferre ſcriptiones
„ ſinè noſtra, vel filiorum noſtrorum juſſione
„ aut conſilio, vel conſenſu omnium Mona-
„ chorum, aut injuſtè diſponendarum rerum
„ munerationem delegare; nec ullus Mona-
„ chus aliqua præſumat confirmatæ (5) ſcri-
„ ptione, qui ſuæ probatur non eſſe poteſta-
„ tis. Quòd ſi fecerit, robur nullum obti-
„ neant. Conferimus etiam vobis, & in
„ ipſum veſtrum ſacrum Cœnobium olive-
„ tum unum in luminaribus Eccleſiæ poſi-
„ tæ propè Caſtellum Aginulfi, quod perti-
„ nuit de Curte noſtra Lucenſe, & duas caſas
„ maſaritias ex ipſa Curte, quæ regebantur
„ per Manifrit, & Fulculonem germanos &
„ ne-

(4) Legendum *freda*.
(5) Fortè *confirmare*.

Digitized by Google

„ nepotes eorum, Creſpulo, Lucciolo, &
„ Bertulo. Quin etiam perdonamus Sanctitati
„ veſtræ, veſtriſque poſteris in perpetuum,
„ ut ex ipſo Sancto Cœnobio, & rebus, quas
„ vobis, & ibi contulimus, vel futuris tem-
„ poribus acquirere Deo propitio potueritis,
„ tam vos, quàm poſteri veſtri, nullum ſer-
„ vitium, vel donationes à nobis exinde exi-
„ gantur (1) pro benedictione in Quadrage-
„ ſima majore XL. lucios, & in Quadrageſi-
„ ma Sancti Martini ſimiliter, per Miſſum
„ ipſius Monaſterii conſignatos in Papiam,
„ aut in Mantuam, ſive, ſi fuerimus, Raven-
„ nam. Cedimus & veſtræ reverentiæ, ſuc-
„ ceſſorumque veſtrorum in ſempiternum,
„ ut habeatis licentiam retia trahendi per
„ Padum ad piſces majores, minoreſque ca-
„ piendos, à laco, qui dicitur foſſatum uſque
„ in mare; & ubicumque in omni Regno
„ noſtro habeatis nunc, vel habueritis in fu-
„ turo ſilvas communes, habeatis & piſca-
„ rias ſi ibi ſunt, ac cæteri homines una cum
„ medietate de porto in Aqua-longa, quæ eſt
„ juxta ſtrata publica, & pertinuit de curte
„ noſtra civitati novæ, unde reliqua medie-
„ tate Eccleſiæ Sancti Geminiani habere pro-
„ batur: atque granum illum, quod annuè
„ colligitur de portatico in curte noſtra,
„ quæ ſita eſt in civitate nova de .·. quantum
„ pro ipſo colligitur portatico: quatenus ab
„ hodierna die noſtrum habentes ſereniſſimum
„ præceptum, ipſum Sanctum Monaſterium
„ veſtrum firmiter ſuperiùs comprehenſa va-
„ leatis poſſidere, ut nullus Epiſcopus, vel
„ Clericus, Dux, Comes, Gaſtaldius, vel
„ Actionarius noſter, aut quiſpiam magnus,
„ parvuſque Gaſindius, contra hoc noſtrum
„ firmitatis præceptum audeat ire quando-
„ cumque: ſed omni tempore in jam fato
„ Monaſterio veſtro, vel vobis, ſucceſſori-
„ buſque veſtris ſtabilis permaneat in perpe-
„ tuum; ſi quis autem hujus noſtræ inſcri-
„ ptionis temerario auſu violator extiterit,
„ & hanc noſtram juſſionem per omnia non
„ obſervaverit, ſciat ſe compoſiturum C. li-
„ bras auri optimi, medietatem in palatio
„ noſtro, & medietatem ſupradicto Mona-
„ ſterio veſtro. Concedimus inſuper omnia
„ vobis, veſtriſque ſucceſſoribus in perpe-
„ tuum, ut ſi (quod abſit) quicumque Rex,
„ vel Imperator, ſeu quilibet Sacræ Legis
„ Canonici, aut præceptorum prædeceſſorum
„ noſtrorum Regum, vel futurorum contra
„ hoc noſtrum præceptum donationis inten-
„ taverit, aut Cœnobium prædictum veſtrum,
„ ſive res ejus in Fratrum ſtipendiis collatas,
„ & pauperum Chriſti deminorare præſumpſe-
„ rit, aut in aliquo alicui per beneficium,
„ vel pro quocumque ingenio dederit, liceat
„ vobis, veſtriſque poſteris cum omnia quæ
„ ſupraſcripta ſunt, cuilibet Sanctæ Sedis
„ Apoſtolicæ PP. ſive Imperatoribus, atque
„ Regibus, ſeu aliis quibuſcumque Regibus
„ Catholicis ſubdere poteſtati, & veluti Sæ-
„ culum (2) hominum ſecundùm ritum anti-
„ quæ legis per Regum præcepta ſua firmata
„ tenentium ſecuriter tenere, poſſidere, at-
„ que tradere, quæ vobis placuerit. Et ut
„ certiùs ab omnibus credatur, inviolabili-
„ terque, à cunctis fidelibus præſentibus, fu-
„ turiſque obſervetur, anuli noſtri impreſ-
„ ſione ſubtus juſſimus ſigillari. Ex dicto Do-
„ mini Regis *Pertheut* per præceptum illius
„ Regis ſcripſi ego Protonotarius.
„ Data in Palatio Otalii decima die menſis
„ Februarii, anno feliciſſimi regni noſtri..
„ indictione ſeptima feliciter, anno Domini-
„ cæ Incarnationis DCCLIII. Actum Papia in
„ Chriſti nomine feliciter.

CAP. V.

Xenodochia erigit, & Monaſteria.

HIs ita peractis idem Sanctiſſimus Pater ex altiſſima proſapia humilis, & vilis pro Deo factus, virtutibus & ſapientia præditus, omnibus largus, ſibi parcus & modicus, quamquam cunctis præeſſet, omnibus tamen ſe abjectiorem oſtentabat, memorans illud Domini dictum: *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare* (3) *&, quanto major es, humilia te in omnibus.* (4) Hic inter cætera plura bona, quæ egit, hoſpitalitatem diligens, omniumque pauperum curam ſollicitè gerens, hoſpitia, atque Xenodochia perplura conſtituere curavit, atque ea in omnibus bonis ditare curavit, quorum unum prope Monaſterium ferè quatuor milliaria ſtatuit, ubi oraculum (5) Sancti Ambroſii ad ſuſcipiendos debiles, & fœminas, qui ad Monaſterium venire non poterant, conſtituit, cui in omnibus tanta conceſſit bona neceſſitatibus, ut nihil deeſſet ibi ſervientibus hoſpitibus. Statuit etiam idem vir Sanctiſſimus Xenodochium ex proprio ſuo in finibus Vincentiæ, in loco, qui dicitur Vicus-Domnarici (6): ubi conſtituit duo Oratoria Sanctæ Mariæ & Sancti Petri (d), & Monachos ibi Deo ſervientes, ac pauperes, & debiles perplures exinde quotidie viventes, ex illius quoque beneficio pauperes ducentos per omnes Kalendas (e) paſcebantur. Item aliud ille dignus Pater conſtituit Xenodochium ex ſuis propriis rebus in loco, qui dicitur Suſonia, ubi fieri juſſit oraculum Sanctæ Juſtinæ (f) Martyris, in quo etiam Monachos ſemper adeſſe voluit Deo ſervientes, & ſinè ſollicitudine viventes. Ibi etiam pauperes quotidie alebantur, & omnes advenientes hoſpitio, atque victu inde reficiebantur, ſed & per ſingulas Kalendas pauperes ducenti inde ſatiabantur. Miſſæ verò pro ſalute vivorum & mortuorum per ſingulum annum trecentæ celebrabantur.

CAP. VI.

Monachos regit 1144. & facta ſua vetat ſcribi.

DEnique cùm idem glorioſus Pater adhuc in militari habitu Monarchiam Fori-Julii

(1) Supple *niſi*.
(2) Fortè *Sæcularium*.
(3) *Matth.* 20. 28.
(4) *Eccl.* 3. 20.
(5) Oratorium.
(6) Aliàs *Vicus-Domavum*.
(d) De hoc Monaſterio agendum ad Vitam Sancti Theobaldi Hæremitæ Vincentienſis in Seculo VI.
(e) Bollandiani hîc, & infra habent *hebdomadas*, quod gloſſema eſſe puto. Tametſi Kalendarum nomine potiùs menſis cujuſque initium, quàm hebdomadam ſignificari exiſtimo.
(f) Hinc Leander Albertus in deſcriptione Romaniolæ ſcribit Anſelmum Abbatiæ Sanctæ Juſtinæ apud Patavinos eſſe auctorem: qua de re ſupra in obſervationibus.

Julii ſtrenuè rexiſſet, & præfati Regis cognatus ejus polleret (g) agminibus, & comam cum hujus Sæculi pompa pro Deo depoſuiſſet; nec minùs tamen voluit ſpirituali ſæptus agmine Deo devotè militare. Habuit namque hic Dei famulus ſub ſuo regimine Monachos regulares MCXLIV., exceptis parvulis, & pulſantibus, (h) qui non conſtringebantur ad Regulam: quos ille paterno amore fovebat & regebat; qui olim Dux militum fuit, nunc Dux Monachorum extitit. Illos docuit loricatos ferre micantia arma adversùs inimicos: iſtos docuit nudatos hujus ſæculi aſtibus ſumere arma adversùs mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpirituales nequitias in cœleſtibus. Illos inſtruxit ſumere arcum, ſcutum, & haſtam contra adverſantes ſe: iſtos imbuit ſtare ſuccintos lumbos in veritate, & indutos lorica juſtitiæ, & calciatos pedibus in præparatione Evangelii pacis, & ſumere ſcutum Fidei, in quo poſſint omnia tela nequiſſimi ignea extinguere, & galeam ſalutis accipere, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Quid plura? hujus etenim viri magnifici vita omnibus proficua, præcipuè Monachis cariſſima, in Summi Dei ſervitio ſemper erat paratiſſima: Quidquid etiam valuit & ſapuit in Divinis, ſemper & ubique operari ſtuduit: quidquid autem boni in hoc loco agitur, ex quo ab illo fundatus eſt, ſuo ſtudio, ſuoque animo proficuo, ut omni exploſa dubietate credi valet, divinitus imputatur, atque ſemper imputabitur. Fecit quidem mira Dominus multa per eum ejus in vita: Sed eo interminante ſtili officio commendata non ſunt. Sed qualis, quantuſve ille probatiſſimus vir fuerat, ejus finis apertè declarat.

CAP. VII.

Mortem ſuam prædicit, & facta ad ſuos oratione, & Tertia, ac Sexta recitatis obit.

REgnante Domino, & Maximo Carolo Imperatore hîc in Italia anno trigeſimo regni ſui, ipſiuſque Magnifici Anſelmi Abbatiæ quinquageſimo, ejus imminente die mortis, Divina miſericordia eum ad ſideream vocare voluit manſionem. Ipſe enim conſcius (*) ſui obitus Divina revelante gratia, ut bonus & pius Paſtor oves, quas Domino foverat, ad ſe vocari fecerat, eiſque ſui finis diem denuntians, Diviniſque allocutionibus præmia & gaudia ſempiterna eis pro ſuorum bonis factis a Domino retribuenda promittens, ſic eos diligenter confortans, ac Domino commendans, expanſis manibus, & cor, & oculos ad cœlum levavit dicens: „ *Domine Jeſu-Chriſte* Paſtor bone, qui me indignum famulum tuum pro tua miſericordia „ ad te vocare dignatus es, qui mihi immerito hunc tuum gregem commiſiſti, concede mihi ſervo tuo, tecum, & cum electis tuis unà eſſe, & in regno tuo ſemper „ gaudere, & præſta, ut hi famuli tui, quos „ mihi munere verbi tui paſcere præcepiſti, „ te ſequendo ad bravium æternæ remunerationis, tua gratia præveniente pervenire „ mereantur, qui vivis, & regnas cum Deo „ Patre, Sanctoque Spiritu per infinita ſæcu„ lorum ſæcula. Cùmque omnes lacrymis reſoluti circumſtantes reſpondiſſent, Amen; tunc ipſe venerabilis Pater blandè eos conſolans, & prout poterat in ipſo articulo ſui exitus, cùm eſſet hora diei tertia, ipſius horæ pſalmos per ſe ipſum cœpit decantare, qua expleta, ſimili modo per ſe ipſum ſextæ horæ pſalmos decantans: quibus expletis in lecto ſtratus ſui reſidens benedixit eos, & inter manus Fratrum Monachorum ex hoc ſæculo migravit ad cœlos, quinto nonas Martii, ſextæ Feriæ (i) die, in qua mundi Redemptor hominem fecerat, ipſumque redemerat. Tunc flentes Fratres & pſallentes ſuper Beati Viri Corpus, totam illam diem & ſequentem noctem in ejus exequiis perdurantes, uſque ad horam alterius diei ſextam, condiderunt illud in marmoreo lavello (k) infra oratorium Beatæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ, ubi per eum Dominus multis de diverſis infirmitatibus tribuit ſoſpitatem, ita ut de diverſis locis concurrerent homines, & de ejus tumulo raderent & biberent, & dentium doloribus, atque aliis variis infirmitatibus, adeò ut in aliquibus locis ipſum videbatur transfoſſum marmoreum tumulum.

(g) *Bolland.* præfuerat ejus agminibus.

(h) Ideſt *novitiis*, ſeu vitæ Monaſticæ candidatis, ut explicatum ad Vitam Sancti Sturmii Fuldenſis Abbatis in Sæculi III. part. 2. Carolus M. in Capitulari anni 805. Cap. XIII. pulſatos vocat *de his, qui non ſunt ſecundùm regulam pulſati, ut deinceps emendentur, & pulſentur ſecundùm regulam*. Hinc locus, ubi probantur Novitii, Pulſatorium appellatur in Concilii Liptinenſic. Cap. VI.

(*) Aliàs *inſcius*.

(i) Hæ notæ Chronologicæ conveniunt in annum 803. qui Litt. Dom. A. præditus erat. VVion proinde corrigendus, qui Anſelmi obitum rejicit in annum ſequentem. Sancti Viri Corpus in Monaſterii Nonantulani ſummo Altari honorificè locatum conſpicitur.

(k) Bolland. habent, *Sacello*, ſed retinendum Lavello, ſeu Labello, quod vas amplum quodcumque, maximè Lavatorium ſignificat.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX

De Anſelmi exilio, Succeſſoribus, & de Monachis Nonantulæ ab Hungaris cæſis; deque Monaſterio Sanctæ Mariæ, & reliquiis SS. Seneſii & Theopompi.

1. *IN Italiæ Sacræ Tomo V. exhibentur* Nomina Abbatum Nonantulenſium, qui poſt Beatiſſimum Anſelmum primum Abbatem rexerunt ipſam Eccleſiam: *& primùm quidem de Anſelmo iſta leguntur*: In primis is ipſe venerabilis Anſelmus rexit ipſam Abbatiam annis quinquaginta, temporibus Regum Aiſtulfi, & Deſiderii, & Caroli Magni Imperatoris: & ex his ſeptem paſſus eſt exilium à Deſiderio apud Caſſinum, ſicut multorum Seniorum relatione didicimus pro eo quòd neſcio quid deliquerit in Deſiderio, & Vigilantius Presbyter in prædicto tempore feliciter Nonantulanum gubernavit Cœnobium, & multa commoda ibidem adquiſivit in libris, & in aliis multis rebus: & prædictus Beatus Pater Anſelmus ab exilio reverſus, multos poſtea vixit annos, & inter diſcipulorum manus, ſicut in geſtis ejus legitur, ſpiritum Domino reddidit V. Non. Martii. *Quo ex loco apparet, ſuperiorem libellum de vita Sancti Anſelmi ſcriptum eſſe ante Sæculum XI. cujus initio vivebat is qui hanc Abbatum Seriem ordinavit. Quæ cauſa exilii Anſelmo fuerit, quave ratione in ejus Vita id prætermiſſum, non facilè dixerim. Forſan Deſiderius ſuſpicatus eſt, eum Carolo Magno faventiorem fuiſſe. Anſelmo Abbate Hadriani Papæ primi corpus Nonantulæ ſepultum fuiſſe legitur in Italiæ Sacræ Tomo II., & Monaſterium Sanctæ Mariæ ſubditum Nonantulæ eſt, ut poſtea dicendum.*

2. *Pergit Auctor Catalogi*. Petrus annos XVII. ordinatus anno Dominicæ Incarnationis DCCCIV. Hic fecit totam conſcribi Abbatiam, & univerſum redditum: & ordinavit quantum in eleemoſynis pauperum, ſuſceptione hoſpitum, in ornamentis Eccleſiarum, in neceſſitatibus Fratrum in unoquoque loco oporteret, obiit IV. Kal. Julii. *Eginhardus de eo ad annum DCCCXIII.* Imperator Aquiſgrani hiemavit, & incipiente verno tempore Amalharium Treverenſem Epiſcopum, & Petrum Abbatem Monaſterii Nonantulæ propter pacem cum Michaële Imperatore confirmandam Conſtantinopolim miſit.

3. *Addit Series Abbatum*: Anſfrit annos XVII. ordinatus anno Domini DCCCXXI. (*in editis mendosè* DCCCXI.) Hic fuit religioſus & Deo devotus vir, & ſanctiſſimè vixit. Fecit autem capſam Evangelii totam auream, & pretioſis lapidibus ornatam; fecit & calicem grandem argenteum & patenam, quos mirificè veſtivit auro, & ornavit lapidibus, obiit III. Id. Martii. *Hic itidem omiſſa Anſfridi legatio, de qua item Eginhardus ad annum DCCCXXVIII.* Halidgarius Cameracenſis Epiſcopus, & Anſfridus Abbas Monaſterii Nonantulæ Conſtantinopolim miſſi, & à Michaële Imperatore honorificè ſuſcepti ſunt.

4. *Abbas quartus-decimus fuit Leopardus, cujus tempore occiſi ab Hungaris Monachi, combuſtum Nonantulæ Monaſterium, uti & Cœnobium Sanctæ Mariæ Nonantulæ ſubjectum, tum ſub Petro Leopardi ſucceſſore reliquiæ Sanctorum Seneſii & Theopompi in reſtitutam Nonantulæ Baſilicam translatæ: quæ hoc loco explicanda.*

5. *De Hungarorum irruptione Chronicon Nonantulenſe ab Ughello relatum in Italiæ Tomo II. ita prodit*: Leopardus ſedit annos XIII. menſes II. dies XIX ordinatus anno Domini DCCCXCIX. obiit XII Kal. Julii. In ipſo anno venerunt Ungari in Italia de menſe Auguſti, Indictione III. VIII. Kal. Octobris injunxerunt ſe Chriſtiani cum eis in bello ad fluvium Brentam: ubi multa millia Chriſtianorum interfecta ſunt ab eis, & alios fugarunt: & venerunt uſque Nonantulam, & occiderunt Monachos, & incenderunt Monaſterium, & codices multos concremarunt, atque omnem depopulati ſunt locum. Prædictus autem venerabilis Abbas Leopardus cum cæteris aliis Monachis fugerunt, & aliquandiu latuerunt, poſtea verò recongregati ſunt, & recondiderunt Monaſterium & Eccleſiam: & miſit ad Sergium Papam, qui tunc Romanam & Apoſtolicam gubernabat Sedem, conſulendo de conſervatione Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, & de diverſis ærumnis, quas paſſus eſt à barbaris, atque aliis malis hominibus. *Ughellus eo loco refert Sergii Papæ reſcriptum ad Leopardum, vetantis, ne* aliquem ad conſecrandam ipſam Eccleſiam rogaret, niſi Johannem Ticinenſem Epiſcopum, aut Widonem Placentinum, vel Elbungum Parmenſem, *quod factum per* Widonem.

6. *De Monaſterii Sanctæ Mariæ, Sanctæque Crucis, & Sanctæ Martyris Fuſcæ conditione, & deſtructione, deque translatione reliquiarum Sanctorum Seneſii & Theopompi Nonantulam, libellum ſcripſit Nonantulanus Monachus anonymus, qui Rodulfo Abbate vixit initio Sæculi XI. quæ Hiſtoria relata eſt apud Ughellum in Italiæ Sacræ Tomo V. ex quo hæc carptim delibare ſufficiat.* Anno Chriſti ſeptingenteſimo octuageſimo, Imperii autem Caroli Magni ſeptimo, quidam Dux, vir Deo per omnia deditus, nomine Gerardus, ſuæ ſaluti conſulens, pro animæ ſuæ remedio quamdam Eccleſiam ad honorem & venerationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, Sanctæque Crucis, atque Martyris Fuſcæ in ſuo proprio, magno cum ſtudio ædificaverat, & Sancti Silveſtri Cœnobio Nonantulenſi ſubdiderat: ibique Monachos, ut regulariter Deo ſervirent; conſtituere curaverat, cui omnia, quæ poſſederat, provido, atque ſincero animo tradere ſtuduerat. Trigeſimo autem quarto anno Imperii ejuſdem Caroli, præfati Comitis uxor Albegunda nomine, viri magnifici veſtigia tenens in ſua viduitate ſanctiſſima, quidquid habere viſa fuerat, eidem Monaſterio vivere ſtuduit: cui dum vixit, caſtè & fideliter ſervivit, ibique cum ſuo conjuge in Domino requievit. Hæc autem Eccleſia, quam prædiximus, ſita eſt in quadam Inſula, duobus fluminibus Camano & Sylo circumdata, tertia ſtadii parte ab urbe Terviſio diſtans, in qua Ec-

Ecclesia Beatissimorum Martyrum Senesii & Theopompi corpora à Sanctis viris fuerunt recondita, ibique innumerabilia miracula, eorum promerente gratia, Dei nostri clementia ostendere dignata fuerat. Post multorum igitur annorum curricula gens Hunnorum perfida, servientibus Deo invida, plurimas Italiæ devastans provincias, hunc sanctissimum locum, peccatis ingruentibus, funditus destruxit. Hujus doloris fama percurrens ad Nonantulam, ubi Sanctissimi Silvestri corpus requiescit, sub cujus potestate, & fiducia post Deum hoc Monasterium semper fuerat Petro venerabili ejusdem loci Abbati hoc magnum nefas denuntiavit. Abbas verò tali legatione mœstus, tamen de Dei misericordia bene confisus, cunctorum Fratrum cœtu advocato, dignum & salubre invênit consilium. Suum itaque advocans alumnum Deo dignum Monachum, nomine Rodulphum, cui tres venerabiles sociavit Fratres, & magna cum festinatione ad hunc recuperandum locum transmisit: Cui & attentissimè jussit, ut cum omni sollicitudine, atque veneratione dignissima SS. Senesii & Theopompi corpora colligere studeret, atque omni cum festinatione ad Nonantulanum Cœnobium ea inventa deferret. Hoc autem onus obedientiæ magno cum gaudio suscipiens, prout Deo placuit, totum fideliter adimplevit, *nempe Corpora Sacra, indicante Dei ancilla*, Anserada *nomine*, quæ ea in secreto loco collecta, & recondita habebat ipsaque ab eis recepta, magnis sequentibus signis, ad Nonantulam citissimè devenerunt.

Auctor deinde varia recitat miracula per SS. Martyres facta, tum in Nonantulenses, tum in Ticinenses peste laborantes, delatis Ticinum sacris reliquiis. Cui supplicationi aderat Adelgida Regina glorioſissima, quæ duo coopertoria unum auro intextum, alterum verò mirificè elaboratum SS. Martyribus obtulit. *Eterico Nonantulæ Præposito item delatæ reliquiæ ad pluviam impetrandam: quod abundè præstitum*, ut quidam, qui interfuit venerabilis Monachus, Augustinus nomine narravit. *Item* in castro Pontiano quatuor à Nonantula distante milliaribus *pestis repressa* tempore Joannis Abbatis Græci, *qui ordinatus est anno 972. Præter ea* tempore II. Leonis ejusdem Cœnobii Abbatis, *tellus imbre cœlitus accepto perfusa est. Alia denique commemorat Auctor suo, & Rodulphi Abbatis tempore facta. Martyres isti*, Theopompus *scilicet* Episcopus, *&* Theonas, *qui &* Synesius, *Nicomediæ passi sunt sub Diocletiano Imperatore pridie Non. Januarii: In quorum honorem* Cosmas Materiensis *ante septingentos annos versus condidit, quos* Gregorio *Nonantulano Monacho dedicavit hoc exordio:*

Cosmas Gregorio Monacho dedit ista benigno
Carmina Levitico qui cluit Officio.

Habentur in Italiæ Sacræ Tomo II. extat etiam Epistola Joannis Papæ VIII. ad Adelardum Veronensem Episcopum, qua significat ipsum ab se excomunicatum, quòd Nonantulanum Monasterium invasisset. Data XV. Kal. Maji. Indict. X. *ideſt an. Christi DCCCLXXVII. quo post mortem Theodonii Abbatis sedes Nonantulensis vacabat.*

7. *Nonantulæ præter jam dictos floruere viri piissimi Gregorius, & Leo Abbates, de quibus in sæc. seq. Hactenus subsistit istud Monasterium, quod in Oppidum accrevit, translatum à Monachis nigris ad Cistercienses ab anno MDXIV.*

FINIS.

Digitized by Google

OPUSCULUM

DE SITU

CIVITATIS MEDIOLANI,

UNA CUM VITIS

PRIORUM ARCHIEPISCOPORUM

MEDIOLANENSIUM,

AUCTORE ANONYMO,

Qui Seculo Christi IX. aut saltem X. floruisse videtur,

NUNC PRIMUM EX MANUSCRIPTO CODICE

BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ

IN LUCEM PRODIT.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN OPUSCULUM DE SITU CIVITATIS MEDIOLANI, ET VITAS PRIORUM EPISCOPORUM MEDIOLANENSIUM.

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

NOn abludit ab inſtituto noſtro Libellus *de Situ Civitatis Mediolani:* ita enim inſcribitur, titulo tamen non ſatis reſpondente totius argumenti, quod ibi pertractatur, menſurae. Potiſſima enim Opuſculi pars in eo verſatur, ut *Vitas priorum Epiſcoporum*, ſive *Archiepiſcoporum Mediolanenſium*, deſcribat. Ejus Auctor mihi plane ignotus; nomen quippe ſuum, uti in Prologo legitur, conſulto ipſe omiſſum voluit, *ut muta ſit pàgina, nec loquatur Auctorem, retexens rei geſtae tenorem*. Quare nil mirum, ſi & antiqui Scriptores, non ſecus atque ego, ignorarint quis ille fuerit, quamquam Librum ejus olim quoque perſpectum haberent. Rurſus quo tempore is floruerit, id quoque ſub alta nocte jacet; nullum enim is (quod reliqui facere conſueverunt) veſtigium reliquit, unde ejus ſaltem aetas conjici, aut ſubodorari queat. Et quidem conſtat, impellente quodam Mediolanenſi Antiſtite, haec ab ipſo literis mandata fuiſſe; ſed aut ejuſdem Archiepiſcopi nomen numquam appoſitum Prologo fuit, aut illud incuria Librariorum jamdiu excidit, atque ita corruptum nunc apparet, ut certi aliquid exſculpere nemini jam liceat. Illic ſcriptum: *amplitudinis veſtrae, o beatiſſime Praeſul, Anatalonis religioſiſſimo juſſu ſolicitor* &c. Quis heic locus *Anatalonis* voci? Fortaſſis Auctor germanum nomen Archiepiſcopi expreſſerat, cui morem geſturus Opuſculum hoc ſibi ſumſerat efformandum. At nunc depravatum prorſus vides; neque enim praeter primum Anatalonem ullum alium hujus nominis Archiepiſcopum Mediolanenſis Eccleſia novit. Subdit Auctor, Praeſulem illum, cui Librum dicatum voluit, *non ſine maxima divinae gratiae diſpenſatione in Praeſenti Turbine Paſtorem* Mediolanenſibus fuiſſe datum. Quod vero tempus *praeſentis* illius *turbinis* mentione deſignetur, non audeo ego, imo neque alius quiſquam audeat edicere, quando Mediolanenſem urbem, ſive Eccleſiam, graves, eaeque plures procellae diverſis temporibus exagitarunt.

Clariſſimus Papebrochius, eximius ille Bollandi & Henſchenii ſucceſſor, cui tot Acta Sanctorum debemus, Tomo VII. Maji praepoſuit accuratam Diſceptationem, qua Chronologicam ſeriem Archiepiſcoporum Mediolanenſium eſt perſequutus, edito ex Ambroſianae Bibliothecae Codice membranaceo P. 246. Catalogo antiquo eorumdem Praeſulum, multis per ipſum notis illuſtrato. Is autem memorat *Hiſtoriam primorum Mediolanenſium Epiſcoporum*, *Seculo*, ut is ait, *circiter VI. compoſitam, quae in eodem Ambroſiano Codice poſt Catalogum ſequitur*. Ego haec hauſi ex MSto Codice ejuſdem Bibliothecae ſignato C. 133. in quo praeter Opuſculum nunc edendum legitur *Oratio Sancti Ambroſii de obitu Satyri fratris*; tum *Vita Sancti Martini* a Sulpicio Severo ſcripta; tum *Sermo in Sanctorum Nazarii & Celſi Natali* habitus in Sancti Nazarii Templo, quem veteres, ſed perperam, Sancto Ambroſio tribuebant. Subſequitur eorumdem *Sanctorum Hiſtoria*, ſive *Legenda*, quam Puricellus edidit in Diſſertation. Nazar. itemque ipſius *Sancti Ambroſii Vita* a Paulino deſcripta. Poſt haec occurrunt complures ejuſdem *Ambroſii Sermones*, qui tamen non omnes auctorem illum habent, ſed Sanctum Maximum, aut alios. Is autem Codex diverſa manu ſcriptus fuit, neque quingentis annis antiquior, aut ſummum ſexcentis

centis mihi videbatur, quum adoleſcens haec ipſa deſcripſi. Porro exploratum habeo, doctiſſimum Papebrochium eas ipſas memorare *Vitas*, atque *Hiſtoriam*, quam ego nunc edere ſtatui. Ille vero ipſam, ut nuper vidimus, *Seculo Chriſtianae Aerae circiter ſexto compoſitam* affirmare non dubitavit, nullas tamen ejuſmodi ſententiae rationes tabulaſve afferens. Ego Papebrochium alienum potius judicium, quam ſuum, heic ſequutum reor, eorum ſcilicet Mediolanenſium, a quibus ejuſmodi monumenta collata cum antiquis Codicibus, accepit. Ceterum nihil in his occurrit, quod tantam Auctoris antiquitatem vel tantillum innuere, nedum perſuadere poſſit. Et contra ſunt, quae longe recentiorem ſuadeant. Commemorat Auctor ille in Praefatione, Romanorum Pontificum Vitas a *Papa Damaſo ſcriptas hortante & flagitante peritiſſimo Sacrae Scripturae interprete Hieronymo*. Sed hanc opinionem ſerius invaluiſſe ea produnt, quae Scheleſtratius, ac alii congeſſerunt, ut videre eſt in Prolegomenis ad ipſas Vitas Tom. III. Rerum Italicarum. Praeterea *Liguriam a legendis leguminibus* nomen traxiſſe ſcribit: quam ſententiam, imo & ipſamet verba, is potius deſcripſiſſe videtur ex Hiſtoria Langobardica Paulli Diaconi, quam Paullus ab ipſo. Infra occurrit *Ticinum, quae altero vocabulo Papia dicitur*. Vocabulum *Papiae* Sexto Seculo, ut veri videtur ſimile, nondum illi urbi inditum fuerat. Paullus autem Diaconus paria habet de hac urbe binomine, & de *Gallia Ciſalpina, ac Brenno*, ita ut ad ejus rivulos bibiſſe videatur hic Scriptor. Pluribus non agam, ut eidem tantam antiquitatem eripiam.

Neque tamen haec dicta velim, quaſi inter Hiſtoricos ipſum compellere mihi animus ſit, qui paucis ante Seculis effloruere. Nam perquam vetuſtus mihi quoque creditur, eumque vel Seculo IX. a Chriſto nato, vel ſaltem X. floruiſſe puto. Cujus conjecturae fundamenta haec habeo. Auctor Catalogi Archiepiſcoporum Mediolanenſium, quem tenebris erutum infra in hoc ipſo Tomo evulgare conſtitui, Anno Chriſti MCCLI. Mediolani ſcribebat. Ejus autem verba haec ſunt in Praefatione: *Legitur enim in antiquiſſimis Hiſtoriis, quae hodie habentur in civitate Mediolanenſi, quod ipſe Beatus Barnabas de Romana civitate ad urbem Mediolani tranſtulit ſe* &c. Nulla dubitatio occurrere poteſt, quin iis verbis haec eadem Hiſtoria innuatur; quae proinde quum *antiquiſſima* ab antiquo Scriptore appelletur, ſaltem ante Annum a Chriſto nato Milleſimum elucubrata videatur. Sed in hanc rem luculentiorem tem do alterum Mediolanenſem Scriptorem, hoc eſt *Landulphum Seniorem*, cujus Hiſtoriae, ſub nomine Datii olim laudatae, in Tomo IV. hujus collectionis locum dedimus. Uti jam conſtat, ſua ille ſcriptis mandabat circiter Annum MLXX. ac in Patria ſua, ubi loco nobili natus fuit. Is ergo Benedictum Archiepiſcopum Mediolanenſem in Romana Synodo loquentem inducit, jura Metropolitica tuentem adverſus Ticinenſem Epiſcopum, Orationemque ei affingit, quam Cap. V. Append. ad Tom. I. Anecdotor. meorum ante annos multos ego publici juris feci. Ibi inter cetera Benedictus, ſive ut rectius loquar, Landulphus ipſe haec habet verba: *Ut in Annoſo Libro de Situ deſcriptionis ejuſdem* (ſcilicet Mediolanenſis urbis) *comperi, poſtmodum Romani Reges, & Principes* &c. *opere mirifico auxerunt, locantes in ea more patrio eximium Auguſtorum dignitati Palatium Imperiale, Theatrum, Aumatium, Thermas* &c. Infra rurſus commemoratis *noſtris Annalibus, & ejus* (Barnabae Apoſtoli) *deſcriptione adventus, & Sancti Anatalon Vita*, inde haec pauca decerpit: *Quae poſt Romanam arcem famoſiſſima jam tunc habebatur Civitas ſaepe dicta Mediolanum, quippe quae pari ditione ſublimis* &c. Alia quoque infra, & in aliis ſuae Hiſtoriae locis, is profert ex hoc eodem Libro, atque ex Vita Sancti Anatalonis, quae ſingula in hoc ipſo Opuſculo, quod ſum editurus, totidem verbis occurrunt, ita ut nihil apertius ſit, quam a Landulpho ipſum Libellum innui ac memorari; & praeſertim quum in MSto Codice Ambroſiano is adhuc Titulum retineat ac praeferat *De Situ Civitatis Mediolani*, qualem Landulphus idem legerat. Si ergo *annoſus* erat hic Liber vel circiter Annum Chriſtianae Salutis MLXX. quo nomine eum Landulphus memorat: quis tamdem non intelligat, referendam ejus originem ad Seculum X. & fortaſſis etiam IX. Aerae Vulgaris? Et quidem poſt Annum potiſſimum a Chriſti Nativitate octingenteſimum, uti alibi monui, mos invaluit, ut praeclara quaeque Eccleſia Vitas Antiſtitum ſuorum colligeret, ac literis conſignaret. Praeclariſſima autem omnium in Italia poſt Apoſtolicam Romanam Sedem ſemper fuit Mediolanenſis Eccleſia, eamque par eſt credere, ejuſmodi ornamento, quod & minores ſibi conquiſierant, carere diutius noluiſſe.

Ceterum quae heic priorum Mediolanenſium Archiepiſcoporum Vitae prodeunt, quamquam non mediocri antiquitate nitantur, non eae tamen ſunt, ut legentium animos varia quadam eruditione, certiſque rerum monumentis alliciant ac ſaturent. Id beneficii ab unis plerumque Auctoribus ſynchronis, aut proximis, aut in ma-

Digitized by Google

magna Literarum luce ſcribentibus, exſpectandum eſt . Quod potuit Anonymus hic Scriptor, quae ſuo tempore de antiquiſſimis Epiſcopis aut traditio ſervarat, aut paceculi Libri adferebant, in unum congeſſit; & ne jejunos ſaepe ac ſaepius Lectores dimitteret (quod evitare non potuiſſet) ex ingenio ſuo ſupplevit quae deerant, varias conciones effingens, & res atque homines deſcribens , non quales revera is noſſet, ſed quales arbitrabatur fuiſſe, ac eſſe debuiſſe . Hujuſmodi Sanctorum hominum Vitas innumeras habemus apud Surium ac Bollandiſtas, uti & Sermones non paucos, in quibus fortaſſe verborum, imo & nonnumquam eloquentiae multum, at ſolidae Veritatis, ac certae Eruditionis parum quandoque deprehendas. Quod heic prae ceteris animadvertas velim, Sanctum Monam in ejus Vita Scriptor hic inducit precibus fatigantem Deum, *ut uni ſaltem ex omnibus Auguſtae dignitatis Principibus Dei vivi & veri Fides concederetur* . Tum ſubdit exaudita illius vota; & utrumque Philippum Imperatorem *Chriſti jugo ſua colla ſubmiſiſſe* . Et ſane teſtes habemus Euſebium Caeſarienſem, Sanctum Hieronymum, Oroſium (magna nomina) alioſque Hiſtoriae Eccleſiaſticae Scriptores affirmantes, Philippos Auguſtos Chriſtianae Religioni nomen dediſſe : quod perſpectum habens hic Auctor , laciniam hanc ambabus manibus arripiens, in pannum ſuum induxit, iiſque Principibus Monam tunc viventem adjunxit . Atqui recentioribus Eruditis, in Hiſtoriam eorum temporum curioſe inquirentibus, Philipporum Chriſtianiſmus incertis, ne dicam plane infirmis fundamentis innixus putatur . Quid ergo facias Scriptori noſtro? Illi opus erat aridum ſuum argumentum floribus aliunde illatis ornare , ſuiſque quomodocumque poſſet commendare Lectoribus . Erant illi prae oculis egregii Auctores: ſatis id fuit, ut ſine dubitatione eorum merces in rem ſuam converteret. Quod autem attinet ad *Sancti Barnabae* adventum Mediolanenſem in urbem, ibique praedicatum Evangelium, & fundatam ab eo celeberrimam Eccleſiam: ſi Lector hac de re conſulat Baronium, ingentemque aliorum recentium Scriptorum catervam, id tamquam certum tradi deprehendet . Contra Clariſſimus Mabillonius in Muſaei Italici Tom. I. part. II. pag. 109. Catalogum antiquum Mediolanenſium Antiſtitum ex Ambroſiana depromens , inter eos *manu recentiſſima* additum ait *Sanctum Barnabam* . Tum ſubdit praeclara Ambroſii verba in Concione adverſus Auxentium: *Abſit, ut tradam hereditatem Patrum, hoc eſt hereditatem Dionyſii, qui in exſilio in cauſa Fidei defunctus eſt; hereditatem Euſtorgii Confeſſoris; hereditatem Myroclis, atque omnium retro fidelium Epiſcoporum* . Quaſi dicat: quinam opportunior, quam iſte, Ambroſio locus commemorandi Barnabae, ſi eum ſuae Eccleſiae fundatorem noviſſet, atqúe credidiſſet? Doctiſſimus item Papebrochius in Prolegomenis ad Acta Sancti Barnabae Tom. II. Junii, pag. 430. de traditione fundatae a Sancto Barnaba Mediolanenſis Eccleſiae loquens, ait; *neque in Sancti Ambroſii Mediolanenſis, neque in Sancti Gaudentii Brixienſis operibus ullum ejus inveniri locum , ut forte tota iſta traditio non habeat Auctorem alium, quam Pſeudo-Dorotheum in Synopſi* &c. Igitur ipſi Papebrochio veri videtur ſimilius , *Anatalonem*, qui primus in Catalogo Mediolanenſium Archiepiſcoporum occurrit, *Cyprium fuiſſe, & diſcipulum Sancti Barnabae:* atque hinc fortaſſe natam Mediolanenſibus famam conſtitutae a Barnaba Eccleſiae ſuae. Meam hac de re Lector, quaeſo, non exſpectet ſententiam; neque enim hujus loci eſt controverſiam agitare, quam tot tenebrae obſident, quales & in originibus plerarumque aliarum Eccleſiarum occurrunt . Hoc unum ego adferam, minime cenſendum, ab Auctore iſto primum fluxiſſe opinionem fundatae per Sanctum Barnabam Mediolanenſis Eccleſiae. Quae de illo heic habentur, *ex diverſis utriuſque Linguae paginis* ſe collegiſſe ipſe teſtatur. Et ut nihil diffitear, prae reliquis Scriptoribus, quos idem conſuluit, veriſimile eſt, obverſatum fuiſſe ante illius oculos Dorotheum, qui Synopſim Vitae Apoſtolorum reliquit, editum nunc Tom. III. Bibliothecae Patrum. Utique is Auctor , omnium conſenſu, fabuloſus ac ſpurius; attamen teſte Caveo tantae eſt antiquitatis, ut ſaltem vetuſtiſſima hac de re Mediolanenſium traditio dicenda ſit.

Quum vero ex Ambroſianae Bibliothecae Codice, in quo Opuſculum nunc edendum legitur, Mabillonius primo, tum Papebrochius, ſupra memoratum *Catalogum Archiepiſcoporum Mediolanenſium* hauſerint, ac aeneis etiam typis jamdiu conſignarint, perductum ab Anatalone primo Epiſcopo ad Johannem uſque Vicecomitem; & ex iis alter inde prorſus Barnabam Apoſtolum excludat, alter vero ejus nomen *manu recentiſſima* adjectum affirmet: non ingratum Lectoribus fuerit , ſi & ego alterum ſimilem Catalogum nunc primum depromam, ſed uberiorem, & fortaſſis hactenus editis praeferendum. Illum ego olim deſcribebam ex pervetuſto Codice MSto Bibliothecae Metropolitani Capituli Mediolanenſis, ſcilicet ex eo ipſo, qui Beroldi de Liturgia Mediolanenſis Eccleſiae bene meriti Scriptoris (floruit is circiter An-

Digitized by Google

num 1130.) Libros universos complectitur; subjunctus quippe est eisdem Libris. Quare Catalogum hunc pluris faciam, breviter indicabo. Qui a Mabillonio, & a Papebrochio publici juris est factus, seriem Archiepiscoporum continuat ad *Philippum* usque *de Lampugnano*: tum loquitur de Johanne Vicecomite, saltu videlicet facto ab Anno MCCVI. ad MCCCLIV. Ad Annum, inquam, 1354. ut enim hoc obiter notem, in utraque editione tum Mabilloniana, tum Papebrochiana idem Johannes obiisse dicitur Anno MCCCLV. quum tamen certissime constet, accidisse illius mortem Anno antecedenti. Hujusmodi autem sphalma, nonnullaeque aliae notae plane indicant, Ambrosiani Codicis Catalogum antiquitate Metropolitano Catalogo, quem editurus sum, concedere. Igitur hic noster, praeterquam quod omnia exhibet, quae in Ambrosiano leguntur usque ad supra memoratum Philippum, pluribus etiam huc & illuc additis, deinde a quopiam Continuatore tantummodo deductus est ad Annum usque MCCLI. Ibi autem nonnulla habentur, quibus emendare liceat Ughellum in Catalogo Archiepiscoporum Mediolanensium. Exempli gratia, hic negat, Ubertum de Pirovano S. R. E. Cardinalium albo inscriptum: quod tamen Catalogus noster apertissime tradit. Praeterea Gerardi de Sessa, & Henrici de Septara, ejusque Successoris annos parum accurate recenset, ut alia omittam.

Age vero, inspiciat Lector Catalogum nunc mihi edendum, & ex antiquiori, ut arbitror, Codice depromtum. Illic profecto in ipso exordio deprehendet, minime desiderari Sanctum Barnabam, cujus nomen, utpote *recentiori manu* additum Ambrosiano Codici, propterea Mabillonius explodere videbatur, quasi vel ipsis Mediolanensibus antiquis nequaquam probaretur. Imo ejus adventus Mediolanum in eodem Catalogo multis verbis statuitur, non Libello tantum, quem nunc proferimus, laudato, sed etiam Hieronymo, ac Dorotheo (Auctoribus tamen hac in re apocryphis) ad ejusdem adventus confirmationem allatis. Quare videas, Ambrosiano Catalogo ex una incuria primitus adjectum non fuisse Barnabae nomen. Denique ante Catalogum nostrum occurrit *ordo Episcoporum*, quos olim Metropolis Mediolanensis Suffraganeos ac subjectos habuit. Ad Archiepiscopatum evectus fuit Genuensis Episcopus, non quidem Anno 1132. ut Pagius censet, sed Anno subsequenti, uti nos docent Historica Genuensium monumenta. Quare ante Annum 1133. memoratus ordo, in Synodo olim Mediolanensi servatus, a quopiam scriptus fuerit oportet. Atque haec pauca ad amplissimae urbis & Ecclesiae Mediolanensis honorem adnotasse sufficiat, cujus Acta vetera in hac Italicarum Rerum collectione ante Eruditorum oculos sistere decrevi.

OPU-

Digitized by Google

Flavio Pomodini inu. et del. — Gio: Batta Sintes sculp. Rom.

OPUSCULUM
DE SITU
CIVITATIS MEDIOLANI.

Lurimos tam A Græcorũ, quàm Latinorum, fandi copia & rerum ſolertia prẽditos, veterum Scriptores extitiſſe geſtorũ, haud dubium gerit, ſicut in rimandis antiquariorum tomis agilis ingenii capacitatem, meditandique in his aſſiduitatem propenſior cura ſuppeditat. Chronographorum equidem, ut opinor, alii præſentis ſolùm cauſa emolumenti, vel inanis Philoſophiæ ſtudiis incitati, magnanimorum facta ſeu dicta Virorum, Platonicis quodammodo bullis, attenuando magìs, quàm ampliando, ſaventis ſibi temporis provocaſſe rumores, atque nugacis memoriæ titulos poſteris reliquiſſe gaviſi ſunt. Alii autem non ſolius tantùm poſteritatis intuitu id ſibi operis extorſiſſe patenter indicarunt, dum ſe clarorum ingenia meritorum (quorum non mediocre foret, ſi latuiſſent, detrimentum) ſedulis ſaltem viribus indidiſſe, ac venturis deinceps ſeculis æmulanda propoſuiſſe profeſſi ſunt. Hinc factum eſt, ut res mirabiles, ac non ſinè maximo cumulo laudis geſtæ, proferentium accepere facultate virtutem. Si qua nempe de excellentioribus ad explicanda geſta inops vera proceſſit, delituere, aut in totum alluvione temporum abolita deperiere notitiæ, aut vilibus dedecora ſolœciſmis, deformiora quàm decuit ad poſteros devenere. Fit verò nonnunquam, ut fide carens cumulus prærogativam diſſipet laudum, & eis tantum decerpat gloriæ, quantum plus juſto aliquid falſitatis adjecerit. Quorſum iſta? quandoquidem amplitudinis veſtræ, ô beatiſſime Præſul, Anatalonis religioſiſſimo juſſu ſolicitor, & evidentis imperii catena conſtringor, ut de Viris Apoſtolicis, & omni laude digniſſimis Italorum Metropolitanæ Sedis Antiſtitibus, quam Deo auſpice, ac non ſinè maxima ſuæ gratiæ diſpenſatione in præſenti turbine Paſtor probaris inſidere, quo facile ſit ac perſpicuum ad culturam Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & fuiſſe egenitum, & eſſe provectum ab exordio, quo Chriſtianitatis nomen ſatum eſt uſque ad id temporis, in quo per veſtri præſentiam Chriſti Domini gratia ad magnum Eccleſiæ ſuæ incrementum propitiata reſplenduit, Libellum, veſtri præcepti inſtigante ſtudio, cudere debeam. Sed ego in tam enormis molem ponderis qua fronte auſim vel oculos impudens injicere, qui non ſolùm viribus exſum cunctis imbecillior, verùm etiam adeò exilis ingenii paupertate coarctor, torpenti gravatus ſocordia caliginoſum quiverim attollere ſupercilium? Etiam ſi aliqua fortè ex eorum ſtudiis prælibaverim, diuturni memet temporis deſuetudine confiteor amiſiſſe. Cùm ſit ergo mihi ſermo incultior, atque illuſtrium aſpectus Virorum ampliùs ad cachinnum, quàm provocans ad legendum. E contra autem ſi tanti Viri non paream juſſis, obſtinatæ inobedientiæ abſque dubio nævum incurram. Horreſco referens, quæ me turbella, qui pavor invaſerit. Nam cùm metior puſillitatem meam, in tantum ſit impoſiti mihi operis materies altior, ùt pœne æquale videatur ita hanc me poſſe ſubvehere, ſicut digito Cœlum tangere. Fecit quidem hujuſcemodi textum de Epiſcopali Urbis Romanæ Catalogo famoſiſſimus Papa Damaſus ejuſdem Eccleſiæ, hortante ac flagitante penitiſſimo Sacræ Scripturæ interprete Hieronymo, qualem ipſe pridem de Viris Illuſtribus naviter ediderat: Verùm ſicut nos temporis ſejungit diſparilitas, ſic quo-

quoque mea, & illorum longè diſſimilis habetur conditio. Illi ſedenim ex ingentibus generoſæ Linguæ fluentis ingentes protulerunt ſalutiferis imbribus amnes. At ego, cui de pauperrimo ſtillicidio vix una tamdem aliquando ſtilla decurrit, qua temeritate poſt ingentia profundorum gurgitum flumina, hoc eſt Nilum B. Hieronymi, Tiberimque Damaſi, ſiccos velim curſus extendere? Quia igitur nec virium mihi tantarum menſuram adeſſe video, nec inlati præcepti obſequium ſubterfugere queo, quamvis cum verecundia nubilo, quia conſultius fuerat talia mirari, quàm loqui, aggrediar quidquid, propitia Divinitate, veſtra præceperat Sanctitudo, illorum continuos expoſtulans interventus, pro quorum illud devotione ſcribendum mandaſtis. Et licèt vobis cum mei diſcrimine pudoris obedientiam, illiſque, de quibus dignè fari nequeo, impendam tantillus injuriam; quia tamen flagrantis veſtri ardoris nutu, non autem adversùs illos propriè ducor induſtriæ faſtu, mihi ſpecto, ac ſpero concedent veniam. Ob quam cauſam in tota hujus materiæ fabrica titulum frontis eradam, ut muta ſit pagina, nec loquatur Auctorem, retexens rei geſtæ tenorem. Hæc in primo, velut ad ingreſſum carinæ navigationis inſolitæ ancipitem formidans eventum, idcirco præmiſi, ut mihi ſi fortè in abrupta ſirtium puppim impegero, facilior adſit indulgentia, quia tam pertinaciter excuſare volui de imperitia.

Navigationis cœptæ curſus, quos, ut credo, Spiritu Sancto gubernante ac impellente, adorior, eò dirigere cogor, ut primò de Urbis, ad quam velâ tendere propoſui, ſitu, qualitate loci, cauſa vocabuli ac dignitatis, quidquid ubique repererim pro modulo meo elucubrare debeam. Situs igitur Civitatis Metropolitanæ, de qua occurrit ratio, uberrimus eſt fœcundæ Matris Italiæ ſinus. In ea dumtaxat Provincia ipſius plaga, quæ Liguriæ nomen à veteribus ſortita eſt, per quam à Septemtrionali ad Orientalem versùs partem Abdua, & Ticinum ingentia flumina, Padani gurgitis medium influunt gremium. Porrò Liguriæ præfatæ quantitas à jam dicto Abdua fluvio ad Alpes uſque, quibus Rhetiarum limites ab Italicis finibus dirimuntur, protenſa eſt, continens in ſinu medio florentiſſimam affinium Urbium Mediolanum, quæ ex priſcis temporibus, ut in veraciſſimis reperitur Annalibus, altera poſt inclytam Romam magni Imperii dignitate ac ditione potita eſt. Et ex eo Eccleſiæ ipſius Antiſtites ſuper ceteros non ſolùm Liguriæ, ſed Venetiæ, Æmiliæ, ac Rhetiæ, nec non & ejus partis, quæ Alpis Cottia nuncupatur, quin etiam ſuper nonnullos Tuſciæ Præſules, poſt Romanum Pontificem, decentiſſimam Metropolitani apicis adepti ſunt Cathedram. Dicta autem Liguria à Legendis, ideſt colligendis leguminibus, quorum ſatis eſt fertilis. Hæc & altero nomine, ſed non abſque re, Ciſalpina Gallia dicta eſt, quod quare acciderit, licèt extrinſecus à propoſito ſit, dicam breviter. Anno ſiquidem ſecundùm peritiſſimos calculatores ante Incarnationem Domini Quadringenteſimo Quadrageſimo Quarto Brenno Dux Gallorum imlectus deliciarum aviditate, quæ ſibi ab Italiæ ubere fuerant delatæ, ex Senonis Regni ſui Urbe progreſſus, cum plurimis Senonum Gallorum agminibus cunctas captivæ Italiæ oras occupavit. Romam quoque pulcherrimam, excepto Capitolio, cùm adhuc in puellaribus degeret intemereta crepundiis (nam ducentesimus ab inſtitutione ejus tunc tantùm annus aderat) violavit, incendit, atque nudavit. Hâc tempeſtate Galli Senones proſperis adjuti ſucceſſibus; Urbes etiam ad inhabitandum ſibi condere cœperunt, ut eſt hodie quæ Pergamum, Brixia, & Ticinum, quæ altero vocabulo Papia dicitur, necnon & eam, quæ ex nomine gentis Senogalliam appellarunt. Quibus ingenti ſtructura firmiſſimè fabricatis, Mediolanum poſtremo exquiſito in loco, velut in quadam umbilici terræ planitie, mirificentiſſimo ac decentiſſimo conſtruxerunt opere. Quam tamen poſtmodum Principes expulſis Senonum populis longè meliùs ſublimantes auxerunt, locantes in ea more patrio eximium Auguſtorum dignitati Palatium, Theatrum, Aumatium, Thermas, & Viridarium, atque alia quæcumque Imperiali ſtemmati complacitura forent. Ob quam cauſam ſæpiſſimè ab eiſdem poſtmodum Auguſtis frequentari cœpit & incoli, eo quòd eſſet inibi ſaluberrimi aëris aptiſſima temperies, locuſque ad uſus domeſticos irrefragabiliter paratiſſimus. Ab antelatis ergo Gallis ea pars Italicæ regionis idcirco Ciſalpina Gallia dicta eſt, quæ in confinio licèt ſita Alpium, attamen, ad majorem quantùm ſpectat Italiæ partem, infra Alpes eſt. De qualitate verò loci ipſius quantumcumque libandum eſſe non abnuo, quæ ita moderatè temperatam per divinam providentiam in ſe naturam poſſidet, ut niſi delicta inhabitantium impediant, neceſſarios uſus congruis ſubminiſtrare temporibus, & ſuæ affluentia dignitatis patriotas jocundare non definat. In nonnullis denique regionibus aut ſolis fervor immenſus jugi æſtu virentia terræ percurrit, aut glacialis hyems nivea ſub cruſta rigeſcens, prohibet ſolum humano uſui producere fœtus; facitque ut quibus fruges ſuppetunt, dulcia vina negentur; & quos vini potat dulcedo, frugum inopia necet. At hic, de quo loquor, locus ſumma ſatis opulentia largus, profert ſemina fructuum, & nunc has, nunc illas novellas ſubinde feſſus legit agricola fruges. Sic quoque qui toto anni ſpatio non indulſerit otio, gaudebit paſſim telluris ubere profluo. Quid etiam de vini referam ubertate præcipua, qua per ſupernam largitatem uſque adeò plurimas Romani nominis Provincias exſuperat, ut multo ampliùs hinc nonnunquam meraca potio, quàm ſiceræ, quibus ſuis veletur aquæ*, ſalubris videatur ineſſe plenitudo. Nam & de aquis loci ejuſdem quid primùm mirer? quæ quàm ſint ad potandum habiles, atque omnium uſu laudabiles, non tam virorum peritorum, verùm etiam piſtorum, & fullonum novit induſtria. Rarò autem eidem Urbi marinæ copiæ, rarò diverſorum ſtagnorum dapes affluentiſſimè deeſſe potuerunt pro temporis acceſſu. Et quod valde mirandum, ejus loci genium Concives ibidem ſatis ipſa eſt*, qui parant, forma corporea eatenus, ut longè diſpariter à ceterarum Urbium diſtare videantur indigenis. Ineſt nempe illis ſtaturæ proceritas decens, quæ eminentiam ſecuturæ dignitatis præfiguret in membris, nec tamen modum excedat ornatæ prolixitatis. Quin etiam nativa ſolertia ex genitali quadam ſapientiæ proſapia occurrens frons hilaris, & ore roſeo benigniſſima, etiamſi animus mœſtitudine torpeat. Poſtremò, ut vocabuli exprimam ethymologiam,

Digitized by Google

giam, cum sit binomia, ex decore structuræ eximiæ *Albæ* primùm à veteribus nomen sortita est. Usitato autem vocabulo *Mediolanum* dicta, sive quia inter duo supra taxata flumina, Ticinum videlicet, & Abduam, in meditullio sita æquâ ab utroque lance distare videatur, sive quòd, ut plerique affirmant, monstrum ibidem inventum, hoc est sus ex media parte corporis laneo tectus vellere nomen Urbi indidit *Mediolanum*. Ad cujus rei indicium mos inolevit, ut quoties ab ipsa, velut ex principali Urbium Metropoli Romani Consules ad bella prodibant, vexilla eos semilanea præirent. Hæc de situ, & qualitate loci, ac causa vocabuli dicta sufficiant. Nunc etiam secundo divinitatis assensu de ipsius dignitate, seu de prima Christianæ inibi gentis propagatione, vel quibus exculta cultoribus, quibusque irrigata suffragatoribus, ut suum agnoscens Conditorem, eidem soli, derelicta Idololatriæ superstitione, ubertim religiosæ Fidei domesticos fructus afferret, quæcumque prisca ætas nostræ reliquit notitiæ, conabor, quamvis balbutiente lingua, proferre, cantans Domino cum Psalmista, & dicens: *Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Atque utinam clementer subinferre dignetur, & addere: *Aperi os tuum, & ego adimplebo illud.*

De adventu Barnabæ Apostoli.

CElebratis Dominus Jesus susceptæ pro nobis Passionis, ac Resurrectionis suæ mysteriis, serenatisque Discipulorum animis, quos furens adversùs Magistrum turbo perculerat, rediit ad Patrem, à cujus majestate, divinitate, atque æternitate numquam discesserat, repræsentans aspectui ipsius glorificati per resurrectionem sui corporis cicatrices. Et quoniam oportebat juxta ipsius Redemtoris præceptum, prædicari nominis ejus Evangelium toto orbi, redintegrato protinus mystico Apostolorum numero, ac diffuso passim per eorum doctrinam in Judeæ fines Evangelico semine, haud mora, primitivæ seges Ecclesiæ pullulare adorsa est. Et quamvis incredulorum corda Judæorum in suæ perfidiæ rebellione persisterent, plurimus tamen Apostolis in doctrina laborantibus fiebat quotidie Christifidelium profectus. Hinc evênit ut improbi, & cœcitatis suæ tenebris involuti, eis, qui verum sibi lumen pandere cupiebant, persequutionis gravissimæ procellas ad vicem rependere non cessarent. Sed hæc ipsorum vicissitudo nascentis Ecclesiæ incrementis non fuit detrimento, sed magis potiùs augmento fuit. Siquidem dispersis per orbem ob istiusmodi turbelam fidelibus, via confestim salutis cœpit patescere gentibus. Nimirum Sancto id dispensante Spiritu, dum edito divinitus oraculo, ut Apostolorum sacra narrat Historia, Paulum, & Barnabam in opus verbi, ad quod eos assumserat, jussit segregari. Quorum alter jam tunc ex Saulo Paulus, ex lupo agnus, ex apostata Gentium factus Apostolus, ovium Christi providus erat gubernator, quarum paulo ante sævissimus exstiterat laniator. Alter, licèt Cyprius genere, sed jampridem Patris Abrahæ ascitus in semine, quem non modò originariæ stirpis posteritate, verùm etiam Fidei insignis virtute noscitur æquiparasse. Cujus eximiis præconiis idioma sui nominis aptissimè convenit, interpretatum siquidem sonat *filius consolationis*. Et quam pulchrè! nempe ipse est, qui venditi agri pretium Apostolicis substravit vestigiis; qui, quoniam præsentia flocci pendit, spe æternorum indubitanter consolari non abnuit. Hic est autem Barnabas, qui & Joseph Levites, cui Lucas veridicus Scriptor hujuscemodi perhibet testimonium: *Quia erat*, inquiens, *vir bonus, & plenus Spiritu Sancto, ac Fide, & per illum apposita est turba multa ad Dominum*. Qui nisi talis esset, nequaquam cum Mathia, ut multis videtur, ad substituendum duodenarium numerum Apostolorum eligeretur, nequaquam à ceterorum consortio cum suo collega Paulo ad prædicandi ministerium mitteretur. Hos igitur, ut cœpta prosequar, Beatiss. Apostoli fundatâ primùm in Jacobo fratre Domini primitivâ Hierosolymorum Ecclesiâ, quartodecimo post Domini passionem anno per manuum impositionem ad Apostolatus fastigium extulerunt, & ad Gentium magisterium pariter destinarunt. Prædicationis verò ipsorum initium Antiochenæ fuit profectus Ecclesiæ, in qua primùm inter Gentes Christiani vocabuli & germen efloruit, & nomen insonuit. Exin circumquaque diffusas aggredi cœpere regiones, Insulas, atque Provincias, verbi Dei semen Gentilium mentibus inserendo, & ad credulitatis augmentum inauditas in Christi Jesu nomine virtutes patrando, adeò ut quidam eos errore decepti paterno, Deos esse putarent, Barnabam Jovem nuncupantes, eo quòd prior videretur esse, ac senior, quasi Divûm patrem, Regemque hominum; Paulo autem Mercurii nomen adscribentes, quia ipse dux verbi erat, quem eloquii, ac sapientiæ latorem putaverunt. Hujus rei testes sunt tam Græcorum, quàm Latinorum Historiographorum plurimi; testis & unus ex ipsis Gentium Doctor Paulus, qui in Epistola, quam ad Galatas misit, inter cetera: *Cùm vidissent*, inquit, *gratiam, quæ data est mihi, Jacobus, Cephas, & Johannes, qui videbantur columnæ esse, dextras dederunt mihi, & Barnabæ societati* &c. Verùm dum innumera jam jamq; Christi Fidei credentium lucra per ipsorum prædicationem accumularentur, interveniente cujusdam scrupulo dissentionis ab invicem discesserunt. Causa autem hujus inter eos divisionis Johannes, qui cognominabatur Marcus, fuisse perhibetur, quem Paulus, quia in initio prædicationis tepidum vidit, in Ministerium recipere noluit, scilicet ne illius teneritudine vires frangerentur audientium. Barnabas igitur propter cognatum sibi fratrem, & affinitate conjunctum (leguntur enim consobrini fuisse) separatus corpore, non animo, à Paulo Cyprum patriam repetiit Insulam; & nihilominus prædicationis Evangelicæ injunctum sibi opus exercere non desiit. Est autem Cyprus Insula Pamphiliæ Provinciæ in mari Asiatico sita, habens quindecim pulcherrima Oppida muris serrisque munitissima, quorum Metropolis Paphus insignis plurimùm, famosaque divitiis, metalli maximè ænei, cujus prima ibi utilitas, atque inventio fuisse dicitur. Hanc ergo adnavigans Apostolus Christi, & Gentium Didascalus Barnabas, ac velut genitale solum summa industria excolens, veternosæ ab ea Gentilitatis spinas evellendo, atque Evangelici verbi sata serendo, nec non virtutum vigore, quæ severat, irrigando, non sinè divino, ut opinor, nutu ad eam rediisse comprobatus

batus est. Nam post multum denique temporis ascendens navim cum aliis, quos ipse instituerat, Christianæ Fidei cultoribus Urbem adiit Romam, velut totius orbis dominam invisere cupiens, cùm esset annus Claudii primus, post verò Domini Ascensionem octavus. Stansque in loco Urbis celeberrimo, ubi Romani populi crebrior concursus habebatur, primus ex Apostolis liberè protestans inopinatum Filii Dei vivi, ac veri adventum Romano cœtui proclamavit. Quo audito quidam astantium ridere, ac subsannare hominis rusticani verba impolita; quidam libenter his, quæ ipse fatebatur, annuere, & per singula solicitè intendere, in tantum ut nonnulli ex Primatibus, quorum erat mens sanior, Christi jugo sua colla inflectere, & illius nuntii obsequiis devotissimè insistere non cunctarentur. Inter quos Clemens, qui posteà Romanam Sedem tertius à B. Petro naviter gubernavit, quique ejus rei, quam narro, in sua de semetipso Epistola meminit. Quo in tempore idem Christi minister beatissimus nugantium insidias, & malignantium calliditates declinans, totas cœpit circum circa perlustrare Provincias, cœlestis Regni gaudia credentibus pollicendo, assertionesque suas non argumentorum fucis, sed dulcium prædicationum simplicitate non ficta muniendo. Et quoniam post Romanam arcem famosissima jam tunc habebatur Civitas sæpè dicta Mediolanum, quippe quæ pari ditione sublimis secunda post ipsam, ut præfatus sum, Augustales Occidui Imperii insulas retentabat, ad eandem assumtis in prædicationis exequendæ ministerium sodalibus, maximèque Anatalone quodam, genere Grajo, sed morum probitate, & Fidei vigore præcipuo, cursus sui tramitem destinavit. Interea supra taxatæ Urbis mœnibus introgressus, & aliquot in eadem moratus diebus adtendit ibidem ..... postea profitebatur quosdam ex plebe, dum veritatis sermonem ediceret, libentiùs audientes, quosdam autem ingenti primùm stupore perculsos, & incredibilia sibi, quæ narrabantur, videri alterutris innuentes. Tum ille ut erat viscerum misericordia plenus, compassus utrisque, in lacrymas resolutus est; istos enim, quos tetra caligo infidelitatis cœcaverat, ad lucem revocare cupiebat. Illos verò, qui ad audienda verba Dei velut ad pocula sitibundas fauces adtulerant, fonte perenni desiderabat implere. Hortatus ergo socios, ut Divinum supplices adesse implorarent auxilium, & apud quem est fons vitæ, & in cujus lumine videtur lumen, illius freti juvamine opportunè & importunè vias vitæ moribundis pandere non desisterent, protestans eis Divinæ voluntatis indicium, & quod non absque maximo emolumenti cumulo cœlestia eisset talenta largiturus, evidenter insinuans. Igitur dum ipse ibidem verbo Dei operam daret, haud mora, complurimi, eo plura ac sinceriter de pœnitentiæ remediis, & vita seculi futuri disputante, ad Fidem Christi convolarunt. Tum alloquens præclarissimum virum Anatelon æquè Apostolico dogmate fartum: *Perge*, inquit, *ab Urbe hac ad Orientalem versùs plagam lapide sexagesimo Brixiam, quæ est Alpibus contigua, & una ex Venetiarum Urbibus haud ignobilis, Civibusque ejus salutaria verbi pabula impertire. Credo equidem collatam tibi à Domino gratiam, & non modica post paululum ibidem adolescet te prædicante turba Fidelium.* Quam ille gratanti mente jubentis legationem suscipiens, ad eamdem properanter accessit Urbem. Cùmque agrestibus, & ferocibus Gentilium animis dulcia vitæ perennis relatu mellifluo mysteria referaret, mox, cooperante ineffabili Omnipotentis providentia, aliquanti ex plebe Fidei monimenta perceperunt ore sagaci. Quod ubi vir Dei aspexit, illico ad magistrum rediens prosperatum iter sui Legati nuntiavit. At ille immenso repletus gaudio festivas bonitati Creatoris gratias egit, iterum iterumque commonens, ut insisteret credita sibi talenta cum nummulariis erogare, quatenus cum bono ac fideli servo vocem illam desiderabilem audire mereretur: *Euge serve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui.* Alludensque ad nomen Anatelon ait: *Frater, & Coapostole super multa constituendus, plura oportet lucra tua Domino repræsentes.* Orans ergo, & imponens illi manus, Episcopalem deinceps curam commissarum sibi à Christo ovium vigilanter exercere jussit inter Mediolanenses, ac Brixienses accolas, doctrinæ magisterio, & Fidei Christianæ institutis delegatum. Hinc factum est, ut secundùm quod præceperat impleretur, scilicet ut omni tempore, quoad viveret, utriusque Ecclesiæ plebibus pari tenore pastoralem curam impenderet. Præter quod sanxit, ut Mediolanensis, quam ipse fundaverat, principalis Ecclesiastici culminis Sedes, aliarumque in ea Provincia Ecclesiarum Metropolis perpetualiter habeatur. His ita decursis Beatissimus Christi Apostolus Barnabas suam cœpit accelerare profectionem, accitisque discipulis indicat diem Festum Paschæ adventare, & se, Christo opitulante, unà cum Confratribus, & Coapostolis ex voto celebraturum esse. Fit mœror ingens tam Christianorum, quàm Paganorum, qui se totius in eo felicitatis detrimentum pati clamabant, hoc est, si discederet, si illos pauxillum relinqueret. Præcipuè vir Dei Anatelon lacrymaliter ac graviter ingemiscebat pro eo, quod dixerat, se non ultra reversurum, quia reliquo vitæ tempore cum suis esset compatriotis ac fratribus permansurus, illum suæ semper resolutionis diem gratabunda mente operiens, quo sui laboris à Christo coronam recipiat immarcescibilem. Quem ita consolabatur Magister, ut diceret: *Quid tantum mea delectaris præsentia, cùm tibi Christi Jesu Domini mei numquam defutura sit? Sic enim nobis polliceri voluit dicens: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi. An non de omnibus ejus dictis, & operibus, ut ego à Beatissimis Petro, & Jacobo Magistris Ecclesiæ, sic & tu à me eruditus es? Numquid aliquid tibi deesse poterit in vinea patris familias desudanti? En cum doctrina Fidei virtutum quoque tibi efficacia non deerit, & quæ postulaveris impetrabis.* His & hujuscemodi allevatum astipulationibus, dimisit in omnibus diligenter instructum; protinusque ad Romanum regrediens portum, ingressus navim, ad Palestinæ gremium repedavit. Hucusque de primis Ecclesiæ Mediolanensis propagatoribus, prout parvi tulit captus ingenii, ex diversis collecta utriusque Linguæ paginis, ceu discolor in amœnis solet pratis compingi coronula, satis adnotasse & conglutinasse sufficiat. Nunc verò ab ipso Anatelon tempore usque ad hæc, quæ in præsenti decurrunt, secula gressu, licèt pen-

pendulo ſtili hujus curſum dirigam, quem niſi tu, Præſul Excellentiſſime, dexteram extendens benedicas & acuas, aſperitate retuſus incedet per devia.

Depoſitio Sancti Anatalon Epiſcopi Mediolanenſis Primi.

ANatalon igitur Epiſcopatus apicem, ſui Magiſtri Sanctiſſimi Barnabæ vices, velut Chriſto donante, ſuſcipiens, Apoſtolicis formavit operibus, probiſque actis adornavit. Erat quippe Divinæ Caritatis igne fervidus, virtutum nitore ſplendidus, jugis parſimoniæ, ac vigiliarum inſtantia perſpicuus, verbo Dei indeſinenter intentus, ita ut commiſſas ſibi plebes & aſſiduis orationibus ad alta ſubveheret, & admonitionibus ſaluberrimis ex profano ſimulacrorum ritu eruere non ceſſaret. Et quamquam de ſui abſentia Magiſtri non modicè angeretur, ejus tamen fideliſſimis refocillatus promiſſis, Sanctæ Dei Eccleſiæ agrum inſtantiſſimè excolebat, & infidelitatis antiquæ procul abjiciens germina novellæ plantationis fructiferas jugiter vitas inſerebat. Habens denique ſecum Cajum condiſcipulum, ſummæque ſanctitatis virum, quem ob prædicandi gratiam, jam Magiſtri coheres factus, fideli violentia magis, quàm pertinaci ſuperbia ad ſuum præripuerat adjutorium, hunc condigno jam tunc Presbyterii honore cumulatum, firmiſſimum ſuo lateri in opus verbi comitem aſcivit. Aliquantos etiam ex eis, qui crediderant, Fidei Chriſtianæ decore nitidos, & omni morum honeſtate probatos Diacones inſtituit. Ociùs quoque illis invigilantibus, & ovile Dominicum ſolicitè providentibus Divina Majeſtas annuit, & fidelis populi cœtus ex improviſo multiplicari cœpit. Quamquam inter credendum, ad eorum, qui rebelles Chriſto exiſtebant, infinitam multitudinem, pauciſſimi viderentur ii, qui interdum ad audiendum verbum convenerant. Porrò tam nobilibus, quàm vulgo indifferenter viam ſalutis vir Sanctiſſimus Anatalon prædicabat, degens maximè in ſuburbano Civitatis ob Paganorum rabiem ac ſpurcitiem evitandam, ubi & Sacri Baptiſmatis ſignacula, & Miſſarum orationumque ſolemnia cum his, qui Fidei juncti erant, ſub dio exequi ſolitus erat. Fuit autem in Paſtorali cura utrarumque Sedium annis tredecim ab Anno ſeptimo Claudii uſque ad octavum Neronis. Quo in tempore ordinavit ſibi ſucceſſores duos, alterum Mediolanenſis, alterum Brixienſis Civitatis Epiſcopum; conſtituitque condiſcipulum in Divinis dogmatibus apprime eruditum Gajum Romanum Mediolanenſi Urbi ante ſuum deceſſum Metropolitanum Antiſtitem, cui profectò Urbi tantum privilegii à ſuo noverat Magiſtro conceſſum, ut ſicut inter reliquas Italicarum Provinciarum Urbes, earum dumtaxat, quæ Occidentalem versùs marginem ab Italiæ ſinu protenduntur, poſt Romanam arcem nitentis ſtructuræ eminentia, atque aulicorum conventu frequentiſſimo principare videbatur, ita Eccleſiaſticæ ditionis prærogativa poſt Romuleam Sedem cunctas excelleret. In hunc modum, & ipſe præfatus Antiſtes nil à ſuo Inſtitutore diſcrepans, Metropolitani ibidem Cathedram pro futuris temporibus Chriſti ſtatuit eſſe Fidelibus, quatenus affinium populorum Antiſtites, hoc eſt Venetiæ, Liguriæ, Æmiliæ, Rhetiæ, Alpis Cottiæ, quotquot fuerunt in Sancta Matre Eccleſia, futuri per has ſæpedictas Provincias, caput quoddam & decus inſigne poſt Romanum Pontificem habere debeant Mediolanenſis Sedis Præſulem. His ita ſancitis migravit ad Chriſtum perpetua laborum ſuorum præmia recepturus, depoſituſque eſt VIII. Kal. Octubris, quo etiam die venerabiliter colitur ſancta depoſitio ipſius ad Conſilia Sanctorum. Nam de Sacratiſſimi ejus Corporis gleba quia nihil certi uſque ad præſens comperi, Dei ſolius, cui cuncta patent, relinquo noritiæ. Quod quare acciderit, nulli mirandum, cùm per idem tempus toto pœnè orbe ad nomen Chriſti incognitum pavefacto & turbato, ſi qui erant ex credentibus, per latebras quaſdam, & quas invenire poterant cavernas divinis excubiis fideliter inſiſtebant, non perſecutionem immaniſſimam paveſcentes, ſed potiùs ob credentium augmentum paſſioni ſe ad tempus callidè ſubtrahentes. Ita factum eſt ob Paganorum vitandum furorem, ut Chriſti Sacerdotis funus pretioſiſſimum occultæ à Chriſtianis ſepulturæ traderetur, præſertim cùm ea temporis inſtantia Neroniana tempeſtas Chriſtianorum incrementa atrociſſimè vexaret, delegatis per unamquamque Provinciam tam diri operis executoribus, ut initiatæ cultores Eccleſiæ ſæviſſimis quaterent furiarum ſuarum procellis. Quo etiam curriculo temporis Petrus & Paulus glorioſiſſimi Sanctæ Fidei præceptores, & inclyti certaminis bellatores, cruento Cæſaris occubuere præcepto, non quia devicti hoſtibus colla ſubmiſere, ſed quia ſuis ſequacibus, tam validè dimicandi normam relinquere voluere.

Vita S. Gaji Mediolanenſis Epiſcopi.

GAjus ergo, ut retro redeam inter hujuſcemodi nefandi temporis diſcrimina, velut optimus navita, editam noviter Sanctæ Eccleſiæ lintrem, quam ad regendum ſuſceperat, cœleſti fultus præſidio, atque piæ converſationis refertus remigio, ad prædeſtinatum vitæ perennis iter dirigere, atque ab imminentibus graviſſimæ perſequutionis turbinibus virtute, qua poterat, nitebatur viriliter defendere. Quem idcirco Sanctus Anatelon, dum adviveret, ad Sacerdotale provexerat culmen, ne fortè, ſe tranſeunte ad Dominum, tam rudis Eccleſiæ ſtatus, vel ad horam Paſtore proprio deſtitutus vacillare inciperet; imitatus in hoc glorioſiſſimi Apoſtolorum Principis, & ſui Magiſtri præclariſſimum exemplar, qui ſub idem ferè tempus jacto Romanæ Eccleſiæ æternali fundamento, Clementem ſummæ Sanctitatis Virum, cujus ſupra memini, ſuo loco ſtatuit, & ad ſacræ prædicationis exequendum vigilanti cura miniſterium, ſatis idoneum ſibi ſubrogavit Vicarium. Verùm, ut cœpta ſequar, vir Deo devotiſſimus Gajus, ubi primùm deceſſoris judicio, ac poſtmodum totius ſanctæ plebis amore præelectus in prædicandi officium ſubſtitutus eſt, crebris inſiſtebat hortamentis, & precibus incredulorum corda ad Fidei normam convertere, & eos, quos humani generis inimicus captivos effecerat, ad filiorum Dei æternalem libertatem perducere ſatagebat. Sed quia nunquam eſt Dei manus inops muneris, quæ ſacrificium ſuſcipit bonæ voluntatis, confeſtim ei inſudanti Divina Majeſtas opitulata eſt, & gaudium præbuit de ſuorum aug-

Digitized by Google

augmento filiorum, quem patroni, ac Magiſtri ſui obitus non parùm perturbarat. Etenim ſæva licèt & perquam truculenta Paganorum adversùs Chriſti Fideles querela magìs magiſque inſurgeret, nihilominus tamen quotidiana hoſtis invidi damna, & Chriſti Jeſu ex idololatriæ clientibus lucra fiebant, & jam non quilibet, ſed ipſi etiam Conſules, & quos Mundi gloria reddiderat clariores, ad Chriſti properanter obſequium feſtinabant. Superioribus enim diebus Sanctus Vitalis inſigni quidem carnis origine nobilis, ſed mentis culmine nobilior, Civium Mediolanenſium maximus, & inter ſuos non mediocriter honoratus, unà cum religioſiſſima conjuge, & filiis, atque omni familia domus, Chriſti Fidei ſociatus eſt, & cum eo pariter quamplurimi majorum natu Civium, in quibus & Philippus cum ſuis, vir apud ſeculum, & apud Deum illuſtriſſimus. Quod ubi vidit vir doctiſſimus Gajus, quòd multi ſcilicet etiam ex Senatoribus abdicato idololatriæ cultu ad Chriſti devotiſſimè ſervitium confluerent, catechizans illos, juſſit continuatis jejuniis, & vigiliis ſecum pariter operam dare, ut adveniente Paſchali ſolemnitate candidati invenirentur, ſacri Baptiſmatis lavacro conſecrandi, prænuntians eis & proteſtans, quia paulò poſt aliquanti ex ipſis per glorioſam eſſent Chriſti confeſſionem Martyrio coronandi, atque ad inæſtimabilem Cœlorum gloriam perducendi. Eſt autem hodieque, haud longè ab ejuſdem Urbis mœnibus ad plagam Auſtralem juxta viam, quæ ducit Ticinenſem Urbem, fons quidam vitreas, ac ſalubres emanans aquas. Ad hunc ergo peracto jejuniorum curſu venerandus Præſul cum univerſis, qui ſignati erant, accedens, flexit genua ſua ad Patrem Domini Jeſu Chriſti, & invocatâ Sancti Spiritus ex more præſentiâ, fontem ipſum ſolemniter benedixit, cunctoſque Catechumenos in Trinitatis unicæ nomine tingens, manus impoſitione ſanctificavit. Poſtremò divinis in commune libatis Myſteriis, ac prece iterum fuſa, Conditori & gubernatori Deo ſuas oves commendavit. Ex eo tam Clero, quàm Fidelium plebi toro Epiſcopatus ipſius tempore, quia Eccleſiæ conventui ſacra domus ob adverſantium Paganorum tumultum non potuit ædificari, ibidem ad celebranda cœleſtia Sacramenta moris fuit convenire. Cujus benedictionis affluentia priſtinam ad præſens ſervavit gratiam, adeò ut plures ægrotantium, ſi quos vi febrium æſtuantes fontis prædicti undam potaſſe contigit (nec mora) integerrimam ſeſe medelam hauſiſſe gaviſi ſunt. Interea Præſul Dei reverentiſſimus Gajus maximo, ut fertur, ductus amore viſendi magnificum Apoſtolorum Principem Petrum, & ſui quondam Magiſtri Barnabæ Collegam, & Gentium lumen Paulum, ſeu etiam conferendæ gratia prædicationis ſuæ cum Clemente Sanctiſſimo, cæteriſque Apoſtolorum pediſſequis, anno Epiſcopatus ſui quinto, qui erat Neronis ultimus, ad urbem Romuleam, hoc eſt ad genitalem patriam fertur tramitem direxiſſe. Quum ecce in medio ferè itineris ſenſit per ſpiritum eos, quorum maximè anhelabat deſiderio, immaniſſima Cæſaris atrocitate recens fuiſſe peremtos. Concidit illico, & obortis lacrymis graviter ingemuit; quumque interrogaretur à commeantibus, quam ob cauſam ita fleret: *Heu proh dolor*, inquit, *gemina orbis totius luminaria Neroniana extincta ra-*

A *bie Romana tellus intercipit, & niſi ſubveniat Omnipotentis Dei Majeſtas, cunctis jam nunc per orbem Chriſticolis diverſiſſimas Cæſar impiiſſimus calamitates inrogare incipiet. Properemus ergo quantociùs, & eorum, ſi fortè ſuperſunt inhumatæ, condignis ſarcophagis Reliquias invehamus; ſin verò conditæ fuerint, ſaltim venerandis tumulis ſupremum flebiles redhibeamus honorem. Atque utinam nos ſupra eorum ſacratiſſima buſta hoſtilis inveniens mucro obtruncare non differat, ut vel in extrema triumphi eorum ſorte participes inveniamur.* Hæc effatus, ubertate lacrymarum æſtuantia labra inrigabat, non jam diuturni laboris, non pedeſtris reminiſcens itineris.

B Die tamdem octavo Romam cum ſociis attigit, ubi reſalutatus à fratribus, de glorioſo confeſtim Apoſtolorum exceſſu perquirere, vel quid de eorum ſacratiſſimis corporum margaritis fecerint, anxio nimis pectore ſciſcitari cœpit; protinuſque rei geſtæ comperit textum, qualiter Cæſar nefandiſſimus unum eorum Cruci, alterum ſpiculatoribus gladio addixerit; quin & eorum Deo dicatas exuvias die, quo eos ex hac vita migrare contigit, diligenti cura fuiſſe recondidas. Conferens ergo cum Clemente, & aliis Beatorum Apoſtolorum Vicariis doctrinæ ſuæ tenorem, aliquanto tempore cum ipſis fuit,

C qui licèt clanculo ob perfidorum inſidias Evangelicis prædicationibus quibuſcumque poterant perſuadebant, eruentes animas multorum de manibus principis tenebrarum, & filios lucis de reliquo ſtatuentes. Sed ut pauca de Neronis crudelitate ſubdam ad exaggerandam impietatis ſuæ magnitudinem, ſuæ nequitiæ per unamquamque provinciam direxerat Præſides, ut Chriſtiani nominis cultores vario pœnarum genere diſſiparent, delerent, atque perimerent. In quibus Anolinum velut capitalem peſtem Secundicerium ſibi eſſe præceperat, data illi in Chriſtianos Conſulari offula, quatenus Italicarum partium poteſtatem accipiens Chriſtianæ ſectæ & nomen radicitus evelleret, & germen diſperderet, ita ut nec veſtigium aliquod de ea ſub aſtra remaneret.

D Mox namque ut Mediolanum Metropolim Italorum intravit, juſſit diligenter inveſtigari, ſi qui ibidem ex hac ſuperſtitioſa ſecta magiſtri adventaſſent. Reſponſumque eſt illi ab Ædituis, quòd multi eſſent etiam ex primatibus, qui non diebus, non noctibus ab iſtiuſmodi doctrinis ceſſare vellent, perſuadentes populo, ut derelictâ Deorum culturâ in Jeſum quemdam, Nazaræus qui dicitur, credere debeant, adeò ut non parva tam Nobilium, quàm vulgi multitudo conſenſerit. *Quapropter niſi tua eos*, inquiunt, *Præſes optime, induſtria revocet, totas ad ſuam perfidiam Italiæ concitabunt regiones. Et quis poſthac Diis patriis, ac divinis ſubveniet legibus?* Miſſis ergo ſatellitibus extemplo rapuerunt generoſæ indolis viros, & pubeſcenti

E forma nitidos, alios arctiſſimæ tradentes cuſtodiæ, alios inaudita ſævitia jugulantes. Nulla humani viſceris miſeratio, nulla ſexus, ætatiſque diſcretio, cunctos paſſim Chriſti nominis Confeſſores ferro, flammis, flagellis, & equuleis ubique laniantes, & ſemiuſta beſtiis cadavera ad eſcam ſub nudo axe linquentes. Inter multos autem, qui hiſdem temporibus in Chriſti exercitu ad mortem uſque certarunt, beatiſſimos extitiſſe germanos comperi, Protaſium videlicet, & Gervaſium ſacra-

cratiſſimos Martyres Domini. Nam pater ipſorum cujus ſupra memini, Sanctus Vitalis, fortiſſimus athleta Chriſti, jamdudum pro Chriſti confeſſione diverſa per ſupplicia triumphalem adeptus fuerat palmam. Mater quoque Deo devotiſſima Valeria ſimili exitu mortem commutarat in gloriam. Horum ergo, ut dicere cœperam, parentum beatiſſimorum glorioſum filii in nullo degeneres exemplar ſequuti Neroniani prœlii conſtantiſſimè victores effecti ſunt. Nec plumbatis cædi, nec equuleo torqueri ſat fuit, niſi etiam caput ſpiculatori pro capite Martyrum Chriſto gratanter offerrent. Eodem ferè tempore & alii quamplurimi jam tum milites Chriſti, etiam ex Romanæ Urbis nobilibus, Mediolani velut in Regia Urbe certantes, Martyrio coronati ſunt, in quibus magnificus teſtis Chriſti Nazarius cum aſſecla parvulo, nomine Celſo, poſt multimoda tormentorum genera, quæ illis pro Chriſtiana Fide ſævus Nero intulerat. Nam & atrociſſimè fuſtibus mactati, & maris immerſi fluctibus, belluiſque in eſcam dati, quum illi econtra fortiter perſtitiſſent, & mirabiliter in cunctis trophæum ſuo Regi Chriſto reportaviſſent, tamdem capite truncati, caput omnium Chriſtum amittere non potuerunt. In his & hujuſcemodi prænominatus Præſul Dei Gajus turbinibus conſtitutus, ſuſcepti Pontificatus ſedem firmiter tenuit, laudabiliter rexit, & nunc Idololatras præ zelo ſummi Dei vivi, ac veri duriter increpans, procedebat in publicum, nunc infirmis adhuc tenellis Eccleſiæ membris compatiens latibula penetrabat, non ſibi, ſed ſuorum in hoc facto neceſſitatibus conſulens filiorum, qui uſque adeò ejus inhiabant præſentiæ, ut nec admonenti volatilis vitæ brevitatem fore, abſque ſuimet reſpectu patris æquanimiter ferrent, dum in illo novæ lucis jubar indeficiens, ac ſuæ ſalutis fontem puriſſimum reſplendidis vultibus, mellitoque gutture palàm cunctis digito præmonſtrarent. Quamobrem divinorum prædicamentorum epulis, velut affluentibus ferculis ſaginati, necnon ſuaviſſimis aſſiduæ lectionis, atque inſtantiſſimæ orationis poculis, quaſi ferventis Lyei patêris inebriati, corporeos paſtus pro nihilo ducebant, ſatiùs rati mortis cum illo, vel pro illo ſubire diſpendium, totiuſque jacturam penuriæ, quàm perfrui Ambroſio redolentibus favore . . . . . , aut infandi Cæſaris annuum ſuſcipere donativum. Nec ſolùm verò plebs credula, verùm etiam eorum aliquanti, qui necdum Fidei jura libaverant, ſanctum Virum totis præconiis latum anhelo ſpiritu ſæpiſſimè requirebant. Quibus ille, ut prudens Archiater, volens diverſiſſimis valetudinibus fatigatos diverſa per cataplaſmata medicando revocare ſoſpitati, vario utebatur doctrinæ malagmate, alios cœcitatis caligine oppreſſos ad verum lumen invitans, alios cor durum infidelitate geſtantes, divinæ caritatis igne obliquare ut ſolicitus artifex ſatagens, quorum nonnulli cœcorum more ſolis radios cum ipſo adventaſſe plaudebant, quum ipſi obtectis ut ante luminibus lucis aureæ, verique Solis in totum forent inexpertes. Quidam autem, quorum erat inſanior mentis intuitus, ſtupendas ab illo in Chriſti Jeſu nomine morborum curationes effectas vecordibus oculis intuentes, Delphicum Apollinem verum inter homines apparuiſſe clamabant. Sed ille, ut dicere cœperam, vaniſſimam ipſorum incuſans inſaniam, ſedulè commonebat, Deum Cœli adorandum, qui & Solis radios, & cunctis in orbe mortalibus optatam ſua tribueret cenſura ſalutem, Idola deneganda, & monſtruoſas miſerorum imagines, & non modò Apollinis, ſed nec cujuſpiam Dæmonis magis, quàm Dei, aliquid valere præſtigia, ubi Chriſti nomen ab ipſius fuerit cultoribus invocatum. *Cur quæſo*, inquit, *prudentiùs nequaquam animadverti libet, metalla eſſe fribula, ſurda, muta, atque omni ſenſu vacua, & non Deos, quibus veſtras ſubmiſſi cervices inflectitis? Non pudet, o generoſi Cives, tantæ cœcitatis, & amentiæ? ut quæ ab humano condita ſunt famulatu, his miſerabile impendatis homines inſenſati obſequium. Sed, ut verè fatear, miſeram ſervitutem, derelicto ſcilicet vero, & omnium rerum Conditore optimo, ſepaſitaque libertate, ſponte vos ſubjicitis Dæmonicæ dominationi, quæ vos ſecum pariter æternali faciet igne cremari* His & talibus ad ſe advenientes nunc invectionibus redarguens, nunc quoque mellifluis admonitionibus demulcens, plurimos ad meliorem immutavit, converſis animis, admirationem. Erat videre mirandum ſubito factum divino munere vadimonium, ut qui ex idololatriæ cultibus veternoſa de radice vitiati, arbores infructuoſæ acceſſerant, mox per ampliſſimam Chriſti potentiam novellæ plantationis efficerentur olivæ, quæ ſacro uſui fructus redhibentes pinguiſſimos, longè diſſimiles inter ſuos ceſpites demum exiſterent. Sancto enimvero Antiſtiti ad id inſtantiùs exequendum otii pauxillulum ſuperna Fidelibus opitulata ſuis largiri dignata eſt pietas; dum eo tempore inceſti Neronis effera rabies, immaniſque impietas execrabili nece finiri viſa eſt. Ipſe denique, ut pauca de multis inferam, inextricabilibus circumventus undique malis, & poſt innumera, nefaria, & impura flagitia, quæ etiam adversùs ipſam divinitatis injuriam animo infauſto conceperat, opere nequiſſimo perpetrarat, deſertus autem ab omnibus, quotquot in obſequio ſui ſceleris complices & miniſtros habuerat, eo quòd eſſet non ſolùm in externos infandus homicida, ſed & in ſuos acerbiſſimus parenticida, fugit ex Urbe, ſui exercitus odia & conjurationes vehementer reformidans, verituſque ne prodi à quoquam poſſet, ſua ſemet pœna miſerabiliter interemit, dignum ſuis meritis vitæ adeptus exitum. Quamobrem parviſſimum illud roris cœleſtis ſtillicidium in medium æſtuantis defluens incendium, extingui ad tempus, ac tepefieri fecit circumquaque furentium flammas ignium. Ac velut viator quislibet, diutinis meridiani Solis æſtibus torrefactus, guttam ſi fortè aquæ vivo de ſaxo ſtillantem ad medium ferme itineris anhelus offendat, & eâ hauſtâ refocilletur aliquantulum, confeſtim reſiduum viæ, caloriſque jacturam celeriùs fortiùſque, ſit licèt puſillanimis, exolvere incipit; haud ſecus excitatæ Neroniana feritate perſequutionis Neroniana identidem clade lata temperies, ſtabiles Chriſtifidelium incitavit, & ad majora quæque, ac duriora perferenda imbecilles quoſque, ac debiles non parum præſenti temporum lenitate coaluit. Verùm ut his, quæ aliò intendunt, omiſſis ad propoſita recurrat Oratio, ſæpe nominandus Præſul Domini Gajus, peractis in Epiſcopali miniſterio duo & viginti annorum curriculis, quibus non tantùm Mediolanenſium, ſed & circum

circa adjacentium Urbium populis paſtoralem ſolicitè, ac ſtrenuè curam impendit, poſt varios victricium ſudores certaminum (nam & pallanter ab Ædituis Idolorum fuerat mactatus fuſtibus, & Paganorum inceſtis manibus perſæpe ab Urbis mœnibus violenter abſtractus) quum ipſe ſuas è diverſo ad Cœlum attollens palmas, aſſiduè pro eis Chriſtum Dominum ſupplicaret, & ſi quos aliqua correptos calamitate videbat, illico modis, quibus poterat, ſubveniret: tamdem expleto agonis ſui excurſu migravit è mundo, repoſita ſibi in Cœlis prædia poſſeſſurus. Tranſiit verò pridie Calendarum Januariarum, quum aurora nocti terminum, & diei Dominico initium redderet, ſepultuſque in horto Philippi, cujus ſupra memoravimus, ac diligentiſſimè ejus cura reconditus, quo in loco Chriſtianæ plebiculæ, ipſe dum adviveret, poliandrum fecerant. Manſit autem hic in Epiſcopatu uſque ad quintum Domitiani Cæſaris annum, qui multa & erga multos per totam Romani limitis oram crudelitate exercita, Neronianæ quodammodo theomachiæ impietatiſque heres effectus eſt. Datis ſiquidem alter edictis quaquaverſum orbe toto Chriſtianorum germen funditus avelli præcepit, alios videlicet procul in ultimis terræ finibus exilio detrudendos, alios verò atrociſſimis & exquiſitis pœnarum generibus puniendos, omnium autem bonorum ipſorum Fiſci mulcta plectendos. Quæ res maximum putabatur profectui Eccleſiaſtico inferre diſcrimen, dum promulgata Imperiali ſanctione cunctarum pœne Eccleſiarum Præſules, ac Magiſtri omnes diſpergerentur exiliati, atque paſſim trucidarentur inventi. Sed Domino longè meliùs diſponente, qui loquitur: *Niſi granum frumenti*, inquiens, *moriatur cadens in terra, ipſum ſolum manet*, quo magìs dividebantur per climata Mundi, eo ampliora lucra Dominicis horreis accumulabant. Quin etiam vigore animi, & alacritate ſuæ Fidei, eos, qui infirmiores videbantur, non modicè animabant. Hac igitur cauſa perſequutionis poſt obitum Beatæ memoriæ Confeſſoris & Epiſcopi Gaji, longa intercapedine temporis præfatæ Sedis Eccleſia benedictione Sacerdotali viduata, & Paſtoris proprii remanſit cura deſtituta. Namque Chriſtianæ plebis æmuli nacta ſuæ invidiæ congruentiſſima opportunitate, quantoſcumque ſub hac præceptione adinvenire potuere, inſolenti more ſuper eos graſſati, quoſdam gladiis obtruncavere, quorumdam autem belluina rabie viva corpora aut feris aut ignibus abſumſere. Sed omnium in fide non ficta uſque ad necem perſeverantium, Chriſtus, qui cauſa fuit certaminis, evidenter exſtitit & bravii largitor æterni.

Vita Caſtritiani Mediolanenſis Epiſcopi Sancti.

SÆviente igitur, foris & intus, in abdito, atque in propatulo, diri turbinis immoderata proluvie, quæ debacchatis Domitiani furiis magis ac magis excitata proruperat, nemo in tanta credentium caterva inveniri poterat, qui in tam periculoſa portus æquorei ſtatione ſuæ navis anchoram auderet deponere, & paſtoralis curæ oneri metuendo collum vellet ſponte ſubmittere. Sed ubi fama volitante, ipſius quoque finis & vitæ, & Imperii ad aures pervênit multitudinis, confeſtim recreantur animi longa mœſtitudine hebetati, præſertim quia Nerva ei in Imperium ſubſtituto, cuncta, quæ ille perverſis donarat tabulis, quæque iniquè abſtulerat, quæve lupi more malè diſcerpſerat, deteriùsque profligaverat, ex Senatus conſulto, ſed magis, ut opinor, ſuperno judicio detrahuntur, reſtituuntur, advocantur, atque ad proprias, qui exiliati fuerant, ſedes revertuntur. Quo in tempore plures Mediolanenſium incolarum qui deliteſcendo fortè ſub præruptas montium cavernas, vel etiam relictâ patriâ pro amore nominis Domini Jeſu exulando perſequutorum manus evadere potuerunt, multò magis domo, parentibus, ac genitali ſolo, quàm Chriſtiani ſolius nominis prærogativa carere geſtientes, agnita hujuſce famæ optata liberalitate, alacres ad ſua repedarunt. Inter quos vir quoque ſanctiſſimus, & omni laude digniſſimus Caſtritianus, qui ſolus tunc temporis de omni illa primitiarum benedictione, quam primis inibi Chriſtianæ Fidei cultoribus, uti de rore Cœli, & de pinguedine terræ Dominantis dextera ineffabili pietate attribuit, ſuorum ſimillimus propagatorum, omniumque virtutum exercitatiſſimus, non ſinè divino reſervabatur præjudicio, cum aliquibus ex Clero & Populo reverſus eſt à vicinis latibulis, quibus aliquandiu ſeſe cum reliquis occulere tutiùs ratus ad maximum Fidelium Chriſti tutamen, furentis declinavit rabiem Tyranni. Denique præfatum virum dignæ memoriæ Sanctus Gajus, ad cujus curam Ordo pendebat Eccleſiæ, dum Magiſter adviveret, bonæ ſatìs indolis, atque inter cæteros, qui piis in principio monitis aſſenſum dederant, juvenem ſagacis animi intendens, doctrinæque ſacræ per omnia docilem Clericorum cœtui vigilanter aſcivit. Deinde theoſebiæ in brevi ſtudiis adprime imbutus, licèt Neophytus, Leviticis mancipatus officiis.... in omni morum honeſtate, ac inconvulſæ Fidei probitate præclarus, gradatimque ad culmen probati pertingens diſcipuli, Sacerdotali non poſt multum ſtola indui, & ſacroſanctæ benedictionis eulogio promeruit cumulari. Hunc ergo velut diverſorum expertum certaminum, & optimum Chriſtiani prælii ducem, uno pariter conſenſu univerſus Clerus, & omnis Chriſticolarum Populus ſibi Præſulem, utpote digniſſimum, in commune petebat. Ille, ut erat vir mitiſſimus, & ad cuncta patientiſſimus, cauſas econtra indignitatis, atque inſcitiæ obices opponere, & ſe non bonorum Paſtorum meritis, ſed Mercenariorum potiùs cenſendum numero proclamare. E diverſo autem Deo Plebs devota Fidelium doctrina illum, vitaque præcipua ſplendidum, caſtis moribus ſobrium, Apoſtolicis quoque radiis nitidum, ac beatis meritis clamitabat fore ditiſſimum. *Nec ideo*, ajebat, *Mercenariorum ex Catalogo ſupputandus, quòd ad tempus, utpote diriſſimum, nobis magìs, quàm tibi conſulendo, tuam deturpaſſe videris in belli procinctu militiam; quin potiùs quia Paſtoris jam jamque cura promotus, deſtitutas oves tuo gremio confovens ſanctitatis hortatu aſſiduo, ſummaque cautela præmonitas, Paſtori paſtorum conſervaſſe probaris: ob hoc non ſolùm Epiſcopatu digniſſimus, ſed cœleſtis præmii ades poſſeſſor ampliſſimus. Nunc ergo, pater mi, quid profuit gregem nunc rabidis luporum incurſibus aggregaſſe diſperſum? vel ab ipſis, quod eſt amplius, famelicis leonum me-*

Digitized by Google

molaribus erutum vomuiſſe, lacerum refoviſſe, puſillanimem tot tantiſque diebus paſtu congruo recreaviſſe? ſi reducto ad caulas, poſtquam ſerena tempora redierunt, etiam novus annus jamque novis candeſcit gramen in arvis, tuorum deneges paſcua monitorum, & cui nunc uſque pater familias provocatus imperio, velut pervigil affuiſti opilio, quadam excuſationis inhumanitate circumdatus incipias eſſe crudelior? An & de alienis mendicare nos præcipis ovilibus, quum tantus adſit paſtor præ manibus? Noli, petimus, noli tanta nos inopia priſcorum degeneres reddere Patrum. Suſcipe magis, quod obſecramus, ne ultra te habentes Præſulem, ut cupimus, inter affines turmas paſtoris abſentiam defleamus. Talibus adversùm memoratum virum querimoniis cunctorum ora quotidie perſonabant. Et ille, quia erat piiſſimus, lacrymis ſuffuſus oculos vultum pectuſque rorabat, ſe ſolum indignum indoctumque proteſtans, & alia nonnulla objiciens, quæ humili magis animo, quàm pertinaci aſſerebat. At verò ſolito triſtiores monitis dulcibus relevare non deſinens, mulcebat animos ſua pietate gementes. Sicque duobus menſibus, ex quo reverſus eſt, manſit, paſtoralis Cathedræ ſemet indignum fore dijudicans. Non tulit hanc moram Chriſto ſedulè obſequens turba Fidelium, ſed omnium invitus amore volens nolenſque capitur, trahitur, & Deo volente ei Eccleſiæ Præſul efficitur. In qua qualem ſe quantumque tulerit, non eſt noſtræ exilitatis exprimere. Atqui pauca ponere libuit, prælibando potiùs, quàm totius materiei textum inſerendo, multò meliùs ratus, vel aliquid, quàm nihil eloqui; in altero namque voluntas promta, in altero experta eſt pertinax inobedientia. Hominum ſiquidem eſt natura hujuſcemodi, ut non tam gratificentur ſuper his, quæ tribueris, quàm doleant ſuper his, quæ negaveris. Obſequar igitur tuis, Paſtor almifice, juſſis, & navis hujus adhuc flante ſancto, ut ſupplex imploro, Spiritu vela ſuſpendam, ſi fortè agat ad deſiderata litora portus tuis impulſam precibus. In quibus ut ſæpiùs illum verſiculum repetas, obnixè depoſco: *Surge Aquilo, & veni Auſter*, perfla hortum meum, ut fluant aromata noſtrorum patronorum. Quin & ego ſubinferam interpellans cum Propheta, & dicens: *A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper vacillantis proram naviculæ.* Porrò faſtidioſo Lectori ut quod priùs dicere debui, præpoſtero ordine ponam, ſive animo perduelli cuipiam noſtra lecturo illud ultra ſupraque denuntio, quatenus in his, quæ relegit, ſi fortè minùs credulus exiſtit, perquirat aliorum tam Romanorum, quàm Grajorum Chronicarum commenta, & ſi conſonant præſentia, non ſuggillet. Me autem fateor non plenam Hiſtoriæ texere, vel texuiſſe materiem, ſed quaſi in ſpeculo poſitum noſſe cupientibus rei antiquæ indicia protuliſſe. Quæ ut pro more ſaltem dimidiatis verbis valeam, non jam meo erit labori, ſed tuo, Præſul optime, juvamini, & Chriſto propriè imputandum clementiſſimo largitori.

Vita ejuſdem S. Caſtritiani Mediolanenſis Epiſcopi.

CAſtritianus igitur caſtris Fldei, ut peritiſſimus propugnator inſertus, Chriſtiani prœlii adverſarios mirabiliter expugnando devicit, admirabiliùs devictos Chriſti jugo ſubegit. Namque ubi ad ſacrum ſuperno judicio, & totius Eccleſiæ aſſenſu, culmen quadam laudabili Fidelium pertractus eſt violentia, ipſo patientiſſimè repugnante, & ut agni veri exemplar actu moribuſque mitiſſimis proſequente, tum demum quis eſſet innotuit; quia lucerna ſuper candelabrum ſita latêre ultra non potuit. Mox denique cœtu Chriſtiani populi adunato paterna voce commonens infit: *Propugnatoris, ac Redemtoris noſtri Jeſu Chriſti gratia ecce, ut aſpicitis fratres, temporum ſerenitas ſuis videlicet clientibus eſt reſtituta: nempe quos paulo ante furens procella lugubriter concuſſerat, ſparſerat, ac pœne diruerat, gratulanter nunc conſolidatos, coadunatos, ac meliori pro parte ſtatui reſtitutos, Chriſti per mundum cultores videmus. Quorſum hæc? Quia ut noſtræ parvitati elucet, non ſinè ingenti ſuæ pietatis cumulo iſtam clementer de Cœlo pluit in præſentiarum temperiem. Scilicet ut lucrandis populis, quos vanus error invaſit, ſolicitè invigilemus, cuncti inſtantiſſimè inſudantes, ſi quos fortè huic numero adjungere poſſimus. Exerceamus ergo de Diabolicis lucris clandeſtinas rapinas, & quaſi latrocinantes verſa vice in Idolorum domeſticis talionem redhibeamus, ita ut quoſcumque ex caris & conſanguineis illis immiſtos habuerimus, abſtrahere virtute, qua poſſumus, ac toto conamine ſatagamus. Veremini ſiquidem, o Cives, nimium, & pudoratæ mulieris inſtar mutuos aſpectus avertitis, ſi aliquos veſtrorum commilitonum duro barbaricæ dominationis jugo videritis addictos, malentes Bellonæ caſu, atque hoſtilibus telis ob ſuæ libertatis amorem, & genialis patriæ defenſionem jugulatos, quàm miſeræ ſervituti aſpicere deditos. Cur non ergo revereamini veſtros deditioni Dæmonicæ miſerabiliter mancipatos, quàm vos Dei miſeratione ad multo meliorem revocati ſitis libertatem? Quamobrem properate quantocius, & quos priùs carneo affectu dilexiſtis, ſub una redacti captivitate, nunc attentiùs ſuadete, ut perpetua cum ipſis perfrui valeatis ingenuitate. Quin potiùs, ut eos pleniùs atque inſtantiùs attrahere ad Chriſti poſſimus libertatem, cuncti pariter, quos una Fidei, ac morum catena ligat, in Dominantis nomine ædificemus Sanctuaria, dedicemus Altaria, & Chriſto opitulante ſacrati Templi culmina erigamus, ut fidelis populi conventus non jam ſub dio, ut hactenus, ſed .... ſeptis perceptæ Fidei Sacramenta conficiat. Et qui nunc hucuſque in Idolorum delubris Delphicas nænias furibundi amenteſque ſoliti fuerant ridiculè degarrire, in ſeſe converſi, nec ut priùs ebria, ſed jejuna, ut dici aſſolet, mente ſobrii redditi aſſiduas in Dei vivi atriis gratiarum intonent actiones.*

Finitis deinceps monitis plebs credula in ſui cordis arcanis, quæ auditu perceperat, diligenter repoſuit, & maximo ardoris ſuccenſa incremento paſſim quibuſcumque poterat, vias vitæ ſequi perſuadebat, impleta Prophetæ commonitione, quæ dicit: *Qui audit, dicat: veni.* Domum interea Philippi, cujus ſupra feſecimus mentionem, viri & priùs apud mundanam celſitudinem, & poſtmodum in divinis cultibus ſtrenuiſſimi, extra muros ſæpe dictæ Urbis haud procul à ſilice Viæ Ticinenſis verſùs ... ſitam, quam ipſe olim, dum felici exitu tranſiret è mundo, beatæ memoriæ Gajus Antiſtes ſuo deceſſori poſſidendam reliquerat, venerandus vir Dei Caſtritianus in domum ſacra-

ſacratam convertit orationis, ut ibi quotidianas precum victimas, jugeſque Chriſti Sacramentorum Fidelibus coram hoſtias immolaret, triplicem, ut puto, loci ipſius intuens convenientiam. Primò quia foris Civitatem poſitus, ſolitariæq; magis converſationi aptus, furentium ſemper Paganorum ſanctum virum reddebat expertem. Secundò ne celebrantibus ibidem ſua ſolemnia Chriſtianis aliquod ferret impedimentum inconſulta protervitas. Tertiò ut ſui ſe Magiſtri frequentatis crebrò excubiis, cujus reverenter manu quondam propria ſacratum funus juxta, ut præfatus ſum, tumularat, & meritis parem redderet, & magnificis intervenientibus ſupplicationibus animaret.

Conſummatis igitur his, quæ Templi ſuprataxati utilitas depoſcebat, cum omnium Fidelium voto ac viribus ut perficeretur, ac tutum eſſet, inſudatum, deridentibus atque inſultantibus jugiter Infidelibus, præſertim profanorum Templorum Ædituis à longè inclamantibus, ac dicentibus: *Euge, euge, quid iſti profani, ac Deorum rebelles, impunè adoriuntur, quibus tum ſufficere debuerit, quod ad tempus reſpirare conceſſum eſt? Auxerunt etiam dementiſſimæ præſumtionis pertinacem audaciam conclamandi in eo, quod ſtatuere nituntur, ſuæ perfidiæ domicilio. Proh nefas! periit hæc Civitas, abolita ſunt mœnia, quia tam ineluctabiliter Conſervatorum Deorum cultura contemnitur. Quis hoc ferat odii tremendi, & Cœlo terræque verendi?* Et hæc; multaque alia garrientibus, & faces miſcere minitantibus, convocat univerſos, & voce clara Præſul eximius ait: *Eja*, inquiens, *fratres, completa Dominici corporis fabrica eſt. Supplicibus adeamus oſtatibus, orantes unanimiter, ac magnis precibus implorantes, ut qui ſolitum præſtitit adminiculum in perficiendo, ſui quoque Spiritus præſentiam largiatur in benedicendo, quatenus hoc Templum, ſuis cultibus dicatum, ſuis faciat largiſſimis muneribus generoſum, cœleſtibuſque præſidiis, ac præconiis glorioſum. Agamus ergo ſolemne primò jejunium, ſanctamque demum ſubmiſſi Trinitatem invocantes, Templum hoc ejus magno nomini dedicemus.* Factum eſt ut juſſerat Antiſtes, & intentis omnibus cum ſumma devotione, & magna inſtantia precum, Chriſti ſacravit Sacrarium, cui tanta fuit conſecrationis amplitudo, ut non modò credentibus, ſed & Gentilibus ſatis ſuperque pateſceret, ab eo die ſalutem illi cœlitus ſuperfuſam Civitati. Advecti namque ibidem non tantùm ex Urbis mœnibus, verùm etiam ex ſuburbanis, atque ex Subrienſibus viculis infirmi, quique recuperatæ ſoſpitatis dona protinus ſe percepiſſe gaviſi ſunt. Nec minùs & ipſe Beatiſſimus Sacerdos mirificus coruſcabat virtutibus, eatenus ut Chriſti vexillum ſuis imprimens manibus * cœculum, ſurdi avrium officinam, muti os fieret per medelam, Spiritus immundos tam de obſeſſis corporibus propulſos abigebat, quàm ab ipſis fanorum ædibus, in quibus eos inſenſata Gentilitas venerabatur, longè poſitus expellebat, atque atrociſſimè cruciabat. Non jam pendula Apollinis reſponſa, non Jovis oracula ficta, non ſimulatorum conſulta Dæmonum miniſtris ſciſcitantibus reſultabant. Multi quoque, quos malè incantata . . . . . ſeu verius nefariæ meretrices, & (quod eſt verius) occultati ſub harum imaginum nebula Dæmones infandi variis perſæpe calamitatibus oppreſſos illuſerant, dum ſe ab iſtis curari nullo modo poſſe viderent, ad Chriſti famulum perducti integerrimam recepere ſalutem. Quo circa non parva videntibus æmulatio excitata eſt, complurimis ad Fidem per id tempus ex Gentili errore commutatis, etiam ex iis, qui Idololatricis excubiis diuturno tempore præfuerant.

Longum ſatis eſſet, ſi viri hujus almifici univerſa, quæ feruntur, velim geſta revolvere; ſed ſufficiant Lectori, pauca de pluribus, quibus contentus inertem excitet animum ad profectum. Nunc ad ejus exitum ſtilus accurrat. Pendente adhuc temporum ſerenitate, quæ per Nervam piiſſimum Principem, velut flante Auſtro, compreſſis nubilis elucubrata, vel magis ſuperna fuerat diſpenſatione largita, Chriſti Fidelium inſtitutio, Eccleſiarumque profectus in dies creſcebat. Simulacrorum porrò excubitores ſuæ invidiæ tœdis conſumi, & in nihilum redigi, cum his, qui erant fautores Templis, prudenter perpendentibus, videbantur. Exoratus namque Vir Sanctiſſimus à Chriſtiana plebe, duas iterum haud longè à præfata Eccleſia, quam ipſe olim ſacraverat, orationis ædes benedixit, ac ſalutari nomine confirmavit, quarum impenſas duo Clariſſimi apud Cæſarem, & apud Chriſtum Philippi filii, nec moribus patris, nec opibus, nec vita honeſta degeneres, ſumtibus utramque propriis abundantiſſimè ſuffecerunt, alteram Portianam, alteramque Fauſtam ſuorum cognomento nominum appellantes. Unde non modicè & Chriſtiani tripudiati, & Pagani mœſtificati ſunt, videntes ſe & gradu, & numero pæne coæquatos illis, quos paulò ante ut profanos & profugos irriſu, atque improperio dignos cenſuerant. Quam . . . . . Trajanum per idem tempus ſene Nerva in filium, atque Imperium adoptante, primo impetu perſequutionis concitatum adversùs illos videretur incendium. Attamen ſuggeſtu commonitus Plinii Secundi, cui cura Provinciæ Romanæ delegata fuerat, cauſa necis multorum millium Chriſtianorum permoti, edicti promulgata ſanctione, Chriſtianos ultra nequaquam proſequi juſſit, immunes dumtaxat ſcelerum, & Romanis obſequiis communiter inſiſtentes. Verùm his, qui nequitiam cuperent ſolitam exercere, quando erit occaſio lædendi tam velociter exemta? Nam & tunc plerumque Gentilium manus adverſùm credentes Diabolo incitante inſtigabatur; interdum etiam Conſules iniqui vel Præſides adinventis occaſionibus damnabant innoxios, quos invidiæ ſola cauſa faciebat obnoxios. His licèt ille totius boni æmulus, ſuæ malignitatis artibus conaretur aliquos à luce ad ſuas tenebras revocare; munda tamen & immaculata uſque tunc manſit Eccleſia, ut ſuavis tantùm odor cunctorum aromatum præcellens fragrantiam, ex ejus effuſus manibus ab Oriente Occidentem uſque attingeret, quo attactus quiſpiam legibus continuò, & patriis ſuperſtitionibus abdicatis, Chriſti Jeſu nomine ſemet inſigniri gauderet. Percepto autem, quicumque ille eſſet, Chriſti ſignaculo cunctis ſe protinus mundanis negotiis exuebat, & ſola contentus neceſſitate, reliqua in pauperes diſpergebat. Nullo poſtmodum tempore tantæ ſanctitatis, tantæ caritatis, tantæ frugalitatis, tantæ caſtitatis, tantæ humilitatis, tantæ bonitatis per Eccleſias quàque per orbem diffuſas Chriſtianiſſimos viros ſequentia ſe-

Digitized by Google

ſecula cognoverunt, quibus velut poli ſerena facies rutilis hinc inde comta ſideribus, Apoſtolorum dumtaxat pediſſequis ac ſucceſſoribus, Catholica tunc mater renitebat Eccleſia. Inter quæ & hoc, de quo præſens ſermo eſt, non inferius luminare, Occidentalibus tenebris conſtat exortum, cujus radiis longè latèque diffuſis plurimi verum lumen adepti ſunt, quod Divina Clementia per annos circiter quadraginta unum ad ſuorum augmentum famulorum lucere in Epiſcopali candelabro decibiliter juſſit.

Ipſe denique vir ſe cupiens diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, quum diem ſui obitus appropinquaſſe cerneret, accitis illico Presbyteris & Diaconibus, quos de omni credentium multitudine ſtrenuos ordinarat in Miniſterium Eccleſiarum, quas ad annum uſque Adriani viceſimum primum, hoc eſt ultimum (qui Trajano in Regnum ſuccedens de Chriſtianis populis eodem, quo præceſſor ipſius, tenore fertur primo ſui Imperii tempore cenſuiſſe) mirè coluit, ſanctè veneratus optimè gubernavit, diſpoſitis per ſingulas pudiciſſimis, ac peritiſſimis Choris, ut Davidicos quotidie Hymnos ore intento, & corde puro concinerent, ipſiſque in præſentiarum aſtantibus, imo de pectore alta trahens ſuſpiria proloquutus eſt: *Deprecor vos, ò filii, ò fratres mei, ut detis operam priorum noſtrorum ſcrutari tramitem, & Chriſti patientiam meditari; adhuc enim modicum, & ſævior ultra quàm credi poteſt adversùm Dei Eccleſiam perſequutionis duriſſimæ turbella concitabitur, conantibus iterum ſævæ mentis hominibus eradicare, divellere, atque conterere hortorum plantaria ſacrorum, quæ Apoſtolicis ſata laboribus, noſtriſque irrigata ſudoribus, Chriſto incrementum largiente, jam jamque pullulare, & fructus delectabiles afferre conſpicimus. Vos ergo induti lorica Fidei, hoſtis antiqui tela contemnite, reminiſcentes Martyrum agonas, & laude dignas victorias. Ego ſiquidem jam delibor. Noſſe autem vos cupio, quòd nocte heſterna, quæ præteriit, mihi intempeſtæ noctis ſilentio in oratione proſtrato, atque pro pace Eccleſiarum, quæ ubique ſunt, Deum ſolitò deprecanti, ſubitò aſtitit Dominus Gajus inſtitutor meus, arridenſque paululum, ut eum proſequar juſſit. Quocirca noveritis, me ad ejus obſequium feſtinatum iri. Me autem exitu, quo Deus juſſerit, ſublato de hoc, quo retentor, ergaſtulo, exanime corpus defoſſa multùm terra deponite; futurum eſt namque ut non ſolùm vivos, ſed perſequantur etiam mortuos, ipſoſque tumulos fundo tenus ſubruentes, arida buſta rogis immittant; dicent enim, ne fortè Dii aliquando Chriſtianorum effecti venerentur, adorentur, atque colantur. Ergo, ut precatus ſum, terram terræ reddite, clanculoque recondite, non deſignantes tumuli locum. Memores præterea præceptorum eſtote Dominicorum, & ea veſtro in gutture, velut munda animalia, ſedulè ruminanda reponite, nec vos perſequutionis tranſitoriæ atrocitas à Chriſti umquam ſoliditate avellat, avulſoſque lethaliter diruat. Præ oculis habetote, quia & ſata patris familias hyemali priùs decoquuntur pruina, diutino frigore, ac nivea cruſta ſtipantur, ut queant poſtmodum centuplicata reſurgere. Ob hoc itaque minetur ſævus Tyrannus ignes, cruces, ac feras beſtias, infligat excogitata tormenta, verbera, omniaque ſuperadjiciat ſuppliciorum genera arte Diabolica adinventa: nihilominus à Chriſti vos caritate non prævalebit ſejungere, ſi ejus ſemper inhæreatis amori, illius aſſiduè inſtantis aſpectu; ſicque fiet, ut quum vos divinis intentos excubiis hoſtilis mucro percuſſerit, laniarit, ac peremerit, vigilantium à Chriſto Domino ſervorum beatitudine ſinè mora donemini.* Hujuſcemodi verò terminatis alloquiis, quum elevatis ad Cœlum oculis paululum orationi incubuiſſet, ultimum vale dicens aſtantibus, ſupernæ curiæ agmini miles victorioſiſſimus, Dux quoque glorioſiſſimus, in perpetuum commilitaturus acceſſit ad Superos, poſtquam ſanctitate præcipua, caſtitate firmiſſima, ſobrietate multimoda decem ferè luſtra in Eccleſiaſticis tranſegerit Antiſtes officiis. Quod in eo nimiùm nimiùmque mirandum, quia ita in exercitiis animæ, & virtutibus abſtinentiæ palmam ſervavit eamdem perſeverantiæ, ut nihilominus in ſenectutis laſſitudine velut in juventutis certaret fortitudine, Par in eo mentis vigor, ſenſus iidem erant; propter quod illi diuturno certamine plus meritorum accreverat. Talis Caſtritiani beatiſſimi in initio Fidei normula vitæ; talis uſque ad obitum curſus fuit. Obiit autem die Calendis Decembris, ſepultus à diſcipulis juxta conditum in Cœmeterio, quod dicitur, Romano, ea ſcilicet via, qua Romam tenditur haud longè ab Arcu Triumphali. Quem locum hominibus quidem diu incognitum, Dei autem oculis notum, palanterque poſtmodum manifeſtatum his, quos dignos ſumma ſanctitas fecerat, apertè cognovimus. Reliqua verò miranda virtutum illius geſta ſolius cauſa compendii tranſeo, quia ad alia feſtino. Quamquam hic vilior ſtilus à tam magnis declinare tutiùs putet, eo quòd præſentium temporum novelli auditores vocalioribus ſententiis, quaſi tinnientibus cimbalis, multo ampliùs delectentur, & ſyllogiſmorum magis conſonantium modulis, quæque legerint, vel audierint, quàm rerum geſtarum pondere metiantur. Quamobrem ad ea, quæ in proſpectu ſunt, navalem curſum dirigamus, quia Urbis, quam ivimus exploratum, non enormes propugnaculorum materies, & turritæ illius multiplices minas, vel circumductas muris fortiſſimis machinas viritim deſcribendas, ſed portarum ſolummodo introitus, & egreſſus brevi calamo deſignandos, cataractaſque fuſiles potiùs adnotandas, quàm dimetiendas ſuſcepimus. Age ergo, porta, quæ ſequitur, qualis quantaque ſit, attentiùs propenſetur.

Depoſitio Sancti Kalimeri Martyris Mediolanenſis Epiſcopi.

TRanslato ad Cœleſtem Curiam viro præclariſſimo Caſtritiano, atque in Senatorum inluſtriſſimorum concilio quaſi bellicoſiſſimo cenſore, ac veterano triumphatore, intenti ſubſellio decibiliter ſublimato, plebs viduata Fidelium, immodica urguebatur triſtitia; anxia multùm, & geminæ hinc inde mœſtitiæ angore prolapſa, primùm de Paſtoris obitu, & deſtitutione ſui, demum de prælegendo ſucceſſore, qui difficilè poſſet tanti viri compar illo in tempore inveniri, quandoquidem peſtifera Ælii Adriani vexatione per totum Romanum Orbem, maximèque ea parte Italiæ, quæ Ciſalpina Gallia nomen habet, Dei Eccleſia duriter quatiebatur. Qui primo Imperii eventu mitem ſeſe erga Chriſtia-

ſtianos viros mentitus, poſtmodum ad genuinam velut canis rabidus converſus inſaniam, invidorum quorumdam inſolentia, vulgique vecordis ſtultiſſimis acclamationibus adeò irritatus eſt, ut multorum juſſu ejus martyria & cruciatus Sanctorum quaquaverſum intonarent. Hac ergo cauſa collecti pariter Chriſtiani Jeſum implorabant gemitibus cordis, & lacrymarum fontibus hinc indeque manantibus. Sed Deus Omnipotens, qui ſuorum opportuna Fidelium, maxima ſemper cum pietate, & paterna ſolicitudine providet, non paſſus eſt ſuam plebem ſibi ſedulè obſequentem neceſſariis diutiùs viduari præſidiis, quin potiùs ſolitum continuò poſtulatus, quod ante ſecula præſcierat, & prædeſtinarat, præbuit adminiculum. Erat namque id temporis in Clero Fauſtæ Eccleſiæ delegato vir ſanctiſſimus, generis proſapia gravis, ſed morum illuſtrium, ſcientiæque probitate Romanus, cui nomen Kalimerus. Qui multa abſtinentia, & jugi vigilantia peroptimè ſaginatus, porrò etiam indefeſſa divinorum dogmatum meditatione abundantiſſimè farcinatus, qualem Dei ſapientia beatum appellat, *Beatus*, inquiens, *qui vigilat ad me, & obſervat quotidie ad poſtes oſtii mei*, facilè poterat confratribus, & condiſcipulis bonorum operum & evidens documentum tribuere, & ingens exemplum præſtare. Sed quia ſolet nonnumquam in talibus infauſtus latêre jactantiæ faſtus, quodam fictæ ſanctitatis velamine palliatus, & malè caſurum flebilis extollentiæ ſubripere ſupercilium, is, quem loquor, vir mirificus, & omni laude celebrandus, tantæ humilitatis, tantæque fuit ſanctitudinis, ut non ſolùm cunctis in Clero ſubjectis fratribus, verùm etiam minimis quibuſque officiis eſſet ſempet intentus. De hoc variè à diverſis narratur, ſed certior eſt quorumdam ſuper eo, ut ſuſpicor, relatio, quam in præſenti materia, licèt ſuccinctè, utiliſſimum puto adjicere. Decennio ferè ante venerandæ memoriæ Caſtritiani Præſulis exceſſum, dum Adrianus infelix deteriorari, ut præfatus ſum, à meliori propoſito ſtatuiſſet, & Chriſti cultores perſequi non modò per alios, ſed ſe ipſo fautore inſani capitis pœnas luituro decretis vulgatis cœpiſſet: qua tempeſtate Romanæ quoque Eccleſiæ Summum Pontificem Teleſphorum magnis virtutum præconiis inſignitum, cujus ſagacitate, atque induſtria ſupra-taxatus vir Dei Kalimerus ſaluberrimis actibus, & ſacris monitis à puero fuerat informatus, inter ſepulcra Martyrum latitantem excitata lues inveniens, Martyrum meritis, & numero copularat, æſtimans quia ſi ipſum caput deterrere ac percutere valuiſſet, hoc eſt Romanum Pontificem, ſubjectiora faciliùs membra, ideſt diffuſas quàque per orbem Eccleſias, & earum Præſules degluberet, atque confoderet. Quum ergo adhuc puer in junioribus degeret annis, veritus ne ſi ad pœnam ſimili modo ut Magiſter raperetur, durare non poſſet, receſſit ab urbe latenter. Dumque fugitivus viator aliquot oberrando diebus nocturnum conficeret iter, Dei tamdem revocatus auxilio, Albam pervênit ad urbem, quæ alio nomine Mediolanum dicta eſt. Ibidem ſæpe memoratum Præſulem Chriſtianorum, utpote patronum famoſiſſimum requirens, invênit Caſtritianum. A quo benignè ſuſceptus, ac non multò poſt in omni patientia, & Fidei documentis probatus inventus, reliquo diſcipulorum ipſius cœtui coadunatus eſt. In quo quanta ſolicitudo in divinis obſequiis, quantus mutuæ Caritatis affectus in fraternis officiis excreverit, non eſt hujus noſtræ exilitatis evolvere. Quocirca ſuperſedendum de his magis arbitror, & ad cetera feſtinandum. Interea, ut cœpta ſubſequar, quum gravi omnes mœrore afficerentur de reſtituendo Paſtore ovili deſtituto, & nullus auderet vel cogitare de ſe ipſo, vel proferre de ſocio, vixdum cœlitus attacti ad reverentiſſimum Kalimerium ſe ſe convertunt, in quo, velut ſpeculari lapide, ſui Magiſtri & vitam mirabilem, & præclara dogmata uno pariter oculo unoque auditu contemplabantur ac perdiſcebant. Depoſcunt ergo illum humiliter, ut ſuis miſeratus ſodalibus, Paſtoris non abnuat officium pertinaciter, cui non parvum meritum diuturni temporis felix contulerat exercitium. Quid multis moror? Recuſanti omnimodis, & velut hoſti cuidam acriter obſiſtenti, vis laudanda ingeritur. Ducitur catenatus domeſticis futurus Paſtor ab ovibus, & non niſi Epiſcopali ſacrandus benedictione abſolvitur. Poſtremò ſacratus in Epiſcopum, tantam providendis à ſe ovilibus curam ſtrenuè impendit, ut juxta quod ſui aptiſſimè nominis idioma concinit, boni diei, qui Chriſtus eſt, aſſertor exiſtens, ab Idololatriæ tenebris multorum depelleret mentes, ac lucis æternæ compotes efficeret. Quanti autem per ipſum Baptiſmi lavacro abluti, quanti animo ſimul, & corpore curati, quæ vox, quæ poterit lingua retexere? Nullius umquam acceſſus ad eum ſinè ſalubri documento, nulliuſque receſſus ab eo ſinè viatico opportuno; nullius in qualicumque anxietate poſtulatio abſque competenti coram illo effuſa eſt remedio. Verùm perſequutionis turbine, etiam Adriano peremto, necdum quieſcente, ſed ſub Antonino ſucceſſore ipſius atrociſſimè ſæviente, iſte, de quo ſermo eſt, non jam ut priùs fugæ metu abdita penetrabat, ſed audacter palanterque Paganos refellens ritus, promto animo ad perferenda quæque pro Chriſto dura & aſpera ſponte ſe ipſis tribunalibus ingerebat. Quin etiam carcerum ergaſtula ultro ingrediens, Chriſti militum animos ad paſſionum tolerantiam incitabat, non ſolùm gravia quæcumque pro Chriſto pati, ſed mori inſuper paratus. Perſæpe denique cum vinculatis vinculatus, ſæpiùs cum flagellatis pænè exitialiter flagellatus, ſæpiſſimè quoque dum falſorum protereret portenta Deorum, & eorum cultores vanos, cœcos, ac miſeros palàm cunctis ediceret, cæſus diutiſſimè, carpentoque ſuperimpoſitus, cum exulantibus exiliatus eſt. Sed quia in eo totius patriæ ſalus, & vita omnium conſiſtere abſque dubio credebatur, ut vinculis eximeretur, ut plagarum inflictarum livore mederetur, ut ab exiliis reduceretur quantociùs poſſet, ſumma Fidelium cura incunctanter ſatagebat. Attamen, ut moris eſt, amore paucorum bonorum, multorum magis magiſque adversùs illum concitata ſunt odia perverſorum. Mittunt denique, & nefando Cæſari de nomine Kalimeri ſuggerunt; maleficorumque omnium principem, Deorum injurias temerariè per plateas garrientem, ab eorum debito cultu totam pænè Liguriam avertentem, præmiſſis ſupplicationibus nuntiant. Dedecus Reipublicæ futurum inclamitant, ſi ab uno deteſtando, ac diſperdendo

ſene

sene Deorum magna potentia derideatur, atqui impunè ab uno jugiter derisa, turpiter ab omnibus contemnetur. Mox igitur datâ sententiâ præcipitur, ut ubicumque inventus fuisset, sinè mora puniretur. Sed vir sanctus plus divinum imperium perpendens, quàm vitæ præsentis excidium metuens, non diebus, non noctibus incœpto desistebat: Unde contigit, ut cum aliis in Romuleo inventus Cimiterio, quod est in latere ejusdem urbis meridiano, haud longè ab Apollinis fano, ubi cum consuetudinario thure tendentes oratûm intuens quosdam, acriùs more solito increpabat, ab eisdem, quos piè admonebat, inhonestè correptus, Phœbi traditur excubitoribus, horrendo pœnarum genere puniendus. Quem illi inveteratum dumtaxat suorum Deorum captum attendentes inimicum, gaudio immenso exhilarati, laudes dabant summas victoribus Diis, adeò ut plausu theatrico chorus repleri, tellus concuti putaretur. Tum verò insurgunt pariter, & Sanctum Dei Kalimerum multis undique plagis perfodiunt, reminiscentesque qualia illis probra objecerit, & frequenti eos nævo objecerit, vel fœdaverit, & quòd plurimos ex ipsis ad fidem Christi adtractos, & aqua salutaris fontis infusa manu propria submersos abluerit, quum adhuc seminecis ante illorum pedes jacens spirare extremum moriturus halitum cerneretur, in adjacentis putei profundum inversis immersum pedibus transcapitaverunt, clamantes pariter, ac dicentes: *Nos te meliùs abluemus fontanis aquis, quàm tu nostros, quos incantationibus tuis amentes efficiens, aquis turbidis abluisse probaris.* Hic Beati Kalimeri cursus in stadio hujus vitæ, hoc certamen fuit, quod ad laudem, & gloriam cœlestis Regis per annorum circiter quinquaginta trium curricula indefessus palæstrites Christo auspice peregit. Quibus perniciter evolutis, superni Palatii aulam scandit, cum reliquis commilitonibus, atque coævis potiturus bravio vitæ perennis. Dies passionis ejus pridie Kalendarum Augusti. Fuit autem temporibus Adriani, Antonini, item Antonini, & Commodi. Cessavit Episcopatus anno, & medio.

A

B

C

D

E

Vita S. Monæ Mediolanensis Episcopi.

SAncto Kalimero de hujus mundi inevitabili stadio ad cœlestis Regis obsequium destinato, quis ei successor eligi debeat, vel quis sanctissimi viri meritis adæquari valeat, solicitè perquirunt. Postremò cunctus pariter, Clerus videlicet ac Populus, in Portiana Ecclesia coadunatus, instantissimè Cœli supplicat Dominatorem, ut suæ familiæ votis clementissimus bonorum largitor occurrat illico, & patronum cœlitus ex Sacerdotali, seu Levitico gradu unum suæ plebi opportunum, inter reliquos decentissimum, & suis aspectibus dignissimum pro sua pietate designet. Erat eo tempore vir admirabilis Monas nomine, summæ sanctitatis, patientia quoque insuperabilis, pudicitiæ verò inviolabilis, unus eorum, qui Diaconorum in præfata Ecclesia fungebatur officio. Altior equidem cunctis ferè in Clero, stirpis origine, sed non inferior cordis humilitate, præstantior apud homines Consularibus fascibus, sed longè excellentior apud Deum Leviticis functionibus. Hunc benedictæ recordationis Sanctus Kalimerus ab ipsis pœne cunabulis sublatum, Ecclesiasticæ disciplinæ studiis informaverat. Ubi namque in absolutos loquendi modos balbutientis puelluli lingua prorupit, confestim à devotissimis progenitoribus sacris est delegatus altaribus. Moxque tenella infantis ora Davidicis imbuta Canticis, divinis perpetim laudibus dedicantur; dignissimè scilicet, ut lingua sacras promulgatura leges, sacro primùm cantui manciparetur. Ibidem igitur sanctissimi viri studiis institutus, & deambulando, ut dictum est, de virtute in virtutem, ad Diaconatus fastigium Deo favente perductus est. Erat videre in eo magnum juvenili sub pectore virtutum omnium incrementum; Caritatis namque gratiam si perpenderes, nil simile uspiam fore diceres. At verò si humilitatis, ac patientiæ sustinentiam perspiceres, omnibus inferiorem ac viliorem putares. Rursum si prudentiæ acumen, & animi ejus industriam considerares, cunctorum Philosophorum superatam ab ipso scientiam fatereris Itemque si mitem ac simplicem cerneres, nullum simpliciorem illo ac mitiorem morari uspiam affirmares. Qui mox ut paternarum facultatum hereditario juri succedens, potestativè uti prædiis visus est, ex majori parte venditis, & ipsorum in pauperes pretiis optimè profligatis, reliqua suæ matri, cujus etiam excubitor erat, donavit Ecclesiæ, ut eorum sumtus confratrum usibus, & suis necessitatibus communis existeret. Ipse autem nec Diaconio sponte umquam frui, nec minimis cujuslibet muniis potiri voluit. Hunc itaque tunc temporis inter ceteros totis precibus interpellantem, & cordis gemitibus in interiori homine, quo divina electio prospicit, lacrymabiliter Præsulis ac Pastoris proprii absentiam suspirantem, Christus Jesus sua censura dignum Pontificalibus infulis patêre cunctis fecit in Ecclesia constitutis. Nempe finitis, quos non voce, sed mente, unusquisque apud se fidelium diu profuderat, precatibus, canticisque Psalmorum, quæ more solito, priusquàm immaculati agni corpore litaretur & sanguine, decantarant, dum Fidelium cœtibus eadem sanctificata porrigeret, subitò fertur aureo quodam, & inopinato nitore circumfusus, & velut nubis obumbraculo ita repentino splendore vallatus. Tum verò stupefacti, quibus videre hujuscemodi miraculum contigit, Sanctum Monam in extasi raptum alterutris innuunt, ac nube cava speculantur amictum. Quid multa? Fit tamdem ingens videntium concursus, atque una conclamantium: *Dignus honore Monas.* At ille pavefactus ad clamorem eorum, & quod erga se ageretur ignorans, attonitis paulisper arrectisque auribus astitit, cunctis hinc inde modestè acclamantibus, & id ipsum cum gravitate congeminantibus: *Dignus honore Monas.* Ac velut æquoreo jactis in gurgite retibus, piscandi quidem arte periti, sed ignari captionis incertæ, pavidos continent ad gaudia sensus, donec in superficie positi certis cognoscant auspicia signis, quæ ubi animadverterint, conclamant trepidi, & glomeratis in unum naviculis Delfinos ingentes, vel quicquid illud est, marinarum copiarum immanes cum sagena prædas, recollectis ruderibus, ad litus pertrahunt; qua in litus exposita, jam non timidi, sed jucundi admodum tollunt confusi jubilum in commune clamoris, cujus ad Cœlum Echo consonum litora curva reciprocant: Haud aliter præmonstrato cœlitus, quod anxiè

Digitized by Google

xiè peroptaverat, futuri Antiſtitis indicio, plebs gratulabunda fidelis immenſo plaudit tripudio; imò Paſtoris inventi, & velut quadam ſagena orationis intentæ vinculis capti, affectu nequit ullatenus exſatiari; ſed donec ad ſacroſanctæ benedictionis protrahat apicem, domum nec ad horam diſcedere cupit. Tum verò ubi perſenſit quid intenderent cuncti, quidve acclamarent, attonitus reluctari nimiùm nimiùmque, & intimo pectore alta trahens ſuſpiria, immeritum ſeſe atque inofficioſum obſtinatiſſimè profiteri. Enimvero id eis faciliùs perſuaderi non poterat, quippe qui ſtrenuè gratiam viri ab ineunte ætate fructificantem optimè noſſent, præſertim quum ſigno divinitus propalato eum indubitata fide Epiſcopalis Cathedræ digniſſimum didiciſſent. Quid ergo faceret? quò ſe verteret? Cœpit pavidus æſtuare; tamdem in ſe reverſus, fraterniſque inflexus precatibus, ut ſuam ipſorum neceſſitatibus officinam ad cuncta dapſilis non negaret, ipſam quoque annuentis Domini circa ſe bonitatem evidenti miraculo declaratam ſolicitè perpenſaret, poſtremò non ſuis, ſed proximorum utilitatibus, Chriſti Jeſu magiſterio informatus conſulere deberet, diu multùmque ingemiſcens permiſit fieri, quod Dei arbitrio credidit adoriri. Ordinatus igitur ſparſam hac illac perſequutionis inſtantis tempeſtate Chriſticolarum plebiculam aggregans illico, & dulcibus cibis feſſas amœnus Paſtor oves recreans, ad ovile proprium revocavit; cunctoſque in tribus Eccleſiarum Ordinibus, quos fortuito caſu vorax meridiani Solis æſtus abſumſerat, ſubrogavit, propriis quibuſque officiis delegatos. Exinde circumquaque poſitos pagos, Oppida, Caſtellaque peragrans, maximas Idolatrium prædas Sponſæ Chriſti, ac Reginæ reportabat Eccleſiæ. Et jam non tam Mediolanenſibus Civibus, ſed univerſis etiam Paſtor is operam dabat Liguribus, prædicando ſedulè, & Evangelicam ſementem indifferenter largus fœnerator omnibus commodando; baptizando paſſim quoſcumque ſuaſerat; & Chriſti populum cenſor illuſtriſſimus recenſendo; profana demum toto conamine deſtruendo, & Chriſti ſacraria dedicando, adeò ut non parva multitudo vicinorum oppidanorum, ſeu agricolarum, Chriſti per eum ſignaculo inſigniretur. Quorum aliquanti collatis præſidiis, ac neceſſariis ſumtibus ſubminiſtratis, Sanctum Monam, ut Parochias inſtitueret, poſtulabant. Tum ille altiore conſilio Fidei Chriſtianæ profuturum intelligens, aſſenſit, ac diſtributis Magiſtris, promulgatiſque Miniſtris, Fidelium votis optimè ſatisfecit. Et tam ipſorum inſtantia, quàm ejus propenſiori cura, qui paſſim ſingulorum quorumque non modò nobilium, ſed & mediocrium, lixarumque, & proſcriptorum numeroſitatem ad Chriſtianam libertatem, atque ingenuitatem admittere non ceſſabat. Quotidiana Idololatriæ damna, & Dei Eccleſiæ, quæ per orbem totum diffuſa erat, ingentia fiebant emolumenta quotidie, creſcebatque hæc in dies, & illa nihilo minùs adnullabatur. Omnis namque labor tunc & ſtudium Dei Sacerdotibus ac Magiſtris Eccleſiæ inerat, ut quantopere ſatagerent à Dæmoniacæ ſervitutis jugo graviſſimo hominum genus eruere, & Chriſti ſuaviſſimo leviſſimoque perpetim felicia colla ſubmittere. Non emere, aut vendere promti, more illo primitivæ Eccleſiæ inconvulsè retento, quæque habebant, com-

A

B

C

D

E

muni libentiſſimè uſui exponebant. Hinc factum eſt, ut diverſis ad hanc inſtitutionem velut piſcium generibus Dominico reti attractis, variis quoque Dei Domus abundaret eduliis. Et non jam proceres ſolùm, ac magiſtri, ſed ipſa quoque ſubjectiora ac deſpicabiliora plebium conventicula ſacroſanctis imbuta doctrinis, quaſi quibuſdam aſperſa ſalibus, ignique Sancti Spiritus torrefacta, & in Eccleſiæ corpus trajecta, ſuperno palatui ſuaviſſimos ſufficerent favores. His de optimis Sanctæ Matris Eccleſiæ inſtitutis, quæ in tempore fuerant exorta bonorum doctrinâ Magiſtrorum, ſub compendio recitatis, ad propoſita recurrat intentio. Sancto igitur Mona paſtoralibus officiis inſignito, atque optimo gregis Dominici cuſtode in commiſſo fideli, repoſitæque non incredulo mercedis, circumſtrepentium undique luporum inſidias ſolicitè per ſibi commiſſa ovilia præcaventi, hoſtis humanæ ſalutis lædendi aditum facilè nanciſci non poterat. Qui licèt olim percuſſo, ut ſolet, paſtore ejuſdem diſperſerit oves, rurſus tamen alio reſtituto, pertinaciores ac ſolicitiores invenit, quàm ſi numquam antea pervaſiſſet. Denique quum non ſolùm in ſubjectis quibuſque Eccleſiæ Catholicæ membris, verùm etiam in Romana arce, principali dumtaxat totius corporis parte, Hæreticorum pernicioſa ſcabies ebullire cœpiſſet, & ceſſante ad tempus procella perſequutionis, malorum ac putrium membrorum lethalis aura multos tabo inficiens, ipſius veternoſi ac lubrici Draconis horrendo incitata flatu ſpiraviſſet, in ea, de qua ſermo eſt, Matris Eccleſiæ compage præfati Sanctiſſimi Paſtoris vigilantia, & boni medici induſtria, Chriſto opitulante, obtinuit, ut nemo, de ſibi ſubjectis læderetur, aut ſi fortè quis in aliquo læſus, nemo periclitaretur. Erat namque inter fratres humilis, inter perſequutores elatus, ſuis mitis, adverſariis terribilis, Chriſto ſubjectus, Diabolo erectus. Jam tum Valentinus, & Cerdo, Hebyon, atque Cherynthus, & alii complures veritatis inimici, diverſis in locis zizaniorum dolo pura Verbi Dei ſemina macularant, & areas Dominicas adulterini lollii admixtione fœdarant. Sed vir Dei Monas cum coævis, atque confratribus ſuæ Metropolis gremio conſtitutis, more vigilantis agricolæ, excutere ac proturbare de ſuorum collegio manipulorum mala ſemina procurabat. Imò ut paſtor eximius, inſidiatores gregis Chriſti clamoribus ſimul atque inſectationibus anticipans, longiùs effugabat, commonens & inſtruens ſuos ſequaces, cum hujuſmodi nullam habere communionem. Quinimo ſicubi aliquos fortè ipſorum obvios habuiſſet, digna invectione refellere, & cominus perurguendo proſternere. Pro quibus tamen ut clementiſſimi pediſſequa Magiſtri, generales cunctorum Fidelium fieri debere ſupplicationes, ſedulè commonebat. Nec ſolùm pro his, ſed & pro Romani orbis Principibus, quos maleſueta Dæmonum potiùs, quàm Deorum ſervitus miſerabiliores quibuſcumque lixis, inhoneſtis famulatibus ſubjugatos, & peccatorum nexibus alligatos effecerat. Multa ſiquidem ſe detineri moleſtia, cur tanto carerent gratiæ munere, qui totiùs pœnæ orbis muneribus decorati, cunctarumque rerum domini putarentur, palàm cunctis voce libera fatebatur. Illud jugibus votis, illudque ſe nocte dieque precari, ut uni ſaltem ex omnibus Auguſtæ dignitatis

Prin-

Digitized by Google

Principibus Dei veri ac vivi conceſſa fidelitate per Dominatorem omnium, quod ſpe certa fide integerrima expectaret ac crederet, univerſorum in hoc facto lætificarentur corda Fidelium, confusa, velut decet, cœca ſuperſtitione Infidelium. Hinc evênit, ut ſecundùm quod Pſalmigraphus vates de Deo noſtro ait, voluntatem timentis ſe faceret, & orationes ſervi ſui exaudiret Omnipotens. Nempe, ut ferunt, qui illud paterna noſſe traditione potuerunt, octogenarius ferme eo erat tempore, quo Philippus Chriſtianiſſimus Imperator primus ex Auguſtis Chriſti jugo ſua colla ſubmittere, & Crucis trophæum Romani Imperii decrevit fore munimentum. Sed ſi quis mirum ducat, aut credibile putandum diſſuadeat, quinque tantùm ad ea uſque tempora Mediolanenſi Eccleſiæ Antiſtites præfuiſſe, quum in Romana Sede vigeſimus poſt Apoſtolos tunc temporis degeret vir Deo fideliſſimus Papa, & Martyr Fabianus, perpenſet quicumque ille eſt, occultum & inveſtigabile diſpenſantis Dei judicium, cur iſtis prolixiora vitæ curricula contulerit, illis verò breviora. Iſtos ad ſuorum profectum Fidelium, licèt inferioris gradus, diutiùs reſervatos longo conflictu adſuefcens ad triumphum, victorum animi * ſociarat ad ultimum, ut emeritorum laborum ſenes, multis poſtmodum eſſent norma vitæ, exemplarque militibus, illos autem, ſummos videlicet Primates, ac duces ſpiritalis certaminis, quanto fortiùs in procinctu Chriſtianæ Fidei dimicantes, tanto ad Cœli Palatium ociùs properantes, victrici laurea redimitos ſecum perenniter regnare conceſſerit. Neque enim aliter decuit, quàm ut vitam præcellenti Pontificalis Cathedræ throno, viciſſim continuatimque ſibi ſuccedentes Eccleſiæ totius Rectores univerſum ſuis orbem monimentis replerent, è quibus & certandi audaciam, & prædicandi conſtantiam, triumphi quoque reportandi fiduciam ceteri ſumerent Eccleſiarum principes & Magiſtri. Et quum quis ad liquidum humani lance judicii cauſam tanti examinis trutinare nequiverit, exclamet neceſſe eſt cum Apoſtolo, & dicat: ***O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!*** Verumtamen ut certo certiùs noverit, integram nos annorum ſeriem præſentis depromſiſſe pagina materiæ, ſciſcitet veterum Scriptorum Annales diligenti indagine eorum, qui Olympiades priſcorum temporum, actuſque Beatorum ſolicitè deſcripſerunt, & inveniet me non aliter quàm quod in his compereram poſuiſſe; alioqui tacere, quàm falſa dicere decreviſſem. Non ſolùm verò iſtiuſmodi miranda ſuperni arbitris diſpenſatio apud antiquos quoſque, ac primæ Chriſtianitatis cultores, verùm etiam apud modernos pari libra frequentiùs accidiſſe patenter agnoſcitur, dum & in Romanæ arcis Pontificibus brevioris vitæ curſus, & vixdum ad primi Paſtoris menſuram pertingens decernitur. Et Mediolanæ Urbis Præſulibus perrari adſcripti ſunt, quibus non uſque ad grandævitatem terminus vitæ præſentis decucurrerit. Age ergo hujus, quem quinto poſt primum loco fuiſſe in præfata Urbe ſignavi, cujus vitam moreſque Apoſtolicos ſuccinctè, ſed plena veritate digeſſi, quis ſit exitus, explicetur, ut cœptæ navigationis expeditio, flante clementiùs auſtro, ad deſtinatas perveniat oras.

A

B

C

D

E

De obitu Sancti Monæ Mediolanenſis Epiſcopi.

IGitur agnitâ, ut præfatus ſum, Chriſtiani Auguſti, Beatiſſimus Antiſtes, Fidei pleniſſimè perceptione, admodum lætus efficitur, & dans laudes immenſo Deo, his oculos, lacrymis ſuffuſus, ſermonibus infit: *O mira potentia Creatoris, ò præferenda pietas Redemtoris, cujus nutui cuncta facultas ſubeſt, cujus velle feciſſe eſt! Impleſti Domine Jeſu, quod te indubitata fide ſedulus exorabam; impleſti, quod te citò impleturum tuis ſæpiſſimè clientulis repromittebam. Jam nunc latus mortem opperiar, quæ ut polliceri dignatus es, vitæ porta fiet ſinè fine manſuræ eis, qui te Dominum pura mente dilexerunt & quæſierunt.* Et converſus diſcipulis aſſiſtentibus ait: *Lætamini*, inquiens, *Cariſſimi, & totis piæ vocis Deum noſtrum laudate præconiis, quia non eſt oblitus orationis noſtræ, ſed ſuæ clemens annuit familiæ. Noveritis autem maximam in hoc facto Chriſtiani nominis ortam inimicis invidiam; quin etiam totius bonitatis æmulum gravibus, atque atrociſſimis livoris antiqui ſtimulis concitatum, & exſuſcitatis irarum furiis illico bellum ab eo eſſe ciendum, iterumque cruces, clades, & dira pœnarum exitia Chriſtifidelibus atrociùs ſolito, & ſupra quàm credi poteſt, ipſius inſtinctu nequiſſimo ingerenda. Sed vos illa metuere nolite, nolite paveſcere. Immenſa quidem contra Dei Eccleſiam incendia, mille nocendi artium Magiſter excitaturus eſt; ſed velociùs extinguenda ingruente deſuper rore cœleſtis mannæ.* Quumque pauxillùm conticuiſſet, perpendit aſtantes pro his, quæ dixerat, non modicè perturbatos; ac flexo in orationem (quia id loci eos ſtare contigerat) poplite, aliquamdiu precibus incubuit, pro ſuorum conſtantia filiorum Patrem Domini Jeſu interpellaturus. At hi, qui præſentes aderant, plurimum obſtupuere, quòd ſermonis ipſius efficaciam nulla interruperit rei geſtæ diſſonantia. Ex illo enim ſolùm venerari ampliùs, aut excoli à credentibus, ſed etiam inſuper metui ab incredulis cœpit, qui eum non ſinè Divino numine tantam prædicendi futura obtinuiſſe fatebantur ſcientiam. Nam & ob id eum Magno Deo Apolline ſatum aſtruere non dubitabant, eo quòd eſſet totius prudentiæ, excepta Chriſtianitate, perſpicuus inquiſitor. Erat enim vir Domini omnibus ad ſe convenientibus ita affabilis, ut eſſet mitibus ſimplicibuſque dulcis affatu, blandus alloquio, ſolertioribus verò ſolertiſſimè diſertus, atque ad oppoſita irrefragabiliter prudentiſſimus. Hoc ipſum quoque orationis loco ducens, ſi infirmis fratribus opem ſuæ exhortationis tribueret; ſciebat namque, quia ſicut præceptum eſt, ut diligamus Dominum Deum, ita præceptum eſt, ut diligamus proximum. Quæ duo, quamdiu in corpore manſit, ita inconvulsè retinuit, ut eamdem uſque ad ſenectam Divinis officiis vigilantiam, eamdem ſuorum neceſſitatibus fratrum ad ultimum uſque momentum vitæ curam impenderet. Sicque per annos circiter quadraginta novem Paſtorale onus pari mentis & corporis conſtantia ſuſtinens, numquam à ſibi commiſſo vacavit obſequio, fœnerando videlicet auditorum mentibus credita ſibi talenta, & famelicis gregibus verbi Dei pabula miniſtrando. Et jam tempus aderat, de quo

Digitized by Google

Sapientissimus Salomon ait : *Tempus mittendi lapides, & tempus recolligendi*. Tempus, inquam, erat, quòd ædificium illius cœlestis Hierusalem redintegrandum vivi lapides, qui per orbem dispersi erant tetragonum recolligi viritim, & angulari lapici reconsignati, semper mensuræ Dei domui æternæ in Cœlis compaginarentur, numquam ampliùs dispergendi. Quod vir Deo dilectus intelligens satagebat pro viribus purissimam sui cordis efficere margaritam, cupiens ociùs dissolvi, & esse cum Christo. Siquidem ad annum usque Philippi septimum, qui & ultimus, cujus paulò ante meminisse contigit, ad multorum profectum fuerat reservatus. Convocatis ergo filiis in Christo & fratribus, indicat resolutionis suæ diem appropinquasse, & ut secum orationibus comitarentur admonet. Cum quibus orans, flectensque genua, velut in soporem ita resolutus est in mortem, vel magìs in vitam, quæ sola verè vita dicenda est. O ineffabilis gratia meriti! o admiranda vocatio properantis! Nam ne fortè glorioso senis anima tempestate turbaretur post paululum sequutura, solemnitatem Domini, quam diu præstolata fuerat, lætanter vidit, & ingredi meruit. Tunc universi, qui aderant, admiratione maxima habiti de tam subitaneo Beati Viri obitu in extasim pœne delapsi sunt. Videntes eum, cujus ante modicum spatium benedictione solita, dulcique osculo pacis, quod indifferenter quibuscumque de Clero vel plebe libare solitus erat assiduè, refocillati quodammodo, ac jucundati fuerant, inopinata vocatione sublatum ex corpore, quid mirari, quidve dolere, quid etiam gaudere deberent, anxiis pectoribus hæsitabant. Tamdem aliquando in lacrymas resoluti, mixtis interdum singultibus ingemiscentes, tollunt patroni sui funus recens, & illud Prædecessorum ejus tumulis adjungunt. Qui locus usque nunc mortalibus manet incognitus, pro eo maximè, quòd tunc ob nefandas persequutiones Sanctorum occultè corpora sepulturæ mandabant Unde accidit, ut longè latentibus annis loca venerandæ memoriæ Fidelium exciderent, tantoque fiunt celebritati mutuæ clariora, quanto non humana, sed Divina fuerint indagine revelata. Obiit autem vir Domini memorandus Præsul Monas octavo Kalendas Aprilis. Fuit autem temporibus Severi, Antonini, Macrini, Aurelii, Alexandri, Maximi, Gordiani, & Philippi Principis, qui, ut præfatus sum, primus ex Augustis Christianum nomen suscepit, servavit, & coluit. Quo non post multum temporis velut quodam nitido Augustalium primitiarum manipulo ad cœleste horreum delato, & felici nimiùm dignitate de terreno & volatili ad supernum, & perenne Regnum transvecto, exhorruit inimicus humani generis, tantæque prærogativæ cumulo invidit. Illico Romani agri superficiem sterili & urenti replevit urtica, qua ingravescente spiritalium agricolarum quaquaversum incedentium exurebantur vestigia, & quieti operam dare nequaquam patiebantur. Emersit enim post Philippum vesanus Decius, per tyrannidem Cæsaris successor effectus, qui sui decessoris odio stimulatus toto conamine Dei domum conatus est funditus evertere. Primùm nempe non quoslibet Christianorum, sed ipsos maximè Ecclesiarum Præsules jussit interfici; tum deinde vario pœnarum genere exosam Cœlo terraque

A perturbare Christiani nominis Religionem, Deorum templa restitui, Dei Ecclesias destrui, Altaria Sacrosancta profanari ac pollui. Putares ipsam Imperio ejus cessisse Majestatem, & suis ultra vernaculis subvenire non posse. Extemplo à Paganis Christi cultores diversissimis tormentis proteri cernentibus insultari ubique & succlamari videres : *Ubi est Deus eorum ?* Sed Deus noster in Cœlo sursum, in Cœlo, & super terra Omnipotens, non passus est diu despici à perfidis. Quinimo cœlestem ubi voluit pharetram exeruit, & sui nominis inimicum non totis duobus annis in malè præreptæ Principatu exactis, cum filiis pariter enecatum, Romano apice vitaque privavit. Regnante Domino nostro Jesu Christo,
B cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

Quæ sequuntur in margine addita sunt non adeò antiqua manu, quare a Michaële Pizolpasso, qui & ipse Librum hunc Anno 1438. *descripsit, sunt prætermissa. Addit autem idem Pizolpassus*: Huic Monæ secundùm Chronicas successerunt Mirocles primò, & deinde Protasius, quorum Vitas non reperi. Successitque postea Maternus.

IN illis diebus succiso radicitus per divinam securim inutili frutice Decii, qui ferina
C rabie, ac viperino livore turgidus innumeras sub brevi tempore inenarrabilium pœnarum clades Christi cultoribus evomuerat, adeò ut extinctis maximè Pastoribus Ecclesiarum, nec dumtaxat Præsulibus & Magistris, sed dispersis quoque secundùm quod consequens fuerat gregibus universis, heriles caulas se evacuasse ac destituisse putarit, immensas pio defensori Christo Domino laudes Fidelium ubique per orbem populus ore licèt gemebundo profudit. Et quoniam non modò quamlibet Europæ, Hesperiæque partem, sed totas mundi plagas sævæ persequutionis turbo depopulari ad horam visus est, multis, ut fertur, diebus Clericalis Ordo, & Sacerdotalis Cathedræ successio cessavit. Verùm demto malitiæ hujus
D incentore, quum Gallus Romani Imperii dignitatem suscepisset, quamvis & ipse insanus, attamen paulo mitiùs erga Christianos agens, cœpere mox credentium animi consurgere, & recreari quodammodo, qui paulo ante per latebras occultati visi fuerant titubasse. Invisunt, si qui supererant, derelicta ovilia Pastores, & dispersas metu luporum oviculas ad suas quique caulas reducunt.

Vita Sancti Materni Mediolanensis Episcopi.

IN diebus illis Mediolanensis Ecclesiæ Clerus
E simul & Populus, quotquot lanistarum manus evaserant, ad Philippeam recollecti Basilicam conveniunt, expurgantes Idolorum spurcitias, quæ injectæ fuerant, & Cœlorum Dominum suppliciter inclamantes, ut suæ misereatur de cetero hereditati, ejusque perditionem non ultra dissimulet. Præterea Pastoris, jam dudum cum Christo sociati, diutina absentia viduata plebs graviter suspirantes, quid facto opus esset, invicem scisitantur. Sacerdotum quidem nemo erat hujusce honoris dignus, vel potiùs oneris capax, quanto minùs Clericorum quorumvis inferioris gradus. Quem ergo eligendum, quem sibi præponendum,

Digitized by Google

dum, cui ſuas preces, ſuaque vota committenda cenſerent, diligenti trutina perpenſantes, diem impaſti, noctem pervigiles comitantur. Tamdem uni ex Sacerdotibus, quem longæva ſenectus, & meritorum gratia inſigniebat, per exſtaſim Sanctus nuntiat Spiritus, quem ex omnium collegio ſuperni cenſura Judicis ad Sacerdotale pondus æquanimiter ſubvehendum, quemve in procinctu temporis aptum viribus, fortem animo & corpore deſignanter elegerat. Erat enim per idem tempus in Ordine præfatæ Eccleſiæ vir quidam reverentiſſimus doctor & Primicerius Lectorum, virtutem nominis dulcibus exprimens moribus, cognomento Maternus. Qui omnibus Clericis ita carus erat, ut pro pietate multimoda, & benigniſſima caritate, quas inconvulsè ſuomet inſertas pectori, bene prodigus aliis, ſibimet reſervabat, univerſi illum nimio amore diligerent, & ipſe maternum circa omnes affectum impenderet, ſic eos fovens, monens, & corrigens ut filios, ſic ab eis amatus, amplexatus ſemper, & expectatus ut mater. Hunc ergo apprehenſum ſenex ille canitie ac meritis venerandus protrahit ad medium, & cunctis circumſtantibus voce qua potuit exclamavit: *Quem expectatis? Adeſt ecce Paſtor, quem cupitis. Mihi credite: iſte cœleſti prælectus examine, & præſenti gregi prodeſſe, & lupis valet circumlatrantibus prævalere, divino fretus, ut credo, juvamine. Nolite, inquam, metuere, nec Paſtorem proprium ex alienis ovilibus ampliùs opperiri. Etenim habetis Maternum ſanctiſſimum, digniſſimum in cunctis depoſiti patroni virtutum gradibus Vicarium. Nam ſicut Helias Heliſæum relinquens, duplici virtute ditavit, ita & celebrandæ memoriæ Præſul eximius Monas Maternum corpore, non fide deſerens, geminum præbuit hereditariæ virtutis augmentum.* Itaque his, atque aliis optimi ſenis qui aderant animati ſermonibus, annuunt divinæ revelationi, ac virum Domini Maternum, ut Paſtoris obſequium non contemnendum ducat, ſupplices deprecantur. Ille, quia erat piiſſimus, & ad poſtulata proclivior, utrum nam preci cedere, an obniti congrueret, diu vixque deliberans, flevit illacrymans, & attonitis in medio conſtitit auribus. At verò Clerus ſimul & Populus inſiſtunt precibus; iterum atque iterum, ut ſibi non obſiſtat, flebiliter ingeminant. Quis valeret denegare, quod tantopere Fidelis caterva Deo inſpirante petebat? Ceſſit ergo clementer, intelligens divinæ prædeſtinationis examen, ſuorumque confratrum neceſſariam non renuit functionem. Quoniam autem fervor adhuc ſuccenſæ per Decium perſequutionis necdum fuerat extinctus, ſed ſuccedentibus ſibi invicem miniſtris diabolicis, ac ſuæ veſaniæ ſomitem ſuggerentibus, atrocior ſubinde per mundi climata, ſuper quàm fari poteſt, adversùm Chriſtianos viros æſtus incitabatur, hujus, de quo loquimur, Paſtoris vigilantiſſimi hæc cura ſolicitudoque fuit, ut poſitos in ergaſtulis milites Chriſti, patientiæ armis indueret, certandi audacia imbueret, ac triumphandi fiducia recrearet; eorum, ſi qui fortè oppetiiſſent, aut gladiali ſententia detruncati, aut acrioribus tormentis exanimati, condignè corpora ſepulturæ mandaret; jugibus excubiis pernoctanter inviſere, minimæ quoque ex ipſis particulæ, velut pretioſiſſimæ cœleſtis theſauri margaritæ, ne diſperirent, aliquo modo ſolicitus ſatageret, inventaſque condignis illico thecis reponeret. His atque hujuſcemodi Vir ſanctus virtutum ſtudiis intentus, maximam apud Deum & homines prærogativam ſanctitatis obtinuit, eatenus ut ab ipſis crudelitatis Principibus pro ſui manſuetudine, ac ſerenæ mentis hilaritate, paternæ (ut ita dicam) addictus veneration, meritoque cumulatus honore, pater patriæ vocaretur. Et niſi eos inſenſatæ mentis, atque infandæ ſervitutis culpa redargueret, nullam ipſe vel ipſius pediſsequi perferre ultra ſinerentur calumniam. Ad cujus rei indicium certus ipſius diſcipulatui Chriſticolarum delegatus fuerat numerus, quatenus eo Chriſtianæ Fidei regula imbuto, ſecumque liberè quo vellet loco verſanti, ceteros Imperialibus permitteret cultibus, luſibuſque Theatralibus occupari. Denique haud dubium erat, plurimos Regalis aulæ miniſtros Chriſtianæ doctrinæ cultoribus affectando blandiri; quandoquidem nonnulli, quorum mens partim fuerat divino adacta cuſpide, partim venatorum ſpiritalium clamoribus excitata, jam tunc non modicè vererentur militari clamyde circumdari, pileo redimiri, trabea decorari, vixdum Cæſarem, Conſulemve comitati, rarò amphitheatrum ingredi, rarò concurſibus, publiciſque luſibus permiſceri ſoliti. Mirum valde: tranſmutatos ſubitò ex diuturna radice multorum videres affectus, & qua de cauſa id acciderit, minimè pervideres. Sed illi divinorum conſcii ſecretorum, ſub veteri habitu ad tempus occultari, novum indui hominem malebant, notantes ſedulè in ſecreto mentis cubiculo, non pendula Apollinis oracula, ſed Chriſti potiùs exempla, atque præcepta ſalubria. Aliquanti verò ex eis agones Martyrum ſolicitè contemplati ad poſteritatis memoriam chartis tradere, & Chriſtianis Bibliothecis inſerere, prout videre contigit, non tardabant, quatenus his relectis ſuccedentium militum animi recreati, ſimile robur mente conciperent, & momentanea certantium diſpendia non curarent. Ergo, ut priùs dicere debui, quædam tunc ex inſperato divina pietate procurata, Chriſtique Jeſu arte perquiſita, ſeſe Mediolanenſium plebi medicina profuderat, quum & Antiſtiti Materno Chriſtiana libertate cum ſuis donata quòcumque vellet procedere liceret. Et quamquam præfixus, abbreviatus, ac imminutus eſſe deberet, Edicto pendente, Chriſtianorum terminus, non minùs tamen dilatabatur, multiplicabaturque quotidie, ipſis ad Fidem convolantibus laniſtis, & carnificibus; diſpenſante ſcilicet juſto Judice Chriſto, per quem omne, quod veſani Principes ſuis cultoribus proponebant ad pœnam, altiori conſilio vertebatur ad gloriam. Sed ut propoſita perſequar, Gallus Cæſar quum non pleno biennio Imperium tenuiſſet, rebus humanis vitaque privatus, Valeriano Principatum reliquit. Hic primo Imperii ſui tempore humanus multùm Dei famulis, ac benigniſſimus extitit, intantum ut veneration apud ipſum habiti eſſent, & ſuæ domus familiam Chriſti efficeret Eccleſiam, credo equidem, prædeceſſorum ſuorum ſubitaneam veritus extirpationem, quam ſola Chriſtiani nominis vexatione illatam nemo dubitaverit. Interea ubi proceſſu temporis Magi cujuſdam peſſimo ſe ſubdidit magiſterio, depravatus mente, & à ſolido præcipitatus, Chriſtianorum pædagogos perſequi, & exterminari præcepit, tamquam

magicarum, quibus se dederat, artium proditores. Et quum per dies singulos Cæsaris male fascinati furor excrescens alios spiculatorum gladiis jugularet, alios suppliciis, & diversis cruciatuum generibus affligeret, nonnullos squallore carcerum, & catenarum ponderibus enecaret, & insuper ne quis ad eos prorsus accederet, simili pœna interminaretur: concessit tamen omnipotentis Dei provida majestas, Confessorem suum Sanctum Maternum Episcopum inter tot bella quietum, velut quem ad futura certamina reservare disponens, tranquillitatem sibi non sinè ingenti præjudicio commoneret esse collatam. Quam rem vir Domini sagaci perpendens animo, instanter tam sibi, quàm sibi commissæ plebi justitiæ arma fabricabat, exhibendo se suosque velut Dei ministros in multa patientia, in vigiliis, & jejuniis multis, & Apostolicam tubam jugiter insonando: *Ecce nunc tempus*, inquiens, *acceptabile, ecce nunc dies salutis*. Ac deinceps solicitè ajebat: *Estote fratres, & filii mei, in oratione constantes, & oculis mentis simul, & corporis invigilate, ne vos inopinata temporis quies inertes reddens, ac desides, superventuræ iræ turbinem æquanimiter sufferre non patiatur. Nolite, quæso, cedere; nolite vel ad momentum armis nudari spiritalibus. Nondum hostis interiit, nondum furiarum incentiva extincta sunt. Habet adhuc aliquid, quod superaddat doli totius fraudisque magister, qui si nos torpentes atque imparatos invenerit, miserabiliter trucidabit. Sin verò stantes super custodias nostras, ac loricatos perspexerit, ubi nequaquam exadverso telorum imbrem intorserit, victus atque confusus aufugiet illico, omnesque deinceps versutiæ illius habebuntur pro nihilo. Ergo dum vacat, adversùm omnes ejus insidias, Christianas acies præparemus, & contra unumquodque Diaboli telum, par missile fabricemus. Illecebras sumministrans, vincendus est per continentiam; injurias, & tormenta infligens, vincendus est per patientiam. O quam felices erunt qui vicerint!* His, & aliis multis, quæ compendio expediuntur, adhortationibus, & præceptis magnificus Antistes suorum jugiter mentes auditorum communiens, cunctos pœne de Martyrii gloria fecit esse ferventes. Illud præcipuè in cunctis Beati viri meritis ut laudabile fuit, ita etiam nec occultum; quia inter prædicandum, aut cujuspiam boni operis agendum, quadam mentis compassione tactus intrinsecus, frequentibus lacrymarum fontibus ora pectusque rigabat. Et quamvis cura gregis sibi commendati non parum angeretur, numquam tamen interni affectum luminis ab assidua oratione claudebat. Mirantibus discipulis, & quam ob causam ita fleret scisitantibus, quodam tempore fertur respondisse: *Non ego, filii, rerum damna fragilium, sed humanarum animarum miserias lugeo, dum illos sub gravi servitutis vinculo subjugatos video, quos ad summam libertatis gloriam à Conditore omnium ex nihilo factos scio. Etenim homo, qui ad laudandum Deum fuerat creatus, Dæmonum obsequiis miser seplaudit mancipatum. Nec recogitat insanus, quia illis ponit libamina, qui secum in Inferno arsuri erunt per secula. Qua de re multum doleo, & ut aliquando resipiscant per Mediatorem Christum exorare non cesso. Quin etiam pro his, quos Christianæ professionis calumnia, carcerum horroribus, catenarum ponderibus, equuleis, flagris, metallis, exiliis, adustionibus, obtruncationibus, variisque tormentorum generibus affligi contigit, summo conamine non desino interpellare, ut universis pro sua causa dimicantibus ille cœlestis Medicus rorem superfundat misericordiæ, tribuens eis indefessam mentis constantiam, invictam patientiam, certamque superandi fiduciam, quatenus non in illis prævaleat hostis invidia persequentis, sed vincat potiùs fortis dextera coronantis. Me quoque, me tanto Pastoris officio valde immeritum ante omnia, & post omnia lugeo, magni pendens Pastorum Principis tremendam de creditis ovibus discussionem, ne aliqua fraude circumstrepentium luporum amittam eos, quos mihi occulta sui dispensatione judicii, mundi totius Arbiter educandos in Fide, ac sanctitate commisit. Pro quibus etiam atque etiam ingemisco frequenter & defleo, clamans humiliter cum eodem Christo Jesu, & dicens: Pater sancte, serva eos in veritate tua, quos dedisti mihi. Nunc nunc, o dilectissimi, nunc illud nobis Propheticum occurrat consilium: Cibabis nos Domine Deus pane lacrymarum, & potum dabis nobis in lacrymis in mensuram. Confido, inquam, quoniam in mensura, quia non patietur nos tentari supra id quàm possumus ferre, neque in perpetuum indignabitur nobis, sed repropitiabitur servis suis, dans solatium misericordiæ suæ temperamentum, ut possimus sustinere.* Hæc de sancti viri dictis adnotavi, ut facilè possit agnosci, quantæ sanctitatis, quantæque mansuetudinis habuerit plenitudinem. Nunc ad reliqua ejus gesta vertatur articulus, quæ adeò sunt multis ignota, ut longi temporis alluvione omnium pœne memoriæ abolita putentur.

Igitur ea tempestate, ut præfatus sum, diversis toto Orbe Romano Valeriani Primatibus Christi graviter Ecclesiam agitantibus, & more rabidorum canum imbecilles viros, ac simplices calcaneo tenus trahentibus, & morsu pestifero maculantibus, Præsul eximius Maternus divino vallatus munimine cum sibi subjectis ovibus permansit illæsus. Nec mora: impii Cæsaris dolor conversus est in caput ejus, & iniquitas ejus in verticem ipsius, digna satis ultione, descendit. Nam qui multis sævo ritu liberis orbari fecerat patres, ipse à barbaris captus, & luminibus orbatus, Regno simul vitaque cassus opperiit. Post quem filius ejus Gallienus rerum summam obtinens, Patris exitio territus, leniùs ac mitiùs erga Christianos viros agere decrevit. Datis confestim decretis, inhibuit supplicia, persequutionesque extinxit, permittens singulos melioribus, prout cordi est, cerimoniis uti. Qui postquam vitæ metas contigit, Claudio Regni apicem reliquit. Post quem Aurelianus, ac deinde Probus, deinceps Carus, & postmodum Dioclitianus, & Maximianus rerum domini extiterunt. Ita factum est, ut ab anno primo Galieni usque ad decimum Dioclitiani anni circiter triginta, luce sub obscura, ac tepenti pace, Ecclesiarum Christi persequutio cessaret. Sub oscura autem pace dixerim, salvo eo, quòd semper bonis profani, Fidelibus perfidi, piis impii more solito invident, & quantum ad ipsos, cessante sententia malitia non cessat. Per idem tempus glorioſissimus Antistes Dei Maternus omni studio invigilans, suas, ut prædixi, oves pascuis necessariis adhibitis elegantissimè saginabat, peragransque cunctas Metropolitanæ sedi subditas, juxta,

&

Digitized by Google

& procul extentas Italorum Paroechias Eccle-
siasticis officiis imbuebat, sanè propriis jam-
dudum Pastoribus destitutas, præelectis tum
demum ex Clero earumdem Ecclesiarum Ma-
gistris, morum dignitate, ac fidei vigore re-
fertis, recreabat ut pia mater, & sua quo-
dammodo diligentia animabat. Quo in tem-
pore Terdonensis quoque Urbis jam olim vi-
duatam Pastoris proprii decessu Ecclesiam,
idem vir præferendus sua visitatione illustras-
se, & confortasse memoratur. Denique ut
non solius famæ vulgaris opinione ordiar,
sed rei gestæ textum sub ordine competenti
succinctè depingam, transacto per passionis
gloriam ad cœlestem Præsulatum sanctissimæ
memoriæ Marciano, qui primis Fidei suæ tem-
poribus ante paululum quàm Episcopali ple-
bis ejusdem curæ delegaretur, Beati Kalimeri
Mediolanensis Antistitis magisterio informatus,
& ipsius in prædicatione aliquandiu comes
fidelissimus fuisse noscitur, plurimis annorum
curriculis præfatæ Terdonæ Populus sinè bene-
dictione Sacerdotali mansit, solis contentus
Presbyterorum, aut Diaconorum officiis. Qui-
bus etiam persequutionis turbine sublatis,
rarò apud id locorum mysteriorum posses in-
venire dispensatores cœlestium. Qua de causa
Cives loci non modicè perturbati, deprecа-
toriis scriptis Metropolitanæ Sedis Pontificem
supplicant, cui auctore Deo insignis præconiis
meritorum hisdem diebus vir Domini præsi-
debat Maternus, quassatam, ac pœne lapsam
Dei domum, hoc est plebem Fidelium nun-
tiant, & nisi subveniens occurrat, illico deci-
dendam. Calamitates semet ingentes, conso-
latoriis destitutas suffragiis, querelatur ferre
non posse; quia dum amittit, quibus sulciri
poterat, non est locus ultra in viribus, quo
graves, ac repentinas ventorum concussiones
perferat; unde oportet achitectus inveniat,
& sibi commissæ fabricæ, ut ipse melius in-
venerit, succurrat. Talibus Sanctus Antistes
plebis afflictæ precibus inflexus confestim iter
arripuit, & die eodem prædictum Terdonæ
Castrum ingressus est. Quibus agnitis Cives
hinc indeque concurrunt; nonnulli ad ipsum
Eridani vadum obviantes, deque Pastore po-
puli reverentissimè suplicantes, hæc lacrymo-
sis oculis ajunt: *Salve opes Itala, Liguriæ de-
cus, & splendor Æmiliæ, diu desideratus ab
Alpis Cotiis, ut imber serotinus tamdem præ-
stolatus advenis. Et quid dulcius æstuantibus,
ac squallentibus terræ glebis, quàm pluviæ
plenitudo cœlestis? Ingredere, ingredere, proba-
bilis animarum medice, & variis afflictos in-
commodis quibusvis recrea clementer antidotis.
At ubi morbidas oves congruæ incolumitati
reddideris, Pastori quoque necessario, erudito,
ac provido, tui vice commenda, ne ultra jam
tua solicitudine per multarum ovium caulas
particulatim diffusas gregis redivivi, sed non
in prospectu positi, cara decidat, & iterum di-
cant gentes: ubi est Deus eorum?* Ingressus
ergo vir almificus velut Sol radians in vir-
tute sua cunctas ex Urbe Idololatriæ tenebras
depulit, & Christi, quod semper spirabat,
Fidei lumen intulit. Quinimo dispersum, ac
pœne annullatum Cleri Ordinem reformavit,
& unà cum consensu plebis præelectum ex
Diacono Maliodorum summæ sanctitatis Le-
vitam Episcopali ministerio decoravit, ple-
bique poscenti Pastorem tribuit. His, quæ
è latere consurgebant, Beati viri gestis præ-
libando notatis, nunc jam ad glorioſi certa-
minis ejus terminum sequentis formulæ va-
leamus excursum.

Depositio S. Materni Episcopi Mediolanensis, atque Confessoris.

Dioclitianus, & Maximianus Romani Im-
perii dignitate ac ditione potiti, alter
Orientis, alter Occidentis, Romani sibimet
orbis partes dederunt. Itaque Dioclitianus
ad Orientem tendens, Maximiano, quem col-
legam in Regno secumque Augustum fecerat,
Occiduas mundi plagas ad regendum commi-
sit, sibi in Nicomediensi urbe Imperialem se-
dem statuens, illi Romanæ arcis sceptra im-
posuit, & Mediolani, velut hinc indeque
concurrentium partium medioximo Augustale
Palatium collocavit. Quam Maximianus ur-
bem præ omnibus, qui ante ipsum Romani
Regni Principes extiterant, fovit, auxit, at-
que dilexit, adeò ut ad majorem ejus ampli-
tudinem non parvum muri ambitum addide-
rit, diversis quoque eam schematibus ornan-
do, antiquæ Romæ cognatam efficeret. Et
quod multò est insignius, roseo innumerabi-
lium Martyrum cruore perfusam, usque adeò
inter affines urbes decoram reddidit, ut mul-
tò ampliùs per divinam gratiam Sanctorum,
qui in ea passi sunt, præsidiis, quàm Maxi-
mianeis nunc usque constet munita propugna-
culis. Pergam itaque ipsius quæ fuerit cum
sodali primo Imperii sui anno circa Christia-
nos viros mansuetudo, quantaque post modi-
cum vexatio, quamvis extrinsecus adnotare,
si quivero, ut ex his quanta in Viro admira-
bili Materno fuerit inconcussæ constantia men-
tis, quàm efficax temporum accessus juxta
sententiam prædicentis, me quoque tacente,
facillimè possit intelligi. Igitur susceptо utri-
que Augustalis apicis diademate, mites sese
ac blandos cunctorum ostentui dedere. Con-
juges, filias, & totius pœne domus familiam
Christianæ Fidei doctrinis imbui nequaquam
aspernati sunt. Jamque etiam hi, qui erant
à secretis, à caliculis, à cubiculo Regis, Chri-
sti lavacro abluti, sub clamyde terreni Impe-
rii Jesu Christi milites Sacramentis cœlesti-
bus conjurati latebant. Quorum obtentu plu-
rimi Ecclesiarum Antistites Imperiale susce-
perant edictum, licitè quos vellent suo magi-
sterio informandi, distributo tam Romanæ,
quàm Mediolanensis Ecclesiæ, aliisque nonnul-
lis Metropolitanæ Sedis Præsulibus præfixo,
ut supra dixi, Fidelium numero. Verùm
longè aliter superni Satoris industria sacro
Evangelii semini providente, quantò magis
præfinita maceria Dominicam mundi partem
cingere nitebantur, tantò ampliùs divaricatis
vagabundam oleviſſe compagibus cœli ac ter-
ræ totius completa superficie, confusi ni-
miùm atque stupentes attendere non valebant.
Hac de causa primò omnium inter militares
viros persequutionis scintilla coalescens im-
mensum toto mundo suscitavit incendium.
Nam facta discussione, si qui essent ex militi-
bus Christiani, ut aut immolarent, aut mili-
tiam pariter vitamque deponerent, plurimi
militiam pro Fide Christi, aliquanti etiam
animas posuerunt. Hinc flamma sumens exor-
dium cunctos pænè Christiani nominis cultо-
res uno conflagravit incendio. Impossibile
dictu, quantos ex militari ordine viros nobi-
les & industrios, honore ac dignitate seculi
sublimes, vorax in brevi flamma consumse-
rit.

Digitized by Google

rit. Denique procedenti tempore æstu invidiæ suscitatæ de die in dies ingravescente, innumerabiles per singulas quasque Urbes, & Provincias Martyres efficiebantur quotidie. Accidit etiam, quum dies solemnis Paschæ immineret, ut edicta Principum cunctis palàm relegerentur populis, omnes per orbem destrui fundo tenus Ecclesias, infames fieri Christianorum Nobiles, in vincula conjici universos eorum Antistites, suppliciisque gravibus ad immolandum Diis cogi præcipientia. Tum verò ingens spectaculum Sacerdotes ubique Domini huic mundo, & Angelis, & hominibus effecti sunt. Cerneres Christi Præsules & ministros, reorum more, catenarum nexibus alligatos, horrendis recludi carceribus, & adulteratorum ac parricidarum custodiæ mancipari. Simul etiam cum ipsis Viros illustres, Matronasque nobiles edictis Principalibus urgueri, aut negare Christianitatem, aut Romanam linquere libertatem, nolentes, inverecundè & inhonestè ad publicum trahi, palàm cunctis denudari, & latronum legibus, virgis, plumbatis, ac fustibus cædi. Ubique luctum, ubique mœrorem, ubique fœdum ac miserabile spectaculum. Sacras orationis domos, & Ecclesias Dei viventis, ab ipsis subversas ac dirutas fundamentis (proh nefas!); Divinæ Scripturæ libros in medio platearum igni crematos; in urbibus subitò à Dei laudibus silentium, in carceribus juges ac suaves Christi famulorum modulationes; per plateas ex Clero nullum, per carceres vacuum Cleri Ordinibus locum nullum. Non est hujus operis tantæ illius enormitatem metiri persequutionis. Igitur quum hæc apud Nicomediam Orientis urbem flamma crudelitatis per Dioclitianum succensa, in universas juxta longèque positas Provincias, quas cruentus leo, & ferox auctor ipse crudelitatis, piorum semper carnibus inhians, ad dissipandum potiùs sibi, quàm ad regendum præelegerat, ebullisset, haud segnior apud Occidentis partes, coherede & participe Regni simul atque malitiæ, paribus succenso furiis adversùm Dei Ecclesiam. Quinimo dispar ei in nullo nec ferina rabies, nec furor effrenatæ mentis fuit. Totas Italiæ urbes, universaque Occidentis loca perlustrans, si quem fortem Christi cultorem reperit, aut gladio jugulari, aut ignibus cremari, aut flagris discerpi, aut ungulis rimari, vel quibuscumque tormentis exanimari præcipiens, ab incœpto non destitit, quoadusque præcessisse collegam in cunctis facinorum generibus visus est. Namque ubi Mediolanensium mœnia edictis præcedentibus intravit, mox præconis voce in tota clamatum est Urbe: *Imperator Cæsar Herculius Maximianus Augustus semper invictus Triumphator maximus advenit. Ecce, concurrite Cives; Deos reportate patrios. Concurrite Cives, & veneramini. Vos vos procul ab Urbe profani; Vobis dicitur, recedite Christiani.* Quumque die altero tribunal ex alto in Hippodromo Circi Imperiali fastu præparatum, diademate irradians, consedisset, astantibus populis, latialiter concionatus est: *Oportet*, inquiens, *o generosi Cives, paternorum sequi statuta morum, & his mentes informare pervigiles, ne fortè luxuriando per alia, simus nostris dignitate pariter ac libertate degeneres. Unde ad sacrosanctam Deorum culturam revocantes memoriam, omnipotentibus Numinibus gratanter litate sacrificio-*

A *rum libamina. Porrò exsufflato superstitionis profanæ ritu, & eis, qui hujusmodi affectant, explosis, in nullo participari velitis. Quin potiùs illos ad nostram pertrahi facite audientiam, pompantes, ut digni sunt, & ad aliorum exemplum turpiter denudatos per plateas cædentes.* Fit clamor ingens Pagani populi, Cæsari maximo semper vincenti, aurea secula feliciter advehenti, æternum decus diutiùs imprecantur, impleturque illico illud Domini prædicentis: *Tradet*, inquit, *frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient.* Non enim aliquos consanguinitatis affectus, non amicissimorum intuitus à proditionis scelere
B valuit inhibere. Prodidere matres unicas filias, quascumque Christianæ Fidei anulo subarratas noverant. Nec minùs & patres natos Christianissimos ad Amphitheatrum pertrahendos, ut profanos, amentes, atque epilepticos domibus expulere. Econtra nonnulli genitores proprios turpiter infamantes tortoribus Martyrum puniendos tradidere. Sed ut cœpta prosequar, inter hæc discrimina vir Domini Maternus de suorum gemens concussione filiorum, ut turris firmissima immobiliter persistebat, nunc hos, nunc illos frementis adversarii ictus inconcusso mentis fundamine sufferens, & sibi commissos bellantium ordines impenetrabili munimine securissimos
C efficiens. Quotiens inter alios vinctus catenis, quotiens Principi nequissimo præsentatus cum reliquis, interdum etiam carceris ergastulo includi jussus, flagris atrocibus, quàm toties affectus, non valet hujus pagina compendii perfacilè comprehendi. Inter quæ Christi semper clypeo protectus & galea, hostiles impetus miles egregius contrastabat.

Quæ sequuntur è Mombritio adduntur, ex aliis exemplaribus ab ipso descripta, & in Codice nostro desiderata.

D HÆc itaque & hujusmodi plura gerens, quæ proferre per nos, atque exprimere, ut dignum est, non potest sermo pauperculus, melius vobis ea vester dicet affectus summæ alacritatis. Instantiæ (justitiæ) fuit cultor, & custos animarum, cupiditates resecans, iras comprimens, malitias extirpans. His magis vir iste temporibus necessarius fuit, quibus tanta iniquitas sumtis quotidie deficiente justitia viribus convalescit. Et quidem ille in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione, & aviditate in illa æterna patria conversatus est, & quasi bonus ratiocinator velut ad centuplum manum porrigens, semper de sinistra transmisit ad dextram, & in Cœlo reposuit sudores suos. Nam etsi heic opera ejus videntur, illuc operum merita
E transierunt. Illius in quantum possimus vestigiis insistamus, qui per illam nimis arctam viam ad Cœli ampla festinans, quam consequeremur ostendit. Depositus est idem Christi Confessor sub Maximiano Imperatore XV. Kal. Augustas. Regnante Domino N. J. C. cui est honor, & gloria in secula seculorum. Amen.

VIII. Kal. Jun. Depositio beatæ memoriæ Sacerdotis, & Episcopi Dionysii.

IN diebus illis regrediente Constantio Imperatore ab Urbe Ariminensi, ubi pro exardescente zelo Arianorum adversùs veritatem Ca-

Digitized by Google

Catholicam in Synodali Concilio reſidendus advenerat, poſt diſceptationem mutuam, quam inter ſe Catholica cohors ſimul cum Ariana contraxerat, vênit Mediolanum. Ibique quum reſediſſet, præcepti exiit tenor, quatenus vicinis ex Urbibus aggregarentur Pontifices, præſidente tunc Cathedram Eccleſiæ Mediolanenſis Sanctiſſimo viro Dionyſio Epiſcopo, qui virtute ſignorum, & fama Sacræ Religionis præordinatus, per diverſa terrarum ſpatia celebre diffamatus emicuit. Poſito igitur intra Eccleſiam Beatiſſimo viro Chriſti Confeſſore Dionyſio, unà cum aliis Epiſcopis è vicinis partibus properantibus primus ad plebem ita exorſus eſt: *Non vos jam, filii cariſſimi, ſeducendi falſis aſſertionibus eſtis, ſed firmitatem Fidei Catholicæ à Sanctis Patribus religioſis cultibus promulgatam magnanimiter conſervate*. Cui obediens plebs viriliter conſiſtentes ab Eccleſia hæreticos expulere. Tunc ab exequutoribus Regis ſublato de plebe quodam homine trahebatur foràs. Quo audito Beatus Dionyſius ad liberandum hominem egreſſus eſt, quumque à manibus hæreticorum trahere vellet, ipſumque interimere nitebantur. Quique læto animo ferebatur, quia pro ovibus ſibi commiſſis non ſolùm furentem turbam non metuebat, ſed & cervicem ſuam gladio ſubjicere parabat. Et ingreſſus Eccleſiam allato volumine, quo continebatur Catholicæ Fidei dogma à Dionyſio, & Euſebio, ceteriſque ſubſcriptum eſt Epiſcopis. Tunc immenſis vocibus plebs laudem Deo dicebat, qui cultoribus ſuis tantam ſuæ virtutis conſtantiam tribuit. Veſperaſcente itaque die, multitudo Fidelium intra clauſtra Eccleſiæ, ejectis Hæreticis, pariter cum Sacerdotibus remanſerunt, ibique uſque manè in Dei laudibus perdurantes noctem pervigilem duxere. Manè autem facto Optimates Regis aditus Eccleſiæ compleverunt, & quum Lectionibus, Pſalmiſque Deo vacarent, miſſus ab Imperatore eſt, & rapti de Eccleſia Lucifer, Euſebius, & Florentius, Palatium ſunt perducti, ibique quum moram facerent, Beato Dionyſio, & Populo intra Eccleſiam Deo ſervientibus, miſſa exequutio eſt ab Imperatore Dionyſium accerſendum. Cui ille conſtanter ita reſpondit: *Præſto Regi ſunt Arianorum accuſatores, & Catholicæ Fidei defenſores, Davidicus & legalis cultus conſequens veritatem. Ego quidem, ut vides, plebem coadunatam dimittere nequeo*. Et dum illa aguntur, Lucifer, Euſebius, & Florentius à Palatio ſunt regreſſi, quumque de ſtatu Fidei ageretur, perſuaſi à Palatinis Comitibus ſunt, ut ad Imperatorem reverterentur. Qui dum reverſi eſſent Palatium, per noctis ſilentium in cuſtodiam traditi ſunt. Altera igitur die convenientibus univerſis, cœperunt Ariani Beatiſſimo ſuadere Dionyſio dicentes: *Eos pro reatu ſui in cuſtodia retinemus*. Quibus ille reſpondit. *Vos ſemper veritati reſtitiſtis: damnaſtis Pontifices teſtes veritatis. Ego enim non ſolùm in ſententia illorum non aſſentio, ſed paratus ſum unà cum illis pro nomine Domini Jeſu Chriſti diverſa ſubire ſupplicia*. Tunc indignè ferentes Ariani, à Tribunali eum ejecerunt. Conſcendens autem unus ex ipſis, quumque in populo tractare voluiſſet, à Fidelibus dejectus eſt, & Eccleſia pulſus. Collecta itaque plebe, talibus eos verbis adhortabatur Vir Sanctiſſimus Dionyſius dicens: *Stemus fideliter, fratres, in nomine Domini, quia ipſe liberator adeſt noſter, & ſalvabit nos ab impietate Arianorum*. Talibus monitis populum inſtruentem ad ſe cum properare Imperator jubet; qui ad orationem recurrens, iturum ſe ad Palatium nuntiavit. Quumque ab oratione ſurrexiſſet, convocans ad ſe plebem dixit: *Ecce ego nunc Regis præſentabor conſpectui; vos autem conſtantes eſtote, orantes pro fratribus, ut protegente Deo Fidei integritas teneatur*. Ingreſſus itaque Palatium, thronum Sacerdotalem conſcendens, ſalutaria præcepta populo nuntiavit. Tunc placuit Imperatori, ut aliquantis diebus moram tenentes, & ſic iterum Concilium celebrarent. Diſcedentibus igitur cunctis, ſurgens Beatus Dionyſius perrexit ad Eccleſiam, ibique Secretarium ingreſſus, Hæreticos reperit nimiùm ſævientes contra Fidem Catholicam, & Domini Sacerdotem. Sic audaciæ furore dementes univerſi contra ipſum, à quo damna metuerant, damnandi ſententiam contulerunt. Sed Sanctiſſimus Vir Dionyſius, nihil horum metuens, armatus vexillo Chriſti, ſacrificii hoſtias Domino immolavit. Peracto itaque Sacramento, ab Infidelibus comprehenſus, atque ad cuſtodiendum traditus eſt. Poſt paucos autem dies Euſebius Ægyptum, Dionyſius verò in Armenia, Civitate Reicium exilio deſtinatus eſt. Ibique quum aliquantis degeret diebus, multa per eum Dominus operatus eſt, ita ut infirmi verbo curarentur, quacumque ægritudine fuiſſent detenti. Quumque jam tempus eſſet, ut eidem Dominus digna pro opere Regni ſui gaudia largiretur, Spiritum Cœlo reddidit. Tunc prædeſtinante Divina Clementia, pax Eccleſiæ reddita eſt, & ex Dei nutu corpus, quamvis exanime, redditum Civibus eſt, & cum omni reverentia traditum ſepulturæ. Factus eſt denique ejus & exequiarum ſocius virtute Venerabilis Aurelius Epiſcopus, ut qui fuerat ejus exilii, & prædicationis conſors, fieret ejus itineris ſocius ad Dominum. Honoremus ejus ſacratiſſimum diem, atque ejus confidemus de meritis, ad quem concurrentibus ſedulò Divina præſtantur beneficia. Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Ad Vigilia. Lectio I.

TAnta prærogativa gratiæ, Pater Sanctiſſime, monita ſæpe cordis rura guttis rorantibus rigas, ut inſtar telluris redundantia, ſenſim omnium ſublimi pullulet florum proventu. Quippe Paſtorali fultus excellentia, ut decuit, corde manens ſemper devotus, miræ nobilitatis pandere præcipua Sanctorum merita cogis. Et quia agricola probatum terræ gremium, & cultris attritum ſemine complet, ut ex hoc ad horreum fructum centuplicatum reducat, haud aliter tuus, quem aluerat, favor de converſatione Sancti Viri jufferas carpere indaginem. Quamobrem mea timidus de humilitate, tuis præſumtor de precibus, ad tam arduum callem avidè verti pedem, Sanctam invocans Trinitatem, ut ille adſit veritatis inſpirator, quatenus & ego cœptum opuſculum planiùs meo proſequar ſtilo, & ſacri veſtri cordis auribus dignè geſta ediſſeram. Nam ut cautus nauta ſalo, quum ad terram ſubducit linterem, & velivolum ſpatium procelloſis fluctibus inundans, acuta ſcopulorum cacumina ac Scyllæam rabiem,

biem, ac cœruleis canibus inter ſaxorum concava ſonantibus, cupit luem vitare; ſed obductâ cimbâ pelagi intrepidus ſcandit iter; ſic ego poſtpoſito omnium latrantium ſtrepitu, me ad exhibendum hujus opuſculi effectum contuli, illius fultus juvamine, qui dixit: *Pater meus uſque modò operatur, & ego nunc operor*. Præſertim quum & mos fuerit vetus, ut peritorum tecta, & latentia latebroſis diſperſiſque adfixa paginulis, abjecto Platonicè Sophoclæo fuco, planigeri ſenſus ſuffuſa verba niteſcant. Reor enim ut & mihi veniam dederitis, ſi quid brevi potuero explicare compendio. Mira & inſignia tamen, quanta de eo ſunt perſtringenda, ut levia tranſeamus, non perferre poterit quiſquis, ſi ei centum per meatus irriguos ferreæ linguæ verba prodirent. Ceterùm jactis verborum ambagibus, narrandi ſumamus exordium.

Quæ ſequuntur excerpta ſunt ab actis SS. Bollandianis Die XXV. Maji pag. 45.

CAPUT PRIMUM.

Arianorum perverſa contra S. Athanaſium ſtudia.

IGitur cùm Sancta & univerſalis Chriſti Sponſa Mater Eccleſia, diverſis margaritarum ornata monilibus, nitidè in toto orbe terrarum pièque fulgeret, & Chriſtianæ Fidei religioſa propago ſuccreſceret; cruentus ille tentator, pallido ab ore mortifera ſemper vomens venena, zelo ſui livoris inflammatus, obducta tenebroſa caligine, intra Eccleſiæ ſacrum gremium nixus eſt impugnare Chriſticolas. Jam enim roſeo cruore madefactus mundus, virtutum omnium gratia pullulabat; adeò ut omnium nationum Auguſtiſſimus Imperator Orthodoxæ Fidei cultor exiſteret: qua tranquillitate Ariana prorupit ſeditio. Horreſco referens quantum excreverit hujuſmodi ſacinus, quod inter cetera hæc profano blaſphemarent ore: Fuiſſe tempus, quando Filius cum Patre non fuerit; & tempus ei adſcriberent, qui Auctor eſt temporum.

Hujus rei causâ apud Nicœnam urbem Synodus congregatur venerabilium Antiſtitum: inter quos Athanaſius, tunc Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus, affuit: qui contra mortifera Arianæ Sectæ venena, antidotum ſalutaris poculi fidelibus propinavit..... Damnati interea Ariani, nihil contra ſanam Fidem palàm auſi tractare, Eccleſiæ ſe gremio miſcuerunt, ſervantes dirum ſub pectore vulnus. Itaque per Valentem & Urſatium, qui erant malitiæ errore infecti, ad Regis amicitias pervenerunt: atque ſubornatis accuſatoribus, fictiſque criminibus, abſentem Athanaſium, jam tunc Epiſcopum, damnare aggreſſi ſunt. Compulſo demum Conſtantino Auguſto, in Gallicis partibus Athanaſius religatur exilio.

Interea clauſo Conſtantini noviſſimæ diei fine, [Imperium ejus in tres filios dividitur: & horum primo Conſtantino à militibus interfecto, Conſtantius in Oriente regnat, in Occidente Conſtans]. Cui cùm relatio miſſa eſſet ab Epiſcopis, qui tunc in Ægypto morabantur, [ex eaque intellexiſſet Imperator, Syrianum Ducem, pro inducendo Alexandriæ Gregorio], injuſtè Athanaſium Epiſcopum, [quem junior Conſtantinus fecerat Alexandriam reduci, iterum] ab Eccleſia jeciſſe; mox apud Sardicam urbem Synodus congregatur; & abolitâ damnationis ſententiâ, ſuæ redditur Athanaſius Sedi. [Moritur deinde etiam Conſtans, cujus maximè reſpectu conſtringebantur hoſtes Athanaſii, & ſolus Arianorum fautor] Conſtantius Imperii regimen ſuſcipit.

Nacta ergo Ariani iſtiuſmodi occaſione, conſpirant Sardicenſis Concilii decreta ſubvertere aſtutoque conſilio miſcent innoxium criminoſis, & Photino, atque Marcello nectunt Athanaſium Sanctum; ſuadentes Imperatori, quatenus non putaret de Athanaſio perperam judicaſſe, qui de Marcello, atque Photino vera ſenſiſſent. Sed & occulto erroris dogmate Catholicis ſuggerebant, nil priùs faciendum, quàm ut Athanaſium ab Eccleſia removerent.

Eo tempore apud Nurſiam contra Magnentium armis certatum eſt. Conſtantius, belli timore perculſus, intra quorumdam Martyrum Baſilicam cum Valente moratus eſt: idem autem Valens Præſulares infulas eo in loco gerebat: qui callidè per ſuos diſpoſuerat, quatenus in alterutrum armis certantibus, ipſe priùs belli ſciret eventum. Latè enim armato milite campo repleto, acies hinc inde mucrone ſtabat coruſco, & pugnantibus Romanis militibus, ceſſa victoria eſt. [Quod intelligens Valens, & Conſtantium] allocutus; Age nunc [inquit] ſemper victor, age noſtri decus orbis, quatenus & noſtra celebretur victoria, dum tua graviter de hoſtibus conſtat eſſe expleta. Cui Imperator, Quid hoc, inquit, eſt? At ille: Sidereus mihi ex improviſo affuit nuntius, pandens tuos permanſiſſe victores. His deluſus verbis Imperator: Libertas [inquit] ceſſa eſt Arianis: nam & ipſe ſolitus erat aſſerere, non ſua virtute exercitûs, ſed Valentis meritis, adverſarios ſuperaſſe.

Data igitur de Athanaſio ſententia eſt: cùmque aliquanti non præberent aſſenſum, edictum eſt ab Imperatore, ut qui in ejus damnatione ſe non ſubſcriberent, exilio pellerentur. Nempe quibus fundamen ſpiritualis gratiæ inerat, maluerunt ſuos deſerere cives ſuamque patriam, quàm inauditum damnare virum, Sacræ Religioni omnimode aptum. Sed quid tam diu per ſingula divagamur, & non de viro ſancto, cujus de miraculis, veſtris animis quaſdam epulas præparare ſtuduimus, currit oratio? Interea non paſſus eſt inimicus navim tranquilli maris ſpatia pernatare: ſed concuſſis fluentis, ventorum flaminibus hinc inde cincta, aſſeribus & compage diſſoluta ſtridere; neque meridianum lumen, quod omni ſeculo ſpecialiter prænitebat, abſque umbra nubium uſque ad mundi pervenire finem. Poſtquam verò Æolicis partibus ſuæ malitiæ ſemina ſeverunt [Urſacius & Valens, ſociique], frumento lolium miſcentes, Mediolanum pervenerunt: ibi Imperatore poſito Synodus congregari jubetur.

CAPUT II.

Concertatio Catholicorum cum Arianis intra Eccleſiam, præſente Dionyſio.

EOdem tempore Sanctiſſimus vir, ſæpe memorandus Epiſcopus Dionyſius, apud Mediolanenſem civitatem Pontificatus agebat officium: erat autem immunis à vitiis, conſpicuus caritate, humilitate facilis, patientia atque benignitate mirabilis: flebat cum flentibus, gaudebat cum gaudentibus, aderat operan-

Digitized by Google

rantibus; opem ferebat miseris, alebat egentes, operiebat nudos. Tanta inerat ei humanitas, ut nihil in aliorum cognosceret actibus quod sibi non reputaret, sicut scripsit egregius gentium Magister Paulus, dicens: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non uror?* Ita enim Beati viri nomen enituit; ut, qui Sanctus ab omnibus habebatur, ferè ut Apostolus haberetur.

Advenientes quippe ex vicinis urbibus Episcopi & coadunati intra Ecclesiam resederunt: inter quos tres religiosi aderant viri, qui quasi domus lapideo fundamine structa, quæ non turbatur ab undis, non movetur à ventis, ita inconcussi Arianæ perfidiæ sectam nitebantur destruere. Et quid mirum, si in his tribus Trinitatis gratia signabatur, cùm per hoc fidelibus fructus sacræ Fidei quotidiana doctrina largiretur? Erant autem hi, omni seculo digna memoria celebrandus Dionysius Mediolanensis Antistes, Eusebius Vercellensis, & Lucifer à Caralis Sardiniæ Episcopus. His intra Ecclesiam positis, cum ceteris qui aderant Episcopis (inter quos, cum Valente & Ursacio, pariter aderant Ariani) turba Catholicorum undique confluxerat. Tanta autem erat fidelibus firmitas, ut non solùm viri sed etiam fœminæ constantes permanerent, quasi in eis virilis sexus non fœmineus esset.

Egressus est itaque ad eos vir Dei Dionysius, silentium petens, ut de Fide inter eos aliquid tractaretur. Tunc eum magna constantia Catholici viri hortari cœperunt, non priùs fieri verbum, quàm Ariani de ecclesia pellerentur. Quibus ejectis, ita exorsus est. Non vos, filii carissimi, cruenta concutiat Arianorum væsania; non lingua, quæ (in) divinis meditatur mandatis, tremefacta tabescat; nec succumbat ampla cohors pravæ plebeculæ, quæ quotidie comminuta deperit; sed Evangelicis nexa compagibus solidè in Trinitatis unitate plantata permaneat. Jam enim post modicum tantam Christus Dominus Ecclesiæ suæ tribuet pacem, ut non solùm ab istis non impugnemini; verùm etiam qui impugnare quiverint, ab his, qui hostes probantur (recedentes), pro vobis cùm dimicaverint, victi succumbent.

His dictis intra velum receptus est: & cùm vellet ceteris Episcopis qui erant sub velo intimare quæ gesserat, subitò facta turbatio est, pro hoc quòd quidam frater, à Palatinis Comitibus vinctus, de Ecclesia trahebatur. Quo agnito, Summus Dei Sacerdos egressus ad liberandum hominem est, malens suam ponere animam, quàm sibi commissam perdere ovem. Ad hæc commota plebs Catholica, sævire contra Arianos cœperunt: quibus Dionysius, venerandæ memoriæ Episcopus, sic placido effatus est ore: Non est pro divina religione armis certandum; sed dictante Spiritu Sancto docemur, mulcere placidis pectora dictis, & regere animos, summa pietate, furentes. Sic ait, & dicto citiùs placat sævientium iras.

Post hæc Arianorum primi, videntes Dionysii constantiam Fidei, & robur mentis, & fortitudinem spiritus, nil ei persuadere audentes, versi ad Eusebium sunt; quatenus, si possent, ejus mentem ad damnationem Athanasii revocarent. Sed ille, cui cum seculo nihil, cui cum iniquitate nulla societas, cui pro justitia nullum fatigationis impedimentum, his verbis allocutus est eos: De Fide nunc in Ecclesia agimus: si dura deponitis corda, & caliginosam nubem à vestris projicitis mentibus, ut ad agnitionem nostræ Fidei revertamini; statim percurrentes, ad eum locum, ubi Athanasium morari videtur, properemus: si reus est criminis, primus in eum damnationis sententiam fero. Commota hac responsione plebs Arianorum, inquit: Aut da sententiam in Athanasium, aut nos in te damus sententiam. Quibus Eusebius Sanctus: Vos pro Fide non vultis subscribere; & mihi suadetis damnare fratrem meum sinè causa? Qui accensi dementia, in plebem eum extrahere nitebantur, dantes supra eum sententiam.

Hæc cùm agerentur inter Eusebium & plebem; fideles omnes, qui intra Ecclesiam erant, hæreticos quosque expulerunt, his eos vocibus insequentes: Heretici exeant: Ariani exeant: perversorum dogmatum auctores recedant. Pax Dionysio, pax Eusebio, per quos Ecclesiæ salus præstatur. Remota seditione, allatum volumen, Catholicæ Fidei apud Nicæam urbem promulgatæ, continens dogma, à Dionysio Præsule atque Eusebio subscriptum est: inter quos aderat quidam Episcopus, nomine Germinius, qui se ab hac fide non recedere asserebat. Cui responsum est, ut si defendere cuperet, scripti affirmatione probaret. Ita, inquit ille, vox mea mihi testis erit.

Igitur fideles omnes Dionysium, Eusebiumque petebant, quatenus & Lucifer à Calaris Sardiniæ Episcopus, intra Ecclesiam, cum ipsis adesset. Quibus Dionysius Sanctus, Lucifer, inquit, ut nobis patet, ab Arianis comprehensus, clauso tenetur (Palatio): putant enim quòd ei, abstruso à nobis, periculosum aliquid ingerere possint; nescientes quòd unus atque idem Spiritus operatur in cunctis, & dividit cuique prout vult donum gratiæ suæ: quamvis enim nostris arceatur obtutibus. Christi Jesu præsentiam ei credimus non deesse. Tunc S. Dionysius thronum scandit Sacerdotalem, quatenus ab omnibus tractans audiretur. Et cœperunt se Ariani intra Ecclesiam cum Catholicis miscere, ita ut Episcopi illorum Tribunal conscenderent. Quo viso, Dionysius receſſit ab illis: plebs quippe Catholica, non ferens tantam Arianorum instantiam, compellebat eos exire Ecclesiam; (dicens) non debere eos Ecclesiæ gremio residere, qui maculoso crimine se suosque fœdarent; neque dignum esse intra sacras ædes persistere (illos), qui (aures) non accomodant Fidei, quam Spiritu Sancto dictante, ore editam Apostolico, universalis Ecclesia prædicat. Quibus expulsis, obseratis januis, Dionysium, ut Missam faceret, postulabant.

Ritè peractis divinis Sacramentis, plebs, immensas Deo gratias agens, dicebat: Jesu bone, scelerum indultor, tibi mortalis lingua laudes promit, tuos qui sic nitore circumdas, cultores sacros tuens à malis. Ajebant iterum: Hîc maneamus, atque noctem pervigilem ducamus, ne fortè fur ille sævus custodiam irrumpens, per noctis tenebras dilaceret quemquam. Factumque est, ut tota nocte in hymnis, & canticis Deo vacarent; quatenus superveniente luce, & ipsi luminis invenirentur cultores. Lucescente igitur die, advênit Germinius cum Eusebio Eunucho; cùmque de Arianorum sævitia quædam improbè loqui voluissent, ita ut quæ illi sæviſsimè agerent, iste digna putaret, & Germinius jam tribunal conscendens resideret; ingratè ferentes religiosi viri, à Christo eum dejicientes, (abstraxerunt)

xerunt) cum Eunucho, (& ita) Ecclesia sunt ejecti: oportebat enim inutilia vasa non solùm projici, sed etiam confracta, & conculcanda derelinqui: nam

Qualis apes æstate nova per florea rura
Exercet sub sole labor, cum gentis adultæ
Educunt fœtus . . . . . & agmine facto
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent:

haud aliter fervebat opus, crescebatque victoria, dum Christi Athletæ viriliter pro Fide certarent.

Missa demum epistola est à Lucifero, Catholico Episcopo, ex palatio, ubi tenebatur à Rege, Dionysioque & Eusebio porrecta, quam plebs ut sibi legeretur postulare cœpit. Facto itaque silentio, accersito Notario, ut legeretur imperatum est. Quo legente, Ariani non sunt passi audire; sentientes eam eorum præstare impedimentum errori: qui turbulenter strepere cœperunt, ut sibi & aliis auferrent copiam audiendi. Dum hæc Arianis facientibus mora tenderetur, Dionysius Episcopus dixit: Apertiùs datur intelligi, universos hos (hæretico) dogmati subjacere eo quòd Fidem sacram continentem epistolam contemnunt audire. Cùmque Phœbus, diei transacto cursu, visere nobis incognita, sibi cognita loca cœpisset, & horrentibus tenebris nox visa mortalibus esset; fugatis de Ecclesia Arianis, Fidelibus lecta epistola est.

CAP. III.

SS. Eusebii, Luciferi, & Dionysii exilium: hujus in eo mors.

TRansacta denique nocte, fulgido polo luciferi nitor coruscans, (& solis) aurea lux mundo refulsit. Tunc Palatini Optimates aditus Ecclesiæ implerunt, (quod videns) S Dionysius insignis meritis, & aptus copia fandi, egressus ad eos dixit: Non dubito absque seditionis piaculo inconsueta vos occupare loca; sed, quæso Arianorum subversione, an vestri consilii astutia feceritis, intimate. Illi autem conscii sibi, talemque cognoscentes virum, cui etiam arcana patescunt pectorum, silebant, & frigidæ linguæ hærebant faucibus, arrectisque auribus stabant: Hæretici verò sui livoris infamiam sentientes, confusi foris ab Ecclesia restiterunt. Post hæc venerunt Eunuchi tres, scisitantes Dionysium, cæterosque Episcopos, quid vellent Imperatori suggerere, qui nihil se necessarium habere dixerunt, quàm cum hæreticis de Fide disceptandum, Luciferumque sibi copulandum.

Redditus (ergo est) Ecclesiæ Lucifer, & dimissus Palatio; (ideoque) gratias Divino Regi plebs innumeras referebat. Tunc Dionysius dignus Deo habitu, & sanctitate, hæc turbis dixit: Ecce jam triduo in Ecclesia commoramur, nemo tamen Arianorum ad disceptandum properare videtur, in tantum corde obtusi, ut neque nostram nobiscum defendant Fidem, neque suam errantem abjiciant. Missum quoque ab Imperatore est, Eusebium, Luciferumque, atque Florentium accersendos, quibus ductis ad palatium, Dionysius in Ecclesia est relictus. Ubi cùm corda Fidelium superni roris rigaret pinguedine, & æternæ vitæ pabula eorum mentibus subministraret, palatio exhiberi jubetur.

Sed Dionysius, cui nec blanditiæ suasionem, nec terror timorem ingerere poterat, iturum se ad palatium denegavit, dicens: *Præsto sunt conspectui Regis Catholicæ Fidei verissimi assertores, & Arianæ impietatis maledici obtrectatores; nemo tamen vestrum putet, quòd in numero bellatorum celebretur victoria.* Sic quippe Dominus in Evangelio promittit dicens: *Cùm statuti fueritis ante conspectum Principum, propter veritatem nominis mei, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Ego quidem, ut cernitis, plebem intra Ecclesiam perseverantem relinquere nequaquam possum.* Quo audito, hi, qui missi fuerant, ad Palatium sunt regressi. Cùmque hoc renuntiassent Imperatori, ex Dei nutu dimissi Palatio Eusebius, Lucifer, & Florentius, pariter cum plebe ad Ecclesiam regressi sunt.

Positis autem in Ecclesia agnitum consilium est, quatenus sequenti nocte raperentur de Ecclesia, atque in exilium dirigerentur. Quas minas in nullo pertimescentes Orthodoxi Episcopi hymnis, & laudibus consurgentes glorificabant Deum, dicentes: *Tu es, Domine Omnipotens, scrutator cordis, tu mentis inspector, tu tuorum defensor servorum: in te confidentes, nòn timemus quid faciat nobis homo.* Hæc cùm dicerent, facto impetu ab Eusebio Eunucho, apprehensi sunt de Fidelibus viris numero centum quadraginta & septem, cum quibus quidam de Sacerdotibus, & Clero vincti, intra Thermas Herculianas recluси sunt: Florentius verò, & Lucifer Episcopi apud Tribunum Cajum; Eusebius Tribuno Galbioni custodiæ traditus est.

Perseverante igitur Dionysio intra Ecclesiam, advenerunt Ariani simul cum Palatinis Comitibus; & ingressi Domum Dei, cœpetunt persuadere B. Dionysio, quatenus sententiam daret in Episcopos, quos ceperant. Ille verò Divino fretus auxilio ita respondit: Ego magis compellor illis conjungi, qui pro religione Fidei in custodia retinentur detrusi, quàm maledico in eos ore sententiam dare. Hesterna, & nudius tertius confusi, recedentes ab Ecclesia, etiam invitati, ulteriùs non venistis. Sed tantum valet ferrea frons, & cor lapide durius, ut soli confusi non erubescatis, solique approbetis quæ reprobant universi. At illi verba ipsius quasi vana rejicientes, & bene oppositа insana mente reproba sentientes, damnationis in eum sententiam applicant . . . . . .

(Tum quidam) Cœcilianus nomine, sectæ Arianorum Episcopus, Tribunal conscendit, ut in populo faceret verbum. Quod cernentes religiosi viri, quamvis pauci inter plurimos, tantam non ferebant insaniam; (&) credentes non debere humano uti auxilio, ubi Divinum non deerat præsidium, eodem Cœciliano pulso, Ecclesiam exire hæreticos compellebant. Sequenti igitur die ex more venerunt Ariani, deferentes secum plurimas oppositiones, quatenus veterani eorum callidissimè possent persuadere Dionysio, orta contentione validissimè repugnanti: (sed) victi recesserunt. Quibus recedentibus, Sanctus vir Dionysius Episcopus plebem ita est allocutus: Constantes estote, & preces ad Dominum fundite, ne fortè ille zizaniorum sator irrumpens ovile dominicum, quemquam de gregibus cruento dilaniet ore. Stemus viriliter, non timentes hominem, qui potest corpus occi-

Digitized by Google

occidere animam autem trucidare minimè valet.

His dictis advênit Datianus, Decurio Caſtrenſis Dionyſium palatio accerſendum: qui diſtulit ire. Sequenti autem die, primo diluculo, devenerunt optimates Dionyſium palatio exhibendum. Egreſſus autem Eccleſia dixit ad plebem: Ecce ego Regis præſentabor obtutibus, vos cum omni patientia divinis lectionibus cordis flectite aures: quidquid autem geſtum fuerit vobis renunciabimus. Ingreſſus eſt (igitur) B. Dionyſius Palatium, & advenientes Ariani altercari cœperunt. Cùmque diu mora eſſet, & plebs intra Eccleſiam poſita quid in Palatio ageretur neſciret; accepto conſilio, uti cum ſuo Paſtore in defenſione Fidei perdurarent, perrexerunt ad Palatium. Erant ibidem tam viri, quàm mulieres pro religione concertantes. Conglobati demum Ariani ſimul cum Valente inſurgebant contra Dionyſium Epiſcopum: quo viſo mulieres religioſæ clamare cœperunt, dicentes, Ariani recedant, contemptores Divinæ Legis abjiciantur.

Diu hæc agentes, egreſſus eſt Dionyſius ad eos, &, imperato ſilentio, dixit: Congruum Imperatori eſſe videtur, ut paucis tranſeuntibus diebus, facta iterum contentione de Fide agatur. Tunc inquiunt religioſi viri ſimul cum mulieribus: Huic præcepto libenter flectimus colla, ſuſpenſa tamen Valentis, & Urſatii communione. (Deinde) Regreſſus Dionyſius in Eccleſiam, thronum Sacerdotalem conſcendit, Divinæ lectiones legi cœperunt, ac poſt hæc Miſſarum ſolennia celebrata ſunt; cùmque omnes Corporis, & Sanguinis Chriſti conſecrationi participaſſent, & populus ab Eccleſia dimitteretur; raptus Dionyſius à Conſulibus, atque hoſpitio Caſtrenſis recluſus, ſicque per opaca noctis ſilentia, exilio deſtinatus eſt, intrepidus carpens ignotum iter.

Deveniens autem provinciam Armeniam, civitate Arreicio, ita brevi, atque anguſtiſſimo carcere clauſus eſt, ut eſſet, ſicut famâ comperimus, omni habitaculo brevior. Ita autem Sanctitatis ejus cumulus per totam Armeniam provinciam effloruit, ut nemo eum dubitaret Apoſtolorum eſſe conſortem. Quiſquis enim infirmorum eum viſere potuiſſet, procul dubio ſanus abibat, & plerique, ab eo benedictione mandata, convaleſcebant. Per idem tempus præceptum eſt ab Imperatore Conſtantio, ut S. Dionyſius Epiſcopus omni cum honore ſuæ ſedi reſtitueretur. Denique vir Dei egregius exegit votis, ut in exilio vitam poneret; ne regreſſus, confuſa inſtitutis infidelium ſtudia plebis, aut Cleri inveniret: meruitque hanc gratiam, ut pacem Domini tranquillo effectu ſecum referret, atque in exilii locis propiore martyrii titulo vitam exhalaret.

Sed quis nos inertes tantâ prærogativâ Confeſſoris præcipui volumus facta rimari; cujus geſta mortalis, fateor, lingua nulla poteſt explicare? Vigiliis, & orationibus, noctibus, diebuſque continuabat opus, nullumque vacuum ab opere Dei tempus duxit, quo vel otio indulſerit, vel ab operatione ceſſaverit. Videbantur in eo cuncta eſſe majora, quàm verbis os poſſet effari. Cùmque jam Dominus Omnipotens Confeſſorem ſuum intra cœleſtis Regni gaudia collocare voluiſſet; defecto macie corpore, incurrente ægritudine, vitam finivit; & mutata luce, ſpiritu cœleſtia carpſit. . . . . Sic ex Dei nutu, per Aurelium vitæ venerabilis Epiſcopum, quamvis corpus exanime civibus redditum eſt: & quamvis viventi tanto viro communicare immeriti fuimus, Patronum defenſoremque ſentimus in æthere. Adveniens itaque Mediolanum, ſumma cum veneratione ſuſceptum, & venerabiliter tumulatum eſt. In quo loco, meritis Sancti viri, ſedulè concurrentibus, multa exuberant beneficia, quæ ad laudem nominis ſui Chriſtus Jeſus Dominus noſter, meritis S. Dionyſii, fidelibus quotidie præſtat.

Ego enim revera veniam flagito ab his, quicumque legerint: & opto, ut æquo animo ferant, ſi aures eorum vitioſus forſitan ſermo perculerit; quia regnum Dei, non in eloquentia, ſed in Fide conſtat: non enim mundo per Oratores, ſed per Piſcatores ſalutem intulit Chriſtus. Quæſo etiam, Chriſti inclyte Sacerdos, ut mihi tuo famulo impetrandæ veniæ præſtes effectum; quatenus peccatorum meorum mole fugata, ſit mihi præmium tartaream vitaſſe gehennam, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

Ordo antiquus Episcoporum Suffraganeorum Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ. Et Catalogus Archiepiscoporum Mediolanensium à Sancto Barnaba ad Annum usque MCCLI. Nunc primùm ex MSto Codice Capituli Metropolitani Mediolanensis in lucem prodeunt.

QUotiescumque Synodus celebratur à Pontifice Mediolanensi, suffraganei ejus hoc ordine resident à dextris illius & sinistris. Similiter etiam quando consecrationes Episcoporum ejus fiunt, eodem modo sedent quasi in modum coronæ.

Hæc partem dextram sors vendicat, ista sinistram.

Episcopus Vercellensis.	Archi	Episcopus Brixiensis.
Episcopus Novariensis.	epi	Episcopus Pergamensis.
Episcopus Laudensis.	sco	Episcopus Cremonensis.
Episcopus Terdonensis.	pa	Episcopus Curiensis.
Episcopus Astensis.	lis	Episcopus Yporiensis.
Episcopus Taurinensis.	Se	Episcopus Albensis.
Episcopus Agustensis.	des	Episcopus Saunensis.
Episcopus Aquensis.		Episcopus Vigintimilliensis,
Episcopus Januensis.		Episcopus Albenganensis.

Incipit commemoratio hujus Sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Episcoporum, quantum in hoc Seculo vixerunt, aut ubi sepulti sunt.

PRimus Pontifex Mediolanensis Ecclesiæ extitit Beatus Barnabas Apostolus Jesu Christi, sicut Beatus Hieronymus inter alia, quæ scribit Cromatio & Heliodoro attestatur dicens: *Barnabas, qui cum Paulo verbum ministravit, primùm in Roma Christum prædicavit, & post Mediolani Episcopus factus est.* Quòd etiam Beatus Barnabas fuerit primus Pontifex Mediolanensis Ecclesiæ, Beatus Dorotheus Beati Dionysii Areopagitæ discipulus in Libro, quem composuit de Apostolorum Actibus, asserit manifestè. *In ipso namque Apostolo Mediolanensis Ecclesia est fundata.* Legitur enim in antiquissimis Historiis, quæ hodie habentur in Civitate Mediolanensi, quòd ipse Beatus Barnabas de Romana Civitate ad Urbem Mediolani transtulit se, & in ea verbum vitæ prædicans Cives Mediolanenses ad cultum Christi convertit, & fide & moribus informavit, & Brixienses Cives per Anathelonem suum socium ab ipso Apostolo ad eos missum similiter ad Christum convertit. Qui quidem Beatus Barnabas Mediolanensem Ecclesiam Metropolitanam ordinans, sanxit, ut ipsa principalis culminis sedes, & aliarum in sua Provincia Ecclesiarum Metropolis perpetualiter haberetur; ac primum post ipsum præfatum Anathelonem præfecit & consecravit in Archiepiscopum Mediolanensis Ecclesiæ, & primum Episcopum Ecclesiæ Brixiensis, committens sibi curam simul utriusque Ecclesiæ, unde versus.

Mediolanensis præclarus Barnabas urbis
Præsul, Pontificem sibi consecrat Anathelonem,
Metropolitano quem sublimavit honore;
A *Ad Fidei lumen ducit, morum quoque lucem.*
Primum Pastorem accepit simul Anathelonem
Brixia, quæ Christo fuerat Fide juncta per ipsum.
Nobilis hæc regio tanto fundata Patrono
Ipsum collaudet merito, reverenter honoret.

Sanctus Anathelon sedit Annos XIII. Depositus VIII. Kal. Octobris, & jacet apud Brixiam urbem in Monte Sancti Florani.

Sanctus Gayus sedit Ann XXII. Depositus est VI. Kal. Octobris ad Sanctum Naborem.

Sanctus Castritianus sedit Annos XLI. Depositus est in Kal. Decembris ad Sanctum Johannem ad Concham.

B Sanctus Kalimerus sedit Ann. LIII. Depositus est Prid. Kal Augusti in Ecclesia sua.

Sanctus Monas sedit Ann. LIX. Depositus VIII. Kal. Aprilis ad Sanctum Vitalem.

Sanctus Miroclesedit Ann. XXII. Depositus Prid. Kal. Decembris ad Sanctum Victorem ad Corpus.

Sanctus Maternus sedit Ann. XII. Depositus XV. Kal Augusti ad Sanctum Naborem.

Sanctus Protasius sedit Ann. XXV. Depositus VIII. Kal. Decembris ad Sanctum Victorem ad Corpus.

Sanctus Eustorgius sedit Ann. XVII. Depositus XIV. Kal. Octobris in Ecclesia sua.

C Sanctus Dionysius sedit Ann. XIV. Depositus VIII. Kal. Junii in Ecclesia sua.

Sanctus Ambrosius sedit Ann. XXVI. menses IV. dies V. Depositus V. die mensis Aprilis in Ecclesia sua.

Sanctus Simplicianus sedit Ann. X. Depositus XVIII. Kal. Septembris in Ecclesia sua.

Sanctus Venerius sedit Ann. IX. Depositus IV. Kal. Maji ad Sanctum Nazarium.

Sanctum Marolus sedit Ann. XV. Depositus IX. Kal Maji ad Sanctum Nazarium.

Sanctus Martinianus sedit Ann. XXX. Depositus IV. Kal. Januarii ad S. Stephanum ad Rotam.

San-

Digitized by Google

Sanctus Clicerius ſedit Ann. XVIII. Depoſitus XVII. Kal. Octobris ad Sanctum Nazarium.

Sanctus Lazarus ſedit Ann. XI. Depoſitus XIV. menſis Martii ad Sanctum Nazarium.

Sanctus Euſebius ſedit Ann. XVII. Depoſitus IX. die menſis Auguſti ad Sanctum Laurentium.

Sanctus Gerontius ſedit Ann. VI. Depoſitus VII. die Maji ad Sanctum Simplicianum.

Sanctus Benignus ſedit Ann. VIII. Depoſitus X. Kal. Decembris ad Sanctum Simplicianum.

Sanctus Senator ſedit Ann. III. Depoſitus IV. Kal. Junii ad Sanctam Euphemiam.

Theodorus ſedit Ann. IX. & menſ. VIII. & dieb. XVI. Depoſitus V. Kal. Aprilis ad Sanctum Hippolytum ad Sanctum Laurentium.

Laurentius ſedit Ann. XXII Depoſitus VIII. Kal. Auguſti ad Sanctum Caſſianum, ſive ad prædictum Sanctum Hippolytum.

Euſtorgius ſedit Ann. VII. Depoſitus VIII. Id. Junii ad Sanctum Siſtum.

Sanctus Magnus ſedit Ann. XXX. Depoſitus in Kal. Novembris ad Sanctum Euſtorgium.

Sanctus Datius ſedit Ann. XXII. Depoſitus XIX. Kal. Februarii ad Sanctum Victorem.

Vitalis ſedit Ann. IV. Depoſitus ad Sanctum Vitalem.

Sanctus Auxanus ſedit Ann. II. Depoſitus III. Non. Septembris ad Sanctum Stephanum.

Honoratus ſedit Annos duos. Depoſitus eſt ad Nucetam in Eccleſia Sancti Georgii.

Hactenus pertingere videtur antiquus Catalogus; neque enim ampliùs Depoſiti, ſed Sepulti dicuntur Archiepiſcopi ſubſequentes.

Frontus ſedit Ann. XI. Iſte primus aſcendit Cathedram Ambroſianam ſimoniacè, cui condigna pœna pro meritis reſpondente, ipſum terra abſorbuit, ſicut Dathan & Abiron, nec corpus ejus ultra viſum vel repertum Catholicam ſepulturam recepit.

Laurentius ſedit Ann. XIX menſ. VII. Obiit XII. Kal. Septembris. Sepultus eſt in Janua Civitate ad Sanctum Syrum.

Conſtantius ſedit Ann. XVIII. Obiit III. die menſis Septembris. Sepultus eſt in Janua Civitate in domo Sancti Ambroſii.

Deusdedit ſedit Ann. XXVIII. menſ. I. dieb. XIV. Obiit III. Kal. Novembris. Sepultus eſt in Janua ad Sanctum Syrum.

Auſterius ſedit Ann. X. menſ. V. dieb. VII. Obiit die IV. menſis Julii. Sepultus eſt in Janua ad Sanctum Syrum.

Fortis ſedit Ann. III.

Sanctus Johannes ſedit Ann. X. Obiit IV. Nonas Januarii. Sepultus eſt ad Sanctum Michaëlem in Domo.

Sanctus Antonius ſedit Ann. II. Obiit pridie Kal. Novembris. Sepultus eſt ad Sanctum Simplicianum.

Sanctus Mauricillus ſedit menſibus IV.

Sanctus Ampelius ſedit Ann. V. Sepultus eſt ad Sanctum Simplicianum.

Manſuetus ſedit Ann. IX. Obiit XI. Kal. Martii. Sepultus eſt ad Sanctum Ambroſium.

Benedictus ſedit Ann. XLVII. Obiit VII. Id. Martii. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Theodorus ſedit Ann. XIV. Sepultus in Monaſterio Oronæ.

Natalis ſedit menſ. XIV. Obiit prid. Idus Maji. Sepultus ad Sanctum Georgium.

Arifretus ſedit menſ. IX. Sepultus ad Sanctum Nazarium.

Stabilis ſedit Ann. II. menſ. IV. Obiit Id. Decembris. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Lætus ſedit Ann. XIII. menſ. XI. Obiit Prid Non. Aprilis. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Thomas ſedit Ann. XXVIII. dieb. V. Obiit V. Kal. Decembris. Sepultus ad Sanctum Laurentium.

Oldibertus ſedit Ann. IX. menſ. VII. Obiit V. Kal. Martii. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Anſelmus ſedit Ann. V. Obiit V. Idus Maji. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Bonus ſedit Ann. IV. Obiit XV. Kal. Februarii. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Angelbertus ſedit Ann. XXXV. menſ. V. dieb. XVII. Obiit Id. Decembris. Sepultus eſt ad Sanctum Nazarium.

Taddo ſedit Ann. VII. menſ. VI. dieb. XIII. Obiit VII. Kal. Junii. Sepultus eſt ad Sanctum Ambroſium.

Anſpertus ſedit Ann. XIII. menſ. V. dieb. XIII. Obiit VII. Idus Octobris. Sepultus eſt ad Sanctum Ambroſium.

Anſelmus ſedit Ann. XIV. menſ. VI. dieb. XXII. Obiit V. Kal Octobris. Sepultus ad Sanctum Ambroſium juxta altare Sanctæ Marcellinæ.

Landulphus ſedit Ann. III. diebus minùs XXXVIII. Obiit Nonis Novembris. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Andreas ſedit Ann. VI. menſ. III. Obiit prid. Kal. Martii. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Acho ſedit Ann. XII. menſ. VI. Obiit VII. Id. Decembris. Sepultus ad Sanctum Ambroſium.

Guarimbertus ſedit Ann. II. menſ. VIII. Obiit XIIX. Kal. Septembris. Sepultus ad Sanctum Stephanum ad Fontes.

Lampertus ſedit Ann. IX. menſ. VIII. dieb. XV. Obiit XIII. Kal Julii. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali.

Ilduinus ſedit Ann. V. dieb. XXV. Obiit IX. Kal. Auguſti. Sepultus verò eſt in Eccleſia Hyemali.

Ardericus Ann. XII. menſ. II Obiit III. Id. Octobris. Sepultus in Eccleſia Apoſtolorum inter Capellam Sancti Lini, quam ipſe ædificari fecit.

Adelmannus & Manaſſes V. annis inter ſe diviſerunt.

Walpertus ſedit Ann. XVIII. Obiit VIII. Id. Novembris. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali.

Arnulphus ſedit Ann. III. menſ. IV. Obiit XVI. Kal. Maji. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali.

Gottefredus ſedit Ann. V. menſ. I. dieb. XXIII. Obiit XII. Kal. Octobris. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali.

Landulphus ſedit Ann. XVIII. menſ. III. Obiit X. Kal. Aprilis. Sepultus eſt in Eccleſia Sancti Celſi.

Arnulphus ſedit Ann. XIX. menſ. IX. dieb. VI. Obiit V. Kal. Martii. Sepultus ad Sanctum Victorem.

Heribertus ſedit Ann. XXVII. Obiit XVII. Kal Februarii. Sepultus eſt ad Sanctum Dionyſium, cujus Monaſterium ædificavit & ditavit.

Guido ſedit Ann. XXVI. Obiit X. Kal. Septembris. Sepultus eſt in Bergolio veteri prope Alexandriam.

Tedaldus ſedit Ann. IX. & menſ. III. dieb. XXI. Obiit VIII. Kal. Junii. Sepultus eſt in Arona.

An-

Digitized by Google

Anſelmus ſedit Ann. VII. menſ. V. dieb. IV. Obiit pridie Non. Decembris. Sepultus eſt in Baſilica Apoſtolorum.

Arnulphus ſedit Ann. III. menſ. IX. dieb. XIX. Obiit VIII. Kal. Octobris. Sepultus eſt in Clavatenſi Monaſterio.

Anſelmus ſedit Ann. III. menſ. X. dieb. XXVIII. Obiit pridie Kal. Octobris. Sepultus eſt in Conſtantinopoli in Monaſterio Sancti Nicolai.

Groſolanus habuit Sedem Ann. IX. & menſ. IV.

Jordanus ſedit Ann. VIII. & menſ. IX. dieb. III. Obiit IV. Non. Octobris. Sepultus eſt ad Sanctum Ambroſium.

Olricus ſedit Ann. V. & menſ. VI. & dieb. XI. Obiit V. Kal. Junii. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali juxta Pulpitum.

Anſelmus, qui dicitur de Puſterla, ſedit Ann. X. & menſ. I. & dieb. XIV. Obiit XIX. Septembris. Sepultus eſt in Roma ad Sanctum Johannem Lateranenſem.

Robaldus ſedit Ann. X. & menſ. IV. dieb. XXVI. Obiit autem III. Kal. Januarii. Sepultus eſt in Eccleſia Beatæ Mariæ, quæ dicitur Hyemalis juxta Pulpitum. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domni Oberti dies XXIII.

Obertus ſedit Ann. XX. & dieb. VI. Obiit autem VI. Kal. Aprilis. Sepultus eſt Beneventi exulans pro Fide in Eccleſia S. Sophiæ. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Galdini dies XX.

Sanctus Galdinus ſedit Ann. X. Eadem die conſecratus, & mortuus eſt. Obiit autem XIV. Kal. Maji ſuper Pulpitum Beatæ Teglæ, prædicans Populo verbum Fidei & veritatis, & præcipuè contra Catharos. Sepultus eſt in eadem Eccleſia juxta Pulpitum. Fuerunt autem ab obitu ipſius uſque ad electionem Domni Algiſii ſeptimanæ X. & dies IV. Incarnationis MCLXXVI. XIIX. Menſis Aprilis.

Algiſius de Pirovano ſedit Ann. VIII. & menſ. IX. & dies V. minus. Vacavit autem Sedes per menſem unum & dies undecim. Sepultus eſt in Eccleſia Hyemali juxta Pulpitum.

Domnus Ubertus Crivellus, qui & Papa Urbanus, ſedit Ann. II. & menſ. IV. & dieb. VI. Vacavit autem Sedes menſ I. & dieb. XVI. Sepultus verò eſt in Eccleſia Ferrarienſi.

Milo de Cardano ſedit Ann. VIII. & menſ. VIII. & dieb. VIII. Vacavit autem Sedes per XXVI. dies. Sepultus in Eccleſia Hyemali.

Ubertus de Tertiago ſedit menſ. IX. & dieb. V. Vacavit autem Sedes diebus XXIX.

Philippus de Lampugnano ſedit Ann. X. & menſ. IV. & dieb. VII Vacavit autem Sedes dieb. XXIX. *Alia manu additur*, & ſepultus eſt in Eccleſia Caravilloſi (Scribendum fortaſſe *Carævallis*, ſeu *Clarevallenſi*.

MCCVII. die Sabbati XI. Kal. Januarii electus fuit Domnus Ubertus de Pirovano, qui erat Romanæ Curiæ Cardinalis. Sedit Ann. IV. & menſ. III. & dieb. II. Obiit IX. Kal. Aprilis in Sabbato Sancto. Et ſepultus eſt in die Paſchæ in Eccleſia Hyemali juxta Pulpitum. Vacavit autem Sedes uſque ad IV. diem Maji.

Domnus Girardus de Seſſa, qui erat electus Novarienſis, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſedit electus tantùm, & non conſecratus, nec etiam confirmatus, à IV. die Maji uſque ad XVI. diem Decembris. Obiit Cremonæ, & ibi ſepultus eſt. Vacavit autem Sedes in magna lite & diſcordia menſib. X. & diebus XX. Cujus diſſenſionis cauſa fuit in examinatione electionis trina diviſio. Una pars enim Domno Archipresbytero ſuum præſtitit favorem. Alia pars Domno Archidiacono. Tertia pars Epiſcopo Vercellenſi, qui erat hujus Eccleſiæ Ordinarius. Et poſt mortem prædicti Legati, & electi ante hanc examinationem Legatus Apoſtolicæ Sedis effectus. Nullius tamen electio fuit ab Electoribus ſecundùm morem ſolitum pronuntiata, qualibet parte ſuam electionem effectui fore mancipandam affirmante. Et una quidem aſſerente, ſe multo ampliorem, & ideo ſuum electum eſſe pronuntiandum; altera verò partium utraque allegante, ſe licèt numero breviorem, tamen digniorem, & ideo ſuam electionem eſſe efficaciorem. Hæc quippe contentio multo tempore duravit, quaſi tamen ſopita; nec coram Judicibus fuit quæſtio bene diſcuſſa, nec bene ventilata; quare adhuc remanet inſoluta. Propter hujuſmodi contentionem Dominus Papa Capituli nuntiis ad ſe convocatis Domnum Henricum de Setara hujus Eccleſiæ Cimiliarcham, & ipſius Apoſtolici Subdiaconum, qui erat Bononiæ in Scholis, in Paſtorem elegit Anno Domini MCCXIII. IV. die Novembris.

Et notate, quòd paucis ante temporibus mortuo Beato Galdino, quaſi ſimilis, ſed non tam prolixa, fuit contentio inter Archipresbyterum & Archidiaconum; propter quorum contentionem Electores & Epiſcopi hujus Eccleſiæ, utroque illorum abjecto, elegerunt Domnum Algiſium de Pirovano, qui erat ſimiliter Cimeliarcha & Presbyter, quo nullus poſtea uſque nunc fuit Eccleſiæ utilior.

His igitur factis cupidus moneatur honoris
Viribus, aut plauſu, faſtuve, minuſve vel aſtu,
Quemlibet incaſſum ſe niti magnificandum,
Et Chriſti faſces fictos vitare ſodales.
His etenim ſiſi quo ad bis ſunt ſcandere niſi:
Fratres manſerunt, qui patres eſſe cupierunt.
Non facias partes homo, ſi vis aut cupis arces,
Nec fratrum plaudas vitiis, tibi robur ut addas.
Non humiles faſtu preme, nec ve minis, nec & aſtu.
Qui facit iſta, quidem fugat hunc, quem quærit honorem.
Munera ne capias, quæ captans, quàm ſit iniquus,
Vigenteſimo Quinto Pſalmo ſinuatur.
Non te ergo laqueet quis donis, ſed quaſi piſcis
Læſus curva puta ſub munere quolibet æra.
Non tribulos plantes; violas & lilia jactes;
Sontes magnificans, mites ut vilia calcans:
Non pingues ungas, madidos arere ſinendo,
Divitibus tribuens, & egenis non miſerendo.
Non ſtudeas urſos, & equos, volucreſque cibare.
Pauper & ante domum fruſtra clamet: miſerere.
Non carnis curam, mox vermibus eſca futuræ.
Perfice ſed memores animæ buſto carituræ.
Hanc modò, quæ monui, ſpernas ſi corde maligno,
Quò cupis, haud ſcandes, dignè manſurus in imo.
Hic quoque, qui ſcandit, ſi non ſervaverit iſta,
Quo magis aſcendit, tanto mage vergit ad ima.
Sin autem ſpernas, & hic impleat illa benignè.
O utinam veniat; regnabitis ambo perenne.

Obiit prædictus Domnus Henricus de Setara Brebiæ Anno Domini MCCXXX. Sextodecimo Kal. Octobris, & ſepultus eſt in Eccleſia S. Victoris ad Ulmum, & modò translatum eſt in Eccleſia Sanctorum Naboris & Felicis, & ibi jacet. Stetit autem in Epiſcopali Sede Ann.

Digitized by Google

Ann. XVI. & menſ. X. minus XII. diebus. Stetit equidem ideo dixi, & non ſedit, ſicuti de pleriſque ſupraſcriptis dictum eſt ; quòd ſtare pugnantis eſt, ſeu laborantis; ſedere verò quieſcentis. Toto enim ferè ſui regiminis tempore in labore fuit, & pugna non minima, ſed pro totius Eccleſiæ tuenda libertate, pro iſtius Majoris Eccleſiæ honore conſervando, pro hæreticis expellendis, pro Epiſcopis, qui videbantur à ſubjectione Mediolanenſis Eccleſiæ abſoluti, recuperandis. Unde Domnum Omebonum Epiſcopum Cremonenſem, qui debitam huic Eccleſiæ reverentiam annis pluribus præſtare recuſaverat, & ſe teneri obedire omnino negabat, poſt multos labores & ſumtus & diuturnam contentionem, & prolixam in Curia Romana cum eo habitam, tamdem convictum & per ſententiam condemnatum, debitam fidelitatem, præſtito juramento ſolito more coram cuncto iſtius Civitatis Clero, ibi etiam adſtante innumera Populi utriuſque ſexus multitudine diverſarum ætatum, ſcilicet puerorum, adoleſcentum, juvenum, & ſenum in medio Eccleſiæ Beatæ Teglæ, ſibi & Mediolanenſi Eccleſiæ fecit exhibere Anno Domini MCCXXIX. in Feſto Purificationis Beatæ Mariæ hora Tertia, Clero veniente cum Proceſſione à Sancta Maria Beltrade ſecundùm debitam conſuetudinem.

Vacavit autem Sedes Epiſcopalis diebus XXVIII videlicet uſque ad Prid Id. Octubris. Quo die fuit electus Domnus Guilielmus de Ruzolio iſtius Eccleſiæ Venerabilis Archidiaconus cum omni pace & concordia, totiuſque Capituli conſenſu & favore.

Cui tribuat Chriſtus data munera ſic duplicare,
Audiat ut dignè carmen, feliciter euge.

Quum Lex Divina præcipiat, & ipſa Legis Capitula perſuadent, ut in eo opere, in quo apparet aliquid de diminutione, ille, qui ad illud ſupplendum magîs appropinquat, meritò ſubeſſe teneatur, & eum complemento in actu produxiſſe. Quum quædam de Domno Guilielmo venerabili Archiepiſcopo perſcripta invenerimus, non autem omnia dignè completa, ad illud declarandum propoſui fore inducendum, ut ea, quæ de ipſo cognovi, & intellexi digna, memoriæ commendanda inſcriptis reponerem; non ut ex hoc ſperem recipere præmium, ſed hæc mea potiùs volo ſcripta de tanto nobili viro dicta in die luceant, & in tenebris non exſordeſcant ; ideſt vos præſentes illuminent, & ſubſequenter in poſteris eluceſcant. Unde mei verſus ſic ordine continuantur.

Anni tunc Domini currebant Mille Ducenti,
Ad quos jam Denus conjunxit Quater & Unus,
Cumque die Quarta, quæ venerat ante Kalendas
Illius menſis, qui dicitur Aperienſis,
Cùm de Ruzolio Guilielmus, Paſtor amandus,
Ex iſto mundo migravit in Arce perenni.
Qui per luſtra duo Cathedrali Sede triumphans,
Nec non & menſes per quinque fideliter ultra
Aſtitit, & junctis ſuper hoc ter quinque diebus.
Quem pietas redimit, quem Lex Divina reformat,
Quem mores laudant, quem vita beata coronat:
Artibus inſtructus, Divino fonte repletus,
Exempliſque ſuis nos omnes ipſe docebat.
Eloquio Marcus Cicero nam Tullius iſte.
In bello Turnus, quando ferus hoſtis agebat;
Alter Cato fuit, quem pax tranquilla juvabat.
Nam dabat optanti pacem ſibi, quando petebat.
Quid referam? Non ultra valet mea Lyra ſonare:
Nam mihi ſi centum linguas Deus ipſe dediſſet,
Laudes nempe ſuas non poſſem ſcribere cunctas.
Ergo Deum Patrem devota mente precemur,
Qui talenta dedit Paſtoribus, ipſe requirit,
Ut ſibi det requiem, vitam quoq; præſtet æternam.
Qui leget hos verſus, moneo precibuſque peroro,
Dicat, quòd Chriſtus jam ſibi parcat. Amen.

Præfatus Domnus Guilielmus ſedit in Epiſcopali Sede Ann. X. & menſ. V., & dieb. XV. Obiit MCCXLI. Quarto die exeunte Martii. Vacavit autem Sedes menſ. II. & diebus XIX. Sepultus verò eſt in Monaſterio Clarevallenſi.

Leo Archiepiſcopus de agnatione Nobilium Valvaſſorum de Perego ſedit Ann. XVI. & menſ. III. & dieb. XXX. Electus autem fuit MCCXLI. in Feſto Sancti Viti. Obiit verò MCCLVII. die XIV. Octobris. Sepultus verò eſt in Eccleſia Salvatoris in loco de Ligniano, forbannitus à popularibus Civibus Mediolanenſibus. Qui forbannitus cum Ordinariis Mediolanenſis Eccleſiæ fuit ab ipſis popularibus, pro eo quòd ipſe & Ordinarii prædicti aliquos de ipſis popularibus titulare in Clericis ipſius Eccleſiæ noluerunt. Et non ſolùm forbanniti propter dictam cauſam, ſed ſpoliati bonis ſuis per ipſos fuere. Qui Domnus Leo Archiepiſcopus tamquam peregrinus, & ejectus ab eis de Civitate Mediolani, in prædicto loco obiit, vir ſtrenuus & conſtans, libertatem & honorem Mediolanenſis Eccleſiæ defendit uſque ad obitum ſuum. Poſt ejus obitum vacavit Sedes ipſa Ann. IV. & IX. menſibus, & VII. diebus.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA
HISTORICA

EX VETUSTISSIMO KALENDARIO MANUSCRIPTO

AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ,

Nunc primùm luci reddita.

Digitized by Google

LUDOVICI ANTONII MURATORII
MONITUM.

AD veterem contexendam Historiam, ac potissimum ad stabiliendam Chronologiam non modici usus esse possunt Kalendaria Historica, & Necrologia Ecclesiarum, quandoquidem ibi res majoris momenti interdum scriptæ reperiuntur, eæque statim atque contigerunt, adnotatæ. Servat autem Ambrosiana Bibliotheca Antiphonarium *pervetustum in MSto Cod. A. 2. eique conjunctum est* Martyrologium totius Anni secundùm Ambroxium, *videlicet Kalendarium secundùm Mediolanensis Ecclesiæ ritum. Spectabat olim Codex ad Ecclesiam Sancti Georgii in Palatio. Illic sparsim ad nonnullos dies adjecta erant Historica monumenta, non una manu exarata: quod indicio est, ea identidem, quoties accidebant, apposita fuisse synchroni cujuspiam hominis manu. Atque hinc etiam facilè Codicis vetustatem metiare. Necesse est enim, hasce omnes Notas præcesserit Antiphonarii & Kalendarii ipsius conscriptio. Itaque ex ejusmodi Codice quæcumque ad Historiam pertinere animadverti, olim ego describebam, & nunc in publicum usum profero, iis dumtaxat omissis, quæ quòd literæ jam excidissent, sive evanuissent, legere non potui. Fragmenta utique non contemnenda, quibus, si quisquam veterem Mediolanensium Historiam accuratiùs conscribendam sumat, non sinè lucro utatur.*

Digitized by Google

EXCERPTA HISTORICA

EX VETUSTISSIMO KALENDARIO MANUSCRIPTO

AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ,

Nunc primùm luci reddita.

JANUARII Prid. Nonas. MCCXVI. fuit terræmotus per totam terram Italiæ.

XVIII. Kal. MCXXIX. consecrata est Ecclesia Sancti Georgii in Palatio, & obiit Gibuinus Ecclesiæ ejusdem Præpositus, & Primicerius Mediolanensis.

VI. Kal. MCLXXXVI. Imperator Federicus & Rex Anricus, & Regina Constantia fuerunt coronati ad S. Ambrosium.

FEBRUARII Prid. Non. Sanctæ Veronicæ Virginis.

MARTII III. Nonas MLXX. Ecclesia Sancti Laurentii combusta est.

Non. MCLXII. Imperator Federicus suam gratiam Mediolanensibus reddidit, & eos de banno tulit, & Civitas destrui cœpit.

VI. Id. MCCIII. factus fuit pons ad locum, ubi dicitur Pons Reginæ supra Ticinum per medium Morimundum.

III. Id. MCXXXVIII. fuit coronatus Churadus electus Rex, & coronatus ad Asiam.

APRILIS VIII. Idus MCLV. Terdona capta est, atque destructa.

III. Idus MCCVII. Dominus Ubertus de Pirovari intravit Mediolanum, & incathedratus est, & præcedenti die obiit Philippus Archiepiscopus, & sequenti die sepultus fuit.

XVIII. Kal. MCLXXXVI. Imperator Anricus fuit coronatus Romæ.

XVII. Kal. MCXLV. apparuit stella cum magna cauda in cœlo, & tunc fuit magna mortalitas.

XVI. Kal. MCLXXXXI. Imperator Anricus fuit coronatus Romæ.

XI. Kal. MCLXXXIX. Imperator Federicus ivit ultra mare.

VII. Kal. MCLXVII. Mediolanenses intraverunt in Civitatem.

MAJI Non. MCLXXXV. Imperator Federicus, & Mediolanenses reædificaverunt Castrum Gremmæ.

VI. Id. MCC. Turris de Besate capta fuit.

III. Id. Sancti Natalis Archiepiscopi Mediolani, qui dotavit istam Ecclesiam.

XIV. Kal. MC..IC. fuit factum prœlium ad Burgum S. Domnini.

X. Kal. MLXI. fuit bellum in Campo mortuo.

VII. Kal. MCXI. capta est Civitas Laudensis à Mediolanensibus.

VI. Kal. MCCXV. Mediolanenses transierunt Padum cum Placentinis, & ceperunt, & destruxerunt Bolgonascum, & Nigrinum, & Rovos.

Prid. Kal. MCLXXXXIII. Mediolanenses venerunt Laude Vegio, & explanaverunt fossatum, & Mediolanenses ceperunt multos Laudenses, & Cremonenses, & Papienses, & multi illorum Abduæ sunt.....

JUNII IV. Non. MCCXIII. Mediolanenses, & Cremonenses prœliati sunt. Mediolanenses verò habuerunt eorum temptoria, multosque eorum milites ceperunt, sed amiserunt Carrozanum cum multitudine maxima Populi juxta Castrum Leonum. MCLXXXXV. Imperator Anricus, & Imperatrix Constantia vicerunt Apuliam; tunc fuerunt capti Pulienses.

Non. MCXXXVIII. capti sunt Cremonenses à Mediolanensibus. MCXXXIX. fuit bellum de Rivolta.

XVIII. Kal. MCLVI. Mediolanenses ceperunt Cerredanum.

XVI. Kal. MCLXXXXIII. Papienses venerunt ad Castrum Cuguziæ, & multi eorum in flumine Lambri perierunt.

XIV. Kal. MCLVII. Mediolanenses ceperunt Vigivanum, & ferè omnes Papienses.

XII. Kal. MCC. Papienses, & Mediolanenses robaverunt Rorate, & multi ex Mediolanensibus & Cumanis capti fuerunt.

X. Kal. MCCXVII. Mediolanenses cum Carrozaro transierunt Abduam per Terram Cremonensium, & ceperunt Trivilium, & Anzanelum, & Villam de Zovenolta, & devastaverunt totam Terram usque ad quatuor milliaria prope Cremonam.

VIII. Kal. MCCLXIV. apparuit stella caudata in aëre quasi mortua, & apparuit per duos menses, & infra annum mortuus est Papa, & Rex novus factus in Apulia. MCLXXXIII. juravit Societas Logumbardorum pacem cum inimicis Federici Imperatoris Placentiæ, quæ confirmata est ab eodem Imperatore. MCCXV. Mediolanenses transierunt Ticinum, & intraverunt Lomellinam, & ceperunt, & destruxerunt Garlascum, & multos Papienses.

JULII V. Non. MCCXVII. Papienses juraverunt stare omnibus mandatis Placentinorum, & Mediolanensium Placentiæ.

Non. MCCI. Vigivanense Castrum captum est à Mediolanensibus. MCLXXXXI. Brisienses superaverunt Cremonenses in ripa Olei, cunctis cum vexillo uno invocantibus S. Ambrosium. Cremonenses audito nomine S. Ambrosii ceperunt fugam, & multi eorum capti sunt, necatique in Oleo, & in terra.

Id. MCLXXXXVI. obiit Dominus Ubertus Archiepiscopus Mediolanensis.

XVI. Kal. MCVI. tertius ignis Mediolani.

IX. Kal. MCXXXVI. fuit tempestas valida Mediolani.

VII. Kal. MCCXV. Mediolanenses transierunt Padum cum Vercellensibus, & ceperunt, & destruxerunt Casate S. Virii, & habitatores ducti sunt in carcerem.

VI. Kal. MCCI. Papienses capti sunt à Mediolanensibus, & à Placentinis juxta Oppidum Nigrini. MCCXII. Papienses capti

pti fuerunt ſuper Mombriono, inde ducebantur Reatinum à Papia uſque ad vadum Lambri. At Cremonenſes uſque ad CXL. de melioribus Papiæ à Mediolanenſibus . . . . . .

AUGUSTI Prid. Non. MCXIX. combuſta eſt Eccleſia S. Laurentii Majoris ab igne de Porta Zobia.

Non. MCLXXIX. Mediolanenſes incœperunt navigium de Gazano.

VIII. Id. MCLVII. Rex Federicus Imperator obſedit civitatem Mediolani uſque VIII. Idus Septembris. Octavo autem Id. Septembr. ſuſceptis à Rege Legatis Mediolanenſibus confirmatum eſt pactum, & concordia in ſcriptis redacta.

VI. Id. MCCLXXXXV. *obiit Dominus Otto Veſconta Archiepiſcopus Mediolani: ſtetit XXX.* Hæc manu recenti.

V. Id. MCLX. Mediolanenſes obſederunt Carcanum, & ceperunt eum, & Imperatorem Federicum in fugam converterunt, & ſui capti ſunt plurimi.

Id. MCCXXII. Dominus Ardigottus Marcellinus Poteſtas Populi Mediolani ivit cum ipſo Populo ad Caſtrum de Vavri, & devaſtaverunt illud, & devaſtaverunt Pirovanum, & Veranum; & poſtea ivit Marlianum cum magno exercitu; & Capitanei & Vavaſſores cum Domino Archiepiſcopo erant Canturii, & debebant prœliare inſimul. Tamen non fuit voluntas, & remanſit.

XVII. Kal. MCCXXI. Dominus Amizo Sachus Poteſtas Mediolani dedit bannum Archiepiſcopo Mediolanenſi: tamen non potuit dare. Et in illo anno apud feſtum Nativitatis proximæ iverunt Capitanei, & Valvaſſores extra Civitatem. MCCXXII. in feſto S. Mariæ apparuit ſtella cum magna cauda in cœlo, unde homines multi mirabantur; & poſtea Luna fuit quaſi mortua, & non reſplendebat, & fuit apud ipſam ſtellam.

X. Kal. MCCXVI. Mediolanenſes tranſierunt Ticinum, & cœperunt deſtruere Turrem de Rodobio.

VIII. Kal. MCLX. ignis Ciruni.

VI. Kal. MCXXVII. captio Civitatis Cumanæ à Mediolanenſibus.

V. Kal. MCLVII. Mediolanenſes reædificaverunt Lomellum.

IV. Kal. MCCXVI. Mediolanenſes tranſierun Padum cum Placentinis, & deſtruxerunt Boſſetum, & prœliaverunt cum Cremonenſibus, & cum Parmenſibus, & Mutinenſibus, & multi eorum capti fuerunt.

SEPTEMBRIS Kal. MCCXIV. Mediolanenſes iverunt ultra Ticinum, & ceperunt Vilegiam, & Cozum, & Candeam, & Bremedum.

Prid. Non. MCLXXXVII. obſcuratus eſt ſol.

III. Id. MCLXXXXV. electus fuit Dominus Ubertus de Tertiago in Archiepiſcopum Mediolanenſem.

XV. Kal. MCLXXXXV. Cremonenſes fuerunt devicti à Mediolanenſibus. Mancfredus, & multi illorum capti fuerunt, & interfecti.

XIII. Kal. MCLXXXIV. Imperator Federicus intravit primò Mediolanum.

IV. Kal. MCLXXXXVII. obiit Henricus Imperator.

OCTUBRIS VI. Non. MCCXIII. prœliaverunt milites Mediolanenſes, ſcilicet mille, cum Papienſibus juxta Oppidum Caſelii, & Novarienſes, & Terdonenſes, Alexandrini, & Vercellenſes, & Marcenſes Malaſpina, & capti ſunt de Mediolanenſibus fere CC. milites de melioribus, & præda maxima.

IV. Nonas MCCIX. coronatus fuit Dominus Otto Imperator à Summo Pontifice MCCXIV. Mediolanenſes, & Placentini iverunt ultra Padum, & ceperunt Pampanedum. MCV. fuit ignis Rogerii.

XIV. Kal. MCLXXXXIII. Mediolanenſes prœliaverunt juxta Portas Laude, & multi ex Laudenſibus capti fuerunt.

XII. Kal. MCCXVI. Mediolanenſes tranſierunt Padum cum Vercellenſibus, & reædificaverunt Paxilianum.

NOVEMBRIS VI. Id. MCXXXII. obſedit Rex Loterius Cremam.

X. Kal. MCCXX. incoronatus fuit Federicus Rogerius in Urbe Romana.

VIII. Kal. MCLXXXV. obiit Lucius Papa.

DECEMBRIS VII. Id. MCCLXXV. obiit Dominus . . . . . de Terziago Ordinarius Mediolanenſis Eccleſiæ, Præpoſitus Eccleſiæ S. Georgii in Palatio qui judicavit argentum . . . . . .

VIII. Kal. MCCXXIII. die Dominico circa horam ſextam fuit terræmotus magnus per totam Italiam, & fere tota Civitas Brixienſis devaſtata fuit, & Epiſcopatum.

Digitized by Google

HISTORIÆ
SARACENICO-SICULÆ
VARIA MONUMENTA,

N E M P E

CHRONICON Saracenico-Siculum Cantabrigienſe.

EXCERPTA ex Chronologia univerſali Iſmaëlis Alemujadad, Abulphedà, Regis Amani ex Arabico Codice MS. Bibliothecæ D. Laurentii Eſcurialis.

CONTINUATIO Hiſtoriæ Saracenorum in Sicilia, excerpta ab Hiſtoria, cui titulus Aſmodferi, Auctore Alkadi Sciohabadin filio Abiddami Amanienſi ex eadem Bibliotheca.

THEODOSII MONACHI epiſtola de Syracuſanæ urbis expugnatione, cum Animadverſionibus P. Octavii Cajetani Soc. Jesu.

MARTYRIUM S. PROCOPII Epiſcopi Tauromenitani, Scriptore Joanne Diacono Neapolitano, cum Animadverſionibus ejuſdem P. Octavii Cajetani S. J.

EPISTOLA Fratris Conradi Dominicani ad B. Epiſcopum Cathanenſem, ſive brevis Chronica ab anno 1027. ad annum 1283.

EXCERPTA ex Chronologia Arabica Hazì Aliphè Muſtafà.

C O L L E C T O R E

J O A N N E B A P T I S T A
C A R U S I O.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN HISTORIAE SARACENICO-SICULAE VARIA MONUMENTA

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

JOhannes Baptiſta Caruſius Panormitanus ex Baronibus Xiureni, vir & editis Libris, & multiplici eruditione Clariſſimus, Anno 1720. congeſſit, ac Panormi edidit, ſimulque ad me ſingulari humanitate miſit vetera quaedam monumenta cum Arabum, tum Chriſtianorum Scriptorum, egregia ſane ad ea tempora illuſtranda, quibus Saracenica gens rerum potita eſt in Sicilia. Ea vero ſubinde per ipſum inlata ſunt in Bibliothecam Siculam, videlicet in Syllogen nobiliſſimam Siculorum Hiſtoricorum, cujus jam duo prodiere Tomi ex Typographia ipſius Panormitanae Urbis. Et laborem quidem iſtum Caruſii ſumma cum laude exceperunt univerſi bonarum Literarum, veteriſque Hiſtoriae amatores, ſed ego in primis, qui ad *Italicarum Rerum* penus acceſſionem non contemnendam inde fieri, & infauſtum olim Siciliae fatum inde illuſtrari poſſe, continuo intellexi. Nam circiter Annum Chriſtianae Aerae 827. quum ex inteſtinis turbis, & Michaëlis Balbi Auguſti perditis moribus, Graecorum Imperium mirum in modum langueret, Saraceni occaſione arrepta claſſem ex Africa & Syria moventes, Inſulam Siciliae praeſidiis deſtitutam invaſere, ac ſenſim Chriſtianis ereptam denique poſt multos annos integram in ſuam ditionem redegerunt. Neque finem habuit Siculae regionis infelicitas, niſi quum Normannorum Ducum, Roberti ſcilicet Guiſcardi & Rogerii ejus fratris virtute poſt Annum 1072. ea Provincia recuperata eſt. Quid ibi a tempore Saracenicae dominationis actum fuerit, ſi quis petat, pauca ex Graecis Scriptoribus hauriat, fere nihil ex Latinis. Hoc unum ſtudium poſtremis hiſce fuit referre, quas excurſiones fecerint, quas clades Calabriae, Apuliae, & Campaniae intulerint iidem Saraceni, in quibus etiam Provinciis pedem interdum fixerunt, quamdiu teterrima illa peſtis Siciliam preſſit, & Chriſtianorum Principum diſſidia in ſuam utilitatem convertit. Ex ipſis ergo Hiſtoricis Saracenis, quos *Agarenos* aeque ac *Arabes* appellare conſuevimus, notitia Sicularum rerum obſcuri illius aevi exſpectanda erat. Atque hinc eſt, quare Caruſius Chronica duo Arabica Saracenico-Sicula, unum hactenus luce carens, alterum antea evulgatum, ad ſuae Patriae eruditionem conjunxerit, atque ego illius diligentia uſus, omnia iterum in univerſae Literariae Reipublicae commodum Collectioni noſtrae adjungam.

Et plura utinam dare poſſemus. Mirum certe eſt, quei Georgius Elmacinus, ſolertiſſimus magnique faciendus Arabicus Scriptor in Hiſtoria Saracenica ab Herpenio Latine reddita, ac Anno 1625. Lugduni Batavorum edita, nihil de Siciliae rebus tradat, praeter Melitenſis Inſulae direptionem a Romanis, hoc eſt a Graecis, factam Anno 926. quum tamen Calipharum Vitam exacta oratione perſequatur. Sed quod ille praetermiſit, alii fortaſſis Arabici Hiſtorici literis conſignarunt, quos Latio donare, publicique juris facere, quantum in Eruditionis augmentum cederet, Eruditi norunt. Et multos profecto aut Arabica, aut Turcica Lingua conſcriptos Hiſtoriarum Libros, ac nobis ignotos, eoſque pariter vetuſtate commendabiles, Oriens habet, habent & praeſtantiores inter Europaeos Bibliothecae. Hi mihi olim in Ambroſiana Mediolanenſi occurrerunt; *Hiſtoria Regum* ..... *Auctore Muhammedo Gharabì* in Codice vetuſtiſſimo. *Chronologia Regum Alexandriae*, Opus vaſtum, cujus Auctorem ignoro. *Tarichel Culpha*, ſive *Chronicon Califarum* Auctore *Aſiuto*. Item *Phoruhat Sam*, *Hiſtoria de rebus Syriae*, *ſeu de geſtis a Turcis in Syria*, *ſive Damaſci Hiſtoria*: Opus vaſtum. Denique *Abdala Amir de Sulthani Regno*. Sed quid noſtra intereſt, aliquis inquiat, nefandae illius gentis facinora noſcere?

Digitized by Google

Quaſi Chriſtiano ac Literato homini inane ſtudium ſit noſſe, quibus gradibus ad tantam potentiam aſſurrexerit Moslemorum, hoc eſt Turcarum Imperium; & quaſi nulla fuerit antiquis Chriſtianis, nulla nobis ſit adhuc cum barbaris hiſce gentibus res atque contentio. Immo Eruditos non levi beneficio obſtringeret, qui Populi Saracenici Hiſtoriam ex ipſius Libris penitioribus hauſtam, & apud nos aut multis foedatam fabulis, aut prorſus ignoratam, in meliori lumine collocaret. Ad univerſalem Hiſtoriam diligentia hujuſmodi mirum in modum conferret, quam perſpectam habere, ac funditus noſcere, eſt hominis vere Eruditi. Sed haec ſatis ſuperque.

Praeter duo Chronica ſupra memorata Caruſius iterum vulgavit *Theodoſii Monachi Epiſtolam*, quae circiter Annum 880. conſcripta Siculorum calamitates nobis ediſſerit, una cum Animadverſionibus Octavii Cajetani e Soc. Jeſu. Item Acta Paſſionis *Sancti Procopii Epiſcopi Tauromenii*, *Johanne Diacono Neapolitano* circiter Annum 903. ſcripta, ac Notis ejuſdem Cajetani illuſtrata. Denique *Fratris Conradi Ord. Praedicatorum* Epiſtolam, ſive breve Chronicon ab Anno 1027. uſque ad Annum 1283. una cum Excerptis aliquot ex *Chronologia Arabica Hazì Aliphè Muſtafà*. Haec omnia & ego Collectioni meae addita volui. Nam quod eſt ad reliqua Excerpta, quae Caruſius adjecit ad Siculam eorum temporum Hiſtoriam ſpectantia, ſive a Pagii Critica Baroniana, ſive ex Theophane, Paulo Diacono, Anaſtaſio, Cedreno, Johanne Curopalata, Zonara, Leone Oſtienſe, & Erchemperto, ea heic repetere non juvat, tum quod ab Excerptis exterorum Hiſtoricorum abſtinere ſtatuerim, tum etiam quod nuper memoratae Hiſtoriae proſtent, earumque maxima pars in hoc eodem Opere legendam ſe praebeat.

Digitized by Google

JOHANNIS BAPTISTÆ CARUSII
IN
SARACENICO-SICULAM HISTORIAM
PROOEMIUM.

INstituentì mihi, Lectòr optìme, Saracenico-Siculæ Hiſtoriæ monumenta ìn unum colligere, etſi opus fuerit non ſinè maxìma mei, meorumque popularium moleſtia pernicioſorum temporum reminiſcì; cùm tamen inde non parum utilitatis ipſis, poſteriſque omnibus eventurum non dubitaverim; cunctorum oculis exhibenda ſum arbitratus Agarenorum crudelitatem, artes, ìnſidias, Trinacriæ urbes captas ferè omnes, non paucas ſolo æquatas, Religionem proſtratam, ingentìum, variarumque calamìtatum ſeriem; qualem tandem Majores noſtri retroactis ſeculis miſeram ſuſtinuerint fortunam: ut præteritæ ætatis viciſſitudines, atque adverſitates cum perenni noſtrorum temporum felicitate comparando, non ea modò jucundiùs perfruantur, ſed antiquorum habitis documentìs, cum Reipublicæ gerendæ, tum privatæ vitæ inſtituendæ rationibus præcipuè imbuantur. Jam verò nemini Hiſtoriæ Siculæ, quamvis leviter perito, latêre puto nulla ante Fazellum Saracenorum in Sicilia monumenta extitiſſe; ſive Scriptorum inopiâ, ſive incuriâ eorum, qui illius ævi ſervare commentaria debuiſſent: quapropter fabuloſis narrationibus contextum aſſerebatur quidquid de Saracenorum geſtis in hac noſtra Inſula diceretur. Fazelli proinde ſtudio, ac labori primùm debemus, quod lucis in iis elucubrandis protulerit ex inedito manuſcripto Codice in Bibliotheca Cœnobii Sancti Salvatoris Meſſanæ, Joanne Curopalate Auctore; quo pariter uſus doctiſſimus Maurolycus, eamdem obſcuram hiſtoriam, ut potuit, illuſtravit: hanc etiam, de rebus Siculis optimè meritus, Octavius Cajetanus in Vitis Sanctorum Siculorum ſeculi noni, decimi, atque undecimi, non parum locupletavit; præſertim Tauromenitanæ Civitatìs excidio ex Joanne Diacono Neapolitano in Vita Sancti Procopii ejuſdem Urbis Epiſcopi. Acceſſit ex pervetuſto Codice Arabicè MSS. Bibliothecæ S. Laurentii ad Excuriales Iſmaëlis Abulphedà, & Sciobabedini Chronica, à Marco Dobelio Citerone Latinitate donata, & ab Auguſtino Inveges ſecunda parte Annalium Panormitanorum poſtea ìnſerta; Theodoſii item Monachi Epiſtola de Syracuſarum ſubverſione à Joſaphat S. Baſilìi Monacho, Meſſanæ Græcarum literarum Profeſſore, Latinè reddita, & ab eruditiſſimo Pirro edita in tertio tomo Sicìliæ Sacræ: quorum omnium adminiculo, & præcipuè Cantabrigienſis Chronici Saracenico-Siculi (de quo fuſiùs in ſequenti præfatione) tamquam præclariſſima face præeunte, hanc tandiu tenebris involutam hiſtoriam, ut par eſt, conſcribere non diffidimus.

AD

Digitized by Google

AD CHRONICON CANTABRIGIENSE

PRÆFATIO

JOANNIS BAPTISTÆ CARUSII

Nil ultra ad complementum, & veluti coronidem historiæ Sarracenico-Siculæ eruditis Viris erat in votis, nisi Cantabrigiensis Chronici editio; quod omnium primus, linguarum Orientalium eruditissimus, Abbas D. Martinus la Farina, in Epistola ad Aloysium fratrem adnotavit; post ipsum Augustinus Inveges capite tertio sui Præliminaris Apparatus ad Annales Siculos; & novissimè Gulielmus Cave in sua Scriptorum Ecclesiasticorum literaria Historia. Memorati Chronici Bibliothecæ Cantabrigiensis auctorem supracitatus Abbas la Farina, & Cave crediderunt Eutichium Batricis filium, (Arabicè Said, Ibn Batrich) Patriarcham Alexandrinum; sed falsò, ut ex ipso, de quo loquimur, Chronico patet, incœptum ab anno Mundi 6335. idest ab anno Christi 827. & ad annum usque Mundi 6468. protractum, Christi videlicet 965. Quapropter ejus Auctor haud esse Eutichius potuit, qui fato cessit, anno Redemptoris nostri 950. ut ipsemet Cave refert. Præterea Auctor iste Anonymus historiæ Saracenico-Siculæ, quamvis origine Arabem, & Maumettanæ superstitionis sectatorem se ostendat; attamen in Insula nostra natum, & non in Ægypto, in qua Patriarcha Eutichius ortus est, clarè colligitur, nedum ex ipsa diligenti, & exacta temporum serie, sed & ex locorum, Pagorumque Siciliæ perfecta cognitione; maximèque ex ipsiusmet Chronici annorum supputatione, in qua Siculorum calculum adamussim sequitur: etenim anni initium petit à Kalendis Septemb. quod commune erat ferè omnibus Græcis, & annos Mundi 5508. Christi Salvatoris adventum præcedentes, non Alexandrinæ Ecclesiæ more 5491. aut 92. enumerat, sed Siculæ: Quod & comprobatur ex maxima non solùm hujus Chronici congruentia cum Monumentis Saracenico-Siculis à Pirro citatis, sed etiam ex anachronismis, & mira factorum Sicanicorum confusione, quæ necessariò contingeret, si Auctor Chronici Eutichius fuisset: qui, ut par erat, Alexandrinum calculum in sua historia sectari debuerat.

Ab Eutichio itaque Alexandrino Batrici filio, patria, & tempore etiam, quo floruit diversum, & Siculum sanè fuisse, Cantabrigiensis supralaudati Chronici scriptorem ex allatis argumentis clarè evincitur. Venia tamen danda est eruditissimo Cave, & aliis illum sequutis; nam cùm in calce Codicis originalis arabici Annalium ab Orbe condito ad annum usque Christi 949. ab Eutichio Patriarcha compositorum (qui in latinum conversi à doctissimo Pocockio typis mandati fuerunt Oxonii 1656. in quarto) adsutum reperiretur breve Chronicon, de quo tractamus adhuc ineditum, facilè falli potuit Cave citatus, inquiens: „ Præter hæc scripsit Eutichius librum de Rebus Siculis, *postquàm à Saracenis fuit subjugata, extat MS. in Bibliotheca publica Cantabrigiensi Annalium Codici (idest Eutichii) subjunctus.*

Chronici igitur, quod typis nunc mandamus, non Eutichius Auctor pro certo esse videtur: Et si Ascanicius ille fuit, qui à supradicto Sciabbedin memoratur, Annales Siculorum Arabicè composuisse, & ipsum, si non inanes conjecturæ me fallunt, Siculum etiam cognoscimus. Quisquis autem Anonymus noster fuerit, ejus brevem historiam 120. annorum, diu desideratam, & latinitate donatam beneficio eruditissimi viri Thomæ Hobart Angli, lætanter accepi. Ægregius quippe Vir, post Insulæ nostræ peregrinationem, dum Panormi moraretur, à me rogatus, ut Chronico jam dicto Siciliam ditaret, pro summa qua pollet humanitate, statim sodali suo in Britanniam commisit, ut Cantabrigiense Arabicum autographum, mihi transmittendum curaret. In manus autem serò meas pervenit, cùm jam liber decimus Memoriarum nostræ Historiæ Siculæ prælo datus fuerat; hinc mihi facultas ablata multa secundùm hoc Chronicon ibi contexere. Quod supplere curabo in sequenti Historiæ Saracenico-Siculæ Breviario.

Verùm ut aliquid magis peculiare, de huiusce modi Chronico dicamus, scias velim, subsequens Chronicon mutilum esse, & ut asserit Joseph Simonius Assemannus in Collegio Romano Arabicæ linguæ Professor, in sua ad Clarissimum Justum Fontaninum Epistola, mihi transmissa, exemplar Arabicum mendis scatet, alicubi enim non solùm puncta diacritica desiderantur, sed non rarò unum elementum pro altero subscribitur; Idem eruditissimus Assemannus instante prælaudato Fontanino, qui in hoc meis votis benignè complacuit, latinam versionem Anglici Scriptoris melioravit, breves lacunas implendo, quibus deformata erat.

Notat præterea in prædicta Epistola, quod ex diebus Hebdomadum, & Mensium, qui in Chronico prænotantur, tres tantùm Vulgari Epochæ adamussim respondent: nimirum ad annum Mundi 6386. & 6459. Nam anno Mundi 6386. cui respondet annus Christi 878. dies 21. Maii incidit in feriam quartam: Item anno Mundi 6459. cui respondet Christi annus 951. dies Julii 2. incidit in feriam quartam, & dies ejusdem Mensis 12. incidit in Sabbatum. Cæteri verò dies in eodem Chronico prænotati, uno die vulgarem Epocham antecedunt V. G. ad annum 6416. dies primus Augusti in Dominica incidisse dicitur, quæ tamen anno Christi 908. (cui respondere debet annus Mundi 6416.) non in Dominicam incidit, sed in feriam secundam, & sic de anno Mundi 6350. 6417. 6421. 6443. 6445. 6446. 6450. 6470. 6473.

Sed hæc parva dissonantia est; in principalioribus tamen Chronicon nostrum concordat, si non in totum, cum excerptis Historiæ Abulfedà, & Sciohabbedini, ab Invegio, ut diximus, in lucem editis, & cum aliis Historiæ Siculæ Scriptoribus, & Antiquis Monumentis; nam annus in quo Insulam Saraceni appulerunt confirmat probabiliorem hujus primæ invasionis opinionem. Saracenica expeditio contra Ennenses consonat cum eo, quod legitur in Vita S. Eliæ Junioris, apud Cajetanum in Vitis SS. Siculorum: Excidium Syracusarum cum Epistola

Theo-

Digitized by Google

Digitized by Google

Tom I. pars. II pag 243.

MONVMENTA DVO ARABICA

SEV

SARACENICO-SICVLA

EX DVABVS MARMOREIS TABVLIS ARCHETYPIS EXSCRIPTA CVM INTERPRETATIONE LATINA: QVÆ PANORMI SERVABANTVR IN COLLEGIO SOCIETATIS IESV.

1. بسم الله الرحمان الرحيم
2. في ملة الله وعلم الله محو
3. وعالى الله وسلم كان شيب
4. في العام المعدى اعالما وكور
5. حسب في حكما اقيم البنا من قور
6. خرج كنز البنا وداس حا الجيب
7. وهلك نادونا محمد لماى سلام
8. صاغ العز مع عبد اوبر عبر ا
9. والملك في علي الي حمو سن

1 Innomine Dei misericordis, miseratoris. 6 Exijt fortis et liberator uenit exercitus
2 In uerbo Dei et Veritate Dei terribilis 7 Hic Lauma cũ exercitu Regis Sallam
3 Et excelsi Dei perficientis omnem rem 8 Armatus fortiter cum defensore Perran
4 In scientia scrutatur occultas cogitaꝫ 9 Rex uictor M. contra Çamarras.
5 In sapientia occultæ * præstitit beneficium memorabile. * Justitię

1. هذا لوبن ومحمد الاصغر بعد ابن المعز
2. الذي من سلم سامر والعطه والا
3. السهم علي علده

1 Intelligite Characteres Maamedi Filij Maamadis
2 Qui est Sallem & mir firmans Consilia pacis
3 Inter Fideles post Victorias suas.

M. A. Pal. Ré. fece

Theodosii Monachi : Subversio Tauromenitana cum Historia Martyrii S. Procopii , & Sociorum à Joanne Diacono scripta : Navalis pugna in freto Sciulo cum Chronica Erckemperti . Ouvah (hoc est Oriæ) in Calabria à Saracenis Siculis acquisitio , & alia excursio in eamdem Provinciam anno 953. cum Lupi Protospatæ Chronico ; quamvis duobus annis ab hoc Auctore anticipato : Sicut & clades Januensis cum Testimonio Petri Bibliothecarii apud Papebrochium , in Conatu Chronico . Secunda Tauromenii expugnatio cum Chronica Arabica Sciohabbedini citati ; & denique Principatus Salem , seu Sallam , ejusque Victoriæ supra Agrigentinos , cum duobus Arabicè exaratis lapidibus , qui in Collegio Societatis Jesu Panormi à longo tempore delituerant , & à Prorege Annibale Maffeo Veronam transmissi fuerant consanguineo suo Scipioni Marchioni Maffejo , talium Monumentorum collectori celeberrimo . Eorum lapidum exemplaria , Arabicis caracteribus fideliter exarata , & latinè per versus exscripta , ante Saracenica Monumenta universorum curiositati hìc exponere curavimus .

Remanet ad hujus Præfationis complementum , ut nomina Arabica Locorum , Pagorumque in Chronica Cantabrigiensi notata explicemus , quæ corrupta , aut alterata crediderunt eruditissimi Interpetres Anglus , & Romanus , & quæ nonnisi à Siculo Indigena , vel ab Insulæ nostræ longo temporis spatio versato , interpetrari propriè , commodèque non possent : Talia sunt E. G. Kasaryanah , Ballut , sive Calatabellar , Tarient , & Tariantini , Abutur , sive Calatabuturum , & alia , quæ pro majori intelligentia , in margine cum explicatione notabimus ; & pro cæteris brèviter dicendum venit ; præpositiones Al , Bin , Ben , Ibn , Abn , Abul , nominibus Saracenorum , sæpè sæpiùs adsutas primò ; Nam Arabes Africani , Siculi , & Hyspani , Rerum , Personarumque nominibus , sæpè præponere Articulum Al , sicut antiqui Græci , Italique adhuc , consueverunt . Ita Maumetticæ legis Textum , quod Coran propriè dicitur , addita propositione Al , Alcoranus communiter vocatur ; Mansor , Saracenica etiam vox , quæ hominum Victorias significat , & cognomen fuit Principum aliquorum inter Mahomettanos Arabes victoriis illustres , qui Almansor à nostris magis vocantur . Kassar , quod Latinè Castrum significat , Alkassar sæpius pronunciatur , & scribitur : Kassaryennah itaque , sive Alkassaryennah Chronici Cantabrigiensis Castrum Ennæ significat , & Alkassaryannitæ habitatores ejusdem Urbis , in Sicilia nostra celeberrimæ , à qua non multùm distat antiquum Assari Oppidum , As erat in Chronico nominatum . Calata , locus est natura potiùs , quàm arte munitus , qui aliquo modo Arx potest dici ; hujus conditionis multa sunt Oppida in Sicilia adhuc habitata ; talia sunt Calatafimi , Calatanissetta , Calatajeronos , Calataxibetta , & inter alia Calatabuturum , & Calatabillotta , sive Calatabellut , quæ in Chronico citata reperiuntur . Calatabellut , milliaria 12. circiter à Termis Selinuntinis remota , & Calatabuturum 18. ab Himerensibus ; prope hunc in distantia trium circiter millia passuum Sclafanum Oppidulum situm est in cacumine Montis ab omni alio sejuncti , quod Sclafanah in Chronico appellatur . Tarient Agrigentum notissima Insulæ Civitas est ; & Tariantini ejus habitatores non multum à mari australi distantes . At in edito colle , adituque difficilissimo prope lictus orientale sita erat antiquissima Neeti Civitas , quæ Natis , vel Nates Saracenicè dicebatur ; & quæ nunc ab horribili Terræmotu solo prostrata , in planitie ab antiquo Neeto parum distante constructa fuit . Ourah , Reivah , Coluria , Lanchobarda , sive Al-lanchobarda , in Chronico Cantabrigiensi memorata , Oppida non sunt Siciliæ , sed Italiæ Civitates , & Provinciæ : nam Ourah , Oriah , est antiquitus Uria in Salentinis ; Reivah , Regium in freto Siculo ; Coluria , & Colurienses , Calabri ; & Langobarda , quæ cum præpositione Arabica Al supracitata Al-Langobarda , & Allonchobarda magis corruptè pronunciabatur , inferiorem Longobardiam significat , hoc est Campaniam , Ducatum Beneventanum , & finitimas Regiones , quæ ante Normannorum adventum in Italiam , Longobardis Principibus parebant ; & ut doctissimus Peregrinius asserit lib. secundo Historiæ Principum Longobardorum , non solùm Saraceni Siculi , sed Græci hoc nomine Apuliam designabant , & Regionem omnem , præter Brutium , ad mare superum sitam .

Denique Ben , Bin , Ibn apud Saracenos filium denotant , & Abu , vel Abul Patrem : quæ voces nominibus Saracenorum utplurimum præmittebantur , Patronymicis enim , more Græcorum , se ipsos distinguebant ; nec infrequenter (eliminato proprio , & appellationis nomine) non alio cognoscebantur , nisi hoc modo , E. G. Ismael Mohamedis , vel Hossein Ali , Hossein, & similia .

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON SICULUM

Ab anno Chriſti 827. ad annum 963.

EX CODICE ARABICO CANTABRIGIENSI.

IN NOMINE DEI MISERATORIS MISERICORDIS.

Liber Hiſtoriæ Inſulæ Siciliæ ex quo tempore eam ingreſſi ſunt Saraceni, cum narratione bellorum, quæ in ea acciderunt, & mutationis Amirum ſive Ducum.

827. INitium ab anno 6335 (1) à Mundo condito ſecundùm ſupputationem, qua utuntur Romæi (2) in libris ſuis.
Hoc anno venerunt Moslemii (3) in Siciliam medio menſis Julii.

831. Anno autem 6339. capta eſt Meſſana, & Theodotus Patricius occiſus eſt.

832. Anno 6340. capta eſt Panormus.

842. Anno autem 6350. hujus Epochæ locuſtæ Siciliam infeſtarunt.

845. Anno 6353. captæ ſunt arces Modekah (4).

846. Anno 6354. prælium commiſſum eſt inter Moslemios, & Alchaſarianitas (5), & occiderunt ex Romæis 9000.

847. Anno 6355. capta eſt Lentinah (6).

848. Anno 6356. capta eſt Raguſa prima vice: Fuit inſuper fames magna.

854. Anno 6362. capta eſt Bothirah (7).

858. Anno 6366. captæ ſunt naves Alì.

859. Anno 6367. capta eſt Kaſarjanah (8).

860. Anno 6308. deſcenderunt Fendanitæ (9).

864. Anno 6372. tradita eſt Natis (10).

865. Anno 6373. ceperunt Romæi quatuor Scelandias (11) in Syracuſis.

866. Anno 6374. tradita eſt Natis ſecundò.

867. Anno 6375. tradita eſt Raguſa ſecundò.

870. Anno 6378. capta eſt Maltah (12) die viceſimo menſis Auſah (13).

872. Anno 6380. periit exercitus Moslemiorum in Salernah (14).

878. Anno 6386. captæ ſunt Syracuſæ viceſimo primo menſis Maji feria quarta.

879. Anno 6387. occiſus eſt Chriſaph (15).

880. Anno 6388. ceperunt Romæi naves Moſlemiorum in loco, cui nomen Aledah (16).

A 881. Anno 6389. fugatus eſt Berſas (17) in Tabermin (18).

885. Anno 6393. vênit Albuliti (19) & captivos Syracuſanos ſoluto pretio redemit.

887. Anno 6395. commiſſum eſt primum prælium inter exercitum (20), & Barbaros (21).

889. Anno 6397. capta eſt Claſſis Romæorum in Milas (22), & occiſi ſunt eorum quinque mille, & fugerunt habitatores Rivah (23).

890. Anno 6398. irruerunt Siculi in Africanos, & occiderunt Altavali (24) menſe Martio.

B 896. Anno 6404. factæ ſunt induciæ inter Moslemios, & Romæos in diebus Abu Alì.

898. Anno 6406. impetum fecerunt Barbari in exercitum, & tradiderunt Abu Hoſein, & filios ejus Africanis.

899. Anno 6407. commiſſum eſt prælium in Franco-Forti.

900. Anno 6408 exercitum duxit Abul-Abbas ex Africa ad Mazar (25) viceſimo quarto menſis Julii.

901. Anno 6409. Abul-Abbas cepit Panormum, & cædes magna fuit die octavo menſis Septembris.
Sub finem hujus anni capta eſt Rivah die decimo menſis Junii.

C 908. Anno 6416. vênit Emir, ſive Dux magnus ex Africa menſe Majo, & exercitum conflavit ex Siculis & Africanis, & cepit Tabermin die primo menſis Auguſti, qui fuit dies Dominicus.

909. Anno 6417. Africa potitus eſt Amir-almumenin (26): & inſurgentes Siculi unà cum filio Abulphavareſi, repulerunt Ebn Ziyagi ad Africam die primo menſis Aprilis, feriâ primâ.

913. Anno 6421. occiſus eſt Panormi Amran dominus Alchams (27) die 27. menſis Januarii.
Hoc eodem anno die 18. menſis Maji feriâ

D

(1) Anno à Chriſto nato 827. ſecundùm computum Siculorum, qui Chriſtum natum credebant anno Mundi 5508.
(2) Græci, qui ex Roma nova Byzantio, Romæorum nomen uſurparunt.
(3) *Fideles*: ſic ſe ipſos nominabant Saraceni Mahometanæ ſuperſtitionis cultores.
(4) Motuca Civitas propè Pachynum.
(5) Ideſt, habitatores Caſtri Ennæ.
(6) Hoc eſt Leontinum.
(7) Buteria Caſtrum prope Leocatam.
(8) Caſtrum Ennæ.
(9) Vel Effenditæ.
(10) Hoc eſt Neetum.
(11) Genus eſt Navigiorum.
(12) Melita inſula.
(13) Auguſti.
(14) Salerno.
(15) Cryſaphius.
(16) Edda.
(17) Perſeus.
(18) Tauromenium.
(19) Nobilis Conſiliarius.
(20) Nempe Siculos.
(21) Africanos Barbariæ incolas.
(22) Milatium.
(23) Rhegii in Calabria.
(24) Vel Tavelum.
(25) Mazaria, nunc Civitas Epiſcopalis.
(26) Miramamolinus corruptè dicitur: hoc eſt, Imperator Fidelium, nempe Mahometanorum.
(27) Seu Pentapoleos.

Digitized by Google

feriâ ſecundâ factus eſt Korhab Amires, ſeu Dux.

914. Anno 6422. die nono menſis Julii, egreſſa eſt Claſſis Benkorhab: die autem 18. ejuſdem menſis incendio deleverunt Claſſem Africanam, & occiderunt filium Abichazir.

915. Anno 6423. primo die menſis Januarii egreſſa Claſſis Benkorhab adversùs Romæos in locum Halayanah dictum, periit in mari.

916. Anno 6424. die 14. menſis Julii feriâ primâ depoſuerunt Siculi Benkorhab, eumque in Africam relegarunt, ubi mortuus eſt ipſe & filius ejus.

Et die 15. menſis Auguſti hujus anni vênit Abuſaid Aldaiph in Siciliam cum magno exercitu.

917. Anno 6425. die 28. Septembris (28) copiæ Abuſaid, & Claſſis ejus à mari Panormum ingreſſæ ſunt.

Et die 17. Octobris feriâ quintâ fœdus percuſſerunt Siculi cum Ben-Ali Vava Aſſaario contra Abuſaid Aldaiph, & obſeſſa eſt Panormus ſex menſes, & defecit in ea ſal, ita ut ſalis uncia duobus tariis (29) vendi cœperit.

Die autem duodecimo menſis Martii dedit eis ſecuritatem, & aperuerunt civitatem.

918. Anno 6426. menſe Septembri claſſis & copiæ in Africam rediere.

Salemus autem ſuper Regionem (30) Amires conſtitutus eſt.

Sub finem verò anni venerunt ſcaphæ ab Africa, & Rivam (31) noctu ceperunt.

919. Anno 6427. Soltanus Africæ conſcripto milite tam campeſtri, quàm navali, Alexandriam petiit. Et ſub finem hujus anni factæ ſunt induciæ inter Salemum Siciliæ Amirem, & populum Tabermin, cum reliquis Caſtellis.

924. Anno 6432. vênit Saklabius (32) ex Africa, cui nomen Maſud, & cepit arcem Sanctæ Agathæ.

925. Anno 6433. vênit Hagebus Amir-Al-Mumenin ab Africa, & cepit Bariſanah.

926. Anno 6434. idem Hagebus vênit ad locum, cui nomen Urah, quem cepit, & cum Calavrienſibus (33) inducias fecit, acceptis ab eis obſidibus, Leone nempe Siciliæ Epiſcopo, & Calavriæ (34) Præfecto.

927. Anno 6435. venerunt duo Seniores (35) unà cum Ben Salem, nimirum Albolzamus, & Alcolſcianus, & multaverunt Siculos.

928. Anno 6436. vênit Saklabius alter ab Africa, cui nomen Sain, & cepit Zarninah (36) die 17. menſis Auguſti.

929. Anno 6437. idem Saklabius excurſionem fecit uſque ad Alancaberdam (37), & multos captivos cepit; nullam tamen civitatem expugnavit. Inducias tandem unius anni fecit cum Calavrienſibus.

930. Anno 6438. idem Saklabius excurſione in Calavriam facta, cepit arcem, cui nomen Termulah, & abduxit captivos duodecim mille.

932. Anno 6440. venerunt duo Seniores quoque unà cum Ben Salem; nimirum Ben Salmah, & Ebn Aldajah, & multa magna multaverunt Siculos.

Anno ſequenti abierunt in Africam, & iratus eſt eis Amir-Al-Mumenin (38).

934. Anno 6442. die tertio menſis Martii mortuus eſt Amir-Al-Mumenin in Africa: & pervênit fama in Siciliam die viceſimo quinto Auguſti. Hæredem autem Regni reliquit filium ſuum Abulcaſem, qui miſit copias ad Genuam, & cepit eam.

Et hoc anno occiſus eſt Rendash Præfectus Tabermin è regione palatii Salem die 10. menſis Martii.

935. Anno 6443. die 19. menſis Octobris feriâ primâ accidit gravis tempeſtas: deſcenderuntque è torrentibus aquæ circa civitatem, & homines ſubmerſerunt, & plurimas domos everterunt tam intra civitatem, quàm extra.

936. Anno 6444. die 11. Julii flabat Eurus vehemens, fervenſque, qui uvas & fructus aduſſit: neque fuit hoc anno vindemia.

937. Anno 5445. die 17. Aprilis inſiluerunt Gergentini (39) in Amirem Salem, & repulerunt filium Hamrani ex Kalat-al-Bellut (40), & ſpoliarunt Al-Brediaræos (41). At eduxit contra eos Dux Salem exercitum Cottamienſium (42) & Siculorum. Erat autem inter eos Maimon Ben Muſa: conſtituitque ſuper eos Ducem Abu Dekak Cottamienſem, & abierunt & fixerunt tentoria ſua in loco dicto Aſrah, (43) & cœpit arcta eum obſidione cingere; & pervênit rumor ad Gergentinos, qui eò accurrerunt, & congreſſi ſunt die 24 menſis Junii Sabato, & in fugam verſi ſunt Cottamii, & cæſi ſunt cum eorum Præfecto. Illi verò arreptis eorum armis Panormum uſque excurrerunt, expugnare eam tentantes.

Die autem ſecunda Junii, quæ erat Dominica, ad pugnam congreſſi in loco dicto Meſid Balis, profligati ſunt ab incolis civitatis, qui unà cum Maimone Ben Muſa, & Amire Salem perſecuti ſunt eos uſque ad piſtrinam Marnuæ.

938. Anno 6446. inſurrexerunt Siculi cum Ben Sabajah & Abu Tar Abu Tar adversùs Amirem Salem die 17. menſis Septembris feriâ primâ, & prælium com-

(28) Annus apud Siculos incipiebat menſe Septembri.
(29) Tarius, ſive tarenum, moneta argentea apud Siculos.
(30) Siciliam ſcilicet.
(31) Rhegium.
(32) Nomen dignitatis militaris apud Arabes Africanos.
(33) Hoc eſt Calabris.
(34) Calabriæ.
(35) Vel Senatores.
(36) Seu Zarninam.
(37) Langobardia inferioris Italiæ, ſive Ducatus Beneventanus & appendices.
(38) Imperator fidelium.
(39) Sive Al-Gergentini, hoc eſt Agrigentini.
(40) Ideſt Calatabellotta oppidum prope Saceam.
(41) Fortaſſe, præſidiarios milites.
(42) Una ex quatuor nationibus Maurorum non ſolùm bellicoſa, ſed illo tempore numeroſiſſima.
(43) Sive Oſiah.

Digitized by Google

commiſerunt, & occiderunt Abunattar Alaſuad (44).

Die verò 20. hujus menſis feriâ quartâ Amires Salem palo eos infixit in officina.

Septimo autem die Octobris, Sabato, moverunt ſe magni exercitus adversùs Salem: quibus ille occurrens occidit eos: & turpi fugæ ſe dederunt Siculi, & in arce antiqua obſeſſi ſunt.

Hujus menſis die 23. ingreſſus eſt Chalil Panormum cum magno exercitu, & incœpit diruere mœnia ejus, & amovit ejus portas: cujus rei notitia cùm ad Gergentinos perveniſſet, rebellaverunt. Itaque Chalil contra eos duxit Siculos & Africanos, & exivit contra eos cum validis copiis die 9. Martii feriâ ſextâ. Gergentini verò ad prælium ordinati occiderunt Ben Abi Harir, & generum Salemi Alì Ben Abi'l-Hoſein. Itaque Africani in fugam verſi ſunt. Salemus autem fruſtra eos octo menſium ſpatio obſedit.

939. Anno ſequenti die 22. Octobris Chalil Panormum regreſſus, Siculis multam impoſuit. Deinde in Africam tranſmittens, illinc eduxit copias unà cum Vaſama, & Ben-Modda, & in poteſtatem ſuam redegit tres arces, Abuthur nimirum, & Aſſirat, & Aſclaphinah (45), & poſtea Kalbarah. Cepit quoque Inſulam Fikhæ. Fikham verò ipſum cruciatibus affecit, donec mortuus eſt. Deinde progreſſus eſt exercitus ad Calatam-Bellot, ut eam expugnaret: quo in loco accidit gravis clades die 10. Julii: cæteris verò ſecuritatem dèdit.

940. Anno inſequenti ivit exercitus Africanorum ad Bellottam, & obſedit eam. Menſe autem Novembri noctu eos adorti Gergentini, illos à Calata-Bellotta repulerunt, & ceperunt eorum tentoria.

Eodem anno mortuus eſt Amires Salem in arce ſua. Accidit autem iis diebus fames magna in civitate & pagis, adeò ut parentes comederent liberos ſuos: & menſe Martio capta eſt Bellotta (46).

941. Anno inſequenti die 20. Novembris capta eſt Gergent (47), & crevit fames, & deſolatæ ſunt arces Siciliæ cum pagis ejus, & vacuatæ. Tum vero Chalil multos captivos in Africam tranſmiſit.

942. Anno 6450. die 10. Septembris feriâ ſextâ Chalil è Sicilia in Africam profectus eſt, Præfectis Panormo conſtitutis, Ben Alcuſo nimirum, & Ben-Attaph. Iis autem diebus furtum & injuſtitia adeò creverunt, ut potentior debiliorem devoraret.

948. Anno 6456. vênit ab Africa Amires, cui nomen Haſano Ben Ali Ben Abi Hoſein, qui occiſus fuerat Gergenti. Hic Siciliam in bonum ordinem redegit, eamque ſub jugum duxit, & rectè gubernavit.

949. Anno inſequente conjurationem adversùs eum iniverunt Siculi. Cùm autem adveniſſet dies præſtitutus conjurationis, qui in feriam ſecundam incidit, ille inſidiis uſus, principes factionis comprehendit, quos, amputatis priùs eorum manibus & pedibus, patibulo affixit. Inter hos erat Coraiſus cum ſociis ſuis. Hoc peracto res Siciliæ quieverunt.

951. Anno 6459. die 2. Julii feriâ quartâ vênit Panormum Saklabius ab Africa, cui nomen Pharagi Mohaddad: & cum illo cameli & exercitus magni tam campeſtres, quàm navales. Et Amires Haſan collegit Siculos & Africanos die 12. hujus menſis ſabbato ad Rivam, quem locum vacuum invenerunt, & reverſi ſunt ad Geragiam, & pugnarunt contra eam acriter, ſed fruſtra. Itaque ipſis pacem conceſſit, acceptis obſidibus. Tum ivit ad Caſſanah, & pugnavit contra eam, ſed fruſtra: itaque ipſis pacem quoque conceſſit, acceptis obſidibus, & reverſus eſt.

952. Anno inſequente Panormi hiemavit; & reliquit naves Meſſanæ.

953. Anno inſequente egreſſi ſunt exercitus in Calavriam, & obviam facti Melgiano, eum in fugam egerunt, & exercitum ejus fuderunt. Incolæ autem Ramazæ, & Petræ irruentes in eum, captivos plurimos abduxerunt, eoſque in Africam tranſmiſere. Thalaſſiarcham verò compedibus vinctum in Africam miſit, (cui nomen erat Abu Mohel) ubi & ſuſpenſus eſt.

954. Anno 6462 vênit Aſurbalus Monachus & inducias cum eis fecit, & reverſus eſt exercitus in Africam.

956. Anno 6464. die 9. Auguſti Ammar cum claſſe vênit, & Panormi hiemavit. Primo autem vere egreſſus eſt uſque ad Calavriam.

Hoc anno deſcendit Baſilius Alaprotocarebus (48), & Moſchetam (49) Rivah diruit, & cepit Thermah (50), & obviam factus Amiri Haſano in Mazar, complures è Moslemiis occidit.

958. Anno 6466. transfretavit Haſan, & obviam ivit fratri ſuo Ammar, & fugit coram eo Marianus Strategus, abducta tamen navi è navibus Moslemiorum.

959. Anno 6467. periit claſſis dum reverteretur, viceſimo quarto menſis Septembris. Eodem autem anno alteram claſſem Haſanus paravit

960. Anno 6468. captus eſt Afrinah. Romæi autem ceperunt Ben Basluz, eumque Conſtantinopolim tranſmiſere.

961. Anno 6499. vênit Socrates cum pretio redemptionis captivorum: & Romæi quidem Afrinah (51) ceperunt, qui à Moslemiis ſoluto pretio redemptus fuit: & reverſus eſt Haſan in Africam, & cepit optimates Siculorum, & inſtituit eos in Religione Amir-Al-Mumenin, hoc eſt Imperatoris Fidelium,

(44) Sive Maurum.
(45) Scilicet Butera, Aſſarum, & Sclafanum.
(46) Hoc eſt Calata Bellota.
(47) Hoc eſt Agrigentum.
(48) Ideſt Thalaſſiarcha.
(49) Ideſt Oratorium, ſeu Fanum Mahometanorum.
(50) Hoc eſt Thermas Himerenſes.
(51) Vel Aphriah.

Digitized by Google

lium, seu Mahometanorum, qui res eorum auxit, & benefecit eis. At illi Soltanum in Tabermin castra movere fecerunt.

962. Anno 6470. mense Majo Achmed filius Hasan collegit Siculos & Africanos, & obsedit Tabermin.

Et sub finem hujus anni (52) primo die mensis Augusti feriâ sextâ vênit Dux Ben Ammar cum copiis, & obviam ivit nepoti suo in Tabermin.

963. Anno 6471. mense Decembri feriâ quintâ capta est Tabermin.

Mense Augusto Achmed transfretavit in Africam; & Dux Ammar obsedit Ramazah anno sequenti.

Anno 6473. vênit Hasan cum copiis Ben Aber, & Panormi hiemavit: & mortuus est Hasan mense Novembri.

Eodem anno mense Octobri feriâ secundâ descendit Manuel cum ******

(52) Annus apud Siculos terminabatur mense Augusti.

* *Reliqua desunt in Codice Cantabrigiensi post Annales Eutychii Alexandrini.*

Digitized by Google

HISTORIA
SARACENORUM
IN SICILIA,
EXCERPTA

Ex Chronologia universali Ismaëlis Alemujadad, Abulphedà, Regis Amani ex Arabico Codice MS. Bibliothecæ Divi Laurentii Escurialis.

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ CARUSII

PRÆFATIO.

INter alia Monumenta, quæ, ut Siculam Historiam illustraret, edenda promiserat Antoninus de Amico Messanensis, & Canonicus Panormitanus in Dissertatione Historica, & Chronologica de Antiquo Urbis Syracusarum Archiepiscopatu, pag. 58 hanc, quam damus, Historiam Saracenorum recensuit. Excerptam ex Chronologia Universali Ismaëlis Almuyadad Abulphedà Regis Amani, in Codice MS. Bibliothecæ Sancti Laurentii Escurialis, latinitate donaverat Marcus Dobelius Citero, Arabicæ linguæ Professor, hortatu ejusdem Antonini de Amico, qui morte præventus in lucem emittere, & promissis se solvere haud potuit. Solummodo nudam seriem Amirarum, qui in Sicilia pro Africano Calipha imperium gesserunt, ab anno 842. ad 904. edidit, Panormi anno 1640. tametsi reperiantur in ea aliqua Amirarum nomina paulisper diversa ab iis, quæ in hac Historia exhibentur. Idemque de Amico continuationem ejusdem Historiæ ad annum 1040. extraxit ab Historia Alcadi-Sciohabadin, asservata in eadem Bibliotheca, quam latinè reddidit idem Dobelius. Utramque Augustinus Inveges Italico idiomate exhibuit, in Panormo Sacra pag. 634. Pluris-mùm faciendam hanc obscurissimi ævi Saracenici brevem Historiam nemo contendet; gesta etenim ab Amiris exhibet per annos prope 200. nempe ab anno 842. ad annum 1039. Ideoque denuo in Latinum conversam, secundo loco, hìc dare curavimus.

Digitized by Google

HISTORIA SARACENORUM IN SICILIA,

EXCERPTA

Ex Chronologia universali Ismaëlis Alemujadad, Abulphedà, Regis Amani (*) ex Arabico Codice MS. Bibliothecæ Divi Laurentii Escurialis.

ANno Egiræ 228. (Christi 842. & 43.) inchoato die 30. Octobris, Muslemii multa loca in Siciliæ Insula subjugarunt, & tum erat Amiras Insulæ Mahomettus filius Abdalla, Binilaglab, & suum domicilium erat Civitas Panormi, nec ab illa egrediebatur, sed solùm mittebat, & exercitus, & navales copias, & speculatores, & ita expugnavit, subegitque multa loca, magnâ divitiarum, & captivorum prædâ.

Anno Egiræ 237. (Chr. 851. & 52.) die 4. Julii, Mahomettus filius Abdallà, Amiras Siciliæ mortuus est, post annum sui Regni nonum, Mense Reginab, (*idest* Jan.) eique successit Alabba Benalabbet, Benalfalda, BenJacob, BenFazard, qui subjecit multa loca Siciliæ, obtinuitque insignem victoriam, itemque Civitatem Ennæ munitam vicit, quæ erat Sedes Præfecti Romanorum in Sicilia, qui primùm residebat Syracusis; sed postquam Muslemi majorem Insulæ partem occuparunt, transtulit Sedem in Ennam, ob suam fortitudinem; & ita prædictus Amiras hanc occupavit violenter, die Jovis decimaquinta Mensis Sciavual (*idest* Apr.) anni præsentis, in qua statim ædificavit Masgiad, idest Oratorium, ibique direxit Pergamum, & coram Populo orationem habuit, postea orationem fecit die Veneris insimul cum omnibus Civitatis.

Anno Egiræ 247. (Chr. 861. & 62.) inchoato die 17. Martii moritur Alabbas Amiras secundus Siciliæ, tum Populus elegit ejus filium nuncupatum Abdallà BenAbbas: post vênit ex Africa Ciafagias Bensafian, ut Siciliæ esset Amiras.

Anno Egiræ 255. (Chr. 868. & 69.) inchoato die 20. Decembris interiit Ciafagias Binsafian, qui cùm summæ bonitatis Amiras esset, per insidias est interfectus à quodam Milite, qui transfugit ad Christianos, Populusque constituit Mahomettum Benciafagiam (nimirum filium occisi Amiræ,) qui confirmatus fuit Amiras à Mahometto BenAmed Benilagleb, Rege Cairovani, & ita remansit Gubernator usque ad annum Egiræ 257. (*idest* Christi 870.)

Anno Egiræ 257. (Chr. 870. & 71.) inchoato die 29. Novembris Eunuchi famuli Mahometti Amiræ, eumdem interfecerunt, & post eorum fugam, capti à sua gente, interempti sunt. Tum dictus Rex Mahomettus filius Amed Benilagleb misit Amet BenJacob, propterea ut gubernaret Insulam.

Anno Egiræ 261. (Chr. 874. & 75.) inchoato die 26. Octobris mortuus est Mahomettus filius Amet Benilagelbi Regis Africæ, mense Giamadilaud (*idest* Novemb.) qui regnavit annos viginti, menses quinque, & dies quindecim, eique successit ejus frater Ibraimus Ben-Amed Mahomettus, qui Siciliam profectus, ibique multas obtinuit victorias, subjiciens multa loca. (1)

Anno Egiræ 266 (Chr. 879. & 80.) inchoato die 23. Augusti missus est Al-Assan filius Al-Abasi, ut Siciliam regeret, hicque exploratores misit exercitibus per totam Insulam.

Anno Egiræ 291. (Chr. 903. & 904.) inchoato die 21. Novemb. Ibraimus filius Amet filius Ibraim Benilagelbi Regis Africæ mortuus est dysenteriæ morbo die Veneris mensis dilchada, (*idest* Jan.) in Sicilia, & in Arca positus translatus in Africam, sepultusque Cairovani, regnavit annos vigintiquinque, & vir fuit magnæ perspicaciæ, & memoriæ, piissimus, & misericors erga pauperes, justus, & optimus Princeps.

Explicit Chronologia Ismaelis Regis Amani.

Continuatio Historiæ Saracenorum in Sicilia, excerpta ab Historia cui titulus Ajmodferi, composita in sex Volumina ab Alkadi Sciohabadin, filio Abiddami Amanensi: conservata in Bibliotheca Escurialensi, latinè reddita à Marco Dohelio, & relata in secundo Tomo Annalium Panormi ab Augustino Inveges.

Anno Egiræ 297. (Chr. 908. & 909.) inchoato die 19. Septemb. Rex Almoadius (2) vênit in Siciliam, fecitque comitia Præfectorum, sive Alkaidorum, quæ præparata erant ante ejus adventum, indeque consilio habito, jussit suis, ut quærerent Elisæum Regulum Segelmisensem, qui cùm captus esset, & ductus coram Rege, ejus jussu necatus est: inde transactis quadraginta tantùm diebus è Sicilia remigavit in Africam, perventusque ad Racad, mense Rabialchen, (*idest* Octobris) jussit Registrum, exegit Tributa, misit Duces, & Amiras per omnes Provincias Occidentales, & ut Siciliam gubernaret misit Alassan filium Amed Binabicha fanier.

Annus erat Egiræ 325. (Chr. 936. & 937.) inchoato die 19. Novembris, cùm Amiras Siciliæ,

(*) *Ama* Siriæ titulus est.

(1) Principalis Ibraimi expeditio fuit expugnatio Syracusorum, quam Auctor Chronicon Cantabrig. notat ad ann. Chr. 478.

(2) Almoadi Mahomedes Abdallà proprio nomine dictus fuit primus, qui ex Fatimidarum familia in Africa, & Sicilia regnare cœpit; ut scribit Elmac. lib. 2. cap. 19.

Digitized by Google

ciliæ, qui dicitur Salem, & quem deſtinaverat Alkalem Raſeid (3) Abdallami filius, Rex Africæ; multis moleſtiis, & injuriis vexavit Siculos, itaut Agrigentini coacti ſunt expellere milites Regis. Tum Rex Africæ miſit exercitum, circumſeditque Civitatem, Agrigentini verò ita obſeſſi petiere ſubſidium ab Imperatore Conſtantinopolis, qui ſtatim eis allegavit præſidium; perduravit adhuc obſidio uſque ad annum 329. Egiræ (Chriſti verò 940.)

Anno Egiræ 336. (Chr. 947. & 948.) inchoato die 23. Julii, Rex Almanſur (4) dedit Inſulam Siciliæ in feudum Alaſſano filio Alì, filio Abulaſſam Alchiebi, ut refert Aſcanagius in Annalibus Siciliæ; qui Aſcanagius compoſuit etiam Annales Cairovani. Dictus Aalaſſan magnum confecit bellum, & ferè univerſam Inſulam ſuo addidit dominio, uſque ad mortem Almanzurri, cui ſucceſſit Al-Muetius. (5)

Anno Egiræ 342. (Chr. 953. & 954.) inchoato die 28. Maji, Alaſſan dedit dominium Siciliæ filio ſuo nuncupato Abulaſſan Ammed Binilaſſan; & ſic Alaſſan moderatus Inſulam, per quinque annorum, & duorum menſium ſpatium, profectus eſt in Africam, & Ammed filius prædicti Alaſſan in Amiram Siciliæ electus, Inſulam obtinuit, ac rexit.

Anno Egiræ 347. (Chr. 998. & 999.) inchoato die 14. Martii Amed Abulaſſan Benlaſſan ſe contulit in Africam, ſociatus à triginta principalibus viris Inſulæ Siciliæ, qui ante Regis conſpectum poſiti dederunt fidelitatis juramentum; at Rex eis honorificas tribuit veſtes, juſſitque reverti ad eorum domus unà cum Amira Ammed: poſt verò Rex Almoezius Duci Ammed, habitanti in Sicilia, tabellarium allegavit; præcepitque illi inſcribi pueros totius Inſulæ Siciliæ: & eo die, quo ipſe præſcripſerat circumcidi ſuum filium, juſſit ut cuncti illi pueri circumciderentur, & ſic nomina quindecim millia infantium ſcripta ſunt. Siciliæ Ammiras Ammed coram omnibus, ſuum filium, & fratres ſuos imperavit circumcidi, & dedit illis indumenta, ſicut qualitas puerorum exigebat Nam Rex Almuezius tranſmiſit Prætori Siciliæ centum mille drachmas, & quinquaginta ſarcinas indumentorum, propterea ut inter circumciſos diſtribuerentur.

Anno Egiræ 353. (Chr. 960. & 961.) inchoato die 18. Januarii, Rex Africæ Al-Muezius magnam paravit Navalem Claſſem, illiuſque imperium Amiræ Alhaſano filio Alibe-Abiloſan, & Patri Ducis Ammed: qui cùm appuliſſet Inſulam Siciliæ, undique Romanæ (6) venere Claſſes propugnandi cauſa, & poſt exitioſum bellum vicere Muslemii, qui pluſquam viginti millia Romeorum necarunt, cunctaque arma, & illorum ſubſtantiam devaſtarunt, inter quæ invenerunt enſem caracteribus Arabicis ſcriptum: hic eſt Indianus gladius ponderis centumquinquaginta drachmarum; proh quanti vulnerati ſunt gladio illo ante Dei Legatum, Mahomettum! Tunc Amiras Claſſis prædictæ Alhaſſan filius Alì enſem illum unà cum multitudine captivorum, & armorum miſit Regi Almoezio. Prædictus Alhaſſan, hac accepta victoria, ſuo

A

B

C

D

E

ſe contulit Palatio in Siciliam; & in morbum incidens, obiit menſe Edilchadan, (*ideſt* Majo), anno Egiræ 453. agens annum vitæ ſuæ quinquageſimum tertium.

Anno Egiræ 356. inchoato die 17. Decembris, Rex Almoezius Duci Ammed præcepit ſe conferri in Africam. Unde obediens illi præcepto Regis unà cum filiis, uxore, & ſervis, & cunctis ſubſtantiis egreſſus ab Inſula, quam annos tredecim, & menſes undecim gubernarat, conſtituit Gubernatorem ob ſui abſentiam Jaxſcum mancipium à ſervitute liberatum à ſuo Patre.

Anno Egiræ 358. (Chr. 969. & 970.) inchoato die 25. Novembris Dux Ammed diſceſſus è Sicilia anno 357. cùm perveniſſet in Africam, Rex Almoezius, fratrem Ducis Ammed dictum Abilcaſem filium Alhaſſan, filium Alì, conſtituit Præfectum Siciliæ dumtaxat pro fratre, qui ad Siciliæ Inſulam perrexit dimidio menſis Sciahaban (*ideſt* Febr.) anni 358. Eodem anno 358. Rex Almoezius conſtituit Ducem Claſſis Ammed, eumque miſit in Ægyptum, & cùm attigiſſet Tripolim, prædictus Ammed, filius Alhaſſan, morbo correptus, illic obiit.

Anno Egiræ 359. (Chr. 970. & 71.) inchoato die 14. Novembris Rex Almoezius ſcripſit Epiſtolam conſolatoriam Abilcaſemo fratri mortui Ducis, ſuadens eum, ut dolorem virili ferret animo. & aſſerens eamdem Siciliam, illius meritis eſſe imparem, quam etiam eidemmet Abilcaſſemo ob mortem fratris Ammet conferebat gubernatu, tandem hortatur, ut curet addere ſuæ Juriſdictioni, & Imperio finitimas Provincias. Hoc anno (Egiræ ſcilicet) Rex Abdirramanus condidit magnam navim, cui altera ſimilis, haud unquam eſt viſa, eamque oneravit innumerabili mercatura, ut venderetur in Regionibus Orientis, & ab illis ferret alias, & dum iſta Navis iter ageret, invênit aliam, quæ portabat Siciliæ Legatum miſſum Almoezio Abdalavi, etenim Nuntius Epiſtolas habebat pro Rege. Tum Navis illa Hiſpana Siculam vicit, & devaſtavit. Sed poſtquam hoc facinus pervênit ad aurem Regis Almoezii, illico paravit Claſſem, quam contra Hiſpanos miſit, cujus imperium dedit Alhaſſano filio Aly, Siciliæ Amiræ, qui cùm perveniſſet Abdaram, cunctas Naves, quas in illo portu adinvênit, combuſſit, expugnavitque etiam Navem illam magnam redeuntem ab Alexandria. Erat certè Navis iſta onuſta pulcherrimis mancipiis, & mulieribus in muſica peritiſſimis, & adhuc aliis rebus, quas Rex Abdirramanus ambiebat apud ſe, ob ſui delicias. Poſt etiam Claſſis Regis Almoezii, partes depredavit maritimas Hiſpaniæ, ibique quod invênit deſtruxit, non ſinè magna Hiſpanorum nece. Tandem incolumis reverſa eſt Civitatem Almediam, ſive Afrodiſium, & cùm audiſſet res iſtas Abdirramanus, præparavit copias, miſitque adversùs Africanos, & contra Claſſem Regis Almoezii bellum geſſit, & denique poſt immane bellum Hiſpana Claſſis ſuæ rediit Regioni.

Erat annus Egiræ 364. (Chr. 974. & 975.) inchoato die 21. Septembris, & noviſſimis iſtius anni diebus, & initio ſequentis, Amiras Sici-

(3) KaKemus, ſive AlcaKemus filius Mahadi, regnare cœpit ann. Chr. 934. ex Elmac.

(4) Almanſor Billà, filius KaKemi, regnare cœpit ann. Chr. 945. ex Elmac.

(5) Al-Muezzus, ſive Almuazzus Lidinilla, qui regnare cœpit circa ann. Chr. 952. & mortuus eſt an. 975. ex Elmac.

(6) Hoc eſt Romano-Græcorum.

Digitized by Google

Siciliæ Abilcaſemus, filius Alhaſſani, filii Alì Binabulaſſan, paravit magnum exercitum, quo ſe contulit expugnaturum Civitatem Meſſanam, qua victa unà cum Catana, & Caſtrum Avilæ, & plura alia loca; miſit poſtea Piratas in Calabriam, qui poſt multa bella, & certamina maxima præda, magnoque captivorum numero onuſti, in Siciliam rediere.

Egiræ anno 365. (Chr. 975. & 976.) inchoato die 10. Septembris, Abilcaſemus Siciliæ Amiras intulit vaſtationem Calabriæ, & cùm attigiſſet locum dictum (Alabragia) videnſque ſuum exercitum venientem erga ipſum magnâ vaccarum, & ovium prædâ, nimium ei diſplicuit, dixitque tuliſtis nobis impedimenta, juſſitque occidi, quare locus ille dictus eſt macellum vaccarum, & poſtquam tulit devaſtationem plurimis Civitatibus, & Villis, victor, & dives rediit, ad Inſulam Siculam, & ita quolibet anno moleſtabat Chriſtianos, quorum Civitates, & Caſtella incendio, rapiniſque, ab ipſo moleſtia afficiebantur, & hoc ad annum uſque Egiræ 371. an. Chriſti 982.

Erat annus Egiræ 371. (Chr. 981. & 82.) inchoato die 6. Julii, in quo ipſe commiſit prælium cum Francorum exercitu, & occiſus eſt; quare Muſlemii Ducem Abilcaſſem, Martyrem appellavere, qui interfectus eſt menſe Almoharoan (*ideſt* Julio) prædicti anni, gubernavit Inſulam annos duodecim, menſeſque quinque & dies. Poſtquam prædictus Amiras occiſus eſt, Gaber filius Abilcaſſemi mortui Ducis, ſinè mandato, & præcepto Caliphæ Almoezii, dominium Inſulæ Siciliæ ſumpſit, quia peſſimus fuit Gubernator.

Anno Egiræ 372. (Chr. 983. & 984.) inchoato die 15. Junii, in Siciliam vênit Giafar, filius Mahometti, Ben-Alaſſani, Ben-Alì Binabilchaſſemi, miſſus ab Alaziz (7) Caliphа Ægypti, ut Inſulam Siciliæ gubernaret, ſed haud æquo tulit animo hanc infamiam Gaber; attamen quia Giafar erat cognatus Caliphæ, nimiumque ab ipſo diligebatur, obmutuit. Sed neceſſe videtur explicare, quare Caliphas dedit regimen Inſulæ Siciliæ Giafaro. Aſſerunt Calipham habuiſſe conſiliarium nuncupatum Bin-Ahem, qui nimia opprimebatur invidia contra Giafarum, ideoque ſuaſit Regi, audita morte Ducis Albicaſemi, ut ei tribueret Amiratum Siciliæ, Giafar invitus viam capit, & cùm perveniſſet ad Inſulam, ibi remanſit uſque ad mortem, quæ accidit anno Egiræ 373. Chriſti 984.

Anno Egiræ 374. (Chr. 984. & 85.) inchoato die 4 Junii, obiit Giafar Amiras Siciliæ, cui ſucceſſit ejus frater Abdallà, filius Mahometti Binabilhaſſan, qui adhuc Siciliam rexit uſque ad ſui mortem, quæ contigit anno Egiræ 378. Chr. 989.

Anno Egiræ 378. (Chr. 988. & 89.) inchoato die 21. Aprilis, mortuus eſt Abdallà Amiras Siciliæ, anno quarto ſui Regni, cui ſucceſſit Abul-Fotuth Juſuph Binabdallà, (8) qui optimus fuit Amiras. Interea deceſſit Alzaziz (9) Caliphas Ægypti; cui ſubrogatus eſt Al-Hachem: hic patruum prædicti Juſuph Haſſanum, filium Hamar, filium Binabiul Haſſan Amiræ Conſiliarium elegit. Ita duo inſimul Siciliam rexerunt, unus erat Haſan Conſiliarius, alter verò erat Juſuph Amiras Siciliæ.

Anno Egiræ 386. (Chr. 996. & 97.) inchoato die 24. Januarii, paralyſis ita affecit Amiram Juſuph Haſſan, ut pars ſiniſtra corporis ejus evaſerit inutilis, & eo vivente ſucceſſit ei Giafar ejus filius, cui Rex tranſmiſit Reſcriptum, illudque in Amiratu confirmavit, eidem tribuens titulum Jaid-Dauleti (hoc eſt ſupremi Caſtrorum Præfecti.)

Anno Egiræ 409. (Chr. 1018. & 19.) inchoato die 19. Maji, Giafar Amiras propter injurias, & gravamina concitavit furorem Populi, qui noluit ampliùs ei obedire, imò obſederunt in Palatio. Tum ejus Pater Juſuph Paralyticus coram Populo egreſſus in lectica, ſedavit furorem Populi, promittens illi, dare eis Ducem, fratrem dicti Giafarri, cui erat agnomen Jaid-dauleti (10) Hamed, filius Juſuph dictus, qui fratri ſucceſſit menſe Almoharra (*ideſt* Julio), & quia Pater Giafarri (ideſt Juſuph Paralyticus) erat optimus Gubernator, ideo Populus cùm vidiſſet eum in lectica compaſſus eſt, & Plebs gemuit, ac rogavit, ut pro Giafarro eligeret alium fratrem dictum Al-Achem, & Juſuph hoc faciens compreſſit iram Populi; poſt præcepit filio Giafarro ſe conferri in Ægyptum; idem quoque Juſuph tranſactis paucis diebus poſt filium iter fecit in Ægyptum, & ſecum tulit cunctas ſuas divitias, quæ inæſtimabiles erant: inter eas (11) quatuordecim millia equas, ultra mulas, & alia armenta; diſcedente igitur Juſupho, & filio Gaiafar, remanſit in Sicilia alius filius Juſuphi, Al-Achemus, qui optimè ſe gerebat, miſitque Piratas, & copias contra Chriſtianos: cunctæ Civitates, & Caſtella Siciliæ, quæ à Muslemiis poſſidebantur, imperio ſuo parebant. (12)

Anno Egiræ 426. (Chr. 1034 & 35.) inchoato die 16. Novemb oritur diſcordia inter novum Amiram (13) Jaid-dauletum Ammed Aalachem, & Siculos, qui ſubitò delegaverunt Nuncios in Africam Regi Almoezio Binbadis: (*) Rex cùm hanc accepiſſet relationem, exercitum miſit in auxilium Sicilienſium, quem ducebat filius Regis dictus Abdallà Binabadis, anno 423. & obſedit Amiram Alachal in loco nuncupato Alchalza (14), qui in obſidione interemptus eſt. Siculi poſtea noluerunt parêre filio Regis Africæ; & pugnare cœperunt adversùs Africanos, illoſque ſimul cum filio Regis fugarunt, cùm occidiſſent pluſquam 800. milites. Cæteri verò aſcenderunt in Naves, & ſinè gloria redierunt in Africam. Siculi poſt fratrem Amiræ interfectum,

(7) Azizas, ſive Al-Azizus, filius Al-Muazzi, regnare cœpit ann. Chr. 975. ex Elmac.
(8) Hoc eſt filius Abdallæ.
(9) Al-Azizus mortuus eſt ann. Chr. 996. ex Elmac.
(10) Al-Dauleti, ſive Dauleti titulo in Regno Tunetano, uſque hodie decorantur Regiæ Urbis Præfecti.
(11) Veriſimiliùs legerem mille quadringentas.
(12) KaKemus, ſive AlKaKemus Caliphа moritur ann. 1000. cui ſucceſſit Aly Abulaſſemi filius.
(13) Novus iſte Amira forſan Molazuta ille fuit, qui circa hoc tempus in Epiſt. Fr. Conradi Panormitan. legitur, conceſſiſſe Siculis Chriſtianis, ut palàm audirent Divina Officia.
(*) Al-Muazzus Binbadis, alius eſt ab Al-Muazzo Calipha Ægypti. Nam Almuazzus iſte ex Zeridum familia fuit, & ſucceſſor Juſephi Bolquini, qui ann. Chr. 971. Calipha Ægypti, Africæ minoris, & Cariovanni Princeps eſt renunciatus.
(14) Kalſa, ſive Al-Kalſa, Arx, Palatium, à quo via, quæ dividit Urbem Panor. vulgò Caſſaro, & alia Urbis regio: Kalſa.

Digitized by Google

fectum, dictum Aſſaſam filium Juſuph, conſtituerunt Ducem Siciliæ; poſtea propter diſcordias turbatus eſt Inſulæ Siciliæ ſtatus, & ob maximam infimæ conditionis hominum ambitionem, qui prævaluere, & expellerunt dictum Amiram.

Anno Egiræ 430. (Chr. 1038. & 39.) inchoato die 3. Octobris. Unuſquiſque ſeditiorum ſeipſum præfecit alicui Civitati, Portui, vel Caſtro; inter quos Dux Abdallà, filius Manueth, poſſidebat Trapanum, & alia vicina loca. Dux verò Aly Bincema cognominatus Binilhavuſſi, occupavit Caſtriennem, Agrigentum, & alia loca. Binitthamana ſibi vendicavit Catanam, & Syracuſas, & nonnulla alia loca.

Hìc explicit Chronica Sciohabbedin.

Digitized by Google

EPISTOLA
THEODOSII MONACHI
AD
LEONEM ARCHIDIACONUM,
DE SYRACUSANÆ URBIS EXPUGNATIONE,
CUM ANIMADVERSIONIBUS
P. OCTAVII CAJETANI
SOCIETATIS JESU:

Primùm impressa in Tom. II. Siciliæ Sacræ D. Rocchi Pirri.

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ CARUSII

BREVIS NOTITIA.

IRruentibus in Siciliam Saracenis, eaque magna ex parte occupata, anno 878. vel, ut aliis placet, anno 880. Barbari Syracusarum Urbem magna vi aggressi expugnarunt, edita ingenti Civium clade: Inter superstites Cives gladium effugit Theodosius Monachus, qui una cum Sophronio, Episcopo Syracusano catenis vinctus Panormum adductus, ubi Regiam Sedem Saraceni constituerant: Ibique in carcerem detrusus, ea, quæ in Urbis Syracusanæ direptione viderat, & cum Episcopo Sophronio passus ærumnas ob Catholicæ Fidei constantiam, distinctè scripsit in Epistola ad Leonem Archidiaconum Syracusanum. Græcè scripta servabatur in Codice MS. Monasterii Sancti Salvatoris Messanæ, eamque latinitate donavit Josaphat Ord. Sancti Basilii Monachus, olim in Messanensi Academia Græcæ Linguæ Professor, ut tradit Albertus Piccolus de Antiq. jure Eccles. Sic. *par. 2. cap. 20. pag. 145. & Jo. Franc. Abela in Melita Illustr. lib. 3. not. 1. pag. 307. qui Josaphat Azzalum Spartanum vocat: Hujusce Epistolæ fragmentum latinè edidit idem Piccolus, & Abela: integram in lucem emisit Rocchus Pirrus in Not. 2. Eccl. Syrac. à pag. 144. & Cajetanus tom. II. SS. Siculorum à pag 272. Ejus etiam Epistolæ partem Italicè protulit Inveges in Panorm. Sac. an. 878. pag. 654. Alia scripsit Græcè Theodosius numeris alligata: consule Bibliothecam Siculam Antonini Mongitore, tom. II. pag. 249. de ejus Sanctimonia vide Cajetanum in Idea SS. Siculorum, pag. 21. & in Animadv. ad hanc Epistolam, quas pro majori hujus Historiæ luce hìc addere curavimus.*

Digitized by Google

EPISTOLA (1) THEODOSII MONACHI AD LEONEM ARCHIDIACONUM,

DE SYRACUSANÆ URBIS EXPUGNATIONE:

Primùm impressa in Tom. II. Siciliæ Sacræ D. Rocchi Pirri.

EOrum (2) quæ nobis evenerunt, vir divinissime, singula persequi velle sanè diuturnius, opportuniusque temporis spatium postulare videtur, breviorque Epistola est, quàm ut totam rerum gestarum seriem complectatur. Contra verò penitùs hæc silere, communemque doloris sensum, quem ex his cepit totus fermè terrarum Orbis, (facilè enim mihi persuadeo condoluisse nobis eos, apud quos vel solum Syracusarum nomen devenerat) valde stupentis animi, morboque indolentiæ apprimè laborantis futurum fuisse existimavi. De qua re prophetarum quidam, tam-

(1) Quatuor illustranda. Primùm quis scriptor Epistolæ. Secundùm, ad quem scripta. III. quo scripta anno. IV. quis eo tempore Syracusarum Episcopus, eique quod nomen fuerit. Porrò scriptor Epistolæ Theodosius fuit, Monachus Syracusanus, vir æquè pius, ac doctus prosa, versuque, nam in libello quodam Græco inscripto *versus Jambici*, Theodosius Monachus *Grammaticus* appellatur; sed viri pietatem, & doctrinam satis ostendunt monumenta, quæ Urbis incendiis superfuere: sed enim præter hanc Epistolam ad Leonem Archidiaconum exstant penes me *Anacreontea de excidio Syracusarum ad S. Sophronium*, itemque alia hujusmodi poëmatia; ex hac autem Epistola satis constat Theodosium è Monasterio in Clerum Syracusanum fuisse adscriptum; cum Episcopo in offensionem incurrisse, sed rediisse in gratiam, quo tempore capta est Urbs à Sarracenis: ambos simul captivos Panormum abductos, & in tenebricosum carcerem fuisse conjectos; ubi multis penè confecti ærumnis, imminentem mortem pari constantia in diem opperiebantur. Epistola ad Leonem Archidiaconum ex ipso carcere conscripta est; sanè is Leo Archidiaconus Ecclesiæ Syracusanæ fuisse videtur, qui salvus, & incolumis è Syracusarum clade evasit; certè illum quidem nedum à servitute Sarracenica, sed ab obsidionis calamitatibus subductum Theodosius tum extrema Epistola, tum subjecto ad Epistolam epigrammate, planè docet.

At quo tempore scripta est Epistola? eodem quidem certè anno, quo Syracusis funditus excisis, Episcopus Syracusanus, unàque Theodosius Panormum abducti, in vinculis detinebantur; planissimum fit ex ipsa Epistola; idem igitur annus scriptæ Epistolæ, & Syracusarum excisarum fuit, proin is annus pervestigandus est: Jacobus Gordonus in doctissimo opere Chronologico, excidium Syracusarum rejicit in annum Christi 886. quo anno, ut idem ipse ait, Imper. Basilius Macedo Kalend. Martii diem clausit. Sed certè vir doctissimus labitur; nam Syracusæ, ut Theodosius in Epistola docet, captæ, eversæque à Sarracenis, mense Majo, & cùm viveret Imper. Basilius, (*Jo: Curopal. Nicephor.*) Joannes Curopalates, *captis*, ait, *Syracusis ab Africæ Sarracenis, quo tempore Basilius Macedo imperabat, etiam tota Insula occupata fuit*. Idem cæteri: quin post captas Syracusas, malè mulctatus ab Imp. Basilio Adrianus Dux, cujus ignavia, dum moras cum classe nectit, factum est, ut à Sarracenis Urbs caperetur; igitur si mense Majo Syracusæ captæ sunt, & vivente Basilio, nullo modo capi potuere, quo ille anno Kal. Martii demortuus est.

Baronius (*Annal. ad Ann.* 878.) eversionem Syracusarum collocat anno Imper. Basilii 12. Christi 878. quo anno Photius in locum demortui Ignatii P. C. ab Imp. Basilio in eam sedem restitutus est. Photius verò Gregorium Syracusanum (turbarum in Oriente originem, malorumque omnium, & pluries à Romanis Pontificibus, atque VIII. Synodo Occumenica damnatum) tum Niceam transtulit; ubi statim periit, ut Nicetas (*in vita S. Ign. P. C.*) cognomento David, affirmat: sed hominem pessimis artibus imbutum hoc anno Baronius ait, justo Dei judicio punitum, ut qua sede à Romanis Pontificibus dejectus fuerat, quamquam favore Principum diutiùs retenta, illa tandem à Sarracenis, vitaque à Deo exueretur; sed vir clarissimus, dum pietati indulget suæ, & Gregorii scelera, Deique ultionem per antitheta disertè componit, ab historiæ lineâ aberrat; neque enim verum est, Gregorium Episcopum Syracusanam Ecclesiam ad excisas usque Syracusas favore Principum retinuisse; etenim multo ante, quàm Syracusæ à Sarracenis excinderentur Gregorius à Syracusana Ecclesia exciderat, quippe anno 865. Theodorus Archiepiscopus Syracusarum, in locum Gregorii loco pulsi, ordinatus, inter legatos S. Ignatii P. C. à Nicolao Papa Romam venire jussus est, (*Nicol. PP. Epist. ad Imper. Mich.*) quod ex Epistola ejusdem Nicolai Pontificis ad Imper. Michaëlem satis constat; post Theodorum etiam Syracusanæ Ecclesiæ præsedit Episcopus, cui Sophronii nomen, ut mox dicemus, quo Episcopo, ut certum est ex Theodosii Monachi Epistola, Syracusæ à Sarracenis vastatæ sunt; igitur 15. ante Urbis excidium annos, Syracusana Ecclesia, amoto Gregorio Episcopo Schismatico, à Catholico Antistite regebatur: sed redeo ad id, quod caput erat institutæ disputationis.

Assero igitur, annum, quo Syracusæ à Sarracenis subversæ, Christi 880. fuisse, non me laret Joannem Curopalatem Syracusarum excidium commemorare ante obitum Constantini Imper. Basilii filii; nec me movet; nam Nicetas, cognomento David, Joanne Curopalate antiquior, quique Syracusarum non adhuc

tamquam ex ore Dei, sic est locutus, malè illos accepi flagris, nec tamen doluerunt. At si quocumque modo narrationem harum rerum instituam, bene utrisque consultum erit, mihi quoque aliquam afferet consolationem oratio, qua mœroribus illis relevatum iri confido, quibus (3) nunc malè discrucior; quippe sic natura comparatum est, ut ea, quæ nobis molestiæ sunt, si sermone vulgaveris, animi levent ægritudinem; tibi verò merces minimè fluxa hinc accedet, si compatiendo lachrymis narrationem prosequeris.

In hostium (4) tandem potestatem devenimus, capti demum fuimus ò vir divinis honoribus perfuncte, nec (5) sanè priora sunt Hierosolymæ expertæ cùm caperentur, nec Samaria prior Hierosolymis expugnata: talem passi sumus direptionem, quam non (6) Insulæ Chetim unquam agnovere, non regiones barbaricæ, non Urbes, quæcumque in me-

adhuc eversarum ævo vixit, & iis excisis superstes fuit; Syracusas, post obitum Constantini, solo æquatas tradit, nam ait, *posteaquam demortuo Ignatio P. C. Imperator Basilius Photium in sedem restituit, hominem toties damnatum, improbumque, statim in facinoris sui ultionem à Deo punitum fuisse; ac primùm illi mortuus est Constantinus filius optimus, ac natu maximus, dein Syracusæ à Sarracenis deletæ, Siciliaque ab imperio, ut inquit Nicetas, avulsa.* Mors igitur tum Ignatii Patriarchæ, tum Constantini, character est excidii Syracusani, quod ab illorum excussu consecutum, sanè D. Ignatius P. ad Christum migravit die 23. Octobris, ex Niceta, Martyrologio Romano, & Menologio Græcorum anno Domini 878. quo Baronius collocat, probatque; sed Theodosius Monachus mense Majo, Syracusas captas tradit; igitur si captæ Syracusæ mense Majo, & post S. Ignatii mortem, quæ accidit Octobri mense, anno 878. captas affirmare non possumus.

Ceterùm Constantinus Imper. Basilii filius, anno consequente 879. vita excessit, extrema æstate, aut ineunte autumno, certum ex Epistola Joan. Papæ VIII. quæ hoc eodem anno ad Imp. Basilium, filiosque Constantinum, & Alexandrum scripta est, Augusti die 16. Ind. XII. Lecta est ea Epistola, quamquam adulterata à Photio P. C. in Synodo, Actione II. die 16. Novemb. Ind. XIII. eodem anno 879. lecta autem est, deleto Constantini nomine, quia ille proximis mensibus obierat; habes utramque Epistolam apud Baronium. Jam verò rem urgeo meam, eodem anni argumento. Syracusæ mense Majo captæ, post obitum Constantini qui certò post mensem Majum obtigit, anni 879. saltem igitur captæ Majo insequentis anni, qui fuit à Christi exortu 880.

Quamquam, ut verum ingenuè fatear, haud omnino animus in hoc anno quiescat; turbat enim me Theodosius Monachus, eorum temporum fidus Scriptor, is in Anacreonteis suis scribit, Sarracenicam classem per annum maria circumnavigasse, inopinatò dein Syracusas aggressam, obsedisse. Urbs verò cùm X. menses obsidionem sustinuisset, neque ei ab Imperatore auxilia mitterentur, fame, præliisque, & machinis demum à Sarraceno vallatam, & protritam fuisse. Theodosii versus ii sunt.

Genus Ismael ascendit
Syracusiorum in Urbem.
Ambitu ambiens hanc
Aggressus devicit.
Dolosè supervenit extemplo:
Per annum enim navigavit;
Post decem autem menses excidit
Obsidio Urbem.

Duos hos annos, alterum navigationis Sarracenicæ classis, alterum obsidionis Syracusarum, numeraverim ne ab excessu Ignatii P. an à Constantini? quid divinem? illud certum, ut Syracusarum excidium mense Majo, anni 880. figamus, obsessas opportuit à Sarracenis mense Julio, anni superioris 879. itaque obsideri capta, dum viveret Constantinus; capta verò anno, qui ejus mortem consecutus est. Sarracenica verò classis per maria circumcursando delata, æstate appetente anni 878. neque ab his discrepat Joannes (*in Macedone Basilico.*) Curopalates, qui ita scribit: *Chartaginenses propter superiores clades veriti, ne in suam regionem Romana classis mitteretur, naves idoneas* (quas per annum, ut Theodosius ait, Romana littora infestasse crediderim) *ædificarunt, sed cùm jam ver appetiisset, & nullum missum ab Imperatore cognovissent exercitum, in Siciliam classem appellunt, & Syracusas Urbem invadentes, obsidere, agrosque regionis incendere, ac prædari, &c.* Statuamus igitur Syracusas ante annum 880. neutiquam excisas.

Postremo loco dicendum de Episcopo, qui captis everisque Syracusis fuit, quod ei nomen? Sophronius videtur; eruo ex titulo Anacreonteorum Theodosii qui is est, Anacreontea de excidio Syracusarum ad Sanctum Sophronium, nam corrigo librarii errorem, ac pro *per* repono *ad.* non enim Anacreontea per Sophronium composita, sed à Theodosio ad Sophronium scripta, ut docet Epigramma ad Anacreontea subjectum.

EPIGRAMMA.

Theodosius suavibus carminibus ista cecinit
Ad eum, qui hæc scribi jussit.
Accipe Pater, hæc, atque decanta
Indelebilem memoriam eorum, quos exantlasti labores.

Cùm igitur Theodosius persequatur carmine ærumnas, quas Sophronius pertulisset, isque ex titulo carminis Episcopus fuisse convincatur, dum Sanctus dicitur, satis vero proximum est Syracusarum Episcopum tunc fuisse Sophronium, qui eximia etiam sanctitate præstitit, quam ob causam à Theodosio in Epistola dicitur, celeberrimus ille Sicilienfis Episcopus, non modò ex prærogativa Syracusanæ sedis, Ecclesiæque cum antiquitate, tum dignitate, sed ex viri fama, & sanctitate; cui Theodosius in Epistola testimonium dicit, nam de Episcopo à Sarracenis ad Altare comprehenso, hæc scribit: *consueverat ad hanc aram Beatissimus Pater Deum iratum conciliare, opemque ipsius pro suis filiis implorare, ac voti compos fieri: qua in re illum experientia mirificum sæpissimè comprobavit, quamquam id temporis arcano divinorum judiciorum consilio, preces ejus rejectæ fuerant, &c.* eadem præclarissimi Episcopi sanctitas comprobatur tum ex magna constantia, qua coram Amira Sarraceno Jesum Christum confessus est, Mahometem verò detestatus; tum ex patientia in ærumnis, vinculisque, & animi fortitudine, qua imminentem mortem pro Christo opperiebatur.

(2) MS. Codicis Græci, ex quo Epistolam hanc descripsimus, copiam mihi fecit Silvester Maurolycus, Abbas Roccæ S. Amatoris prope Messanam, & Franciscì clarissimi Mathematici nepos ex fratre, porrò Codex Membranaceus apprimè antiquus erat, ambustusque, ut ex aliquo incendio ereptus esse videretur.

(3) Sedenim è vinculis, horridoque carcere Theodosius Epistolam scribebat.

(4) Hostis is, Sarracenus, Carthagine ex Africa ad Syracusarum excidium, magna classe transgressus, adi Joannem (*in Basilico Macedone.*) Curopolatem, qui clademhanc describit, captamque Urbem ait culpa Adriani Ducis, qui ab Imper. Basilio ad auxilium cum classe missus, moras in Peloponneso ex ignavia trahebat.

(5) Hierosolymorum, & Samariæ calamitates, clademque sub Imper. Vespasiano, Josephus (*de bello Judaico.*) fusè persequitur.

(6) Ad illum scripturæ locum alludit: (*Jerem. cap. 2.*) *transite ad Insulas Chetim & videte, & in Cedar mittite, & considerate vehementer, & videte si factum est hujusmodi.*

Digitized by Google

medium afferri poſſent: Ejuſmodi fuit hoc excidium, ut eodem die, quibus antea propugnatum erat, arcus, & pharetras contriverit, arma, gladium, & bellum dejecerit, ſtrenuos quoſque debilitaverit; propugnatoreſque gigantes (ſic enim (7) magnanimos illos appellaverim, qui egregiè operam ſuam præſtiterunt, qui & famem antea tolerare, & labores quoſcumque ſubire, & vulneribus confici prope infinitis pro Chriſti amore non dubitarunt, & poſt captam Urbem gladiis contrucidati ſunt,) hoſtium violentiæ cedere coëgerit. Tandem in hoſtium manus incidimus, cùm antea diu, ac ſæpiùs fuiſſet ad muros propugnatum, cùm etiam navali prælio (horrendum ſanè ſpectaculum, ipſiſque intuentium oculis conſternationem ingenerans: conſternatur enim aſpectus rerum atrocitate, quæ ſæpe illi objiciantur) fuerit multoties decertatum. Victi fuimus poſt multas nocturno tempore factas obſidiones, & hoſtiles inſidias, poſt admotas (8) muris machinas, quibus totum ferè diem tundebantur, poſt gravem illam in noſtra propugnacula lapidum conjectorum procellam, poſt illas Urbium vaſtatrices teſtudines, mureſque ſubterraneos, quos vocant, nihil enim eorum, quæ ad Urbis expugnationem cenſebantur idonea, intentatum reliquerunt ii, quibus obſidendæ Urbis cura incumbebat, quorum jam pridem Urbis potiundæ cupiditas animos inflammaverat, ſumma animorum contentione decertabant, quo quiſque pacto ceteris præſtaret, novas in dies ſingulos machinas excogitando, quibus Urbs capi, diripique faciliùs poſſet. Quamquam ab hiſce Deus altiſſima conſilii ratione admirabili nos quodammodo protexit. Quid verò neceſſe eſt more tragico ejulantem latiùs perſequi, quantam, & qualem in nos malorum congeriem invehere ſummo ſtudio conati ſunt hoſtes? quid inditum infectumque reliquerunt, quod ad timorem incutiendum iis, qui detinebantur obſeſſi, animoſq; conſternendos facere viſum eſſet?

Tempus admonet, ut ad ea, quæ intus gerebantur orationem convertamus, deque iis

A excurſim aliqua dicamus foris: vaſtabat gladius, & intus pavor, ut pervetuſto illo oraculo Moiſen res noſtras vaticinatum eſſe planè aſſeverarim. Cùm enim æquè, ac populo Iſraëlis in Deum ante à nobis peccatum eſſet, eumdem, quem olim ille Divinæ iracundiæ calicem potavimus, capti ſumus: poſteaquam ægrè diuturnam famem herbarum victu toleravimus, poſteaquam ſordida quæque rerum egeſtate compulſi in os congeſſimus, quin & ad liberorum etiam comeſtiones (rem neſariam, & ſilentio prætereundam) proceſſimus, cùm antea nec ab humanæ carnis eſu (heù quam horrendum ſpectaculum) abhorruimus; ſed quis hæc pro dignitate tragicè deploraverit? non à coriis, bubuliſque pellibus abſtinuimus, non ab aliis quibuſcumque rebus, quæ fame enectus quidquam ſolatii afferre poſſe crederentur, nec oſſibus quidem aridis parcentes, injucundam nobis cœnam apparabamus; novum profectò, & ab omni mortalium uſu abhorrens alimenti genus. Etenim Syracuſanorum complures (quid homines non cogit fames importuna?) quatrupedum oſſa molere primùm, tum aquæ perpauxillo conſpergere, quamvis abundè nobis aquas ad hos uſus (9) Arethuſæ fons ſuppeditaret, atque hoc invento famem ſedare miſerrimi homines cogebantur. Jam enim tritici modius centum & quinquaginta nummis aureis venalis erat, C piſtores verò pluris vendebant, quippe ducentis aureis, unde fiebat, ut duarum unciarum panis (rem miram) nummo aureo venderetur. Adde quod trecentis aureis eo ampliùs jumentum, quomodocumque edule venumibat, & quinque ſupra decem, quandoque etiam viginti conſtabat equinum caput: Aſininæ carnes etiam in deliciis habitæ. Jam verò domeſticarum avium defecerat genus, oleum autem, & ſalſamentorum cujuſque generis obſonia, vel ea, quæ, ut ait Gregorius Theologus, pauperum eſſe cibus ſolent, jam erant abſumpta. Caſei, leguminum, & piſcium eſus omnino nullus, jam enim unius, (10) atque alterius portus, quibus interjacent

(7) Intelligit Patritium, Joannem Patrianum, Nicetam Tarſenſem, ſtrenuos, & præſtanti virtute Duces, quos inferiùs commemorat.

(8) Arietes accipio, quibus muri quatiebantur. Vide hoc loco, Sarracenos jam tum bellandi peritos, in oppugnandis Urbibus, militaribus machinis uſos, arietibus, catapultis, teſtudinibus, muſculis, ſeu muribus, quibus tormentis, machiniſque Urbium muros ſuffoderent, ac diruerent, de his militaribus machinis præclarè Juſtus Lipſius vir doctiſſimus, libris Poliorceticon.

(9) Nihil eo fonte in tota Sicilia nobilius, nihil Poëtarum carmine celebratum magìs. (*Seneca de conſolatione ad Marciam.*): *videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam nitidiſſimi, & perlucidi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem: ſive illas ibi primùm naſcentes invenit, ſive immerſum terris flumen* (Alphæum) *integrum ſubter tot maria, & à confuſione pejoris undæ ſervatum, reddidit.* M. Cicero (*in Verrem 4.*) *in hac Inſula extrema, eſt fons aquæ dulcis, cui nomen Arethuſa eſt, incredibili magnitudine, pleniſſimus piſcium, qui fluctu totus operiretur niſi munitione, ac mole lapidum à mari disjunctus eſſet.* Diodoro (*lib. 5.*) etiam Arethuſa *maximus fons dictus*, verè maximus, nam fluvium in mare emittit, ut rectè memorat (*l. 6.*) Strabo.

(10) Cicero: *Urbem*, ait, *Syracuſas maximam eſſe Græcarum Urbium, pulcherrimamque omnium, ſæpe audiſtis; eſt Judices ita, ut dicitur; nam & ſitu eſt cum munito, tum ex omni edita, vel terra, vel mari, præclaro ad aſpectum: & portus habet prope in ædificatione, adſpectuque Urbis incluſos; qui cùm diverſos inter ſe aditus habeant, in exitu conjunguntur, & confluunt; eorum conjunctione pars opidi, quæ appellatur Inſula, mari disjuncta anguſto, ponte rurſum adjungitur, & continetur, ea tanta eſt Urbs, ut ex quatuor Urbibus maximis conſtare dicatur: quarum una eſt ea, quam dixi, Inſula, quæ duobus portubus cincta, in utriſque portus boſtium, adituſque projecta eſt.* Duplex igitur Syracuſis portus: alterum Thucydides, Diodorus Siculus, Strabo, Plutarchus, & infra noſter Theodoſius, & Livius appellant *magnum Portum*, deſcribit Cicero, addito elogio: *nihil eſſe pulchrius, quàm Syracuſarum mœnia, & portus*, laudat etiam Seneca: *videbis portum quietiſſimum omnium, quos aut natura poſuit in tutelam claſſium, aut adjuvit manus: ſic tutum, ut ne maximarum quidem tempeſtatum furori locus ſit; videbis ubi Athenarum potentia fracta*: ſcribit Strabo, magnum Syracuſarum portum XXC. ſtadia amplum eſſe; ſed crediderim corruptum eſſe numerum apud Strabonem; nam portus magni ambitus V. paſſum millia, ideſt ſtadia XL. numerus duplo minor, quàm à Strabone traditur; oſtium portus 8. fermè ſtadia Thucydidi; ſed ferm è duplo major, quàm ſit, à Thucydide dicitur. Alter portus nominabatur *parvus*. Diodorus arcem à Dionyſio extructam ſcribit, cujus muro navalia quoque complexus vicina *parvo* (perperam interpres vertit magno) *portui*, cui Laccio nomen eſt: Solinus (*pol. cap. 11.*) *marmoreum* appellat.

Digitized by Google

cent Syracusæ per vim hostes potiti fuerant; cùm (11) antea arces, quæ (12) brachiolia dicebantur, & ab ingressu portuum hostes arcebant, solo funditùs adæquassent. Illud verò longè molestissimum accidit; nam sævissima pestis, proh dolor! famem subsecuta est: morbus etiam tetanus, à nervorum contractione sic dictus, quosdam divexabat; quibusdam autem apoplexia dimidiam partem corporis arefaciebat; alios repentinò mori cogebat, nec defuere, qui eodem morbi genere correpti, aut corporis dimidium movere tantùm poterant, aut omnino omni movendi corporis facultate destituebantur. Alii instar utrium inflato corpore, horrendum sui spectaculum intuentium oculis exhibebant, quousque mors illis superimminens (nam hæc quoque Divino imperio parebat, atque ex hujus præscripto non nihil retardabatur) ægrè tandem miseros gravissimis doloribus liberabat. Enimvero iis, quæ jam à nobis memorata sunt, permulta alia adjungi possent, quæ longiore indigerent oratione, quàm ea, quæ ab homine in custodiam dato proficisci potest; quid enim aliud potero, quàm res tam grandes paucis perstringere, ac tenuare, qui carcere inclusus ne horam quidem habeo pacati otii? densissima carceris caligo, quæ ob oculos versatur, aspectum hebetat, atque obtundit, tumultus eorum, qui simul in eadem asservantur custodia, mentem agitant, atque perturbant?

Turris quæ ad majorem portum in dextro Urbis angulo erat extructa, catapultarum vi, quibus hostes saxa prægrandia jaculabantur, concussa primùm, mox ex parte cecidit: ab hujus Turris excidio quinque post diebus murus propugnaculi, qui fuerat antea Turri conjunctus eodem catapultarum impetu diruptus est; quo facto magnus timor in obsessorum animos injectus est, hostium tamen oppressionem sustinebant egregii illi viri, valdeque strenui, sub auspiciis Beatissimi (13) Ducis Patritii, summæque hujus contentioni obsecundare conabantur supraquam oratione explicari possit, dies viginti, totidemque noctes, ubi murus corruerat contra eos, qui aditum ex illa parte tentabant egregiè, strenuèque depugnabant, animi ingenitam nobilitatem præ se declarabant, insignem quoque laudem esse ducebant, pro tuenda Urbe vulnera toto corpore excipere. Jam verò si quis ad illud Urbis propugnaculum se contulisset, quod *Adversum*, vulgi sermone dici consueverat, permultos ibi viros poterat intueri, miris, diversisque modis mutilatos: erant qui effossos oculos haberent, his quidem nares truncæ, his verò aures cernebantur amputatæ, aliis palpebræ, aliis maxillæ ex telorum, & sagittarum ictibus sanguine rubescebant, quibusdam frons, & cor etiam ipsum modis variis vulnerabantur: venter aliis, aliis pectus acceptis vulneribus patebat; atque ut compendio dicam, non aliqua tantùm, sed omni ex parte laborabant; hostes enim totis copiis Urbem obsidebant, erantque numero superiores adeò, ut centum ex illis (quod vix assequitur fidem) cum uno è nostris manus consererent, gloriaque non vulgari antagonistas augerent, egregiæ virtutis facto periculo. Equidem Athletarum studiũ appellabam quoties eò loci ventitarem, in quo fortiter præclarèque agentes, magnam sibi ex præclarè gestis gloriam comparabant. Cùm verò flagitiorum nostrorum numerus usque adeò excrevit, ut districtum in nos Divinæ ultionis gladium inebriaret; die prima post vigesimam mensis Maji, quarta verò ab eo die, quo murus corruit, Civitas in hostium potestatem redacta est: modum autem, quo fuit expugnata, operepretium erit dicere, fuit enim horroris plenus; Cùm enim Dei severa in nos animadversio eorum, qui fortiter hostibus resistebant strenuissimum quemque huc, atque illuc dissipasset, & inclytum Patritium cum ejus commilitonibus ad corpora procuranda à mœnibus in domos proprias avocasset, barbarorum animos impulit, ut ad fatalem illam Turrim, de qua superiùs, obsidionem integrarent: machinis illis adhibitis, quæ ad lapidum projectum usui erant, tali enim ludicro par-

(11) Cicero (*in Verr. 4.*) Urbem Syracusas dixit, *cum manu munitissimam, tum loci naturâ*, nam præterquamquod terra, ac mari clausa, muris è quadrato lapide, turribusque circumsepta erat, & arcibus etiam munita. Florus (*lib. 2. cap. 6.*) tres memorat: *longè illi* ait, *triplex murus, totidemque arces*. Silius (*l. 14.*) quatuor.

Numquam hostes intratos muros, & quatuor arces.

Quæ fortasse *Exapilon*, *Euryalus*, *Galeagra*, *& arx Dionysiana*, *in Insula*; sed quatuor arces florentibus Syracusis extitere. Sarracenica autem oppugnatione, eas arces fuisse crediderim, quæ erant in aditu utriusque portus, ut Theodosius significat, ex quibus præcipua arx Dionysiana, vel quo loco olim ea steterat; illa etenim sæpe ludibrium fortunæ fuit; exstruxit Dionysius senior, firmandæ tyrannidi, Diodorus (*lib. 14.*): ejecto Dionysio juniore, restitutaque Syracusanis libertate, Timoleon Dux demolitus est. Plutarchus (*in* Timoleon.); exinde Hieron. Rex iisdem super fundamentis domum Regiam ædificavit; quæ, Siciliâ in ditionem Romanorum redactâ, Prætoria domus fuit, *Cicero*. Consequentibus verò temporibus in modum arcis munita, quæ à Sarracenis solo æquata, ut Theodosius prodit, à quibus rursum restituta, & Sarracenica voce, *Castellum Mareth* ad usque nostra tempora appellatum, quod demum Imp. Carolo V. & Philippo II. Siciliæ Regibus, Urbis munitionibus instaurandis dirutum est. Præter hanc arcem in conjunctione utriusque portus, utrinque arces duæ se attollebant, cum in ore magni portus, tum parvi, planè docet Theodosius, solo æquatas arces, quæ ab ingressu portuum naves hostium arcerent. Theodosius etiam propugnaculi meminit, quod *Aversium* vulgò nominabant.

(12) Fortasse, quòd quemadmodum protensa brachia sinum, pectusque, ita arces portum tuerentur, ex eo mihi suspicio est, has arces quatuor fuisse ad ostia portuum: duas in extremis Urbis partibus, quæ portubus cingebantur: duas ex harum adverso; ita enim arces ex utraque parte portus; ab utriusque ingressu hostem prohibebant in MS. Codice Græco est eadem vox Græco-barbara *Brachiola*, qua usus etiam Theophanes (*in Constantini, & Constantis.*): *per diem*, ait, *congressio belli tenebatur, à brachiolo aureæ portæ, usque ad* [arcem] *Cyclobium*.

(13) Viri proprium nomen est: an ob bellicam gloriam, mortemque pro patria fortiter toleratam? an præterea ob vitam, ac sanguinem pro Christiana religione profusum, ut propterea inter Christi Martyres adscribendus videatur? certè quidem Theodosius initio Epistolæ, Patritium, cæterosque, inter quos B. Jo: Patrianus connumeratur, infinitis propè vulneribus pro Christi amore confici non dubitasse, affirmat: Nicetam etiam à Sarracenis summam per immanitatem interfectum, quòd impium Mahometem maledictis proscinderet, quare in odium Fidei videntur interfecti: sed nil decerno.

Digitized by Google

parricidæ illi Urbem invadentes seſe oblectabant: nec sanè difficili negotio grassabantur, paucis admodum militibus custodientibus partem illam, propterea quòd opportunum illud pugnandi tempus Cives non extimabant, securique propugnatores alia omnia, quàm ad propugnacula se conferre meditabantur. Dum igitur hostes in Urbem lapides horrendum in modum conjectarent, totumque illius ambitum complerent, scala quædam lignea, per quam propugnatoribus erat pervia semidiruta Turris, effringitur, quo facto rumor ingens exhortus est, quem cùm audivisset Patritius, continuò surrexit inpransus è mensa pro scala valde sollicitus animi. Jam verò barbari simul illam disruptam persensere (quippe cùm prope ipsam lapidum projectio contigisset) muro magna cum alacritate propinquant, cùmque nonnisi paucos in Turris præsidio positos conspicati essent, hos fortiter ibi repugnantes contrucidarunt, inter quos erat etiam Beatus Joannes Patrinus, quo facto liberè in illam conscendunt, eaque demum potiti sunt. Hinc verò deinceps in morem fluminis per totam Urbem diffusi in illorum conspectu volitabant, qui ad repugnandum adhuc congregabantur. Ac primùm iis, qui ad Servatoris ædis vestibulum contra eos aciem instruebant ad unum trucidatis, magno impulsu valvas aperiunt, templumque subeunt strictis ensibus, crebro anhelitu ignem naribus, oculisque spirantes. Tum verò omnis (14) ætas eodem temporis momento in acie gladii corruit, Princeps, & omnes Judices Terræ (quod in Psalmis canere solemus) juvenes, & virgines, senes cum junioribus, Monasticam professi, tum matrimonio copulati, Sacerdotes, & Populus, servus, & liber, quique in lectis multo jam tempore valetudinarii decumbebant. Nam nec his quidem parcere, Deus bone, Carnifices illi didicerunt; animus enim humani sanguinis sitiens, eorum mortibus, qui primò irati occurrunt, minimè satiantur. Erat igitur tum videre (ut Divini Sophoniæ verbis utar) diem illum, diem calamitatis, & miseriæ, diem angustiæ, & ruinæ, diem tenebrarum, & caliginis. Post hæc autem (quid enim pluribus oportet singula eorum percensere, quæ primariis verbis viris evenère, præsertim cùm auribus ipsis, nedum animis horrorem incutiant?) Inclitus Patritius, (*) qui seſe in arcem quamdam receperat, postridie unà cum septuaginta viris vivus capitur, atque octavo ab Urbe expugnata die capitali supplicio plectitur; Quod quidem adeò excelso, fortique animo pertulit, ut nihil sua constantia indignum admiserit, ne leve quidem timiditatis alicujus argumentum monstraverit: nec mirum, quando antea nullo pacto adduci potuit, ut Urbis proditionem salutis propriæ causâ faceret, præsertim cùm permultos haberet hujus consilii non probatores tantùm, verùm si voluisset etiam administros: ille verò maluit cum honestate mortem oppetere, ut eorum, qui cum ipso erant, saluti prospiceret, atque unum pro multis ad Christi imitationem caput objicere periculo (quamquam hoc homicidarum animos ad commiserationem neutiquam flexit) quàm aliquid nobilitate sua indignum mente complecti; cujus animi magnitudo, atque ad subeundum supplicium alacritas, ipsi (15) quoque Busæ, Amiræ Chagebis filio, qui mortis auctor fuit magnæ admirationi fuere. Verùm ipse ad bene, beatèque moriendum hinc sibi talia præsidia comparaverat, propterea quòd omne belli tempus in mortis contemplatione transegerat, eisque, qui secum obsessi erant, viam, quæ ducit ad immortalitatem optimis cohortationibus commonstraverat; unde per hæc pietatis officia excessum vitæ minimè habuit formidandum: quibus enim assidua præmeditatione cautum est, ne imparatum pectus habeant ad hæc extrema subeunda, hisce non injucunda erit hinc ad Cœlum, cùm contigerit, transmigratio. Cæterùm barbari in illos etiam, quos cum Patritio ceperant (erant autem omnes hi Syracusis honestissimo loco nati) cum quibusdam aliis captivis extra Urbem ductos, & in orbem dispositos, uno impetu invadunt agrestium canum in morem, & hos quidem lapidibus, hos verò baculis, alios hastis, quas præ manibus habebant, quosdam etiam quibuscumque, quæ se fortuito obtulissent instrumentis, crudelissimè insectantes, morti dabant, & adhuc animis immanissimè sævientes, horum corpora combustione absumebant. Nec verò silentio præteribo qualia barbaræ crudelitatis exempla in Nicetam exercuerint. Erat hic Tarsensis genere, atque in re militari apprimè eruditus, & strenuus, qui oppugnationis tempore impium (16) Mahomettem, apud eam nationem Prophetarum eminentissimum habitum, maledictis compluribus quotidie præscindebat. Hunc ab interficiendorum numero sevocatum humi reclinantes, supinum (tuam Deus Clementiam imploro) à thorace pectoris ad pubem usque vivum decorticarunt, effusa verò per sectionem viscera contis dilaniabant; ad hæc cor ipsum manibus avulsum ab homine adhuc spirante plusquam immaniter dentibus mandebant primùm, postea ad Terram allisum, petitumque lapidibus, tum demum exaturati reliquerunt; verùm de his aliàs. Ego verò, qui jam iterum cum Episcopo in gratiam redieram, atque in Episcopii templo unà cum ipso statis precibus horâ sextâ operam dabam, turrim à barbaris expugnatam auribus cepi, cùm ad finem cantici ventum esset. Quo nuntio non mediocris fuit audientium animis pavor injectus; etenim quidne timen-

(14) Immanissimæ huic cladi scriptores alii testimonium dicunt. Nicetas Paphlago: (*In vita S. Ignatii.*) *statim verò magna Civitas Syracusa horrenda internecione periere*. Joannes Curopalates: *Urbs capta est, multaque in ipsa facta est cædes*. Cedrenus: *Agareni Syracusis potiuntur, magna cæde edita*.

(*) Syracus. Urbis Præfectus Patritius ante Saracenos dicebatur.

(15) Memorat Fazellus, in oppugnatione Syracusarum Hocobum Sarracenorum Præfectum strenuè pugnantem, cùm multos Christianorum interemisset, tormento trajectum occubuisse, ex quo acceperit ignoro, sed à Theodosio nihil de eo dictum, equidem crediderim potiùs Busa Chagebis Ameræ filium militaribus Sarracenorum copiis, in oppugnatione Syracusarum præfuisse, nisi velis Hocobo interfecto, Busam subrogatum, porrò Chagebus, Busæ pater, minimè quidem Africæ, sed Ameras Siciliæ fuit, in tota autem Africa, Imp. Basilio Macedone, rerum potiebatur Abrachen, quem Syracusas evertisse Menæa (*die* 23. *Novemb.*) tradunt. Vide Notas ad Martyrium Sanctorum Joannis, Petri, & Antonii.

(16) Certè quidem si Nicetas, eam ob causam, à Sarracenis cæsus est, inter Sanctos Martyres connumerandus esset, at mihi nondum certò liquet.

Digitized by Google

mendum nobis esset in cruentas hostium manus mox certissimè incursuris ? animum tamen quoquo modo recipientes, dum adhuc hostes ante prospectum templi in deprædando essent occupati, nudi, ac verecundi, quippe detractis omnibus aliis indumentis præter illa, quæ ex corio confecta gestabamus, ad Altare ædis maximæ cum duobus aliis Clericis perfugimus. Consueverat ad hanc aram Beatissimus (17) Pater Deum iratum conciliare, opemque ipsius pro suis filiis implorare, ac voti compos fieri ; qua in re illum experientia mirificum (18) sæpissimè comprobavit, quamquam id temporis arcano Divinorum Judiciorum consilio preces ejus rejectæ fuerant. Cùm ergo in his essemus periculis constituti, alter ab altero, si quid peccatum esset A veniam petebamus, ac vicissim donabamus. Deo verò gratiæ agebantur, quòd ista nos perpeti decrevisset. Jam verò dum Episcopus (19) Angelo tutelari suam Ecclesiam commendaret, en adsunt extemplo hostes districtis gladiis, sanguineque perfusis, qui per totam ædem vagantes, alius aliò deflectebant; quorum unus à circumfusa multitudine digressus, Sacrum Altare adit, ibique nos inter Sedem, & aram latitantes offendit, comprehenditque, nihil tamen barbarum in nos est molitus, nempe Deo cor ipsius aliquatenus permulcente: nihil iracundum sonuit, aut minax, vultu ad terrorem composito, quamvis esset ense nudato armatus, qui fumabat adhuc calidum sanguinem, atque distillabat. Is in Episcopum intuitus, ab illo quàm (20) rectè

(17) Episcopos patres habitos, dictosque, & iis titulis honoratos, notissimum.

(18) Ex his intelligimus, Episcopum sanctitate præstantem, & miraculis etiam inclytum fuisse: dolendum est, nullis virum sanctissimum monumentis aliis illustratum.

(19) Ecclesiis tutelares Angelos præesse docet Origenes (*hom. 23. in Luc.*) D. Hilarius (*in psal. 129.*) D. Hieronymus (*qu. 8. ad Hoditiam.*) De D. Joanne Chrisostomo in exilium pulso: *egressus est*, ait Palladius, *cum illo Angelus quoque Ecclesiæ*. D. Gregorius Nazianzenus, (*orat. 35. 20.*) cùm Urbe Constantinopoli statuisset excedere; *valete*, dixit, *Angeli hujus Ecclesiæ præsides*.

(20) Ex hoc quivis convincatur, Syracusis, atque adeò in tota Sicilia, Græca lingua tum usos. Sed arrepta hinc occasione lubet excurrere, & quæ de patrii sermonis usu in Sicilia collegi, paucis hic inserere. Insulam Siciliam principio Græci Æoles tenuere, stirps Javanis, filii Japheti, nepotis Noëmi; à Javanis enim filiis Elisa, Tharsi, Cethim, & Dodanim divisas, cultasque Insulas maris Mediterranei, locaque maritima divinus scriptor (*Gen 10.*) Moyses docet; sed in hac partitione Elisæ Siciliam obvenisse antiquissimi scriptores tradunt, Julius Africanus, Eusebius Pamphili in Chronico, & Anonymus scriptor sub Imp. Alexandro Severo, quod eruditè, & copiosè probat Marianus Valguarnera libro de antiquitate Panormitana.

Cum Elisa ergo Coloniæ auctore Græcam linguam invectam arbitror; qua enim lingua Elisa, ejusque familiæ loquerentur, nisi ea, quam à Javane patre didicisset? à Javane verò Jonia, quæ Græca, totumque Græcorum genus processit, ut ait (*Lib. 7. antiquitat.*) Josephus Hebræus; quamobrem Græcia sacris in monumentis *Javan* appellatur à nationis auctore; inter Græcas verò dialectos Æolia fuit Elisæ peculiaris, quare idem Josephus ab Elisa memorat ortos esse Græcos, qui Æoles dicti sunt; primi ergo Siciliæ cultores Græca Æolia lingua usi sunt. Sed cùm plurimos post annos Barbararum gentium cœpissent transmigrationes, atque ex Italia Siculi, ac Mamertini, ex Asia Coloniæ Phœnicum, & Trojanorum, ex Africa Carthaginensium in Siciliam exundarent, factum est, ut Sicilienses in Græcos, ac Barbaros distinguerentur, ac bilingues esse, duplicique lingua loqui dicerentur: sed decursu temporis in eosdem ferme mores, Græcamque linguam coaluere. Censuerim verò Siculos omnes Græco sermone Æolico, ac Barbaro usos ad adventum usque Græcarum Coloniarum; postquam enim ex Attica, & Peloponneso novi Coloni Jones, Doresque advenere, paulò cultiùs, quàm prisci indigenæ, Græca lingua locuti sunt, pluresque Urbes ex Æolicis Jones, Doresque factæ in cognatam linguam transierunt; principio enim linguas duas Græcas Jonicam, & Æolicam fuisse, atque ex Jonica ortam esse Atticam; ex Æolica verò Doricam Strabo tradit.

Ubi verò Romani arma in Siciliam intulere contra Carthaginenses, ac mox in Provinciam suam redegerunt, cum Magistratibus latina lingua in Siciliam transiit ex Diodoro; & multò magis id factum Romanorum Coloniis illuc deductis.

Eam ob causam L. Apulejo Afro Siculi trilingues dicti sunt, quòd Græcè, Barbarè, Latinè, si non omnes, plurimi certè quidem loquerentur; quod adhuc multa passim marmora exciscarum Urbium veteris Siciliæ testantur. Nec modo cœptum latinè loqui, sed etiam latinè scribi, sub Augusto Apulejus Celsus Medicus de herbis, & Cæcilius Collantianus, qui Rethoricam profitebatur Romæ multa composuit ex Suida (quamquam addubitem aliquantulum an Græcè scripserit) Latinè scripsit Frontinus Siculus de aquæductibus sub Claudio Nerone, & Flaccus Siculus, de limitibus. T. Calphurnius Nemesianus Bucolica sub Caro, filiisque. Fl. Vopiscus Syracusanus Vitas Cæsarum sub Impp. Diocletiano, & Maximiano. Julius Firmicus Maternus, scriptor Christianus de prophanarum Religionum erroribus ad Impp. Constantium, Constantem, & Constantinum; Julius Firmicus Maternus Junior libros Astronomicos sub Constantinis Impp. & Juliano Apostata.

Non ierim inficias, ut Græca lingua, ita Latina Siculos minùs rectè usos; quamobrem Plautus Menæchmis in Prologo, ubi filios duos geminos Syracusani hominis Comœdiæ argumentum inducit, ita ait:

Atque adeò hoc argumentum græcissat tamen
Verùm non Atticissat, at Siceliissitat.

hinc etiam scomma Ciceronis in Verrem, (*In divinit.*) *Si Græcas literas Athenis, non Lilybœi, latinas Romæ, non in Sicilia didicisses*, ad quem locum Pedianus dicit, *Verrem Græcas literas simul, & latinas in Sicilia didicisse, in ea Insula, quæ neutra lingua bene utatur* Sed Lilybœum Athenis opponit Cicero (*Ibid.*) quòd fortè deteriùs Lilybœtani, quàm in reliqua Sicilia, loquerentur, ut Manutius observat, quod oriri potuit ex commercio Carthaginensium.

Illud autem indubitato affirmaverim, posteaquam Sicilia, pulsis à Belisario Gothis, Orientis Imperio, Græcisque Principibus adjecta est, Græcam linguam in Insula retentam fuisse; cui sanè rei ab ævo Justiniani Principis usque ad Nortmannos Reges Siculi scriptores, & monumenta quæ supersunt ex naufragio antiquitatis, fidem faciunt, extant Græcanicæ Epistolæ Justini in Sicilia Episcopi ad Petrum Episcopum Antiochenum; Monachorum item Siculorum ad S. Maximum; Michaëlis etiam Glycæ Epistolæ quadraginta duæ Asceteriæ. Conciones etiam ad populum Græcè habebantur, quarum aliquæ supersunt adhuc; ejus generis sunt laudationes tum Anonymi Syracusani in S. Marcianum Episcopum, tum alterius de S. Zosimo Episcopo, Leonis Centuripitæ de S. Leone Thaumaturgo, Gregorii Byzantini de Sancto Pancratio, pluresque homiliæ Theophanis Episcopi Tauromitani pro rostris ad populum dictæ,

Digitized by Google

rectè percontatus est, quisnam esset? remque, ut erat edoctus, ubi nam, inquit, sunt Ecclesiæ sacra vasa? cùm autem cognovisset de loco, educit è Sacro templo Episcopum seorsim ab omni turbatione, atque tumultu, nosque cum ipso tamquam agnos suum Pastorem sequentes. Cùmque in Sacellum, ubi reposita sacra vasa asservabantur nostro ductu perveniſſet, in eo nos incluſos detinet, idemque satagit, uti majores natu barbaræ nationis quamprimùm conveniant: quo facto de nobis apud ipsos narrationem instituit. Semnoën, id enim nominis tum illi inditum, tum claris ortum esse parentibus postea comperimus: cujus oratione permoti, dicam meliùs; Deo ad bonum exitum omnia perducente, bene animati hostes in nos esse cœperunt; eodemque die sacra deprædati (erant autem hæc omnia perfecti operis quinque millia librarum ponderis) captivos nos egredi ex Urbe fecerunt, dolore, ut omittam cætera, vehementi confectos, atque ad Amiram, qui in veteri Majore Ecclesia consederat, traduxerunt. Hic autem in una earum, quæ ibi reperiebantur camera concluſos reliquit, illic omnimodis affici corpusculum fuit necesse: nam & gravi odore locus repletus est, eo scilicet, qui ex naturalibus excrementis exoritur, vermibus etiam, qui solent in diem ingenerari, & scatere, nec non & muribus consuetò ibi degentibus, tum pediculorum examine, & cimicum, & pulicum propemodum exercitibus inhorruit, ut verò nox facta est, tenebris obruti sumus sub tectum fermè cadentibus, fumo etiam, qui fortè externè fiebat, oppleta domus, qui & respirationem miseris intercluſit, & mutuos aspectus maxima ex parte nobis ademit: In hac ipse camera cum sacro Antistite, & altero è Clericis fratribus conjecti fuimus, nam (21) qui reliqui fuerunt Urbis excidio unà omnes contrucidati sunt; dies ibi triginta complevimus, propterea quòd ad Syracusanas (22) munitiones emoliendas id temporis voluerunt insumptum: per idem spatium ea, quæ intra murorum ambitum continebantur incendiis absumpta sunt, captæ verò prædæ spolia tot fuere, tantique pretii, ut ejus subducta ratio millies mille nummûm reperta sit. Non multò post iter Panormum versùs aggressi, quod sex dierum intervallo perfecimus, vecti Jumentis ferundis oneribus natis, abduxerunt verò immites, efferique (23) Æthiopes. Tandem diurnis æstibus, nocturnisque frigoribus divexati, die septimo cùm interdiu noctuque iter facere non fuisset desitum, celeberrimam, (24) civibusque frequentem urbem Panormum ingressi sumus: obviam nobis urbem ingredientibus à Populariibus proditum, qui ob lætitiam effusi, epinicia concinebant, dumque prædas in urbem victores importare viderent, pæanis, faustisque acclamationibus excipiebant. Jam verò in urbem secedentes, tum demum comperimus convenarum, ac civium multitudinem juxta famam illius, nihilque imparem opinioni nostræ fuisse: illuc enim universum Saracenorum genus confluxisse putares, à Solis ortu,

dictæ: plures etiam hymnos sacros Arsenii, Sergii, Josephi in plures Sanctos in nostra hac historia attulimus, & pariter vitas Sanctorum à scriptoribus Siculis Græcè editas, & in Latinum versas edidimus; hæc ergo, aliaque plurima Siculorum hominum Græca monumenta extant ab anno ferme 400. ad 1000. usque; ac per id temporis nihil reperio Latinè conscriptum à Siculis, si excipias Episcoporum nonnullorum Epistolas ad Romanos Pontifices, Paschasini Lilybœtani ad S Leonem Magnum, Maximiani Syracusani, ejusque successoris Joannis, ac Felicis Messanensis Episcopi ad S. Gregorium, quæ omnia argumento sunt communem Siculorum linguam per ea temporum in prophanis, sacrisque Græcam fuisse.

Demum atteri cœpit hæc lingua per inundationem Sarracenorum, qui Urbibus, portubus, montibus, fluviis, agris, artium instrumentis Sarracenica, seu Arabica indidere nomina, quæ etiamnum perdurant, non tamen tunc aboleri potuit; quare cùm Robertus, & Rogerius Nortmanni fratres, pellendis Sarracenis trajecere, Christianos Siculos Græcè loquentes obviam è pluribus Urbibus processisse ex Gaufredi Monachi historia planum est; sed attritus sub Sarracenis Græcæ linguæ usus, sub Nortmannis Regibus in Sicilia tandem desiit, in novum idioma pedetentim degenerans, per vocabulorum accessionem, quæ à confluentibus Nationibus mutuabantur, ita olim Roma principio Græca ex (*Lib.* 1.) Polybio, receptis, admixtisque Oscis, Volscis, aliisque pedetentim degeneravit in tantam linguæ diversitatem, ut jam alia penitùs fuerit non semel.

(21) De Sacerdotibus, & Clericis id accipe, nam è Civibus plures captivi abducti, ut narrat idem Curopalates, & Nicetas, plerique in Orientem profugêre; nam Adrianus Dux de Syracusarum excidio certior factus est ex nuntiis, qui ex ea clade fugerant: Joannes Curopalates.

(22) In Cives, Urbemque crudelissimè desævitum à Barbaris, scriptores omnes conteſtantur. Nicetas Paphlago: *magna Syracusanorum Civitas borrenda clade deleta est*. Joannes Curopalates. *Agarenis ad oppugnationem vehementiùs incumbentibus, Urbs capta est, multaque in ipsa facta cædes: reliquisque captis, ipsa Urbs solo est æquata, incensis sacris in ipsa templis, quæ ad hanc usque diem adeò celebris, & glorioſa fuerat, quæque multa barbarorum bella propulsaverat, temporis momento, gloriam amisit*. Similia promit Cedrenus: *Interim Agareni oppugnationi instantes, Syracusis potiuntur, magnaque cæde edita, qui superfuerant, captivis abductis, Urbem diruunt, & Ecclesias ejus incendio perdunt, ita Urbs ea hactenus fama celebris, & quæ multa barbarorum bella profligaverat; exiguo temporis spatio periit*. Cæterùm Syracusas, arcem Siciliæ Principem, Urbem situ, portuque munitam, Sarraceni haud multò post adversùm Imperatores Orientis, à quorum imperio avulserant, rursum instaurarunt, sibique ipsis munivere.

(23) Quibus Saraceni pro satellitio, rebusque difficillimis utebantur, adi Joannem Diaconum (*in Martyr. S. Procopii Epiſ. Tauromenitani.*) de excidio Tauromenitano.

(24) Sarracenis potissimùm, paulò post Theodosius: *illuc enim* (Panormum) *universorum Sarracenorum genus confluxisse putares*, at Sarracenis connumera captivos non è Sicilia modò, sed ex ora maritima Italiæ, viciniſque Insulis, Panormum abductos; sed enim quidquid Urbium, oppidorumque in Sicilia fuit, excidiis, incendiisque à Barbaris corruptum, uni Panormo parcum est, quæ ob loci amœnitatem, à Sarraceno delecta est Regia. Joannes Curopalates: *captis Syracusis ab Africa Sarracenis, quo tempore Basilius Macedo imperabat, etiam tota Insula occupata fuit; Urbes eversæ, ac diruta, sola excepta Panormo, quæ superfuit, unde veluti ex quodam propugnaculo profecti Agareni Regionem contra sitam occuparunt, & inde trasmittentes, Insulas usque ad Peloponnesum diripiebant*.

Digitized by Google

ortu, & occaſu, ab Aquilone, & mari, juxta Beatiſſimi Davidis conſuetum loquendi morem. Unde in tanta incolentium colluvie homines coangustati, in circuitu (25) ædis ſtruere, atque habitare incœperunt, adeò ut per multas (26) adjacentes urbes poſuerunt primariæ, (27) ſi quis vellet, ad oppugnandum, & repugnandum non impares. Cùm igitur (ut dicere inſtitui) nequiſſima (28) Urbs omnium potiretur Contaschum (29) (Imperii nomen id eſt) ſui nominis celebritate neutiquam dignum putavit, donec nos ſub jugum mitteret. Quin & ſe facturum ſibi promittit, & comminatur, ut ab ſe longè poſitos, atque adeò ipſius (30) Imperatricis Urbis viros in ſuam redigat poteſtatem. His ita ſe habentibus, poſt diem quintum ad (31) majorem Amiram introducimur. Is autem ad ſolarium ſuperbè (32) in ſolio conſidens, valde ſibi ex tyrannica poteſtate placebat, & quaſi (33) mantile nobis, ipſique medium ſuſpenſum utrinque aſpectibus obverſabatur. Siſtunt Epiſcopum Miniſtri: tum ille per interpretem tenes, inquit, noſtratem Deum orandi modum? minimè inquit ſapientiſſimus Præſul: is verò, cujus rei gratia? reſpondet Epiſcopus, quòd Summus Ego Sacerdos Chriſti ſum, Chriſtique ſervorum Myſtagogus, de quo Prophetæ, & juſti olim vaticinati ſunt: non ſunt, inquit Amiras, apud vos revera Prophetæ, ſunt verò nomine; non enim ab illis abalienatus eſſes ob tuas doctrinas, neque à recta deflexiſſes: in circuitu enim impii ambulant. Quid enim Prophetam noſtrum blaſphemiis impetitis vos? minimè nos Prophetas blaſphemamus, excipit Epiſcopus, propterea quòd non in Prophetas invehi, ſed pro ipſis loqui, magnificèque ſentire condidicimus; hunc verò qui apud vos colitur, ignoramus. His reſponſis attonitus extemplo nos in carcerem retrudi jubet: ducti incedebamus media Urbis platea in popularium conſpectu, Chriſtianorum permulti ſubſequebantur de noſtra miſeria non obſcurè ejulantes, nec non contrariæ Sectæ homines, ſpectandi ſtudio exciti, nos circumſtipaverant, inquirebantque quiſnam eſſet celeberrimus ille Sicilienſis Archiepiſcopus, hunc ad modum populum evaſimus. Tandem in demonſterium carcerem conjicimur, id autem lacus eſt quatuor ſupra decem gradibus depreſſum habens pavimentum, adeòut illi oſtiolum pro feneſtra eſſet, tenebræ hìc meræ, & palpabiles, lumine tantùm lucernæ, vel interdiu aliqua ex parte colluſtrante, neutiquam in iſto carcere luciferum manè exorientem fas eſt aſpicere, nec lunam radios emittentem, corpuſculum æſtivis caloribus hìc percuſſum (æſtus enim erat) & cohabitantium alitu torridum: præterea cimices, & pediculi, & pulicum examina, cæteraque hiſce beſtiolis ſimilia, per tenebricoſum hoc pavimentum ſerpentia, miſellum hominem ſtigmatium reddunt; ſunt & eodem in carcere compulſi, promiſcuèque nobiſcum harum miſeriarum mercaturam facientes, Æthiopes, Tharſenſes, Hebræi, Langobardi, tum Chriſtiani noſtrates è diverſis locis profecti, in queis erat quoque Sanctiſſimus Melitenſis Epiſcopus duabus compedibus pedes aſtrictus. Tum verò Pontifices alterutrum complexi, ſacroque oſculo exoſculati, paululùm ob ea, quæ ſibi evenerant ſunt collacrimati; mox Domino eadem de re gratias agentes, ex noſtra Philoſophia depromptis rationibus, doloris ſenſui repugnabant. Dum in his verſamur, execrabilis ille dies ſtati apud hoſce ſacrificii recurrit: quo die memoriam facere ſe jactitant ſacri illius, quod olim Abraham fecerat, quando datum Arietem pro rationis participe victimam Deo immolavit; hunc per inſcitiam Paſcha nominant, nec abs re diem ſic indigitant, non enim ab Ægypto in Terram promiſſionis eſt illis tranſitus juxtà veterem Paſchatis nomenclaturam, neque ex hac Terra in celeſtem oram; aut ex morte ad vitam, ut Chriſtiana Fides hoc vocabulo uti nos docet, ſed ex vita ad mortem, & ex hoc corporeo interitu, & ſub ſenſum cadente ad ſempiternum illum, & ad id, quod numquam fine ſit cariturum, incendium. In hac diei celebritate, ò dementiam ſingularem! Archiepiſcopi comburendi cœpere conſilium, maliſque Dæmonibus hoſtiam offerendi Sanctiſſimum Chriſti Pontificem; quidam enim ex his, qui populo præerant os habens patenti ſepulchro, adæquè ſpirans, æquum eſt, inquit ad circumadſtantes converſus, ò Cives in hunc Chriſtianorum Antiſtitem manus injicere pro noſtra incolumitate, tum quo feſtivius, ac ſi unquam aliàs celebre nobis Paſchatis feſtum agamus: ſic enim proſperè nobis res noſtras ceſſuras, & incrementa meliora capturas eſſe confido. Hæc ille. Verùm audientes ſenes quidam canitie juſta ac priores, togaque honeſtiſſimi ad Populum habiti, eo conſilio factum improbarunt; non enim hæc eſſe dicebant, ſatìs putabant illius diei celebritatem cohoneſtandam inſigne privilegium egiſſe excidium Syracuſanæ Urbis. Itaque mali Conſiliarii in Archiep. & nos conſilium diſſipatum eſt Deo volente. Jam (34) ex illo in hunc uſque diem perſiſtimus ærumnis multis detenti,

(25) Plures adhuc extant extra Panormum magnificæ Sarracenorum Principum domus, quibus nomina adhuc Sarracenica *cuba*, *ziſa*, adi Fazellum.

(26) Suburbia erant *Kemonia*, *Ybuzet*, *Deſin*, *Ybalcia*, *Seralcadis*, aliaque, quæ hodie uno incluſæ muro, Regiones Urbis ſunt.

(27) Veteri Urbi Panormo.

(28) Panormus, in quam tunc confluxerant innumeri Sarraceni.

(29) Haſtatorum Præfectum, nam haſtam *Contum*, *& Contarium* dixerunt, ex Rigaltio. Conton etiam corrupta lingua dixerunt, quem olim Comitem vocarunt; unde Cantacuzenus lib. 1. cap. 40. ait *Comperiunt Principes Sabaudiæ, quem latinorum Lingua Conton vocat* &c. eamque etiam vocem in Gloſſis Græcobarbaris reperies, cui reſpondet *Comes*; atque hinc Itali *Conte* appellant; num igitur *Contarebus* vox eſt Græcobarbara, ex latina corrupta, & ex Græca voce.

(30) Conſtantinopolis.

(31) Crediderim, quem Chagebum ſuperiùs nominaverat.

(32) Siculo igitur Ameræ ſolium, mantili velatum, fuit, ſignum regiæ poteſtatis: numne is fuit, qui ab Africano Rege rebellavit, ut in vita S. Procopii Martyris Tauromenitani traditur?

(33) Varro de lingua Latina lib. 5. *Mantelium quaſi manuterium, ubi manus terguntur*. Philargyrius lib. 1. Georg. *Lucillius mantela dicit mappas*.

(34) Hiſtoriam ab obſidione, excidioque Syracuſarum cœptam huc uſque Theodoſius deducit, quid dein Epiſcopo Syracuſano, eidemque Theodoſio factum ſit, haud compertum habeo. Sed ex eorum patientia in ærumnis, animique fortitudine, & conſtantia in confeſſione Jeſu Chriſti, coram Amera Sarracenorum, parem exitum tuliſſe aſſeruerim.

ti, mortemque ipſam, quæ ſemper nobis captivis imminet, quotidie præſtolantes. Tu verò ò dilectum, & venerabile caput, tui Theodoſii ſac ſis uſque memor, Deumque placatum propitiumque reddito, ut noſtros hoſce fluctus componat, ſiſtat, atque compeſcat, noſtramque captivitatem convertat ſicut torrens in auſtro, juxta Prophetam Regem, Deique Parentem. Amen.

A

Sequuntur hæc Carmina ex Græco latinè ſcripta, videlicet.

Fructus laborum ſume meorum Pater,
Sunt quippe pleni queſtuũ, & lachrymis madent.
Sume Pater mandata, ſume his literis
Excidia, quæ in nos hoſtis invexit ferox.
Deum rogato, tendat ut amica manus
Jam jam propinquo funeri charo huic tuo.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

MARTYRIUM
SANCTI PROCOPII
EPISCOPI TAUROMENII,
EJUSQUE SOCIORUM:

SCRIPTORE

JOANNE DIACONO
NEAPOLITANO,
CUM ANIMADVERSIONIBUS

P. OCTAVII CAJETANI
SOCIETATIS JESU

Tomo Secundo Sanctorum Siculorum.

Digitized by Google

DE JOANNE DIACONO.

JOANNIS BAPTISTÆ CARUSII

BREVIS NOTITIA.

JOannes Diaconus Neapolitanus, alter ſanè à Clariſs. Joanne Diacono, ex Monacho Caſſinenſi S. R. E. Cardinale; claruit enim hic an. 860. ſub Nicolao I. Sum. Pont. Vitæ S. Gregorii Magni, aliarumque rerum Auctor, ex Petro Diacono de Viris Illuſtr. Montis Caſſini, Wion lib. 2. ligni Vitæ cap. 70. Noſter verò Joannes, Scriptor Martyrii S. Procopii, floruit poſt annum 903. hoc etenim anno Martyrii palmam aſſequutus eſt Procopius Epiſcopus Tauromenii. Hujus Hiſtoriam damus, ex Octavio Cajetano tom. 2. SS. Siculorum pag. 6. ſibi tranſmiſſam à Bartholomæo Chioccarello J. C. Neapolitano, ex MS. Codice Monaſterii S. Severini, & Soc. Ord. S. Benedicti in Neapolitana Urbe. Idem Martyrium edidit Bollandus in actis SS. Jan. tom. 1. pag. 1098. ſibi miſſum ab Antonino Beatillo Soc. Jeſu, ab eodem Joanne Diacono ſcriptum, diverſum tantùm in verborum congerie. In ea nonnulla narrantur geſta ſub Sarracenis; præſertim Tauromenii expugnatio deſcribitur, quam an. 878. accidiſſe tradit Pirrus not. 2. Eccl. Tauromen. pag. 444. at an. 893. ex Gordonio in Chr. an. 963. ex Auguſtino Inveges in Panor. Sacra pag. 665. at ex noſtro Cajetano in Animad. ad eamdem Martyris Hiſtoriam an. 903.

Digitized by Google

MARTYRIUM (1) SANCTI PROCOPII EPISCOPI TAUROMENII, EJUSQUE SOCIORUM:

SCRIPTORE

JOANNE DIACONO NEAPOLITANO.

ANno (2) Imperii Leonis, & Alexandri 24. Sarraceni, qui Panormi degebant, à Rege (3) Africano, quòd ejus parêre imperiis recusarent, defecere; qua ille rebellione efferatus filium suum magno cum exercitu misit, ut capta Panormo, statim Rhegium trajiceret, urbesque Græcorum, propter (4) fœdus, quod cum Panormitanis fecerunt, expugnaret. Mox Regulus mandata parentis excipiens properanter abiit, obviumque sibi Panormitanum exercitum cùm fudisset, eodem quo congressus fuerat impetu, illorum urbem cepit. Inde navibus conscensis Rhegium transmisit, expositoque exercitu, Græcorum præsidium, quod ex Calabriæ urbibus ad auxilium ferendum confluxerat, extemplo in fugam compulit, soloque terrore in diversa præcipites egit, irato autem Deo mortalium culpis, nullo labore oppidum illud ingressus, adeò (dolendum dictu) in cædem efferbuit, ut nulli sexui, nullique ætati parceretur. Post immanissimas itaque strages, A quas tota passim urbe nefandissimi hostes dederunt, ad diripiendum solita rapacitate conversi, septemdecim ferè hominum millia latitantium invenerunt, quos inter Episcopum ipsum cygneo capite, ruboreque oris decorum, Pagani impii, miserandum in modum, abduxerunt. Auri verò, argentique pondera, aliaque non minimi pretii, quæ illi demoliti fuerant, insatiabilis inhians tyrannus, in unum congeri, sibique cuncta studiosiùs servari interea jussit, dum certius quid haberet, quod patri nuntiaret; aliam addens ejusmodi cupiditati thecnam, nam propter Hesperiæ legatos, qui undique ad eum cum donis, ac muneribus confluebant, nonnullis ibi diebus commorari se velle cùm finxisset, iis postea dimissis, ingenti cum præda Panormum reversus est. Inde parentem suum tanti triumphi gaudio gestiturum existimans, homines misit, qui ad eum optima quæque de præda perferrent, totumque rei docerent eventum. At ille secum indignans, crebris filium vocibus exprobrando, degenerem appellabat: adjiciens, (5) quòd

(1) Joannes Diaconus Ecclesiæ Neapolitanæ, libellum scripsit translationis S. Severini, ex Castello Lucullano in urbem Neapolim, quem ex MS. Membranis Monasterii Sanctorum Severini, & socior. Ordinis S. Benedicti, in urbe Neapoli, exscriptum misit ad me, vir humanissimus Bartholomæus Chioccarellus J. C. Neapolitanus, ex eo libello Martyrium nos damus Sanctorum Procopii Episcopi, & sociorum Martyrum, quod ex re nostra est, quòd enim ea translatio facta est Brachimi Sarraceni Regis Africanorum metu, qui recepta Panormo, expugnatoque Tauromenio, in Calabriam exercitum transmiserat, regionem eam omnem, Romam usque excursurus, præmisit is Scriptor expugnationem Tauromenii, eædemque sanctissimi Episcopi, & multorum ex Clero, ac Populo Tauromenitano, igitur plurimum debet Tauromenium Joanni Diacono Neapolitano, cujus diligentia factum est, ut horum Martyrum, alumnorum suorum, memoria extaret posteris.

(2) Ut explicatam habeas rectam Chronologiam, annumque cædis S. Procopii, & sociorum, scias, mi lector, bifariam posse nos numerare annos imperii Leonis VI. cognomento Philosophi, ac Sapientis, de quo hic sermo est: alter modus est à morte Imp. Basilii Patris, quæ contigit Anno Christi 886. alter à coronatione Leonis; sed enim Imp. Basilius Macedo Leonem filium ab Ignatio P. C. coronatum voluit, Theophaniorum solemni die, Anno 870. testatur qui interfuit Anastasius Bibliothecarius. (*Notis ad 8. Synodum.*) Joannes igitur Diaconus numerat annos Imperii Leonis, & Alexandri, à die coronationis, ex quo Leo cum Patre Basilio regnavit, id certissimum ex charactere expugnationis Tauromenitanæ, quæ accidit Anno 903. ut probavimus in Notis ad vitam S. Eliæ Ennensis, rectè autem convenit Annus 24. Leonis ab ejus coronatione cum Anno Christi 903. quo, Tauromenio expugnato, Sanctus Procopius Martyrio coronatus est.

(3) Cui nomen Abrachen, ex Actis Sanctorum Martyrum Joannis, Antonii, Petri, seu Brachimus, ex vita S. Eliæ Ennensis, porrò Siciliam sub Africanorum Regis potestate, hujus armis partam tum fuisse omnes pernorunt, attamen processu temporis, ab Africæ imperio avulsam, Ameræ Siculi tenuere, incertum, an rebellarint, an fiduciariam ejus possessionem à Rege Africæ acceperint; etenim sub jure Africani Regis Sicilia mansisse videtur, si fides Rogerio de Hoveden. (*parte postr. annal.*) rerum Anglicarum Scriptori, qui, *Rogerius*, ait, *Frater Roberti Vviscardi debellavit Siculos, & totam sibi subjugavit Siciliam, & factus est Comes Siciliæ. Sicilia Insula est magna, & antequam Rogerius eam debellasset, habitata fuit à Paganis, & erat dominio Imperatoris Africæ.*

(4) Sarraceni Panormitani inito cum Græcis fœdere, qui tum in Calabria dominabantur à Rege Africanorum, cui parebant, defecerant, quam ob causam iratus Rex Barbarus, ulturusque injuriam, copias suas misit, quæ Græcorum urbes in Calabria devastarent.

(5) In exemplari: crebris reperebat vocibus, *degener ille, degener: matrizat, non patrizat*; num ne is filius Sarraceno Regi ex matre Christiana susceptus? an potiùs matris lenitatem referebat?

Digitized by Google

quod matrem, minimè verò patrem referat, si enim, ajebat, ex me natus fuisset, haud certè quidem ejus mucro Christianis pepercisset; inde ad illos versus: ite, inquit, eumque ad me quamcitissimè redire compellite, non enim illius opera, sed mea in hanc rem virtute est opus.

Quis hæc audiens, temperet à lacrymis? quis non longa ducat suspiria? quis mortalium flagella non deploret? inter tot Christianorum ærumnas, & captivitates adhuc divina sævit indignatio, fervet ira. Ea propter delicta, quibus quotidie, tamquam dapibus, incumbimus, sævioribus jactamur procellis, assiduis collidimur tempestatibus; nec tamen resipiscimus, væ nostræ miseriæ, qui sic quotidianis sceleribus divinam in nos iram provocamus: ut meritò Job sanctissimus exclamet: cùm expleverit in me voluntatem suam, adhuc multo majora præsto sunt ei, quid enim? numquid ad correctionem nostram unius civitatis excidium? numquid populi cædes? numquid distractiones variæ sexus utriusque suffecerunt? Ah conditio prorsus infelix! Erectus est quippe propter te homo nequissimus, qui ad disciplinam nostram Domini servus, sicut Nabuchodonosor, vocaretur, cujus cum sævitia tyrannuli filii sui collata nequitia, velut misericordia reputaretur.

Revertentes itaque nuntii filio mandata patris exponunt: quæ ille priùs dissimulanter audivit, post, ubi dolosis quoque literis est circumventus, quibus patrem suum dolosè, extinctum esse, nuntiabatur; abiit, regnandique percupidus, nemine ad consilium adhibito, in Libyam properavit, quem complexus pater, annulum, quod magni Regis insigne erat, ejus digitis inserendum tradidit, hæc adjiciens; Pro me regnato: ipse adversùs infestum Diis, hominibusque Christicolarum genus proficiscar, ut illud penitùs è terra abradam. Sic fatus, extemplo per præconem ejusmodi universo populo terrorem incussit, ut ad eum omnes quamcitissimè festinarent. Cernens itaque tantam ad se confluere multitudinem, omnes inquit, properemus, ut quod magno Deo gratum est, id toto mentis affectu perficere conemur, quatenus (6) paradisum lactis, & mellis, de quo quatuor flumina manant, mercedis loco ingrediamur. Hæc locutus continuò magno cum exercitu, multisque opibus profectus est. Verùm cùm in Siciliam pervenisset, Panormum ingredi, uti suum domicilium, contempsit, omnibus tamen inde pugnatoribus accitis, Tauromenium perrexit, castrisque ibi locatis, ipse civitatis illius situm cùm solus perlustrasset, regressus est, convocatisque nonnullis Æthiopibus, quos corpore perniciores noverat, dona ingentia pollicitus, si quà nullum proditionis periculum, ob difficilem accessum, timebatur, urbem intrarent, strepituque, ac ululatu intrasse se significarent.

Illi latrociniis assueti rem aggrediuntur, manibusque, ac pedibus se raptantes, ad summum evadunt, cùmque horribili clamore transiluisse se jam innuissent, qui foris excubabant, vociferantes, ad murum accessere, fortiterque oppugnantes totam undique urbem circumdederunt. Miseri verò cives, qui custodiis deputati ad prandium perrexerant, non ante se captos senserunt, quàm hostilis clamor, ex industria ortus, omnium mentes perculisset. Tum infestissimus ille tyrannus, dum unusquisque, ut in re tali fit, vago discursu perstreperet, portas confregit, inde cum armatis copiis ingressus, tamquam molle pecus esuriens bellua trahit, manditque, Christianum adeò cruorem sitiebat. Quis nunc urbis (7) illius cladem, quis inauditas pœnas, quis atrocissimos cruciatus exprimere poterit? sanè quando minas illius furoris plenas, pauloante recensuimus, jam non est opus exquirere, qualem se præbuerit, ubi tantæ pertinaciæ facultatem accepit. Re enim vera ex abundantia cordis os loquitur, & quod intus ardet, foràs ebullit.

Tamen ex innumeris, quæ passim debacchatus sanguinarius dedit, suæ crudelitatis argumentis, illud unum posterorum memoriæ commendabimus, ut Salvatoris clementiæ adscribatur, qui dixit: Pater meus usque modò operatur, & ego operor. Nam sceleratissimus Rex postquam ad unum omnes non modò viros, ac fœminas, sed infantes etiam trucidavit, totamque urbem incendio jussit absumi, sæviens adhuc homines misit, qui per concava vallium, per defossa terrarum, perque veprium condensa, quos fugæ subsidium liberaret, inquirerent, atque ad se producerent, dignam exinde mercedem accepturi. Illi utpotè rapinarum avidi cùm loca circum omnia perscrutarentur, fortissimum Christi athletam S. Procopium, ejusdem urbis Episcopum, cum nonnullis Clericis, Civibusque latitantem inveniunt, quos omnes cum tripudiis vincientes, ad Regem velociter traxerunt; Mox ille Machinator fallaciarum in hæc verba S. Procopium est allocutus: Quia cano capite, & prudens es, ò Episcope, idcircò placidissimè te adhortor, ut nostris monitis obedias, tuæque saluti consulas, & istorum; secus enim qualem ceteri Cives tui, talem me confestim experieris; volo autem, si legem meam amplexatus fueris Christianamque religionem abjuraveris, ut secundus à me sis carior mihi præ omnibus Agarenis. Ad hæc subrisit Antistes, nec quidquam locutus: tum fremuit Rex, & ridesne, inquit, captive, adhuc ignorans, cujus in conspectu sis? Rideo planè, constantissimus Christi servus respondit. video enim illius te spiritu afflatum, qui ad istam orationem te stimulat, Dœmonis His auditis cruentus Rex intumuit, ac furibundus ad lictores suos conversus: Eja, inquit, pectus ejus dissecate quantociùs, & cor ex eo extrahite, ut Arcana mentis videamus, & intelligamus. Mirabilis Deus in Sanctis suis, marabilis in majestate, faciens prodigia, tantâ enim suo huic Antistiti tolerantiam tribuit, ut dum jussa lictores exequerentur (ut qui vidère contestantur) nefandum ille Regem objurgaret, suosque concaptivos, ut ne quid formidarent cohortaretur; adeò ut furens Rex strideret dentibus, cæsumque cor ipsius ei edendum daret, ac denique jam illum adhuc palpitantem cum cæteris decollari juberet. Nec verò satis isthæc cani rabidissimo fuere: ingenti igne succenso, Sanctorum cadavera cremari jussit, verbis quoque increpans; sic consumabitur, quicumque

(6) Vanissimam hanc impii Mahometis fabulam, ac Paradisum lacte, & melle manantem, plures confutavere.

(7) Pro qua adi Vitam S. Eliæ Ennensis, ex funestissimo Syracusarum, & Tauromenii excidio, æstimes licet, quid ceteræ Urbes à Barbaris perpessæ sint, quarum clades Scriptorum inopia, in tenebris mansere.

Digitized by Google

que meæ noluerit obſequi voluntati.

Hîc jam ſeſe occaſio præbuit noſtras deplorandi miſerias, ſed quoniam Martyribus iſtis gratulandum eſt priùs; idcirco, id, quod ſupra monuimus, dixiſſe Dominum, repetemus: „ Pater meus uſque modò operatur, & ego ope„ ror. Verè inquam tu Domine clemens, & miſericors Jeſu Chriſte, in his famulis tuis, quos ante Mundi conſtitutionem elegiſti, operatus es, ut Sancti eſſent, & immaculati in conſpectu tuo: verè tu operatus es in eis, qui præſtitiſti eis, ut non tantùm crederent in te, verùm etiam ut paterentur pro te; quis enim diſpenſationis tuæ laudare magnalia, quis admirari opera poteſt? nihil hîc præterea dicendum, niſi quod tuus Pſalmiſta decantat. „ Juſtitia tua ſicut montes Dei, judicia „ tua abyſſus multa; in his enim, quos glorificare dignatus es, tua commendatur juſtitia, in iis verò, quos puniendos dereliquiſti, humana miſeria deploratur, quæ tuis parêre mandatis recuſans, ipſa ſibi judicium aſſumit. Enimverò nullus nos hoſtis invaderet, nulla nos arma terrerent, ſi præcepta tua adamuſſim ſervare ſtuduiſſemus; ſed quoniam propenſiores ſumus ad malum, nec ullis noſtris meritis, ſed tua tantùm gratia liberamur, declara tandem cœlitus, quibus ſignis, quibuſve prodigiis à tam nefando hoſte ſalvemur: cognoſcat orbis univerſus, quòd tua pro nobis dextera dimicans, miſericorditer nos ab illius tyranni comminationibus eripuiſſet, intelligatque, nihil arduum omnipotentiæ tuæ, qui totum orbem velut ſtatera ponderas, inveniri; verùm id tamen non eſſe factum, ut ſuper famulos tuos ſtillare magis tua benignitas videretur, laudarentque omnes nomen tuum benedictum in ſæcula.

Igitur poſtquam hæc omnia, ut jam diximus, patrata fuere, homo Paganus, crudelitatis exquiſitor, nihil ex his Dei judicio, ſed totum ſuis tribuens viribus, tanta mentis elatione bacchatus eſt, ut cum Italiæ urbium legatis, qui ad eum fœderis causâ venerant, loqui dedignaretur: poſt nonnullos tamen dies, eos in hæc verba per internuncium allocutus, dimiſit: Abeant hinc ad ſuos, eiſque renuncient, totius in me curam Heſperiæ reſidere, meque ex ejus incolis, quemadmodum placuerit, ita depoſiturum. An (8) ſperant Græculum mihi, aut Franculum obſiſtere poſſe? Utinam eos omnes in unum coactos inveniſſem, ut ego iis, quæ ſit bellorum virtus, ac robur, oſtendiſſem. Sed quid eos demoror? abeant, ſibique perſuadeant, non ſolùm illos, verùm etiam Petruli (9) ſenis Civitatem, cum iſtis Germanicis, (10) quin etiam, quod unum reſtat, & Conſtantinopolim proficiſcar, eamque conteram in impetu fortitudinis meæ. Hæc cùm dixiſſet, revertentibus illis, ipſe in Coſentinas partes, caſtra ibi metaturus, exercitum ſuum advexit; legati verò cum omnibus ſuis, non impetrata pace terrorem incuſſerunt, ut certatim interruptos reſarcirent muros, propugnacula diſponerent, & quæ neceſſaria erant, raptim ex agris in urbes convectarent.

Tum agitatum à Gregorio Conſule, Stephanoque Epiſcopo, & optimatibus de Caſtello Lucullano, decretumque eſt, ut Civibus Neapolim tranſportatis, oppidum everteretur; quo audito Joannes Abbas Cœnobii S. Severini, à Conſule, & Epiſcopo precibus obtinuit ſuis, ut corpus Beatiſſimi Confeſſoris, quod erat in Lucullano, in Monaſterium ſuum deferretur, ut quod ſuo nomine inſigniret, corpore etiam cohoneſtaret, igitur Conſul, unà cum optimatibus, & populo ad Lucullanum profectus, perficiendæ rei, oppidum ſpatio quinq; dierum ſolo æquatum eſt 4. idus Octobris, Epiſcopus unà cum Clero regreſſus, ut S. Severini corpus perquirerent; ubi in ejus Baſilicam ventum eſt, peractaque Miſſarum ſolemnia inchoato pſalterio, humus fodi cœpta, tumulum verò ſub Altare extructum cùm aperuiſſent, vacuum nacti, ſub eoque alterum inanem etiam comperiſſent, animis conſternati, operam penè deſponderant, ſed in ſpem erecti, altius ſuffodientes, ſepulchrum invenerunt, in quo cœleſtis erat theſaurus, univerſa ſcilicet membra, articulis cum ſuis compaginata, quo viſo, omnes præ lætitia lacrymantes, Deum in ſancto ſuo collaudabant, ſed Epiſcopus cùm Sacras Reliquias obſignaſſet, Neapolim regreſſus, optatum Abbati nuncium tulit; is appetente nocte, unà cum cœtu Monachorum ad Lucullanum devênit, celebratiſque primùm matutinis hymnis, candido induti amictu, ad antrum deſcendunt, ſacrumque corpus in præparato loculo condunt; dein in pſalmodia ad diluculum uſque pervigilatum eſt, poſtero die, oriente ſole, Epiſcopus unà cum Clero, Dux, optimateſque, & populus, cum vexillis Dominicæ Crucis, odoriferiſque thymiamatibus, obviam ad oppidi campum proceſſere, atque ibi loculum venerati ſunt, Clero ex Latinis, Græciſque alternis concinente, Neapolim ad Monaſterium S. Severini cum luminibus deduxerunt. Epiſcopus autem Sanctiſſimum Corpus, unà cum Dominici Præcurſoris, & SS. Martyrum Gervaſii, & Prothaſii Reliquiis, quas cum eo collocatas repererant, honeſtiſſima cum pompa ſub Altare condidit.

His itaque (11) patratis, vix dum ſex dies efflu-

(8) Imperatores Orientis, & Francorum Reges arrogans, tumenſque Barbarus irridet; imperabat tum Græcis in Oriente Leo Philoſophus, Francis in Occidente Carolus III. ſimplex.

(9) Urbem Romam, S. Petri Apoſtoli ſepulchro, & patrocinio munitam, ſed quem Tyrannus impius *Petrulum*, per contemptum, appellat, quamprimùm tyrrannidis ſuæ extinctorem, & Italiæ liberatorem, ac vindicem experietur.

(10) Fortaſſe Germaniculis, ut de cæteris, à Joanne Diacono ſcriptum verbum etiam in exemplari deerat, *capturum*, *deleturum*, aut quid ſimile.

(11) Joannes Diaconus cùm Tranſlationem corporis Sancti Severini è Caſtello Lucullano Neapolim enarraſſet, itum dixerat à Pontifice, & Clero ad illud inquirendum 4. Idus Octobris: ut in ejus Baſilicam deventum eſt, poſt Miſſarum ſolemnia, deturbato altari, effoſſaque humo, integrum adhuc corpus eſt inventum; cùmque per noctem in pſalmis, & canticis vigilatum eſſet, poſtero die, celebri cum pompa, in urbem Neapolim deportatum eſt, facta igitur hæc tranſlatio 3. Idus, an pridie Idus Octobris? Sex ferè poſt dies à Tranſlatione corporis Sancti Severini, ideſt ſub 13. Kal. Novembris, portenta, quæ hîc narrantur, evenere, multaſque poſt preces, & ſupplicationes, extinctum eſſe Regem nuntiatum eſt, igitur, ut ex hac narratione erui poteſt, extremo Octobri ſanè ille extinctus, ſummùm ineunte Novembri; certum eodem anno 903. quo Tauromenium expugnaverat, & Sanctum Procopium Epiſcopum interfecerat.

Digitized by Google

effluxerant, cùm visu formidabile, dictuque mirabile prodigium, ingentem omnibus timorem incussit. Astra namque toto passim cœlo confixa per noctem volare, militumque instar confligentium, alterno visa concurrere illapsu. Hæc, aliaque variarum formarum monstra, quæ diversis in locis apparuisse constans fama erat, adeò pavidos jam omnium animos prostravere, ut ad Deum confugientes, votivis supplicationibus, in melius ejusmodi portenta, ut converterentur, exposcerent; sed cùm precibus dies noctesque intenti, Divinum sibi Nomen conciliarent, B. Severinus cuidam se adolescenti per visum obvium dedit, monuitque ne vesano metu fluctuarent; adesse se, qui opem ferret, omnibusque ipsorum rebus interesse; sed quoniam populus partim tyranni minis, partim etiam ingentibus portentis formidolosus, ab assiduis precibus non desistebat; Divina Clementia factum est, ut subitò fama perferretur, interiisse Regem, eaque signa necem ipsius portendisse. Tunc omnes dubia gestientes lætitia, id verum, ut esset, enixè rogabant. Eja nunc, bone Jesu; eja mœstorum consolator, à famulis tuis mœrorem absterge. Veniat, oramus, certus nuntius, qui superbiæ filium, desertorem Ecclesiarum, Sanctimonialium stupratorem, Virginum violatorem, Sanctorum virorum combustorem, contemptorem omnium, qui superbè se contra templa, Nomenque Sanctum tuum erexit, digna referat clade contritum. Dejice illum, dejice, Domine, quemadmodum Pharaonem, qui in curribus, & equitibus suis confidebat, gladio virtutis tuæ. Et nunc, Domine, Rex Regum, clemens, pius, ac misericors, salva nos de manu ejus, quatenus eruti, ac liberati sinè timore omnes laudare mereamur, ac benedicere Nomen Sanctum gloriæ tuæ.

Igitur haud multò post, cùm è nostratibus quidam, qui diu in ipsis hostium tentoriis commoratus fuerat, rediisset, Gregorio Consuli insolentis Regis obitum scisciranti, in hunc fermè modum exposuit. Cùm protervus ille ad Cusentinam urbem expugnandam, exercitum suum studiosis successibus destinasset, nec res votis responderent suis, quin etiam filium (12) suum cum valida pugnantium manu ibidem amisisset, consternatus animi, haud longiùs locari castra præcipiens, multa super eam Civitatem, Regionemque omnem; multa super Urbem Romam jactitabat, sed dum magno curarum æstu fluctuaret, in quadam B. Archangeli Michaëlis æde decubuit, somnoque se dedit, mox in ipso strato furenti senex quidam grandæva imagine apparuit. Ad quem ille: Cur injussus ad me ausus es ingredi, moriture? quid adstas adhuc, nec te foràs proripias? Verùm senex baculum, quem manu tenebat, in vesanum conjecit, eoque in femore percusso, statim evanuit. Tunc illum è somno excitatum ingens pavor incessit: mox per castra misit, ut si quem Latialem invenissent, ad eum quantocyùs perducerent, me invenientes, properanter ad eum adduxerunt: interroganti, qualis, quantusque sit Petrus senex? turbatus ego, nescio, inquam, Domine, quem Petrum memoras. At ille Romanum, ajo, nusquam eum depictum vidisti? statim ego facto animo, Domine, senem dicis, grandæva imagine, caput, barbamque attonsum? Hic ipse, inquit Tyrannus, me percussit; nam cùm lecto me de-

(12) Is fuisse videtur, quem annulo Pater in Regnum inauguraverat, ut superiùs dictum est, eamque prolem unicam Regi Barbaro fuisse, quam ob causam, cùm sinè liberis moreretur, nepotem Regni hæredem instituit.

Extremis Notis facturum me operæ pretium reor, si offusas historiæ nostræ tenebras à plerisque Scriptorum, dispulerim. Sed enim Petrus Diaconus Casinensis (*ad vitam Sancti Placidi*) de Siciliæ cladibus hæc scribit; *tempore, quo Ludovicus Caroli filius, in seniore Roma Augustale sumpsit Imperium, Joanne VIII. PP. in Sede Apostolica præsidente, in Casinensi verò Ecclesia, Leone Abbate Cathedram gubernante, primo anno ordinationis ejus, Dominicæ Incarnationis anno 900. Indict. 3. mensis Augusti die primo, Sarraceni à Babylonia, & Africa, adinstar examinis apum, cum Abraym, impiissimo Rege suo, venientes, Siciliam intrant, invenientes itaque pacatam Insulam, quaquaversùs impietatis agmina tendebant, devastabant, depopulabantur, incendio, & homicidiis cuncta tradentes ..... Panormum, & Syracusas ceperunt ..... devicta, ac subjugata Sicilia destructis Civitatibus, Sarraceni Liparitanam Insulam adeuntes; ad solum usque prosternunt, in Siciliam reversi die Kalendarum Augusti, Urbem Tauromenium ad solum usque prosternunt anno Domini* 903. hæc Petrus Diaconus. Ignatius autem Pragensis (*in Vita S. Bertharii. Extat MS. in Bibliotb. Casinensi*) Cœnobii Casinensis prior, qui floruisse videtur circa annum Domini 1200. post enarratam sanctissimi Abbatis, & Martyris Bertharii cædem, quæ 11. Kalendas Novembris anno Christi 884. à Sarracenis facta est, hæc subjicit: *non autem in longum vindicta cœlestis defuit. Rex enim Sarracenorum Abraymus, cognomento Caffula, innumerabilem congregans exercitum, tam istarum Italiæ partium, quàm aliarum, intravit Siciliam, eamque post transitum S. Martyris Bertharii, Monachis Casinensibus auferens, quotquot ibi reperit Monachos, pro fide Christi, capite truncavit, alio verò anno Tauromenium Siciliæ Civitas, quæ sola de possessionibus sacri Cœnobii Casinensis supererat, capta fuit, sed Dei judicio, ac Beatissimi Patris nostri Benedicti, ac glorioso Martyris Christi Bertharii meritis, idem Rex eodem anno, quo rebus suis sacrum Casinense Cœnobium spoliaverat, super Consentiam Calabriæ Civitatem, amara interiit morte*, hucusque Ignatius.

Sed ab his Scriptoribus in multis, ac præcipuè in ratione temporum peccatum est. Primùm Sarracenos, ajunt Siciliam ingressos esse. Ignatius quidem anno Christi 884. Petrus autem Diaconus anno 900. quod falsò dictum; nam Sarraceni ante annos 60. & ampliùs Siciliam ingressi fuerant; quin tradit Leo Ostiensis, Sarracenos Siciliam ingressos, Panormum cepisse anno 820. Syracusæ verò captæ, everæque sunt anno 880. ut superiùs probavimus. Secundùm tradit Ignatius, Abraymus eodem anno Tauromenium cepisse, malèque periisse, quo Sanctum Bertharium sustulerat at is cæsus fuerat 11. Kalendas Novembris anno Christi 884. ut auctor est Leo Ostiensis idemque Ignatius firmat: sed Abraymus eodem periit, quo Tauromenium expugnavit, q fuit annus Christi 903. ut rectè ait Petr Diaconus, certumque est ex Joanne Diacon Neapolitano, qui Tauromenium captum anno 24. Imp. Leonis ab ejus coronation qui annus est Christi 903. igitur Abraym malè periit ad Consentiam, IX. post ann à cæde sanctissimi Abbatis Bertharii. T tiùm memorat Petrus Diaconus, Sarracer ex Insula Lipara in Siciliam reversos, K lendis Augusti urbem Tauromenium s æquasse, certè quidem errat in die, nam cisum erat Tauromenium per plures dies a mortem S. Eliæ Monachi Ennensis, ut di tur in ejus vita, is verò 16. Kalendas Au sti ad Dominum migravit, præterco alia quæ facilè quivis animadvertat.

Digitized by Google

ſſem, meumque cor, varias raptum in-
s, ſuper Heſperiæ, Romanæque præſer-
urbis demolitione diſſecaretur, repentè
is ille ſenex apparuit, magnaque vi te-
contorquens, latera mea transfodit, ſic
us jam ab illo die, nequaquam ſurrexit;
ngraveſcente in dies dolore, paucis die-
inteſtina omnia emittens ſtygia Regna pe-
Elyſiumque illum lactis, & mellis,

A quem pro Chriſtiana perſecutione ſuis falſidicus olim promiſerat, invênit. Mox nepos ejus Regni hæres ab eo relictus, ex ingenti illo quamquam diſcordi exercitu, multos naufragio, domum cùm reverteretur, amiſit. Hactenus quæ de nefario Rege neceſſaria videbantur, perſtrinximus, ad laudem Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui regnat Deus per ſæcula. Amen.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLA
FRATRIS CONRADI
DOMINICANI
PRIORIS CONVENTUS
SANCTÆ CATHARINÆ
IN CIVITATE PANORMITANA
AD
B. EPISCOPUM CATHANENSEM,
SIVE
BREVIS CHRONICA
Ab anno 1027. *ad annum* 1283.
PRIMUM IMPRESSA
A JOANNE BAPTISTA DE GROSSIS
IN CATHANA SACRA.

Digitized by Google

DE CONRADO.
JOANNIS BAPTISTÆ CARUSII
BREVIS NOTITIA.

Conradus Ordinis Prædicatorum, Prioris munere præerat Cœnobio S. Catharinæ in Urbe Panormi, eo tempore, quo Fratres Prædicatores eodem in loco degebant; & exinde Moniales ejuſdem Ordinis incoluere, teſte Aug. Inveges in Panor. Nob. pag. 540. anno 1290. Epiſtolam ſcripſit ad Angelum Boccamazza Epiſcopum Cathanenſem, qui illam rexit Eccleſiam ab anno 1279. uſque ad 1296. ex Pirro in not. 1. Eccl. Cathan. pag. 37. In ea perbreve Siciliæ Chronicon perſtrinxit ab anno 1027. ad annum 1283. Omnia breviter enarrat; attamen nonnulla notatu digna habentur: Quam damus ex Fr. Matthæo Selvagio Ord. Minorum lib. de Tribus Peregrinis, edito, Venetiis 1542. in 8. (de quo vide Anton. Mongitore in Biblioth. Sicula Tom. 2. fol. 60.) & ex Joanne Baptiſta de Groſſis, in Cathana Sacra, pag. 143. qui eamdem edidit; de ea meminit Jo: Franciſcus Abela, in Melita Illuſtr. lib. 2. not. 10. pag. 262.

Digitized by Google

EPISTOLA
FRATRIS CONRADI
DOMINICANI
PRIORIS CONVENTUS
SANCTÆ CATHARINÆ
IN CIVITATE PANORMITANA
AD
EPISCOPUM CATHANENSEM,
SIVE
Brevis Chronica ab an. 1027. ad ann. 1283.

erendo in Christo Patri, & Domino, omino B. Dei Gratia, & Sedis Apostolicæ, Episcopo Cathanensi, suo Domino, & Benefactori continuo.

rater Conradus Ordinis Prædicatorum.

REverendissime Domine, humili recòmandatione præmissa; quia facta proborum, & maximè illorum, qui Siciliam honoraverunt, ac etiam de Saracenica :state liberaverunt, cor Nobilium Sicum habeant ad gaudium aperire: hinc est, l ad præsens, scilicet quod aliàs Rev. inationi vestræ promisi, scribo, & inci- à quadragesimo anno antequam Nortmand Regnum Siciliæ venissent.

primis Anno Verbi Incarnati 1027. decisexto Kalendas Augusti Gaytus Maymo- Saracenus de Hispania dextruxit Pactas, Terram Syragusiam, & incendit omnes usque sexus. Iste Gaytus erat inimicus is Tunicæ, & Siciliæ, qui vocabatur guta, filius Bulfaraci, concessit Siculis stianis, ut audirent Divina palàm, & rdotibus, ut portarent Corpus Christi ad mos. Regnante Malaguta, & bellante supradicto Gayto, fuit interfectus à sucto Gayto, & regnavit pro eo Camicus, it ita miserabilis, quòd vix potuit tenere um suum, & idcirco non potuit defen- Siculos de Rogerio Comite.

no 1033. Stratigotus primus, qui voca- r Georgius cum Maniacio intravit Mesn. Non fuit ille iste Maniacius, qui tra- Insulam Sarracenis, sed ille, qui condu- ormannos ad Insulam. Anno 1055. Nort- i venerunt ad Regnum, & 1058. tranit in Siciliam cum Maniacio, & debel- unt Saracenos usque Syragusiam, & nam. Deinde recesserunt à Maniacio , & prædaverunt totam Apuliam, & Caam.

no 1060. Robertus Guiscardus accepit

A filiam Principis Salerni in uxorem nomine Sygigaitam, & in eodem anno accepit Regnum, & factus est Dux Calabriæ. Item eodem anno operante Betumine Saraceno, qui erat Dominus Antellæ, quod Castrum erat in Sicilia juxta Corleonum: dum Dux, & Rogerius frater erant Rhegio, venit iste Betumen, & conduxit Rogerium Comitem ad Insulam, & habuit Messanam, Ramettam, & Traynam in festo Natalis Domini. Item anno 1061. Comes Rogerius pugnavit cum Bescaner juxtà Castrum Joannis, & obtinuit Victoriam. Item anno 1062. magna discordia fuit inter Robertum, & Comitem Rogerium fratrem suum.

B Item anno 1063. habuit aliam victoriam Comes, in qua apparuit ei Beatus Georgius; & illo anno fecerunt pacem Robertus, & Rogerius. Item anno 1064. iverunt ab obsedendum Panormum, & nihil fecerunt ex abundantia darentarum, à quibus exercitus fuit valdè vexatus, & oportuit eos recedere, & iverunt versùs Agrigentum, & destruxerunt quoddam Castrum, quod vocabatur Burgamum, hodie dicitur Buagimum, & est Feudum Ludovici de Monte aperto, distans Agrigento ferè sex milliaria. Item anno 1068. acceperunt Barium in Apulia, & 1071. Iterum Panormum invadunt per terram, & mare, & perceperunt eum 1074. Castrum Calasibet, construunt Castra Joannis 1075. Saraceni C Mazariam vastant, & Comes Rogerius latenter intrat, & multos Sarracenos perdidit suo gladio.

MLXXVI. Ugo de Guzzetta, Capitaneus Cataniæ, & gener Comitis, fuit interfectus à Sarracenis in Mortelletto Cathaniæ, & Jordanus filius Comitis evasit de insidiis Sarracenorum, qua de causa Comes Rogerius totam quasi Insulam combussit, & fuit magna fames Sarracenis illo anno, & dederunt se Rogerio, videlicet Drepanum, Bicarum, & Castrum novum.

Item 1080. Robertus Guiscardus ivit versùs Romaniam, & cum eo Rogerius Comes, &

Digitized by Google

acceperunt Duracium, & Insulam Grifo.

MLXXXII. Rogerius de Romania reversus est, & Ecclesiam Sancti Nicolai de Messana ædificat MLXXXIV. Sol obscuratus est per spatium trium horarum, & illo anno mortuus est Papa Gregorius, & Dux Robertus, & sepultus est Venusi, & factus est Dux filius ejus Rogerius, qui malè se gessit cum fratre suo Boëmundo.

Item 1085. Rogerius Comes accepit Syraguſiam, & Beneventum fecit. Item 1085. Comes Rogerius Agrigentum primo mensis Aprilis obsedit, & 16. Julii, & in eodem anno cepit Castrum Joannis.

Item 1088. Maltam capit, licèt quòd antea Notum, & Butherum acceperat.

His præmissis Sanctis; Comes amisit omnes liberos, sed postea cognoscens uxorem suam, generavit Simonem, & Rogerium: inde apud Miletum obiit, anno MCI. 9. Ind. mense Julii, & corpus ejus in Ecclesia, quam ipse fundaverat, honorificè sepultum est.

Post hunc Simon ejus primogenitus filiorum Regnum accepit, qui perpaucos vixit annos. Huic succesſit ille benedictus à Domino Rogerius, Mundo admiratio virtutum, priùs tamen Comes, postea Apuliæ, Capuæ Princeps ultimus, Rex Siciliæ, Tripolis, Africæ potentissimus: fines Imperii sui Terrarum acquisitione multiplici applicuit, cui laudes, & gesta probata singulariter referre nequeo, quoniam Ciceronis eloquentiam insufficientem reputo. Ad alia facta veniamus.

Anno 1118. obiit Adelasia uxor Comitis Rogerii, Mater Regis Rogerii. Anno 1153. obiit Rex Rogerius. Anno 1163. (rectiùs 1169.) pridie Februarii Civitas Catanensium subversa est à Terræmotu, in qua omnes Monachi, & Episcopus oppressi fuerunt.

Anno 1165. obiit Rex Guillelmus primus filius Regis Rogerii.

Anno 1182. Regina Margarita Mater Regis Guillelmi Secundi incœpit ædificare Monasterium Maneacensium.

Anno 1189. obiit Rex Guillelmus Secundus, & in eodem anno Rex Tancredus fuit coronatus Rex, & in Palacio Panormi. Anno 1194. XX. die Februarii obiit dictus Rex Tancredus.

Anno 1195. C. V. Henricus Imperator receptus est in Palatio Panormi, cepit Regem Guillelmum Juvenem filium Regis Tancredi, & quantitatem Comitum, & Baronum istius Regni, & devastavit eos. Anno 1197. obiit Henricus Imperator.

Anno 1198. Fredericus filius Henrici Imperatoris, fuit Rex Siciliæ coronatus, & in eodem anno Constantia mater ejus obiit.

Item anno 1209. Domina Constantia Aragona vênit Panormum, & Dominus Rex Fredericus desponsavit eam. Anno Regni ejus XI. fuit vocatus ad coronam Imperii. Annò 1220. accepit coronam Imperii à Domino Honorio Papa. Anno 1222. Domina Constantia Imperatrix obiit, prima uxor Frederici Imperatoris apud Cataniam. Anno 1223. Fredericus Imperator misit suum exercitum in Gerbis, & cepit illos, & captivavit.

Anno 1225. Imperator accepit secundam uxorem filiam Regis Joannis, nomine Isabellam. Anno 1227 Fredericus Imperator transivit in partes Ultra-marinas, & Domina Imperatrix uxor sua obiit, & Rex Conradus filius ejus natus est. Anno 1235. Imperator accepit

A in uxorem sororem Regis Angliæ, & in eodem anno accepit filium suum Regem Henricum, & tenuit in carcere usquequo mortuus fuit apud Marturanam.

Anno 1235. natus fuit Rex Henricus filius Domini Imperatoris de Tertia uxore, quæ fuit soror Regis Angliæ.

Anno 1239. Prælati Franciæ capti fuerunt per Dominum Imperatorem, tempore Papæ Gregorii, & in eodem anno mortuus est idem Dominus Papa.

Anno 1243. Dominus Simon Senebaldus Cardinalis susceptt Papatum, & ivit per mare usque Januam, deinde Lugdunum, & permansit ibi sex annis.

B Anno 1244. Theobaldus Franciscus, Generalis de Sancto Severino, & alii Comites, & Barones de Regno ceperunt thesaura Capacii; & Dominus Imperator statim expugnavit eos, & habuit, & tanquam proditores cremavit eos apud Neapolim, & Nobiles mulieres Regni captivavit Panormi, & nunquam postea comparuerunt.

Anno 1245. D. de Caserta de mandato Imperatoris ejecit omnes Sarracenos de Sicilia; & posuit eos apud Luceriam Apuliæ.

Anno 1246. Dominus Papa Innocentius celebravit Concilium apud Lugdunum, cum Prælatis Ultramontanis, & non de Regno, præter D. Bernardum Panormitanum Archiepiscopum, qui missus fuit ibi per Dominum

C Imperatorem.

Anno 1250. de mense Decembris obiit Dominus Imperator in Apulia, in Terra, quæ dicitur Florentinum, & corpus ejus fuit sepultum Panormi. Item eodem anno de mense Januarii, vênit Rex Conradus filius Imperatoris de Alemannia, & applicuit Messanam, cum magno gaudio vocatus illuc per Manfridum bajulum Regni, & accepit Neapolim. Anno 1252. de mense Madii obiit Rex Conradus.

Anno 1254. Innocentius Papa, de licentia Manfridi Principis, intravit Neapolim, & ibi mortuus, & sepultus est: & Dominus Papa Alexander susceptt Papatum Romanum, & mansit in Terra Neapoli cum Principe, & in

D eodem anno prædictus Princeps recuperavit Luceriam, & Acherenciam.

Item in eodem anno Messanenses rebellaverunt se contra Principem, & dextruxerunt Tauromeniam, quæ nolebat obedire mandatis eorum. Item in eodem anno Messanenses miserunt Romam, & elegerunt Potestatem Dominum Jacobum, & mansit in Potestate usque ad mensem Madii prædicti anni, & cum eo vênit Dominus frater Joannes de Columnis, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Messanensis, missus à Domino Papa.

E Anno 1254. Henricus de Abbate, cum exercitu Vallis Mazzariæ, cepit Panormum, & fratrem Bosinum Legatum ex parte Papæ, & totam Siciliam convertit ad dominationem Domini Principis, præter Platiam, Castrum Joannem, & Aydonum.

Anno 1255. Comes Fredericus Lancea vênit Vicarius Siciliæ ex parte Principis, & congregato magno exercitu obsedit Platiam, Castrum Joannem, & Aydonum, & rehabuit eas interfectis priùs multis hominibus istarum Terrarum.

Anno 1256. Dominus Princeps vênit Messanam, & postea Panormum, & ibi fecit congregare omnes Prælatos, & Barones Regni

&

Digitized by Google

& ad electionem eorum Dominus Manfredus Princeps fuit coronatus Rex Siciliæ, X. die Augusti, primæ Indictionis.

Anno 1257. fuit Capitaneus Siciliæ Comes Fredericus Malecta, & in eodem anno prædictus Comes de Malecta fuit interfectus à Theobaldo Theutonico, & ipse Theobaldus rebellavit se contra Regem Manfredum, & Comes Fredericus Lancea accepit eum in monte Trapani, & interfecit prædictum Theobaldum cum multis hominibus de prædicto Monte.

Anno 1265. Comes Carolus accepit pontem Cipranum, & turbata est Civitas Neapolis, & postmodum idem Comes cum suo exercitu vênit apud Pontem Valentinum in parte Beneventi, & prævaluit contra Regem Manfredum, & occîdit eum die Veneris 22. Februarii, & die Sabbati 13. Martii Civitas Messanæ levavit vexillum prædicti Comitis Caroli, & die Jovis, primo Aprilis, Comes Philippus de Monteforti vênit Vicarius in Siciliam, pro parte prædicti Comitis Caroli, & regnavit in Insula annis XVII.

Anno 1282. de mense Aprilis, fuerunt interfecti Gallici, & in eodem anno de mense Augusti, vênit Rex Petrus de Aragona, & intravit Panormum cum magno triumpho. Item in fine hujus mensis Carolus recessit de obsidione Messanæ, & amisit dominium totius Siciliæ. Ab isto Carolo usque ad hodiernum diem, fuerunt alia facta in nostra Insula, quæ verè non fuerunt probitates Dominorum, sed potiùs calliditates, ideò non debent homines in eis delectari, sed simpliciter dimittere; Idcirco hîc finem loquendi facio, vos autem Dominus Altissimus conservet: Amen.

Scripta Panorm. die 1. Aprilis 3. Indictionis.

Vester Orator, ac (*) *Servitor*
Fr. Conradus Gratia Dei, & (**) *vestra,*
Prior Monasterii Sanctæ Catharinæ.

(*) *Servus.*

(**) *Verè.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA

EX CHRONOLOGIA ARABICA

HAZI ALIPHE MUSTAFA

AD REM SARACENICO-SICULAM PERTINENTIA

A JOANNE RAINALDO

CAROLI

Italicè edita Venetiis anno 1697.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCERPTA
EX CHRONOLOGIA ARABICA
HAZI ALIPHE MUSTAFA
AD REM SARACENICO-SICULAM PERTINENTIA.

Primus numerus eſt Æræ Chriſtianæ, Secundus verò Hegiræ Mahometi.

ANno 703. 81. Armis occupatum fuit Regnum Meſſanæ (*aliquam ex Saracenorum in Siciliam excurſionibus denotat.*)

Anno 714. 93. Pharichius filius iadi per fretum Meſſanenſe in Calabriam apulit, ubi poſt factiones plurimas, & cruenos conflictus, fortiter tandem illam Provinam ſubegit.

Anno 760. 138. Initium ſupremi Dominais in Mauritania, vulgò Barbaria, familiæ uſteni Principis exercitus Arabum.

Anno 806. 184. Princeps unus de familia glabitarum, in Africa Regiam Coronam obnuit.

Anno 885. 263. Princeps Ibrahim Aglabites, lificavit in Africa Civitatem Veſadam.

Anno 923. 301. Princeps Mahometus, filius bdallah, movens ex Africa in Ægyptum, lexandriam expugnavit.

Anno 929. 307. Bena-Idris Familiæ Princitus in Africa eripitur.

Anno 936. 314. Abdulrahamanus Elnaſſir, Africanis Principibus, Taranti Civitatem mis acquiſivit.

Anno 947. 325. Haliphæus militares copias ntra rebellantem Meſſanæ Civitatem mot.

Anno 959. 337. Familia Ben-Ichielpidum, premum tenere dominatum incipit in Reo Siciliæ, ideſt Meſſanæ.

Anno 975. 353. Exercitus Muſulmanorum Sicilia de Infidelibus triumphavit.

Anno 981. 359. Atroci prælio Princeps A Seid. Benibadius contra Hemirum Zafferum in Africa dimicavit, quem occîdit, ejuſque hæredes Regno ſpoliavit.

Anno 983. 361. Muiſius, ex Fatimidarum familia, quæ Africæ Principatum tenebat, numeroſo exercitu Ægyptum ſubjugavit.

Anno 987. 365. Muiſius Sultanus, jam Africæ, Ægypti, & Syriæ Dominus, vivere deſiit.

Anno 987. 365. Elbucaſinus Ali-Chieltius, ſupremus in Sicilia Princeps, contra Calabriam expeditionem movet.

Anno 994. 372. Ali-Chieltius, Siciliæ Dominus, fortiter contra Francos in Calabria pugnans, interemptus eſt.

Anno 1049. 427. Echmelus, Siciliæ Dominus, in Melitam Inſulam, ut eam ſubjugaret exſcedens, ibi à Francis ſupervenientibus concluſus retinetur.

B Anno 1056. 444. Bergos Hachimirus, Siciliæ Dominus, à Melitenſium Militum manu adjutus, forti robore intulit arma contra Ben-Ichielpidarum Familiam, in Inſula Siciliæ latum Imperium poſſidentem de illis plenè triumphavit. Exinde Melitenſes, occaſione arrepta, devicta Regione potiuntur, & Bergoſum victorem ejiciunt.

Anno 1104. 482. Franci Mahometanis Inſulam Siciliæ cedere coacti ſunt.

Anno 1157. 535. Francorum exercitus Tripolim Civitatem expugnavit.

C Anno 1159. 537. Franci occuparunt Inſulam Siciliæ.

Chronicon iſtud in Annorum notatione minimè convenit cum aliis Hiſtoricis, quos exhibemus.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRONICON
EPISCOPORUM
SANCTÆ NEAPOLITANÆ ECCLESIÆ

AB EORUM EXORDIO

Usque ad Ann. reparatæ salutis DCCCLXXII.

AUCTORE

JOHANNE DIACONO

ECCLESIÆ SANCTI JANUARII NEAPOLI SITÆ,

Qui eo tempore floruit,

NUNC PRIMUM PRODIT EX MS. CODICE

BIBLIOTHECÆ VATICANÆ.

ACCEDUNT BREVES NOTÆ

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN JOHANNIS DIACONI COMMENTARIUM DE VITIS EPISCOPORUM NEAPOLITANORUM

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

CIvitas Neapolitana, quae Regum olim ſedes, & adhuc ampliſſimi Regni caput, nunc ceteras Italiae Urbes Civium frequentia, & loci amoenitate poſt ſe relinquit, eadem antiquis etiam temporibus ſi non pari potentia, ornamentis tamen ac Religione longe lateque ſplendebat. Plures ibi floruere Epiſcopi eam pietatis normam ſequuti, ut Coelitum albo concordi populorum ſuffragio inſcripti fuerint. Antequam vero Metropolitica dignitas acceſſerit Neapolitanae Cathedrae, catalogum omnium Epiſcoporum, qui eam tenuerant, ſibi contexendum ſumſit *Johannes Diaconus*. Ille quidem pauca, ſed quidquid de eorum Vita reſcire potuit, in tabulas retulit: unde emerſit Commentarius nunc mihi evulgandus. Quis vero fuerit, quove tempore vixerit hic Scriptor, inter Eccleſiaſticos Auctores referendus, titulus ipſe indicat. Fuit ergo *Johannes* patria Neapolitanus, munere *Diaconus*, eique regenda attributa eſt *Diaconia Sancti Januarii* in eadem Neapolitana Urbe poſita, hoc eſt Eccleſia Xenodochio, ſeu Ptochotrophio adnexa, cujus reditus in peregrinis excipiendis, aut pauperibus paſcendis diſtribuebantur, fundata ab Agnello Epiſcopo circiter Annum 680. Poſtremus Epiſcoporum, quorum Vitas Johannes Diaconus lucubravit, eſt Athanaſius I. vir ob ſanctitatem morum in Eccleſia Neapolitana celebris, cujus obitus contigit Anno 872. Ejus autem geſta ita a Johanne enarrantur, ut facile intelligas, aut iiſdem temporibus in vivis fuiſſe Scriptorem ipſum, aut non longe poſt floruiſſe.

Atque heic adnotandum eſt, editam fuiſſe jamdiu a Laurentio Surio in Vit. Sanctor. ad diem 23. Septembris Hiſtoriam Paſſionis Sanctorum Martyrum Soſii Diaconi, & Januarii Epiſcopi, ſimulque Translationis corporis ejuſdem Sancti, *Auctore Johanne Diacono Sancti Januarii, qui ejuſdem ſacri corporis translationi interfuit*. Propterea Voſſius *Johannem Diaconum* Scriptorem Paſſionis hujus inter Scriptores Hiſtoricos recenſuit, ejuſdemque etiam mentionem fecit Ughellus Tom. VI. Ital. Sac. in Archiep. Neapol. Quum vero contigiſſe dicatur hujuſmodi translatio Anno 920. Johannis etiam hujus, qui ipſam deſcripſit, aetas inde agnoſcitur. Verum fallitur Ughellus in aſſignando translationis memoratae Anno; nihil enim in ea narratione occurrit, quod tempus indicet illius ſacri operis, idque longe antea factum opinari poſſumus. Praeterea idem Ughellus minime animadvertit, non alium eſſe Johannem Diaconum memoratae Paſſionis Scriptorem ab eo, cui Vitas Antiſtitum Neapolitanorum debemus. Id mihi certum eſt, certumque & reliquis futurum puto. Utrobique conveniunt nomen, munus, patria, & Diaconia, quandoquidem utriuſque Operis Scriptor appellatur *Johannes Diaconus Sancti Januarii*. Aetas etiam in eamdem nos ſententiam impellit. Jam vidimus, Johannem Diaconum in conſcribendis Vitis nuper memoratis ſubſtitiſſe ad Annum 872. hoc eſt ad mortem Sancti Athanaſii Praeſulis Neapolitani, quo tempore is florebat, aut a quo parum ſua aetate aberat. A continuando ejuſmodi labore eum fortaſſe deterruit minime religioſa, immo deteſtanda Athanaſii II. vita, qui patruo piiſſimo Epiſcopo in ea Sede ſucceſſit. Translatio autem Sancti Soſii facta eſt ſub Stephano junioris Athanaſii Succeſſore, qui circiter Annum 895. Neapolitanae Eccleſiae praeeſſe coepit. Lege nunc Praefationem Vitae Sanctorum Soſii atque Januarii. Ita Johannes Diaconus

Digitized by Google

exorditur. *Poſt nonnulla tyrocinii mei Opuſcula, quibus aliquantiſper juvenilem animum caritatis exercuiſſe videbar imperio, nullius fore diſponebam intentionis, niſi ut me magis hebetaret deſidia, quam fomenta lividæ ſtomachationis alicui pro talibus ſubminiſtrarem experimentis.* Viden, ut Johannes Diaconus, adhuc tyro & juvenis, *nonnulla Opuſcula* procuderit (inter quae Epiſcoporum Vitae computandae videntur); grandioris vero aetatis factus, Paſſionem Sanctorum Soſii & Januarii ſcripſerit? Neque aliter rem ſe habuiſſe idem Johannes nos docet in Vita Johannis III. qui circiter Annum 836. ſedere coepit; in haec enim verba loquitur: *Si hujus vitam, vel mores ſcribere tentavero, non dico meae Adoleſcentiae, cujus ſenſus propter aetatem adhuc intercluditur, verum etiam ſagacioribus oneri fuerit.* Haec ſane eo collineant, ut unicum horum Auctorem intelligamus.

Neque haec tantum ex ejus calamo habemus. *Hiſtoriam* quoque *Translationis Sancti Severini Noricorum Apoſtoli* idem Johannes Diaconus literis conſignavit, quam legas editam a Clar. Viro Johanne Bollando in Act. Sanctor. in Addend. ad diem VIII. Januar. Tomo I. pag. 1098. Facta fuit translatio illa *Anno Vigeſimo quarto Leonis & Alexandri Imperatorum*, hoc eſt Anno 910. uti cenſent Ambroſius Staibanus, & Caracciolus. Verum ſi ab Anno 886. quo Leo Sapiens Baſilio Auguſto parenti ſucceſſit, exordium ejus Imperii arceſſas, annus ejus XXIV. in Annum cadit 909. Immo quum Leo & Alexander Anno 870. Imperatores a patre fuerint renuntiati: quis certos nos facit, non ab eo potius Anno deductam fuiſſe Johanni Diacono Epocham Caeſarum illorum, ac propterea citius conſignandam praelaudatam Translationem, atque anticipandum etiam initium Sedis Stephani, ſub quo Epiſcopo eadem peracta fuit? Apud Ughellum in Catal. Archiep. Neapol. legitur Bulla Athanaſii III. Epiſcopi Neapolitani data *Imperantibus Dominis Leone & Alexandro magnis Imperatoribus Anno XXX. die XVII. menſis Decembris Indict. XI.* hoc eſt Anno Chriſti 907. ſi recte poſitae ſunt chronicae iſtae notae ab Ughello. Ergo eorum Annus XXIV. in Annum caderet 901. Sed haec tenebris non carent. Nulla autem dubitatio eſt, quin & hoc Opuſculum eumdem Johannem Diaconum Auctorem habeat, a quo Antiſtitum Neapolitanorum Vitas accepimus. Immo hinc luculentius oſtenditur ad eumdem Johannem referendam eſſe ſupra memoratam *Hiſtoriam Paſſionis Sanctorum Soſii atque Januarii*. Utraque enim Opella, ſolicitante Johanne Abbate Monaſterii Neapolitani Sancti Severini, conſcripta eſt; utrobique idem ſtilus; ac inſuper una alteram poſcit. Ita vero legitur in Hiſtoria Paſſionis Sancti Soſii: *Poſt everſionem Luculani Oppidi, ſicut in alio conſtat libello expreſſum, quum memoratus Abbas* (Johannes) *corpus Sancti Severini meruiſſet adipiſci* &c. En ut in hoc Opuſculo mentio fit praecedentis alterius, quo translationem corporis Sancti Severini Johannes Diaconus fuerat perſequutus. Praeter haec idem Johannes Diaconus *Paſſionem XL. Martyrum Sebaſtenorum* Graece ab Evodio Epiſcopo Caeſareae ſcriptam Latio donavit, eaque primum edita eſt Anno 1604. a Gerardo Voſſio Borchlonio; tum Anno 1668. celeberrimi PP. Henſchenius & Papebrochius eam intulerunt in Acta Sanctor. ad diem X. Martii pag. 12. Tom. II. illius menſis. Exploratum eſt, hunc etiam foetum eidem Johanni tribuendum; diſertis enim verbis in Praefatione ita ille ſcribit: *Dominus Johannes Spiritalis noſter Pater, Abbas quoque Monaſterii Sancti Severini* (cujus nimirum gratia alia ſcripſit Johannes, ut ſupra vidimus) *quum me infeliciſſimum Johannem Diaconum, ſervum Sancti Januarii Martyris* (en idem qui ſupra Diaconiae Sancti Januarii Praepoſitus) *non meis meritis unice diligeret, & crederet ſuis juſſis in nullo me ire ſiniſtrum: coepit ſaepiſſime coram me devotionem referre, quam erga praedictos haberet Martyres* &c. Adnotavit etiam Cardinalis Baronius in notis ad Martyrol. die XIII. Decembris, Johannem Diaconum *Acta Sanctorum Euſtratii & ſociorum* e Graeco in Latinum tranſtuliſſe. Bollandiani tamen hoc in dubium revocant, ſcribentes, in exemplari antiquiſſimo Barberinae Bibliothecae non *Johannem* Interpretem, ſed *Guarimpotum* appellari. Verum falli vix potuit hac in re magnus Annalium parens, quum ipſe aperte legerit Interpretis nomen, hoc eſt *Johannes ſervus Sancti Januarii*, quemadmodum ſupra quoque idem in aliis Libellis ſeſe inſcripſit. Eamdem vero verſionem lucubravit Johannes juſſu *Athanaſii junioris Parthenopenſis Eccleſiae Praeſulis*, cujus revera temporibus floruit Johannes Diaconus, nobis hactenus memoratus. Poſtremo tamdem loco auctor eſt Caracciolus, *Homeliam in honorem Sancti Agrippini*, foetum eſſe Johannis Diaconi, a quo has ipſas Vitas Neapolitanorum Antiſtitum accepimus. Atque haec animadvertiſſe juvit, ut qui in poſterum de Scriptoribus Eccleſiaſticis acturi ſunt, aequiores ſe praebeant erga Johannem hunc a pleriſque neglectum. Et alia quidem ille ingenii ſui monumenta fortaſſe reliquerit, quae temporum voracitati jam ceſſiſſe exiſtimare facile poſſumus; nam praeterquamquod exercere ſe adoleſcens in hiſce ſtu-

Digitized by Google

ſtudiis coepit, ea etiam mentis vivacitate, ſtilique facilitate, inſtructus erat, ut in Urbe Neapolitana unus ab Epiſcopis, aliiſque Eccleſiaſticis viris deligeretur ad ſacras res geſtas ſcriptis conſignandas.

Nunc ad Vitas Neapolitanorum Antiſtitum redeamus, quas florente aetate Johannem Diaconum procudiſſe diximus. Illud in primis in omnium oculos incurret, ſimulque moleſtiam delicatulis quibuſdam ingerere poterit, quod quum is deſcribenda ſibi ſumat eorumdem Epiſcoporum geſta, pauca demum de iis adferat, & jejunos plerumque Lectores dimittat. Ad ſingulos quidem aut pauca, aut multa ab eo appoſita legas, ſed quae abs re ſint; nam pro Neapolitum rebus res Romanorum Pontificum nobis propinat, & ut vacuum ſuum impleat, minime neceſſariis, immo inopportunis narrationibus legentium expectationem paſcit, ne dicam fallit. Adde, Scriptorem hunc, exigua ſibi eruditionis ſubſidia conquiſiiſſe; nam Romanorum Pontificum Vitis, quae Anaſtaſio Bibliothecario tribuuntur, & Opuſculo Hiſtorico Bedae, & Langobardica Hiſtoria Pauli Diaconi fere contentus, tanta confidentia eorum etiam ſcrinia expilavit, ut totidem verbis lacinias inde ſumtas, nullo tamen Auctore laudato, in ſuum uſum converterit. Diſſimulare haec nolui; ſed ea ſpe neminem futurum, qui propterea vili Opuſculum hoc habere velit. Profecto nobis haſce Vitas non parum commendat antiquitas, ac potiſſimum quod tunc prodierint, quando rarus erat, qui ingenio ac eruditione in Italia emergeret. Saepe conqueſti ſumus late diffuſam eorum temporum inſcitiam, & pauca ſupereſſe illius Seculi Hiſtorica monumenta. Fateatur ergo quiſquis rem ſerio penſat, gratiſſimum hoc nobis occurrere, & praeſertim quum multas inclytae Urbis antiquitates ſervarit, non aliunde ſperandas, atque in poſtremis Epiſcopis plura adferat, quae Neapolitanae Hiſtoriae non levi ſint adjumento. Ad manus autem Ughelli fuerunt hujuſmodi Vitae, quum in Italia Sacra Catalogum Archiepiſcoporum Neapolitanorum contexeret. Aliis etiam Eruditis, ac potiſſimum Camillo Peregrinio commemoratae ſunt; ſed nondum lucem viderant, quia adhuc MStae. Propterea multis egi ego apud doctiſſimum neque minus ex eruditione, Libriſque editis, quam ex eloquentia ſacra Clariſſimum Virum P. Sebaſtianum Paulium Lucenſem ex Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei, Caeſareum Hiſtoriographum, tunc Neapoli agentem, ut quando, fruſtratis apud alios precibus meis, impetrare nondum potueram Opuſculum iſtud, ipſe pro antiqua ſua erga me benevolentia mihi tamdem feliciori ſucceſſu procuraret. Neque inanis ſpes mea fuit; is enim tota animi contentione in id intentus, denique à P. Euſtachio Caracciolo Cl. Reg. ſui Ordinis Romae Conſultore, quem pietas, doctrina, & generis nobilitas ſumme commendant, impetratum ad me miſit. Ejus ergo ope ac beneficio Johannes Diaconus luce nunc primum frui incipit. Antiquiſſimum autem Codicem MStum, unde haec deſcripta fuere, habet Vaticana Bibliotheca omnium princeps; & quod meae felicitati tribuo Clariſſimus ac Eruditiſſimus Vir Nicolaus Carminius Neapolitanus, Latinae non minus quam Graecae Linguae peritiſſimus, cui ob Dionis Caſii Hiſtoriam nuper cum tanta ſui nominis laude, fatiſque melioribus recuſam, multa debet literaria Reſpublica, exemplar, quo ſum uſus diligentiſſime cum Vaticano Codice contulit, ita ut ſi qua in hunc Libellum errata irrepſere, non editoris, aut Typographi vitio, ſed quidem vetuſto ipſi Codici ſint tribuenda.

In calce Libelli ſubjungitur fragmentum Vitae Athanaſii II. Epiſcopi Neapolitani, illius nempe, qui vitiis non paucis ſiniſtram famam ſibi apud poſteros quaeſivit. Ejus Auctor in Vaticano Codice dicitur *Petrus Neapolitanae Sedis Subdiaconus*. Si Ughello fides, Petrus iſte Neapolitanorum Antiſtitum geſta circa Annum 1200. continuavit. Baronius ad Annum 872. Vitam Sancti Athanaſii I. Neapolitani Antiſtitis ab altera diverſam, quam Johannes Diaconus nobis dabit, commemorat, & ejus parte in ſuos Annales illata, Auctorem putat illius *Petrum Diaconum Caſinenſem, qui hoc item tempore vixit*. Contra Ughellus Baronium heic impegiſſe arbitratur; Petrus enim Diaconus Caſinenſis tribus poſt Seculis floruit, neque ullam Athanaſianae Vitae a ſe conſcriptae mentionem habet; quare *Anonymum* potius cenſet ejus Vitae Scriptorem. Verum non incuſandus Baronius; is enim Petrum hujus Vitae Auctorem Sancto Athanaſio ſynchronum facit, ac propterea a Petro Diacono Caſinenſe, qui Anno 1136. florebat, ſatis diſtinguit. Ego in eo tantum a Baronii ſententia diſcedendum puto, quod Petrum Athanaſianae Vitae Scriptorem *Diaconum Caſinenſem* crediderit. Quippe ille non alius fuiſſe videtur, quam idem *Petrus Neapolitanae Eccleſiae Subdiaconus*, & Athanaſii I. ac Secundi aequalis, a quo primas lineas Vitae Athanaſii II. habemus, in calce harum Vitarum additas,

quive

Digitized by Google

quive etiam ſcripſit Sancti Agnelli Abbatis miracula, ubi inſcribitur *Petrus Sanctae Parthenopenſis Eccleſiae Hypodiaconus*. Certe Petrus Diaconus in Libro de Viris illuſtr. Caſin. nullum alium Petrum Diaconum Caſinenſem Scriptorem ante ſe commemorat, commemoraturus, ſi fuiſſet. Ughellus itidem in Catalogo ſuo neminem exhibet, qui poſt Johannem Diaconum Vitas Epiſcoporum Neapolitanorum ſit perſequutus, ita ut quae ille aſſerit de Petro Subdiacono vivente ac ſcribente circiter Annum Chriſti 1200. plane ab amplectendo deterreamur. Atque haec pauca praefari libuit in Vitas Neapolitanorum Antiſtitum, in quibus ſi qua lacuna occurret, noris eam ex ipſo antiquiſſimo Codice derivari, unde haec fuere deſcripta. Ego notulas quaſdam apponam, ubi aut neceſſe, aut congruum videbitur.

CHRO-

Digitized by Google

Ligavit eum per annos mille Apoc. 20.

CHRONICON
EPISCOPORUM
ANCTÆ NEAPOLITANÆ ECCLESIÆ,
AUCTORE
IOHANNE DIACONO
ECCLESIÆ SANCTI JANUARII AD DIACONIAM IN URBE NEAPOLI POSITÆ,

Poſt Annum 872. ex Acephalo (1) Codice Vaticano, membranaceo, in forma Octava, ſcripto Decimo Seculo literis Majoribus Latinis, & Langobardicis (poſt medium) Undecimo, vel Duodecimo Seculo.

Ex num. Codd. Latin. 5007.

ANno Quadrageſimo Secundo Imperat. Cæſaris Octaviani, ceſſante Regno, ac Sacerdotio Judæorum, ſecundùm Oracula Prophetarum, Dominus noſter Jeſus Chriſtus noſtra ſalute naſci dignatus eſt. A

eractis igitur Octavianus à primordio Reſui Annis LVI., & menſibus VI. Tiberium B ignum ſuum reliquit in Regnum, qui revit Annos XXIII. Hujus quintodecimo Imii Anno Dominus poſt Baptiſmum, Regnum Cœlorum adnuntiavit. Octavo decimo ejuſdem Anno ſua Paſſione mundum redemit. Et prædicaturi per regiones Judææ Apoſtoli, Jacobum Fratrem Domini Hieroſolymis ordinant Epiſcopum, & VII. Diaconos. Et lapidato Beato Stephano, Eccleſia per regiones Judææ & Samariæ diſſeminata eſt.

Gajus regnavit Annos III. menſes X. dies VIII. Per idem tempus Matthæus Apoſtolus Evangelium in Judæa primus conſcripſit.

Claudius regnavit Annos III. menſes VII. dies viginti octo.

Hujus ſecundo Anno Beatiſſimus Petrus Apoſtolus cùm primus Antiochenam fundaſſet Eccleſiam, & VII. Annis ibidem Pontificalem Cathedram ſediſſet, ad expugnandum Simonem Magum Romam pergit; ibique Cathedram Sacerdotalem tenuit Annos XXV. menſes II. dies III. Fuit autem temporibus Imperii

(1) Non probatur Eruditiſſimo Falconi ejuſmodi inſcriptio Vaticano Codici addita. Idem verò Codex olim pertinuit ad Eccleſiam S. Bartholomæi poſitam Beneventi, uti in calce Operis proditur; ac inde in Vaticanam Bibliothecam invectus fuit.

Digitized by Google

rii Cæsaris, & Gaji, & Claudii, & usque ad ultimum Neronis Annum.

Jacobus Frater Domini cùm XXX. Annos Hierosolymorum rexisset Ecclesiam, undecimo Neronis Anno à Judæis lapidatur. In cujus Thronum Symeon, qui & Simon secundus adsumitur.

Marcus quoque auditor Petri, & de Baptismo Filius, Evangelium, quod Romæ scripserat, Ægypto, & Alexandriæ, Petro mittente, prædicat. Hujus temporibus Simon Magus cùm altercationem proposuisset cum Petro, & Paulo, dicens se quamdam virtutem Dei esse magnam, medio die dum ad Patrem volare promittit in Cœlum, & in aëre à Dæmonibus ferebatur, adjurante eos Petro per Dominum, Paulo verò orante, dimissus crepuit, & confracta sunt crura ejus, ob cujus necem à Nerone Petrus crucifigitur capite ad terram verso, & in sublime pedibus elevatis, asserens se indignum, si sic crucifigeretur ut Dominus ejus. Paulus gladio cæditur. Alvinus (2) Florus Festo Magistratui Judææ succedit, cujus luxuriam, & avaritiam, cæteramque nequitiam non ferentes Judæi, contra Romanos revellaverunt. Adversùm quos Vespasianus Magister Militiæ à Nerone transmissus est. Vespasianus apud Judæam Imperator ab exercitu appellatus est, & bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiscitur. Titus Judæa capta, & Hierosolymis subversis, sexcenta millia virorum interfecit. Josephus verò scribit undecies centena millia fame & gladio periisse, & alia centum millia captivorum publicè venundata. Ut autem tanta multitudo Hierosolymis reperiretur, causam Azymorum refert fuisse, ob quæ ex omni gente Judæa ad Templum confluentes, Urbe quasi carcere sunt recluси. Oportuit enim in his diebus Paschæ eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerant. Colligitur omne tempus à Quintodecimo Anno Tiberii Cæsaris, & ab Exordio Evangelicæ prædicationis Anni XLII.

Linus Papa à Beato Petro Apostolo Episcopus ordinatus, primus post eum Romanæ Ecclesiæ Pontificalem Cathedram tenuit Annos XI. menses III. dies XII. Fuit autem temporibus Vespasiani, & Titi. Qui Titus bellum jam dictæ Hierosolymæ in Annis quatuor consummavit. Templum quoque stravit.

Cletus sedit Annos XII. mensem I. dies XI. Fuit autem temporibus Titi, & Domitiani, junioris Fratris sui, sub quo Apostolus Johannes in Pathmo Insula relegatus est.

Clemens sedit Annos IX. menses II. dies X. Fuit autem (3) . . . . . .

I. ASPRENAS Episcopus (4). Fuit amator pauperum, & tantæ beatitudinis, ut omnem hominem à majore usque ad minimum libenter exciperet, & per Dominici talenti acceptionem Populos ad viam salutis quotidie evocaret.

II. EPITHIMITUS Episcopus. Prioris exempla sequens, distributo talenti munere, cum lucro Domino consignavit.

III. MARO Episcopus. Cum his Prædecessoribus suis ob sanctitatis meritum in Ecclesia Stephania translatus esse videtur.

IV. PROBUS Episcopus. Omni probitate conspicuus, nominis sui operibus copulans, placida morte quievit.

V. PAULUS Episcopus. Mirabilis in opere, mirabilis in factis, mitis in prosperis, prudens in adversis; post diuturna tempora gaudens & ipse migravit ad Dominum.

VI. AGRIPPINUS (5) Episcopus. Amator Patriæ, Defensor Civitatis, qui quotidie pro nobis suis famulis exorare non cessat. Hic signis multis, & miraculis coruscat. Plurimam auxit Domino turbam credentium, & gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ collocavit. Unde meritò audire meruit. *Euge serve bone, quia in modico fidelis fuisti, supra multa te constituam; intra in gaudium Domini Tui.* Denique in Ecclesia Stephania translatus, merito cum honore quiescit.

VII. EUSTHASIUS (6) Episcopus. In Altario Beatæ Dei Genetricis semperque Virginis Mariæ, quæ dicitur Cosmidi, Populi devotio exequentes, conditus est, atque translatus.

VIII. EPHEBUS (7) Episcopus. Pulcher cor-

(2) Pro *Albinus*. Ita interdum Neapolitani sub Græcorum dominatione assueti B. per V. consonantem literam efferebant: cujus rei plura exempla infra habebis. Perdurat hic mos in Græcis nostrorum temporum; sed Eruditi disputant, num vetustissimis temporibus eamdem consuetudinem Græca Lingua servaret, & Doctiores negant. Cæterùm emendandus heic Johannes Diaconus. *Albinus* successit *Festo*, *Gessius Florus Albino*, uti ex Josepho constat.

(3) In MSto Codice Vaticano heic finis est octavæ paginæ, ubi certè desideratur unum foliolum, sive duæ paginæ. Dolendum autem est, narrationem heic interruptam fuisse; fortassis enim Auctor narrabat, quis Urbi Neapolitanæ primus Christianam Religionem invexerit, & quis ex Romanis Pontificibus primum illi Urbi Episcopum dederit.

(4) Constans Neapolitanorum opinio est, primum hunc Episcopum suæ Civitati datum, & quidem ab Apostolo Petro. Neque recens opinio. Petrus Subdiaconus Neapolitanus in Vita Sancti Athanasii Episcopi ejusdem Urbis, circiter Annum Christi 872. hæc scribebat: *Beatissimus Petrus Apostolorum Princeps Asprem* (sive *Asprenam*) *sanctissimum inibi ordinavit Episcopum*. Certè non paucas Occidentis Ecclesias à Sancto Petro fundatas traditio antiquissima habet, atque illustriores in Italia Ecclesiæ eò sua initia retulerunt. Verùm longè posteriùs floruisse Sanctum Asprenatem contendit Clar. Vir Franciscus Blanchinius in Notis ad Anastasii Biblioth. Vitas Roman. Pontif.

(5) Petrus Subdiaconus supra mihi memoratus in Vita Sancti Athanasii Episcopi Neapolitani hæc de illo scripsit iisdem temporibus, quibus Johannes Diaconus: *Nam & Beati illius Agrippini Ecclesia hactenus demonstratur, qui quintus à supradicto Asprem* (sive *Asprenate*) *ordinatus est Episcopus, quique & Patronus & defensor est istius Civitatis*. Quæ postrema verba ab Ughelli sententia nos avertunt, tradentis, hujus Sancti Viri ope ac apparitione liberatam fuisse Neapolim, sub Johanne XIII. Pontifice Romano, à Sarracenorum obsidione, ac propterea tunc à Neapolitanis in Patronum fuisse adlectum. Id antea factum; neque ulla Neapolis obsidio Johannis XIII. temporibus fuit.

(6) Hic in album Sanctorum ob ejus virtutes à Clero & Populo relatus. Infra in eodem Codice vitiosè legitur *Populi devotio exequentes*. Ughellus, aut alius quisquam hæc ita restituit: *Populis devotè exequentibus*. Possunt & aliter emendari.

(7) In hujus Episcopi nomine mirè dissentiunt Scriptores Neapolitani, eorumque monumenta. *Epherus* infra scriptum in Codice Vaticano. Alii habent *Euphebium*, *Eupbenum*, *Eupbemum*, *Efrimum* &c. Supinè autem hallucinatus est Summontius, qui ad Annum usque 713. distulit Episcopatum *Eusebii*.

Digitized by Google

corpore, pulchrior mente Plebi Dei Sanctiſſimus præfuit, & fideliter miniſtravit. Ipſe verò poſt, quorumdam incurſionibus, translatus, deductuſque Neapolim, Eccleſiæ Stephaniæ reconditur,

Tres (8) *Epiſcopi Neapolitani heic deſiderantur.*

IX. FORTUNATUS (9) Epiſcopus Sanctiſſimus exſtitit vitæ, ſanctiſſimis orationibus die noctuque indeſinenter agens, Regna Cœlorum, ſicut deſideravit, adeptus eſt. Qui ſepultus foris Urbem quaſi ad ſtadia quatuor; deinde poſt longo tempore Populi patrocinia ejus petentes, ab Eccleſia ſui nominis conſecrata transferentes, per manus Pontificum collocarunt in Eccleſia Stephania, partis dextræ introëuntibus, ſurſum, ubi eſt Oratorium, in caput Catatumbæ.

X. MAXIMUS (10) Epiſcopus. Ab ineunte ætate ſua ſtrenuus, & omnimodo moderatus, Sanctæ Eccleſiæ militavit. Nam & ipſe priùs in Eccleſia Beati Fortunati Sacerdotis, & Chriſti Confeſſoris, eſt conditus. Nunc verò in Oratorio Eccleſiæ Stephaniæ parti lævæ introëuntibus, Sacro Altario adeptus exultat.

XI. ZOSIMUS (11) Epiſcopus. Fuit temporibus Melciedæ (12) jam dicti Papæ, uſque ad undecimum Silveſtri Papæ Annum, & Conſtantini Imperatoris. Hic Sanctus Silveſter exilio fuit in Monte Serapi, & poſtmodum rediens cum gloria baptizavit Conſtantinum Auguſtum, quem curavit Dominus à lepra.

Iſte primus Imperatorum Chriſtianus effectus licentiam dedit Chriſtianis liberè congregari, & ad honorem Chriſti Baſilicas conſtrui.

Ipſe autem fecit Romæ, ubi baptizatus eſt, Baſilicam Beati Johannis Baptiſtæ, quique inter alias conſtructas Eccleſias; etiam & in Urbe Neapoli Baſilicam fecit, aſſerentibus multis, quòd Sancta Reſtituta fuiſſet.

Hujus Conſtantini temporibus Hæreſis Arriana exoritur, Nicænumque Concilium trecentorum decem & octo Patrum à Conſtantino ad condemnationem Arrii congregatur, & damnati ſunt Arrius, & Fotinus, vel ſequaces eorum.

XII. SEVERUS (13) Epiſcopus. Sedit Annos XLVI. menſes II. dies XI. Hic fecit Baſilicas quatuor; unam foris Urbem juxta Sanctum Fortunatum, & aliam in Civitate mirificæ operationis, in cujus apſide depinxit ex muſivo Salvatorem cum XII Apoſtolis ſedentem, & habentem ſubtus quatuor Prophetas, diſtinctos pretioſis marmorum metallis. Eſaias cum Olivæ corona, Nativitatem Chriſti, & perpetuæ Virginis Dei Genitricis Mariæ deſignare voluit, dicendo: *Fiat Pax*.

Hie-

(8) Scilicet diligentiam Johannis Diaconi fugerunt, aut ex ejus Libello exciderunt *Marcianus*, Ephebi creditus Succeſſor, quique ſub Diocletiano vixiſſe traditur, uti vetera Eccleſiæ Neapolitanæ monumenta produnt. Tum *Coſmas*, qui ſub Conſtantino Magno eidem Eccleſiæ præfuiſſe perhibetur, ut antiqui Miſſales & Kalendaria teſtantur. Denique *Calepodius*, certiſſimus ejus Sedis Epiſcopus, quippe qui Synodo Sardicenſi Anno 347. interfuit, & ſubſcripſit, uti ex ejus Actis exploratum habemus. Verùm Cl. V. Daniel Papebrochius Soc. Jeſu agens in Act. Sanct. ad diem XV. Junii de Sancto Fortunato Epiſcopo Neapolitano in eam ſententiam inclinat, nihil deficere in Catalogo Johannis Diaconi; Marcianum verò, Coſmam, & Calepodium Græcos fuiſſe Epiſcopos, qui Græcis Neapoli commorantibus præeſſent, diverſique à Latino Neapolitano Epiſcopo forent. Petrus enim Subdiaconus in Vita S. Athanaſii Epiſcopi Neapolitani de illa Eccleſia hæc habet: *Introrſus binas Præſulum geſtat Sedes, qui eam gubernant, & regunt*, quòd nempe *duplex Populus*, ut Baronius ad Annum 872. animadvertit, *contineretur in ea, Latinus & Græcus*. Et profectò, vel antiquitus Græcis habitatoribus abundabat Neapolis. Ego tamen rem in medio relinquo.

(9) Ad hunc Fortunatum animadverterunt Caracciolus, Ughellus, & alii, ſcriptam fuiſſe Epiſtolam Anno 347. ſive 348. ab Epiſcopis Arrianis ſub ementito nomine Sardicenſis Concilii Philippopoli coadunatis. Apud Labbeum Tom. II. Concil. inter alios Epiſcopos *Fortunato Neapolis Campaniæ Epiſcopo* eadem Epiſtola inſcripta legitur. Attamen ne quid diſſimulem, in MStis Fragmentorum Sancti Hilarii Pictavienſis, unde ſumta fuit hæc Epiſtola (fidem facientibus Clariſſimis PP. Benedictinis Congr. Sancti Mauri in noviſſima Sancti Hilarii editione) Epiſcopi nomen deſideratur. Ibi tantummodo ſcriptum: *Carthaginis Epiſcopo, Campaniæ Epiſcopo, Neapolis Campaniæ Epiſcopo* &c. Nicolaus Faber ille fuit, qui nimia licentia uſus, majoris perſpicuitatis cauſa, unicuique Epiſcopo nomen adjecit. Et veri quidem ſimile eſt à Fortunato Epiſcopo eo tempore Neapolitanam Eccleſiam gubernatam fuiſſe; ſed omni dubitatione id minimè caret. Vide Sancti Fortunati Vitam in Actis Bollandianis ad diem XV. Junii.

(10) Inter Sanctos & iſte adnumeratus eſt, & quidem meritò. Fauſtinus enim & Marcellinus Presbyteri in Libello Precum, oblato Imperatoribus Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio, ac in Biblioth. Patrum Tom. V. pag. 652. edito, teſtes ſunt, illum pro Orthodoxa Fide à Conſtantio Auguſto Arrianorum fautore in exilium fuiſſe actum, ubi & ſupremum diem obiit Fidei Martyr. *Maximus quoque*, ajunt, *de Neapoli Campaniæ* &c. *ductus eſt in exilium, atque illic Martyr in Domini pace requievit*. Infra eumdem *virum Sanctum* rurſus appellant. Itaque nulla dubitatio, quin Sanctus Maximus ante Annum 360. Neapolitanæ Eccleſiæ præfuerit. Quot autem annos eamdem tenuerit Sedem, mihi planè incompertum.

(11) Parcat Johannes Diaconus. Numerandus minimè fuit Zoſimus inter Antiſtites Neapolitanos, quandoquidem pulſo in exilium Maximo legitimo Paſtore, ab Arrianis in ejus locum Zoſimus iſte intruſus eſt. Illius quoque mentionem habent ſupra memorati Presbyteri Fauſtinus & Marcellinus in Libello Precum; quibus etiam præeuntibus liquet, Luciferum Calaritanum Epiſcopum, *de quarto exilio* Romam pergentem, *ingreſſum fuiſſe Neapolim Campaniæ, ad quem Zoſimus venire tentavit. Sed hunc Lucifer Confeſſor ſuſcipere noluit, non ignorans quæ geſſerat*. Contigere iſta circiter Annum Chriſti 362.

(12) Nullam in ſuperioribus *Melchiadis Papæ* mentionem vidimus. Ergo hinc intelligas, aliqua deſiderari in hoc Opuſculo fortaſſe deperdita ex Librariorum incuria. Cæterùm fallitur Johannes Diaconus, quando Zoſimum (quem ne novit quidem intruſum) ſynchronum facit Melchiadis Romani Pontificis, eumque circiter Annum 324. morte ſublatum ſtatuit. Longè poſtea, ut ſupra innuimus, Neapolitanam Cathedram ille invaſit.

(13) Ad deſignandum tempus, quo primi hi Neapolitani Antiſtites floruere, aut nihil attulit Johannes Diaconus, aut abſona tulit. Referenda erat Severi Epiſcopi ætas ad tempora poſteriora. Sive Anno 387. ſive circiter Annum 393. ſcripta fuit Epiſtola LIX. Sancti Ambroſii ad *Severum Epiſcopum*, quem Neapolitanum fuiſſe, mentio *Campaniæ*, & *litorum*, & *amœnitatum* loci ſatis perſuadet. Ejuſdem quoque meminiſſe creditur Symmachus in Epiſtola ad Decium ſcripta circiter Annum 391. Antiquam verò illius Vitam exhibet Ughellus, eamdemque habes inter Acta Sanctor. Bollandiana ad diem XXX. Aprilis.

Digitized by Google

Hieremias per uvarum offertionem, virtutem Christi, & gloriam Passionis præfigurat, cùm dicitur: *In virtute tua*.

Daniel spicas gerens, Domini adnuntiat secundum adventum, in quo omnes boni & mali colligentur ad Judicium. Propterea dictum est: *Et abundantia*.

Ezechias proferens manibus rosas & lilia, fidelibus Regnum Cœlorum denuntians. Unde scriptum est: *In turribus tuis*. Etenim in rosis Sanguis Martyrum, in liliis perseverantia Confessionis exprimitur. Priùs ipse foris Urbem jacuit in Ecclesia sui nominis consecrata. Nunc verò requiescit in ea ipsa Ecclesia Neapoli constituta, quam alii Severianam, alii propter Oratorium ibi factum, Sanctum Georgium vocant. Et fecit Monasterium Sancti Martini, & Sancti Potiti Martyris.

Fuit (14) autem temporibus Silvestri Papæ, & Constantini Augusti, & perduravit usque ad Damasum Papam, transiliens Apostolicos hos, Marcum, Julium, Liberium, Felicem.

Silvester (15) Papa constituit, ut Chrisma ab Episcopo conficeretur. Et Privilegium Episcopi, ut baptizatum confirmet propter hæreticam suasionem. Et hoc constituit, ut baptizatum liniret Presbyter Chrismate levatum de aqua, propter occasionem transitus mortis. Hic constituit, ut Diaconi in Ecclesia Dalmatica uterentur, & pallio linostimo læva eorum tegeretur. Hic constituit, ut Sacrificium Altaris, non in serico, nec in panno tincto celebraretur, nisi tantùm in linteo terra procreato, sicut Corpus Domini nostri Jesu Christi in Sindone linea munda sepultum. Sedit Sancti Silvestri tempore Beatus Severus Annos XII., & supervixit Annos XXIV. post Silvestrum Papam.

Sedit Marcus Papa Annos II. menses VIII dies XX., & post eum Julius Papa sedit Annos XV. menses II. dies VI. Fuit autem temporibus Constantini, & Constantis (16) fratris sui, qui Constans Arrianus effectus, Catholicos toto Orbe persequitur. Cujus etiam favore fretus Arrius, Constantinopolim pergit, adversùs Ecclesiam iterum dimicaturus. Divertens per forum Constantini ad necessariam causam, viscera ejus repentè simul cum vita effusa sunt.

Liberius Papa sedit Annos V. menses III. dies IV. Fuit temporibus Constantini filii Constantini usque ad Constantium. Hic exilio deputatur. Athanasius Alexandriæ Episcopus, cùm à Constantio quæreretur ad pœnam, honorificè susceptus est. Donatus Artis Grammaticæ Scriptor, ac præceptor Hieronymi, Romæ insignis habetur.

Beatus Antonius Monachus centesimo quinto ætatis Anno in Eremo moritur. Ossa Andreæ Apostoli, & Lucæ Evangelistæ Constantinopolim transferuntur. Hilarius Pictaviensis Episcopus, qui pulsus ab Arrianis in Phrygia fuerat, Gallias redit. Felix Papa sedit Annum I. menses III. dies II. Hic declaravit Constantium filium Constantini Hæreticum, & secundò rebaptizatum ab Eusebio Nicomediense, juxta Nicomediam in Aquilone Villa. Juliano Apostata Imperatore facto, & ad Idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, inliciens magis, quàm impellens ad sacrificandum, in qua multi voluntate propria corruerunt. Qui etiam dum in odium Christi Templum Hierosolymis Judæis reparare permisisset, atque ex diversis Provinciis Judæi collecti, nova Templi fundamenta jacerent, subito nocte oborto terræmotu, saxa ab imo fundamentorum excussa, longè latèque sparsa sunt. Ignis quoque ab interiore æde Templi est egressus, plurimosque eorum suo prostravit incendio: quo terrore reliqui pavefacti, Christum confitebantur inviti. Et ne hoc casu crederent factum, sequenti nocte in vestimentis illorum Crucis apparuit signum.

Eodem tempore Sanctus Athanasius Episcopus Alexandriam revertitur. Pagani apud Sevastem Palæstinæ Urbem, sepulcrum Beati Johannis Baptistæ invadunt, ossa dispergunt. Eadem rursus collecta & cremata latiùs dispergunt. Sed Dei providentia adfuerunt ex Hierosolymis Monachi, qui mixti colligentibus, quæque ipsi poterant, ablata, ad Patrem suum Philippum pertulerunt. Post multum verò temporis sub Theodosio Principe, Theophilus ejusdem Urbis Pontifex, destructo Serapis sepulcro, Sancti Johannis ibidem consecravit Ecclesiam.

Jobianus, dum se ab exercitu Imperatorem fieri conspiceret, se Christianum adfirmans, Paganis præesse non posse asserens. Et illi: *Nos* (inquit omnis Exercitus) *qui per Julianum nomen Christi abiecimus, tecum Christiani esse volumus*. Quibus auditis, Imperii sceptra suscepit, & honorificis atque officiosissimis literis Beatum Athanasium requisivit; ab ipso formam Fidei, & Ecclesiarum disponendarum suscepit modum. Sed ejus pia lætaque principia mors immatura corrupit.

XIII. URSUS (17) Episcopus sedit Annos IV.

(14) Verba hæc in Codice Vaticano usque ad *Felicem* addita sunt in fine paginæ recentiori diversaque manu.

(15) Incipit heic Johannes Diaconus liberaliùs uti antiquissimis *Vitis Romanorum Pontificum*, quæ circumferuntur sub nomine Anastasii Bibliothecarii; atque earum verba ipsissima in suum Opusculum infert.

(16) Imò *Constantis Fratris sui, qui Constantius Arrianus* &c. Infra quoque perperam scriptum, Liberium Papam sedisse *temporibus Constantini filii Constantini usque ad Constantium*. Sed hæc non moror; neque enim hinc Romanorum Pontificum gesta sunt addiscenda.

(17) In Vita Damasi Papæ Anastasius Bibliothecarius, sive alius quisquam Scriptor eo longè antiquior, schisma narratur Ursicini, qui Damaso legitimè electo litem duram creavit, electus & ipse à factione sua ad Cathedram Petri. Illic autem legitur; *Constitutus est Damasus, & Ursicinum ejecerunt ab Urbe, & constituerunt eum Neapoli Episcopum*. Baronius, Caracciolus, Ughellus, & alii negant, Ursicinum umquam Episcopum Neapolitanis datum; tum quòd in Galiis exulare coactus fuerit, tum etiam quòd Faustinus & Marcellinus in Libello Precum supra memorato Ursicino favente, nullam hujus Episcopatus mentionem habent. Præterea in Vita Sancti Severi apud Ughellum Ursus Diaconus ejusdem Severi nepos in Episcopatu successisse dicitur. Sed non hæc ita certa, ut omnem de Episcopatu Ursicini suspicionem avellant nam Damasi Vita longè antiquior est Vitis Neapolitanorum Antistitum, atque ea docere nos potest, quæ Johannes Diaconus ignorarit. Ursicinus autem, quem alii Ursinum appellant, non statim à confirmata electione Damasi in Gallias relegatus est; sed diu in Italia se continuit. Potuit autem præcedere Episcopatum Severi. Hujus ipsius *Ursi* nomen ad Ursicini nomen accedit, qui propterea re vera *temporibus Damasi Papæ* sedisset. Neque Johannes Diaconus ita in Chronologia diligentem se prodit, ut in Metachronismum incidere non potuerit. Vita verò Sancti Severi ignotum nobis quo tempore scripta fuerit; imò in eo ipso loco, ubi Ursus nep

&

IV. Fuit autem temporibus Damasi Papæ, & Valentiniani Augusti. Ambrosius Mediolanensis Ecclesiæ Episcopus ad Fidem rectam Italiam convertit. Hilarius Episcopus Pictavis moritur. Ipse verò Ursus Episcopus sepultus est in Cymiterio foris ab Urbe, ubi & Beatus requiescit Epherus.

XIV. JOHANNES (18) Episcopus sedit Annos XXVII. Hic tantæ severitatis plenus fuit, ut etiam Sanctus Paulinus (19) Nolanæ Sedis Episcopus, sicut in vita sua legitur, eum accersiret atque vocaret ad Christi gloriam intuendam. Post triduum autem depositio corpore, Neophytorum pompa prosequente, in eo Oratorio, ubi manu sua dicitur condidisse Beatissimum Martyrem Januarium à Marciano sublatum, & ipse parte dextra humatus quievit. Nunc in Ecclesia Stephania, ubi Beatus Fortunatus, similiter parti dextræ quiescit.

Fuit autem temporibus Damasi, & Siricii Papæ, & Valentiniani, & Valentis, Gratiani, & Theodosii Imperatorum. Hujus Gratiani diebus Martinus, Episcopus Turonis Galliæ Civitatis, multis miraculorum signis effulsit.

Gregorius (20) Nazianzenus facundissimus Christi Sacerdos, & Hieronymi præceptor, Ecclesiâ apud Vizantium ab Arrianis captâ, plebem Catholicam in Beatæ Anastasiæ Oratorio Catholico quotidiana allocutione continuit. Sæpe namque pravorum conviciis infectatus est. Sed gratia Christi præditus usque ad id tempus, quo eadem Ecclesia sui præsentia Catholicis est reddita, perfidis obstitit Arrianis. Nam (21) his Consulibus, Theodosius Magnus, postquam de Scythicis gentibus triumphavit, expulsis continuò de Orthodoxorum Ecclesia Arrianis, qui eam per quadraginta ferme Annos sub Arrianis Imperatoribus tenuerant, Catholicis & Orthodoxis restituit Imperator, mense Decembrio (22) Eutherii, & Eracrii.

Centum quinquaginta Sanctis Patribus in Urbe Augusta congregatis adversùs Macedonium, in Sanctum Spiritum naufragantem, ab iisdem Episcopis Sancta Synodus firmata est, Damaso videlicet Sedem Beati Petri tenente, Constantinopoli verò per Timotheum Alexandrinum, perque Meletium Antiochenum, & Cyrillum Hierosolymitanum Episcopum, Nectario ex Pagano protinus baptizato, & in præfata Synodo Pontifice ordinato. Athanaricus Rex Gothorum, cum quo Theodosius Imperator pepigerat, Constantinopolim mense Januario vênit, eodemque Mense morbo periit.

Hieronymus Presbyter in Bethleem toto Mundo clarus habetur.

Per idem tempus Caput Johannis Baptistæ Constantinopolim est perductum, & in septimo milliario Civitatis debita veneratione humatum est.

Gentium quoque Templa per totum Orbem, juvente Theodosio, eodem tempore subversa sunt, nam adhuc intemerata manebant.

XV. NOSTRIANUS (23) Episcopus sedit Annos XVII. Hic fecit Valneum in Urbe, & alia in gyro ædificia, qui usque hodie Nostriani Valneus vocatur. Qui bonis operibus agens, in Domino requievit, & sepultus est in Ecclesia Beati Gaudiosi Christi Confessoris, foris Urbem euntibus ad Sanctum Januarium Martyrem, in portico sita.

Fuit autem temporibus Anastasii, & Innocentii, Zenonis, & Bonifacii Pontificum Romanorum, & Theodosii, & Archadii, & Honorii. Hujus Theodosii Imperatoris tempore Sanctus Martinus obiit. Johannes Anachorita insignis claruit, qui etiam Theodosio consulenti de Eugenio Tyranno, victoriam illi prædixit. Ambrosius Mediolanensis Episcopus Orator Catholicus ad Christum Dominum commigravit.

Johannes (24) Antiochiæ natus, ibique à Meletio ejusdem Civitatis Episcopo, eodemque Confessore, Lector Ecclesiæ ordinatus, per singulos Officii gradus ascendit. Ubi per quinquennium Diaconus, multos divinosque edidit Libros. Præsbyter quoque factus per duodecim Annos plures confecit. Tanta dehinc opinione ubique merito propagatus, Constantinopoli in locum Nectarii Pontifex suffectus est, ubi plurima dulciaque divinarum Scripturarum volumina suo operi Catholicis addidit.

Repugnante eo contra Eudoxiam Arcadii Uxo-

& *Successor* Sancti Severi dicitur, eadem insulsa ac fide omnino indigna mihi videtur, quum Sancto Severo iisdem verbis rem Auctor tribuat, quæ de Sancto Paulino Episcopo Nolano in ejus Vita ab Uranio æquali Scriptore narratur. Mirum certè commentum ibi videas. Atque hæc dubitantis specie, non affirmantis, scripsisse mihi licuerit.

(18) Non *Damasi temporibus*, ut habet hic noster, floruit Johannes I. sed quidem longè seriùs, ut indicat etiam Sancti Paulini Episcopi Nolani mentio, qui Anno 431. è vita decessit, secumque eumdem Johannem ad meliorem in Cœlis vitam evocavit. Vide sequentem Notam.

(19) Hæc habet Uranius Sancti Paulini Episcopi Nolani æqualis in ejus Vita: *Etiam Sanctus Johannes Neapolitanæ Urbis Episcopus à Domno Paulino de hac vita ad Christum accersitus, atque evocatus agnoscitur*. Antonius Caracciolus, Ughellus, & alii, Sancto Johanni IV. contigisse ista contendunt. Toto Cœlo ipsi aberrant. Nequaquam verò deceptus heic fuit Johannes Diaconus, nisi in anticipandis annis illius Sedis. Quòd verò iste Johannes I. Episcopus *Sanctis* Præsulibus Neapolitanis non accenseatur, minimè impedit, quin illum *Sanctum* appellare potuerit Uranius; hoc enim titulo viventes etiam Episcopi eo Seculo insigniri solebant. Neque plura addam. Consulat, si vult, Lector Clarissimi Papebrochii Notas ad Vitam ejusdem Sancti Paulini die XXII. Junii.

(20) Desumsit hæc Johannes Diaconus ex Chronico Marcellini Comitis, ubi ad Annum 380. totidem verbis leguntur.

(21) Sed quinam hi Consules, bone Johannes? Marcellinus eos antea appellarat, nempe *Gratianum Aug. V. & Theodosium Aug.* Tu verò eos excidere passus es, Marcellinum expilans. Sed hoc sphalma amanuensibus tribuamus.

(22) Desideratur *sub Consulatu*; deinde hæc corrigenda, & scribendum *Eucherio & Syagrio Coss.* Denique ad hunc Consulatum, scilicet ad Annum Christi 381. spectant quæ sequuntur, non verò quæ præcessere, uti constat ex laudato Marcellini Chronico.

(23) Rectè adnotatum ab Ughello, Episcopum hunc Neapolitanis præfuisse Anno 444. Eum quippe Annum innuere videtur Auctor Libri *De Promissionibus Dei*, qui Sancto Prospero Aquitano olim tribuebatur, nunc autem aut alteri Prospero Africano, aut Anonymo cuidam in Africa nato tribuitur, qui certè eo tempore floruit. Hic enim Cap. VI. *Venerabilis Nostriani Episcopi* meminit, Pelagianos in Campania grassantes impigrè reprimentis. Sed ejus ætatem malè collocavit Scriptor noster, in viam, à qua aberravit, nondum regressus.

(24) Et heic Marcellini Comitis Chronicon Johannes Diaconus in suum usum trahit.

Digitized by Google

Uxorem, propter quod ſuperinvaſit quamdam viduæ Villam, & quia porfyreticam columnam, argenteam Statuam, juxta Eccleſiam poſitam conſtituerat, Johannem Conſtantinopolitanum Epiſcopum, cum nonnullorum Epiſcoporum conſenſu, nolente Arcadio Principe, in Cucuſum Armeniæ Oppidum, exulem miſerunt. Eumque poſt Annum unum in Villam Ponticæ Regionis de exilio in exilium relegarunt. Hunc ibidem mortuum religioſa Orthodoxorum plebs in Atrio Baſiliſſi Epiſcopi, itemque Martyris, ab eodem Martyre in ſomnis admonita, in nobum moxque repertum Sepulcrum recondidit.

Septimo (25) Honorii Principis Anno Luciano Presbytero revelavit Deus Sepulcrum, & Reliquias Beati Protomartyris Stephani, & Gamalielis, ac Nicodemi, qui in Evangelio, & in Actibus Apoſtolorum leguntur. Scripſit ipſam revelationem Græco ſermone ad omnium Eccleſiarum perſonam; quam revelationem Abitus Presbyter, Hiſpanus genere, in Latinum vertit eloquium, & adjectâ Epiſtolâ ſuâ, per Oroſium Presbyterum Occidentalibus dedit. Qui etiam Oroſius ad Loca ſancta perveniens, quò eum Beatus Auguſtinus ad Sanctum Hieronymum, pro diſcenda animi ratione miſerat, Reliquias Beati Stephani accepit, & Patriam reverſus, primus intulit Occidenti. Hieronymus Presbyter obiit duodecimo Honorii Anno, II. Calendas Octobris Anno ætatis ſuæ XCI.

XVI. TIMASIUS (26) Epiſcopus ſedit Annos XXXI. Fuit autem temporibus Cœleſtini, & Xyſti Papæ, & uſque ad eloquentiſſimum, & doctiſſimum Leonem Papam. Tenente Imperium Theodoſio minore Arcadii filio, effera gens Wandalorum, Alanorum, & Gothorum ab Hiſpaniis ad Africam tranſiens, omnia ferro, flammis, rapinis ſimul, & Arriana impietate fœdavit. Sed Beatus Auguſtinus Hipponienſis Epiſcopus, & omnium Doctor Eximius Eccleſiarum, ne Civitatis ſuæ ruinam videret, tertio obſidionis ejus menſe migravit ad Dominum V. Kalend. Septembris, cùm vixiſſet Annos LXXVI., in Clericatu autem, vel Epiſcopatu Annos quadraginta compleſſet.

XVII. FELIX Epiſcopus ſedit Annos VIIII. menſes III. dies VI. Fuit temporibus ſupradicti Domni Leonis Papæ, & Mauricii (27) & Valentiniani Auguſti. His diebus Hæreſis Eutychiana orta eſt. Tunc Beatiſſimus Leo Papa miſit ad Marcianum Auguſtum, fidelem Principem Catholicum, & facta collatione cum eodem Principe, collecti ſunt Epiſcopi in Chalcedone in Martyrium Sanctæ Euſemiæ, & congregati ſunt CCLVI. Sacerdotes, & (28) aliorum CCCCVI. Epiſcoporum, qui congregati unà cum Tomo, hoc eſt, Fide Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ, & cum Chirographo Sanſti Archiepiſcopi Leonis, ſed & Catholici Principis Marciani præſentia Auguſti, congregatum Concilium, expoſuerunt Fidem Catholicam, duas naturas in uno Chriſto, Deum, & Hominem. In quo loco piiſſimus Auguſtus Marcianus unà cum Uxore ſua Auguſta Pulcheria, depoſita Regia majeſtate, Fidem ſuam expoſuerunt ante conſpectum Sanctorum Epiſcoporum. Ubi & damnaverunt Eutychium, & Neſtorium; & iterum Imperator Marcianus Auguſtus cum Conjuge ſua Pulcheria Auguſta, Chirographo proprio Fidem ſuam exponentes, poſtulaverunt Sanctum Concilium, ut dirigeret ad Beatiſsimum Papam Leonem, damnantes omnes Hæreſes. Iterum multas Epiſtolas Fidei miſit Beatiſſimus Leo Archiepiſcopus, quæ hodie reconditæ Archibo tenentur.

Hic firmavit frequenter ſuis Epiſtolis Synodum Chalcedonenſem. Ad Marcianum Epiſtolas XII. ad Leonem Auguſtũ Epiſtolas XIII. ad Flavianum Epiſcopum Epiſtolas VIIII., Epiſcopis per Orientem Epiſtolas XVIII., quibus Fidem confirmavit Synodi.

Horum temporibus, Valentiniani videlicet, & Marciani, & Pulcheriæ Uxoris ſuæ, caput Beatiſsimi Johannis Præcurſoris Domini, & Baptiſtæ, in urnam miſſum, quod ſub terram reconditum fuerat, eo revelante Marcellino cuidam Presbytero, in eodem ſpecu inreprenſibiliter habitanti, oſtenditur Menſe Februario, die vigeſimo quarto, mediâ jejuniorum Paſchalium ſeptimanâ.

XVIII. SOTER Epiſcopus ſedit Annos XXI. Hic Eccleſiam Catholicam Beatorum Apoſtolorum in Civitate conſtituit, & Plevem (29) poſt Sanctum Severum ſecundus inſtituit. Qui (30) uſque nunc, Domino propitio, ſedulò laudes Chriſto referre non ceſſat. Humatus autem in Eccleſia eſt, atque translatus, quæ & Stephania nuncupatur. Fuit autem temporibus Hilarii, Simplicii, atque Felicis Roma-

(25) Verba hæc ſunt Bedæ in Lib. De ſex Ætatibus, quæ Johannes noſter integra ſuo Opuſculo inſeruit. Verùm non *Septimo* Honorii Auguſti Anno, ſed quidem *Honorio Aug. X. & Theodoſio Aug. VI.* hoc eſt Anno 415. revelatæ ſunt Reliquiæ Protomartyris Stephani. Eàdem quoque ratione corrigendus infra eſt Annus emortualis Sancti Hieronymi; is enim vivere deſiit, non *XII. Honorii Anno*, ut habet noſter Bedam ſequutus, ſed *XXVI.* hoc eſt Æræ Chriſtianæ 420. ut ſcripſit Proſper in Chronico.

(26) Ughellus in ſerie Archiepiſcoporum Neapolitanorum Tom. VI. Italiæ Sacræ *Timaſium Epiſcopum* præponit *Noſtriano*; ſed nulla ratione addita, niſi quòd Johannem Diaconum hujus ordinis teſtem adferre videtur. Verùm Codex Vaticanus antiquiſſimus, unde Opuſculum hoc ſumtum fuit, apertiſſimè poſt *Noſtrianum* nobis exhibet *Timaſium*, ac propterea ſuo loco reſtituendus Timaſius, & Ughellus emendandus.

(27) Scribe *Marciani Auguſti*. Chronologiam luxatam pergit exhibere nobis Johannes Diaconus. Hactenus enim Epiſcopi commemorati floruere ſeriùs.

(28) Quæ heic & infra leguntur, deſumſit Johannes Diaconus totidem verbis ex Sancti Leonis Vita, quæ in Collectione Anaſtaſio Bibliothecario attributa habetur. Reſtituendus autem locus: *& alii, quorum Chirographum cucurrit, 406. Epiſcopi* &c. Scilicet qui Concilio intereſſe non potuerunt, ſed eò Synodicas Fidei ſuæ teſtes miſerunt.

(29) Ita pro *Plebem*. Sed quid eſt *inſtituere Plebem*? Eccleſiæ Baptiſmales, ſive Parochiales titulo *Plebis* olim diſtinguebantur, unde Italicum *Pieve*. Interdum quoque eo nomine donata Cathedralis, hoc eſt Epiſcopalis Eccleſia. Sed prior ſignificatio longè altera utatior, eamdemque infra habet idem Scripto

(30) Si quid video, legendum heic *quæ uſque nun* neque enim aliter ſenſus rectè procedit. Vrùm quando ita ſtatuas, vide an *Plebis n* men, *quæ uſque nunc laudes Chriſto refe non ceſſat*, rectè exprimat Eccleſiæ Paroch lis, aut Cathedralis inſtitutionem. Signific hæc videntur Congregationem Clericorum adde etiam, ſi lubet, plebis Chriſtianæ, q Pſalmos & Hymnos in Eccleſia Apoſtoloru ævo quoque Johannis Diaconi, decantab Jam inter Eruditos conſtat, vel ante hu Soteris tempora, non Clerum tantummo ſed & plebem, in quibuſdam Urbibus c veniſſe ad pſallendum Deo.

Digitized by Google

manorum Antiſtitum, & Leonis Auguſti.

Hic (31) fecit Decretalem, & per univerſum Orientem ſparſit, & Epiſtolam de Fide Catholica, confirmavit tres Synodos, Nicænam, Epheſinam, & Chalcedonenſem, vel Tomum Sancti Archiepiſcopi Leonis, & damnavit Eutychetem, & Neſtorium, vel omnes ſequaces eorum, & omnes Hæreſes, & confirmans Dominationem, & Principatum Sanctæ Sedis Catholicæ & Apoſtolicæ.

Simulque & Leo (32) Imperator miſit per univerſum Orbem ſingulis Orthodoxorum Epiſcopis ſingulas conſonantes Epiſtolas, reſcribi poſtulans, quid de eodem Tomo ſentirent. Quorum adeò conſonantia de vera Chriſti Incarnatione ſuſcepit omnium reſcripta, ac ſi uno tempore, uno prædicante, fuiſſent univerſa conſcripta. Hujus (33) finitis temporibus inter Odoacrem, qui in Italia per aliquot jam annos regnabat, & Feletheum, qui & Fera dictus eſt, Rugorum Regem, magnarum inimicitiarum fomes exarſit. Qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, quam à Norici finibus idem Danuvius ſeparat. In his Noricorum finibus Beati tunc erat Severini Cœnobium, qui omni abſtinentiæ ſanctitate præditus, multis jam erat virtutibus clarus. Qui cùm iiſdem in locis ad vitæ uſque metas habitaſſet, hunc ſæpiùs, de quo diximus, Feletheum, ejuſque Conjugem, cui vocabulum Giſa fuit, ut ab iniquitate quieſcerent, verbis cœleſtibus monuit. Quibus pia verba ſpernentibus, hoc, quod eis poſtmodum contigit, longè ante futurum prædixit.

XVIIII. VICTOR Epiſcopus ſedit Ann. XI. menſes X. Hic fecit Baſilicas duas foris Civitatem Neapolim, unam longiùs ab Urbe ad milliarium unum, ante Eccleſias Beati Januarii Martyris, & Sancti Agrippini Confeſſoris, ad nomen Beati Stephani Levitæ & Martyris; & aliam in medio itinere, modicum diſcretam à porticu euntibus partis ſiniſtræ, ad nomen Beatæ Euſimiæ Martyris dedicavit. In qua & ipſe ſepultus quieſcit. Fuit autem temporibus Gelaſii Papæ, & Zenonis Auguſti.

Hic Papa Gelaſius invênit Manichæos in urbe Romana, quos exilio deportari præcepit. Quorum Codices ante fores Baſilicæ Sanctæ Mariæ incendio concremavit. Igitur Feletheus (34) immemor conteſtationis, & comperta Beati Severini morte, abraſis omnibus Monaſterii rebus, parietes tantùm, quos Danubio transferre non potuit, dimiſit, moxque in eum ultio denuntiata pervênit. Nam intra menſis ſpatium à Frederico fratris filio interfectus, prædam pariter amiſit, & vitam. Cùmque generalis tranſmigratio pervêniſſet, Doctoris præcepti non immemores Venerabilis Presbyter Lucillus cum cuncta Congregatione transferentes Corpus ejus, juxta vaticinium prædicentis: *poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſportate oſſa mea hinc vobiſcum*, ad Caſtellum Montem Feletem, multis emenſis regionibus perduxerunt: atque ex rogatu illuſtris feminæ Barbariæ, cum Sancti Gelaſii Sedis Romanæ Pontificis auctoritate, & Neapolitano populo exequiis reverentibus occurrente, in Caſtello Lucullano per manus Sancti Victoris Epiſcopi, in Mauſoleo, quod prædicta femina condidit, collocatum eſt. Reſidente ibidem Marciano Venerabili Presbytero, cum ſancta ejus Congregatione: Corpus Barnabæ Apoſtoli, & Evangelium Matthæi, ejus ſtilo ſcriptum, & tempore, ipſo revelante repertum eſt. Odoacar Rex Gothorum Romam obtinuit, & Italiam infeſtavit. Honoricus Rex Wandalorum Arianus in Africa pluſquam CCCXXXIV. Epiſcopis Catholicis Eccleſias eorum clauſit, Plebem variis affecit ſuppliciis, & quidem innumeris manus abſcidens, linguas præcîdit, nec tamen loquelam Catholicæ confeſſionis eripere potuit.

XX. STEPHANUS Epiſcopus ſedit Annos XV. menſes II. Hic inter alia bonitatis ſtudia fecit Baſilicam ad nomen Salvatoris, copulatam cum Epiſcopio, quæ uſitato nomine Stephania vocatur. Fuit autem temporibus Anaſtaſii, & Symmachi, Romanorum Antiſtitum, atque Anaſtaſii Auguſti.

Tranſemundus (35) Wandalorum Rex Catholicas Eccleſias clauſit, & CCCXX. Epiſcopos exilio Sardiniam miſit. Per idem tempus apud Carthaginem Olympius quidam Arrianus in valneis Sanctam Trinitatem blaſphemavit, & ignis jaculo enitente viſibiliter eſt combuſtus. Barbas quoque quidam Arrianus Epiſcopus dum contra Regulam Fidei quemdam baptizans, dixiſſet: *Baptizo te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto*: ſtatim aqua, quæ fuerat ad baptizandum deportata, nuſquam comparuit. Quod aſpiciens, qui baptizandus erat, confeſtim ad Eccleſiam Catholicam abiit, & juxta morem Fidei Baptiſmum Chriſti ſuſcepit. Symmachus autem Papa inter multa Eccleſiarum, quæ vel à fundamentis creavit, vel priſca renovavit, etiam omni Anno per Africam, vel Sardiniam, ad Epiſcopos, qui in exilio erant retruſi, pecunias, & veſtes miniſtrabat. Hic captivos per Liguriam, & per Mediolanum, & per diverſas Provincias pecuniis redemit, & dona multiplicavit, & dimiſit. Hic conſtituit, ut omni die Dominico, vel Natalicîis Martyrum, *Gloria in excelſis* diceretur, Angelicus Hymnus.

XXI. POMPONIUS (36) Epiſcopus ſedit Annos XXVIII. dies X. Hic fecit Baſilicam intra

(31) Scilicet Hilarus Papa. Verba hæc Scriptori noſtro ſuppeditavit Anaſtaſius Bibliothecarius.

(32) Sunt verba Marcellini Comitis in Chronico.

(33) Johanni noſtro heic incipit Paulus Diaconus materiem amplificandi Opuſculi miniſtrare. Deſumta hæc ſunt ex Hiſt. Langob. Lib. 1. Cap. 19. Ideo verò Sancti Severini mentionem lubenter Johannes interſerit, quia ſacrum illius corpus, ut infra habes, translatum fuerat in Caſtrum Lucullanum agri Neapolitani, atque inde Neapolim, vivente ipſo Johanne Diacono, qui Translationis Hiſtoriam ſcripſit, ut in Præfatione monui. Celebre autem Sancti Severini Monaſterium excitatum fuit Neapoli ipſius Johannis temporibus.

(34) Scripſit Vitam Sancti Severini Noricorum Apoſtoli Eugipius Presbyter ejus Diſcipulus Anno Chriſti 511. eamque editam habes inter Acta Sanctor. à Bollando ad diem VIII. Januarii. Inde hæc mutuatus eſt Scriptor noſter. Pro *Feletheo* legitur ibi *Fridericus*.

(35) Vide Hiſtoriam Miſcellam Tom. I. Rer. Italic. pag. 101. unde hæc derivata fuere, ſed multis immutatis. Quæ ſequuntur, habes apud Anaſtaſium Bibliothecarium.

(36) Inter Stephanum ſupra memoratum, & hunc Pomponium, Ughellus in Italiæ Sactæ Tom. VI. ſtatuit *Reducem*, ſive *Renducem Epiſcopum Neapolitanum*. Tu infra vide, quæ adnotavimus ad ejuſdem Reducis memoriam, namque illum ſeriùs quàm par eſt collocat Scriptor noſter.

Digitized by Google

intra Urbem Neapolim ad nomen Sanctæ Dei Genetricis, semperque Virginis Mariæ, quæ dicitur Ecclesiæ Majoris, grandi opere constructam. Qui fuit temporibus Hormisdæ Papæ, & Johannis, Felicis, & Bonifacii Beatorum Apostolicorum, necnon & Anastasii, & Justini Augustorum.

Idem verò Papa Hormisda misit ex constituto Synodi in Græcias, humanitatem ostendens Sedis Apostolicæ, quia Græci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum, & Acacium Constantinopolitanum Episcopos. Cum Consilio Regis Theoderici direxit Episcopos Ennodium Episcopum, & Peregrinum Episcopum, portantes Epistolas confortatorias Fidei, & contestationes secretas, numero XVIIII., & Textum Libelli. In quo Libello noluit consentire Anastasius Augustus, quia & ipse in Hæresim Eutychianam communicaverat. Volens itaque Legatos per remunerationem corrumpere, Legati verò Sedis Apostolicæ, contemto Anastasio Augusto, nullatenus consenserunt accipere pecunias, nisi satisfactionem Sedis Apostolicæ operaretur. Tunc Imperator repletus furia ejecit eos per Pusterulam, & imposuit eos in navi periculosa cum milites, & Magistrarios (37), & Præfectianos, nomine Heliodorum, & Demetrium. Qui hoc dedit eis in mandatis Imperator Anastasius, ut nullam Civitatem ingrederentur. Legati verò Sedis Apostolicæ secretiùs suprascriptas Epistolas Fidei XVIIII. per manus Monachorum Orthodoxorum posuerunt per omnes Civitates. Episcopi verò Civitatum, qui erant complices Anastasii Augusti, omnes eas Epistolas Fidei pro crimine Constantinopolim perduxerunt. Furore repletus Anastasius contra Papam Hormisdam, inter alia sacra sua scripsit, dicens: *Nos jubere volumus, non nobis juberi*. Eodem tempore nutu divinitatis percussus est fulmine divino Anastasius Imperator, & obiit.

Sumsit itaque Imperium Justinus Orthodoxus, & direxit auctoritatem suum ad Papam Hormisdam Sedis Apostolicæ, ut reintegraretur Pax Ecclesiarum. Tunc Papa Hormisda cum consilio Regis Theoderici direxit à Sede Apostolica Germanum Capuanum Episcopum, & Johannem, & Blandum Presbyteros & Felicem, & Dioscorum Diaconos Sedis Apostolicæ, & Petrum Notarium, monitos ex omni parte Fidei, & textum Libelli pœnitentiæ. Qui venientes juxta Constantinopolim susceptisunt à Justino Orthodoxo Augusto cum gloria. Omnis itaque Clerus, unà cum Episcopo Johanne Constantinopolitano, gavisi sunt, eo quòd gratanter susceptisunt. Quod sentientes, qui erant complices Acacii, incluserunt se in Ecclesiam Majorem, quæ vocatur Sancta Sophia, & consilio facto mandaverunt Imperatori, dicentes: *Nisi nobis reddita fuerit ratio, quare damnatus est Episcopus noster Acacius, nullatenus consentimus Sedi Apostolicæ*. Hic Papa Hormisda perrexit ad Regem Theodericum Ravennam, & cum ejus consilio misit auctoritatem ad Justinum, & cum vinculo Chirographi, & textum Libelli. Reintegravit ad unitatem Sedis Apostolicæ Petrum, & Acacium, videlicet omnes Hæreses. Post Papam Hormisdam Cathedram Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Beatus tenuit Papa Johannes. Hic vocatus est à Rege Theoderico Ravennam. Quem ipse Rex rogans misit Constantinopolim ad Justinum Imperatorem Orthodoxum, quia eodem tempore Justinus Imperator, ardore Fidei Religionis Christianæ, voluit Hæreticos extricare, & omnes Ecclesias Arrianorum Catholicas consecrare. Propter hanc causam Hæreticus Rex Theodericus exarsit, & voluit totam Italiam ad gladium extinguere. Eodem tempore Johannes Papa ægrotus infirmitate cum fletu ambulavit, & Senatores, & Exconsules cum eo, hoc est Theodorus, Importunus, Agapitus Exconsules, & alius Agapitus Patritius: qui hanc accipientes in mandatis legationem, ut redderentur Ecclesiæ Hæreticis in partes Orientis, quòd si non, omnem Italiam ad gladium perderet. Qui dum ambulassent cum Johanne Papa, occurrerunt Beati Johanni à miliario XV. omnis Civitas cum Cereos & Cruces in honorem Beati Petri & Pauli. Qui cùm venissetad Portam, quæ vocatur Aurea in conspectu omnium roganti cœco lumen dedit. Tunc Justinus Augustus dans honorem Deo, humiliavit se pronus, & adoravit Beatissimum Papam Johannem, gaudio repletus, quia meruit temporibus suis Vicarium Beati Petri Apostoli videre in Regno suo. De cujus manibus cum gloria coronatus est Justinus Augustus. Eodem tempore Papa Johannes, & cum eo Senatores suprascripti cum grandi fletu rogaverunt Justinum Augustum, ut legatio acceptabilis esset in conspectu ejus: qui jam dicti omnia meruerunt, & liberata est Italia à Rege Theoderico Hæretico. Cùmque idem Papa Johannes reversus fuisset, & omnia obtinuisset à Justino Augusto, Rex Theodericus Hæreticus cum grandi dolo & odio susceptit eos, idest Papam Johannem, & Senatores, quos etiam gladio voluit interficere; sed metuens indignationem Augusti, eos tamen in custodia omnes adflictos detinuit, itaut Beatissimus Johannes Episcopus, primæ Sedis Papa, in custodia afflictus deficiens moreretur, qui tamen defunctus est Ravennæ in custodia XV. Kalendas Junias Martyr. Post hoc factum nutu Dei Omnipotentis, nonagesimo octavo die, postquam defunctus est Beatissimus Johannes in custodia, Theodericus Rex Hæreticus subitò interiit, & mortuus est. Cui successit in Regnum Athalaricus nepos ejus. Helderi cus Rex Wandalorum Episcopos ab exilio reverti, & Ecclesias instaurare præcepit.

Benedictus Abbas virtutum gloria cla ruit: quas Beatus Papa Gregorius in Libr Dialogorum scripsit.

XXII. JOHANNES Episcopus mediocr (38) sedit Annos XX. dies XI. Hic Absidam Ec-

(37) Apud Anastasium, quem unicè describit heic Scriptor noster, legitur *Magistrianis*; & quidem sic legendum, ut alia veterum monumenta ostendunt. Erant ii *Magistri Officiorum*. Nescio cur tam sæpe occurrat in hoc Libello præpositio *Cum* sociata Accusativo. Num id tribuendum amanuensibus, an Johanni Diacono, sive Libris, quibus ille est usus? Ego decernere non ausim. Anastasianus textus habet *cum militibus, & Magistrianis*. Sed facilè à recentibus editoribus corrigunti antiquorum sphalmata.

(38) Quid sibi hoc epitheto velit Johannes Diac nus, non facilè divines. Appellati sunt oli *mediocres*, homines ignobiles, aut paupere & humili loco nati. Verùm à mente Scripti ris significationem hanc alienam puto; Forta à statura *mediocris* appellatum dicat. Sed n reliqui gigantes? Infra occurrit *placabile o lis omnium*, hoc est, quod placet omnium ocu

Digitized by Google

Ecclesiæ Stephaniæ, labsam ex incendio, reformavit. In qua ibidem ex musivo depinxit Transfigurationem Domini Nostri Jesu Christi summæ operationis. Fecit & Basilicam Beati Laurentii Levitæ & Martyris, mirificis constructionibus digestam. Ubi etiam quasi ad lineam omne stratum ex marmorum crustis ordinatum, placabile oculis omnium videtur. Fuit autem temporibus Johannis, Agapiti, Silverii, atque Vigilii Pontificum Sanctæ Apostolicæ Sedis, & Justini Majoris, atque Justiniani Augusti.

Temporibus (39) verò Papæ Johannis, religiosus vir Justinianus Augustus summo amore Christianæ Religionis, misit Fidem suam scripto Chirographo proprio ad Sedem Apostolicam per Episcopos Epiphanium, & Demetrium. Agapitum verò Papam misit Theodatus Rex Gothorum ad Justinianum Augustum; quia eodem tempore Justinianus Augustus indignatus est Theodato Regi, eo quòd occidisset Reginam Amalasuintam filiam Theoderici Regis commendatam sibi. Qui verò Agapitus ambulavit Constantinopolim X. Kalendas Maji. Ingressus Constantinopolim, susceptus est Agapitus Episcopus cum gloria. Et primùm cœpit habere altercationem cum piissimo Imperatore de Religione. Cui Beatissimus Agapitus Episcopus constantissimæ fidei Apostolorum responsum reddidit de Domino nostro Jesu Christo, Deum, & Hominem, hoc est duas naturas in uno Christo. Et dum intentio verteretur, ita Dominus adfuit, ut Episcopum Constantinopolitanum nomine Anthemium inveniret Hæreticum. Et cùm intentio verteretur cum Augusto, & Agapito Papa, hæc dixit ei Imperator Justinianus: *Aut consenti nobis, aut exilio te deportari faciam*. Tunc Beatissimus Agapitus Papa respondens cum gaudio dixit ad Imperatorem: *Ego quidem peccator ad Justinianum Imperatorem Christianissimum venire desideravi: nunc autem Diocletianum inveni. Scias tamen, quòd minas tuas non pertimesco*. Et dixit ei iterum Agapitus Venerabilis Papa: *Tamen, ut scias te idoneum non esse Religioni Christianæ, Episcopus tuus confiteatur duas naturas in Christo*. Tunc ex præcepto Augusti, accersito Episcopo Constantinopolitano nomine Anthemio, & discussione patefacta, numquam voluit confiteri in doctrina Catholicæ responsionis ad interrogationem Beati Papæ Agapiti duas naturas in uno Domino nostro Jesu Christo. Quem convicit Sanctus Papa Agapitus, & glorificatus est ab omnibus Christianis. Tunc piissimus Augustus Justinianus gaudio repletus humiliavit se Sedi Apostolicæ, & adoravit Beatissimum Papam Agapitum. Eodem tempore separavit Anthemium à communione, & expulit in exilio. Tunc piissimus Augustus Justinianus rogavit Beatissimum Papam Agapitum, ut in loco Anthemii Episcopum Catholicum consecraret nomine Mennam. Qui verò Agapitus Papa omnia obtinuit, ex qua causa profectus fuerat. Post dies verò aliquantos ægritudine commotus, defunctus est Constantinopoli X. Kal. Maji. Cujus corpus in loculo plumbeo translatum est usque in Basilicam Beati Petri Apostoli, & sepultus est XII. Kal. Octobris. Post quem Silverius Romæ Pontificalem Sedem obtinuit. Post menses verò II. extinctus est Theodatus Tyrannus, & levatus est Rex Guitigis. Eodem tempore Guitigis ambulavit Ravennam, & cum vi tulit filiam Amalasuintæ Reginæ sibi Uxorem. Hoc indignatus Imperator Justinianus, quia Reginam sibi commendatam occidisset Theodatus, misit Vilisarium Patricium cum exercitu, ut liberaret omnem Italiam à captivitate Gothorum. De vita autem excedente Silverio, relictus est in ejus loco Vigilius. Eodem tempore Vilisarius Patricius misit bellum contra Vitigen Regem Gothorum. Qui Rex fugiens noctu, insecutus est eum Johannes Magister militum, cognomento Sanguinarius: tenuit eum, & adduxit ad Vilisarium, & ad Vigilium Papam Romanum. Tunc dederunt ei Sacramenta, in Basilica Julia, ut salvum illum perducerent ad Justinianum Imperatorem. Quem cùm duxissent Constantinopolim, gavisus est Imperator, & fecit eum Patricium, & Comitem, & transmisit eum juxta fines Persarum, & ibi vitam finivit. Tunc gratias egerunt Imperator, & Augusta Vilisario, & data ei dignitate, iterum miserunt in Africam. Qui veniens in fines Africæ sub dolo pacis interfecit Guinterim Regem Wandalorum; & redacta est Africa sub Republica. Carthago quoque Anno excessionis suæ XCV. recepta est.

XXIII. VINCENTIUS Episcopus. Sedit Annos XXIII. Hic fecit præfulgidam Basilicam ad nomen Beatissimi Præcursoris Johannis Baptistæ. Quam amplis ædificiis in gyro distinxit. Fecit & Altare, quem cum columnis, & Cyburi desuper investivit argento. Fecit sara argentea, & Arcus quatuor investitos argenteo. Fecit Baptisterium Fontis minoris intus Episcopio, & Accubitum (40) juxta positum grandis operis depictum.

Fuit (41) autem temporibus Pelagii, & Johannis Papæ, & Justini minoris ab ultimo XII. Justiniani Anno, & usque in initio prioris Anni Tiberii Constantini. Justinianus etiam quatuor Institutionum Libros, quibus breviter universus Legum textus comprehenditur, noviter composuit. Novas quoque Leges, quas ipse statuerat, in unum volumen reducens, eumdem codicem Novellam nuncupari sancivit.

Eruli

(39) Et heic mirum in modum Johannes noster Anastasii Bibliothecarii scrinia expilavit.

(40) Hoc est triclinium, seu cœnaculum, quo ad reficienda cibo corpora interdum Episcopus præstantiores è Clero invitabat, ac præcipuè Sabbato Sancto post solennis Baptismi laborem. Accubitorum meminit & Anastasius Bibliothecarius in Leone IV.

(41) Rectè hujus Episcopi tempus adnotatur Scriptori nostro. In fragmentis Epistolarum Pelagii I. Papæ è tenebris studio Lucæ Holstenii vindicatis, & à Labbeo in Tom. V. Concil. illatis, Epistola hæc habetur: *Pelagius Viventio Neapolitano, Gemino Puteolano, & Constantio Misenati Episcopis &c.*: Si Holstenianam lectionem ab omni errore immunem præstare possemus, pro *Vincentio* (quod habet Johannes Diaconus) restituendum esset *Viventius*. Verùm à textu nostro minimè discedendum tam facile videtur; nam fragmenta Holstenii mendis scatent, ut hæc eadem Epistola indicat, in qua Pelagius Episcopis supra memoratis mandat, *ut Clerum vel Cives Ecclesiæ Parisiensis convenire* faciant *ad judicium*. Quis heic locus *Parisiensi Ecclesiæ*? Vixit Pelagius I. Papa ab Anno 555. usque ad 559. Ergo tum quoque floruit Vincentius Neapolitanus Episcopus. Quòd si is pervenit ad tempora Tiberii Constantini, ut Chronologus noster testatur, ejus ætas protrahenda est usque ad Annum Christi 574. Sed hæc incerta, ut infra monebo.

Digitized by Google

Eruli (42) quoque levantes sibi Regem Sindoal, premebant cunctam Italiam. Quare egressus Narses ad eum, interfectus est Rex, & omnem gentem Erulorum sibi subjugavit. Deinde vênit Amingus Dux Francorum, & Buccellinus. Simili modo & ipsi premebant Italiam; sed auxiliante Domino, & ipsi à Narsete interfecti sunt. Erat enim tota Italia gaudens. Igitur deleta, vel superata Narsis omni Gothorum gente, dum multum auri, sive argenti, seu ceterarum specierum divitias acquisisset, magnam à Romanis, pro quibus multa contra Hostes laboraverat, invidiam pertulit. Qui contra eum Justino Augusto, & ejus Conjugi Sophiæ in hæc verba suggesserunt, dicentes: *Quia expediebat Romanis, Gothis potiùs servire, quàm Græcis, ubi Narsis Eunuchus imperat, & nos servitio premit, & hæc noster piissimus Princeps ignorat. Aut libera nos de manu ejus, aut certè & Civitatem Romanam, & nosmetipsos Gentibus tradimus.*

Cùmque hoc Narsis audisset, hæc breviter retulit verba: *Si malè feci cum Romanis, malè inveniam.* Tunc Augustus adversùs Narsetem commotus est, ut statim in Italiam Longinum Præfectum mitteret, qui Narsetis locum obtineret. Narsis verò, his cognitis, valde pertimuit, & in tantum maximè ab eadem Sophia Augusta territus est, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet, cùm illa inter cetera, quia Eunuchus erat, hæc fertur mandasse, ut eum in genecio lanaque faceret pensa dividere. Ad quæ verba Narsis dicitur hæc responsa dedisse: *Talem se eidem telam orditurum, qualem ipse dum viveret, texere non posset.*

Itaque odio metuque exagitatus, Neapolim Campaniæ secedens, Legatos mox ad Langobardorum gentem direxit, mandans, ut pau-

A perrima Pannoniæ rura desererent, & ad Italiam cunctis refertam divitiis possidendam venirent. Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum ad veniendum animos possit inlicere. Langobardi læta nuntia, ut ipli præoptabant, grataner susciplunt, deque futuris commodis animos attollunt. Ut cognovit Johannes Papa, festinus vênit Neapolim, & cœpit rogare Narsetem, ut reverteretur Romæ. Tunc Narsis dixit: *Dic Sanctissime Pater, quid malum feci Romanis? Vadam ad pedes ejus, qui me misit, & cognoscat omnis Italia, quomodo totis viribus lavoravi pro ea.* Respondit Johannes Papa

B dicens: *Citiùs ego vadam, quàm tu de hac Terra egressus fueris.* Reversus est Narsis cum Sanctissimo Johanne Papa, & ingressus est Romam. Post multum autem temporis mortuus est, ejusque Corpus in lucello positus, reductus est cum omnes divitias ejus Constantinopolim. Ipsoque tempore Johannes Papa & ipse mortuus est, & sepultus in Basilica Beati Petri Apostoli. In cujus loco Benedictus Papa adsumitur. Eodem tempore apud Italiam noctu signa visa sunt; hoc est igneæ acies in

C Cœlo apparuerunt, eum scilicet, qui postea effusus est, sanguinem coruscantes. In sequenti verò Gens Langobardorum totam invasit Italiam, simulque & famis nimia, ut etiam multitudo Castrorum se tradidissent Langobardis, ut temperarent inopiæ famis: cùm essent ab Incarnatione Domini quingenti sexaginta & octo Anni elapsi.

XXIIII. REDUX (43) Episcopus sedit Annos III. dies XXIIII. Fuit autem temporibus jam dicti Benedicti Papæ usque ad exordium Pelagii Papæ, & temporibus Tiberii Constantini.

(42) Et heic habes Anastasium Bibliothecarium, & Paulum Diaconum suis verbis loquentes. Vide illum in Johanne III. Papa, istum Lib. 2. Cap. 1. & seqq. de Gest. Langob.

(43) Ex calculis Scriptoris nostri Vincentius Episcopus Neapolitanus in vivis fuit usque ad Annum 574. Ergo aut eo anno, aut sequenti, successerit *Redux Episcopus*. Cum hisce calculis convenit Sigeberti auctoritas, qui

D Cap. 39. de Script. Eccles. *Eugipium Abbatem* memorat Auctorem Florilegii Sancti Augustini, *hortatu Renducis* (scribendum sanè *Reducis*) *Neapolitani Episcopi* ab eo concinnati. Teste autem eodem Sigeberto floruit Eugipius *tempore secundi Pelagii, & Imperatoris Tiberii Constantini*, hoc est circiter Annum 578. Contra, ut supra monui, Reducis tempus anticipavit Ughellus, eum statuens ad initium Seculi VI. circiter Annum 508. inter Stephanum, & Pomponium Episcopos, ea ratione deductus, quòd Eugipius ille Abbas ea tempestate floruerit, idemque fuisse videatur, qui Vitam Sancti Severini supra mihi memoratam circiter Annum 511. literis consignavit. In hanc rem ille

E adfert Sigeberti auctoritatem, minimè tamen animadvertens, eamdem sibi adversari, quod est ad ætatem Eugipii. Porrò hinc factum est, ut eruditi viri in diversas sententias abierint, & quidam unum, alii duos Eugipios statuerint, alterum seniorem Lucullanum Abbatem apud Neapolim, Scriptorem Vitæ Sancti Severini, & alterum juniorem, quem patria Africanum Johannes Heroldus, Caveus, & alii appellare, sive somniare non dubitarunt. A reliquis Scriptoribus hac de re disceptantibus recensendis supersedeo, paucis dicturus, tutiorem mihi eorum videri sententiam, qui unum Eugipium Abbatem circiter Annum 511. & ultra florentem, agnoverunt, eumque Auctorem tum Vitæ supra laudatæ, tum *Thesauri Sancti Augustini* scribunt. Cassiodorus enim de Instit. divin. Liter. Cap. 23. hæc habet: *Convenit etiam, ut Presbyteri Eugipii Opera necessariò legere debeatis, quem nos quoque vidimus, virum quidem &c. Hic ad Parentem nostram Probam Virginem sacram ex Operibus Sancti Augustini altissimas quæstiones &c. deflorans, in uno corpore collegit.* Probam hanc eamdem puto, ad quam Sanctus Fulgentius Ruspensis Episcopus duas Epistolas scripsit; erat enim Fulgentius ipsi quoque Eugipio Abbati arcto amicitiæ fœdere junctus, uti ex ejus Epistolis constat. Isdemque etiam temporibus ad eumdem Eugipium scripsit Opusculum Ferrandus Diaconus. Quum verò Sanctus Fulgentius, & Ferrandus circiter Annum 520. floruerint, vides ad quæ tempora spectet Eugipii ætas & congruere omnia in unum Scriptorem, ac potissimum quod Cassiodorus se quoque virum *vidisse* affirmet. Hæc sonant, Eugipium Cassiodoro ipso quodammodo antiquiorem fuisse; Cassiodorus autem ferè centenarius post Annum 562. morte sublatus est. Statuta igitur Eugipii ætate ad initium Seculi VI., consequens est, eò quoque referendam esse cum Ughello ætatem *Reducis Neapolitani Episcopi*. Certè Cassiodori verba non sinunt illum referri ad tempora *Pelagi II. & Tiberii Constantini*, ut Sigebertus tradidit, in hoc apertè deceptus. Explodenda quoque eorum suspicio est, qui Reducem Neapolitanum Antistitem non Neapoli Campaniæ, sed Neapoli in Africa sitæ præfuisse sunt opinati. Eugipius Lucullanus Abbas prope Neapolim Campaniæ floruit, ibique eum ut conjectura verisimilis fert, invisserit celeberrimus Cassiodorus, postquam factus est Abbas aut Monachus Viverienſis in Calabria. Et quum ipse Johannes *Reducem* suæ Patriæ Episcopum recenseat, nulla dubitatio superesse potest, quin eodem hortante Eugipius Abbas Sanctum Augustinum deflorarit. Insolùm erravit Johannes, quòd Reducis Episcopatum ultra æquum distulerit.

Digitized by Google

tini. Beatus Gregorius, postquam à Monasterio abstractus Ecclesiastici Ordinis Diaconiis sublimatus fuisset officio, Apocrisarius Constantinopolim mittitur, & ejusdem Urbis Episcopum in Fide nostræ resurrectionis erasse, Tiberio præsente, convicit. Docebat enim idem Eutycius, corpus nostrum, in illa resurrectionis gloria impalpavile, ventis aëreque subtilius esse futurum. Quod ille audiens, & ratione veritatis, & exemplo Dominicæ Resurrectionis probavit, hoc dogma Orthodoxæ Fidei omnimodis esse contrarium. Catholica enim Fides habet, quòd corpus nostrum, illa immortalitatis gloria sublimatum, subtile quidem sit per effectum spiritualis potentiæ, sed palpavile per veritatem naturæ, juxta exemplum Dominici Corporis, de quo à mortuis resuscitato, dicit ipse Discipulis: *Palpate me, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere*. In cujus assertionem Fidei venerabilis Pater Gregorius in tantum contra nascentem Hæresim novo labore contendit, & hanc instantiam, juvante etiam piissimo Imperatore Tiberio Constantino, comminuit, ut nullus exinde sit inventus, qui ejus resuscitator existeret.

XXV. DEMETRIUS (44) Episcopus sedit Annos III. Fuit temporibus Pelagii Papæ, & Tiberii Constantini usque ad exordium Mauricii Tiberii. Eodem (45) tempore postquam venerandus Levita Gregorius Romam regressus est, tantæ pluviæ fuerunt, ut omnes dicerent, quòd aquæ Dilubii superinundaverunt. Tanta inundatione Tiberis fluvius alveum suum egressus est, tantumque excrevit, ut ejus unda super muris Urbis influeret, atque in ea maximas Regiones occuparet, itaut plurima antiquaque ædium munimenta dejiceret. Subsecuta est e vestigio clades, quam Inguinariam vocant. Nam in medio mense undecimo adveniens primùm omnium juxta illud quod in Ezechiele legitur, *A Sanctuario meo incipite*, Pelagium Papam perculit, & sinè mora extinxit. Quo defuncto tanta strages Populi facta est, ut passim subtractis habitatoribus domus in Urbe plurimæ vacuæ remanerent. In hac tanta tribulatione Beatissimus Gregorius à cunctis generaliter Papa electus est. Qui dum septiformem Letaniam fieri ordinasset, intra unum horæ spatium, dum hi Deum deprecarentur, octoginta ex eis subitò ad terram corruentes spiritum exhalarunt. Sed non destitit Sacerdos venerandus Populo prædicare, ne ab oratione cessarent, donec miseratione divina pestis ipsa quiesceret. Septiformis autem Letania ideo dicta est, quia omnis Urbis Populus à Beato Gregorio in septem partibus, deprecaturus Dominum, est divisus. In primo namque Choro fuit omnis Clerus. In secundo omnes Abbates cum Monachis suis. In tertio omnes Abbatissæ cum congregationibus suis. In quarto omnes Infantes. In quinto omnes Laici. In sexto universæ Viduæ. In septimo omnes mulieres conjugatæ.

XXVI. FORTUNATUS Episcopus sedit Annos VII. dies XI. Hic fuit temporibus prædicti Beatissimi Domni Gregorii Papæ, & Mauricii Augusti.

Hic Sanctus Gregorius exposuit Homelias Euangeliorum numero quadraginta, Job, Ezechielem, & Pastoralem, & multa alia, quæ in ejus Vita inveniuntur conscripta. Eodem tempore vênit Romanus Patricius Romæ, & dum reverteretur Ravennam, retinuit Civitates, quæ à Langobardis tenebantur, Sutrum, Polimartium, Hortas, Tudertum, Policia, Perusia, Luceolis, & alia multa. Hoc tempore isdem Beatus Gregorius Augustinum, & Mellitum, & Johannem cum aliis pluribus Monachis timentibus Deum, in Britanniam misit, eorumque prædicatione ad Christum Anglos convertit. Hic Sanctus Gregorius in prædicatione Canonis addidit: *Diesque nostros in tua pace dispone*, & cetera.

XXVII. PASCHASIUS Episcopus sedit Annos XIIII. dies VI. Fuit autem temporibus Beatorum Sabiniani, & Bonifacii, seu alterius Bonifacii Papæ, & Focæ Imperatoris.

Hujus secundo Anno Indictione octava Beatus Gregorius Papa migravit ad Dominum, cujus in locum ad Apostolatus officium Savinus est ordinatus.

Hujus temporibus fuit famis in Civitate Roma gravis, & jussit aperire horrea Ecclesiæ, & venumdari frumentum per solidum annuum triticum modii triginta. Qui postquam unum Annum, & quinque menses cum VIIII. dies sedisset, defunctus est, & Bonifacius in ejus loco adsumtus.

Hic obtinuit apud Focatem Principem, ut Sedes Apostolica Beati Petri Apostoli caput esset omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.

Idem, alio Bonifacio petente Papa, jussit dari vetus Fanum, quod Pantheum vocabatur, in quo fecit Ecclesiam Beatæ semper Virginis Mariæ, ablatisque Idolorum sordibus, nomina ibidem Martyrum dedicavit, ut ubi quondam omnium non Deorum, sed Dæmoniorum cultus agebatur, ibi omnium deinceps memoria Sanctorum haberetur.

XXVIII. JOHANNES Episcopus sedit Annos XX. menses VII. dies XXIIII. Hic fecit Consignatorium (46) ablutorum inter Fontes majores a Domino Sotero Episcopo digestos, & Ecclesiam Stephaniam, per quod baptizati ingredientes januas à parte læva, ibidem in medio residenti offeruntur Episcopo, & benedictione accepta per ordinem egrediuntur parti sinistræ. Sed & ipsum in parietibus super columnas depingere jussit.

Fuit autem temporibus Deusdedit, Bonifacii, & Honorii Papæ, atque Heraclii Augusti. Deusdedit temporibus factus est Terræmotus major mense Augusti Indictione VI. Post hæc sequuta est clades magna in Populo percussio scavierum, ut nullus potuisset mortuum suum cognoscere. Quo defuncto, creatur in loco ejus Bonifacius Papa, ante cujus diem ordi-

(44) Hunc ab Episcopatu fuisse depositum, ignoravit Scriptor noster. Sed id constat ex Lib. 2. Epist. 6. Sancti Gregorii Magni, quæ data est *Mense Septembri Ind. X.* hoc est Anno 591.

(45) Hæc & sequentia ad verbum ex Paulo Diacono Lib. 3. Cap. 23. de Gest. Langob. expressa. Aliqua tamen heic sunt, quæ apud illum desiderari videntur, hoc est: *Sed non destitit &c.*

(46) Ughellus in hujus Episcopi Vita, Auctorem nostrum testem advocans scribit, ædificatum ab hoc Johanne Episcopo *Consignatorium abatorum*, quæ verba in suum Glossarium retulit Clariss. Du-Cangius. Sed scribendum *Consignatorium ablutorum*, hoc est locum, quo sese recipiebant è sacro fonte baptizati, ut ab Episcopo sedente sacro Confirmationis oleo ungerentur.

Digitized by Google

ordinationis Eleutherius Patricius & Eunuchus factus intarta adsumsit Regnum ; sed veniens ad Civitatem Romanam in Castro, qui dicitur Luciolis, à Militibus Ravennatis interfectus est. Cujus caput ductus est Constantinopolim. Postquam Papa Bonifacius quinque Annos sedisset, Honorius Cathedram Pontificalem suscepit.

His (47) temporibus Anastasius Persa Monachus nobile pro Christo Martyrium patitur. Qui natus in Persia, magicas à patre puer artes discebat ; sed ubi à captivis Christianis Christi nomen acceperat, in eum mox animo totus conversus, relicta Perside, Chalcedoniam Gerapolimque, Christum quærens, ac deinde Hierosolymam petit, ubi accepit Baptismatis gratiam. Quarto ab eadem Urbe milliario Monasterium Abbatis Anastasii introivit, ubi septem Annis regulariter vivens, dum Cæsaream Palæstinæ orationis gratiâ venisset, captus à Persis, & multa diu verba inter carceres & vincula Marzabana Judice perpessus, tandem mittitur Persidem ad Regem eorum Chosronum, à quo ter per intervalla temporis verberatus, ad extremum una suspensus manu per tres horas diei, fuit decollatus, & cum aliis L. Christianis Martyrium complevit. Mox ejus tunica indutus quidam Dæmoniacus, curatus est. Interea superveniens cum exercitu Heraclius Princeps, superatis Persis, Christianos, qui erant captivati, reduxit gaudentes. Reliquiæ Beati Martyris Anastasii primò Monasterium suum, deinde Romam ductæ venerantur in Monasterio Beati Pauli Apostoli, quod dicitur ad Aquas Salvias.

XXIX. CÆSARIUS Episcopus sedit Annos IIII. dies IIII. Fuit autem temporibus supradicti Honorii, & Heraclii Augusti. His temporibus exortum apud Scitos in observatione Paschæ errorem, idem Honorius Papa per Epistolam redarguit, & rectis ordinibus stabilivit. Postquam autem Honorius Papa ex hac luce migravit, devastatum est Episcopium Lateranense à Mauritio Chartulario, & Isacio Exarcho Italiæ, dum adhuc electus esset Domnus Severinus; sed antequam veniret Isacius Patricius, Mauricius dolo ductus adversùs Ecclesiam Dei consilio inito cum quibusdam perversis hominibus incitaverunt exercitum Romanum, dicentes : *Quid prodest, quòd tantæ pecuniæ congregatæ sunt in Episcopio Lateranense ab Honorio Papa, & milites isti nihil exinde subventum habent, dum quando & rogas, quas Dominus Imperator vobis per vices mandavit, ibi sunt à suprascripto viro reconditas?* His auditis exarserunt omnes adversùs Ecclesiam Dei, & venerunt omnes animo concitati, & armati, qui inventi sunt in Civitate Romana à puero usque ad senem in Episcopio supradicto Lateranense, & non potuerunt manu militare introire, quia restiterunt qui erant cum Sanctissimo Domno Severino. Tunc videns Mauricius, quia nihil potuerant facere, dolo ductus, fecit ibi exercitum sedere intra Episcopio Lateranense, & fuerunt ibi dies tres. Post triduum autem introivit Mauricius cum Judices, qui inventi sunt cum ipso in consilio, & sigillaverunt Vestiaria Ecclesiæ, seu Cymilia Episcopii, quas diversi Christianissimi Imperatores, seu Patricii, & Consules pro redemtione animarum suarum Beato Petro Apostolo dereliquerunt, ut pauperibus singulis temporibus pro alimonia erogarentur, seu pro redemtione captivorum. Et postmodum misit Mauricius Epistolas suas ad Isacium Patricium Ravennam de hoc, quod actum fuerat, quomodo ipse cum exercitu sigillasset omne Vestiarium Episcopii, & quia sinè aliqua læsione omnem substantiam sæpedictam potuisset deprædare. Cùmque hoc verius cognovisset Isacius, vênit in Civitatem Romanam, & misit omnes privatos Ecclesiæ singulos per singulas Civitates in exilio, ut non fuisset, qui resistere debuisset de Choro. Et post dies aliquantos ingressus est Isacius Patricius in Episcopio Lateranense, & fuit per dies octo, usque dum omnem substantiam illam deprædarent. Eodem tempore direxit exinde ex parte de ipsa substantia in Civitatem Regiam ad Heraclium Imperatorem, & postmodum ordinatus est Sanctissimus Severinus, & reversus est Isacius Ravennam.

XXX. GRATIOSUS Episcopus sedit Annos VII. Fuit autem temporibus Johannis, & Theodori Papæ, & Heraclonis, & Constantii filii Heraclii. Hic Johannes Papa temporibus suis misit per omnem Dalmatiam, seu Histriam multas pecunias per Sanctissimum, & fidelissimum Martinum Abbatem propter redemtionem captivorum, qui deprædati erant à Gentibus. Theodori Papæ tempore Mauricius Chartularius, per quem multa mala operatus est Isacius Patricius, cùm jam increvissent peccata ejus Beato Petro Apostolo, ut eos hereditaret ignis inextinguibilis, consilio ductus suprascriptus Mauricius cum ipsis, qui antea devastaverant Ecclesiam Dei, revelavit adversùs Isacium Patricium, & misit per omnia Castra, qui erant sub Civitate Romana per circuitum, & congregavit eos, & constrinxit se cum ipsis in sacramento, ut deinceps nullus ex ipsis debuisset obedire Isacio, neque hominibus ejus, eo quòd affirmabat eum, quia sibi Regnum imponere voluisset. Audiens hæc Isacius Patricius, eo quòd Mauricius cum omni exercitu Italiæ sibi sacramenta dedisset, Donatum suum Magistrum Militum, & Sacellarium suum ad Civitatem Romanam cum exercitu misit. Qui veniens, omnes Judices, seu exercitus Romanus, qui priùs se cum Mauricio sacramento constrinxerant, timore ducti, dimittentes Mauricium Chartularium, sese cum Donato junxerunt. Et ingressus Romam fugit Mauricius ad Beatam Mariam ad Præsepe. Quem tollentes de Ecclesia, miserunt bojam in collo ejus; similiter & omnes, qui in consilio fuerant cum ipso inbojatos misit eos Ravennam. Qui ducentes eos pervenerunt in locum, qui dicitur Ficuclas, duodecimo milliario à Civitate, & ibi decollaverunt Mauricium, quia sic in mandatis acceperant à suprascripto Isacio, ut vivus Civitatem Ravennatem non ingrederetur Posteaquam decollatus est, levantes caput ejus duxerunt eum Ravennam. Videns autem Isacius caput Mauricii, gavisus est, & fecit eum ad exemplum multorum in Circo Ravennat in stipite poni. Illos autem, qui cum illo directi fuerunt, omnes inbojatos jussit sub arta custodia in carcere mitti, cogitans quomodo eos puniret. Sed cùm hæc agerent, mox De judicio ipsis diebus percussus Divino ictu interiit Isacius, & mortuus est. Hi autem, qu re-

(47) Superiora Anastasius Biblioth., hæc Beda in Libello de Sex Ætat. Scriptori nostro ministrarun

Digitized by Google

recluſi erant, exeuntes de carcere reverſi ſunt ſinguli per loca ſua. Audiens hæc Imperator, quia defunctus eſt Iſacius, miſit Theodorum Patricium & Exarchum, cui cognomento Caliopas, ad regendam omnem Italiam.

Ipſis temporibus vênit Pyrrhus ex Africa, qui fuerat Patriarcha Conſtantinopolitanus, in urbe Roma ad limina Apoſtolorum, qui ingreſſus, Libellum obtulit cum ſua ſubſcriptione Apoſtolicæ Sedi, coram cuncto Clero & Populo, condemnans in eodem Libello omnia, quæ à ſe, vel à deceſſoribus ſuis ſcripta vel acta ſunt adversùs immaculatam Fidem. His itaque ab eo peractis, fecit eum munera erogare in Populo, & Cathedra ei poni juxta Altare, honorans eum, ut Sacerdotem Regiæ Civitatis, Poſtea rurſus more canis ad proprium impietatis vomitum repedavit. Tunc Sanctiſſimus Theodorus Papa convocans univerſos Sacerdotes & Clerum in Eccleſia Beati Petri Apoſtolorum Principis, condemnavit eum ſub vinculo anathematis. Qui prædictus Pyrrhus reverſus eſt in partibus Orientis.

Sanctiſſimus verò Theodorus Papa ſcripſit Paulo Patriarchæ Regiæ Civitatis, tam rogans, quàmque regulariter increpans, nec non per Apocriſarios præſentialiter admonens, & conteſtans, quatenus proprium emendaret commentum, atque Orthodoxam Fidem Catholicæ Eccleſiæ remaneret. At neque rogantes, neque increpantes potuerunt eum à ſuo conamine quoquo modo revocare propter quod juſta ab Apoſtolica Sede ipſe depoſitionis ultione percuſſus eſt.

XXXI. EUSEBIUS Epiſcopus ſedit Annos VI. Fuit autem temporibus Martini Beatiſſimi Papæ, & Conſtantini Imperatoris.

Hic Conſtantinus deceptus eſt à Paulo, ſicut Heraclius Avus ejus à Sergio ejuſdem Regiæ Civitatis Epiſcopo. Qui Paulus Conſtantinopolitanæ Urbis Epiſcopus inflammatus ſuperbiæ ſpiritu adversùs recta Sanctæ Dei Eccleſiæ dogmata audacter præſumſit paternis definitionibus contraire. Quod numquam nec à prioribus Hæreticis præſumtum eſt, ipſe inlicitè præſumere ſtuduit, in tantum ut Apocriſarii, qui ex præceptione Apoſtolicæ auctoritatis eum commonuerant, ut de tali Hæretico intentu recederet, perſecutionibus diverſis eum aliis Orthodoxis Viris, & Venerabilibus Sacerdotibus inſecutus eſt, quoſdam eorum cuſtodiæ retrudens, alios in exilio deportans, alios autem verberibus ſubmittens. Quorum pœnas ad Apoſtolicam Sedem plurimi Orthodoxi detuliſſe monſtrantur, conjurantes, ut totius mali per Apoſtolicam auctoritatem abſcindatur commentum.

A Tunc Beatiſſimus Martinus miſit & congregavit Epiſcopos in urbe Romana numero CV., & fecit Synodum ſecundùm inſtituta Patrum Orthodoxorum in Eccleſia Salvatoris juxta Epiſcopium Lateranenſe, reſidentibus Epiſcopis, Presbyteris adſtantibus cum Diaconibus, & Clero univerſo, & condemnaverunt Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum Patriarchas Conſtantinopolitanos, qui novitates contra immaculatam Fidem præſumſerunt innectere. Et faciens exemplaria per manus Orthodoxorum Fidelium per Orientis & Occidentis fines diſſeminavit.

Poſt hæc miſſus ab Imperatore Theodorus B Exarchus tulit Martinum Papam de Eccleſia Conſtantiniana, perduxitque Conſtantinopolim. Qui poſt hæc directus in exilio in loco, qui dicitur Cerſona, ibi, ut Deo placuit, in Chriſti confeſſione vitam finivit, multis in eodem loco virtutum ſignis uſque hodie refulgens. Facta eſt autem Synodus præfata Anno nono Imperii Conſtantini menſe octavo, Indictione VIII.

XXXII. LEONTIUS Epiſcopus ſedit Annos IIII. Hic fecit Crucem auream mediocrem cum lapidibus pretioſis. In cujus medio recluſit ex portione vivifici Ligni, in quo Dominus noſter appendi pro ſalute Generis humani dignatus eſt. Pro cujus venerationis gratia C ſextâ Feriâ Hebdomadæ majoris, & Inventionis, ſeu Exaltationis Sanctæ Crucis, omnes promiſcui ſexus confluunt, devote flagitantes auxilia.

Fuit autem temporibus Eugenii Papæ, & ſupradicti Conſtantini Imperatoris. Hujus temporibus Petrus Patriarcha Conſtantinopolitanus direxit Synodum ad Sedem Apoſtolicam, valde obſcuriſſimam, & ultra regulam, non autem declarans operationes, aut voluntates in Domino noſtro Jeſu Chriſto. Olympius (48) verò veniens Romam, invênit Sanctam Romanam Eccleſiam coadunatam cum omnes Epiſcopos Italiæ, ſeu Sacerdotes, & Clerum. Volens tamen adimplere, quæ ſibi fuerant imperata, ſecum armans Exercitum virtutis, voluit Schiſma Sanctæ Eccleſiæ intromittere, atque per potentiam virtutis Epiſcopos Italiæ indirectò typo ſubſcribere facere. Cùmque per plurimum tempus actum fuiſſet, non permiſit omnipotens Deus quæ nitebatur perficere. Videns ergo, ſe à Sancta Dei Catholica Eccleſia ſuperatum, machinavit ſe quaſi à mala intentione declinare, ut quod non poterat manu armata facere, ſubrepticio modo per Miſſarum ſolemnia in Eccleſia Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ ad Præſepe, ad communionem dum veniret,

(48) Heic mirè expilatum à noſtro videas Anaſtaſium. Verùm animadverte, machinamenta hæc Olympii Exarchi à Johanne Diacono ad Pontificatum *Eugenii*, in editis verò Libris Anaſtaſii, & à Baronio ad Pontificatum *Sancti Martini* prædeceſſoris, referri. Equidem video congruere hæc ad tempora Martini; iis enim verbis *invenit S. R. Eccleſiam coadunatam cum omnibus Epiſcopis Italiæ*, indicatur ampliſſima Synodus Lateranenſis, habita Anno 649. ſub eodem Martino Papa. Attamen quum multis tenebris circumfuſa ſit Vita Romanorum Pontificum Martini Confeſſoris & Martyris, & Eugenii, qui ipſo vivente Martino illegitimè ad Apoſtolicum thronum evectus eſt, non illico abjicienda contemnendave ſunt, quæ heic Johannes Diaconus habet diverſa ab editis. Neque enim apertè iis verbis deſignatur Lateranenſis Synodus ſub Sancto Martyno coacta; aliâqua de cauſa Romam rurſus convenire potuerunt Epiſcopi Italiæ ſub Eugenio Papa. Ad hæc conſtat ex ipſo Anaſtaſio, *Theodorum Calliopam* Patricium & Exarchum Italiæ ſub Theodoro Papa fuiſſe. Atqui hic idem fuit, qui in Sanctum Martinum Papam Theodori Succeſſorem Anno 653. violentas manus immiſit & Conſtantinopolim perduxit. Ergo non ante Calliopam, ut Baronius, & Pagius cenſent, ſed poſt Calliopam inchoandus videtur *Olympii* Exarchatus, atque hic propterea caderet in Pontificatum Eugenii. Nam quod Calliopam bis Exarchum in Italia creatum nonnulli ex recentioribus ſcribunt, id factum, quia componere iſta neſciunt cum editis Anaſtaſii. Ego hæc innuiſſe tantùm contentus, rem aliis diligentiùs excutiendam relinquo.

Digitized by Google

ret, Eugenium Papam comprehenderet ac teneret. Sed omnipotens Deus, qui ſolitus eſt ſervos ſuos Orthodoxos circumtegere, & ab omni malo eripere, nequaquam fieri permiſit. Nam cùm porrecturus eſſet Olympio Exarcho communionem, & ejus Spatharius Sanctiſſimum Papam, ut ei juſſum fuerat, ferire voluiſſet, excœcatus, non eſt permiſſus videre Pontificem, quando Exarcho communionem porrexit.

Videns ergo Olympius Exarchus, quia manus Domini circumtegebat Populum, vel Clerum, eo quòd talèm Synodum direxiſſet Petrus Conſtantinopolitanus Epiſcopus, qui non reciperetur; propter quod magno eum ſtrepitu à Sancta Dei Eccleſia projecit; & non priùs iſdem Papa à Populo, & Clero in eadem Eccleſia Dei Genetricis Mariæ Miſſas celebrari dimiſſus eſt, quouſque typus ille abjiceretur.

XXXIII. ADEODATUS Epiſcopus ſedit Annos XVIII. Fuit temporibus Vitaliani Papæ, & jam dicti Conſtantini Auguſti. Hic Vitalianus Papa direxit Reſponſales ſuos juxta conſuetudinem in Regia Urbe ipſi Imperatori de ordinatione ſua. Et dum ſuſcepti eſſent, renovantes Privilegia Eccleſiæ reverſi ſunt. Per eoſdem verò Miſſos direxit Beato Petro Apoſtolo Evangelia aurea cum gemmis albis miræ magnitudinis, in circuitu ornata.

His diebus (49) Conſtantinus jam dictus Auguſtus, qui & Conſtans eſt appellatus, Italiam à Langobardorum manu eruere cupiens, Conſtantinopoli egreſſus, per litoraria iter habens, Athenas vênit; indeque mare tranſgreſſus, Tarentum applicuit. Qui tamen priùs ad Solitarium quemdam, qui Prophetiæ ſpiritum habere dicebatur, adiit, ſtudiosè ab eo ſciſcitans, utrum Gentem Langobardorum, quæ in Italia habitabat, ſuperare & obtinere poſſit. A quo cùm Servus Dei ſpatium unius noctis expetiſſet, ut pro hoc ipſo Dominum ſupplicaret, facto mane ita eidem Auguſto reſpondit: *Gens Langobardorum ſuperari modò ab aliquo non poteſt; quia Regina quædam ex alia Provincia veniens Baſilicam Beati Johannis Baptiſtæ in Langobardorum finibus conſtruxit, & propter hoc ipſe Beatus Johannes pro Langobardorum gente continuè intercedit. Veniet autem tempus, quando iſtud Oraculum habebitur deſpectui, & tunc gens ipſa peribit.* Quod ita factum eſſe, provatum eſt. Quia ante Langobardorum perditionem, & ante quam Tranſpadus caperetur, eadem Beati Johannis Baſilica, quæ utique in loco, qui Modica dicitur, eſt conſtituta, per viles perſonas ordinari conſpecta eſt, itaut indignis & adulteris, non pro vitæ merito, ſed præmiorum datione iſdem locus venerabilis largiretur. Conſtantinus verò Tarentum egreſſus, Beneventanorum fines invaſit, omneſque penè, per quas venerat, Langobardorum Civitates cepit. Luceriam quoque opulentam Apuliæ Civitatem expugnatam fortiùs invadens diruit, & ad ſolum uſque proſtravit. Agerontiam ſanè, propter munitiſſimam loci poſitionem, capere minimè potuit. Deinde cum omni ſuo exercitu Beneventum circumdedit, & eam vehementer expugnare cœpit, ubi tunc Romoald Grimoaldi filius adhuc juvenculus Ducatum tenebat. Qui ſtatim ut Imperatoris adventum cognovit, Nutricium ſuum nomine Seſoaldum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obſecrans, ut quantociùs veniret, filioque ſuo, ac Beneventanis, quos ipſe nutrierat, potenter ſuccurreret. Quod Grimoald Rex audiens, ſtatim cum exercitu filio laturus auxilium, Beneventum pergere cœpit, & eumdem nuntium ad filium miſit, qui ei ſuum adventum nuntiaret. Qui cùm prope Beneventum veniſſet, à Græcis captus, Imperatori delatus eſt, qui ab eo unde adveniret requirens, ille ſe à Grimoaldo Rege venire dixit, eumdemque Regem citiùs adventare nuntiavit. Imperator quoque accepta obſide Romoaldi Sorore, cui nomen Giſa fuit, cum eodem pacem fecit; ejuſque Nutricium Seſoaldum ad muros duci præcepit, mortem eidem minatus, ſi aliquid Romoaldo, aut Civibus de Grimoaldi adventu nuntiaret, ſed potiùs aſſeveraret, eumdem venire minimè poſſe. Quod ille ita ſe facturum, ut ei præcipiebatur, promiſit. Sed cùm prope muros adveniſſet, velle ſe Romoaldum videre dixit. Cùm Romoald citiùs adveniſſet, ſic ad eum locutus eſt: *Conſtans eſto, Domine Romoald, & habens fiduciam noli turvari, quia tuus Genitor citiùs tibi auxilium præviturus aderit: nam ſcias eum hac nocte juxta Sangrum Fluvium cum valido exercitu manere. Tantùm obſecro, ut miſericordiam exhibeas cum mea Uxore, & filiis, quia gens iſta perfida me vivere non ſinet.* Cùmque hoc dixiſſet, juſſu Imperatoris caput ejus abſciſſum, atque cum belli Machina, quam Petrariam vocant, in Urbem projectum eſt. Quod caput Romoald ſibi deferri juſſit, idque lacrymans oſculatus eſt, dignoque in loco tumulari præcepit.

At verò Conſtantinus Auguſtus, dimiſſa Beneventi obſidione, Neapolim vênit per Indictionem VI., egreſſuſque Neapoli, Romam perrexit, cui ſexto ab Urbe milliario Vitalianus Papa cum Sacerdotibus, & Romano Populo occurrit, & ſuſcepit eum quinta die menſis Julii, Feria quarta, Indictione ſupraſcripta. Ipſa die ambulavit Imperator ad Sanctum Petrum ad orationem, & donum obtulit. Die Sabbati ad Sanctam Mariam, itemq; donum obtulit. Dominicorum die proceſſit ad Sanctum Petrum cum exercitu ſuo. Omnes cum cereis, exierunt obviam ei, & obtulit ſuper Altare ipſius pallium auro textilem, & celebratæ ſunt Miſſæ, Sabbato ſequenti vênit ad Lateranum, lavit, & ibidem pranſit in Baſilica Vigilii. Item Dominicoque die fuit ſtatio ad Sanctum Petrum, & poſt celebratas Miſſas vale fecerunt ſibi invicem Imperator, & Pontifex. Duodecim dies in Civitate Roma perſeverans, omnia, quæ fuerunt antiquitus inſtituta ex ære in ornamentum Civitatis, depoſuit, in tantum, ut etiam Baſilicam Beatæ Mariæ, quæ aliquando Pantheum vocabatur, & conditum fuerat in honorem omnium Deorum diſcooperiret, tegulaſque æreas exinde auferens ut eas ſimul cum aliis omnibus ornamentis Conſtantinopolim tranſmitteret. Et poſtmodum ſecundâ Feriâ egreſſus de Civitate Romana, reverſus eſt Neapolim. Inde iti

nere

(49) Paulum Diaconum loquentem iterum heic audis de Geſt. Langob. Lib. V. Cap. VI. Quæ Romæ acta fuerunt ab impio Conſtantino Auguſto, partim debet noſter Anaſtaſio in Vita Vitaliani Papæ. In editis eſt *Baſilica Julii*; at heic (forte ſatis rectiùs) *in Baſilic Vigilii*.

Digitized by Google

nere terreno perrexit Civitatem Regium, ingreſſuſque Siciliam per Indictionem Septimam habitavit in Siraguſa, & tales afflictiones poſuit Populo, ſeu habitatoribus, vel poſſeſſoribus Calabriæ, Siciliæ, Africæ, atque Sardiniæ, quales antea numquam auditæ ſunt, ita ut etiam uxores à maritis, & filii à parentibus ſepararentur. Sed & alia multa & inaudita harum regionum Populi ſunt perpeſſi, ita ut alicui ſpes vitæ non remaneret. Nam & vaſa ſacrata, vel Cymilia Sanctarum Dei Eccleſiarum, Imperiali juſſu, & Græcorum avaritia ſublata ſunt.

Manſit autem Imperator in Italia ab indictione ſeptima, uſque in quintadecima die menſis Julii duodecimæ Indictionis. Sed tamdem tantarum iniquitatum pœnas luit, atque dum ſe in valneo lavaret, à ſuis extinctus eſt. Et non multò poſt jam dictus Sanctiſſimus Vir vitam finivit.

XXXIIII. AGNELLUS Epiſcopus ſedit Annos XXL. dies XV. Hic fecit Baſilicam intus Civitatem Neapolim ad nomen Sancti Januarii Martyris, in cujus honorem nominis Diaconiam (50) inſtituit, & Fratrum Chriſti cellulas collocavit, delegans ab Epiſcopio alimonia ducentorum decem tritici modiorum cum ducentas vini hornas (51) perennis temporibus per unjuscujuſque ſucceſſionem annualiter largiri. Sed & pro labandis curis (52) bis in anno Nativitatis, & Reſurrectionis Domini, anni circulum exſequendum ſaponem dari ſancivit. Sic itaque uſque hodie, Domino annuente, perficitur. Atque mille ſiliquas (53) in Nativitate Domini, milleque in ipſius Reſurrectione tribuitur.

Fuit autem temporibus Adeodati Beatiſſimi Papæ, & Succeſſorum ejus, uſque ad Sergium Papam, necnon & Conſtantini filii Conſtantii ſuperioris Regis, & Juſtiniani filii Conſtantini Imperatorum. Hujus Adeodati Papæ, & Conſtantini Imperatoris tempore Gens Sarracenorum (54) quæ jam Alexandriam, & Ægyptum pervaſerat, audita morte Conſtantii Imperatoris, ſubitò cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Syracuſas ingrediuntur, multamque ſtragem faciunt Populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitiſſima Caſtra, & juga confugerant montium; auferentes quoque prædam nimiam, & omne illud, quod Conſtans Auguſtus à Roma abſtulerat, ornatum in ære, & diverſis ſpeciebus: ſicque Alexandriam reverſi ſunt.

Hoc tempore tantæ pluviæ, tantaque tonitrua fuerunt, quanta ante nullus meminerat hominum, ita ut innumera hominum & animantium millia fulminibus eſſent perempta. Eo Anno legumina, quæ propter pluvias colligi nequiverant, iterum renata, ad maturitatem uſque perducta ſunt.

Poſt Annos autem quatuor, & menſes II. dieſque V. Adeodatus Papa diem clauſit extremum. Quem ſubſequens Donus Papa ſedit Annum unum, menſes V. dies X. Hic dum adhuc eſſet electus, à parte Orientis Auguſto menſe Stella apparuit à galli cantu uſque manè per menſes tres. Cujus radii Cœlos penetrabant. In cujus viſione ſurgentes omnes Provinciæ, & Gentes mirabantur. Quæ poſt in ſemetipſam reverſa diſparuit. Ea recedente maxima mors à parte Orientis ſubſequuta eſt.

Agatho (55) Papa, qui poſt Donum Pontificalem Sedem promeruit, ex rogatu Conſtantini, Heraclii, & Tiberii Principum piiſſimorum, miſit in Regiam Urbem Legatos ſuos Abundantium Paternenſem, Johannem Regitanum, & Johannem Portuenſem Epiſcopos, Theodorum, & Gregorium Presbyteros, Johannem Romanæ Eccleſiæ Diaconum, poſtverò Epiſcopum, Conſtantium Subdiaconum, cum aliis religioſis Servis Dei, pro adunatione facienda Sanctarum Dei Eccleſiarum. Qui benigniſſimè ſuſcepti ſunt à reverentiſſimo Fidei Catholicæ Defenſore Conſtantino in Oraculo Beati Petri Apoſtoli intra Palatium die X. menſis Novembris Nonæ Indictionis. Qui dum ſuſcepiſſet ſcripta Pontificis, monens eos, non ut Philoſophicis Diſputationibus, ſed pacifico colloquio de Fide vera perquirerent, atque per Sanctarum Scripturarum, & Patrum Synodica provatæ Fidei Decreta ſatisfacerent. Dans inducias ad retractanda ſcripta, & tribuens eis omnia, quæ ad ſuſtentationem ſufficerent, in eorum expenſas in domo, quæ appellabatur Placidiæ, datis eis de Bibliotheca Conſtantinopolitana cunctis antiquorum Patrum, quos petebant, Libellis. Adfuerunt autem Epiſcopi CL. ex diverſis Orientalium locis, præſidente Georgio Patriarcha Regiæ Urbis, & Antiochiæ Macario. In Baſilica intro Palatio, quæ Trullus appellatur, ſuſcepti ſunt Miſſi Sedis Apoſtolicæ cum centum quinquaginta Epiſcopis, quos Imperator reſidere præcepit. Et facta inquiſitione ab ejus pietate, cujus partis deberet aſſenſio adprovari, Legati Sedis Apoſtolicæ dixerunt: *Opportuna veritas, & ratio exigit, ut pars eorum, qui unam voluntatem & operationem in Domino Jeſu Chriſto aſſerunt, Apoſtolicæ Sedi exponant.* Qui audientes, læti effecti, paratos eſſe dixerunt, & acceptâ licentiâ, eâ horâ ſuos intromiſerunt Libros, quos falſaverunt. Nam non per veritatem ſe ſuperare arbitrati ſunt, ſed per mendacia, & diverſa commenta vincerent, quod in Libris ipſi damnaverant unam voluntatem & operationem, dicentes, quòd coram Principe claruit. Alia die Catholicæ Fidei Defenſor pius Princeps, Secretario reſidens, inquiſitione de ipſos Codices facta, reperit, falſa noviter addita fuiſſe: præcipiens, ut omnes Libros, quos Miſſi Sedis Apoſtolicæ ſcirent ad cauſam Fidei pertinere, coram Synodo adducerent. Et allata ſunt Sanctorum Patrum dicta Johannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, Cyrilli, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Dionyſii, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, & Leonis, & dum relegerentur utrique ſimiles reperti ſunt, duas naturas, duaſque voluntates, & operationes habentes; & confuſus Macarius coram Synodo inventus eſt mendax. Sequenti die in eodem Secretario reſidente Synodo unà cum Principe; Synodica Sanctiſſimi

(50) Hoc eſt eamdem, quæ Johanni noſtro poſt Secula duo regenda tradita eſt.

(51) Menſura vini. Du-Cangius pro *urnis* accipit.

(52) Ideſt lavandis. Sed quid *curæ*? Ughellus, cui ante oculos fuit hoc idem Chronicon, ita ſcribit: *Et pro lotione & cultu utenſilium Eccleſiæ, & fratrum Chriſti bis in anno ſaponem elargiri ſancivit.* Num ergo in exemplari meo aliquid deſideratur? Intelligo, ſaponem datum ad expurganda linea ornamenta Templi, interulaſque, & linteamina hoſpitum egenorum.

(53) Aurea ſiliqua erat XXIV. pars ſolidi aurei, quam Gregorius M. non uno in loco memorat. Apud Iſidorum eſt tantùm vigeſima.

(54) Hæc ex Paulo Diacono.

(55) Ista ex Anaſtaſio Bibliothecario, cujus tamen edita cum his non inutiliter conferri poſſunt.

Digitized by Google

simi Agathonis Papæ relecta est, & ad singula probata, Patrumque dicta inserta. Deinde adductus est Tomus ad relegendum, in quo hæretica dogmata Macarii erant conscripta, adhortatus est, ut profiteretur. Sed ille nec dicendus noluit confiteri. Interrogatus est & Georgius Patriarcha, si eam Fidem, quam docet Sedes Apostolica, amplecteretur juxta Scripta Agathonis Papæ, & Sanctorum Venerabilium Patrum. Qui respondens, ut, acceptâ licentiâ, in scriptis quæ opportuna erant responderet; sequenti Dominica in Ecclesia Beati Petri Apostoli intro Palatium, Georgius Patriarcha professus est in scriptis duas naturas, duas voluntates, & operationes credere, & prædicare, sicut Sedes Apostolica, anathematizans eos, qui unam naturam, unam voluntatem, & operationem dicunt. Die XXV. mensis Februarii residente Synodo unà cum pio Principe, & Legatis Sedis Apostolicæ, Macarium adesse jusserunt, & datâ à Principe licentiâ, ut separantes, quis in qualivet diverteret, Georgius Patriarcha Regiæ Civitatis cum suis in partem Orthodoxorum, Macarius verò cum suis in partem aliam Hæreticorum. Cùmque iterum admonitus declinare vellet, exiliens Basilius Cretensis Episcopus, ejus orarium abstulit, & unà cum Sancta Synodo anathematizantes, foràs projecerunt. Eâ horâ tantæ telæ aranearum nigrissimæ in medio Populi ceciderunt, ut omnes mirarentur ac dicerent: *Verè sordes Hæreticorum expulsæ sunt*. In Ecclesia verò Antiochena loco Macarii ordinatus est Theophanius. Macarius cum suis reclusus Romæ in exilio directi sunt: auferentes de Dypticis, & picturis nomina Patriarcharum Cyri, Sergii, Pyrrhi, Pauli, nec non & Petri, per quos error Orthodoxæ Fidei pullulavit.

Tanta gratia Legatos Catholicæ Pacis subsequuta est, ut ad lætitiam Populi Johannes Portuensis Episcopus, qui erat unus ex ipsis, Dominica Octavarum Paschæ Missas publicas in Ecclesia Sanctæ Sophiæ coram Principe, & Patriarcha Latinè celebraret, & omnes unanimiter in laudes Creatoris, & Imperatorum idem Latinis vocibus adclamarent.

Hæc est Sexta Synodus universalis Constantinopoli celebrata, & Græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis.

Prima enim universalis Synodus in Nicæa congregata est contra Arrium CCCXVIII. Patrum temporibus Silvestri Papæ sub Constantino Principe filio Helenæ.

Secunda in Constantinopoli CL. Patrum contra Macedonium, & Eunomium temporibus Damasi Papæ, & Gratiani Principis, quando Nestorius eidem Urbi ordinatus est Episcopus.

Tertia in Epheso CC. Patrum contra Nestorium Augustæ Urbis Episcopum sub Theodosio magno Principe, & Papa Cœlestino.

Quarta in Chalcedone Patrum DCXXX. sub Leone Papa temporibus Marciani Principis contra Euthychen nephandissimum Præsulem Monachorum.

Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilii Papæ sub Justiniano Principe contra Theodorum, & omnes Hæreticos.

Sexta hæc, de qua in præsenti diximus.

Beatissimus Agatho Papa, postquam duos Annos, Menses VI. & dies IIII. sedisset, obiit, eique Leo Papa Secundus in ordine successit. Hic suscepit Sanctam Sextam Synodum, quæ per Dei providentiam nuper in Regia Urbe celebrata est, Græco eloquio conscriptam. Quam studiosissimè in Latinum translatavit. Et supràscripti Defensores malorum Hæreseos, Macarius, (56) Stephanus, Polychronius, Anastasius in Romana directi Civitate, dum nollent suo recedere proposito, per diversa Monasteria sunt retrusi.

Postquam Benedictus Papa Menses X. & dies XII. sedisset, Johannes Papa Thronum ejus accepit. Hic missus fuit, Diaconus cùm esset, à sanctæ memoriæ Agathone Papa in Regiam Urbem cum alios Sacerdotes, representans locum Sedis Apostolicæ. Expleta autem Sexta Sancta Synodo, à clementissimo Principe relaxatus, magnum gaudium Ecclesiæ secum detulit. Ipse verò clementissimus Princeps decennio terra marique cum Sarracenis pacem constituit.

XXXV. JULIANUS (57) Episcopus sedit Annos VII. Menses III. Fuit autem temporibus Sergii Papæ, & Leonis Augusti usque ad quartum Annum Tiberii Imperatoris. Sergius Papa in Sacrario Beati Petri Apostoli capsam argenteam, quæ in angulo abscurissimo diutissimè jacuerat, & in ea Crucem diversis ac pretiosis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit. De qua tractis quatuor petallis, quibus gemmæ inclusæ erant miræ magnitudinis, portionem Ligni salutiferi Dominicæ Crucis interiùs repositam inspexit. Quæ ex tempore illo annis omnibus, in Basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, die Exaltationis ejus ab omnibus osculatur, atque adoratur.

XXXVI. LAURENTIUS Episcopus sedit Annos XV. Menses VIII. Dies XXVI. Fuit autem temporibus Johannis Papæ, & Tiberii, & Justiniani Secundi cum Tiberio filio Augustis, necnon & Philippico, Anastasio, & Theodosio Imperatoribus. Horum diebus Gisulphus Dux Gentis Langobardorum Beneventi, Campaniam igne, gladio, captibitate vastavit. Cùmque non esset, qui ejus impetum resisteret, Apostolicus Papa Johannes, qui Sergio successerat, missis ad eum Sacerdotibus, ac denariis plurimis, universos redemit captivos, atque hostes domum redire fecit. Cui successit alius Johannes. Huic Herevertus Rex Langobardorum multa patrimonia Alpium Cottiarum, quæ quondam ad jus pertinebant Apostolicæ Sedis, sed à Langobardis multo tempore fuerant ablata, restituit juri ejusdem Sedis, & hanc donationem aureis Scriptam literis Romam direxit.

Post Justinianum, & Tiberium ejus filium regnavit Philippicus. Hic misit Literas gravi dogmatis ad Constantinum Papam, quas ille

(56) Fuerunt hæc, ut monui, desumta ex Anastasio. Apud illum in Vita Sancti Leonis II. inter *defensores malorum Hæreseos* numerantur *Cyrus*, *Sergius*, *Honorius &c.* At apud nostrum minimè legitur nomen *Honorii*, quo adjecto fortasse temerarius quisquam Honorii Papæ famam denigrare tentavit, à Baronio multis protectam. Ita neque supra facta est à Johanne ejusdem *Honorii* mentio, quum de Sexta Synodo Oecumenica ageretur.

(57) Hic Cœlitum albo additus. In Metropolitana Ecclesia Neapoli contra Sacellum Sancti Asprenii supra Imaginem B. Virginis, u vulgò dicimus, Annuntiatæ, Juliani hujus Episcopi, ejusque Successoris Sancti Laurentii imagines & inscriptio olim visebantur nunc autem calce obducta coopertæ sunt.

Digitized by Google

ille reſpuit : & hujus rei causâ fecit picturas in porticu Sancti Petri, quæ acta ſex Sanctarum Synodorum univerſalium continerent; nam & hujuſmodi picturas, cùm haberentur in Urbe Regia, Philippicus juſſerat auferri. Statuitque Populo Romano, ne Heretici Imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram ſolidi ſuſciperent. Unde nec ejus effigies in Eccleſiam introducta eſt, nec nomen ad Miſſarum ſolemnia prolatum. Philippicus autem poſtquam Annum unum, & VI. Menſes regnavit, Anaſtaſius Philippicum captum oculis privavit, nec occîdit. Idem Anaſtaſius poſtquam ſceptri jura ſuſcepit, literas Conſtantino Papæ Romæ per Scholaſticum Patricium, & Exarchum Italiæ direxit, quibus ſe fautorem Catholicæ Fidei, & Sancti Sexti Concilii prædicatorem eſſe docuit. Liudprandus Rex Langobardorum donationem Patrimonii Alpium Cottiarum, quam Herevertus Rex fecerat, & ille repetierat, ammonitione venerabilis Papæ Gregorii ſucceſſoris Conſtantini Papæ, confirmavit.

Horum quoque temporibus Provinciæ Campaniæ Neapoli gravis Peſtilentia exorta eſt. Subitò enim cœperunt naſci vulnera hominum, vel in inguine, vel in aliis delicatioribus locis glandulæ in modum nucis, ſeu dactuli, moxque ſubſequebatur & febris intolerabilis, ita ut in triduo extinguerentur; ſin verò aliquis triduum tranſegiſſet, habebat ſpem vivendi. Erat autem ubique luctus, ubique lacrymæ. Nam, ut à majoribus referta noſcuntur, multi per Inſulas cladem fugientes, relinquebant domos abſque habitatoribus. Fugiebant filii cadavera inſepulta parentum, & ſi quem fortè caritatis pietas perſtringebat, ut proximum ſepelire vellet, remanebat ipſe inſepultus. Adveſperaſcente die, qui ſuperſtites exiſtebant, viciſſim ſibi pacis oſcula tribuebant, invicem ſe commendantes, ſuaque ſcelera mutuò confitentes, perdita ſpe alterius devenire diebus.

Ingraveſcente ſiquidem tali peſtilentia, ut de die in diem penè conſumerentur, metu ac timore concuſſi, cum omni inſtantia qui reliquebantur ex medullis cordis vociferantibus, jejuniis, & orationibus Domino ſurſum unuſquiſque plangebat. Talibus igitur conſiſtentes operibus, plaga mortis, Domino annuente, expulſa eſt. Imperator Theodoſius in Regno electus, Anaſtaſium, cùm tribus annis regnaret apud Nicæam civitatem, gravi prœlio vicit: datoque ſibi ſacramento, Clericum fieri, ac Presbyterum fecit ordinari. Ipſe verò Theodoſius ut Regnum accepit, cùm eſſet Catholicus, mox in Regia urbe Imaginem illam venerandam, in qua Sanctæ ſex Synodi erant depictæ, & à Philippico fuerant dejectæ, priſtino in loco erexit.

XXXVII. SERGIUS Epiſcopus ſedit annos XXVIII. menſes IV. dies IV. Hic dum ſub habitu adhuc Presbyteri degeret, Romoalt Rex Langobardorum pacis fraude ſimulans, miſſo exercitu Cumanum (58) Caſtrum, quodam tradente, invadit. Ad quem dum Johannes Magiſter militum (59) cum ſuos adire feſtinaret, ad exequendam benedictionem (60) divinitus iſte, de quo dictum eſt, Sacerdos inventus eſt. Data illico oratione, Dux ille (61) præſcius votum Deo vovit dicens: *Si Domino annuente proſperè recepturus Caſtrum advenero, poſt deceſſum Pontificis, ſi advixero, iſtum Epiſcopum ordinabo* (62). Quod & factum eſt. Abierunt, ipſumque Caſtrum intrantes receperunt, atque ſtabilientes, incolumes ſunt omnes reverſi. Cùmque propria morte Beatus Laurentius Epiſcopus de hac luce ſubtractus fuiſſet, Sergium elegerunt Pontificem, & prædicentis votum completum eſt. Hic dum à Græcorum Pontifice Archiepiſcopatum (63) nanciſceretur, ab Antiſtite Romano correptus, veniam impetravit. Fuit autem temporibus Gregorii, & Zachariæ Papæ, necnon & Leoni, ſeu alio Leoni, & Conſtantino ejus filio. Primoque Leoni Imperatoris tempore gens Sarracenorum (64) cum immenſo exercitu Conſtantinopolim venientes triennio civitatem obſident, donec civibus multa inſtantia ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, peſtilentia perirent. Viſumque eſt eis, poſt tres annos ut abſcederent, ac ſi pertæſi obſidionis fraudem circumtegerent. Qui inde regreſſi, Bulgarorum gentem, quæ eſt ſupra Danubium, bello adgrediuntur, & ab hac quoque victi refugiunt, ac naves repetunt ſuas. Quibus cùm altum repeterent, ingruente ſubita tempeſtate, plurimi etiam, merſis, ſive confractis navibus, ſunt necati.

Liudprandus audiens, quòd Sarraceni depopulatâ Sardiniâ, etiam loca fœdarent illa, ubi oſſa Sancti Auguſtini Epiſcopi propter vaſtationem Barbarorum olim translata, & honorificè fuerant condita, miſit, & dato magno

(58) De capto à Langobardis Cumano Caſtro videndus quoque Anaſtaſius in Vita Gregorii II. Hic enim Pontifex nihil non egit, ut illud Græco Auguſto recuperaretur, ac Neapolitanæ ditioni rurſus conjungeretur.

(59) Ita præcipuè appellati, qui pro Græcis Imperatoribus Neapolitanæ Urbi præerant, ut ex Paulo Diacono, Johanne VIII. Papa, Erchemperto, aliiſque Auctoribus conſtat.

(60) Nempe antequam ad pugnam educerentur milites, antiquitus etiam mos erat, ut à Chriſti Sacerdotibus benedictione donarentur. Ad id Sergius delectus fuit.

(61) Ab Anaſtaſio quoque appellatur *Johannes Dux Neapolitanus*. Æquè titulo *Magiſtri militum*, ac *Ducis* fruebantur, qui Neapolitanam olim Urbem regebant. Idem verò ſignificabatur utroque nomine. Sunt qui putant, iis temporibus Neapolim Rempublicam fuiſſe, & à Præfecto gubernatam, qui nullius Principis juri foret addictus. Mihi nondum erepta eſt dubitatio, fuiſſe adhuc ſupremam in Neapolim ditionem Conſtantinopolitanis Auguſtis intactam.

(62) Ideſt eligendum curabo. Hinc deducit Ughellus, à Ducibus Neapolitanis aliquando Epiſcopos illius Urbis fuiſſe electos. Verùm id minimè conſequens eſt. Profectò non modicæ erant partes Duci in electione Epiſcopi; Sed ſimul ad illam confluebant vota Cleri & Populi. Infra idem Scriptor noſter habet de hoc ipſo Sergio, poſt Sancti Laurentii mortem electo: *Sergium elegerunt Pontificem*.

(63) Jam à naſcente Chriſti Eccleſia, Romano Patriarchatui ſubeſſe cœperunt ſingulæ Occidentis Eccleſiæ, atque adeò Campania ipſa, in qua Neapolis. Vide nunc, quibus artibus Patriarcha Conſtantinopolitanus uſurpare Romano Pontifici, ac in ſuam ditionem trahere Neapolitanum Epiſcopatum moliretur, nempe oblato Archiepiſcopi titulo. Neque ſibi ab hiſce illecebris cavit Sergius Epiſcopus, ambitionis ſpiritu actus. Sed ex Johanne Diacono diſcimus, eumdem reſipuiſſe, ac in irritum ceſſiſſe Græcorum conatus, obſiſtente Papa, ſcilicet, ut opinor, Gregorio II. Incertum eſt, quoto tandem Anno Archiepiſcopali dignitate auctus fuerit Neapolitanus Antiſtes. Id certè nequaquam factum, quum hæc Johannes Diaconus literis mandabat.

(64) Hæc ex Beda de Sex Ætat. Reliqua ex Paulo Diacono.

Digitized by Google

gno pretio, accepit, & transtulit ea in urbem Ticinensem, ibique cum debito tanti Patris honore recondidit.

Apud Constantinopolim Leo Imperator Sanctorum Imagines depositas incendit; Romanoque Pontifici similia facere, si Imperialem gratiam habere vellet, mandavit. Sed Pontifex hoc facere contemsit. Omnis quoque Ravennæ exercitus, vel Venetiarum talibus jussis uno animo restiterunt, & nisi eos Pontifex prohibuisset, Imperatorem super se constituere sunt adgressi. Per idem tempus Leo Augustus ad pejora progressus est, ita ut compelleret omnes Constantinopolim habitantes, tam vi, quàm blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur Imagines, tam Salvatoris, quàm ejus Sanctæ Dei Genitricis, vel omnium Sanctorum, easque in medio civitatis incendio concremari fecit. Et quia plerique ex Populo tale scelus fieri præpediebant, aliquanti ex eis parte corporis multati, alii capite truncati sunt.

XXXVIII. COSMAS Episcopus sedit annos duos, menses II. dies VI. Fuit hic temporibus supradicti Zachariæ Papæ, & Leonis, & Constantini ejus filii Augusti.

Ratchis, qui apud Forum Julii Dux fuerat effectus, in Carniolam, Sclavorum Patriam, cum suis ingressus, magnam multitudinem Sclavorum interficiens, eorum omnia devastavit.

Circa hæc tempora Carolus Princeps Francorum Pipinum suum filium ad Liudprandum direxit, ut ejus juxta morem capillum susciperet, qui ejus cæsariem incidens ei Pater effectus est, multisque eum ditatum Regiis muneribus Genitori remisit.

Per idem tempus Sarracenorum exercitus in Galliam introiens, multam devastationem fecit. Contra quos Carolus, non longè a Nerbone bellum committens, eos maxima cæde prostravit. Iteratò Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, & capta Arelate omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Carolus nihil moratus cum grandi exercitu properavit. Qui Sarraceni ejus adventu comperto mox ab illis regionibus aufugerunt.

XXXIX. CALVUS Episcopus sedit annos XII. menses IV. dies III. Hic inter cetera bonitatis studia, Sancti Sosii non longè ab urbe Oratorium instituit, sic in sublime erectum, ut universa, quæ in circuitu posita sunt, conspicere possit. Fuit autem temporibus Domni Stephani Papæ, & usque ad Annum quadragesimum quartum Constantini Imperatoris, & Leoni filio ejus Anno undecimo.

Hunc ajunt Constantinum robustiorem fuisse Virum, qui Leonem ferociſſimam bestiam pugnando occidit, & Draconi se opposuit, & ipsum interemit. Nam cùm quemdam aquæductum sua magnitudine detineret, & multos fœtore suo perimeret, nullumque aliud consilium reperiret, semetipsum pro omnibus Constantinus periculo dedit, statuens semetipsum cum Dracone conflicturum. Factâque sibi loricâ falcatâ, quam novaculis acutissimis ex omni parte munivit, atque ad locum, ubi ille teterrimus Draco quiescebat, deveniens, nihil cunctatus, relictis suis, ad eum solus introiit (65) ..... noverunt eum recipere (66). Quo audito universi ex diversis Provinciis ad eum collecti sunt, & unà cum ipsis civitas obsessa est, & ne in tanta multitudine famis adcresceret, corii solidos pro aureis numismatis fecit à negotiatoribus dari, & recipi: promittens eos, dum in Palatio introiret, omnes colligere, & aureos solidos ad corii solidos commutare. Constanter autem obsidentibus urbem, ii, qui intra civitatem erant, veniam impetrantes, cum gloria ab omnibus receptus est. Ingresso Constantino Palatium, promissum, quod de solido fecerat, explevit. Rex quoque Liudprandus in infirmitatem decidens, morti adproximavit. Quem Langobardi vita excedere existimantes, ejus Nepotem Hilprandum foràs muros civitatis ad Basilicam Sanctæ Dei Genitricis, quæ ad Perticas dicebatur, Regem levaverunt. Rex autem cùm hoc cognovisset, non æquo animo accepit, tamen de infirmitate convalescens, eum Regni sui consortem habuit.

Beatissimus Papa Stephanus (67), Langobardorum infestationes & bella, quæ contra Romanos ingerebant, non ferens, per semetipsum Hilprando Regi devênit, supplicans, ut Romanis miserandò parceret. Sed ille audire renuit, superbiæ spiritu inflatus. Cùmque ille Præsul precando persisteret, & ipse nollet audire, petiit ab eo, ut ei iter Franciæ panderet. At ille turgidè fertur dixisse: *Ubi properare volueris, propera; nihil tibi prosperè cedere credas, quia nemo est, qui vos de manibus nostris eruere possit*. Accepta Sanctissimus ille hac ratione, confestim iter arripiens Franciæ, apud Pipinum Regem pergere cœpit, & eligens expeditos, concitè qui unà secum possent carpere viam, dixit eis: *Properemus quantociùs; quousque Franciæ ingrediamur finibus, quoniam post tergum nostrum Langobardorum Rex missurus est, qui iter nostrum impediant*. Quo dicto aliquanti timore ducti, aliquanti longitudinem itineris causantes, reversi sunt. Alii verò, in quorum corda amor dilectionis ferbuerat, eum secuti sunt. Secutique sunt eum viri non pauci à Rege missi, ut non eum abire dimitterent; pœnituerat enim se, Pontificem fuisse dimissum. Sed cùm juga Alpium conscendissent, & eum invenire non possent, reversi sunt. Servus quippe Dei, ut finibus Franciæ adtigisset, voluit ea, quæ gesta sunt Romæ dirigere, ut sustinerent, & ne deficerent, quousque reverteretur, requisivit, qui illud scriberet de suis domesticis, & non inve-

(65) In Vaticano MSto excidit heic pagina, quare egregium hoc facinus Constantini Copronymi, fabulosum tamen, ut puto, fine caret. Neminem Græcorum novi, qui Draconis hujus ab impio Principe debellati meminerit. Sed Johannes unicam famam huc advocare testem videtur.

(66) Innuitur Constantinopolis obsidio à Constantino Copronymo peracta Anno 743. ejusque victoria, Artabasdo ex Imperiali solio dejecto. Quæ de pecunia ex corio percussa habet Scriptor noster, reliqui Scriptores omisere, ni fallor.

(67) Confer hæc cum iis, quæ de Stephano II. Pap habet Anastasius, sive quisquis sit antiquiss mus ejus Vitæ Scriptor, tibique constabit Romanorum Pontificum Vitas heic defeciss Auctorem nostrum, eumque propterea non satis accuratè heic progredi, certis incerta immiscendo. Si eum audimus, Stephanus I ad *Hilprandum*, sive *Hildeprandum* Lang bardorum Regem se contulit, pacem petit rus: quum tamen exploratum sit, iter ab e dem susceptum fuisse ad Aistulphum Regen Cætera à veritate Historiæ minimè disse tiunt.

Digitized by Google

venit. Et quia nobis licet audita proferre, ex auditu cognita (68) referre curabimus. Cùmque Vir Dei intra se ipsum quid facere deberet exæstuaret, ad solitum orationis cucurrit auxilium, accensoque lumine advocari jussit unum ex suis familiaribus, quem ante se statui fecit, eique fertur, dixisse: *Aperi os*. Statim ille aperuit. Tunc ille cereum, quem manu tenebat, in os ejus intromisit, dicens cum magna fiducia: *Accipe Spiritum Sanctum, & sede, scribe*. Tanta denique divinarum Scripturarum fluenta adeptus est, ut omnes mirarentur. Statim sedit & cuncta per ordinem secundùm voluntatem suam Beatissimus Papa conscribere jussit, ac Romæ direxit. Ille cœpto itinere Franciam pergit. Audiens Pipinus ejus adventum, lætus effectus est, & in ejus occursu suos Honoratos direxit. Adproximansque per semetipsum in ejus occursum processit, gaudio repletus, quòd Vicarium Apostolorum videre meruisset. Quem cum magno gaudio suscipiens, antequam precaretur, omnia, pro quo abierat, facturum se esse promisit.

Cùm ergo ille diceret, contra Langobardos velle auxilia, prævaturus auxilium, factis magis, quàm verbis ostentans, grandem fecit parari exercitum. Qui exeuntes, antequam Langobardorum ingrederentur finibus, tremore ac terrore Langobardi arrepti Missos suos in occursum Pipino miserunt, dicentes: *Quare nostros fines pugnaturus ingrederis? Revertere, quia pro quo benivolus accessisti, qua parte volueris, ad pacis concordiam declinamus*. Ille verò respondit: *Non meam modò, sed Patris Stephani Papæ voluntatem exequendam deveni. Quomodo ille voluerit, sic peragam*. Revertentes Missi hæc verba omnibus retulerunt. Sed illi adpropinquantibus iterum miserunt, veniam à Beatissimo Papa petentes, atque dicentes: *Ignoscat nobis Beatitudo tua: non tibi expedit malum pro malo reddere. Inter partes pacificus ingredere, & universa mala, quæ fecimus, & quæ vi abstulimus, emendando reintegramus, & perpetuam pacem tribuimus, tantùm ne effusio sanguinis à quibuslibet partibus oriatur*. Ad hoc Papa Beatissimus, ut erat animo, & vultu pacificus, adquievit, atque in conspectu Regis se eliciens, pacis concordiam flagitabat. Et denuò Rex ad eum: *Sicut facere disponis, obtemperamus, nihil adversantes petitioni vestræ*. Et jussit in conspectu suo pacti ordinem sub jusjurando conscribi, ut à tunc, & deinceps nullo tempore finibus Romaniæ læderent, aut per aliqua occasione vel magno, vel modico aliquid pacis fœdera contaminare tentarent. Quem Langobardi stabilien (69) .....

XL. PAULUS Episcopus. Sedit Annos IV. menses II., dies VII. Fuit autem temporibus Pauli Papæ. Hic quoque cùm Neapolitanæ Ecclesiæ Diaconatus fungeretur officio, Romanam ad Urbem frequens Legatus abibat. Ubi prædictum Papam adhuc Levitali Infula decoratum, cœlesti amore conglutinavit sibi amicum. Qui cùm quodam die vicissim sodalia verterent colloquia, tamquam adulando Neapolitanus ait Levita: *Concedat omnipotens, ut te Apostolicum videam*. Cui mox præfatus Papa respondit: *Et ego te Episcopum*. Quid plura? In brevi spatio defuncto Domno Stephano Apostolico, Paulus Diaconus, ad prænuntiatum sibi honorem eligitur. Itaque non multò post migrante ad Dominum Calvo venerabili Episcopo, & iste Neapolitanam suscepit Cathedram. Sed propter detestabilem Imaginum altercationem, quæ inter Apostolici tramitis auctoritatem, & fœdissimam Constantini Imperatoris Caballini (70) vertebatur amentiam, novem sunt menses elapti, in quibus non potuit consecrari. Quia tunc Parthenopensis Populus potestati Græcorum favebat. Attamen hoc cùm cuperet prædicto Papæ (71) quasi amicus de talibus aliquo modo suffragari, clanculo Romam perrexit. Qui statim consecratus Episcopus Neapolim est directus, sed propter Græcorum connexionem noluerunt illum recipere sui Concives. Inito tamen consilio eum ad Ecclesiam Sancti Januarii Christi Martyris, non longiùs ab Urbe dicatam, transmiserunt. In qua duos ferme Annos degens plura construxit ædificia. Inter quæ fecit triclineum, quod est introeuntibus à parte dextra. Sanè Clerus omnis, & Populus cunctus canonicè illi ut vero obtemperabant Pastori, resque omnes Ecclesiæ absque ullius detinebat & disponebat obstaculo.

Construxit etiam ibidem marmoreum Baptismatis Fontem, in quo Paschalibus, aliisque Festis, omnes occurrentes suos baptizabant filios. Interea Neapolitani Primates cernentes tam egregiam Urbem languidam esse de tanto Pontifice, uno consilio, unoque consensu, lætantes & gaudentes, eum in ipsius Civitatis Episcopatum introduxerunt. Ubi duobus evolutis annis, requievit in Domino. Dominica namque die Sancti Paschæ Missarum solemniis penè completis, cunctos osculatus est Clericos, & omni Populo exhortato, spiritu migravit ad cœlos. Mox ejus exequias totus Clerus, omnisque sexus, & ætas, unà cum pueris eadem in nocte baptizatis, usque ad Basilicam Sancti Januarii deduxerunt, & corpus ejus in porticu ante Ecclesiam Sancti Stephani sepelierunt. Anno scilicet quadragesimo octabo (72) Constantini Imperatoris Caballini, & Leonis Imperatoris filii ejus Anno Quintodecimo, currente Indictione....

XLI. STEPHANUS Episcopus. Sedit Annos XXXIII. menses V. dies XXVII. In eo siquidem Anno, quo Paulus Episcopus defunctus est, irato Deo, tanta desævit clades in Neapoli, quæ à Medicis Inguinaria vocatur, ut patris interitum mors subsequeretur filiorum, & ad sepeliendum rarus superstes invenire-

(68) Rectè adnotavit noster, se heic sequi rumores vulgi. Miraculum tantum neque Auctor Vitæ Stephani II. Papæ, neque alii eorum temporum Scriptores umquam memorarunt, memoraturi, si novissent.

(69) Excisæ heic unius paginæ vestigia in MSto Codice Vaticano superesse, monuit Clariss. Falco. Et quidem dolendum; hinc enim Anastasio, ejusque ævi Historiæ lux aliqua accedere potuisset.

(70) Ita quoque ab aliis appellatus improperii causa Constantinus Copronymus Imperator, quòd equino stercore, ut ferunt, delectaretur. Vide præsertim Johannem Damascenum, & Cedrenum.

(71) Hæc ita emendare auderem: *Attamen huic cùm cuperet prædictus Papa quasi amicus suffragari*.

(72) Annum hunc Ughellus putat à Christo nato 764. Secundùm Pagii calculos est 767. quo tamen Anno, ut is scribit, decurrebat Annus Leonis Augusti ejus filii XVII. Sed noster componit Annum Copronymi XLVIII. eum XV. Leonis filii. Theophanes Pagii calculos firmat: ergo Ughellus, & noster emendandi videntur.

Digitized by Google

niretur. Unde etiam prope omnes Clerici ejusdem Episcopii vitam finirent. Ac per hoc omnes Neapolitæ ad prædictum accedentes Præsulem, magnis postularunt precibus, ut Ecclesiæ Sanctæ providus Pastor accederet. Quorum petitiones non renuens, Romanam Sedem Laicus, & adhuc Consul (73) adiit. Nam Parthenopensem Ducatum laudabili quiete duodecim rexit Annos.

Cùm autem Domnus Stephanus (74) Summus Apostolicus, tantam Populi devotionem in eum cerneret, tonsum ibidem atque regulari promotione Episcopum consecravit. Qui mox ab eo cum benedictione dimissus, suam repedavit ad Urbem, in qua honorificè susceptus est. Sic de divinis cœpit studere rebus, B acsi puerulus in eis fuisset educatus. Uxor quoque ejus, adhuc illo Consule, ex multis obierat annis. Hic etenim Romam direxit tres Clericos, qui in Schola Cantorum optimè edocti, omnique sacro Romanorum Ordine imbuti ad propria redierunt. Ex quibus unum Leonem, cognomento Maurunta, Cardinalem (75) ordinavit Presbyterum, alios deinde Clericos in Monasterium Sancti Benedicti Paulo Levitæ (76) destinavit. Unus verò de istis Johannes nomine (77) qui post Diaconus ordinatus est, apprime eruditus effulsit.

A Quid enim si cuncta, quæ in eodem sacro operatus est Episcopio, describere voluero? Et fastidio sunt legentibus, & nos sicut inertes subcumbimus. Sed pretiosa monilia, & magna opera memorantes, vilia dimittamus. Ad sanctæ enim Ecclesiæ ornamentum fecit Crucem auream, mirabili fabrefactam opere, quod Spanoclastum (78) & Antipenton (79) vocitatur. Eodemque enim opere fecit & tres Calices aureos cum patena aurea, quam in gyro & medio gemmis decoravit. Fecit etiam & duo paria Mascellarium (80) ex auro mirificè sculpta, in quibus Evangelia per Festivitates leguntur. Fecit & Sancti Altaris festiva velamina, quæ auro gemmisque studuit decorare, figurato tamen vultu, & prætitulato in omnibus suo nomine. Ædificavit igitur intus Episcopio Absidam non parvi operis, duasque procero cacumine Turres, sub quibus Ecclesiam Sancti Petri miris exornatam construxit operibus. Ante cujus ingressum sex Patrum Sanctorum depinxit Concilia, connectens ex latere non mediocris prolixitatis solarium. (81) Ad Clericorum itaque victum multas res cum plurimis (82) acquisivit hominibus. Præterea intra eamdem Urbem tria fecit Monasteria, quæ ad nomen Sancti Festi, & Sancti Pantaleonis Martyrum, Sanctique Gaudiosi Con-

(73) Eo etiam titulo distincti fuere non tantùm Neapolitani, sed etiam Normanniæ, & aliquot Civitatum Duces. Fuit autem hic Stephanus Dux simul & Episcopus Neapolitanus, ejusque exemplum proximè subsequente Seculo imitatus est Athanasius II. sed moribus à Stephano dispar.

(74) Ideſt Tertius ejus nominis inter Pontifices Romanos, in cujus etiam Vita apud Anastasium memoratur *Stephanus Neapolitanæ Civitatis* (deest fortasse Dux) *& ipse Laicus repentè Episcopus consecratus est*. Exemplum hoc Laici ad Episcopale munus evecti in Romana Synodo habita Anno 769. pro Constantino in Pontificatum intruso prolatum est: quare vides, Stephanum Ducem aut in exordio hujus Anni, aut præcedente Anno 768. Neapolitanam Cathedram ascendisse.

(75) Habuit & Ecclesia Neapolitana olim suos *Cardinales*, ut constat ex variis illius monumentis. Canonici erant: Ego etiam Parochos fuisse opinor. Sed de his mihi erit alibi loquendi locus, si Deus dabit.

(76) Hoc est celeberrimo Viro Paulo Diacono, qui ex Ticinensi Regia, post eversum Langobardorum Regnum, se ad Cœnobium Casinense recepit, ibique Monachum professus est circiter Annum 776. Diu Stephanus Episcopatum rexit: quare nil mirum, si multa inter illum, & Paulum VVarnefridi necessitudo interceſſit.

(77) Indicare hæc verba videntur ipsum Libelli Auctorem, nempe *Johannem Diaconum*. Sed ejus ætas omnino obstat; noster enim post centum annos floruit. Numquid Neapoli alter *Johannes Diaconus* antiquior vixerit, à quo hæc scripta fuerint, & à juniore postea usque ad mortem Sancti Athanasii Episcopi Neapolitani continuata? Certè heic non sentias stilum elegantem, ac satis Latinum, qualem in aliis Johannis junioris Opusculis sentimus; in hoc enim Priscianus non rarò vapulat. Præterea cur mentio heic facta Johannis hujus Diaconi *apprime eruditi*? Sed missa hæc faciamus.

(78) Non uno in loco usus etiam est hac voce Anastasius in Vitis Romanorum Pontificum. *Regnum Spanoclystum* Du-Cangio in Glos. Lat. explicatur *Corona desuper clausa*, ex Græco σπανόκλαστος. Sed quid esset *Crux Spanoclysta* & *patena aurea Spanoclysta*, memorata Anastasio in Vita Leonis III? Mihi verisimilius videtur vocabulum hoc deducendum esse à σπανὸς, quod *rarum*, aut *pretiosum* significat, nisi etiam ab *Hispanis* arcessere velimus, C quos *Spanos* antiqui etiam Græci dixere; e a κλάω, quod significat *flectere*, *percutere*, ut heic raritas & forma auri indicetur, aut locus, ubi aurea illa opera fabricabantur. Vox autem *Spanoclastos* nunquam adhibetur sinè mentione *auri*, & quidem *purissimi*.

(79) Occurrit eadem vox apud Anastasium, sed ibi est *Antipemton*, pro quo Du-Cangius legendum putat *Antipephton* ex Græco ἀντιπεφθὸν, subintelligendo *Aurum*, ideſt *Aurum recoctum*, *obrizum*. Ex Rainerio in Libello de Inventione Reliquiarum SS. Eutychetis & Acacii apud Ughellum Tom. VI. idem Du-Cangius hæc verba refert: *Crucem Domini ex auro purissimo fecit admirabili artificio compactam*, *quod Spandoclastum & Antipenton vocabatur*. Verùm ista neque ex Rainerio mutuatus est Ughellus, neque ante eum Caracciolus, sed ex hac ipsa Stephani Vita, cujus Auctor Johannes Diaconus.

D (80) Et heic Rainerium Du-Cangius in Glos. Lat. memorat, cui numquam usurpata fuit hujusmodi vox. Uni Johanni Diacono eam debemus. Censet autem Clarissimus Vir fortasse heic legendum *manuellarium*, *ideſt pulpitorum*; *nam manualia pulpita quoque appellata*. Conjecturæ doctissimi Viri nequaquam accedo. *Duo paria pulpitorum* non bene mihi sonare videntur. Si quid ergo immutandum est, potiùs heic legerem *duo paria Missalarium*. Quòd si *Mascellaria* retinere placeat, ita interpretor, ut à *Maxillis*, quas Italicè appellamus *Mascelle*, ea vox deducta fuerit, quòd in morem maxillarum, quæ clauduntur, & aperiuntur, opera illa confecta fuissent. Hoc autem nomine designari puto aut duas tabellas solidas, plicatiles tamen, ex auro, argento, aut ebore, adinstar operimenti Librorum, aut duas tabellas consutas Phrygio opere, & auro gemmisque fulgentes, quibus impositus Evangeliorum Liber deferebatur ad Ambonem *per Festivitates*, ibique ad Populum legebatur. Sed fuisse tabulas solidas, ea verba evincunt: *ex auro mirificè sculpta*.

(81) Caracciolus apud Ughellum his verbis Johannis Diaconi mentem exprimit: *ac integrum pavimentum ex latere connexuit*. Sed numquam *solarii* voce designata fuere pavimenta Interpretor potiùs locum, seu cubiculum editum, à Stephano Episcopo constructum fuisse ante ingressum Templi illius, aut contignatum, aut quod mihi verisimilius, Soli expositum & apertum.

(82) Lubentiùs legerem à *compluribus*.

Digitized by Google

Confeſſoris prætitulavit. In quibus Regulares Virgines, plurimis rebus oblatis, ſub Abbatiſſæ diſciplinis ſtatuit. Addidit etiam in Sancti Gaudioſi Monaſterio Baſilicam Sanctæ Fortunatæ, in qua corpus ejuſdem Martyris allatum à Patrienſi Eccleſia, ubi ipſa priùs voluit ſepeliri, magno cum honore condidit.

His ita peractis Eccleſia Salvatoris, quæ de nomine ſui Auctoris Stephania (83) vocitatur, divino (quod flens dico) judicio igne cremata eſt. Moris enim fuit, ut cereus Sanctus enormi menſura porrectus, propter Dominicæ Reſurrectionis honorem, à benedictionis exordio uſque ad alterius diei Miſſam, expleta ſolemnia, non extingueretur. Nocte igitur quadam ipſius Feſtivitatis, cùm ſolito dimitteretur accenſus, cunctis quieſcentibus, ignis per araneantem fortè angeriem (84) in laquearia ipſius Eccleſiæ pervênit; & ſic demum æſtuavit in omne ædificium. Tunc prædictus Pontifex magno mœrore infectus conſolari nequivat. Sed Omnipotens, qui deducit ad Inferos tribulationis & reducit, qui poſt lacrymationem & fletum exultationem infundit, tamdem ſua ineffabili pietate triſte cor tanti Patris lætificare dignatus eſt. Ac deinde totius Populi forti roboratus adjutorio, eamdem renovavit Eccleſiam, verſibus ad inſtar Fenicis (85) deſcriptis. Ad cujus etiam inſigne Cyburium ex argento, addens corpora quoque Sanctorum Euticetis, & Acutii Martyrum (86) ibidem, multis Terris, & Hoſpitibus donatis, cum ſummo honore collocavit.

Hujus denique temporibus Conſtantinus Caballinus, Diabolica inſtigatus ſuperbia, cùm Romam dominaturus venire conaretur, vitam cum Regno crudeli morte amiſit, clamans, & ejulans, ſe vivum perpeti Tartareas pœnas. Per idem verò tempus Domnus Stephanus junior (87) Apoſtolicus, Deſiderio Langobardorum Rege Romanæ Sedi infenſo, ad Carolum Pium Francorum Imperatorem properavit, qui cum ſumma reverentia ſuſceptus, quanta & qualia Romano Privilegio non ceſſaret Deſiderius inferre, Poteſtati ejus ſuggeſſit. De quibus ſtatim Carolus, miſſa legatione, Deſiderium admonuit. Sed ille feroci pectore talia ſpernens, cœpto permanebat in malo, unde poſtea miſer perdito Regno in exilio vitam finivit. Sub eodem quoque Antiſtite Arichis Beneventanus Princeps, inter multa alia, obtulit in Eccleſia Sancti Januarii per præcepti ſeriem, locum, qui Planuria nominatur, cum omnibus rebus, & ſuper Altare ipſius Eccleſiæ pretioſiſſimum cooperuit mantum. His igitur diebus Johannes, cui nomen Niuſtetis (88) erat, conſecratus Patriarcha ab Hæreticis ſuis complicibus, cœleſti reſpectu ad Sanctam Matrem Eccleſiam reverſus eſt. Ibique multis lacrymis, & gemitibus, ſe erraſſe confitens, vitam exceſſit.

Eodem quoque tempore ſub Conſtantino Auguſto Leonis filio, & Hereni Matre ejus, Adriano ſcilicet Apoſtolicæ Sedis Præſule, in Nicæa multorum Epiſcoporum actum eſt Concilium. In quo præſentibus Romanæ Sedis Apocriſariis, reſidentibus etiam prædictis Imperatoribus cum Tharaſio Patriarcha, Synodali traditione ſanxerunt, ut Sanctæ Imagines in honore priſtino religioſiùs venerentur, anathematizantes Anaſtaſium, & Conſtantinum (89) ejuſdem impietatis Hæreſiarchas. Fuit autem temporibus Stephani, & Adriani Apoſtolicorum. Qui decurſo ſeptuageſimo ætatis ſuæ Anno, pacificus migravit e Seculo. Sepultus eſt autem in Monaſterio Sancti Januarii intus Abſidam Eccleſiæ Sancti Stephani Protomartyris, currente Indictione octaba (90).

XLII. PAULUS Epiſcopus ſedit Annos XX. menſes IV. dies IX. Scribere autem incipientes, qualiter iſte Pontificali culmine ſit ſublimatus, ſtudioſos precamur Lectores, ut non ægrè accipiant, & nobis imputent aliquid narraſſe ineptum: Quia utilius eſt veritatem proferre, quàm vitantes quicquam, ire per anfractam locutionem. Defuncto igitur Domno Stephano Epiſcopo, Theophylactus gener ejus conſulatum regebat Parthenopenſem. Qui obſtinatus avaritia, nolebat quempiam ex Clericali officio promoveri ad Sacrum Ordinem, dicens: *Nequeo* (91) *exinde amaricari Eupraxiam meam Uxorem*. Illa quoque quaſi comperta occaſione referebat: *Lætati eſtis de morte Genitoris mei? Mihi credite, nullus ex vobis ad Epiſcopatum aſcendet*. Diu autem iſta vertentes, cœperunt omnes acclamare: *Date nobis, quem vultis, quia ſinè Paſtore eſſe non poſſumus*. Tum illa femineis flammis accenſa, hunc Paulum popularem, & Laicum, licèt orbatum Uxore, comprehendens, tradidit illis, ſed cùm nemo auderet (92) illico tonſum electum ſibi facere, non poſt multos dies pergens ad Sedem Romuleam, à Domno Adriano Epiſcopus eſt effectus. Hic cùm reverſus eſſet,

(83) Ædificata nempe à Stephano I. Neapolitano Epiſcopo circiter Annum Chriſti 505.

(84) Auctor fortaſſe ſcripſerit *per araneorum fortè congeriem*.

(85) Hexametros ac Pentametros arbitror, ex quibus Hexametri, repetitis tribus poſtremis pedibus Pentametri præcedentis, conflantur; appellati *adinſtar Phœnicis*, fabuloſæ volucris, quia ex ſe renaſcuntur.

(86) Vide apud Ughellum & Caracciolum deſcriptam Translationis hujus Hiſtoriolam.

(87) Videlicet Stephanus III. Romanus Pontifex. Interceſſere quidem diſſidia nonnulla inter hunc Papam, ac Deſiderium Regem Langobardorum; verùm Stephanus iſte numquam ea de cauſa in Gallias ſe contulit ad Carolum Magnum. Id præſtiterat antea Stephanus II. ſed Aiſtulpho regnante. Neque Deſiderio poſtremæ calamitates obvenere ſub Stephano III ſed quidem ſub Hadriano illius Succeſſore. Hæc ergo parùm accuratè ſcripta. Illud tantummodo certum, Stephani III. cura præparamenta poſita fuiſſe apud Carolum Francorum Regem ad Langobardici Regis ac Regni excidium.

(88) Quid quæſo ais Diacone? Johannes cognomento νηςευτὴς, ſive *Neſteutes*, aut *Niſteutis*, hoc eſt *Jejunator*, Conſtantinopolitanus Patriarcha ſub Gregorio M. Papa vixit, & morte ſublatus eſt Anno 595. Neque regnante Carolo Magno ullus *Johannes*, eoque minùs *Jejunator*, Conſtantinopolitanam Sedem tenuit. Deceptus ergo noſter fuit, cujus error ita reparandus: nempe *Johannis Jejunatoris* loco ſcribendum *Paulus*, qui revera hac tempeſtate eidem Eccleſiæ præfuit, ac poſtremis vitæ diebus, Anno 784. in Monaſterium ſe recipiens, Catholica dogmata eſt profeſſus. Hæc ex Theophane.

(89) Illum Patriarcham Conſtantinopolitanum, hunc Imperatorem cognomento Copronymum.

(90) Currere cœpit Indictio VIII. Septembri menſe Anno 799.

(91) Meliùs quadraret: *nolo exinde amaricare* meam Uxorem, hoc eſt exaſperare, dolore afficere: unde Italicum *rammaricare*.

(92) Ideo non audebant, quia *illico tonſus*, hoc eſt ex Laico Clericus factus; averſabantur enim Sacri Canones electionem Laicorum ad Epiſcopale munus.

Digitized by Google

esset, ex argento, quod Domnus Stephanus decessor ejus reliquerat, sanctum induit & deauravit Altarium Ecclesiæ Stephaniæ. De reliquo verò fecit Ceraptatas (93) quinque, ex quibus duas deauravit. Ante ingressum verò Episcopii fabricavit magnum horreum, & intrinsecum unum Cubiculum. Depinxit quoque & Turrem, quæ est ante Ecclesiam Sancti Petri, & Reliquias in Altare ejusdem Ecclesiæ posuit, quia præventus morte Domnus Stephanus non illud dedicavit. Quæ dicta igitur Eupraxia Religiosa femina fabricavit in Regione Albiensi Monasterium, quod Ecclesiæ Sanctæ Dei Genitricis conjunxit, in quo à prædicto Episcopo Abbatissa est ordinata.

In ipsis denique temporibus Hereni Imperatrix Constantinum Augustum filium suum lumine privavit; & ipsa non multo post à Niciphoro capta in Monasterio vitam finivit. Hic etenim Niciphorus, cùm vellet Bulgarorum sibi subjugare Provinciam, multis affectos deprædationibus, ad postremum in arctissimis locis fugatos, possidebat. Sed quia periculosa est desperatio, subitò Bulgari irruentes cum aliis multis, ipsum peremerunt. Sub eodem quoque tempore conspirantes viri iniqui contra Leonem Tertium Romanæ Sedis Antistitem, comprehenderunt eum. Cujus cùm vellent oculos eruere, inter ipsos tumultus sicut assolet fieri, unus ei oculus paululum est læsus (94). Hic autem fugiens ad Carolum Regem, spopondit ei, si de suis illum defenderet inimicis, Augustali eum Diademate coronaret. Carolus autem optatam (95) audiens promissionem, e vestigio cum magno apparatu hostium proficiscens, Urbemque capiens, illum in suam revocavit Sedem. At ille statim Carolum coronavit, & dignam ultionem in suos exercuit inimicos.

Eodem quoque tempore Niciphorus vir liberalibus apprime eruditus Artibus, Patriarcha Constantinopolitanus est sublimatus. Nec multo post Leo Spatharius Iconomachus Hæreticus contra Michaëlem Augustum, qui eum suis præfecerat exercitibus, conspiravit. Michaël resistere non valens, timore perterritus, habitum sanctæ Conversationis (96) quæsivit, quo accepto, in Monasterio vita excessit. In ipsis igitur diebus Anthimus Neapolitanorum Consul ad honorem Sancti Pauli amplam construxit Ecclesiam, quam pulchriori decoravit pictura, ubi res multas, multosque obtulit servos. Et propter Episcopatum Leonis Romulei Papæ (cujus tunc juris erat) Monasterio Sancti Andreæ, quod Cella nova dicitur, connectit. Fabricavit & idem Consul cum Conjuge sua Monasterium Sancti Cyrici & Julitæ, in quo duodecim statuit Cellulas, quas Hospitibus Peregrinisque censuit habitari, qui ex ipsius Ecclesiæ alerentur rebus. In istis utique duabus Basilicis prædictus Episcopus sacras collocavit Reliquias. Cùm autem hæc gererentur, defunctus est Anthimus Consul, & Neapoleos Consulatus est orta seditio (97) cupientibus quidem multis honorem Ducatus arripere. Tunc Neapolitani cupientes magis extraneos, quàm talibus suis subesse, miserunt Siciliam, & inde advectum quemdam Theoctistum sibi Magistrum Militum statuerunt. Cui aliquantis decursis temporibus (ut Græcorum moris est) successit Theodorus Protospatharius (98). Interea Beneventani aliqui, antiqui hostis instinctu, Grimaldum (99) Principem suum, pæne exanimem in lecto languentem, peremerunt, & Siconem Forojulienſem (100) qui puerulus illuc cum sua Matre venerat Avola, (101) Ducem fecerant. His ita gestis, prænominatus Paulus Episcopus lethali occupatus infirmitate, mortis exsolvit debitum, sepultusque est in Ecclesia Sancti Januarii Martyris Indictione ..... Anno Imperatoris ..... Fuit autem temporibus Adriani (102) & Paschalis Papæ.

XLIII.

(93) Candelabra.

(94) Si Vitam Leonis III. in Collectione Anastasii consulimus, impii illi satellites Pontifici *oculos & linguam crudeliter eruerunt*. Hoc idem habent alii Scriptores non pauci. Noster credibiliora refert. Veteres Francorum Annales Eginhardo tributi ad Annum 799. hæc de Leone tradunt: *Equo dejectus, & erutis oculis, ut aliquibus visum est, lingua quoque amputata, nudus ac semivivus in platea relictus est*. Annalista Lambecianus eorum temporum æqualis: *Romani comprehenderunt Domnum Apostolicum Leonem, & abscinderunt linguam ejus, & voluerunt eruere oculos ejus, & eum morti tradere. Sed juxta Dei dispensationem malum, quod inchoaverunt, non perfecerunt*. Neque aliter fortasse Anastasius, sive quisquis ille Auctor sit, scripsit. Certè apud Baronium non legitur *eruerunt*; sed *iterum oculos & linguam amplius crudeliter eruere, & plagis* &c. hoc est *eruere conati sunt*. Superiùs quoque legitur *crudeliter oculos ei evellere, & ipsum penitùs cœcare conati sunt*. Atque hæc Johannis Diaconi sententiam firmare videntur.

(95) Secus hæc narrat Eginhardus in Vita Caroli Magni. *Quo tempore* (sunt ejus verba) *& Imperatoris & Augusti nomen accepit: quod primò in tantum aversatus est, ut affirmaret, se eo die Ecclesiam non intraturum fuisse, si Pontificis consilium præscire potuisset*. Utri fides heic habenda, aliorum esto judicium.

(96) Hoc est Monasticam vestem induit: quæ phrasis eorum temporum Scriptoribus in usu fuit.

(97) Constat hinc, & ex aliis subsequentibus locis, tunc Neapolitano Populo liberum fuisse suum sibi eligere Ducem, sive Consulem, ac Magistrum Militum. Verùm minimè hinc certò deducas, tunc nullam ampliùs Græcis Imperatoribus potestatem, ac ditionem in Neapolitanos fuisse.

(98) Honorifici muneris genus, quod uni Constantinopolitani Cæsares conferebant. Hoc etiam suspicionem creare potest, Neapolitanos nondum fuisse prorsus exemtos è Græcorum Imperio. Neque frustra noster interserit: *ut Græcorum moris est*. Erchempertus tamen ad hæc tempora *Magistrum Militum* memorat, *qui tunc Neapoli regnabat*. Et in Epitaphio Siconis Principis Beneventani apud Peregrin. Tom. II. Italic. Rer. pag. 312. Neapolitani appellantur *Dominis solita Samnitum fraude rebelles*

(99) Idest Grimoaldum IV. Beneventanum Principem, cujus violentam mortem Erchempertus. VIII. Hist. describit.

(100) Siconem Principem Beneventanum è Foro Julii originem suam duxisse, fortassis ignoramus, nisi rem nobis hic Scriptor servasset. In ejus Carmine sepulcrali apud Peregrin. Tom. II. pag. 311. Ital. Rer. dicitur

Natus in Ausoniæ præstanti corpore terra,
Francorum postquam cæde subacta fuit.
Quem mater cernens eleganti luce nitentem
Ad loca se rapuit non nocitura pio.

Nunc horum verborum sensum assequimur. Postquam Langobardicum Regnum Anno 77 Franci sibi subjecere, mater Siconem eode Anno natum è Foro Julii detulit Benevetum, quò nondum penetrarant Francorum arma, aut si penetrarant, Principibus Beventanis pacem ac pænè integram auctorit tem reliquerant.

(101) Num hoc nomen Siconis matri? non put Corruptum potiùs locum suspicor.

(102) Nequaquam, sed Leonis III. Stephani I & Paschalis Romanorum Pontificum.

Digitized by Google

XLIII. TIBERIUS Episcopus sedit Annos XX. mensem I. dies XI. Hic quoque quando à Populo est electus, Diaconatus gerebat Officium. Et licèt multi Clericorum idonei illo in tempore essent, uno tamen voto placuit omnibus, ut iste eligeretur. Sed quia virtus semper invidiæ patet, & quanto ex humili quislibet excelsior fuerit, tanto venenatas susurrorum patitur linguas, nonnulli, qui sibi ipsum appetebant honorem, adeò illudendo eum infamarunt, ut etiàm Apostolicas perveniret ad aures. Unde factum est, ut Missi Romani venientes, subtilique examinatione investigantes, reperirent istiusmodi æmulatores totos invidia possideri. Sicque demum à Paschali Papa Episcopus consecratus, decenter repedavit ad propria. Iste quoque Altarium Sanctæ Stephaniæ ex æneis circumcinxit quintanis (103). Fecit & multas ibidem Coronas. In ipsis denique diebus Theodonanda Uxor Anthimi quondam Ducis in suo Prætorio fecit Monasterium Sancti Marcellini, in quo Abbatissam suam Neptem cum Ancillis Dei posuit. Eodem in tempore Neapolitani Theodorum Successorem Theophylacti Ducis propellentes, Sthephanum Nepotem præscripti Stephani Presulis Consulem levaverunt. Cujus invidia commotus Sico Beneventanorum Princeps, multa mala, nunc obsidendo, nunc deprædando, Parthenopensium irrogavit Civitati, cupiens eam aliquo modo suo pessimo Dominatui subjugare. Sed cùm exinde non valeret ad effectum sui venire, impios Cives ejusdem Urbis, datis multis muneribus, misit in lethale consilium ipsius Ducis. Quid multa? Æstivo tempore quando segetes reponuntur, eidem Duci pacem petenti, suos transmisit Legatos, dans eis in præceptum, ut dolosis loquerentur Neapolitanis. Illi quoque venientes, ut conceptum (irato Deo) perficerent malum, simulaverunt se in ipsius Episcopii ædibus applicare. Postera igitur die Stephanus Consul cupiens desideratam pacem sancire, junxit secum eis ante fores Ecclesiæ Stephaniæ. Tunc fautores Siconis impetum facientes peremerunt (104) suum Consulem coram Legatis ejus. Sed Dominus Judex justus, justus redditor; qui nil sinit abire inultum permisit unum ex his interfectoribus, Bonum nomine, Ducatum arripere Parthenopensem. Qui mox, ut Consul est factus, ex suis complicibus alios lumine privavit, alios perpetuo relegavit exilio. Per idem tempus Leo Constantinopolitanus Imperator quendam Michaëlium suæ necis consiliatorem in Vigiliis Nativitatis Dominicæ comprehendit. Cujus cùm distuliset, propter eamdem Festivitatem, vindictam, ille suis misit conjuratoribus (105) dicens: *Crastino ante Tribunal examinis cunctos vos singillatim nominabo*. Tum illi timore perculsi in Sancti Stephani Protomartyris vicina solemnitate, eumdem Leonem, matutinas referentem laudes, gladio percusserunt. Et statim post excussum de carcere Michaëlium Syracusani, cujusdam Euthymii factione rebellantes, Gregoram Patricium interfecerunt. Idcirco præfatus Augustus magnum contra eos vexit exercitum, cujus pluralitate Syracusani fugere sunt compulsi. Ille quoque Euthymius, Africam cum Uxore, & Filiis petens, Arcarium Ducem Sarracenorum cum magno navium apparatu super eosdem Græcos adduxit. Cui Græci resistere non valentes, & intra claustra ejusdem Civitatis coangustiati valde, quinquaginta millia solidorum persolverunt ei in tributum. Ex illo jam die impavidi grassantes, totam devastabant Siciliam. Ad postremum verò capientes Panormitanam Provinciam, cunctos ejus habitatores in captivitatem dederunt. Tantummodo Lucas (106) ejusdem Oppidi Electus, & Symeon Spatharius cum paucis sunt exinde liberati.

Denique in ipsis temporibus quidam Thomas simillimus Constantini Imperatoris filii Herini, spe vana illectus, adeò Hismahëlitas (107) illusit, se Constantinum asserendo, ut missus Regis eorum coacto magno exercitu Constantinopolitanam obsideret Urbem. Sed Dominus, qui delusores deludit, reddidit illi secundùm adinventionem suam. In ipso enim procinctu ancipiti victores reddidit Græcos, atque in manus eorum eumdem dolosum tradidit. Quo capto, illico inclinatis duarum arbuscularum cacuminibus, eum crurum tenus ligaverunt, eisque dimissis, & in partes suas revertentibus, divisus est per medium, & pro Regno consecutus est perpetuum incendium.

Interea prædictus Tiberius Episcopus, tredecim annos in Pontificali Throno innocuus exegit. Cæteros verò qualiter consumserit, horresco referens. Sed quia scriptum novimus, quòd justus Dominus, in cujus manu sunt omnium corda viventium, flagellat omnem filium, quem recipit, illud retexere non omittimus. Præfatus igitur Bonus, Stephani Ducis necator, in eo Anno, quo Consulatum Neapolitanorum regere orsus est, contra Sanctam Ecclesiam ad cumulum suæ perditionis multa cœpit mala peragere. Cui cùm hic idem Antistes, in quantum virium erat, obsistere non dubitaret, eligens terreni, quàm cœlestis iram incurrere Judicis, ei jugiter examen comminabatur Divinum. Sed ille antiqui aspidis cauda aurem cordis obtusus, adhuc spernebat monita salutis, insuper ut funes peccatorum ad suum prolongaret interitum, lictorum verbositates magis attendebat. Quid multis moror? Ad ultimum injecit in eum manus, & comprehendit eum, atque carceralibus tenebris religatum arto in pane

&

(103) Caracciolus heic scribit: *hoc est annulis*. Sed quo auctore nitatur ejus interpretatio, neque Du-Cangius intellexit, neque ego divinare possim. *Laminas* lubentiùs interpretarer, fortassis à χιτὼν, quod est tunica. Cur enim habet *circumcinxit*?

(104) Bellum Neapolitanis à Sicone illatum memorant etiam Erchempertus, & Anonymus Salernitanus apud Peregrinium, sed nulla facta mentione cædis ac proditionis hujus. Peritior tamen in suæ Patriæ rebus censendus est noster. Stephani Ducis Epitaphium adhuc Neapoli visitur, editumque etiam fuit.

(105) Hæc eadem, sed fusiùs tradita habes à Constantino Porphyrogenneto Lib. I. Chronographiæ, ab Ignatio Diacono in Vita Sancti Tharasii, ac ab aliis Græcis Historicis. Sed heic nonnulla sunt, quæ frustra alibi perquiras.

(106) Electus Episcopus Panormitanæ Urbis. Hinc supplendus eorum Episcoporum Catalogus apud Rocchum Pirrum, quem multæ tenebræ circumsteterunt, ubi calamitates narrat, quibus ea tempestate Sicilia afflicta fuit.

(107) Hoc est, ut notum est, Sarracenos, qui iis temporibus & potentia & viribus crescentes, Christianorum terras ubique populabantur. Hanc Thomæ rebellionem ad Annum 822. narrant Constantinus Porphyrogennetus, Cedrenus, Zonaras, & alii.

Digitized by Google

& aqua macerabat. Reliqua verò istius, qualiter fuerit, qualiterque obierit, quia aptiùs in subsequentibus pertinere dinoscuntur, illic ea congruum annectere duximus. Fuit autem temporibus Paschalis, & Eugenii, Valentinique, & pervênit usque ad Gregorium Papam.

XLIV. JOHANNES (108) Episcopus sedit Annos VII. menses VIIII. dies XXII. Si enim hujus vitam, vel mores, qualiter à juventute justè & piè vixerit, scribere tentavero, non dico meæ adolescentiæ, cujus sensus propter ætatem adhuc intercluditur, verumetiam sagacioribus oneri fuerit. Tamen in quantum vires suppetunt, ob laudem ejus posteris propagandam, de vitæ illius actibus aliquantulum enarrare curamus: obsecrantes priùs, ut nullatenus irrideant, quod non secundum Seculum ex nobili Prosapia oriundus descendit, quia qui rectæ nobilitatis est, quæ viget in Christo, novit Dominum ab initio, pauperum egenorumque consortio usum. Igitur ex infimis Parentibus procreatus, pauperem cucurrit pueritiam. Cùm autem adolevit, non sicut illa ætas assolet, mundi secutus est illecebras, sed magìs se Præceptorum elegit subdere manibus, quatenus literis imbutus, soli Domino sciret vacare. Non enim magnopere Liberalium Artium, sed Divinæ Doctrinæ potissimum quæsivit Magistros, utpote totum se Deo offerre cupiebat. Cujus desiderium Dominus misericorditer adimplere dignatus est. Nam Divinæ Doctrinæ eruditor præclarus effulsit. Præsertim sic scribere novit, ut ex officio cognomen acciperet, & ab omnibus *Johannes Scriba* vocaretur. Pedes quoque ejus raro platea tetigit. Semplicitatem Columbæ cum Serpentis prudentia semper in corde retinuit. Pro conviciis non malum, sed obedientiam exhibebat. Ac per hoc omnibus dulcis, omnibus carus, nutu cœlesti ad Diaconatus promotus est honorem. In corde verò illius eadem patientia, eadem perseverabat simplicitas, dolens magìs aliorum, quàm sua convicia. Maximè ex captione prædicti Tiberii Episcopi, ita ut ægrotaret, afflictus est. Sed sicut supra retulimus, cùm prædictus Bonus Tiberium tenebroso carcere, & execrabili fame affligeret, jussit cunctos terque quaterque aggregari Clericos, ut illis Electum præberet. Hic autem solus, nonnullis conantibus assumere, imò invadere eamdem Sedem, absens & contrarius ibat. Ad ultimum verò, multis affectus conviciis, adductus est ante Bonum Consulem, cui feroci pectore, ore garulo, comminari cœpit. Post paululùm furiis actus, juravit non alium, nisi ipsum facere Electum. At ille clamabat: *Præsule meo vivo, non ero Sedis invasor*. Unde Dux valde iratus, dixit eumdem jugulare Tiberium, & totius Episcopii Servos, possessionesque infiscari. Tum ille undique angustatus mentem per varia ducebat, hinc formidans de Præsulis nece, Pontificatusque clade, A cœleste examen, illinc Apostolicam sententiam, & Populi infamationem. Sed ubi respectu misericordiæ maluit humanum, quàm Divinum subire detrimentum, ait ad Consulem: *Si jurejurando sancire volueritis, ut licentiam habeam ingrediendi ad Tiberium Episcopum, & nullatenus eum produces ex ipso Episcopio, nec quamlibet maculam facias in corpore ejus, licèt ad periculum capitis mei præbebo consensum*. Hac illico promissione percepta, Electus est sublimatus. Tiberio denique Episcopo quantum quietis, quantumque exhibebat humanitatis, non est nostræ facultatis evellere.

Bonus (109) interea Consul, expleto unius B anni, & sex mensium circulo, defunctus est, cui successit Leo filius ejus. Hunc autem Leonem post sex mensium dies, Socer ejus Andreas pepulit, & factus est ipse Consul. Iste verò Andreas per rogum (110) hujus Electi, levavit Tiberium Episcopum de lacu miseriæ, & tenebrarum, & sub custodia posuit eum in cubiculo ante Ecclesiam Sancti Januarii Martyris. Contra hunc etenim Andream Sichardus Beneventanorum Princeps, filius Siconis, innumerabiles molitus est irruptiones. Pro quibus commotus Andreas Dux, directo Apocrisario, validissimam Sarracenorum Hostem (111) ascivit. Quorum pavore Sichardus perterritus, infido cum illo, quasi ad tempus, C inito fœdere, omnes ei captivos reddidit. Nec multo post repedantibus ipsis Sarracenis, disrupit pacem, & ampliavit adversùs Neapolim inimicitias. Mox autem Andreas Consul Franciam direxit, deprecans Domnum Lotharium, ut saltem ejus præceptione à tantis malis sopiretur Sichardus. Quapropter misit ille Contardum fidelem suum, ut si nollet cessare persequi Parthenopensem Populum, vesanum ejus furorem ipse medicaretur. Hic autem Contardus cùm Neapolim perveniisset, audiens Sichardum peremtum à suis Concivibus, ad suum Seniorem reverti voluit. Quem Andreas Magister militum propter ingentem Langobardorum inimicitiam tenere curavit, D promittens ei Eupraxiam Filiam suam dare in Matrimonium, quæ Uxor fuerat prædicti Leonis Filii Boni Ducis. Qua sponsione accepta, consistens, repedare contemsit. Sed ubi cognovit idem Contardus, hujusmodi copulam illudendo protelari, conjuravit cum inimicis Andreæ Consulis, & eum in loco Basilicæ Sancti Laurentii, qui ad Fontes dicitur, gladio percussit, & Consulatu suscepto, eamdem duxit Eupraxiam. Neapolitani siquidem commoti de morte turpissima sui Ducis, post tres dies unanimes irruunt Episcopium, quo ipse manebat, & confecto feroci bello, Contardum, suamque conjugem, & nomines eju E trucidarunt. Ac deinde inito consilio, Sergium filium Marini, & Eupraxiæ, libent animo Ducem statuentes, beredarios Cuma præmiserunt, qui eum festinarent Consulem fieri proficuum. Nam diluculo ipsius diei quo

(108) Sancti hujus Viri Vitam habes in Actis Sanctorum Bollandianis ad diem I. Aprilis, illustratam ab Henschenio, qui protulit etiam hanc Johannis Diaconi narrationem, atque alteram Vitam à Johanne Ecclesiæ Neapolitanæ Cimeliarcha. Sed in postrema hac, si excipias quæ Johanni nostro is surripuit, inepta deprehendas, quale potissimum est, quod de Sancto Paulino Nolano refertur.

(109) Cujus Epitaphium vide apud Camillum Peregrinium in Hist. Princip. Langob. Tom. II. Rer. Italic. pag. 342.

(110) Henschenius in Actis Bollandianis supra latis locum emendat legens *per rogationem*. Sed nihil erat immutandum; hæc enim formula usitatissima fuit in iis regionibus, ut constat ex tot Diplomatibus Principum Langobardorum apud Ughellum, in Chronic Vvlturnensi heic edito, ac in aliis eorum temporum ac regionum monumentis.

(111) Feminino genere pro *exercitu*: quam voce Italica Lingua eadem significatione adhuc retinet.

Digitized by Google

quo peremtus eſt Andreas Dux, direxerat eum Legatum ad Sichenolfum Salernitanum Principem, obſidentem tunc Beneventum. Enim vero in ipſis diebus diviſus eſt Principatus Langobardorum. Qui cùm reverteretur, in Sueſſulano territorio audivit occiſum Contardum. Ut autem exinde veritatem reſciret, perrexit ad Cumanum Caſtellum. Hinc ergo vocato illo Magiſtrum militum præfecerunt.

His ita peractis, Tiberio Epiſcopo in prædicta cuſtodia poſito appropinquavit ultima dies. Qui pridie quàm moreretur, reſidens in Pontificali Cathedra, de Domno Johanne Electo talem ſermonem fecit ad Populum: *Scitis, Fratres cariſſimi, quia peccatorum mole depreſſus, juſto judicio hominibus abſque miſericordia traditus ſum. Sed Dominus, qui deducit ad Inferos tribulationis, & reducit, quique cum tentatione proventum facit ad ſuſtinendum, permiſit præſentem filium meum Domnum Johannem noſtram ingredere Sedem, quatenus haberem maximæ tribulationis ſolatium. Ideoque nolumus veſtram latère Caritatem, quia de tanta, quam erga me impendit, humanitate, etiamſi omnibus membris loquerer, nullatenus illi gratias referre valerem. Tamen quia magìs miſericordia meæ conſolationis, quàm præſumtione motus, vivo me, Epiſcopatum aſſumſit, nulla immineat illi, nec à Romana Sede, vel ab aliis hominibus condemnatio. Hujus etenim profeſſionis, quam ſponte pro illo feci, coram Deo, & omnibus Poteſtatibus, veritatis teſtes vos habere decrevimus.* Hoc autem dicto ſurrexit de ſolio, præcipiens ſe ad lectulum portari, ubi per duos dies Dominum laudans, veniamque piaculorum implorans, migravit è ſeculo. Cujus corpus cum veneratione Domnus Johannes in Eccleſia Sancti Januarii ſepelivit, Indictione .... Anno Imper.....

Sergius item Conſul, animatus ex profeſſione, quam Tiberius Epiſcopus fecit, Apocriſarios ſuos Romam deſtinans, obnixiùs Johannem Electum inthronizari poſtulavit. Sed Domnus Gregorius Papa Romuleus, tamdiu hujuſmodi petitionem diſtulit, quoaduſque miſſa legatione canonicè inveſtigaret, ne Pontificalem ſubriperet Sedem. At ubi Clericorum, & Laicorum, ſimulque ipſius Ducis juris-jurandi ſatisfactionem accepit, quòd nec Sedem voluntariè accepiſſet, vel invaſiſſet, nec aliquid contra Tiberium, ſed pro Tiberio egiſſet, & ut ipſe confeſſus eſt coram omnibus, ei bona periclitanti impendere ſtuduiſſet: illico accerſitum Pontificali Infula decoravit. Proh! factus Epiſcopus quantum, & qualem ſe exhibebat, nulla carnis lingua poterit enarrare. Nam omnia fiebat omnibus, ut omnes lucrifaceret. Senes reverebatur ut Patres, juvenes diligebat ut Fratres; nulli umquam malum pro malo reddebat; neminem niſi pro ſuis criminibus increpabat. Quem mœrentem non conſolatus eſt? Cum quo infirmante non infirmatus eſt? Sic præerat cunctis, ut ipſe magìs videretur ſubjectus. Hic hic fuit ſecundùm Apoſtolum Pontifex, ut etiam teſtimonium à foris haberet: non enim niſi pius, niſi juſtus, niſi ſanctus per omnia videbatur. Quorſum iſta? Num quidquam tanti ſumus ingenii, ut laudes ejus exprimere valeamus? Excidit ne, nos profeſſos eſſe, parumper poſſe de eo effari? Quid ergo? Accingamur ad alia: hæc, quia ſunt eminentiſſima, relinquamus. Ad Sanctum igitur Chriſma conficiendum, fecit unam deauratam ampullam, in cujus labiis nomen ſuum deſcripſit. Acquiſivit autem thimiateria ex auro fabrefacti operis, ſimilique labore auream operatus eſt Crucem. Codices verò manu propria utiles & plures deſcripſit. Corpora quoque ſuorum Prædeceſſorum de ſepulcris, in quibus jacuerant, levavit, & in Eccleſia Stephania ſingillatim collocans aptavit, unicuique arcuatum tumulum, ac deſuper eorum effigies depinxit.

In eodem denique tempore (112) Theophilo mortuo (113) filioque ejus Michahelio Imperante, multorum naves Sarracenorum latrocinari per Italiam cupientium Poncias ire decreverunt. Tunc Sergius Conſularis (114) unà cum Amalphitanis, Cajetaniſque, ac Surrentinis, non in multitudine Populorum, ſed in miſericordia Domini, & hujus Epiſcopi precibus confiſus, bellum cum eis eſt aggreſſus. Quibus devictis, Domino protegente, celeriter triumphavit. Perinde verò illorum Hiſmahelitûm victoriam adeptus eſt, qui Licoſæ latitabant. Propterea magnus exercitus Panormitanorum adveniens, Caſtellum Miſenacium comprehendit. Ac inde Africani in forti brachio omnem hanc regionem devaſtare cupientes, Romam (115) ſupervenerunt, atque jaculato de Cœlo judicio, Eccleſias Apoſtolorum, & cuncta, quæ extrinſecus repererunt, lugenda pernicie, & horribili captivitate diripuerunt. Idcirco motus Lotharius Rex Francorum ferocem contra eos Populum miſit, qui celeriter properantes, eos uſque Cajetam ſunt perſecuti. Hic autem Sarraceni, ſolitam molientes ſtropham, in locis anguſtis, & arduo calle, nonnullos audaciores abſconderunt. Franci verò ignorantes calliditatem eorum, conabantur viriliter ſuper eos deſcendere. At illi de latibulo exilientes, irato Deo, primum ipſorum percuſſerunt ſigniferum, quo peremto, cunctis terga vertentibus, validiſſimè occidebantur. Et niſi Cæſarius (116) filius Sergii Ducis, qui cum navigiis Neapolitanorum, & Amalfitanorum venerat, litoreum conflictum cum eis cœpiſſet, nullatenus à perſequendo recedebant. Lætantes igitur, utpote Paganiſſimi (117) de tanto triumpho, Cajetanam urbem capere conabantur. Sed Cæſarius prædicti Sergii filius, hoc animadverſo, cum ratibus ſuis, & Amalphitanorum in Portum ejuſdem civitatis, magìs cuſtos, quàm propugnator, divertens, Domini protectione, illis obſiſtebat. Interea Salvatoris omnipotentia, quæ humiliat ſe ipſos exaltantes, ſuiſque in viribus gloriantes, tempeſtivam excitavit procellam in puppes, tantæque ſuperviæ naufragium comminantem. Unde per-

(112) Hæc refert Henſchenius in Vita Sancti Johannis deſumta ex Actis Johannis Cimeliarchæ. Verùm is eadem mutuatus à noſtro fuerat.

(113) Accidit ejus mors Anno 842.

(114) Legendum puto *Conſul*; hic enim titulus conſuetus Ducibus Neapolitanis.

(115) Lugenda hæc depopulatio in omnium Annalibus memorata refertur ad Annum 846.

(116) Hunc eumdem puto, qui apud Peregrin. in Hiſtoriola ignoti Caſinenſis Tom. II. pag. 268. Rer. Italic. contra Capuanos infelici ſucceſſu circiter Annum 861. progreſſus eſt. *Cæſarius autem* (ſunt ejus verba) *Magiſtri militum filius capitur, Capuamque adductus ferro in compedibus habetur.*

(117) Hæc phraſis in aliis Johannis Diaconi Opuſculis occurrens, unum ac eumdem Scriptorem nobis prodere poſſe videtur.

Digitized by Google

pe rterriti, à Cæsario sibi dari pactionem petierunt, quatenus naves ad terram subducerent, acceptaque serenitate ad sua repedarent. Hoc e vestigio nuntiato Sergio Duci, jussit illud sub jurejurando fieri, pavens ne navibus allisis terram caperent. Quo peracto, & serenitate reddita, ire cœperunt. Sed pelagi vastitatem sulcantibus, excitavit Dominus Austrum, quo dispersi, atque demersi, pauciſſimi ex eis ad sedes remearunt suas. Eodem quoque Anno, supplicatione hujus Sergii, Principumque Langobardorum, direxit Lotharius Imperator filium suum Lodoguicum bonæ adolescentiæ Juvenem, propter catervas Saracenorum Apuliæ sub Rege commanentes, & omnium fines depopulantes. Qui adveniens cœlesti comitatus auxilio, de illis Hismahelitis triumphavit. Et sagaciter ordinata divisione Beneventani, & Salernitani Principum, victor (118) reversus est.

Decurrentibus istis, ut prælibavimus, Domnus Johannes Episcopus, vir totius Sanctitatis, sensit sibi diem adesse solutionis, quo sui nominis gratiam susciperet. Gaudebat enim, quòd brevi temporis spatio dissolutus, finem daret suo certamini, & multo melius esset cum Christo in perpetuum. Septem quoque dierum vi infirmitatis detentus, sedulus in oratione excubans, gratias referebat Domino. Quibus transactis, requievit in pace. Luxit sanè Populus cunctus, tanto orbatus Pastore, sed exultavit Chorus Angelorum, quòd municipem suum in cœlis susceperit. Insignis ejus exequias uterque sexus & ætas usque ad Basilicam Sancti Januarii deducentes, officialiter collocarunt, Indictione decima (119) Anno Imperatorum .....

XLV. ATHANASIUS (120) Episcopus sedit Annos XXII. menses VI. dies XXIV. Hic autem ab initio pueritiæ suæ tempore usque ad Diaconatus honorem patre suo Sergio Duce, sub tutoribus & auctoribus mansit, quatenus negotii secularis ignarus, omni institutione Catholica imbueretur. Qualis enim quantusque effulserit, si homines silent, ipsi etiam lapides clamabunt. Infra vigesimum ætatis suæ Annum Levitali honore suffultus, quasi jam Episcopus venerabatur. Dominus enim, qui prævidebat Ecclesiæ suæ tantum Pastorem, quod ammodo de illo suæ clementiæ signum præcordiis humanis indiderat, Antistitem eis designans futurum. Ille, inquam, ille tanto mellifluus nectare, sic omnes dulcebat, ut Domnus Johannes Episcopus paterno affectu in tantum eum diligeret, quòd de eo sinè filii vocabulo numquam os aperiret, Populus cunctus sinè Domini assertione. Mirum in modum certatim à singulis laudabatur, & quod ante secula Omnipotens prædestinaverat, cœlebs jam, & Sanctus aspiciebatur. Profecto igitur Domno Johanne ad cœlestem Patriam, hujus electionem e vestigio cunctus acclamavit Populus (*). Qui mox sublimatus, in paucis diebus Romam properavit, ubi honorificè susceptus, honorificentiùsque consecratus (121) cum magna gloria Neapolim repedavit. Inthronizatus ergo, ubertatem doctrinæ, quam in pueritia sua suxerat, cœpit affluenter impartiri. Ordinavit autem Lectorum, & Cantorum Scholas; nonnullos instituit Grammatica imbuendos; alios colligavit ad scribendi officium, ut sic Pastor providus caulas sui gregis muniret, quatenus nullius indigens, Domino suo præsentaret speculationem, atque verissimè audiret: *Floret Sancta Ecclesia in diebus tuis redemta Sanguine Christi*. Præterea Ecclesiam Sancti Januarii in ipso cubiculo positam renovavit, nobiliumque Doctorum effigies in ea depinxit, faciens ibi marmoreum Altare cum regiolis argenteis. Supra quod, velamen cooperuit, in quo Martyrium Sancti Januarii, ejusque Sociorum acu pictili opere digessit. Eodem enim opere in Ecclesia Stephania tredecim pannos fecit, Euangelicam in eis depingens Historiam; quos jussit de columnarum capitibus (122) ad ornamentum pendere. Et in Altare ejusdem Ecclesiæ hujus operis quatuor velamina obtulit, multo auro, multisque gemmis decorata. Plurimos enim pannos facere studuit, quos in Ecclesiarum ornamentis maluit offerre. Ex argento igitur non pauca vasa in ipsa fecit Ecclesia. Nam ad magnas brevesque fabricandas coronas, & alia sacra vascula, quadraginta octo libras argenti appendit. Ex eodem itaque metallo fecit magnam patenam, sculpens in ea vultum Salvatoris, & Angelorum, quam intrinsecus ex auro perfudit. Item paravit duas conchas argenteas, appendentes libras viginti, ex quibus una nomen Sergii exaratum habebat. Fecit & Comitidos (123) quibus cantores per Festivitates uterentur. In ipso

(118) Victoria hæc Ludovici II. Augusti, & divisio Principatus Beneventani spectant ad Annum 851. Vide Erchempertum num. XIX. Ostiensem, & alios.

(119) Modò hæc nullus Amanuensium error infecerit, habemus Sancti hujus Episcopi mortem ad Annum 847. quo *Indictio X.* decurrebat, in Vaticano Codice, non numericis notis, sed literis rotundis expressa. Verùm Ludovici II. adventus in Beneventanum agrum, ejusque Principatus divisio facta, ut diximus, Anno 851. persuadere videntur, seriùs contigisse funus Sancti Johannis. Ac propterea Henschenius Tom. I. April. pag. 31. ejus mortem rejicit in Annum 853. & *Indictionem I.* Mihi pro *Indictione decima* scribendum videtur *decima tertia*, ut sit Annus 850. Quum enim Sanctus Athanasius Johannis Successor in Episcopatu Neapolitano sederit *Annos XXII. menses VI. dies XXIV.* ejusque mors acciderit Anno 872. quo Ludovicus II. Romam rursus perrexit, si retrocedas, habebis Annum Athanasianæ electionis, simulque Annum emortualem Sancti Johannis Scribæ 850.

(120) Et hic Episcopus fuit morum sanctitate percelebris. Ejus Acta à Paulo Regio edita scribit Baronius in notis ad Martyrologium Rom. die XV. Julii, quæ nondum vidi. Idem Baronius in Annalib. Eccles. ad Annum 850. ejus res gestas memorat à *Petro Diacono Casinense* conscriptas. Ego in Præfatione monui, *Petro Subdiacono Ecclesiæ Neapolitanæ* tribuendam esse Sancti Athanasii Vitam, ab altera hac per Johannem Diaconum scripta diversam.

(*) Num solius Populi votis peragebatur Episcopi Neapolitani electio? Ne crede. Petrus Subdiaconus in Sancti Athanasii Vita hæc de illo habet: *Moxque ab universo Clero, omnique plebe, simulque à Ducibus, genitore scilicet & germano; communi voto & consilio electus est ad Pontificale decus.* En ad quos tunc spectaret Episcopum eligere.

(121) Hoc est *à venerabili Papa Leone IV. Idibus Martii*, ut Petrus Subdiaconus tradit. Id autem factum Anno 850.

(122) Vide quàm antiquus sit qui adhuc in usu est Templorum ornatus, columnis, ac etiam parietibus aulæorum venustate contectis. Meminit & eorum Anastasius Bibliothecarius.

(123) Indicari heic arbitror *Librum Comitis*, quem edidit Baluzius Tom. II. Capitular. pag. 130; & veteres non pauci commendarunt Ecclesiasticis viris, tamquam Comitem in via ad r

Digitized by Google

ipſo verò Epiſcopio ad quotidiana miniſteria, in clochearíis (*) catiniſque, fere centum libras contulit argenti.

Ordinavit etiam, ut in Eccleſia Salvatoris, omni die Miſſa publica cum Dipicis (124) celebretur, offerens ibidem terras, ex quibus ejuſmodi aleretur Collegium. Deinde ordinavit Xenodochium in Atrio prædictæ Eccleſiæ multis Terris oblatis, quatenus egenorum & advenarum eſſet repauſatio (125). In Eccleſia denique Sancti Januarii, foris ſita, Monachorum Collegium ſub Abbatis regimine ordinavit, offerens eis unum hortum in campo Neapolitano poſitum. Multas igitur Eccleſias, quarum Sacerdotes paupertate laborabant, oblatis ſuæ largitionis muneribus, ſuæ præparationis rebus ſublevare curabat. Quæ ſi cuncta recenſere volumus, & nobis eſt longum ire per ſingula, & Lectoribus ingerimus non parvum faſtidium. Eodem quoque tempore Miſenatis Eccleſia, peccatis exigentibus, à Paganis devaſtata eſt. Cujus omnes pæne immobiles res, hoc Præſule ſupplicante, Genitor ejus Sergius Dux Neapolitano conceſſit Epiſcopio. Et in Altare Eccleſiæ Stephaniæ cooperuit velamen cum auro, & gemmis, atque liſtis ornatum quod ipſius, & Uxoris ejus Druſu (126) continet nomen. Dedit etiam in ejuſdem Epiſcopii Bibliothecam tres Flavii Joſephi Codices.

Præterea mortuo Sergio Conſule, & Gregorio Filio ejus Ducatum Regente, Sarracenorum ferocitas ita in his prævaluit regionibus, ut multarum Urbium, atque Caſtrorum quotidianum fieret excidium. Idcirco Lodogvicus Imperator ſupplicatione commotus Langobardorum, ad eorum liberationem validum movit exercitum, aſſerens ſe rationem redditurum, ſi pro quibus Chriſtus deſcendit de ſinu Patris, ſubiens corpoream mortem, non eos à Paganiſſimo jugo liberaret oppreſſos. Hujus autem adventui omnium circúmquaque Urbium patuit introitus. Solummodo Neapolitanam non eſt ingreſſus Civitatem, quia tantam iſte Domnus Athanaſius familiaritatem apud ipſum obtinuit, ut ſaltem in modico non amaricaretur ab ejus Poteſtate. Beneventi itaque commorans, magnam de Cœlo accepit victoriam (127) ita ut Agarenis fame & gladio interemtis, & Rege eorum Seudan capto, Civitates, quas ceperant, auferret, & in priſtinum revocaret dominium.

Interea Gregorius Dux, habito cum ſuis germanis conſilio, præſertim cum Domno Athanaſio Epiſcopo, ſtatuit Conſulem Sergium filium ſuum; nec multo poſt diuturnitate ægritudinis ſpiritum exhalavit. Quo mortuo, Sergius Conſul, inſtinctu malorum hominum cepit omnes germanos Patris ſui, etiam eumdem Præſulem. Quibus ſegregatim cuſtodia mancipatis, infra ſeptimi diei ſpatium collecti omnes Monachi Servi Dei, Sacerdotes, & Clerus clamabant lacrymis profuſis: *Sergi Conſul, redde nobis Pontificem*; *dimitte nobis Sanctum, Patrem Orphanorum, Defenſorem Viduarum, totius Regionis lumen, conſolatorem triſtium. Solve hominem, per quem omnis Patria pacificata manebat: alioquin gratam ſuſcipiemus peregrinationem, quatenus nobis abſentibus, tanti ſceleris ira in te deſæviat.* Quid ageret, quò ſe verteret, non habebat. Coangustatus itaque, tamdem aliquando memoratum Antiſtitem illis dimiſit, tali ſacramento conſtrictum, ut nuſquam ſinè conſenſu ejus abiret, niſi tantùm ad Eccleſiaſticam explendam conſuetudinem.

Diebus igitur decem expletis, commeatum petivit, quaſi convivium Monachis Inſulæ Salvatoris exhibiturus. Quo accepto, nihil moratus cum omnibus Clericis in eamdem aſcendit Inſulam; deſiderabat enim quodammodo ſuos germanos ex ergaſtulo, quo detinebantur, producere. Sed Sergius nolens à tanta mentis obſtinatione recedere, ajebat: *Non ſolum autem iſtos patiar eſſe ſolutos, inſuper eumdem Epiſcopum ex Inſula trahere conabor.* Propterea Domnus Athanaſius Epiſcopus ſuam Apocriſariam (128) Domno Lodogvico Imperatori deſtinans, inſinuavit ei quæ & quanta à ſuo pateretur nepote. Tunc ille ex urbe Beneventana Marino Seniori (129) Amalphitanorum præcepit, ut illum ex prædicta Inſula cum omnibus ejus hominibus incolumem, quò vellet, perduceret. Marinus autem imperata complere feſtinans, Surrentum illum cum omnibus ſalvum perduxit. Hìc itaque eo degente, Beneventani, & Salernitani æmulatores tantæ bonitatis prædicti Imperatoris, inſurrexerunt cum conſilio Sergii Ducis contra eum. Quo capto (130) unàque cum Conjuge ſua recluſo, plurimi Franciam, amiſſo Paſtore, luctifero ululatu reverſi ſunt in regionem ſuam.

Poſtmodum verò Beneventani, Salerno jam à ſuperventu Saracenorum obſeſſa, dimiſerunt ipſum Imperatorem, ſub ſacramento diſtrictum, quòd nullatenus pro tanta inhumanitate, quam ei ingeſſerant, redderet eis meritum. Cui Athanaſius Epiſcopus obviam ire ſatagens, illico Surrento egreſſus, Romam properavit, ibique detentus eſt pauliſper ab Adriano Papa. Ac deinde egreſſus Ravennam (131) occurrit prædicto Imperatori, ſicque cum eo revertens in eamdem Urbem, multis pre-

---

& è peragenda Divina Officia. Illud obſtat, quòd *Liber Comitis* nihil aliud erat, quàm *Lectionarius* Liber, Lectiones nempe totius anni in Liturgia indicans. Heic autem dicuntur *Cantores* uſi iis *Comitidis*, qui propterea fuiſſe videntur Libri ad Muſicam ſpectantes. Sed quum Lectiones etiam canerentur in Eccleſia, ideo opinari non deſino, agi heic de *Comitis Libro*, donec alii meliora mè doceant.

(*) Pro *cochlearíis*.

(124) Ita in Cod. Vatic. Sed utique legendum nemo non videt *Diptychis*, ſive tabellis, in quibus deſcripta erant nomina cum vivorum, tum mortuorum, qui aut ex ſublimitate muneris, aut ex beneficentia in Eccleſiam commemoratione digni erant. Eorum autem nomina olim in ſacra Liturgia palàm recitabantur ad populum. Atque hæc notiſſima.

(125) Ideſt cibus ac lectus. Hinc Italicum *ripoſo*, & *ripoſare*.

(126) Fortaſſe *Druſa*. Fuit hæc Uxor Sergii Neapolitanorum Ducis, & mater ipſius Sancti Athanaſii Epiſcopi, quam *Doſam*, & *Droſam* Ughellus appellat.

(127) Ludovici II. Auguſti proſpera in Sarracenos geſta contigere Anno 869. & duobus ſequentibus.

(128) Supple Epiſtolam. Ego tamen libentiùs reſtituerem *ſuum Apocriſarium*, ſeu *Apocriſiarium*, ideſt Legatum, ac Nuntium.

(129) Videlicet, ut eruditi norunt, Domino, & Conſuli Urbis Amalphitanæ. Tunc enim maritimæ Civitates Langobardorum Principum ditionem nondum amplexæ, ſuum ſibi Dominum eligebant.

(130) Adelgiſus Beneventanus Princeps Anno 871. manus in Ludovicum II. Imperatorem injecit.

(131) Arguit heic falſi Camillus Peregrinius in Hiſt. Princip. Langob. Tom. II. pag. 276. Rer. Ita-

Digitized by Google

precibus ab eo extorsit, ut suæ immemor injuriæ, suffragaret Salernitanis, Hismahëlitûm obsidione ballatis, prædicans illi Judicium Domini, in quo unusquisque secundùm adinventionem manuum suarum sit recepturus. Unde pius commotus Augustus armatam direxit multitudinem, ut Domino protectore bellum inirent adversùs illos. Qui celeriter venientes, atque plurima cæde Sarracenos prostrantes, triumpho de Cœlo donato, victoriosissimi repedarunt. Athanasius autem iterans cum eis, vi febrium laborare cœpit. Quintodecimo ergo die (132) expleto, omnibus flentibus migravit ad Dominum. Cujus corpusculum ad Monasterium Sancti Benedicti, situm in Monte Casino, deportantes, in Ecclesia Sancti Petri, ibidem constituta, sepelierunt, Indictione Quinta, (133) Anno Imperatorum ..... Fuit autem temporibus Leonis, & Benedicti, & Nicolai, & Adriani Apostolicorum.

Huc usque Johannes Diaconus. Quæ sequuntur, Petrus edidit Neapolitanæ Sedis Subdiaconus.

XLV. Athanasius (134) Junior Episcopus, Nepos videlicet præfati Athanasii Præsulis, filius Gregorii Consulis ac Ducis, sedit Annos XXII. menses V. dies II. Hic itaque Vir altioris ingenii, ac mirabilis prudentiæ fuit. Consecratus autem in Ecclesia Beati Nazarii Martyris, sita in loco, qui dicitur Cancia, Territorio Capuano, à Johanne Octabo Papa, qui eo tempore illuc advenerat, ut Sergius Consul & Dux, germanus prædicti Præsulis, fœdus dirumperet cum Agarenis, qui tunc Neapoli habitabant, & Romanam Provinciam penitus dissipabant. Hujus namque temporibus tanta locustarum densitas in Campaniæ partibus, & maximè in hoc Parthenopensi territorio, exorta est, ut non solum segetes, sed etiam arborum folia, & hortorum olera viderentur esse consumta. Qua peste omnes accolæ, nimio terrore perculsi, utpote famis penuria se interire credentes, prædictum Præsulem Athanasium adierunt, ut speciale consilium eis præberet, & Dominum exinde supplicaret. Quorum precibus ocius & humiliter parens, consilium salutiferum cum eis iniit, ut jejuniis, atque eleemosynis Dominum exorantes, in honorem Beati Juliani Martyris uno die Basilicam construerent, & Missarum Solemnia pro tali peste illic communiter celebrarent, sicut de tali clade audierat in ..... *

Italic. *ineditum Chronicon Episcoporum Neapolitanorum* (nimirum hoc ipsum) *tradens Athanasium* (*prætermisso nomine Landulphi* Episcopi Capuani) *adesse ad Ludovicum ex Beneventi carcere Ravennam recedentem, ab eoque obtinuisse militares copias in Saracenos. Acta tamen illa eo loci nec sinè mendo. Tu vide.* Equidem vidi, ac video, neque ullum heic mihi mendum occurrit. Contendit Peregrinius, tribuendum Landulpho Capuano consilium novæ expeditionis in Saracenos. At cur idem persuadere non potuit Sanctus Athanasius Neapolitanus, quum & ipse Peregrinius fateatur, ambos *junctim ad Imperatorem in Sabinis morantem, & ad Villam Veruli venisse* Anno 872? Subdere videtur Peregrinius, *in Sabinis* id impetratum, non *Ravennæ*. Atqui testibus Bertinianis Annalibus, Anno 871. Ludovicus II. Imperator Benevento *egressus per Spoletium versùs Ravennam iter arripuit, & uxorem suam Ravennam, ubi Placitum suum tenere disposuerat, direxit, & Primores Regni Italici ad eam venire mandavit.* Illuc idcirco se quoque contulit Sanctus Athanasius. Anno verò sequenti 872. *cum eo* (Imperatore) *revertens in eamdem Urbem* (hoc est Romam) *multis precibus ab eo extorsit*, ut rursus in Saracenos arma converteret. Hæc planè cum Historia eorum temporum concordat.

(132) Supple mensis Julii.

(133) Scilicet Anno Christianæ Æræ 872.

(134) Nempe junior, à patruo suo moribus perquam dissimilis, de quo vide Herchempertum, Ostiensem, Baronium, Ughellum. Quis Petrus ille fuerit, ex quo hanc Vitam in Codice Vaticano mutilam habemus, in Præfatione dixi.

* *Cetera desiderantur in Codice Vaticano.*

Digitized by Google

CHRONICON VULTURNENSE,

SIVE

CHRONICON ANTIQUUM

MONASTERII OLIM CELEBERRIMI

VINCENTII DE VULTURNO

ORDINIS SANCTI BENEDICTI

NULLIUS DIOECESIS

IN PROVINCIA CAPUANA.

AUCTORE JOHANNE

EJUSDEM CŒNOBII MONACHO

Ab Anno circiter DCCIII. ad MLXXI.

NUNC PRIMUM PRODIT EX MANUSCRIPTO CODICE BIBLIOTHECÆ

Eminentissimi Cardinalis

FRANCISCI BARBERINI,

UNA CUM NOTULIS ET CASTIGATIONIBUS

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN CHRONICON VULTURNENSE

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII

POst Milleſimum praecipue a Chriſto nato Annum invaluit nobilis quidam ardor inter ipſos quoque Italicos Monachos, ad contexendam videlicet ſuorum Coenobiorum Hiſtoriam, non omnium ſane, ſed eorum, quorum & praeſtantior dignitas erat, & antiquitas major. Itaque ex hujuſmodi ſtudio praeter *Chronicon Monaſterii Caſinenſis*, Auctore Leone Marſicano, cui locum fecimus in Tomo IV Rer. Italic. Chronica etiam emerſerunt, *Novalicienſe*, *Farfenſe*, *Caſaurienſe*, & *Vulturnenſe*. Atque utinam plura id genus conſcripta fuiſſent, aut plura nobis reliquiſſet iniqua temporum voracitas. Imo paucula etiam, quae ſuperſunt, & quae nunc enumerabam, utinam mihi evulgare integra aliquando liceat. Quod nunc poſſum, publici juris facio *Vulturnenſe Chronicon*, ſcilicet Hiſtoriam celeberrimi olim Monaſterii, quod ſub titulo Sancti Vincentii non longe a Vulturni fluminis fonte conditum fuit & cujus aedificatio ad Annum circiter DCCIII. a Chriſti Nativitate refertur. In Provincia Samnii, atque in Dioeceſi Aeſernienſi per multa Secula floruit praeclariſſimum Coenobium, quod & fertur quingentos aluiſſe Monachos. Propterea magna illi antiquis temporibus vis redituum, certatimque tum Summi Pontifices, tum Imperatores, Reges, & Principes eidem Privilegia ſimulque dona contulerunt. Atque hinc intelligimus, quare in Charta Anni 800. quae heic legitur, Johannes Pandonis filius multa donarit *Monaſteriis Sancti Benedicti, & Sancti Vincentii* (hoc eſt Caſinati, & Vulturnenſi) *qui fortiores ſunt*, hoc eſt pluribus quam reliqua Coenobia praediis ac reditibus dotata. Verum, quae eſt humanarum rerum viciſſitudo, illuſtris *Abbatia*, ut verbis Ughelli utar Tomo VI. pag. 458. Ital. Sacrae, *commendata deinde Secularibus Clericis, ſuum decorem veterem amiſit, ut vix veſtigia appareant, ſolaque ſedeat, neque habeat conſolatorem, qui ſaltem Divinum opus poſſit urgere*.

Sed quando jam nobile Coenobium poene exciſum, & ſublatum eſt, ejus ſaltem rudera in Chronico ſuperſtite intueamur. Et quidem nonnulla ex ipſo fragmenta Anno 1641. Du-Cheſnius intulerat in Tomum III. Script. Francic. pag. 672. *juſſu & mandato Eminentiſs. Cardinalis Franciſci Barberini deſcripta ex veteri Libro MSto ipſius Monaſterii*. Ad haec Anno 1659. Excerpta alia ſupra laudatus Ughellus ex eodem Codice dedit Tomo VI. Italiae Sacrae. Ipſo quoque Codice MSto uſi ſunt Camillus Peregrinus in *Hiſtoria Principum Langobardorum*, & Bernardinus Campelli Comes in *Hiſtoria Spoletana* Anno 1672. edita. Verum Literariae Reipublicae intererat, totum illud Chronicon tenebris eripi ac evulgari, tum ut ejus uſu fruerentur inpoſterum Eruditi, tum etiam ut Codex periculis ſubtraheretur, quibus in dies obnoxii ſunt Codices ſingulares, & res fluxae mobileſque ſub coelo. Hinc alterum *Eminentiſſimum Franciſcum Barberinum* juniorem, qui aetate noſtra inter Purpuratos S. R. E. Patres effulget, ampliſſimaeque Familiae ſuae honorem dignitatemque ſervat, & auget, precibus aggreſſus ſum, nempe ut is pateretur in commune bonum prodire, quod ille forte unus poſſidebat. Neque fruſtra petii; nam ut eſt Eminentiſſimus ille Princeps pro more Majorum ſuorum prono benevoloque in meliores Literas animo, atque earum progreſſum enixe amat & cupit, humaniſſime ex ditiſſimo penu Bibliothecae Barberinae Manuſcriptum Codicem deſcribendum conceſſit. Pro quo munere immortales ei gratias ego habeo, imo & mecum univerſa Eruditorum Reſpublica, & jure quidem merito, eſt habitura; quippe ad obſcuriorum Seculorum lucem Eruditionemque amplificandam, non modicum conferre poteſt hoc ipſum Chronicon hactenus deſideratum.

Illius autem Auctor fuit *Johannes ejuſdem Coenobii Sancti Vincentii Monachus*. Aetatem ſuam ſatis ille indicat, quum ſcribit, ſe jam *ſeptennem* in celebri illo Monachorum conventu ſuſceptum fuiſſe, ſibique poſtea demandatam a *Girardo Abbate* cu-

Digitized by Google

curam Chronici contexendi. Opus ille impigre aggreſſus eſt, & abſolutum, *Benedicto Abbati* (quem Ughellus in Catalogo ſuo praetermiſit) jam tamdem dicavit. Interea nondum perducto ad umbilicum Libro, contigit, ut Beneventum accederet Concilii celebrandi cauſa Paſchalis II. Romanus Pontifex, ad quem profectus eſt Johannes ipſe Chronici hujus Auctor una cum Benedicto Abbate ſuo, tum obſequium teſtaturus, tum Monaſterii negotia apud illum acturus. Decurrebat tunc Annus a Chriſto nato MCVIII. Coeptum laborem ſuum ea occaſione obtulit is Johanni Cancellario Pontificio, qui poſtea ad Cathedram Sancti Petri aſſumtus Gelaſius II. appellatus eſt. Oſtendit ipſi etiam Paſchali Pontifici, a quo laudem non ſolum ſed etiam reſponſum hujuſmodi accepit : *Bene, o fili, magnum opus coepiſti, ſed bene coepta melius perficere ſtude*. Quamobrem jam habemus, quo tempore Chronographus iſte ſui Monaſterii Hiſtoriam texeret. Praeterea animadvertas velim, in titulo Libri III. eumdem inſcribi *Johannem Abbatem* : quae verba, quamquam ex Librariorum errore proceſſiſſe potuerint, attamen ſuſpicionem mihi non levem ingerunt, Johannem hunc ex Monacho Abbatem denique creatum. Certe in Catalogo Abbatum Sancti Vincentii apud Ughellum poſt Raynaldum enumeratur *Johannes Abbas*, cujus regimen in annos Auctoris hujus cadere potuit. Quomodocumque tamen ſe res habuerit, illud certum, inter Scriptores Eccleſiaſticos, atque Hiſtoricos Italicarum Rerum, iſtum quoque accenſendum, nobiſque eſſe gratulandum, quod is ex internecione tot aliorum ad noſtra uſque tempora evaſerit.

Sed antequam ediſſeram, quae nobis hunc foetum commendare poſſunt, neceſſe eſt ut ipſemet ſponte aperiam, quid in illo occurrat, quod nedum ingratum, ſed & fortaſſe intolerandum delicatulis aut curioſis quorumdam ingeniis videri poſſit. Scilicet quum Chronicon hoc ex unis ferme conſtet Privilegiis, aut Contractibus conſarcinatis, vix *Chronici* nomine donandum putetur. Ipſam etiam materiem omnino exſuccam atque aridam quis non fateatur? quando tot Chartarum congeries, barbariem undique ſpirans, nihil fere aliud nobis offert, quam ineptas Notariorum tricas, & centies repetitas eorum formulas ſive ambages. Neque felicior ipſe Johannes in iis, quae de ſuo addit; ita enim me Deus amet, nihil ille in Praefationibus, niſi pueriles argutias, & contortas allegorias expromit, quibus an omnes iis ignorantiae ſeculis oblectarentur neſcio, ſed quidem compertum eſt ab iis cavere & faſtidiri noſtrorum temporum Ingenia. Ad haec non pauci inquiant; nos temporum Hiſtoriam quaerimus, & Principum Populorumque geſta, & grandia rerum monumenta. Heic unius privati Coenobii quiſquiliae, & tenuiſſima Monachorum negotia expediuntur. Saltem Scriptor obtuliſſet nobis egregia in iis virtutum, ſanctorumque operum exempla; ſed unum illud poene peragitur, ut oeconomica Monaſterii cura ſpectetur; imo ne iſta quidem, ſed illa tantum, quae ad opes aut comparandas, aut conſervandas & augendas pertinet. Haec iis Monachis ceterarum loco virtus, animique intentio fuiſſe videatur : qua ex re illuſam quodammodo exclames expectationem legentis. Et ne quid diſſimulem, falſas etiam & confictas tabulas in hanc eamdem Hiſtoriam irrepere paſſus eſt conſarcinator, ſimulque & alios aut Hiſtoriae, aut Chronologiae errores, uti quibuſdam appoſitis notulis ipſemet indicabo. Itaque ut rem in pauca conferam, multa heic eſſe contendas, quae toedii plurimum afferant, nihil quod delectationis.

Et ſane lubens ipſe do, non omnium eſſe intelligere hujus Chronici uſum. Id ab unis Eruditis, aut Eruditionis antiquae ſtudioſis expectandum, quibus potiſſimum haec deſtinantur. Fateor quoque, nihil heic haberi, quod vulgarium Lectorum animis voluptatem pro more narrationum Hiſtoricarum ingerere poſſit, quippe opus magnam partem conſtat ex tabulis rudium Notariorum, hoc eſt Chartis ſtilo plane barbaro conſcriptis. Attamen, ſi rem penitius inſpiciamus, hae ipſaemet Chartae eaedem ſunt, quae pretium Libri faciunt, imo ſupra non paucos Collectionis hujus Hiſtoricae Libros extollunt. Quum enim, ut alibi jam ſum conqueſtus, Italica Hiſtoria, quod eſt ad Secula Octavum, Nonum, & Decimum, in multa nocte jaceat, rerum monumentis, Chroniciſque, ſi quae fuerunt, cunctis ferme ſublatis : ingenti plane beneficio Rempublicam Literariam devincit, quicumque vel fruſtula profert, quibus eorum temporum geſta, tot tenebris obſita, illuſtrari poſſint. Iſtud autem Chronicon nihil eſt quod ego Eruditos moneam, quot complectatur antiquarum rerum documenta ac veſtigia, ad contexendam potiſſimum veteris Ducatus Beneventani, ſive Regni nunc Neapolitani, Hiſtoriam utiliſſima. Ad haec Eruditorum nemo ignorat, quantum cum Eccleſiaſtica & Seculari colligata ſit atque intermixta Monaſtica illorum temporum Hiſtoria, quum nempe non ſanctitate minus in ſuis Coenobiis florerent, quam in ipſis Principum aulis interdum verſarentur Abbates & Monachi. Propterea numquam interiturum

eſt

Digitized by Google

eſt Clariſſimi Mabillonii nomen, quod Benedictini Ordinis Annales nobis dederit, in quibus etiam ſuus locus fuit Vulturnenſis Monaſterii Abbatibus atque negotiis. Denique Eruditionis Hiſtoricae non exigua pars eſt noſſe mores & ritus Populorum, & quibus legibus ac formulis tunc inirentur, & literis conſignarentur rudium illorum ſeculorum contractus, atque judicia. Non contemnendam ſegetem hujuſmodi notionum exhibet reapſe hic Liber, ita ut quicumque ſe conferat ad illius aevi Eruditionem in meliori lumine collocandam, hinc multum praeſidii ſperare poſſit. Quod ſi nonnulla nobis ſpuria confictaque monumenta incaute Johannes exhibet, & in Chronologiam interdum peccat, id hercle condonandum homini ea tempeſtate ſcribenti, qua nullus criticae Artis uſus erat, & ab impoſtoribus atque fabulatoribus difficile vel ipſi inter Literatos praeſtantiſſimi cavere ſibi noverant. Quid? quod tantam veterum germanarumque Chartarum copiam nobis ſervavit hic Auctor, ut profecto nimis moroſum ſe proderet, qui ex paucis apocryphis reliquam illuſtrium monumentorum congeriem faſtidiret. Illa explodenda, haec ambabus ulnis excipienda. Vix autem ullum Archivum oſtendas, in quo non ſint veris commixti illegitimi foetus; ſed quis neſciat, ex horum ſocietate nihil pretii deperire illorum ingenuitati? Neque vero inficias ierim, ſecum ferre toedii non parum jejunas illas Libellorum, ſive Emphyteuſeon Chartas. Attamen ſecum reputent Lectores ſinguli (rem profecto Eruditionis amatoribus gratiſſimam) nempe ſe, dum haec legunt, ad nobile quodpiam Archivum deduci, in quo non ſolum Diplomata Imperatorum & Regum, ſed etiam privatae ejuſmodi Chartae ſimul ſerventur. Num propterea contemnant deſpiciantque Antiquitatum promtuarium, quod ibi non auguſta ſolum, ſed & levia praeteritarum rerum fragmenta occurrant? Imo ad ipſam quoque univerſalis Eruditionis telam contexendam perficiendamque minuta haec fila exiguntur, & ſimul ſunt expetenda. Verum ultra progredi non juvat; ſupra enim quam opus ſit de utilitate Chronici hujus diſſerui, quae vel me tacente in cujuſcumque Eruditi oculos continuo incurrat.

Quo vero tempore originem habuerit Vulturnenſe Sancti Vincentii Coenobium indicat Paulus Diaconus in Langobardica Hiſtoria, ubi haec habet Lib. VI. Cap. 40. *Monaſterium vero Beati Vincentii Martyris, quod juxta Vulturni fluminis fontem ſitum eſt, & nunc magna Congregatione refulget, a tribus nobilibus fratribus* (duo ex iis fratres, & tertius conſobrinus fuiſſe traduntur in hoc Chronico) *hoc eſt Tato, Taſo, & Paldo jam tunc aedificatum, ſicut viri eruditiſſimi Autberti ejuſdem Monaſterii Abbatis, in volumine, quod de hac re compoſuit, ſcripta ſignificant.* Haec Paulus, poſtquam egerat de Petronace Abbate reſtauratore Caſinenſis Coenobii. Paria habet Leo Oſtienſis in Chronico Caſinenſe Lib. I. Cap. IV. Atqui Petronax circiter Annum 720. floruit, eximiumque illud opus peregit. Ergo circiter initium Seculi Octavi ſtatuenda ſunt fundamenta Vulturnenſis Monaſterii. Et quoniam *Autberti Abbatis volumen*, Paulus commemorat, accipe quid Autpertus idem in hoc eodem Chronico de Paldone primo Abbate referat: *Praeſentis vitae* (ſunt ejus verba) *finem fecit V. Idus Octobris Indict. III. Anno Incarn. Dominicae DCCXX. Hic ſuſceperat ſacri Coenobii regimina ab Incarn. Domini Anno DCCVII. ſub Sancto Papa Siſinnio.* In verſibus autem ſubſequentibus Paldo *denis ſeptenis annis* Monaſterium rexiſſe dicitur. Cubat heic error. Si enim Anno 720. mortuus eſt Sanctus ille vir, & XVII. annos Coenobio praefuit, conſequens eſſe vides, primordia Monaſterii referenda eſſe ad Annum 703. quo tamen Romanam Cathedram nondum aſcenderat Siſinnius. Aut ergo corrigendus verſus, & ſcribendum *denis & ternis annis*, aut in altero ex ſupra memoratis locis Anni ab Incarnatione emendandi. Ceterum longe etiam ante illum annum loca eadem ad Vulturni fontem ſita incolere coepiſſe credendi ſunt Paldo, Taſo, & Tato; nam uti Clariſs. Mabillonius ad Annum 681. num. 21. recte animadvertit, eo ſe contulere nobiles piique Inſtitutores, monente Thoma Farfenſe Abbate, cujus aetas finem Seculi VII. praeceſſit.

Ambroſii Autberti Vulturnenſis Abbatis ſupra facta eſt mentio. E Gallis ad Vulturnum ſe receperat vir iſte, multa doctrina, multiſque egregiis dotibus ornatus, poſtquam Carolus Magnus Langobardorum Regno potitus eſt; & diſſidio inter Monachos exorto, idem praeficitur Abbas, Potone rejecto. Diem poſtremum obiiſſe dicitur Autpertus Anno 778. Quare intelligimus, quanti aeſtimanda ſit priorum Vulturnenſium Abbatum Vita, quam idem Autpertus literis conſignavit, & in hoc idem Chronicon intulit Johannes Monachus. Ipſam quoque jampridem nobis tradiderat in Actis Sanct. Ord. S. Bened. Sec. III. par. I. ſupra laudatus Mabillonius. Praemiſit etiam Operi Hiſtoricus noſter *brevem Chronologiam* ab ipſo initio Mundi pro more aetatis ſuae deductam, ſimulque Romanorum Pontificum & Imperatorum catalogum, monens ea hauſta ex Chronicis Euſebii Caeſarienſis, ac Iſi-

dori

Digitized by Google

dori Hiſpalenſis; tum reliqua ad ſuum uſque Seculum ſe continuaſſe. Erit & hujus laboris aliquis uſus, quamquam ex ipſius Hiſtorici imperitia ita non ſint adnotati Anni, ut ſemper eidem fidere poſſimus, ac praecipue poſtquam amanuenſes & ipſi ſuos addidere errores. Monitos denique Lectores volo, me ſingulis Diplomatibus, & Chartis appoſuiſſe in fronte Synopſim ſuam, ut & argumentum & annus eorumdem monumentorum ante oculos ſtatim legentium ſiſteretur. Addidi etiam Notulas quaſdam, ubicumque res poſcere viſa eſt; ſed non omnia emendanda ſuſcepi, tum quod ad alia mihi properandum fuit, tum etiam ut aliquam criticae Lectorum diligentiae meſſem relinquerem.

CHRO-

Digitized by Google

Digitized by Google



Fig. 8



Fig. 7



fig. 1



fig. 2



fig. 3

fig. 4

fig. 5

fig. 6

Digitized by Google

Antonio Crecolino inu.,e delin. *Gio. Batista Sintes Incise.*

CHRONICON VULTURNENSE,

AUCTORE

JOHANNE

EJUSDEM COENOBII MONACHO

Ab Anno circiter DCCIII. ad MLXXI.

PROLOGUS INCIPIT.

OEleſtis theſauri repertor, divinæque Sapientiæ poſſeſſor Beatus Jacobus Apoſtolus fideles edocet, dicens: *Si quis indiget Sapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabit ei.* (*Jacob.* 1.) Deſinat humanus error, qui falſis fabulis deditus, quibuſdam vanis carminibus, & Dialecticis argumentationibus æſtimat apicem veræ ſapientiæ poſſe adipiſci. Non enim decet margaritas mittere ante porcos, & divinæ Scientiæ doctrinam Idolorum favoribus commiſcere. Siquidem à principio ab ipſo Creatore natura, bene formata, nihil horum potuit indigere, niſi cùm diverſis involuta erroribus à Deo decidiſſet, quo ipſum etiam Deum pœniteret hominem ſe feciſſe. (*Ex Gen.*) Tunc ergo voluit erroribus augere crimen, ut divinus honor fatuis exhiberetur ſimulacris, dum magìs conſtet, puritate cordis, & innocentia vitæ ab ipſo Creatore faciliùs id poſſe acquiri. Priùs enim ſenſus in homine, quàm literarum materies ulla. His ergo errorum pravitatibus procul pulſis, bonorum omnium principium Dominum invocamus, ut exuta penitùs omni caligine vanitatis, virtute Sancti Spiritus in lucem nos deducat ſuæ Deificæ veritatis, dans ſemper ſibi ſubditis dexteram mirificæ Deitatis.

Dux, Diadema, decus, lux, via, vita, Deus:
Rex Deus excelſus, mitis, pius, & metuendus:
Te, precor, exoro, benedico ſemper, adoro:
Myſtica quo cernam, nitidam concede lucernam:
Principiumque Libri tua dextera, ſit quoq; finis
Me miſerans miſeret miſerũ miſerator ab alto:
Cœtibus Angelicis ſociet, rogo, munere ſancto
Vita beata, Deus, miſeros miſerando redemit;
Hunc hominem limo revocandum ſcimus ab imo. (*)

Ad veram ſummi, vivi, & æterni Dei notitiam pervenire cupientibus, ſummæ rationis, & intimæ puritatis apicem obtinere fas eſt. In his proprium officium eſt ſubjectæ creaturæ, ſedulè ac ſuppliciter ſummo deſervire

(*) Hi verſus undequaque ſcripti circa imaginem Salvatoris noſtri quam exhibemus in *Tom. I. Par. II.*

Tabula prima figura I.

Digitized by Google

vire Creatori. Nam creaturarum omnium jus dignè continet ipse Creator; quidquid enim est in creatura bonitatis, ipsius creaturæ Creator suo possidet dominatu; *Ab ipso enim vivimus, & sumus*. Habet à Creatore creatura vivere feliciter, regnare sublimiter, manere perpetuò. Spiritus alit mentem, vegetat corpus, regit & intima sensus. Prima virtus, antequam materia ulla. Materies à summo cœpit; absque materia Deus; materies absque forma, cùm esset in principio chaos. Principium semper ante omnem creaturam; regnans in se ipse Creator, distinctione operum formam materiæ dedit; nam ..... Deus, facturæ nempe creatæ creat, & non creatur.

Quod factura viget, manet in virtute creantis.

Creaturæ vita, virtus est Creatoris.

Magne Pater salve, mea Carmina suscipe blande,
Tuque stylum porta, mala pellens, prospera monstra,
Gaudia perpetuis tribuens cum pace diebus.
Tu decus omne tuis, Pastor amande nimis. (*)

FEliciſſimo Patri, & Venerando Abbati, meritis & nomine Benedicto Johannes, licèt indignus, gratia Dei dictus, vester in Religione filius, quæcumque beata sunt in Christo;

Compellor, benigniſſime Pater, famoſiſſimæ honestatis vestræ obsecundare præceptis, quibus me tam sedulè opus necessarium, ab aliis quidem, in quibusdam imperfectum, in aliquibus verò nedum inventum, indagandum, atque perficiendum præcipitis. Jam quidem nobis hoc ipsum à Venerabili Patre nuper injunctum fuerat, Girardo videlicet, actus, vel nomina Sanctorum Patrum hujus sacri Cœnobii pretioſi Martyris Vincentii Abbatum humili recensere elogio. Sed enim, cùm ab eodem Venerabili Patre, qui hujus noſtri Monasterii restaurator & conservator, Deo propitio, exstitit, in sancta conversatione septennis susceptus, atque in via mandatorum Christi eruditus sim, adhuc illo in corpore constituto, pro parva ætate, hoc aggredi minimè præsumsi. Nunc verò Omnipotentis Dei Misericordia, sacris ædibus consecratus, & vestro imperio roboratus, ab ipso mundi exordio incipiam, & tam Beati Hieronymi Presbyteri, quàm Isidori Spalensis, quàmque Eusebii Cæsarienſis edita ex aliquibus colligentes; Pauli quoque Diaconi edita ex margine adjicientes, qui diversa præcepta, cùm esset Regis Desiderii Cancellarius, noſtro Monasterio descripsit, præcepta etiam diversorum Regum, & Imperatorum, ac Privilegia Pontificum Romanorum, oblationes quoque Fidelium diversorum, cunctarum terrarum, sive Ecclesiarum in his collectarum pariter scribimus. Opportunum autem duximus hìc specialiter illorum inserere nomina, quorum Privilegia, vel præcepta continentur in scriniis, & descriptiones confirmationis oblationum.

Privilegium I. Domni Stephani Papæ II. Domno Attoni Abbati datum.

Privilegium II. Domni Paschalis Papæ I. Domno Josue Abbati datum.

Privilegium III. Domni Johannis Papæ VIII. Domno Majoni Abbati datum.

Privilegium IV. Domni Johannis Papæ IX. Domno Godelperto Abbati datum.

A Privilegium V. Domni Stephani Papæ VII. Domno Raimboldo Abbati datum.

Privilegium VI. Domni Marini Papæ II. Domno Leoni Abbati datum.

Privilegium VII. Domni Johannis Papæ XII. Domno Paulo Abbati datum.

Privilegium VIII. Domni Benedicti Papę VII. Domno Johanni Abbati datum.

Privilegium IX. Domni Gregorii Papæ V. Domno Johanni Abbati datum.

Privilegium X. Domni Sergii Papæ III. Domno Hilario Abbati datum.

Privilegium XI. Domni Leonis Papæ IX. Domno Lifrido Abbati datum.

Privilegium XII. Domni Nicolai Papæ II. Domno Johanni Abbati datum.

B Privilegium XIII. Domni Alexandri Papæ II. Domno Johanni Abbati datum.

Privilegium XIV. Domni Urbani Papæ II. Domno Girardo Abbati datum.

Privilegium XV. Domni Paschalis Papæ II. Domno Amico Abbati datum.

Pastor Paschalis, prudens, pius, atq; suavis. (**)

Apostolicæ institutionis, imò potioris divinæ oraculo jussionis, majorum præceptis nos obedire oportere scientes, præcipuèque ad summum illud edocti magnificæ pietatis exemplo pro totius mundi salute patientis Christi, obedientiam summo mentis conamine debere nos sequi, tamdem longi soporis longique potiùs mœroris, qui tam morte Benedicti Patris, quàm longæ noſtræ calamitatis aspectu inhæserat, tædium deponentes, vestræ præceptioni, venerande Pater ..... colla submittimus, & quod nobis aliorum æmulatione opponitis exequendum, diu vobis jubentibus, jam jamque obedire decrevi. Multis quidem licèt hoc utile, gratumque æstimetur, maximèque noſtræ Congregationis senioribus, mihi tamen satìs importabile, potiùs omittendum foret, nisi vestræ auctoritatis, & illorum caritatis, ac præcipuè puræ orationis suffragaret auxilium.

C In septem igitur divisionis gradus, opus omne distinguimus, ut quia septem diebus universa opera Creatoris condita, eorumque numero cuncti temporis metam vel augeri, vel deficere cernimus, septies quoque Prophetam Domino in die laudem decantare novimus, septem quoque Ecclesias in unitatem Fidei convenire ex totius mundi latitudine ad Christi pietatem, quibus Johannem in Apocalypsi & Paulum septem Epistolas scribentem vidimus; Urbem etiam Hiericho septimo circuitu Arcæ Domini corruisse didicimus; feliciſſima verò septem Sancti Spiritus dona orbem terrarum replere, omniaque condita continere, quibus donis ad hæc agenda nos juvare, noſtrisque cordibus ingeri, & expulsis cunctis tetris caliginibus suæ claritatis radiis illustrare, flammaque sui amoris noſtra squallida rubiginis purgare, & vos jubentes, & nos obedientes, hæcque legentes, atque credentes respicere & confortare dignetur. Certiſſimè ergo tam noſtri sacri Vincentii auctoritas, quæ aliis in hoc eminere patet, dum in beato suo corpore gloriosa veræ Fidei Christi vexilla susciplens, martyriali titulo insignitus, duplici decore præfulget, noſtræque Ecclesiæ noſtris temporibus decus adaugens, Apostolica vice potitur, quàm Domni Apostolici Papæ Paschalis gratiſſima præceptio, opus hoc nos perficere jubet.

D

E

(*) Vide Tabulam Primam figur. II.
(**) Versus hic appositus ad figuram, quam vide

Tabula Prima figur. III.

bet. Id enim vos facilè meminiſſe credo, dum apud ſacram Urbem Beneventum pro noſtræ Eccleſiæ utilitatibus ad eum profecti fuiſſemus, opportunè hujus Operis principia me ibidem oſtendiſſe, in quibus Venerandus ille Johannes tunc Cancellarius, mox autem poſt deceſſum Pontificis in Papam Gelaſium electus, cùm gratificè delectatus amplecteretur, & de his ſciſcitans Pontifex didiciſſet, me intuitus, cùm hæc ſæpe reſpexiſſet: *Bene*, inquit, *o Fili, magnum opus cœpiſti, ſed bene cœpta meliùs perficere ſtude*. Multis itaque & diverſis in hoc labore neceſſariis rebus, multis neceſſe eſt nos rationibus inſudare, dum multa ex paucis nos oportet ſedulò cogitare, undique nobis in his occurrendum, vel conſulendum, ut quid abjiciendum, quidve adjiciendum ſit, ſalubriter, advertatur. Non enim tam præteritorum, quàm præſentium nos anguſtant neceſſaria Inſtrumenta operum diverſorum. Denique poſt Catalogum Imperatorum, Pontificumque Romanorum, Ducum quoque, & Principum Longobardorum, vitas, deceſſus, ſeu actus Abbatum noſtrorum, pleniter digerere; Præcepta etiam Regum, Ducum, Principum, vel quorumlibet oblationes Fidelium admiſcere; ultimæ autem partis ordinem multa multorum utiliter obtinere debebunt loca Populorum. Sit, rogo vota cunctorum legentium, pii operis effectus miſericorditer intueri; & ſi quid pro celeritate dictandi caſu propriæ fragilitatis deprehenderint, aut demſiſſe, aut ademiſſe, memores debitæ caritatis clementer emendare, & non objurgare procaciter procurent. Hoc enim præcipuè illis videbitur amplectendum, qui cùm multa videantur poſſidere, multis multa indigentibus non noverunt invidere. Oportet enim nos vera fide ſcribentes illa illis offerre, quæ abſque omni ſcrupulo ſumere debeant recto ſenſu legentes.

Principium porrò Libri hujus, poſt illa ſuperiora, à primo Paldone, incipit, finemque ſui in undecimo Joſue reponit. Eſt in his certa & utilis diviſio, dum loci mutatio, & amplioris Baſilicæ ædificatio, rationem oſtendit. Rurſus Secundæ partis labor ab eodem Joſue uſque ad deſolationem ipſius Monaſterii porrigitur, quæ à Sarracenis ſub nono decimo Majone memoratur facta, & in his quoque multorum labor, multorum manet & amor. Certum Fidei vexillum, quaſi prima fronte, Trinitatis laudem ſonantes, Tertiam partem Libri

Beatorum obtinet numerus decollatorum.
Omnium decus purpureum;
Cunctorum in hoc loco Principes facti
Præcedentium & ſubſequentium Patrum.

Horum digno ſtylo Paſſionis agonem explicabimus. Nimis difficilia & ardua poſt hæc ſequuntur longa longi temporis diſcrimina, quæ cuncta in Quartæ partis ordinem colligere, ut vetus excidium, & ſubſequens ædificium inſinuet, quaſi jam ſomno reſoluti inteximus. Dehinc quaſi decurſis tenebris in lucem erumpimus: & à Venerabili Patre Hilario, quaſi novæ ſalutis gaudio, uſque ad ejuſdem Monaſterii tranſmigrationem, imò omnium antiquorum ædificiorum omnimodam ſubverſionem Quinto loco extendimus lineam. Inde in novo labore, quaſi in nova refectione diſcumbimus, & à noſtræ converſationis temporibus in Sexto Libro hujus Operis, cum novi Monaſterii ædificiis, Venerabilem Girardum, & Religioſiſſimum Benedictum ad vos uſque deducimus. Digna vobis poſt hæc mercede remunerandis Septimus Liber dicabitur, tantò præ cæteris amplior, quantò propinquiùs judicii diem præſtolans juſti Judicis retributionem quiſque ſe ſperat ſinè fine gaudere, ubi poſt laborem magnæ defectionis, cœna præparatur ultimæ refectionis, ideoque quo ampliùs deſideratur, dum dies & hora ignoratur, in ſeptimæ ætatis tempore ampliùs prolongatur. Unde non immeritò vobis hæc portio reſtat, cui, velut Eſdræ Sacerdoti, Templum perficere, & Legem renovare conceſſum eſt. Nos quoque hujus laboris miniſtros ultimum in calce voluminis ſubinferere, vobis jubentibus, præſumimus. Verùm ex his quædam ſubtraximus, poſteriori loco inferenda, quæ minùs infra hæc utilia videbantur. Sunt enim aliquando memoranda, quæ quaſi ſingulari loco poſita videbuntur, horum fortaſſe, de quibus Propheta dicebat: *quibus juravi in ira mea, ſi introibunt in requiem meam*. Jam ergo poſt Ægypti exſpoliationem libeat vobis divinæ juſſionis virga ingreſſuris nobis maris undas dividere, ut i volutis, ſua cum rabie, curribus Pharaonis, læto cordis jubilo Domino cantica perſolvamus, ob cujus ſanctificationis tranſitum procedentibus nobis divinæ columnæ intuitu, quò greſſus figere, vel quò lætitiæ gaudia permixtis Beatorum turmis ſumere oporteat, capiamus.

Hinc quoque Amalech irruentem
Cum ſcandalis pravorum, vel livore invidorum,
Veſtræ dexteræ extenſio nobiſcum ſubjiciat prœliantibus,
Et dulcis laticis vena noſtri fœcundet arida
Pectoris; Alta dehinc Synæ cacumina tendens,
Amico colloquiò Legislator ipſe præcipias,
Quæ te docentem, & me ſcribentem,
Beatos præſtet perfecto fine gaudere.
Nec minùs iſtis addiſcas fabricam arcæ,
Et legem datam reperias digito Dei.
Sic Fratribus cunctis præcellas meritis juſtis.
Non timor hoſtis te frangat viribus fortis,
Sed ædis ſanctæ componas opera digna,
Dum te in nube majeſtas protegat Dei.
Nobis hinc celſo libeat radiare in Templo,
Et ſacros tegat humeros diademate claros,
Pectus ac frontem muniat, ut limina poſtes,
Suæque ſorti numeret poſt funera mortis.

Prima virtus, requirere ſuperiùs.

POſt Mundi igitur creationē, elementorumque cōſtitutionem, multa Deo placita fuere, nam ante quidem, cùm tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi, ſpiritus quoque ejus ferretur ſuper aquas, & in ſe ipſo Deus regnaret, nec tenebris tamen jam fuit ulla facultas; cum Deo enim tenebræ nullæ.

Ajunt quidam: quid faciebat Deus, antequam Mundus eſſet? Reſpondetur: æternitas ſemper in Deo eſt; & ſi re Mundus non erat, in æterna ratione & conſilio apud Deum ſemper erat; nec tempus ante principium, ſed æternitas eſt. Deus ſemper incommutabilis eſt, quia ſemper æternus eſt, & omnia apud eum ſemper fuerunt, & ſunt. Sed omnipotentis arbitrio cùm cuncta providè, & utiliter creata perſiſterent, hominem quoque, qui Creaturis omnibus præferretur, eſſentque ejus dominatui cuncta ſubjecta conſtituit. Huic ex limo terræ agenti materiam carnis, ſui vultus ſimilitudinem dedit: & ut beatè vivens, feli-

Digitized by Google

felicitatem perpetuò obtineret, alteram providit ſimilem ob univerſæ carnis creationem in adjutorium eidem, quæ de dormientis coſta formata ab eo, unde ſumta eſt, virago vocabulum ſumſit. Hos ergo cùm in medio Paradiſi dormientes conſtituiſſet, operari & cuſtodire illud, quo eſſet eis prolis fœcunditas, ſumerentque, cùm illi beneplacitum fuiſſet, abſque carnis corruptione Angelicæ ſocietatis honorem, vitæque beatæ gloriam cum omnigenita ſtirpe perpetuò fruerentur, ſublati in lapſorum Angelorum ſublimem locum, ne Cœli cives paterentur damna ruinæ. Tum his præceptum dedit, ne, cùm omnium Paradiſi arborum guſtu fruerentur, unius ſibi præſumerent tactum guſtumve; nam illis morſum agentibus, morte, quæ à morſu dicta eſt, non carerent. Hoc ille, qui jam de ſumma Cœli arce, cum malè ſociata ſibi caterva deciderat, ut vidit, invidit; & ne illis ad Cœlos eſſet aſcenſus, ſerpentis ſe linguæ intexens, virus profudit, & inquit. Cur tam injuſta vobis dominatur paupertas, ne libeat vobis tam pulchræ arboris donum ad veſtros libitus ſuum convertere pomum? En ſi ſumſeritis, eſt lucifer totus: quod Dominus dixit, non eſt congruum opus. Ut audax mulier captavit verba doloſi, mox malè credula præſumſit guſtum crudelem, deditque viro necem pro lumine, numen ſe fieri poſſe credens. Dum noxia noſſent, haud mora, illis vertuntur tempora læta; tecto pudore dant ſe per ſepta latebris. Jamque meridies defecerat eis poſt auram, cùm ſubitò vocem percipiunt Judicis magnam, an ſua noſſent jure præcepta ſervanda, quin iſtis foret ſua fortuna neganda. Pavens & tremens herus incuſat jugalem; dat verba illa, peſtem ſe afferre malignam, ſeque deceptos nullam præripere cauſam. Fert Judex iſtis doloris laborem, ut afflicti non ſibi ſoli, ſed omni perferant ſtirpi; lugeant ſemper meritò amborum delictum. Pelle ſarcitos eliminat gaudiis illis, & clauſtra mandat ſervari romphæa ignis. En, inquit, homo, quem condidi magno amore, extorris factus abigeris diro dolore; non vita ſibi, non gaudium dabitur triſti: o verè miſer, mihi quare non credidiſti, à terra ſumtus, idipſum eris conſumtus.

Igitur poſt expulſionem Paradiſi Dei, dominante ſibi prævaricationis delicto, Adam cognovit uxorem ſuam, & primùm quidem genuit Cain, ac ſecundùm Abel. Cain quoque cùm cognoviſſet uxorem ſuam genuit Enoch. Abel quippe cùm nullius prolis dediſſet conceptus, ſancto martyrio, & beata innocentia conſummatus, primus exſtitit virgo: cujus meriti jus ita Deus decrevit augere, ut cunctos eis ſimiles pietate dederit complere fœcunditatem ipſius generationis, qui meritò dicerentur filii Dei. Hujus loco natus eſt Seth, quem genuit Adam, cùm eſſet annorum CXXX. Seth in anno vitæ ſuæ CV. genuit Enos, vivente Adam, & habente annos CCXXXII. completiſq; Seth annis DCCCCXII. mortuus eſt. Enos cùm eſſet annorum CC. genuit Cainan anno vitæ Adæ CCCXXV., completiſque Enos annis DCCCCV. mortuus eſt. Cainan in anno XX. genuit Malalehel anno vitæ Adæ CCCXCV. completiſque Cainan annis DCCCX. mortuus eſt. Malalehel in anno LXV. genuit Jareth anno vitæ Adæ CCCCLXI. completiſque Malalehel annis DCCCXCV. mortuus eſt. Jareth in anno

A CLXII. genuit Enoch anno vitæ Adæ DCXXII. completiſque Jareth annis DCCCCLXII. mortuus eſt. Enoch in anno LXV. genuit Mathuſalam anno vitæ Adæ DCXXXVII. & non apparuit in hominibus, quia tulit illum Deus. Mathuſalam in anno CLXXXVII. genuit Lamech anno vitæ Adæ DCCCLXXXIV. completiſque Mathuſalam annis DCCCCLXIX. mortuus eſt. Adam verò completis DCCCCXXX. annis promiſſionem Dei percipiens, ex pulvere ſumtus, ſepultus eſt in loco areæ, ubi poſtea Abraham, Iſaac, & Jacob ſepulti ſunt. Lamech in anno CLXIII. genuit Noë, completiſque annis DCCLXXVII. mortuus eſt. Noë in anno D. genuit Sem, Cham, & Ja-
B phet. Sem habente annos C. diluvium factum eſt.

Secunda Mundi Ætas.

HIc perfecto annorum num. MMCCLXII. à Mundi initio, Secunda ætas agitur. Sem in anno CII. genuit Arfaxat biennio poſt diluvium, anno vitæ Noë DCII. completiſque Noë annis DCCCCL. mortuus eſt. Sem quoque peractis DC. annis mortuus eſt. Arfaxat in anno XXXV. genuit Salem, à quo Samarithæ, & Indi, completiſque Arfaxat annis ..... mortuus eſt. Salem in anno XXX.
C genuit Heber, à quo Hebræi dicti ſunt, completiſque Salem annis CXXX. mortuus eſt. Heber in anno XXXIV. genuit Fales, completiſque Heber annis CCCCLXV. mortuus eſt. Hic ædificatur Turris ſuperbiæ. Fales in annis XXX. genuit Ragau, completiſque Fales annis CCXXXIX. mortuus eſt. Hic Dii Paganorum primùm adorantur. Ragau in anno XXXII. genuit Saruch, completiſque Ragau annis CCXXXIX. mortuus eſt. Regnum inchoatur Scytharum. Saruch in anno XXX. genuit Nachor, completiſque Saruch annis CCXXX. mortuus eſt. Regnum Ægyptiorum naſcitur. Nachor in anno XXIX. genuit Thare, completiſque Nachor annis
D CXLIX. mortuus eſt. Regnum Aſſiyriorum & Siciniorum oritur. Thare in anno LX. genuit Abraham, completiſque Thare annis CCV. mortuus eſt. Ars Magica à Zaroa reperitur.

Tertia Mundi Ætas.

HIc expleto num. annorum DCCCCXLII à Noë Ætas Tertia ingreditur.

Abraham in anno LXXXVI. genuit Iſmaël à quo Iſmaëlitæ fuerunt. Deinde genuit Iſaac in anno C. & poſt annum CLXXV. mortuus eſt. Regnum Argivorum cœpit.

Iſaac in anno LX. genuit Jacob, & poſt annum CLXXX. mortuus eſt.

E Jacob in anno XC. genuit Joſeph. Phoroneus Græciæ legem dedit.

Joſeph in anno XVII. à fratribus venditus Jacob Ægyptum ingreditur cum filiis Hebræorum. Servitus per annos .... Athlas Aſtrologiam invenit.

Moyſes in anno LXXX. Dux cœpit eſſe Populi. Hebræi literas habere cœperunt. Incompletis Moyſes annis CXX. Joſue Principatum dans, mortuus eſt.

Joſue Dux ann. XXVII. MMMDCCLX iſti ſunt anni ab initio Mundi.

Gothoniel Dux ann. LX. MMMDCCXC Cadmus literas Græciæ dedit.

Aotl

Digitized by Google

Aoth Judex ann. LXXX. MMMDCCLXXV. Fabulæ fictæ sunt.

Deborra Judex ann. XL. MMMDCCC. Apollo cytharam reperit.

Gedeon Judex ann. XL. MMMDCCCLV. Mercurius lyram condidit.

Abimelech Judex ann. III. MMMDCCCCLVIII. Chorus in Græcia inventus.

Jola Judex XXIII. MMMDCCCCLXXI. Priamus regnavit in Troja.

Primus Janus regnavit in Italia, & secundus Saturnus.

Tair Judex XXII. MMMMVIII. Carmetis literas Latinas invenit.

Picus regnavit in Italia, & Faunus tertius.

Tebith Judex VI. MMMMVIIII. Hercules se in flammas injecit.

Abessa Judex VIII. MMMMXVI. Alexander Helenam rapuit.

Latinus regnavit in Italia secundus Rex.

Abdoch Judex VIII. MMMMXX. Troja capta est à Græcis. Æneas, & Anchises veniunt ad Italiam anno tertio post excidium Trojæ, & regnavit Æneas in Italia annis tribus.

Samson XX. MMMMXL. Ascanius Æneæ filius Albam condidit, & regnavit in Italia annis XXXVIII. deinde Silvius totidem.

Heli Judex XL. MMMMLXXXIIII. Arca Testamenti capitur.

Æneas Silvius regnavit ann. XXXI. Albæ. Silvius regnavit XXXIX.

Samuel Judex XL. MMMMCXXIII. Homerus fecisse putatur.

Ægistus regnavit ann. XXIV.

Samuel prætermissus. Dehinc Libri Regum.

Quarta Mundi Ætas.

Hic post expletis MXXIIII. annis ad Abraham, Quarta Ætas agitur.

David regnavit ann. XL. MMMMCLXIIII. Carthago à Didone conditur. Capis Silvius regnavit in Italia ann. XXVIII. Hic Capuam ædificavit.

Salomon ann. XL. MMMMCCIIII. Templum Hierosolymis ædificatur. Carpentus Silvius regnavit ann. XIII.

Roboam ann. XVII. MMMMCCXXI. Regnum Israël, & Juda dividitur. Agrippa Silvius regnavit ann. XL.

Abia ann. MMMMCCLXX. Sub hoc Abimelech Pontifex fuit. Aremus Silvius regnavit .....

Asa ann. XLI. MMMMCCLXXV. Achias, Amos, seu Johel prophetaverunt. Aventinus Silvius regnavit ann. XXXVII.

Josaphat ann. XXV. MMMMCCXC. Helias, Abdias, & Micheas prophetaverunt. Procas Silvius regnavit ann. XXIII.

Joram ann. VII. MMMMCCXCVII. Helias, & Heliseus prophetaverunt.

Ochozias an. I. MMMMCCXCVIII. Helias rapitur.

Athalia an. VII. MMMMCCCV. Jonadab Sacerdos claruit.

Joas an. XL. MMMMCCCXLV. Heliseus moritur.

Amasias an. XXVIII. MMMMCCCLXXIIII. Amulius regnavit an. XLIII. Inde Remus, & Romulus oriuntur.

Ozias an. LII. MMMMCCCCXXVII. Olympia à Græcis instituitur.

Joatham an. XVI. MMMMCCCCXLII.

Adias an. XV. MMMMCCCCLVIII. Roma conditur. Numa Pompilius fit Rex.

Ezechias an. XXVIII. MMMMCCCCLXXVII. Senatus Romæ fit ex centum electis, qui propter senectutis honorem Senatores dicti sunt.

Byzantium Civitas condita est à Pars. . . . Rege Spartano.

Manasses an. LV. MMMMDXLIII. Sibylla claruit Sami.

Tullus Hostilius Romæ fit Rex an. XXXII.

Mathan an. II. MMMMDXLV. Census primus agitur, quod inventum à Tullio Sergio Rege Romano. Ancus Marcius regnavit an. XXIII.

Josias an. XXXII. MMMMDLXXXVII. Caleph Philosophus agnoscitur. Senatus Romæ augetur. Ostia Civitas ædificatur.

Joachim an. XII. MMMMDLXXXVIII. Nabuchdonosor Judæam captivavit.

Capitolium Romæ ædificatur à Prisco Tarquinio, qui regn. an. 37.

Sedecias an. XI. MMMMDCIX. Templum Hierosolymis incensum est à Nabuchdonosor Rege.

Quinta Mundi Ætas.

Hic decursis DCIX. annis à David, quinta Ætas agitur.

Hebræorum captivitas LXX. annorum. Judith Historia scribitur.

Servius Tullius Romæ regnavit an. XXXIV. Lucius Tarquinius regnavit an. XXXV.

Darius an. XXXIV. MMMMDCCXIII. Judæorum captivitas. Pythagoras Philosophus claruit.

Xerses an. XX. MMMMDCCXXXIII. Alexander Magnus nascitur. Romæ Consules pro Regibus regnare cœperunt.

Artaxerses XL. MMMMDCCLXXIII. Esdras incensam legem renovat.

Romæ dignitas creatur, quæ Dictatura vocatur.

Darius ann. XIX. MMMMDCCXCI. Hæc ætas habuit Platonem. Romani sibi Tribunos fecerunt.

Artaxerses XL. MMMMDCCCXXXII. Hester Historia expletur.

Romæ Decemviri dicti in Consulatu constituti sunt.

Artaxerses XXVI. MMMMDCCCLIII. Romani contra Samnitas pugnare cœperunt. Samnitæ Romanos vicerunt.

Xerses an. XV. MMMMDCCCLXII. Socrates illustris habetur.

Romani iterum Tribunos sibi præfecerunt.

Darius an. VI. MMMMDCCCLXVII. Alexander Hierosolymam cepit.

Samnium Civitatem Romani subverterunt.

Alexander Macedo. MMMMDCCLXXXIII. Alexander Asiam obtinuit.

Ptolomæus XL. Hic Judæos, qui in exilio erant, absolvit, & vasa sancta Eleazaro Pontifici restituens, septuaginta Interpretes petiit, ac divinas Scripturas in Græcum eloquium transtulit. Per idem tempus Aratus Astrologus agnoscitur; atque argentei nummi primùm Romæ constituuntur.

Beneventus à Romanis reædificatur. Romæ Infernorum ignes in media Urbe patuerunt.

Filadelfius XXXVII. MMMMDCCCCLI. Septuaginta Interpretes agnoscuntur. Romanorum Regnum à Consulibus, & Senatoribus agitur. Ever-

Digitized by Google

Evergetes an. XXVII. MMMMDCCCCL-XXVIII. Jesus Sapientiæ Librum composuit. Bellum Punicum cœpit anno CCCCLXXVII.

Filopater an. XVII. MMMMDCCCCXCIIII. Machabæorum Secundi Libri Historia fit. Cœlo nocte multa luce fulgente tres Lunæ apparuerunt.

Epiphanes XXIIII. MMMMMXVIII. Romani Græcos obtinuerunt.

Scipio Africam vicit, Carthaginem dextruxit, quæ viginti duo millia passuum cingebatur muro.

Philomater XXXV. MMMMMLIII.

Evergetes XXIX. MMMMMLXXXII. Brutus Hispaniam subegit.

Annibal ad Italiam venit, ubi XXX. Senatores, XL. millia militum, & centum millia equestrium occidit.

Soter an. XVII. MMMMMXCIX.

Alexander an. X. MMMMMCXVIII. Syria Romanis subjecta est.

In Sicilia bellum Servile oritur, ubi XX. millia Servorum occisa sunt. Bellum Punicum finitum est post annos XXII.

Dionysius ann. XXX. MMMMMCXLIX. Pompejus Judæam capit. Bellum civile cœpit anno DCII.

Cleopatra an. II. MMMMMCXLIX. Ægyptus Romanis subditur.

Lucius Catilina Urbe expulsus est, anno DCIX. anno DCXCIII. postquam Roma facta est.

Julius Cæsar Consul factus est.

Julius Cæsar, qui & Gajus. Hic primus Monarchiam tenuit, insignia bella peregit, pietate amabilis à Romanis tres & viginti plagas accepit, & mortuus est anno DCCIX.

Sexta Mundi Ætas.

HOc loco transactis annis DXVIII. transmigrationis Sexta Ætas graditur.

Octavianus (hic nepos Julii Cæsaris fuit) solus Romæ potestatem tenuit, & in toto mundo bella finita sunt. Roma multis ædificiis ornatur ab hoc Cæsare. CHRISTUS de Virgine nascitur MMMMMCXCIX. Virgilius, & Flaccus Poëtæ fuerunt.

Tiberius Claudius Nero: hic privignus Octaviani fuit. Quinto decimo hujus anno Christus prædicare cœpit, & in decimo octavo crucifixus est.

Gajus Caligula IIII. DCCXXXVII. Matthæus Evangelista suum scribit opus.

Claudius Tiberius XIIII. MMMMMCCLI. Hic computatis Civibus Romæ Urbis invenit sexies mille millia DCCCC. & XL. millia virorum. Marcus Evangelium edidit. Petrus Apostolus Romam ingreditur.

Nero an. XIIII. MMMMMCCLXV. Iste Romam ita incendit, ut per sex dies, & septem noctes ista Civitas arderet. Hic malè periit. Petrus & Paulus ab eo necantur. Hierosolyma à Tito subvertitur.

Vespasianus IX. MMMMMCCLXXV. Iste rectus fuit, & largitor pauperibus.

Titus an. II. mens. VIII. MMMMMCCLXXVII. Iste facundus, & pius fuit, ita ut nulli negaret quod postulatus esset; qui omni Populo Romano exstitit sicut pater, dictus delicia Populi.

Domitianus XV. MMMMMCCXIII. Iste occidit nobilissimos Senatores, & se primùm vocari præcepit Deum, & Dominum. Occisus est in Palatio à suis. Johannes Apostolus in Pathmos relegatur.

Nerva an. I. MMMMMCCXCIIII. Johannes Apostolus Ephesum redit.

Trajanus Ulpius XIX. MMMMMCCCXIII. Iste Romæ Arcum mirabilem fecit, qui dicitur Pietatis. Hic in urna aurea missus solus in Roma sepultus, positus est in columna altitudine pedum CXL.

Adrianus Helius XXI. MMMMMCCCXX-XIIII. Iste ædificavit Hierusalem extra portam, ubi crucifixus est Christus, & vocavit eam suo nomine Heliam. Aquila Interpres habetur.

Antoninus Pius XXII. MMMMMCCCLVI. Ipse fuit omnibus bonus, & honorabilis, & laudabiliter vixit. Dictus Pius propter misericordiam, quam habuit in omnes. Valentinus, & Marcion Hæretici agnoscuntur.

Antoninus Marcus XVIII. MMMMMCCC-LXXIIII. Iste tantùm fuit mansuetus, ut neque de gaudio, neque de tristitia mutaret vultum. Catafrigorum hæreses agnoscuntur.

Commodus an. XII. MMMMMCCCLXXXVI. Iste multos Senatores interfecit, quos sapientia & nobilitate optimos invenit. Theodotion Interpres habetur.

Helius Pertinax an. I. Nihil habet Historia.

Severus an. XIII. MMMMMCCCCVI Iste natura crudelis fuit, prœlia multa fecit, persecutionem in Christianos exercuit, ideo dictus Severus. Symmachus Interpres habetur.

Antoninus Caracalla VII. MMMMMCCCC-XIII. Iste balneum nobilissimum Romæ fecit. Quinta editio Hierosolymis invenitur.

Macrinus Opilius an. I. mens. II. Hujus brevitas vitæ nil gestorum habet.

Aurelius Marcus Antoninus IIII. MMMMM-CCCCXVII. Iste cum magno studio à Senatoribus est susceptus, sed pro suis turpitudinibus cum matre est peremtus. Sabellius oritur.

Alexander Aurelius XII. MMMMMCCCC-XXX. Iste nimiùm fuit laudabilis & bonus; matre Christiana genitus, Christianis persecutionem non intulit. Origenes insignis habetur.

Maximus IV. Iste de Parthis & Medis triumphavit, & per fraudem occisus est à Philippo, qui post eum regnavit. Hic ab ædificatione Urbis Romæ annus agitur millesimus.

Philippus cum filio V. MMMMMCCCC-XLVII. Iste primus Christianus Imperator fuit; per fraudem occisus est cum filio suo Philippo, qui tam moderatus fuit, ut numquam moveretur ad risum.

Decius cum filio suo V. Iste per fraudem susceptt Imperium, occisis à se Philippis, & multos Martyres fecit; gurgite mersus periit.

Gallus Ostilianus an. II. MMMMMCCCCL. Iste nihil boni fecit, sed ejus tempore morbus, & ægritudo in omni Provincia Romana fuit. Novatus hæresem condidit.

Valerianus, & Gallienus XV. MMMMM CCCCLXV. Iste Valerianus comprehensus a Rege Persarum, quamdiu vixit, equitaturo Regi semper pronus, in terram manus ponens, illius pede cervicibus calcatus, moritur in servitute.

Claudius ann. II. MMMMMCCCCLXVII Iste Gothos ab Illyrico expulit, pugnavit cum Alamannis trecentis millibus, & vicit eos sed & Senatores in magno honore eum glorificarunt.

Aure-

Digitized by Google

Aurelianus an. V. men. VI. Iſte primus apud Romanos coronam capiti ſuo impoſuit, & veſtimenta cum auro & gemmis induit: quod conſuetudo non erat. Chriſtianos perſecutus eſt.

Tacitus men. VI. Iſte nihil memorabile egit.

Probus an. V. men. IV. Iſte fuit bonus, & rectus, & in gloria ſua ſimilis Aureliano. Prœlia multa vicit. Manichæorum hæreſis orta eſt.

Carus cum Carino, & Numeriano MMMMMCCCCLXXXII. Iſte contra Perſas pugnavit, & fortiter vicit, percuſſus ictu fulminis ſuper Tygridem mortuus eſt.

Diocletianus cum Maximiano XXV. Iſte fuit aſtutus, & ſubtilis ingenii; primus ſe fecit adorari ſicut Deum. Imperium ſponte deſeruit, venenum bibens ſe ipſum occidit.

Galerius, & Conſtantius II. MMMMMDIIII. Iſte nihil dignum hiſtoriæ contulit.

Conſtantinus XXX. MMMMMDXXXIIII. Iſte ſecundus Chriſtianus Imperator Romæ celebrat Generale Concilium, & Nicænam Synodum ſtatuit. Sancta Crux invenitur Hieroſolymis. Cùm plures Eccleſias in Italia feciſſet, videlicet Romæ VIII. Albani unam, Neapoli unam, Capuæ unam, iſto quoque in loco ſuper Vulturnum fluvium divina revelatione Eccleſiam Beatiſſimi Vincentii Martyris primus ædificavit. Cujus Eccleſiæ ædificia illa fuere, quæ primi Patres Paldo, Tato, & Taſo invenerunt. Poſtque Conſtantinopolim perrexit. Antropoformitarum Hæreſis oritur.

Conſtantinus XXIII. MMMMMDLVIII. Iſte fuit bonus, & tranquillus & placidus in Imperio.

Julianus Apoſtata II. MMMMMDLX. Iſte ex Chriſtiano Paganus factus. Percuſſus divino judicio cum ſua blaſphemia finitur.

Jovinianus I. MMMMMDLXI. Iſte fuit nobili corpore lætus, & ſtudioſus in literis. Iſte Catholicus Chriſtianus fuiſſe dignoſcitur.

Valens an. XIV. MMMMMDLXXI. Iſte legem dedit, ut Monachi militarent, quia Gothis percuſſus, & incenſus eſt: exſtitit enim Arrianus. Gothi Hæretici efficiuntur.

Gratianus VI. MMMMMDLXXV. Iſte Chriſtianiſſimus & victorioſiſſimus fuit, converſus per S. Ambroſium cum omni Italia ab Arriana hæreſi. Priſcillianus agnoſcitur.

Valentinianus IX. MMMMMDLXXXX. Iſte omnia vitia odivit, maximè avaritiam.

Theodoſius an. III. MMMMMDXCIII. Iſte legem dedit, ut damnandus poſt judicium triginta dies per ſpatium obtineret induciæ propter miſericordiam. Johannes Anachoreta claruit.

Archadius an. XIII. MMMMMDCVI. Johannes Chryſoſtomus claruit. Item Martinus Epiſcopus.

Honorius an. XV. MMMMMDCXXI. Iſtius tempore Roma à Gothis cum Ragadaiſo capta eſt. Ragaiſus Italiam venit, & Romam cepit. Auguſtinus Epiſcopus docuit.

Theodoſius an. XXIII MMMMMDCXXIIII. In Carthagine Genſericus Rex Epiſcopos CCCXXX. exilio damnavit, Eccleſias clauſit. Ex quo Roma facta eſt, anni ſunt MCCCXL.

Marcianus an. VI. Chalcedonenſis Synodus exſtitit. Iſtius tempore Roma capta eſt à Wandalis, Capua, & Nola everſæ. Carthagine Honoricus Rex Arrianus factus eſt. Neſtorius Hæreſiarcha exſtitit.

Leo Major an. XVII. MMMMMDCXLVI. Iſtius tempore Odoacar cepit Romam, & omnem Italiam. Ægyptus errore Dioſcori latrat. Dignitas Romanorum cum Imperio deficit. Anni Dominicæ Incarnationis ſunt hoc loco CCCCLXV.

Zenon an. XVI. MMMMMDCLXIII. Iſte dedit Italiam habitandam Theodorico Regi Gothorum.

Longobardi à Pannonia egrediuntur.

Anaſtaſius XVII. MMMMMDCLXXX. Iſte cùm eſſet Hæreticus, percuſſus fulmine interiit. Wandali extinguuntur in Africa.

Juſtinus an. XI. MMMMMDCLXXXVIII. Iſte intra urbem Conſtantinopolim conſtruxit Templum Græco vocabulo Agyan Sophian, cui ſimilis in toto mundo non invenitur. S. Benedictus effulſit. Armeni Fidem Chriſti ſuſcipiunt.

Juſtinianus XXXIX. MMMMMDCCXXVII. Longobardorum Reges ſtatuuntur.

Juſtinus XI. MMMMMDCCXXXVIII. Longobardi Italiam capiunt. Gothi Catholicæ Fidei efficiuntur.

Tiberius VII. MMMMMDCCXLV. Iſte quinquageſimus Romani Regni Imperator fuit. Monaſterium S. Benedicti deſtruitur à Longobardis.

Mauritius XXI. MMMMMDCCLXVI. Iſte primus ex Græcorum genere fuit Imperator.

Focas VII. MMMMMDCCLXXIII.

Eraclius XVII. MMMMMDCCXC. Iſte vicit Choſroë Regem Perſarum. Sancta Crux exaltatur. Quarto Principis Syſebuti anno Judæi in Hiſpania Chriſtiani efficiuntur.

Conſtantinus filius ejus menſ. VI. MMMMMDCCXCI.

Heracleonas II. MMMMMDCCXII.

Conſtantinus XXVII. MMMMMDCCCXX. Iſte Beneventum obſedit, & Romæ ornamenta multa abſtulit.

Conſtantinus XVII.

Juſtinianus X. MMMMMDCCCXLVII. Iſtius tempore Sarraceni Carthaginem ceperunt, & ad ſolum uſque proſtraverunt, ſed poſtea Juſtiniano Imperatori reddiderunt.

Leontius III.

Abſimarus VII. MMMMMDCCCLVII. Reges Francorum ſumſerunt Imperium Romanorum.

Juſtinianus iterum VI.

Philippus II. MMMMMDCCCLXV.

Anaſtaſius II.

Theodoſius I.

Leo XXIV. MMMMMDCCCLXX. Monaſterium Sancti Vincentii reædificatur à Paldone, Tatone, & Taſone.

Conſtantinus XXXI. MMMMMDCCCXCIV. Iſte Conſtantinopoli Imagines ſanctas depoſuit, & incendere fecit; ab hoc tota Italia receſſit.

Leo an. V. MMMMMDCCCCXXIX.

Heirene ſola an. V. MMMMMDCCCCXLVI.

Nicephorus an. IX. MMMMMDCCCCLVII.

Michaël Curopalates II.

Leo Armenus an. VII.

Michaël an. IX. MMMMMDCCCCLXIII.

Theophilus filius ejus cum filio.

Michaël, & Conſtans XII. MMMMMDCCCCLXXXV.

Michaël Porphyrogenitus filius ejus cum matre XX. MMMMMMV.

Michael ſolus VI. ſexies Milleſimo XI. Iſte fecit præceptum Sancto Vincentio.

Baſi-

Basilius Paracemumenus. Ejus Anno XI. Monasterium Sancti Vincentii a Sarracenis subvertitur.

Leo, & Alexander filius ejus cum eo IX. Sexies Millesimo XXXI.

Leo, & Alexander soli XXII. Sexies Millesimo LIII.

Leo supradictus cum filio Constantino Porphyrogenito III. Sexies Millesimo LVI.

Alexander cum eodem nepote suo Constantino I. Sexies Millesimo LVII.

Constantinus prędictus Porphyrogenitus cum Zoë matre VI. Sexies Millesimo LXIII. Iste præceptum fecit Sancto Vincentio cum Bulla aurea.

Romanus Heliopolitanus cum eodem Constantino, cujus filiam Helenam accepit uxorem.

Constantinus idem cum filio Romano. Romanus filius ejus cum filio suo Basilio.

Nicephorus an. XXV.

Johannes Simischi, interfecto Nicephoro regnavit cum Basilio, & Constantino pueris.

Basilius, & Constantinus post Johannem.

Constantinus frater Basilii. Iste præceptum fecit Sancto Vincentio cum Bulla aurea.

A

Romanus gener ejus cum Uxore Zoë.

Michaël Eteriarchis cum Zoë.

Michaël Arconto Pathin cum Zoë.

Theodora filia Constantini cum sorore Zoë.

Michaël Senes Isakimeano.

Constantinus Dux I.

Eudochia Uxor ejus II.

Romanus Diogenes cum filiis ejus. Iste præceptum fecit Sancto Vincentio cum Bulla aurea.

Michaël cum Andronico, & Constantino ann. IV. qui extincto Romano patricio regnavit ann. VIII.

Nicephorus Buthanicht, expulsis eis, regnavit ann. III.

B

Alexius nepos Isakimeano XL. Hic pugnavit cum Roberto Wiscardo. Iste nimis ingeniosus super Dominum suum fraude accepit imperium. Hujus anno Imperii gens innumera Christianorum ex omnibus Mundi partibus ad debellandos Sarracenos, cum Christi victricibus signis maria penetrarunt. Et primùm Urbem Antiochiam, dehinc sanctam Hierusalem, & glorioſum Christi Sepulcrum cum magno triumpho ab illis eripuerunt.

CATA

Digitized by Google

CATALOGUS ROMANORUM PONTIFICUM.

BEatus Petrus Princeps Apoſtolorum à Chriſto Jeſu accepit claves Regni Cœlorum, qui primùm ſedit Cathedram Eccleſiæ Antiochenæ ann. VII. Poſt quam ingreſſus urbem Romam ſub Claudio Cæſare, primus Eccleſiam fundavit, Epiſcopos ordinavit, & cum Beato Coapoſtolo ſuo Paulo ſub Nerone Cæſare paſſus. Iſte Cruce, ille gladio ſimul coronantur, uno die, uno eodem loco. Sedit ann. XXV. menſ. II. dies III. ſepultus in Vaticano.

Linus Italus Tuſciæ, ſedit ann. XI. menſ. III. dies XII. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit mulierem in Eccleſiam non niſi velato capite ingredi. Anno Dom. LXXI. Indict. XIV.

Cletus Romanus, ſedit ann. XII. menſ. I. dies XI. ſepultus in Vaticano. Iſte memoria Beati Petri conſtruxit, & compoſuit loca, ubi Epiſcopi reconderentur. Anno LXXXII. Indict. X.

Clemens Romanus, ſedit ann. IX. menſ. II. dies X. ſepultus in profundum maris. Iſte ſeptem Regiones diviſit Notariis, qui geſta Martyrum colligerent. Anno XCIII. Indict. VI.

Anacletus Athenienſis, ſedit ann. IX. menſ. II. dies X. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit, ut privilegia Eccleſiarum inviolata perpetuis manerent temporibus. Anno CII. Indict. XV.

Evariſtus Græcus, ſedit ann. IX. menſ. X. dies XV. ſepultus in Vaticano. Iſte titulos diviſit Presbyteris, & ſeptem Diaconos ordinavit, qui cuſtodirent Epiſcopos. Anno CX. Indict. IX.

Alexander Romanus, ſedit ann. X. menſ. VII. dies II. ſepultus via Numentanenſi. Iſte in ſecreta Miſſæ Paſſionem Domini adjunxit, & aquam exorcizatam agi præcepit. Anno CXXI. Indict. IV.

Xiſtus Romanus, ſedit ann. X. menſ. II. dies I. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit, ut Epiſcopus, qui ad Sedem Apoſtolicam veniſſet, rediens non ſuſciperetur, niſi formatas ſecum detuliſſet; & miniſteria ſacra contingi à miniſtris ſacris. Anno CXXXIV. Indict. XII.

Thelephorus Græcus, ſedit ann. XI. menſ. III. dies XXI. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit, ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebraretur, & in Natali Domini nocte Miſſæ celebrarentur. Anno CXXXIX. Indict. VII.

Hyginus Græcus ann. IV. menſ. III. dies VIII. ſepultus in Vaticano. Iſte Clerum compoſuit, & gradus diſtribuit ſecundùm Apoſtolicam diſciplinam. Anno CL. Indict. III.

Anicetus Syrus ann. VIII. menſ. III. dies III. ſepultus in Cimiterio Caliſti. Iſte conſtituit, ut Clerus comam non nutriat ſecundùm Apoſtolicum præceptum. Anno CLIV. Indict. I.

Pius Aquilejenſis ann. XI. menſ. IV. dies XXI. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit Sanctum Paſcha ſemper die Dominico celebrari, & venientem ex hæreſi ſuſcipi. Anno CLXIII. Indict. I.

Soter Campanus ann. IX. menſ. III. ſepultus in Cimiterio Caliſti. Iſte conſtituit, ut nulla Monacha pallam conſecratam contingeret, nec incenſum poneret. Anno CLXXV. Indict. XIII.

Eleuterius Græcus ann. XV. menſ. VI. dies V. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit, ut nulla eſca repudiaretur à Chriſtianis, quando humana ſit, & rationalis. Anno CLXXXIV. Indict. VII.

Victor Afer ann. X. menſ. II. dies X. ſepultus in Vaticano. Iſte conſtituit, ut Sanctum Paſcha die Dominico celebraretur, & pro neceſſitate ubique baptizandum. Ann. CXCIX. Indict. VII.

Zepherinus Romanus ann. XVII. menſ. II. dies X. ſepultus in Via Appia. Iſte conſtituit, ut præſentibus Fidelibus, Clericis, & Laicis, Diaconus, vel Presbyter ordinetur; & ſi aliqua querela, vel accuſatio fuerit, tunc dicatur: poſt conſecrationem enim non licet. Anno....

Caliſtus Romanus ann. V. menſ. II. dies X. ſepultus in Via Aurelia. Iſte conſtituit jejunium die Sabbati, ter in anno fieri pro abundantia frumenti, vini, & olei ſecundùm Prophetam, & ut nullus audeat deviare à regulis Eccleſiæ Romanæ. Anno CCXVIII. Indict. XI.

Urbanus Romanus ann. VIII. menſ. XI. dies XII. ſepultus in Via Numentana. Iſte conſtituit, ut quicumque Epiſcoporum, Presbyterorum, vel Diaconorum prædium Eccleſiæ magnum, vel exiguum vendere, donare, vel alienare tentaverit, ab omni officio deponatur, ut ſacrilegus. Anno CCXXVI. Indict. XIV.

Anterus Græcus ann. .... menſ. I. dies XV. ſepultus in Cimiterio Calliſti. Iſte conſtituit, ut Epiſcopi ſinè auctoritate Romani Pontificis in Eccleſiis geſta Martyrum non legerent, & mutationes Epiſcoporum, quoties gravis neceſſitas, vel utilitas exigit, abſque ambitione, & venalitate fierent, aliter non. Indict. XIV.

Pontianus Romanus ann. V. menſ. II. ſepultus in Cimiterio Calliſti. Iſte conſtituit ut Epiſcopi ſinè auctoritate Romani Pontificis à propriis Eccleſiis non ejiciantur. Indict. II.

Fabianus Romanus ann. XIII. menſ. I. dies X. ſepultus in Cimiterio Calliſti. Iſte diviſit Regiones Diaconibus, & ſeptem Diaconos conſtituit, qui immineret Notariis, ut geſta Martyrum in integrum colligerent, & ut nullus umquam præſumat eſſe Accuſator, & Judex. Indict. I.

Cornelius Romanus ann. III. dies X. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut nullus Sacerdotum cauſam ſuam alterius committat judicio, niſi ad Sedem Apoſtolicam fuerit appellatum, & ſacramentum non exigi à Sacerdote, niſi pro recta Fide. Indict. XV.

Lucius Romanus ann. III. menſ. III. dies III. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut duo Presbyteri, & tres Diaconi, in omni loco Epiſcopum cuſtodiant ſemper. Indict. III.

Stephanus Romanus ann. III. menſ. II. dies XV.

Digitized by Google

ſepultus in Cimiterio Calliſti. Iſte conſtituit, ut Sacerdotes, & Levitæ veſtes ſacras in quotidiano uſu non haberent. Indict. VI.

Xiſtus Grecus ann. II. menſ. III. dies VII. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut nemo Pontificum aliquem Epiſcopum exſpoliare audeat ſinè audientia aliorum Epiſcoporum. Indict. X.

Dionyſius Italicus an. II. menſ. III. d. VII. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit Eccleſias Presbyteris, cimiteria, & Parochias inſtituit Diœceſis. Indict. XII.

Felix Romanus an. II. menſ. X. ſepultus in Via Aurelia. Iſte conſtituit ſupra memorias Martyrum celebrare. Indict. XIV.

Eutychianus Italicus an. VIII. menſ. X. d. IV. ſepultus in Cimiterio Calliſti. Iſte conſtituit, ut fruges tantùm, uvæ, & fabæ ſuper Altare benedicerentur: & qui Martyrem ſepeliret, ſinè Dalmatica vel collobio purpurato, non ſepeliret omnino. Indict. II.

Gajus Dalmatinus an. XI. menſ. IV. d. IX. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut per omnes gradus aſcenderet, qui Epiſcopus fieri mereretur. Indict. VI.

Marcellinus Romanus an. VIII. menſ. II. d. XXV. ſepultus in Vaticano. Iſte ad ſacrificandum ductus, ſacrificavit, deinde pœnitentia ductus Martyrium capitis obtruncatione complevit. Et ceſſavit Epiſcopatus an. VII. menſ. VI. d. XXV. Indict. I.

Marcellus Romanus an. V. menſ. VII. dies XXI. ſepultus Via Salaria. Iſte conſtituit cœmiterium Via Salaria, & XXV. titulos in Urbe Roma, baptiſmum, & ſepulturas Martyrum. Anno CCCIII. Ind. VI.

Euſebius Græcus an. II. menſ. I. d. XXV. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut quicumque pro qualibet calumnia ante auditionem exſpoliatus fuerit, priùs quæcumque ablata ſunt, reſtituantur; & ſic pro indulto temporis ſpatio audiatur. Ann. CCCIX. Ind. XII.

Miltiades Afer an. III. menſ. VII. d. VIII. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut quinta Feria nullus Fidelis jejunaret, neque die Dominico. Ann. CCCXI. Ind. XIV.

Silveſter Romanus an. XXIII. ſepultus Via Salaria. Iſte conſtituit, ut nullus Laicus audeat crimen inferre Clerico; & nullus Clericus propter qualemcumque cauſam intret in Curiam, nec ante Judicem cauſam dicat, niſi in Eccleſia; & ſacrificium Altaris non ſinè linteo celebrari; Chriſma ab Epiſcopo confici; & baptizatum liniat Presbyter: Conſtantinus Imperator fit Chriſtianus. Sancta Synodus Nicæna celebratur. Indict. III.

Marcus Romanus an. II. menſ. VIII. d. XX. ſepultus Via Appia. Iſte conſtituit, ut Epiſcopus Oſtiæ, qui conſecrat Epiſcopos Urbis, pallio uteretur. Indict. XII.

Julius Romanus an. VI. menſ. II. d. VI. ſepultus Via Aurelia. Iſte conſtituit, ut nullus aliquem damnare præſumat vel judicare, antequam accuſatores præſentes ſint, & accuſatus locum defendendi habeat ad abluenda crimina. Indict. XV.

Liberius Italicus an. X. menſ. VII. dies III. ſepultus in Via Salaria. Indict. XII.

Felix Romanus an. I. menſ. III. d. II. ſepultus Via Aurelia. Iſte conſtituit, ut qui accuſatus fuerit, ad Synodum ſinè timore ire debeat; & ſi ire non potuerit, Legatum mittat, nec quiſquam accuſatum judicare, vel excommunicare audeat, niſi vocatus per tres, aut ſex menſes ire noluerit; & Accuſatores, & Judices abſque omni ſuſpicione inimicitiæ ſint, & accuſare, & judicare idem non poſſit. Indict. VII.

Damaſus Hiſpanus an. XVIII. menſ. II. d. X. ſepultus Via Ardeatina. Iſte conſtituit, ut Pſalmi David CL. ante ſacrificium canerentur. Secunda Synodus Conſtantinopolitana fit. Indict. XIII.

Syricius Romanus an. XV. menſ. XI. dies XXV. ſepultus Via Salaria. Indict. I.

Anaſtaſius Romanus an. II. d. XXVII. ſepultus ad Urſum Pileatum Iſte conſtituit, ut quoties Evangelia leguntur, Sacerdotes non ſedeant, ſed intenti ſtent, & tranſmarinum hominem in Clericatum non ſuſcipi, niſi Epiſcopalem habeat Chirographum. Indict. II.

Innocentius Albanus an. XV. menſ. II. dies XX. ſepultus ad Urſum Pileatum. Iſte damnavit Pelagium, & Cœleſtinum, & conſtituit, ut qui natus eſſet de Chriſtiana, per baptiſmum renaſceretur, & Presbyteros filios procreantes omnino abjici, & qui ſibi quodlibet membrum, vel partem digiti abſciderit, Clericum nullo modo fieri, & qui ſecundam uxorem duxit. Indict. V.

Zoſimus Græcus an. I. menſ VIII. d. XXV. ſepultus Via Tyburtina. Iſte conſtituit cereum Sabbato Sancto in Eccleſia benedici, & ut Diaconi lævam tegerent linoſtimo pallio. Indict. V.

Bonifacius Romanus an. III. menſ. VIII. d. XIII. ſepultus Via Salaria. Iſte conſtituit, ut ſervus nullo modo Clericus fiat, nec obnoxius Curiæ, vel in corpore vitiatus, vel..... & nulla Monacha pallam ſacram contingeret, vel incenſum poneret. Indict. VIII.

Cœleſtinus Romanus an. VIII. menſ. I. dies IX. ſepultus Via Salaria. Iſte conſtituit, ut Pſalmi David ante ſacrificium canerentur, & nullus ſacros ignoret Canones, & nullus bigamus, vel viduæ maritus fiat Sacerdos. Sancta Synodus Epheſina facta eſt. Indict. XV.

Xiſtus Romanus an. VIII. d. XIX. ſepultus Via Tyburtina. Iſte accuſatus de adulterio in Synodo purgatus eſt, damnatis accuſatoribus ejus. Ipſe conſtituit Eccleſiam, quæ Major dicitur, & conſtituit, ut nullus Epiſcopus Parochiam alterius præſumat invadere. Indict. IV.

Leo Tuſcus an. XXI. menſ. I. d. XXVIII. ſepultus apud S. Petrum. Iſte Eutychianam hæreſim ſuperavit. Ipſius tempore Sancta Synodus Chalcedonenſis facta eſt. Iſte conſtituit privilegia Eccleſiarum, ... & ab omni officio deponatur, ut ſacrilegus; & Monachas velamen non accipere de manu Epiſcopi niſi probata fuerit ejus virginitas; & nullum Neophitum, vel indoctum, Presbyterum, vel Epiſcopum fieri.

Hylarus Sardus an. VI. menſ. III. d. X. ſepultus Via Tyburtina. Iſte conſtituit, ut quicumque Epiſcopus, vel Eccleſiæ Præpoſitus pravum aliquod crimen commiſerit, vel à ſuis Prædeceſſoribus commiſſum invenerit, feſtinet emendare, ſi non vult proprio carere officio. Indict. III.

Simplicius Italicus an. XV. d. VII. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte conſtituit Romæ XXVII. Presbyteros Cardinales. Indict. IX.

Felix Romanus an. VIII. menſ. XI. d. XVIII. ſepultus ad Sanctum Paulum. Iſte conſtituit, ut præbendæ Eccleſiarum congrua ratione diſtri-

Digitized by Google

tribuantur; & nec ſcriptura, nec teſtes..... abſque omni dubio conſecrentur, & Sacrificia non offerri niſi in locis ſacratis. Indict. IX.

Gelaſius Afer an. IV. menſ. VIII. d. IX. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte declaravit quòd ..... debeant in Eccleſia recipi, & non contemni; & conſecrationes Virginum non niſi in diebus Epiphaniæ, Albis, Paſcha & Nataliciis Apoſtolorum celebrari; Presbyterorum, & Diaconorum in IV. Temporibus; & quicumque Clericus Epiſcopum, vel Presbyterum, vel Diaconum viderit excedere, mox auribus Romani Pontificis inſinuet. Indict. II.

Anaſtaſius Romanus an. II. menſ. XI. d. XXIV. ſepultus ad S. Petrum; Iſte conſtituit, ut quicumque miniſter pro ædificatione fidelium officii ſui impleat miniſterium, nec cujuſvis invidiæ cauſa hæc prætermittat. Theodoricus Rex Romam intravit. Ind. VI.

Symmachus Sardus an. XV. menſ. VII. d. XXVII. ſepultus ad S. Petrum. Iſte conſtituit, ut ſi quis, Papa ſuperſtite, ad Romanum Pontificatum favorem, vel præmium alicui præſtare convincitur, loci ſui honore privetur, & nullus per ambitum accedere permittatur. Indict. IX.

Hormiſda Campanus an. VIII. d. XVII. ſepultus in Vaticano. Iſte Clerum compoſuit, & erudivit, & conſtituit, ut in eligendis Sacerdotibus maxima diligentia ſit. Indict. IX.

Johannes Tuſcus an. II. menſ. IX. d. XVI. ſepultus Ravennæ, & inde adductus, ſepultus eſt ad Sanctum Petrum. Iſte à Theodorico Rege Gothorum Ravennæ in carcere occiſus eſt. Indict. III.

Felix.....an. IV. menſ. II. d. XIII. ſepultus ad S. Petrum. Anno DXXVII. Ind. V.

Bonifacius Romanus. an. II. d. XXVII. ſepultus ad S. Petrum. Iſte conſtituit ſibi ſucceſſorem, ſed cùm ab omni Clero id contra Canonem videretur, chirografum igne comburens reum ſe majeſtatis confeſſus eſt. Anno DXXXI. Indict. IX.

Johannes Romanus. an. II. menſ. IV. d. VI. ſepultus ad S. Petrum. An. DXXXIII. Ind. XI.

Agapitus Romanus an. XI. menſ. XI. d. XXVIII. ſepultus Conſtantinopoli. Iſte ad Juſtinianum ſeniorem Imperatorem Conſtantinopolim perrexit, ubi & mortuus eſt, damnato Antimo Arriano Epiſcopo, cujus corpus ad S. Petrum delatum eſt. Anno DXXXV. Indict. XV.

Silverius Campanus. menſ. IX. ſepultus in Pontia. Iſte conſtituit, ut decreta Pontificum Romanorum ab omnibus cuſtodiantur. Iſte in exilium miſſus eſt in Pontiam Inſulam; ibique mortuus. An. DXXXVI. Indict. XIV.

Vigilius Romanus an. XVII. menſ. VI. d. XXVII. ſepultus ad S. Petrum. Iſte conſtituit, ut omnes querelæ, & negotia Epiſcoporum deferantur ad Apoſtolicam Sedem. Iſtius tempore Roma obſeſſa eſt à Gothis, ſed à Narſe Patritio liberata eſt occiſo Totila. Ann. DXLI. Indict. IV.

Pelagius Romanus. an. IV. menſ. X. d. XIX. ſepultus ad S. Petrum. Iſtius tempore Roma obſeſſa eſt à Gothis anno uno in circuitu; ſed liberata eſt à Belliſario Patricio. Ann. DLVIII. Indict. VI.

Johannes III. Romanus an. XII. menſ. XI. d. XXVI. ſepultus ad S. Petrum. Iſte conſtituit certam eſſe Provinciam, quæ habeat X. vel XI. Civitates, & unum Regem, unum Metropolitanum, X. vel XI. Epiſcopos ſuffraganeos; & quicumque cauſam habuerit, à ſuis judicetur, non ab alienis. An. DLXII. Indict. X.

Benedictus Romanus ann. IV. menſ. I. d. XXVI. ſepultus ad S. Petrum. Iſtius tempore Italiam Langobardi venerunt.

Pelagius Romanus ann. X. menſ. II. d. X. ſepultus ad S. Petrum.

Gregorius Romanus Doctor an. XIII. menſ. VI. d. X. ſepultus ad S. Petrum. Iſte adjunxit in ſecreta Miſſæ, *dieſque noſtros in tua pace*; & ſtatuit pro quiete Monachorum, ut nullus Epiſcoporum, vel Laicorum umquam ſumat de reditibus, rebus, vel Chartis, cellis, terris, vel quibuslibet rebus Monaſteriis pertinentibus, vel quocumque modo, vel occaſione minuere, vel dolos, aut immiſſiones facere, vel vim inferre; & nullus Clericus ſuſcipiat regimina Monachorum. Ann. DXCI. Indict. IX.

Sabinianus Tuſcus an. I. menſ. V. dies IX. ſepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCIV. Ind. VII.

Bonifacius III. Romanus menſ. VII. dies XXVII. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte conſtituit Presbyteros Monachos, baptiſmum, & pœnitentiam omnibus firmiter, & fideliter poſſe largiri. Ann. DCVI. Ind. IX.

Bonifacius IV. Marſicanus an. VI. menſes VIII. dies XIII. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte à Phoca Cæſare obtinuit Romæ Templum Pantheon, quod conſecravit in honore Sanctæ Mariæ, & omnium Sanctorum. Ann. DCVII. Ind. X.

Deusdedit Romanus an. III. dies XX. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte conſtituit, ut mulieres, quæ proprios filios de Baptiſmo ſuſceperunt, numquam jungantur priori marito, ſed poſt annum recepta dote alium virum accipiant, & vir uxorem aliam ducat.

Bonifacius V. Campanus an. V. menſ. X. dies XV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Hic ſub anathemate interdixit, ut nullus de Eccleſia aliquid rapiat. Ann. DCXVI. Ind. IV.

Honorius Campanus an. XI. menſ. XII. dies XVII. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte conſtituit, omni Sabbato à Sancto Apollinare ad Sanctum Petrum procedere cum Litaniis. Ann. DCXXI. Ind. IX.

Severinus Romanus menſ. II. dies IV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſtius tempore Crucem Domini Heraclius Hieroſolimas de Perſide reportavit. Ann. DCXXXIII. Ind. VI.

Johannes Dalmata an. I. menſ IX. dies XIX. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte diſtractis theſauris Eccleſiæ multa millia hominum per Hiſtriam & Dalmatiam à Barbarorum damnatu liberavit. Ann. DCXXXV. Ind. IX.

Theodorus Græcus an. VI. menſes V. dies XVIII. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte (*) Librum Pœnitentialem inſtituit. Ann. DCXLI. Ind. XIV.

Martinus Tuſcus an. VI. menſ. I. dies XXVI. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte dum quadam die in Eccleſia Sanctæ Mariæ ad Præſepe Miſſam celebraret, miſſus eſt Spatharius Olympii Ducis, ut eum interficeret; qui percuſſus cœci-

(*) Non Theodorus Papa, ſed quidem Theodorus Archiepiſcopus Cantuarienſis auctor fuit Pœnitentialis. Vide ejus editionem factam Anno 1679. à Jacobo Petito.

Digitized by Google

cecitate, eum videre non potuit. Post verò Constantinopolim ductus, ibique Martyrio coronatus est à Constantio Imperatore. Anno DCXLVII. Ind. V.

Eugenius Romanus an. II. menses IX. dies XXIV. sepultus ad Sanctum Petrum. Anno DCLI. Ind. XI.

Vitalianus Signensis an. XIII. mens. VI. sepultus ad Sanctum Petrum. Ipse cantum Romanorum constituit. Hoc tempore Constans Imperator Romam venit, & multa ornamenta Civitatis abstulit, secumque in Siciliam asportavit, ibique mortuus est. Ann. DCLVI. Ind. XIV.

Adeodatus Romanus an. IV. menses II. dies V. sepultus ad S. Petrum. Anno DCLXX. Ind. XIII. B

Bonus Romanus an. I. mens. V. dies X. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste locum, qui Paradisus dicitur, ante Ecclesiam Beati Petri maximis & candidis marmoribus fabricavit. Ann. DCLXXIV. Ind. II.

Agatho Siculus an. II. menses VI. dies IV. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste cùm pergeret Constantinopolim, ut pacem cum Imperatore, & Longobardis constitueret, leprosum juxta portam osculatus est, statimque salvatus est. Ann. DCLXXVII. Ind. V.

Leo II. Siculus menses X. dies XVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Anno DCLXXXII. Ind. X. C

Benedictus II. Romanus menses X. dies XII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit, ut ad tumulandum Romanum Pontificem omnes Clerici convenirent; similiter & ipse in eorum faceret exequiis.

Johannes Syrus an. I. dies IX. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste de dignitate Pallii, & honestate morum Librum composuit. Anno DCLXXXI. Ind. XI.

Conon ..... mens. XI. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCLXXXVI. Ind. XIV.

Sergius Syrus an. XIII. menses VIII. dies XXIV. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit, in tempore fractionis Dominici Corporis *Agnus Dei* à Clero, & à Populo decantari; & diebus Annuntiationis, Nativitatis, vel Purificationis Sanctæ Mariæ exeant à Sancto Adriano, & ad Sanctam Mariam Majorem occurrant. Iste restauravit Ecclesiam Domini Salvatoris in Lateranis. Ann. DCLXXXVII. Ind. XV. D

Johannes VI. Græcus ann. IV. mens. II. dies XIII. sepultus ad S. Petrum. Ann. DCC. Ind. XIV.

Johannes VII. Græcus an. II. menses VII. dies XVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Istius tempore Gysolfus Dux Beneventanus Campaniam devastavit. Ann. DCCVI. Ind. II.

Sisinnius Syrus dies XX. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCVIII. Ind. V. E

Constantinus Syrus an. VII. dies XV. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste à Justiniano Imperatore Constantinopolim invitatus, omnia Ecclesiæ privilegia renovavit. Ann. DCCIX. Ind. VI.

Gregorius II. Romanus an. XV. mens. VIII. dies XXVIII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste constituit quinta Feria in Quadragesima jejunium celebrari, & Missarum solemnitatem toto anno omni die celebrari, quod antea non agebatur, Leonis, & Constantini Imperatorum tempore. Ann. DCCXX. Ind. XV.

Gregorius Syrus an. X. mens. VIII. dies VIII. A sepultus ad Sanctum Petrum. An. DCCXXXII. Ind. XIV.

Zacharias Græcus an. IX. menses III. dies XIV. sepultus in Vaticano. Anno DCCXLI. Ind. IX.

Stephanus Romanus an. V. dies XXVIII. sepultus in Vaticano. Iste privilegium Sedis Apostolicæ dedit Domno Attoni Abbati Sancti Vincentii; & Pipinum Regem inunxit.

Paulus Romanus an. X. menses I. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCLVI. Ind. IX.

Stephanus II. Siculus an. III. menses V. dies XXVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Anno DCCLXIX. Ind. VII.

Adrianus Romanus an. XXXIII. mens. X, dies XVII. Iste accepit Pactum confirmationis à Carolo. Ann. DCCLXXII. Ind. X.

Leo III. Romanus ann. XX. mens. V. dies XVI. Iste Carolum coronavit Imperatorem. Ann. DCCXCVI. Ind. IV.

Stephanus III. Romanus an. VII. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCVI. Ind. IV.

Paschalis Romanus an. V. mens. I. dies XVII. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste Ecclesiam Christi Martyris Vincentii dedicavit, quam Abbas Josue fecit; & confirmationis Pactum à Ludovico Imperatore accepit. Ann. DCCCXVII. Ind. X.

Eugenius Romanus an. IV. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXXIV. Ind. II.

Valentinus Romanus ann. III. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXXVII. Ind. V.

Gregorius IV. Romanus an. XVI. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXXVIII. Indict. VI.

Sergius Romanus an. III. Iste Ludovicum coronavit Imperatorem. Ann. DCCCXLIV. Ind. VII.

Leo IV. Romanus ann. VIII. mens. III. dies VI. sepultus ad S. Petrum. Ann. DCCCXLVII. Ind. X.

Benedictus Romanus an. II. mens. VI. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCLV. Indict. III.

Nicolaus Romanus an. IX. mens. VI. d. XX. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste in generali Synodo statuit, & confirmavit, ut post depositionem Romani Pontificis conveniant simul Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales, & quemcumque sano consilio decreverint, eligant Pontificem. Quòd si intra Urbem non potuerint, liceat eis in quocumque loco convenire potuerint idipsum agere, ne sit venale, quod decet esse divinum. Ann. DCCCLVII. Ind. VI.

Adrianus II. Romanus an. V. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCLXVII. Ind. XV.

Johannes Romanus an. XI. sepultus ad Sanctum Petrum. Iste oleo unxit, & Imperatorem constituit Carolum filium Ludovici Regis. Et hoc tempore deletum est hoc Monasterium Christi Martyris Vincentii à Sarracenis, occisis, & captivis ductis Monachis, & Venerabili Majo Abbate illorum. Ann. DCCCLXXII. Ind. II.

Marinus Gallicanus an. I. mens. IV. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCLXXXI. Indict. XV.

Adrianus III. Romanus an. I. mens. IV. sepultus .... Ann. DCCCLXXXIV. Ind. II.

Stephanus IV. Romanus an. VI. sepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCLXXXVI. Indict. V.

Formosus Portuensis an. V. mens. VI. sepultus

Digitized by Google

tus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXCII. Indict. IX.

Bonifacius VI. Romanus an. XV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXCVI. Indict. XIV.

Stephanus Romanus an. I. menſ. III. ſepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCXCVII. Indict. XV.

Romanus Gallicanus menſ. III. dies XXII. ſepultus ... Ann. DCCCXCVIII. Ind. I.

Theodorus Romanus dies XX. Ann. DCCCXCIX. Ind. II.

Johannes IX. Tiburtes an. II. dies XV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte Neapolis, & Beneventi Archiepiſcopos fecit. Goldelperto Abbati privilegium dedit. Ann. DCCCC. Indict. III.

Benedictus IV. Romanus an. III. menſ. VI. dies XV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Ann. DCCCCII. Ind. V.

Leo V. Ardeas an. II. menſ. II. Ann. DCCCCV. Ind. VIII.

Chriſtophorus Romanus menſ. VII. Iſte ejectus de Papatu, & Monachus factus eſt. Ann. DCCCCVI. Ind. IX.

Sergius III. Romanus an. VII. menſ. III. dies XVI. ... Anno DCCCCVII. Ind. X.

Anaſtaſius III. Romanus an. II. menſ. II. ... Ann. DCCCCXIV. Ind. II.

Lando Sabinenſis menſ. VI. dies XXVI.... Ann. DCCCCXVI. Ind. IV.

Johannes X. Ravennas ann. XIV. menſ. II. dies III. Iſte Archiepiſcopus fuit Ravennæ, ſed Romanæ Eccleſiæ invaſor factus ab omni Populo Romano expulſus eſt.

Leo VI. Romanus menſ. VI. dies XV..... Ann. DCCCCXXX. Ind. III.

Stephanus VI. Romanus ann. II. menſ. I. dies XII. .... Ann. DCCCCXLVII. Ind. IV.

Johannes XI. Romanus ann. IV. menſ. X. Iſte fuit filius Sergii Papæ, qui Ugonem Ducem Aquitaniæ coronavit Imperatorem. Ann. DCCCCXXXII. Ind. V.

Leo VII. Romanus an. IV. menſ. VI. ſepultus .... Ann. DCCCCXXXVI. Ind. IX.

Stephanus VII. Romanus ann. III. menſ. IV. dies XV. ſepultus ad Sanctum Petrum. Rambaldo Abbati privilegium dedit. An. DCCCCXXXIX. Ind. XII.

Marinus II. Romanus ann. XIII. menſ. VI. dies XIII. Iſte privilegium Sedis Apoſtolicæ contulit Domno Leoni Abbati Sancti Vincentii. Ann. DCCCCXLII. Ind. V.

Agapitus II. Romanus ann. X. menſ. VII. dies X.... Ann. DCCCCXLV. Ind. III.

Johannes XII. Romanus ann. IX. menſ. III. ex patre Alberico, qui primum Ottonem coronavit Imperatorem. Ann. DCCCCLV. Indict. XIII.

Benedictus V. Romanus menſ. II. dies V. Ann. DCCCCLXII. Ind. V.

Leo VIII. Romanus ann. I. menſ. V. Ann. DCCCCLXVII. Ind. VI.

Johannes XIII. Narnienſis an. IX. menſ. III. Iſte comprehenſus à Petro Præfecto Urbis Romæ, & in Caſtello Sancti Angeli retruſus; deinde in Campaniam in exilium miſſus, poſt menſes decem, & dies XXVIII. Romam revertitur, & pro eo ab Ottone Imperatore de perſecutore ejus ſupplicium ſumtum eſt. Ann. DCCCCLXVII. Ind. VII.

Benedictus VI. Romanus an. I. menſ. VI. ſepultus ad Sanctum Petrum. Iſte comprehenſus à Cincio Theodoræ filio, & in Caſtello Sancti Angeli retruſus, ibique ſtrangulatus eſt. Ann. DCCCCLXXI. Ind. XIV.

Bonus an. I. menſ. VI.... An. DCCCCLXXIII. Ind. I.

Bonifacius VII. Romanus an. I. menſ. XII.... Ann. DCCCCLXXIV. Ind. II.

Benedictus VII. Romanus an. IX. Iſte privilegium Apoſtolicæ Sedis contulit Domno Johanni Abbati Sancti Vincentii. Ann. DCCCCLXXVII. Ind. IV.

Johannes XIV. Papienſis an. IX. Iſte in Caſtello Sancti Angeli retruſus famis crudelitate necatus eſt. Ann. DCCCCLXXXIV. Ind. XII.

Et iterum ſuperior Bonifacius menſ. XI.

Johannes XV. Romanus menſ. IV.....

Johannes XVI. Romanus ann. X. menſ. VI. dies X. Otto Imperator Capuam intravit. Ann. DCCCCLXXXVI. Ind. I.

Gregorius Saxonicus ann. I. menſ. V. Otto Imperator coronatur Romæ. Iſte privilegium Apoſtolicæ Sedis contulit Domno Johanni Abbati, qui Coni vocatus eſt, de Sancta Maria in Caſtanieto. Ann. DCCCCXCVI. Ind. IX.

Johannes Romanus men. X..... An. DCCCCXCVIII. Ind. XI.

Silveſter Aquitanus an. IV. menſ. I. dies IX. Otto III. fit Imperator. Ann. DCCCCXCIX. Ind. XII.

Johannes Romanus, qui & Sico menſ. V. dies XXV. Ann. MIII. Ind. I.

Johannes Romanus, qui & Faſanus, an. I. An. MIV. Ind. II.

Sergius Romanus an. III. An. MIX. Ind. VII.

Benedictus Tuſculanus an. XI. menſ. I. dies XXI. qui Henricum Imperatorem fecit pium. Ann. MXI. Ind. IX.

Johannes Germanus an. IX. dies IX. Ann. MXXIII. Ind. V.

Benedictus nepos illorum an. XIII. Conradus Imperator Capuam ingreditur. Anno MXXXIII. Ind. I.

Silveſter Savinenſis dies LVI. An. MXLVII. Ind. XV.

Gregorius Romanus an. II. menſ. VI. Henricus Secundus Capuam ingreditur. Anno MXLVIII. Ind. I.

Clemens Saxonicus menſ. IX. d. VII. Anno ML. Ind. III.

Damaſus Baguarius dies XXIII. Ann. MLI. Ind. IV.

Leo Magnus Teutonicus an. V. menſ. II. d. VII. qui à Secundo Henrico Imperatore inſtituitur. Iſte in Apulia cum Normannis pugnavit; ſed eos expugnare non prævalens Romam reverſus eſt. Ann. MLII. Ind. V.

Victor Noricus an. II. menſ. IV. dies X. Ann. MLVII. Ind. X.

Stephanus Lotharingus menſ. VIII. Anno MLIX. Ind. XII.

Benedictus Romanus menſ. XI. d. XX. Hic fuit Epiſcopus Vellitrenſis. Ann. MLX. Ind. XIII.

Nicolaus Burgundio an. II. menſ. VI. d. I. Iſte venerandæ memoriæ Præſul hujus Monaſterii Oppida, vel Terras in circuitu ablatas, ſuo ſtudio & vigore à Borcelli filiis abſtulit, & Sancto Vincentio reddidit. Ann. MLXI. Ind. XIV.

Alexander Mediolanenſis an. XI. menſ. VI. dies XXII. Iſte privilegium Apoſtolicæ Sedis contulit Domno Johanni Abbati. Ipſe dedicavit Eccleſiam B. Benedicti in Caſino, quam prudentiſſimus renovaverat Deſiderius Abbas. Ann. MLXVII. Ind. II.

Gre-

Digitized by Google

Gregorius Campanus Tuſcus an. XII. menſ. I. dies V. Henricus Tertius Romam venit. Iſte ab Henrico Rege Tertio Roma expulſus, abiit Salernum, & ibi eſt defunctus. Anno MLXXIV. Ind. XII.

Victor Beneventanus menſ. IV. dies VII. Ann. MLXXXVI. Ind. IX.

Urbanus an. XI. menſ. IV. dies XV. Iſte ſuis monitis innumeras gentes Chriſtianorum coëgit tranſire maria, ut glorioſum Filii Dei ſepulcrum à Sarracenis eriperet, quo tempore multa in cœlo ſigna viſa ſunt. Anno MLXXXIX. Ind. XII.

Paſchalis Tuſcus an. XVIII. menſ. V. dies XVIII. Henricus IV. fit Rex. Iſte Monaſterium Chriſti Martyris Vincentii, quod venerabiles Abbates Girardus, Benedictus, &.... renovaverant, dedicavit: ubi & privilegium inſigne tribuit. Urbem Beneventum cepit, & ſub jure S. Petri redegit. Qui captus ab A Henrico Quarto Rege, & exſpoliatus extra Urbem exulans diebus multis, vix tamdem ad ſuam ſedem reductus eſt. Ann. MC. Ind. VIII.

Gelaſius Cajetanus an..... Iſte ultra montes profectus pro pace Eccleſiæ cum Rege Teutonico Henrico IV. obiit apud Clunium in Monaſterio Sancti Petri ſepultus in eadem Eccleſia digno honore. Ann. MCXVIII. Ind. XI.

Calixtus Francigena an. V. Iſte in eodem Monaſterio Cluniacenſi electus, à Romanis Cardinalibus Romam deducitur, & Burdinum ſubegit. Hic fuit Archiepiſcopus Viennenſis, qui pacem Eccleſiæ, & omni Populo Romano tribuit, cum Henrico Rege finem honorificè fecit. Ann. MCXIX. B

Honorius Imolenſis an..... Iſte Lotherium Ducem Saxonum Imperatorem fecit. Anno MCXXIV. Ind. II.

Pro-

Digitized by Google

Prologus Domni Authperti Venerabilis Abbatis, in vitam, vel obitum Sanctorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Tasonis Sancti Vincentii Abbatum.

HUmani generis primus Parens ad imaginem Dei factus, in Paradiso voluptatis positus, ut vitæ præcepta servaret, ab ipsa vita, quæ Deus est, fuit admonitus, & ne hanc pro minimo duceret, mortem ei est comminatus. Sed hæc ille contemnens, sponte deseruit Creatorem, & secutus est peremptorem. Deus verò, qui mentiri, ut est veritas, non novit, morti, quam minatus est, eum addicit. Dixerat enim illi, atque ejus uxori: *In quacumque die comederitis de ligno scientiæ, boni, & mali, morte moriemini*: quæ videlicet sententia, non solùm corporis, sed & animæ mortem ostendit. Sed quia benignissimus Deus Serpentis suasionibus miserabiliter vidit hominem deceptum, fragilioriſque materiæ esse figmentum, noluit hunc esse in æternum damnatum. Hinc enim actum est, ut Unigenitus Dei Filius carnem sumens moreretur pro nobis, ne mors animæ ultra regnaret in nobis, ut quod in Adam perdideramus, in Christo reciperemus. Hinc enim scriptum est: *Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege; ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus*. Sed quo caritatis ardore id fecerit pro nobis, nullus verbis explicat ex nobis; ait enim ipse Dei Filius: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum Unigenitum daret*. Hinc iterum Paulus dicit: *qui dilexit me, & tradidit seipsum pro me*. De quo rursus ait: *cùm in forma Dei esset, rapinam non arbitratus est, esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens in similitudine hominum factus, & habitu inventus ut homo; humiliavit semetipsum factus obediens, usque ad mortem, mortem autem Crucis*. In qua scilicet humanitatis forma conversatus inter homines per omnia, ut homo, excepto peccato, iter eis ostendit, quo ad derelicta gaudia repedare possint. Si autem quod sit hoc iter inquirimus, Dominum in Evangelio dicentem attendamus; ait enim: *Ego sum via, & nemo venit ad Patrem, nisi per me*. Ecce audivimus iter, per quod Patriam repetamus. Videamus nunc quibus modis ad ambulandum nunc gressus dirigamus. *Qui*, inquit Johannes, *dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare*. Libet autem intueri, quæ sint hæc Christi vestigia, qui gressus, quibus in carne ambulavit pro nobis. Ut cetera taceam, quæ Evangelica plenitudine narrantur de baptismo ad tentationem ac jejunium, de jejunio ad prædicationem, de prædicatione ad opprobria, de opprobriis ad flagella, de flagellis ad sputa, de sputis ad Crucem, de Cruce ad sepulcrum pervênit. Hi etenim sunt gressus Dei in terra, de quibus Psalmista ait: *Hi sunt gressus tui Deus, ingressus Dei mei Regis*. Hos imitandos esse denuntians Petrus ait Fidelibus: *Christus passus est pro nobis, relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus*. His se passionibus sequi ipsa via insinuat, dicens: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam quotidie, & sequatur me*. Et Paulus ait: *Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*. Hi gressus arctam & angustam viam ingrediuntur, quæ ducit ad vitam. Hi ambulant super Aspidem & Basiliscum, & conculcant Leonem, & Draconem. In his ambulaverunt Apostoli. Hos Martyres, atque Confessores fuerunt subsecuti: Hos per gressus perfecti incesserunt Monachi, quibus specialiter dicitur à Domino: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Sed quia nos in illud tempus devenimus, de quo Dominus in Evangelio ait Discipulis suis: *quia abundabit iniquitas, refrigescet caritas multorum*; ac secundùm Apocalypsis sententiam nequaquam ferventes, sed, quod gemendum est, tepidos adspicimus Monachos, ad incitandos animos eorum, tres nuper ad Christum conversos Evangelica perfectione probatos auditorum auribus ingerimus, Paldonem scilicet, Tasonem, atque Tatonem, Sanctorum Patrum sudoribus ac laboribus coæquatos, ut qui desidiosi ac languidi, antiquos Patres nostros nos imitari non posse causamur, horum nuper conversorum vitam recolentes erubescamus. Hoc enim ago, non temeritatis ausu impulsus, sed Abbatis mei monita secutus, eaque modò stylo prosequor, de quibus adhuc testes existunt, qui se hoc ab his audisse confirmant.

INCIPIT VITA.

TRes igitur ex nobili genere orti, jure consanguinatis propinqui, Paldo, Taso, Tato, fuerunt viri Beneventani; è quibus superior Paldo ex uno, Taso verò, & Tato ex altero fratre procreati sunt. Hi Evangelica voce excitati, divinoque amore inflammati. Una eis sententia, unum consilium fuit, unumque extitit votum priùs solum, divitias, parentesque relinquere; & nudos nudum Christum sequi, nudi cum nudo adversario pugnare; Galliarumque Provinciam pro voto expetere, atque inibi corpore non mente divisi, diversa Monasteria inquirere, lenique jugo Christi colla mentis submittere. Hoc autem iccirco studiosè facere videbantur, ut propter Christum ne uno, qui superesse poterat, aspectu visionis corporalis fruerentur. Quid plura? ut animo, & mente conceperant, iter præparant, nec moram faciunt, nec dilationem

Digitized by Google

nem prætendunt. Sed carnalium parentum nexus pertimeſcentes, qui ſemper impedimentum fiunt ad Chriſtum converſis, eorum oculos pia ſimulatione deludunt, ita tamen ut mendacii crimen nequaquam incurrant. Dicunt enim, ſe Romam pergere velle, Apoſtolorum Principis Petri ſe ſuffragiis commendare, ejuſque deſiderata limina oſculari. Quod & fecerunt, ſicut viros nobiles decet, oneratis animalibus ſtipendiis, præparatis ad ſedendum equis, famulorum fulti obſequiis (ſibi, ſolique cognitum Deo, quid agere vellent) greſſus ad ambulandum movent.

Stirps veneranda ſatis nimiùm præcelſa parente,
Primus à principio luxit ut orbe dies.
Germine purpureo decus hoc tulit Urbs Beneventus,
Jure ſalutiferos traxit ab Urbe viros.
Scandere regna petunt ſublimia corde ſereno.
Digne ſacra ferunt ligna pro lege Dei. (*)
Terrea cuncta terunt gazas ut ſtercora ſpernunt:
Laudes magnifico gaude referre Deo.
Cui ſalus, & virtus, Rex bonus invictus.

At verò ubi proprios fines ſunt egreſſi, Marſorumque Provinciam ingreſſi, deſcenderunt ex equis, admonuerunt pueros, ut cum equis, & his, quæ allata fuerant, ad propria remearent, & hoc propterea, quoniam ſibi tale votum exſtitiſſe dicebant, ut hi tres tantùm ſuis pedibus Romam pergere deberent. Quibus flentibus, ac lugentibus, jure poteſtatis imperant, ut recedant. Illis autem abſcedentibus, dum præfati famuli Chriſti ſcandunt iter, obviam habent pauperes ſciſſis, ac vilibus indumentis adopertos. Tum hi pauperatis amore inflammati, ajunt inter ſe: *Ne ſit in nobis, quod mundus honoret, nec quod latro deripiat*, his nos veſtibus exuamus, pauperibus tribuamus, illorumque nos viliſſimis, ac ſordidiſſimis induamus: quod & fecerunt. Hinc perpendant, qui nomen Monachi prætendunt, quanti reatus criminis ſit, ſub Chriſto paupere degentes, indumentis comtos, & non moribus incedere. Ecce etenim ii, per quos hoc Monaſterium initium ſumſit; talibus induti amictibus, initium ſuæ converſionis dederunt.

Mundus ad ima ruit, miſeros ad Tartara ducit. (**)
Mutemus veſtes, noſtras, Deus, inſtrue mentes,
Ne ſit, quod fortis fur, latro tollere poſſint.

Et ut ad propoſitum revertar, cœpto itinere dum pergunt, ad Monaſterium glorioſæ Dei Genitricis Mariæ, quod eſt in Sabinis, perveniunt, in quo vir vita venerabilis Thomas Pater præerat. De quo à pluribus audivi, quia olim in partibus Orientis conſtitutus, ſicut ipſe narravit, tamdiu ad Redemtoris Sepulcrum orationi vacavit, quo ad uſque impetraret quod precibus poſtulabat; denique, ut aſſerunt, nocte quadam, precibus fatigato, ſoporeque depreſſo aſtitit ei quidam, geſtans in manu miræ pulchritudinis panem, cui & dixit: *accipe hunc panem, & abſcede; ſcito autem te minus ex eodem umquam habiturum*. Tantæ etenim deinceps, ut ajunt, qui eum viderunt, compunctionis vir fuit, ut penè de Deo ſinè lacrymis nil poſſet loqui.

Is dum præfatos Dei famulos hoſpitio ſuſcepiſſet, ut Monaſteriorum, ac bonorum moris eſt Chriſtianorum cum fratribus, ut ei ſolitum fuit, ſecundùm Domini præceptum eorum pedes abluere pergit. Hi autem, qui advenerant, delicata ac candida membra vilibus ac ſordidis veſtimentis tegebant, elegantem ac compoſitum vultus aſpectum prætendebant. (***)

Quamobrem nec eorum ſecretum abſcondi potuit oculis viri Dei. Peracto itaque Caritatis officio, noctiſque tranſacto curſu, cùm aurora daret diei initium, ſeorſum eos blanda locutione inquiſivit, qui eſſent, unde, cur advenerint, ne fortè aliquod præjudicium ſuſtinerent, ne peccati crimine peracto fugerent, promittens ſe eis, in quo valeret, adjutorium miniſtrare, tantùm ut profiterentur, cur eis ita placuerit tantam ſimulationem arripere. Ad hæc illi obſtupefacti, videntes conſilium ſuum ſeniori celare non poſſe, conſilio accepto narrant cuncta per ordinem: qui fuerint, unde, cur advenerint, quæque geſſerint, quorum filii, quibus nominibus vocarentur, qualiterve Romam pergere vellent, indeque Galliarum regiones expetere, multis eum adjurationibus conſtringentes, ne eorum propoſito ipſe fieret impedimento. Ad hæc ingemiſcens Venerabilis Senex ait: *Nequaquam, o filii, in hoc tam laudabili propoſito vos impedire cupio, ſed magis adjuvare; nec vos interim relinquam aliquantiſper; vobiſcum pergam; itineris veſtri uſque ad Apoſtolorum limina me habebitis comitem*. Propterea autem vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri geſtiebat, ut eos, ſicuti & fecit, ſuis ſalutaribus conſiliis ab illius itineris longitudine revocaret: quod Dei providentia factum fuiſſe nullus ignorat, qui hoc Monaſterium cernit.

Hos ſpecie forma cognoſcit, munere dogma,
Conſilio refovet, levat obſequio Pater almus,
Ne paveant, faveant, facilis pateat labor altus. (****)

Pergunt interea ſimul, ut ſenis fuit voluntas, multiſque lacrymis profuſis devotionem ſuam Apoſtolorum commiſerunt ſuffragiis. Oratione verò completa, cœpit eos reverendæ memoriæ jam dictus Pater verbis ſuaſoriis admonere, ut ſecum ad Monaſterium reverterentur, & aliquandiu apud eum remorati propoſitum inſtitutionis ſuæ videndo, & operando addiſcerent, & tum demum, quò eos Dominus vellet vocare, properarent; & ut verbis illius utar: *Audite*, inquit, *o filii, conſilium meum: ad Monaſterium, cui deſervio, revertimini mecum; & propter ardorem veſtri deſiderii, quamquam extra uſum Monaſterii, intriſecus vos recipiam, ut ſimul cum Fratribus edatis, ſimul dormiatis, ſimul orationi vacetis, ſimulque ad opus manuum exeatis, ut his exercitiis probati, ſciatis quibus modis propoſitum Monachi adimplere valeatis*. Hæc & his ſimilia dicente eo præbuerunt aſſenſum, pariterque cum eo ad Monaſterium, ſunt regreſſi, in quo paucis diebus remorati ad plenum inſtructi ſunt.

Te ſimul ecce petunt, Petri dum limina quærunt,
Roma beata nimis, fratreſque, ſenexque fidelis,
Quos trahit ipſa ferens Fidei per littora navis.

Ac-

(*) Extant in MS. depictæ imagines, quas vide Tabella prima figur. IV. pag. 325.
(**) Vide Tabulam primam figur. V. pag. 325.
(***) Vide Tabulam primam figur. VI. pag. 325.
(****) Vide Tabulam primam figur. VII. pag. 325.

Digitized by Google

Digitized by Google



Fig. 8



Fig. 7



Fig. 6



Fig. 5

Digitized by Google

fig. 1

fig. 2

fig. 3



fig. 4



Digitized by Google

Digitized by Google

Accidit autem, ut dum Pater duorum fratrum, Tatonis ſcilicet, atque Taſonis, cum cæteris parentibus huc illucque eos quærerent, rapidiſſimo curſu Romam venirent, quos dum ſtudiosè quærerent, ac nequaquam inibi invenirent, audiunt à dicentibus Sabinis, eos eſſe in Monaſterio Glorioſæ Dei Genitricis Mariæ. Tunc illi majoris amoris ſtimulis agitati, ſpatium itineris illius quaſi tranſvolantes, ad prædictum Monaſterium pervenerunt, à prædicto Monaſterii Patre petierunt, ut aſpectibus illorum præſentarentur. Venerabilis autem ſenex eorum dolori compatiens, ut erat ſuadibilis eloquio, admonuit, ut exirent. Illis autem renitentibus, compulit eos, ut ſibi imperanti obedirent (*). Ut verò egreſſi ſunt, parenteſque eos viderunt, vehementer flere cœperunt, elevataque voce ad eos dixerunt: *Cur nos peccatores tamquam mortuos reliquiſtis? Ut quid curam animarum noſtrarum deſeruiſtis? nullus ne vobis ineſt pietatis affectus? nulla conſanguinitatis compaſſio? Obſecramus*, inquiunt, *obſecramus, & per Deum conditorem Cœli ac Terræ deprecamur, ne nos deſeratis, quia ad Chriſtum converti, & funditus Seculum relinquere ſumus parati: Sin autem, conteſtamur Cœlum, & Terram, ſanguinem noſtrum de manu veſtra à Deo fore quærendum.* Ad quorum verba lacrymaſque atque ſingultus, dum illi pietate nequaquam moverentur, ſeque ut Deo promiſerant, Gallias petere dicerent, prophetica, ut apertè nunc cognoſcimus, fertur ſenex ad eos voce dixiſſe: *Confidite*, inquit, *filii, confidite, & de Dei miſericordia præſumite, quia ſi modò meis monitis aurem obedientiæ accommodaveritis, multi per veſtræ actionis exemplum, cœleſte ingredientur Regnum. Audite*, inquit, *filii cariſſimi, audite conſilium Patris veſtri, & horum preces ſpernere nolite; oſtendam vobis, ſi vultis, à Deo vobis locum paratum; ſpero enim in Domino, quoniam illic adimplebit Deus deſiderium veſtrum, ibique facietis Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite, & ad eum quantò citiùs properate.*

Non Pater hos monitis, gemitu movere Parentes,
Se patriam gentem contemnere ritè fatentes,
Mollia ſpernentes, pro Chriſto dura ferentes.

Eſt autem, dilectiſſimi filii, locus, ad quem vos ire deſidero in Samnii partibus ſuper ripam Vulturni fluminis, ubi initium ſumit à mille ferè paſſibus. In quo videlicet loco ſitum eſt Oratorium Martyris Chriſti Vincentii nomine dedicatum; ex utraque verò parte fluminis, ſilva denſiſſima, quæ tantùm habitationem præſtat ferarum, latibulaque latronum. Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere deſideratis, & vos in eodem loco illæſos ſervabit, & cunctis iter agentibus, à timore latronum pacatum, atque ſecurum conſtituet, nec non & ceraſis, dumis, ac ſentibus, lignis fructiferis abundare faciet. Ite, ait, *filii, ite, & in eodem loco ſinè metu cujuſcumque permanete* (**).

Hos pater ire monet, loca monſtrat pervia nullis,
Arboribus multis, quæ comunt flumina pulchris
Montibus, & ventis, nivibus ſunt frigida mœſtis.

His igitur & hujuſcemodi verbis à rigore obſtinationis emolliti, tamquam Chriſtum in Seniore loquentem attendentes, Apoſtolique dictum recordantes: *nolite quærere quæ veſtra ſunt, ſinguli, ſed quæ alterius*, ab his quæ cœperant, revocant animos; atque ab eodem benedictione percepta, iter arripiunt, (***) & ad hunc, quem incolimus, perveniunt locum, nihil ſecum in alimoniis corporis, præter viaticum in ſportella ferentes, jam tunc non immemores illius præcepti dicentis: *nolite ſoliciti eſſe quid manducetis, aut bibatis; & nolite ſoliciti eſſe in craſtinum*; Sed ille, qui propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum ſtatim ut pius Pater exſurgit, qui talia agentibus repromittit, dicens: *quærite primùm Regnum Dei, & juſtitiam, & hæc omnia adjicientur vobis*; hanc eorum fidem accipiens, citò ſtipem largiendo adfuit.

Tres iter aſſumunt, nihil huc niſi corpora ducunt.
Eſt regimen, victus, tegmen, miſeratio Chriſtus,
Lex quoque ſacra Dei, lux noctis, ſive diei.

Nam ad hunc, in quo reſidemus, ut dictum eſt, cùm perveniſſent locum, quo cuncta quæ ad uſus corporis ſunt neceſſaria, deerant, ad illum protinus mentem erexerunt, in quo, & per quem omnia vivunt. Ingrediuntur denique Oratorium, peragunt in Dei laudibus officium, atque ſuperveniente nocte, quieti membra deponunt. Sed cur dico quieti? cùm terratenus tantùm artus locantes, ad morem Patriarchæ Jacob, lapides capitibus ſuppoſuerint. Dico tantùm quietem eſſe in quo etſi caro tabeſcit, ſpiritus pingueſcit. Et ecce facto parvo intervallo, vênit ad eos quidam homo ignotus nocturno ſilentio, regiamque Oratorii pulſans, ait: *Quiſnam hoc in loco quieſcit?* Ad cujus vocem exiliens tacitus vênit ad eum venerabilis Tato; cui ille: *Audivi*, inquit, *à dicentibus, quoniam hìc peregrini adeſſent, & propterea à Paſtoribus meis veniens detuli modium farinæ, ac vini. Si habes, ubi hoc, quod attuli, recondas, accipe.* Tum ille quædam vaſcula reperiens, tamquam à Deo ſibi oblata ſuſcepit quæ offerebantur. Quo abſcedente nullus deinceps compertus fuit quiſnam ille fuiſſet, qui hoc munus gratanter obtuliſſet. His igitur indiciis claret, à quanta perfectione cœperint ii, per quos hunc locum ad tantæ magnitudinis excellentiam perducere dignatus eſt omnipotens Deus.

Angelus acceſſit, dixitque: quis hìc requieſcit? (****)
Exilit inde Tato tacito pede, pectore grato,
Munera cui præſtans, vinum ſimilam redit extra.

In hac denique Chriſti paupertate ſolicitè perſiſtentes, eorum vita, quam Deus ad exemplum plurimorum oſtendere diſpoſuit, longè latèque pervolavit, utque lucerna ſuper candelabrum poſita, diutiùs latêre non potuit; & dum multi eorum vitam imitari cupiunt, multitudo fraternitatis ad eos concurrere cœpit.

Longè pro centum ſociis moderare talentum.
Flamina ſacra ferunt, palmam bellique tulerunt;

Et

(*) Vide Tabulam primam figur. VIII. pag. 325.
(**) Vide Tabulam ſecundam figur. I.
(***) Vide Tabulam ſecundam figur. II.
(****) Vide Tabulam ſecundam figur. III.

Digitized by Google

Et capiunt multos valido de gurgite ductos. (*)

Primus itaque præfuit ſacro gregi Paldo Dei famulus, qui erat omnino mitiſſimus, quique per omnia hoc in ſuis actibus oſtendebat, quod ſuis ſubjectis voce prædicabat. Ita amator Chriſti paupertatis, ſicuti nunc carnales æſtuant divitiis terrenis. Hic nempe fertur ad confirmandas animas Fratrum, ut in paupertate, quam cœperant, perdurarent, dixiſſe: *Credite mihi, Fratres, quia Monachus ille, qui in hoc Monaſterio perſiſtens uſque in finem permanſerit, anima ejus æterna ſupplicia nequaquam ſuſtinebit; ſed vitam æternam poſſidebit, & hoc ſanctæ Congregationis Monaſterium uſque ad finem Seculi ad lucrandas animas, permanebit.* Quod quidam ignorantes, qua intentione hæc proſecutus fuerit, falſa ſeipſos ſecuritate decipiunt, quamvis malè viventes, & contra regulam Patrum facientes, hoc in Monaſterio ſi permanſerint, ſalvos eſſe in futurum poſſe; cùm conſtet omnibus, quia quicumque in perpetratione criminis hoc in loco permanſerint, & ante extremi obitus diem ſe minimè correxerint, ad vitam nequaquam poſſe tranſire. Dicendum autem illis eſt, nequaquam virum Dei contra divina eloquia ſententiam protuliſſe; ſed in illis hanc ſententiam permanere dixiſſe, qui ipſorum ſobriam & caſtam vitam, ac laudabilem paupertatem vellent imitari.

Culmine præclaro, renitens diademate ſacro:
Primus præficitur Paldo reverendus & Abbas,
Innumeras animas Chriſto ſuper æthera mandat. (**)

Interea turba Fratrum ſuccreſcente cœperunt contra votum habere, per quod poſſent eiſdem, quos regebant, ſubvenire; dumque prædicti venerabilis Patris Thomæ immemores dicti, multos per eos in hoc loco ſalvandos eſſe, amicam paupertatem ſolicitè requirentes, abjicere conantur ea, quæ poſſidere videbantur. Sed reſiſtente eis Divino judicio turba Fratrum ſtuduerunt magis ſecundùm Apoſtolum, non ſua ſinguli, ſed quæ alterius ſunt, quærere, & illud: *omnibus omnia factus ſum, ut omnes ſalvos facerem*. Multa ſiquidem tunc inter eos fuiſſe caritas, multa concordia unitatis, multa compaſſio fraternitatis refertur. Et quidem narrantur de eis quædam digna miraculis; ſed noſtrum ad hoc tantùm fuit ſtudium incitatum, ut quibus modis ſeculum, ac Diabolum vicerint, apicibus proſequeremur. Neque enim majus eſſe poteſt miraculum, quàm quod tota mente mundum reliquere. Et quia multi videntur miraculorum eſſe participes, ſed nullatenus nomina habent ſcripta in cœlis, nequaquam hoc in tempore virtutes in Eccleſia, ſed perfectam vitam requirimus. Unde Dominus Diſcipulos de ſubjectione Dœmonum gaudentes deterret, dicens: *Nolite gaudere in hoc, quia Dœmonia vobis ſubjiciuntur*. In quo verò deberent lætari ſubdendo manifeſtat, dicens: *Gaudete autem, quòd nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlis*. Magna ſiquidem virtus, magnumque & admirabile exſtitit ſignum ſuæ converſationis exemplo, tam innumeros de terris elevaſſe ad cœlos, de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio reduxiſſe ad Patriam. Et ut cœpta proſequar, ſæpe dictus A venerabilis Paldo, Evangelicæ perfectionis vir, per omnia conſummatus, humanis rebus excedens, præſentis vitæ finem fecit, quinto Idus Octobris Indictione tertia Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo vigeſimo, reſidente in Sede Apoſtolica venerandæ memoriæ Secundo Gregorio. Hic ſuſceperat ſacri Cœnobii regimina ab Incarnatione Domini anno DCCVII. ſub Sancto Papa Siſinnio.

En Paradiſe tuos vernantes collige flores.
Denis ſeptenis annis moderatus habenas.
Eſt Paldo felix, quando tua gaudia cepit. (***)

Cui ſuccedit in ſacro regimine Taſo, minor quidem annis, ſed ardentior in ſancto propoſito omnibus illis. Quia verò nonnumquam B is, qui præeſt, ſi conſiderare negligat, & contueri infirmorum imbecillitates, eoſque non ut prævaluerint, ſed ut rigor diſtrictionis ejus dictaverit, voluerit arctiùs adſtringere, nequaquam eos, quò cupit, perducere valet, quia huic nimius zeli fervor potuit dominari: ſimile quiddam ei accidiſſe cognoſcitur. Nam cùm hunc arduo itinere incedentem nequaquam ſequi valerent, penitùs deſerentes abjecerunt, fratremque ejus majorem natu loco ejus conſtituerunt: unde factum eſt, ut ab utriſque partibus ad Pontificem Romanum relatio mitteretur. Quod cùm Gregorius Papa Secundus audiſſet, factum improbat, hos contra Canones egiſſe notat, manuſque ſuas in C Chriſtum Domini extendiſſe denuntiat. Quibus & pœnitentiam indicens, hujus facti efficaciam ademit. Quam ſcilicet indictam ſibi pœnitentiam vix cum magno difficultatis conamine, obſiſtente eis aëris ardore, perficere valuerunt. (****)

Poſt ſequitur ſocius retinens moderamina Taſo,
Qui iminor eſt annis, validus ſapientia quamvis.
Hic alacer, fortis, fervens quoque robore cordis.

Sed ut oſtenderet omnipotens Deus, quanti reatus crimen admiſiſſent ii, qui Paſtorem à Deo ſibi præelectum abjeciſſent, nequaquam D hac pœnitentia placatus, mox ſinè mora judicium ultionis exercuit. Nam ita cœperunt ſinguli humanis rebus excedere, ut duorum aut trium corporum fieret una memoria receptaculum; eoque hæc graſſata fuit ſententia, quoadusque pœne nullus eorum in corpore remaneret, qui hujus nævi fuerant conſilio maculati. Sed nec ipſe diu moratus, eoſdem eſt moriendo ſecutus. Iccirco autem hujus facti adverſitatem huic operi annectimus, ut à tali deinceps ſeditione & Paſtor & Grex alieni exiſtant. Quia etſi nequaquam eos, per hoc factum utpote incipientes pœnitere, damnandos affirmare audemus, cùm ſcilicet Paſtor zeli fervore, & Grex puſillanimitate erraverit; tamen incertum eſt, utrum E eos hæc judicii ſententia ad plenum hujus reatus crimine mundaverit, an etiam Purgatorii poſt mortem ſupplicio ignis fuerint abſoluti. Obiit autem Tato prædictus Pater tertio Idus Januarias in pace Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo vigeſimo nono Indictione undecima. (*****)

Sis memor ergo tui, qui cernis fata ſepulti.
Fratri prælatus pœnam Tato, fertq; reatus,
Annis poſt octo migrans, cui ceſſerat ordo,

Quem

(*) Vide Tabulam ſecundam figur. IV.
(**) Vide Tabulam ſecundam figur. V.
(***) Vide Tabulam ſecundam figur. VI.
(****) Vide Tabulam ſecundam figur. VII.
(*****) Vide Tabulam ſecundam figur. VIII.

Digitized by Google

Digitized by Google



Fig 8



Fig. 7



Fig. 6



Fig. 5

Digitized by Google

fig. 1

fig. 2

fig. 3

fig. 4

fig. 5

fig. 6

Digitized by Google

Digitized by Google

Quem ſequitur Fratrum numerus ſub peſte necatus.

Succedunt præterea poſt hujus diſcriminis luem, ut aſſolet, læta quædam atque jucunda, cùm ſuperſtes Tato loco paternitatis ſuccedit. Hic denique virtutum omnium matre plenus exſtitit caritate, in animabus colligendis ſtudioſiſſimus, zelo Dei ferventiſſimus, pietate uberrimus, diſcretione cautiſſimus, quique veluti mater ſuper filios, ſic ſemper ſolicitus fuit ſuper ſubjectos, ſemetipſum in laboribus duriſſimè exercens, gregi ut Pater parcens, inter mites mitior exiſtens, inter elatos diſtrictionis zelum exercens. Fertur etiam, ex quo Monachi ad habitum vênit, numquam balneis uſum fuiſſe, numquam caput laviſſe, numquam novaculam ſuper caput, aut barbam duxiſſe: & quod his difficilius eſt, diebus, operæ manuum inſudans, noctibus, vigiliis propenſiùs vacans, loricæ onus ad carnem geſtans, quouſque virtus corporis prævaleret, non depoſuiſſe. Cùm verò defeſſis, ac fatigatis jam membris hanc ferre non poſſet, circulum ex eadem occultè ſibi fieri præcepit, quem & uſque ad diem obitus ſui geſtavit. Hunc adſerunt lectiſternia refugiſſe; fertur etiam hebdomadam jejunio peregiſſe. His enim ac tantis virtutibus repletus ad finem uſque perdurans, conſummatus obiit in pace Tertio Idus Decembris, Indictione verò Sexta, felici gaudio lætus, Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo trigeſimonono. (*)

Hic priùs abjectus, ſit poſtea Paſtor honeſtus,
Undenis actis poſtquam Taſo præfuit annis.
Ad finem durans complevit tempora multa,
Qui fuerat magnus ſtudiis, opibus quoque largus.

Hæc de his dixiſſe ſufficiant, quorum nos exempla, ac facta præclara de Seculi turbine ad hanc quietem perduxerunt. Sed horum aſpicientes fervorem, cogit nos gemitus aliquid dicere de noſtræ converſationis tempore; & quamquam me ipſum primò ferire loquendo pertimeſcam, tamen ea, in quibus jaceo, & mihi ſimiles jacere cognoſco, enarrare vitia, ſublato pudore, non erubeſcam. Fortaſſis enim per hanc humilitatis confeſſionem, & mihi à Deo venia dabitur, & illis ſalubris correctio miniſtrabitur. Sed unde exordiar? Unde loquendi initium ſumam? Omni enim ex parte ſanctum à nobis propoſitum violatur, & pœne nobis nihil ſupereſt, niſi quod Sanctus Pater prædixit Benedictus: per tonſuram & habitum nos Deo mentiri. Videmur pœne omnes ad ſuperbiam promti, ad contentionem, ad ſcandalum, ad detractionem, ad mendacium, ad maledicendum, ad accuſationis læſionem, ad contumaciam, ad iram, ad amaritudinem, ad deſpectionem, ad contradictionem, ad ſuſurrationem, ad murmurium, ad gulam, atque ad ornatum veſtium ſumus illecti. Et ut breviter cuncta perſtringamus, ea, per quæ Sancti cœleſtia conſecuti ſunt Regna, ideſt tribulationes, perſecutiones, adverſitates, anguſtias, paſſiones, contumelias, humilitatem, ſubjectionem, paupertatem, odio habentes, quæ noſtra ſunt tantùm, non quæ alterius quærentes, falſos honores appetentes, ac per hoc invicem invidentes, invicem mordentes, quidquid ad præſens delectat, quidquid dulcedinis tota mente requirimus, neſcio per quod aliud iter, fallente nos viſu interiore, à Sanctorum calle deviantes ad vitam nos poſſe pervenire confidimus.

Ait enim Dominus: *arcta & anguſta via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui intrant per eam*. Apoſtolus verò dicit: *Per multas tribulationes nos oportet introire in Regnum Dei*. Et iterum: *Si non compatimur, non coronabimur, non conregnabimus, & nemo coronabitur, niſi qui legitimè certaverit*: Eja, Monachi noſtri, quid ad hoc dicturi ſumus? Aut (quod & nefas eſt) Scripturam mendacem, aut noſmetipſos fallaces veraciter appellabimus; ſinè via enim tendentibus labor eſt itineris, non profectus. Aut fortè decepti, dicere poterimus (ut ſecundùm miſeriam noſtram loquar) Dominum dixiſſe: Beati, qui induti ſunt cappa, vel qui uſque in horam nonam jejunant? Nequaquam: dixit enim de his, qui falſam Religionem prætendunt: *Veniunt ad vos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces*. De illis autem, qui beati futuri ſunt, ait: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum; beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur; beati, qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum*. Intendamus, qui hæc abhorremus, quibus modis in Scriptura deteſtantur ea, quæ nunc ſequi videmur, ſcriptum namque eſt: *Superbis Deus reſiſtit humilibus autem dat gratiam; & qui detrahit fratri, eradicabitur, & neque maledici Regnum Dei poſſidebunt, & perdes eos, qui loquuntur mendacium; & cecidit accuſator fratrum veſtrorum; & qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio, & væ qui vel ſcandalizaverit unum de puſillis iſtis, qui in me credunt*. Tot enim mortibus digni ſumus, quot his malis exemplis ſcandalizamus. Sed nos, ò dilectiſſimi Fratres, ſuperiorum pauperum, quorum mentionem feci, exempla attendamus, ne in vanum currere videamur. Omni niſu, omni conamine, omni virtute deſudemus, ut ab his, quæ dixi, præcipitiis educti, per iter Sanctorum incedere valeamus. Si enim unum in nobis bonum perfectè adeſſet, tot enumerata mala nequaquam ineſſent. Et quod eſt hoc bonum, niſi mandatum novum? *Mandatum novum*, inquit Dominus, *do vobis, ut vos invicem diligatis; & in hoc cognoſcent omnes, quia mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionem habueritis ad invicem. Qui enim diligit*, ait Apoſtolus, *legem implevit, & plenitudo legis eſt dilectio*. Ego autem dico, quia qui fratrem diligit, nequaquam detrahit, ſed corrigit; qui verò detrahit non diligit. *Qui autem non diligit*, docente Johanne, *manet in morte*. Si, inquam, radix hujus dilectionis eſſet in nobis, omnia virtutum poma matureſcerent; quia verò deeſt, in flore vaneſcunt. Sed quia inducias ad corrigendum hujus temporis à pio Redemtore accepimus, agamus ut in melius proficiamus. Non enim ſufficit patriam, divitias, parentes reliquiſſe, niſi noſmetipſos mortificemus. Diem ergo mortis quotidie attendamus, & in æternum non peccabimus. Paſſiones Domini inſpiciamus, & de præſentibus injuriis non dolebimus; ſicque hujus exilii iter peragamus, ut egredientes de corpore Angelum lucis inveniamus, per quem defenſi ab Accuſatore, illuc pervenia-

(*) Vide Tabulam tertiam figur. I.

Digitized by Google

niamus, ubi Deum juncti cum Angelis sinè fine laudemus, ubi jam nullus erit metus mortis, nullus corruptionis defectus, nulla esuries, nulla sitis, nullus mœror, nullus dolor, nulla amaritudo, nulla tenebrarum caligo, sed dies æterna, dies beata, in qua qui inventi fuerint, luce solis non egebunt, quia ab ipso A Agno illuminati, sicut sol in Regno Patris fulgebunt; ubi semper beati, semper gaudentes, semperque lætantes, semper erunt cum Christo sinè fine regnantes; ubi caritas in singulis regnabit, & Deus omnium in omnibus erit. Qui in Trinitate perfecta vivit, & regnat per omnia secula seculorum. Amen.

Pro-

Digitized by Google

Prologus Petri Presbyteri, & Monachi in Vitam, vel obitum Sanctorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Tasonis.

AUdite famuli Christi, qui audita voce Domini fieri vultis perfecti, vos qui Patriam, Parentes, & mundi substantiam reliquistis, obsequia, honores, & cunctam vanam gloriam pro Christi amore contemsistis, qui in vestra potestate aliquando cum Seculo laborastis, & nunc ad serviendum Deo spontanea voluntate festinatis, & in domo Domini abjecti, hominem super capita vestra imponi voluistis. Hæc quidem cum summo desiderio inchoastis, ut Regnum Dei cum fructu justitiæ acquirere valeatis; sed si, quod cœpistis in sancto proposito decertantes, ad perfectum finem perducere satagitis, si stabiles in Fide, Spe robusti fueritis, si institutæ Sanctæ Regulæ, & Sanctorum Patrum præcepta implere studueritis, si bona, quæ vobis optatis, aliis etiam ipsi feceritis, & dilectionem Dei, & Proximi casto amore exhibueritis, Sanctorum quoque gesta pia fide legeritis: credite, quia æterna præmia sinè fine possidebitis. Obsecro autem vos, carissimi, ut intentis auribus audiatis, qualiter, aut per quos Cœli Dominus hoc Monasterium Beati Vincentii instituere dignatus est. Hæc, quæ dicturus sum, omnia ex ordine retulit mihi Petro Presbytero & Monacho benignissimus Pater Domnus Abbas meus Taso, & ut scriberem præcepit, quatenus perfectæ conversationis exemplum maneat posteris, & per annos singulos à Fratribus eorum memoria digniſſimè celebretur.

Tres fuerunt viri Religiosi, fideles famuli Christi, à Deo vocati, atque electi, nobili ex genere orti, Beneventani Cives, Paldo Venerabilis consobrinus Tasonis, & Tatonis germanorum Fratrum. Hi tres pari devotione, uno in Christo corde firmati, cœperunt quærere beatitudinem paupertatis, ut caduca perfectè respuerent, & perituram renuntiarent gloriam mundi, secretò simul consiliati, ne cujuslibet proximi, sicut solet; impedimentum paterentur parentis, dixerunt, se Romam pergere velle, & Beati Apostolorum Principis Petri precibus se commendare; sed tale inter se confirmaverunt consilium, ut ad Galliarum Provincias exinde occultè transirent, & divisi per singulas Francorum Patrias, omni humano solatio destituti, singuli Regularia Monasteria quærerent, ubi in Dei servitio stabiliter permanerent subjecti, nec quisquam sciret, si fuissent servi, aut ingenui. Tunc occultè pauperibus dispertierunt quod possederunt, & exinde omnia perfectè relinquentes, palàm se diligenter præparantes, ut nobilium virorum mos est, acceptis in obsequio pueris, sedentes equis cœperunt iter, & se Romam dirigentes Spolitinorum Provinciam ingressi sunt. Cùm verò pertransissent Marsis, in via, quæ ducit Sabinis, descenderunt equos, admonuerunt pueros, ut ea, quæ detulerant, cum suis illorum equis Beneventum redeuntes deferrent; dixeruntque eis: *Nos tale votum habemus, ut soli tres nostris pedibus absque solatio aliorum Romam pergere debeamus*. Tunc obsequiales pueri flentes jussa Dominorum suorum complentes, Beneventum regressi sunt. Post hæc relictis pueris, dum iter agerent, obviaverunt pauperibus peregrinis, sibique dixerunt invicem, uno consensu tractantes: *ne fortè aliquis nos agnoscat, aut latrones spoliare possint, ipsi nos exuamus, & ista speciosa vestimenta pauperibus tribuentes, vetusta eorum vestimenta nos induamus*. Sic præsenti mox fecerunt, & sua dantes, illorum scissis tunicis se induerunt, similiter quoque calceamenta pedum, & baculos, quos in suis manibus gestabant, ab eis acceperunt, & voluntariæ paupertati se ex toto tradiderunt. Verè angusta est via, quæ ducit ad vitam, quam isti fideles aggredientes, ita feliciter ceperunt. Verè viros istos Martyres dixerim, qui vanam gloriam Seculi, & honorem ita calcare potuerunt. Deinde cœpto itinere ad Monasterium gloriosæ Dei Genitricis Mariæ Sabinis pervenerunt, in quo Venerabilis Pater Thomas multis Fratribus præerat. Et dum fuissent in hospitium susceptì cum aliis peregrinis, vênit ex more prædictus Abbas Thomas cum Fratribus ad lavandum pedes hospitum. Sanctissimus ille Pater, cujus oculi in contemplationem spiritualem semper erant aperti, cœpit eos cum admiratione diligenter conspicere, videns eorum viliſſima vestimenta, intuens delicata & candida membra, prudenter considerans ait intra semetipsum: putas, qui sunt isti, tam vetusta & rupta vestimenta induti, pulchri facie, & speciosa corporis forma compositi? dissimiles apparent ceteris peregrinis; vellem scire, quid ista talis simulatio sit. Itaque primo manè veniens prædictus Abbas, tulit eos in secretiori loco, & prudentioribus ac suaviſſimis verbis interrogans ait illis: *Obsecro vos, fratres carissimi, dicite mihi, qui estis, unde, quò tenditis iter; vel si aliquis vos afflixit; si quemquam fugitis, aut in culpam aliquam incurristis, vel præjudicium sustinetis. Indubitanter dicite, & ego in quibus valeo, consilium vobis, & adjutorium tribuo*. Tunc illi videntes hominem prudentem, pios intuitus habentem, tulerunt, se paululum in parte, & loquuti sunt inter se: ut quid non omnia huic servo Dei dicimus, ut ampliùs roborati proficiamus, instructi ejus prudenti & Deo acceptabili consilio? Post hæc loquuti sunt ei dicentes: *Obsecramus te, Sancte Pater, per Deum omnipotentem, præbe nobis saluberrimum & spirituale consilium, ne incurramus nostræ devotionis impedimentum, sed habeamus tuæ prudentiæ adjutorium, ut semper suam impleat Dominus voluntatem, & in suo sancto servitio desiderium nostrum. Consilium nostrum, quod usque nunc cunctis celavimus, tibi ut pio Patri pandimus. Sumus enim Beneventanæ Civitatis Cives; vocitamur Paldo, Taso, & Tato; eximus publicè coram parentibus nostris cum pueris, & obsequiis, sedentes equis, ut Romam pergere deberemus; sed postquam Marsis transivimus, pueros admonuimus, quos licèt flen-*

flentes Beneventum reverti præcepimus. Poſt hæc peregrinis obviavimus, quibus veſtimenta noſtra cambiavimus, & exinde laborioſam peregrinationem aſſumentes Romam pergere volumus, indeque ad Francorum Provincias tranſeuntes Monaſteria quærere, & ſub jugo Sanctæ Regulæ vitam finire deſideramus. Hoc audito Venerabilis Pater ait ad eos: *Vos eſtis, qui veraciter Dei gratiam quæritis. Revera cupieram ego ſemper tales habere conſortes. Sciatis tamen, quoniam uſque Romam me comitem habebitis vobiſcum.* Simul ergo hinc ad ſanctam & principalem ſummi Paſtoris ambulaverunt aulam; ibique diutiùs proſtrati ejus ſe precibus commendaverunt. Oratione completa, loquutus eſt eis præfatus ſuaviſſimus Doctor animarum, dicens: *Scio, fratres, quia à Deo electi eſtis, & perfecta eſt intentio veſtra in amore Chriſti; tamen quia regularis diſciplinæ, & Monaſticæ Religionis ordo vobis incognitus, ut Secularibus viris habetur, qui plus videndo, & operando, quàm audiendo, vel legendo poſſet cognoſci, obſecro pro caritate, audite conſilium meum: pariter revertamur Sabinis ad Sanctæ Dei Genitricis Dominæ noſtræ Mariæ Cœnobium, & vos ego, quamquam extra uſum Monaſterii, intrinſecus recipiam, ut ſimul cum fratribus maneatis ſimul in labore ætatis, & ita diſcatis qualiter poſtmodum agere debeatis.* Tunc obedientes conſenſerunt ejus ſuaviſſimis verbis, reverſique ſunt cum eo Sabinis, ubi aliquantis diebus demorati ad bonum propoſitum inſtituebantur.

Interea Pater Taſonis, & Tatonis, exeuntes de Benevento cum cæteris parentibus ſuis, curſu rapidiſſimo Romam petentes, eos anxiè requirebant, quos dum quærerent, audierant eos eſſe Sabinis, pergenteſque illuc invenerunt eos. Tunc ſuppliciter proſtrati obſecrabant Venerabilem Thomam Abbatem, ut ſuos filios illis oſtendere dignaretur. A quibus Venerandus Senior vix impetrare potuit, ut ad eos exirent. At ubi Patres, & Parentes eos viderunt, lacrymabiliter clamare cœperunt dicentes: *Ut quid nos peccatores tamquam mortuos reliquiſtis? Quibus domos, poſſeſſiones, & theſauros noſtros dimiſiſtis? Et nullus affectus, nulla vobis cura Caritatis eſt pro animabus veſtris? Obſecramus vos, & adjuramus per Dominum Omnipotentem, & Jeſum Chriſtum Filium ejus, qui venit in hunc Mundum peccatores ſalvos facere, ne nos deſpiciatis, quia converti volumus, ſicut & vos cœpiſtis. Si autem contemſeritis nos, requirat Deus animas noſtras de manibus veſtris.* Nam Genitor Taſonis, & Tatonis de præſenti Deo teſte converti promiſit: quod & fecit. Denique dum multa inter obſecrantes, & reſpondentes verba fuiſſent, & ipſi famuli Dei, ut promiſerant Gallias pergere feſtinarent, Venerabilis ille, & prudentiſſimus Pater Thomas aperiens os ſuum, Prophetica, ut modò cognoſcimus, voce manifeſtè loquutus eſt, dicens: *Audite verba mea, cariſſimi fratres, & fiducialiter credite, quia per veſtræ actionis exemplum multi cœleſte ingredientur Regnum. Nunc ego, ut vobis oſtendam aptiſſimum locum, ab omnibus Secularibus tumultibus remotum, ſciatis pro certo, quia ibi adimplebit Deus deſideria cordis veſtri, & ibi facietis fructum acceptabilem omnipotenti Deo. Invenietis enim prope caput Vulturni fluminis in ipſius alvei ripa poſitum Oratorium Chriſti Martyris Vincentii. Ex utraque parte condenſa ſilva ferarum habitatio, & latronum latibula; ſed vobis decertantibus faciet illam Deus ſpetioſam, ac fructiferam, & cunctis iter agentibus à latronum inſidiis ſemper ſecuram. Ibi fiducialiter ite, & ſtabiliter permanete: ego ad viſitandos vos veniam, & in quo valeo docebo.* Verè Dei famulus ſicut promiſit, implevit, & eos quoties docuit, & confirmavit. Quid multa? quamquam inviti & coacti conſenſerunt, & obedientes conſilio Sanctiſſimi Patris venerunt, ut tantummodo diximus, ipſi tres in ſpecie Sanctæ Trinitatis, nihil in alimonia corporis præter Viaticum in ſportula portantes, omnique victuali ſtipendio deſtituti. Tunc invenerunt iſtic Oratorium Beati Vincentii, ſicut à Venerabili Patre & Sanctiſſimo fuerant edocti; ſed nullum ubi quieſcerent cellæ tugurium, nulla veſcendi, aut bibendi præter fluminis aquam invenire potuerunt? Oratione in Oratorio facta, diurno curſu completo, pavimento proſtrati ſuppoſuerunt lapides capitibus: talem requiem ſibi habuerunt. Poſt parvo intervallo noctis Vir quidam ignotus vênit ad eos, regiam Oratorii tetigit dicens: *quis eſt hìc?* Exiliens vênit ad eum tacitus Venerabilis Taſo. Cui ille: *audivi, quod hìc peregrini veniſſent: à Paſtoribus meis venio, ſed habeo hìc aliquantulum farinæ, & in utre vinum: accipe, ſi habes, ubi recondas.* Cùmque vaſculum quæreret jam dictus Taſo, invenit cupum aptum jacentem, & collocavit in eo ipſam farinam, deinde in angulo Oratorii invenit parvam botticulam, ubi Presbyter offerendas amulas ſuſcipere ſolebat, quando idem Miſſam ſemel in anno facere veniebat; lavit, & effudit, miſitque in eam vinum; ac deinceps nullus ſcire potuit, quis ille fuiſſet, qui hæc obtulit. Tunc iſti beati pauperes in craſtino ex eo refocillati ſunt, gratias agentes Deo omnipotenti. Poſt hæc ſupportantes invicem, unanimiter promta voluntate, & ſincera mente jugiter ſuſtinuerunt: Nam ſatìs duram & apertam viam in primordiis duxerunt, ciliciis induti, duris laboribus, & jejuniis afflicti. Fortiſſimus quippe Taſo miles Chriſti lorica ferrea die nocteque indutus per annos plurimos, numquam ſpoliavit, numquam balneans, nec capite, aut barba novaculam ducens, nec crines pectinans. Tunc quicumque eorum ſanctam converſationem, & humilitatem, & caritatis affectum viderunt, cum ipſis vivere, & ſuas ſalvare animas cupierunt. Taliter, ut diximus, ſanctus iſte locus, ſanctæque Congregationis Cœnobium, Chriſto adjuvante, per prædictos Dei famulos plantatum, de die in diem florebat: unde & longè latèque bona eorum actio, & laudabilis fama perſonuit, ſanctuſque caritatis fervor Chriſti ſervos ad finem perfectum perduxit. Tanta fuit eorum largitas in paupertate, ut eſurire contenti, pauperes, & peregrinos ſuo labore reficerent; tantus amor caritatis erga Dei famulos, ut vicina, quæ pœne deſtructa fuerant, Monaſteria pro Chriſti amore undique ſublevare, & recuperare ſolerti ſtudio curarent, ſicut & Beati Benedicti Monaſterium in Caſino Caſtro, quod à Longobardis ad nihilum fuerat uſque deſtructum, & à cunctis habitatoribus deſtitutum, divina revelatione admoniti, ipſi jam dicti Patres recuperare, & regere cœperunt, ſuis manibus ibidem laboraverunt, & ſuos Monachos laborare fecerunt. Poſt hæc Venerabilem Virum Petronacem ibidem Abbatem ordi-

ordinaverunt, & cum illo de ſuis Monachis ad habitandum dimiſerunt. Qui etiam Romam pergens à Zacharia Papa confirmatus Librum Regulæ, & libram panis, & eminam vini cum Privilegio Sedis Apoſtolicæ accepit, cunctoſque Lateranenſis Congregotionis Fratres ſecum reduxit. Ex eo quippe tanta inter utroſque caritas eſſe cœpit, ut etiam diebus Sanctæ Quadrageſimæ fervore ſacræ Religionis ſe invicem viſitantes, ad potiora cohortarentur. Sed & in ſequenti tempore ſervos quoſdam, vel poſſeſſiones invicem cambiabant, & juxta beneplacitum utriuſque partis intemerata permanebant. Obeuntibus quoque illius Congregationis Abbatibus, ad electionem ſuccedentium hujus Monaſterii Patres causâ ſanioris conſilii inviare, utpote ſibi vicinos, ſolebant. Ita enim ſua quiſque lucra, vel damna communia eſſe putabant. Quod uſque ad tempora Angellarii Abbatis ipſius Monaſterii fuiſſe, etiam Venerabilium Patrum ejuſdem Monaſterii veridica narrat Hiſtoria.

Verùm, ut dicere cœperam, cùm il'orum ſacræ fama Religionis longè latèque flagraret, ad aures Giſolphi Ducis ipſorum orinio Beneventi à pluribus relata eſt. Dei autem nutu factum eſt, ut prædictus Dux per ſemetipſum cum illorum parentibus ad viſitandum hoc idem Monaſterium, & Dei famulos viſitandos veniſſet, à quibus, ut decebat, honorificè ſuſceptus, cum eis triduo perſeveravit, & illorum vitam ſedulò admodum contemplatus mirabatur. Sequenti die, cùm more ſolito opus Dei finiſſent, Venerabiles Chriſti famuli ad eumdem Ducem pervenerunt; qui mox ut eos vidit, de ſolio ſuo ſe erigens, & obviam illis procedens, honorificè ſalutavit eos, & ſic reſederunt omnes. Tunc ipſe Dux nimis illorum vitam, & Chriſto amicam paupertatem cœpit laudare, & ſuppliciter eos exorare cum ſuis omnibus, ut quæcumque ſibi neceſſaria fuiſſent, ab eo petere dignarentur. At illi, ut fuerant mitiſſimi, & Mundi gloriam pro nihilo ducentes, hoc ſolùm obnixè ab eo petierunt, ut per ſuæ magnificæ poteſtatis præceptum concederet eidem Monaſterio, tam preſentibus Dei ſervis, quàm & ſemper futuris, terras, vel montes adjacentes undique, aut imminentes per fines, quos ipſe decerneret. Eccleſias quoque, quæ longè, latèque ignibus combuſtæ, & à cunctis habitatoribus derelictæ videbantur, ſub juriſdictione Monaſterii conſtitueret, quatenus ab eis reſtauratæ ſibi proficerent ad ſalutem. Quorum petitionibus Dux clementiſſimus libenter annuens, idem Monaſterium pluribus rebus, & poſſeſſionibus dotavit, & de quibus popoſcerant Præceptum faciens, annulo ſuo roboravit. Quod omnipotenti Domino, & ejus Martyri Vincentio, ac prædictis Dei famulis, devotiſſimè cum multis aliis obtulit donariis. Cujus Præcepti textus iſte habetur. (*)

Giſulfus I. Dux Beneventanus Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, paucos ante annos ædificato, diverſas terras largitur, circiter Annum 703.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dom-

A „ nus vir glorioſus Giſolfus Summus Dux gen-
„ tis Langobardorum in Monaſterio Sancti
„ Vincentii Levitæ & Martyris Chriſti, quod
„ venerabiles famuli Chriſti, nobis carnis con-
„ ſanguinitate (1) propinqui, Paldo, Tato,
„ & Taſo, pro Dei amore, patriam, paren-
„ tes, & mundi gloriam relinquentes, nuper
„ ædificare cœperunt in territorio ſacræ noſtræ
„ Civitatis Beneventanæ ſuper Vulturni flumi-
„ nis fontem, terras, & poſſeſſiones per deſi-
„ gnatos fines, primùm de ipſa Zianula quo-
„ modo aſcendit per ipſum Sangrum uſque in
„ montem Malum, & quomodo conjungit
„ cum monte Aze, & revolvente eodem mon-
„ te Aze uſque in fluvium Melſa, ut quemad-
B „ modum decurrit ipſa Melſa uſque ubi con-
„ jungit cum parvo fluvio, qui dicitur Mel-
„ larinus, & ab hinc in verticem montis, qui
„ eſt ſuper Urbem, & mons ipſe appellatur
„ Barbola, & ſuper cilium ejuſdem montis
„ uſque in montem Arcanum, & montem Ma-
„ rahe, montem Caſalem: eoſque videlicet
„ montes extrinſecus circumdantes in ortum
„ uſque Riaginis, qui nominatur Ravenola.
„ Et quemadmodum decurrit ipſa Ravenola
„ uſque in fluvio Vulturno, & quomodo Vul-
„ turnus conjungitur cum fluvio Bantra; &
„ ſicut Bantra conjungitur cum fluvio Forulo,
„ & quomodo Forulus percurrit uſque in
„ Viam antiquam, & inde conjungit cum ri-
„ vio, qui nominatur Zizoli, & inde vadit in
C „ rivio, in quo non ſemper aqua decurrit, &
„ ſic vadit uſque in Zangrum. Præterea in
„ Actu Balvenſe in locum, qui nominatur
„ Quinquemillia, Eccleſia S. Mariæ per fines
„ hìc ſubſcriptos, qualiter vadit fluvius Zan-
„ gro versùm qua parte Raſinus fluvit, &
„ exinde decurrit rivus qui exit de Quinque-
„ millia uſque in petram, ubi fuit antiquitus
„ Caſtellum. Et quomodo tota ipſa Vallis
„ vadit in rivio de Camarda, & ipſe rivus
„ decurrit in fluvio Sangro; Et infra hos fines
„ quæque continentur, cum omnibus Eccleſiis
„ cellis, curtibus, terris, vineis, pratis, pa-
D „ ſcuis, ſilvis, piſcationibus, aquis, rivis
„ molendinis, & omnibus rebus iiſdem perti-
„ nentibus. Eccleſiam quoque Sanctæ Dei
„ Genitricis, & Virginis Mariæ juxta fluvium
„ Trivium, quæ incendio combuſta, & à
„ cunctis habitatoribus derelicta eſſe videtur.
„ Et Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ vocatur
„ in duas Baſilicas, quæ eſt juxta Sangri flu-
„ vii alveo ſita, ubi ab antiquo tempore nul-
„ la habitatio hominum fuiſſe memoratur,
„ ſed tantùm ſilva publica. Monaſterium ni-
„ hilominus Beati Petri Apoſtoli juxta no-
„ ſtram Beneventanam Civitatem, quod eſt
„ Sanctimonialium, quod Domna Theodera-
„ da avia noſtra conſtituit juxta fluvium Sab-
„ bati; Monaſterium quoque S. Mariæ in
„ loco Sano. Has prædictas Eccleſias & Mo-
E „ naſteria cum omnibus pertinentibus terris,
„ Cellis, hominibus, vel omnibus, quæ dici
„ vel nominari poſſunt, & quæ nunc poſſidere
„ videntur, vel in futurum poſſidere contige-
„ rit, eidem Venerabili Monaſterio, & præ-
„ dictis Chriſti famuli præſentibus, omnibuſ-
„ que futuris poſt eos, perpetuis donamus &
„ concedimus temporibus. Denique ex inter-
ven-

(*) Vide Tabulam tertiam figur. II. pag. 343.

(1) Antiquiſſimæ iſtæ Chartæ quæcumque à Chronographo noſtro producuntur, aut aperta falſitate laborant, aut certè ſuppoſitionis ſuſpicionem relinquunt. Mihi ſuſpecta eſt *conſanguinitatis* iſtius mentio, ut alia omittam. Nos illi gratias habemus, quòd tot alia germana Diplomata, legitimaſque Chartas nobis ſervavit. Habeamus etiam, quòd veterum Seculorum impoſturas ad eruditionem noſtram perire non ſiverit.

Digitized by Google

„ ventu fidelium noſtrorum pro remedio ani-
„ mæ noſtræ, & noſtrorum ſtabilitate loco-
„ rum, pro ſtipendio ſervorum Dei, concedi-
„ mus etiam inclitum Waldum, quem habe-
„ mus in partes Liburiæ, loco qui dicitur
„ Pantanu, per hos fines: Prima parte eſt
„ Via antiqua, quæ de Ducenta venit, &
„ ſicut deſcendit Via ipſa, & intrat in ipſum
„ Pantanum, & ſilvam, & paludem conjun-
„ ctam Lanco. A ſecunda parte Via nihilo-
„ minus antiqua, quæ dicitur Vicana. A ter-
„ tia verò iterum uſque ad Viam, quæ eſt
„ antiqua, cum ipſa piſcina: & quomodo de-
„ currit ipſa Via, terras, & Waldum, &
„ terram quæ dicitur de Tortora, & terras
„ aliorum hominum qui ibi affines ſunt, &
„ ſicut incipit ſuper ipſam piſcinam, & qua-
„ liter revolvit circa ipſam terram de eodem
„ Waldo: & jam dictam terram, quæ dicitur
„ de Tortora, & vadit ad ipſum Pantanum,
„ & qualiter exit ſuper ipſum Pantanum &
„ ſilvam, & Paludem, uſque in ipſum Frigi-
„ dum. A quarta parte autem uſque in jam
„ dictum Frigidum & prædictum Lancum
„ cum omnibus intro habentibus, ſubter vel
„ ſuper, quæ dici vel nominari poſſunt. Ut
„ autem hec omnia, quæ ſupra diximus, ſub
„ jure hujus Sacri Monaſterii, & veſtra ve-
„ ſtrorumque ſucceſſorum poteſtate perpetuis
„ maneant temporibus, neque aliquam ab ali-
„ qua perſona ſuſtineant quæſtionem, firmiter
„ ſtatuimus, & confirmamus.

Poſt roboratum igitur & confirmatum ſuæ donationis præceptum ipſe jamdictus glorioſus Dux gratiarum Domino referens actiones Sanctorum Patrum, & omnium Patrum nimiùmque cum ſuis omnibus ſe commendans orationibus, gaudens, & exultans Beneventum reverſus eſt.

In tantùm autem Omnipotens Deus illos magnificavit, ut undique fama illorum ſanctitatis excreſcens perveniret ad aures piiſſimi Imperatoris Caroli. Scilicet, qualiter patriam, parentes, & mundi gloriam relinquentes, locum hunc pro Dei Omnipotentis amore petierunt, & quomodo pro multarum ſalute animarum hoc Cœnobium ædificare cœperunt. Sed Imperator ſcire certiùs cupiens, utrum hæc illorum fama vera eſſet, utpote qui bellorum triumphis glorioſus, & Divinæ Religionis exequutor ferventiſſimus, Chriſti quoque ſervis his temporibus amiciſſimus erat adjutor, Apociſarium ſuum ſibi admodum cariſſimum illuc dirigere curavit, quem cuncta ſagaciter perſcrutari præcepit, & ſibi ociùs veritatem aſſertionis deferre. Veniens autem præfatus Apocriſarius, in Monaſterio à ſuis Patribus cum omni ſolatio humanitatis ſtudiosè ſuſceptus eſt. Dicenſque ſe tantùm gratiâ orationis veniſſe, ſe ſuique adventus cauſam Dei ſervis omnino celabat. Per continuos ergo ſeptem dies cum eis in Monaſterio demoratus, diligenti ſtudio diu noctuque illorum converſationem contemplatur: admirans eos quotidie uſque ad veſperum jejunantes, nihilque in alimento quotidiani victus præter panem, & legumina, & parum aquæ ſumentes, multos quoque ex eis biduanas & triduanas agentes, ac toto diei ſpatio operi manuum inſiſtentes, noctes verò in vigiliis, & orationibus perpetes agentes, & Deo in orationibus centies genua flectentes. Si verò parum obſonii jure naturæ ſolvere cogerentur, humi quieſcentes ciliciis tantùm pro indumento utentes. Hæc omnia cùm videret prædictus Apocriſarius, nimis illorum converſationem admiratus, tandem illorum pedibus proſtratus, & multùm ſe omnium commendans orationibus, gaudens & exultans ad Dominum ſuum Auguſtum reverſus eſt. Quem ut vidit Imperator, gaudio geſtiens magno, diligenter eum ſciſcitatus eſt, an vera eſſent quæ de Dei ſervis ad eumdem fama detulerat. Cui ille: Noverit, Domine meus, veſtra certiſſimè Imperialis ſublimitas, non ſolùm quæ vobis olim delata ſunt in Dei ſervis, ſed Monaſterio altiora Religionis exercitia eminere. Nec unquam meminiſſe ſcias, vel in Francorum provinciis, vel Italici Regni ambitu clariores hujus Ordinis reperiri poſſe viros. Cùmque omnia hæc piiſſimus Imperator audiſſet, Omnipotenti Domino gratias referens, pios omnes exhortari cœpit, ut pro Dei amore, & Dei Martyris Vincentii obſequii devotione Chriſti famulos viſitare, & locum hunc conſpicere deberent, quod factum eſt.

Properante autem Imperatore ad Monaſterium cum univerſis Magnatibus ſuis, cum valida multitudine nobilium Francorum, Sanctiſſimi Patris cum Sacro Collegio Monachorum eunt obviam cum cereis, lampadibus, & univerſis thimiamatibus, atque cum magna animi exultatione illos in Eccleſiam uſque deducunt. Mox ergo Imperator ante Crucem proſtratus, diutiùs oravit. Inde ſurgens, ſanctorum veſtigiis Patrum advolvitur, & illorum pedes Regiam dignitatem parvipendens cum multis lacrymis ſæpiſſimè exoſculans, orat ut pro ſe Dominum precarentur. A quibus oratione percepta cum magna reverentia elevatur, oſculatis omnibus, poſtquam eum diligentiſſimè de Dei ſervitio, & de diligenda juſtitia, de defenſione Eccleſiarum, & jure ſacrorum admonuerunt, ſimul cum eo deambulantes omnia Monaſterii ædificia circumierunt. Obſecrantibus autem Sanctis Patribus Imperatorem, ut vel una die apud eos demoraretur, libentiſſimè annuit impetratis, & ibidem ut Sancti Patres voluerunt, cum eis demoratus eſt. Poſt acceptam verò refectionem, prædictus Imperator famulos Chriſti ad ſe venire rogat. Quos ut vidit, de ſolio ſuo ſe erigens, & obviam eis procedens, honorificè ſalutavit eos, & reſalutatus ab eis per manus illos apprehendens, juxta ſe rogat ſedere. Quibus recedentibus, cœpit Imperator illorum nimis laudabilem attollere converſationem, aſpiciens habitus, gloriæ ſecularis contemptum, ciborum parſimoniam, & Divinis laudibus jugem perſeverantiam, & iterum de ſolio ſuo erigens ſe. Aſſerebat enim ſe neque in Francorum provincia, neque in aliis terrarum partibus conſtitutis Monaſteriis, aut audiſſe, aut vidiſſe tunc temporis tantæ Religionis viros. Idcircò ſe obnixè petere, ut ab ipſius Imperiali munificentia aliquid accipere dignarentur, pro ſua ſuorumque incolumitate, pro Regni ſtabilitate, & futuræ vitæ mercedis augmento. Idipſum autem univerſi Comites cum Magnatibus, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, & univerſis illorum veſtigiis proſtrati, ajebant Principibus; & inquit Imperator; Juſtum eſt, ut à noſtra Excellentia tam religioſi, & probabilis vitæ Patres ditiora, & ampliora dona accipiant, & locus iſte ab Imperiali potentia ſublimetur: quatenus nos & noſtri hæredes, cunctique noſtri fideles, ſuffragante Beatiſſimo

Le-

Digitized by Google

Levita & Martyre Vincentio, & intercedentibus iſtis præſentibus, atque futuris Dei ſervis, mereamur accipere à piiſſimo Domino veniam & indulgentiam omnium peccatorum noſtrorum. Tantis precibus Sancti Dei famuli compulſi, non tam ſuæ commoditati, quàm futuræ aliorum neceſſitati conſulentes hoc ſibi ſolùm ſufficere tunc poſſe dixerunt, ſi ea quæ jam ſibi ab aliquibus fidelibus collata, vel clariſſimi Ducis Giſulfi, vel aliorum Ducum Præceptis erant firmata, ſua etiam Imperiali dextera fierent roborata, atque ſub ipſius tuitionis munburdum omni tempore pacata & quieta valerent perſiſtere. Tunc Clementiſſimus Imperator horum petitionibus libentiſſimè annuit. Et convocato ad ſe Archicancellario ſuo, præcepit Imperiale ſcribi Præceptum, ſecundùm quod Dei famuli voluiſſent. Et hoc eſt Præceptum, quod ab Imperiali manu acceperunt. (*)

Caroli Magni Francorum, & Langobardorum Regis diploma, quo omnia jura & bona confirmat Vulturnenſi Cœnobio Sancti Vincentii circiter annum DCCLXXIV.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti. Carolus gratia Dei
„ Rex Francorum & Langobardorum, ac
„ Patricius Romanorum. Cùm conſtet nos
„ à ſummo, vivo, & vero Deo, in ſeculo
„ iſto mortales eſſe creatos, & ejus divinæ
„ miſeratione pietatis tam Regni apicem,
„ quàm inimicorum victoriam nobis datam
„ credamus: jure ille nos ſemper ſubditos
„ eſſe oportet, & ejus Eccleſiis digna cum
„ reverentia honorem impendere, ac ea quæ
„ ſunt neceſſaria noſtro obſequio exhibere
„ debemus. Quod nos, ut poſſumus, ſalubriter agentes, cùm ad Beati Petri corpus Romæ divinâ gratiâ de Francorum Provincia
„ veniſſemus, comperta opinione eximiæ Religionis Cœnobii Chriſti Martyris Vincentii, quod à Sanctis viris Paldone, Tatone,
„ & Taſone in Samnii provincia ſuper Vulturnum fluvium ædificatum fuerat, devotè
„ illuc pergere noſtrorum fidelium conſilio
„ curavimus. A quibus gratiſſimè ſuſcepti,
„ eorum nos orationibus commendantes, cùm
„ eos obnixè peteremus, ut ſibi aliquod competens beneficium à noſtra Imperiali magnificentia expetere dignarentur, jamdicti
„ venerabiles Chriſti ſervi noſtram exoraverunt clementiam, ut illorum prædia, &
„ poteſtates, ſeu Eccleſias per diverſos fines
„ Regni Italici ſibi ſubjectas, præcepta quoque Regum Langobardorum, & Ducum,
„ ſeu quorumlibet aliorum oblationes virorum, ac Deo devotorum, eidem Cœnobio
„ Chriſti Martyris Vincentii confirmaremus.
„ Quorum dignis petitionibus annuentes, pro
„ Dei amore, & animæ noſtræ remedio, noſtri quoque Regni ſtabilitate, ac noſtra,
„ noſtrorumque fidelium incolumitate, per
„ hoc noſtræ confirmationis, confirmamus,
„ concedimus, & penitùs corroboramus, in
„ præfato Cœnobio terram cultam & incultam, declarantes nominativè ipſas hereditates per hos fines. De ipſa Zitula quomodo aſcendit per fluvium Sangrum, uſque in
„ Montem-Malum, & quomodo conjungit cum
„ monte Aze, & revoluente eodem monte
„ Aze uſque in fluvio Melſa, & quemadmodum decurrit ipſa Melſa uſque ubi conjungitur cum parvo fluvio, qui dicitur Melſarinus, & abhinc in verticem montis, qui
„ ſuper urbem eſt, & mons ipſe appellatur
„ Barbola, & ſupercilium ejuſdem montis
„ uſque in montem Ananum, & Montem-
„ Marthæ, montemque Caſale, eoſque videlicet montes extrinſecus circumdantes in
„ ortum uſque riaginem, quæ nominatur
„ Ravennola, & quemadmodum decurrit ipſa
„ Ravennola uſque in fluvium Bantram, &
„ ſicut Bantra conjungit cum fluvio Farolo,
„ & quomodo Farolus percurrit uſque in
„ viam antiquam, & inde conjungit cum
„ rivo vicino, qui nominatur Gizoli, & inde
„ vadit in rivo, in quo non ſemper aqua de-
„ currit, & ſic vadit uſque in Sangrum.
„ Præterea in acta Baluenſe, in locum, qui
„ nominatur Quinque millia, Eccleſiam San-
„ ctæ Mariæ per fines ſic ſubſcriptos: Quali-
„ ter vadit fluvius Sangro versùm qua parte
„ Raſinus fluvius, & exindè decurrit rivus,
„ qui exit de quinque millia uſque in Petra,
„ ubi fuit antiquitus caſtellum, & quomodo
„ tota ipſa vallis vadit in rivo de Camarda,
„ & ipſe rivus decurrit in fluvio Sangro, &
„ & infra hos fines quæcumque continentur,
„ cum omnibus Eccleſiis, Cellis, curtibus
„ terris, vineis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcationibus, aquis, rivis, molendinis, caſtellis, villis, & omnibus rebus inde uſque
„ pertinentibus. Eccleſiam quoque Sanctæ
„ Mariæ, quæ dicitur In-duas-Baſilicas, juxta
„ Sangri fluvium ſita, & aliam Eccleſiam S.
„ Mariæ, quæ ſimiliter dicitur In-duas-Baſilicas, in territorio Pinnenſe. Eccleſiam S.
„ Mariæ in Canneto. Eccleſiam S. Mariæ in
„ Palenæ. Monaſterium S. Petri juxta Beneventanam civitatem, juxta fluvium Sublaci,
„ cum omnibus territoriis & pertinentiis.
„ Eccleſiam S. Mariæ in Loco-ſano, cum omnibus ſuis pertinentiis. Eccleſiam S. Vincentii in Tocco, cum omnibus rebus & familiis ſuis pertinentibus. Eccleſiam S. Soſii
„ in Liburias, cum inclito waldo, quem obtulit Dominus Giſolfus Dux. Omnia ad
„ jamdictum Cœnobium ſubjecimus in integrum, ad habendum, & poſſidendum, tam
„ per hoc noſtrum Imperiale Præceptum,
„ quàm & aliis rationibus. Præcipientes inſuper jubemus, ut nullus Rex, Dux, Princeps, Marchio, Comes, Vicecomes, Caſtaldeus, Sculdais, vel aliquis Reipublicæ
„ exactor, Abbatem, vel Monachos de præfato Monaſterio, de Cellis, prædiis, vel
„ aliquibus rebus inquietare, diſveſtire, aut
„ per placita ſecularia ducere præſumant.
„ Sancimus inſuper, & noſtra Imperiali inſtitutione corroboramus, ut ſi aliquo tempore orta fuerit contentio inter Abbatem, vel
„ Advocatum ſuum, ſeu de ſervis, vel aliqua
„ cauſa, inter vicinum ſuum, ſeu qualemcumque hominem; liceat eis ſe defendere
„ per Scariones ejuſdem Monaſterii, ſicuti
„ antiquitus conſuetudo fuit. Nec audeat aliquis ipſos Abbates vel Monachos ad ſacramentum invitare, quia contra Divinam
„ auctoritatem, & contra Regulam eſt. Præcipimus præterea præfatum Monaſterium
„ cum omnibus Monaſteriis, villis, terris,
„ re-

(*) Vide ſupra Tabulam tertiam figur. III. pag. 343.

Digitized by Google

„ rebus quoque, ac familiis ibidem reſpicien-
„ tibus, ac Monachis ibidem Deo famulan-
„ tibus, ſub noſtrum tuitionis munburdum
„ omni tempore permanere. Quòd ſi quiſ-
„ quam contra hanc noſtram confirmatio-
„ nem, & conceſſionem inſurgere, vel mole-
„ ſtias inferre tentaverit, ſciat ſe compoſitu-
„ rum auri puriſſimi libras mille, medieta-
„ tem Cameræ noſtræ, & medietatem præfa-
„ to Monaſterio. Actum anno Incarnationis
„ Dominicæ DCCXV. (1) Indictione XIV.
„ Signum Jacob.... ad vicem Radonis. Data
„ VIII. Kal. Junii.

Inito autem Præcepto, vel corroborato, ipſe piiſſimus Imperator illud propriis manibus ſuis ſuper Altare Beatiſſimi Vincentii cum multis aliis donis poſuit, & ter ſe Sanctorum Patrum pedibus, & ceterorum Fratrum advolvens, multùm ſe illorum orationibus commendavit. Sicque lætus & exultans, & Deo gratias agens, cum ſuis omnibus ad propria reverſus eſt. Spondens Deo, & ejus Martyri Vincentio omni anno in ipſo ſacro Monaſterio plurima ſe dirigere dona.

Dixi pauca de plurimis, quæ Sanctiſſimi operati ſunt Patres, qui tam laudabile converſationis exemplum reliquerunt ſucceſſoribus ſuis. Beatiſſimus Pater Paldo primus Abbas in Chriſti nomine cum magna fiducia, quoties locutus eſt Fratribus, dicebat: *Credite, Fratres, quia qui in iſtius Sanctæ Congregationis Monaſterio juxta Regulæ inſtituta perſeverando uſque in finem perſeveraverit, & ſic vitam finierit, anima ejus ſinè tribulatione ſempiterna gaudia poſſidebit. Et ſciatis, quia hoc Sanctæ Congregationis Monaſterium uſque in finem Seculi ad ſalvandas animas adjuvante Domino perſeverabit.* Hos autem, Fratres, cum fide, ſpe, & caritate, cum obedientia, & humilitate imitemur Sanctiſſimos Patres noſtros Chriſtifideles, & noſtros Doctores, qui unanimiter pro inæſtimabili gaudio æternæ promiſſionis uſque in finem certantes viriliter ſuſtinuerunt labores. Quos ſequentes in æternæ Beatitudinis lætitia de illorum conſortio gaudere mereamur, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Qualiter Conſtantinus Imperator Primus conſtruxit hìc Eccleſiam.

ANno Dominicæ Incarnationis Septingenteſimo tertio, Indictione XV. reſidente in Sede Apoſtolica Sancto Papa Siſinnio, apud Conſtantinopolim imperante Juſtiniano, in Francia Pipino..... Regnum agente, apud Ticinum Aripert Longobardorum Rege, apud Beneventum Giſolfo ſummo Duce, Sanctus & Venerabilis noſter Pater Paldo, hujus loci primus Abbas, unà cum caris & æquè ſanctiſſimis Fratribus, Taſone, & Tatone, poſtquam in ſancta converſatione diu decertantes, in locum habitationis antiquæ ſuper fontem fluminis ad mille paſſus, ubi Vulturnus oritur, parvam ſolùm Eccleſiam, quam invenerunt, amplioribus ædificiis augentes, Monaſterium, in honore Beatiſſimi Levitæ & Martyris Vincentii ſtatuiſſent (*), & poſt odorem unguentorum Chriſti currentes, & jam aliis bonus odor Chriſti ad vitam, eſſe cœpiſſent, facta eſt eis non parva Congregatio Fratrum in amore Chriſti ferventium, quorum ſacra converſatio longè latèque maneret. Quibus Sanctus Paldo primus cœpit eſſe Paſtor & Abbas, quod eſt Pater. Sed qualiter hic locus antiquæ habitationis fuerit, vel à quibus præfata Eccleſia in primis ædificata, ſicut à fidelibus viris, & religioſis Patribus didici, narro. Imperator (2) Conſtantinus Chriſtianæ Religionis ferventiſſimus amator, cùm Romæ à Beato Papa Silveſtro baptizatus, & ob indicia ſuæ Fidei, ut Romanum Populum ab Idolorum cultura penitùs poſſet avertere, plurima templa Dæmonum, ipſum quoque inſigne Capitolium deſtruxit, pluresque pro his Chriſti Eccleſias conſtruxiſſet Romæ, ſcilicet Baſilicam Sanctorum Apoſtolorum, Domini Salvatoris, Levitæ Laurentii, Virginis Agnetis, Marcellini, & Petri, Sanctam Hieruſalem juxta Portam Romanam, Beati Johannis Baptiſtæ, & Sanctorum Apoſtolorum, in Civitate Albanenſe Eccleſiam unam Sancti Johannis, in Civitate Neapoli Eccleſiam Sancti Salvatoris miræ pulchritudinis, in Civitate Capuana Eccleſiam in honore Apoſtolorum, quæ dicitur Conſtantiniana, & Stephani Protomartyris, omnemque mundani Imperii gloriam Chriſti Eccleſiæ Pontificibus, atque miniſtris contuliſſet, perpetuaque lege decreviſſet, ut ubi Religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, non eſſet juſtum, ut illic Imperator terrenus poteſtatem haberet; Romani Imperii arce derelicta, Conſtantinopolim cum valida multitudine, ut ſibi fuerat divinitus revelatum, ipſe feſtinabat. Ob imminentem ergo nimìs aëris ardorem Appennino itinere deductus, cùm juxta fluenta Vulturni fluvii accubuiſſet, tam viſentia amœna, quàm aquæ lucidæ fluentis abundantia valde delectatus Auguſtus, poſt copioſam refectionem dulcis illi ſomnus acceſſit. Et ecce adſunt ei in viſione Viri tres veluti quidam magni Cœlicolæ, qui ſuis laudibus demulcebant animum ſuum. Cùmque ille reverendis luminibus illos intendens, videret Levitica ſtola fulgentes, & vellet inquirere, quinam ii eſſent, qui tam ſibi grata ſolamina ferrent, medius illorum, qui videbatur valde ſibi ore facundus, & qui Romana Lingua notior, ac vicinior videretur, inquit ad

(1) Palmaris Amanuenſium error, niſi fuerit in ipſo diplomate mendum. Carolus enim neo quidem anno natus erat. Quòd ſi ad ejus tempora chartam deducas, adhuc minimè inter ſe concordes ſunt Chronici characteres. Indict. XIV. ſignat an. Chriſti DCCLXXVI. aut DCCXCI. quibus nondum Carolus Imperiali corona & nomine donatus fuerat. Alteruter ergo ex his annis reſtituendus foret. Verùm Carolus, ſi Annales antiquos conſulimus, neutro ex iis annis Beneventanam regionem ingreſſus eſt. An de legitimitate fœtus hujus ſit dubitandum alii viderint. *Jacob* Notarius *ad vicem Radonis* in aliis Caroli diplomatis ſubſcripſiſſe invenitur.

(*) Vide Tabulam tertiam figur. IV. pag. 343.

(2) Narrationem iſtam de ædificata per Conſtantinum Magnum Eccleſia Sancti Vincentii, Johannes Hiſtoricus noſter ſe accepiſſe tradit *à fidelibus viris, & religioſis Patribus*. Scribebat ille, ut in Præfatione jam monui, circiter Annum 1120. Non ergo ſatìs idonei teſtes erant religioſi illi viri in re tantæ antiquitatis. Et ſanè fabulam ſapit tota hæc narratio. Sed ita comparati ſumus, ut illuſtrium Familiarum, Locorum, & Urbium originem facilè amplificemus, & quando Hiſtoria deeſt, Poëticas fictiones deſideriis aut noſtris, aut alienis accommodemus.

Digitized by Google

ad eum : *Devotione fidei tuæ, amiciſſime Auguſte, admodum congaudentes, de juſti corona præmii, quæ tibi præparata eſt, nimiùm conlætamur, & ideo nunc venimus bonæ ſpei gaudia ferre. Si quidem noſtra nomina addiſcere vis, primus è nobis, qui velut quidam ſignifer tibi videtur, eſt Stephanus, qui à Judæis olim Hieroſolimis lapidatus, & Capuæ Templum à te meruit habere ædificatum. Tempore verò Xiſti Pontificis Romanæ Sedis functionem habui Archidiaconatus. Ego enim ſum Laurentius, cui Templum Romæ pulchro fabricaſti decore. Porrò hic tertius juvenili renitens flore, apud Cæſar-Auguſtam ſimili Archidiaconatus pollens honore, Vincentius eſt Martyr, cujus forſan olim didiciſti & nomen. Si ergo nobis par eſt meritum in agone, par in certamine, par in labore, cur tibi diſpar in devotione eſt ardor? Confeſtim ſurgens de viſione, locum perſpicito haud procul aptum ab ortu fluminis ad mille paſſus, quo ſtatim munere cœleſti fretus, illi Templum conſtrue aptum. Recompenſatio certa laboris tibi reddetur jure à nobis, te ſæpe de inimicis victoriam capere juvantibus, & ad cœleſtis Regni gloriam, poſt hujus terreni Imperii ſublimitatem ferentibus; erit quippe, adjuvante gratia Chriſti, multarum hic locus ſalvatio animarum.* Alacer ergo de viſione ſurgens Auguſtus, mox perfecit quod fuerat juſſus; indeque Adriatico mare tranſito Conſtantinopolim perrexit. Denique, ut ſuperiùs in vita Sanctorum Patrum præmiſſum eſt, ſummus Dux Longobardorum Giſolfus, cum aliis nobiliſſimis Longobardis illorumque parentibus, tam dilectionis affectu, quàm veneratione bonæ famæ promoti, Civitate Beneventana egreſſi, Cœnobium Chriſti Martyris Vincentii petierunt, ubi alacriter ab eis ſuſcepti, poſtquam Dux ipſe donis, & poſſeſſionibus per Præceptum ſuæ confirmationis illos honoravit, plurimi ex eis ſanctæ converſationis habitum ſuſcipientes, in eodem Sancto Monaſterio uſque in finem vitæ permanſerunt, & ex propriis rebus, vel poſſeſſionibus quæque erant neceſſaria larga manu tribuerunt.

Ab Aiſtulfo quoque Longobardorum Rege, tunc temporis eidem Monaſterio præfatus Dux Præceptum obtinuit, ut tam Regalis, quàm Ducalis authoritas eis in omnibus ſuffragaretur. Quod videlicet Præceptum poſtea à Chriſtianiſſimis Imperatoribus Carolo, & Ludovico perpetuo jure confirmatum eſt. (*) Eſt autem ejus hujuſmodi textus.

Aiſtulphi Langobardorum Regis Diploma, quo jura & bona confirmat Monaſterio Sancti Vincentii, ejuſque Abbati Paldoni circiter Annum DCCL.

„ IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinitatis. Aiſtulfus (1) ſummus Rex Langobardorum, deprecatione eximii Ducis noſtræ Langobardorum gentis Giſolfi, concedimus, & confirmamus in venerabili Monaſterio Sancti Vincentii Martyris, ubi venerabilis famulus Chriſti Paldo Abbas regimen tenere videtur in territorio Beneventano, ſuper fontem Vulturni fluminis, quæ cumque idem Giſolfus Dux conceſſit in Beneventanæ Provinciæ, vel regionis, adjacentium terrarum, vel montium, ſeu in aliis Italici Regni partibus, Eccleſiis, cellis, villis, caſtellis, vel terris, ſicut in præcepto ſupradicti Ducis continentur, ut hæc firmiter, & abſque ullius contradictione in integrum poſſideant jure perpetuo. Nec quiſquam præfati Monaſterii Abbatem, vel Monachum præſumat de rebus conceſſis inquietare, diſveſtire, aut per placita ſecularia ducere, neque ad ſacramentum invitare; ſed ſi aliquando orta fuerit contentio inter Abbatem, vel Advocatum ſuum de ſervis, vel aliqua cauſa inter vicinum ſuum, ſeu qualemcumque hominem, liceat eis ſe defendere per Scariones ejuſdem Monaſterii. Præcipimus præterea præfatum Monaſterium ſub noſtræ tuitionis defenſione, cum omnibus rebus & familiis ibidem reſpicientibus, ac Monachis ibidem Deo famulantibus permanendum omni tempore. Contra noſtrum autem Regale Præceptum venientibus pœnam auri puriſſimi librarum mille imponimus.

DE MONASTERIO S. BENEDICTI, QUOD RESTAURATUM EST AB EIS.

DIvina quoque revelatione compulſi venerabiles Patres, ut Monaſterium B. Benedicti apud Caſinum Caſtrum conſtitutum, quod à Langobardis fuerat deſtructum, ut Beatus ſcribit Papa Gregorius, ſuo ſtudio & labore reædificarent, ſuoſque Monachos ibi facerent habitare, qui ſanctæ ſervitutis officia Chriſto perſolverent ad ejuſdem Confeſſoris corpus, quod quidem Sancti Patres vigilanti ſtudio perfecerunt. Tunc quoque temporis Zacharias Papa cùm audiſſet quod Chriſti famuli egerant, deferente ſibi viro venerabili Petronace, qui de Brixia adveniens orationis gratia idem Monaſterium aſcendens, ea, quæ Dei ſervi egerant, viderat, & cùm Hieroſolimas pergere vellet, ab eorum monitis & precibus detentus fuerat, dicentibus, meliùs poſſe illum in reſtauratione tanti Cœnobii, ſuoque amicabili conſortio ſalutem animæ invenire: inſpiratus à Deo & ipſe, præfati Monaſterii Fratres, qui juxta Lateranenſe Palatium ſuæ Congregationis locum à Pontificibus obtinuerant, cum Regula, & panis libra, quam Sanctus Pater Benedictus conſtituerat, dato quoque Sedis Apoſtolicæ Privilegio ad Caſinenſe remittit Cœnobium, ubi tam illi, quàm iſti ex iſtorum ſumtibus quæque neceſſaria erant, accipiebat. Quibus idem Petronax electione iſtorum Sanctorum Patrum conſtitutus eſt Abbas. Hoc tempore idem Petronax Beati Fauſtini Martyris brachium illuc ſecum detulerat. Scribit Paulus Diaconus ita de hoc Petronace, quòd *ductus divino amore Romam venit, & hortatu Gregorii Apoſtolicæ Sedis Papæ Secundi Caſinum Caſtrum petiit, atque cùm ad ſacrum corpus Beati Patris Benedicti perveniſſet, ibi cum aliquibus ſimplicibus viris, jam antea ibidem reſidentibus habitare*

(*) Vide Tabulam tertiam figur. V. pag. 349.

(1) Langobardorum Regum Cancellariam nihil olet hoc Diploma. Quæ verò privilegia ac immunitates Vulturnenſi Cœnobio heic conceduntur, ad poſteriora tempora ſunt referenda. Præterea quod falſitatem omnino prodit, *Paldoni Abbati* Diploma conceſſum dicitur ab Aiſtulpho. Verùm Anno tantùm 750. Aiſtulphus regnare cœpit; Paldo autem, teſte Autberto Abbate, Anno 720. è vivis creptus eſt.

Digitized by Google

bitare cœpit. Qui eumdem virum venerabilem Petronacem ſibi Abbatem ſtatuerunt, cui inſequenti tempore Zacharias Papa adjutorium contulit, Libros Sacræ Scripturæ, & Regulam, quam Beatus Pater Benedictus manu ſua deſcripſerat. Statimque infert, *quia hoc Monaſterium præcipui Martyris Vincentii, juxta Vulturnum fluvium ſitum, magna Congregatione refulgens à tribus nobilibus fratribus, Paldone, Tatone, Taſone, jam tum ædificatum erat.* Addit quoque, quòd hoc ipſum *vir eruditiſſimus Authpertus ejuſdem Monaſterii Abbas in volumine deſcripſerit*; Tantà denique & tunc inter utriuſque Congregationis Patres caritas eſſe cœpit, ut & per annos ſingulos diebus Sanctæ Quadrageſimæ fervore præcipuæ Religionis, & iſti illos, & illi iſtos invicem ſe viſitarent.

Sanctus autem primus PALDO hujus loci Abbas, poſt diuturnam hujus vitæ decertationem conſummatis operibus ſanctis in requiem Chriſti aſſumtus, obiit quinto Idus Octobris, poſtquam in loco ſacri regiminis decem & ſeptem expleverat annos. Ab ædificatione verò hujus ſacri Monaſterii Chriſti Martyris Vincentii jam agebatur annus trigeſimusquintus.

Sanctus TATO hujus loci ſecundus Abbas ovilis Chriſti poſt Sanctum Paldonem ſuſcepit regimina ſacra. Qui quidem minor annis, ſed in ſancto propoſito ardentior exſtitit cunctis. Hic Præceptum obtinuit à Domno Arichis Longobardorum gentis celeberrimo Principe confirmationis de terris & montibus, uno ſe tenente, quomodo exfinant ſe cum fluvio Vulturno, & Rivio, qui vocatur Canſa, & aliis terris & montibus ſubſcriptis ſecundùm Præceptum Domni Giſolphi Ducis. Eſt autem hujuſmodi.

Donatio & confirmatio jurium & prædiorum Monaſterii Vulturnenſis facta ab Arichiſo Principe Beneventano Tatoni Abbati circiter Annum....

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Dom-
„ nus & glorioſiſſimus Arichis (1) Dei pro-
„ videntia Longobardorum gentis Princeps
„ in Monaſterio Sancti Vincentii, quod ſitum
„ eſt in finibus Samniæ juxta Vulturno flumi-
„ ne, ubi Venerabilis vir Tato Abbas præeſ-
„ ſe videtur; terris cum montibus, uno ſe-
„ tenente, quomodo exfinant ſe cum fluvio
„ Vulturno, & Rivio, qui vocatur Canſa,
„ & terris & montibus, qui ſunt conjuncti
„ cum terris & montibus, quæ Domnus vir
„ glorioſiſſimus Giſolfus ſummus Dux per Præ-
„ ceptum conceſſum habet in præfato Mona-
„ ſterio. In primis montem, qui nominatur
„ Tauri, & Montem-Pagani, Montem-Caballum, Montem-Caſale, & Montem-Malum,
„ ſicut aquæ decurrunt, & Vallem, ubi Ec-
„ cleſia noſtra Sancti Eleuterii conſtructa eſt,
„ quàm & Eccleſiam noſtram Sancti Coſmi &
A „ Damiani, & montem, qui dicitur Arcanum
„ & Montem-Marte, cum collibus, vallibus,
„ toronibus, riaginibus, & cum omnibus finibus jam dictas terras & montes, & quomodo incipit decurrere riago, quæ nominatur
„ Ravennola, & qualiter exfinat terra bonæ
„ memoriæ Herrichis. Jam dicto Monaſterio
„ conceſſimus ad poſſidendum in integrum,
„ ut amodo & ſemper, cuncta, ut ſuperiùs le-
„ guntur, tibi jam dicto Tato venerabili Ab-
„ bati, atque ſucceſſoribus, & Rectoribus ve-
„ ſtri Monaſterii ſecuriter habere & poſſidere
„ valeatis:

Poſt peractis itaque in ſancto regimine annis VIII. Venerabilis Tato defunctus ſeculo
B migravit ad Chriſtum tertio Idus Januarii.

S. TASO hujus loci Congregationis ſuccedit Paſtor. Hic Chriſti veſtigia ſequens, virtutum omnium matre præ ceteris plenus exſtitit caritate. Ædificavit verò in eodem Monaſterio Eccleſiam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ Major vocabatur, cum altari Sancti Pancratii, & Sancti Benedicti. Hujus tempore Deſiderius Rex Longobardorum conſtruxit Monaſterium in honore Beati Petri Apoſtoli juxtà fluvium Tritunum, quod maxima dote ac poſſeſſione ditavit, per hujuſmodi Præceptum.

Deſiderii Langobardorum Regis Diploma, quo Monaſterium Sancti Petri in Valle Tritenſi à ſe ædificatum multis prædiis & juribus donat circiter Annum....

C „ INviſibili, atque indiviſibili ſubſtantiæ
„ ſummæ, perfectæque Trinitatis, Patris,
„ Filii, & Spiritus Sancti in omnibus rebus,
„ maximè Eccleſiaſticis, advocata, penitùs
„ convenientibus legibus ac juribus divinis,
„ Deſiderius (2), ineffabiliter Cœli Majeſtate
„ cuncta diſtribuente, Romanæ Dignitatis
„ Imperator Auguſtus, & gentis Langobar-
„ dorum Rex. Conſtat quidem, ineffabilem
„ clementiam ad libitum ſibi diverſas creare
„ creaturas Angelicas, diviſas alias in obe-
D „ dientia ſibi humillima, alias ſpontè in ruinam delapſas. Quapropter creaturam ſibi
„ rationabilem creatura lapſa ſibi fieri placuit, quam apoſtatarum Angelorum Prin-
„ ceps ſibi prælatam cernens, ac Paradiſi gaudii incolam, ſub tegmine nefandiſſimi ſerpentis habitaculum petiit, & fraudulenter
„ gaudii ſibi perditi poſſeſſorem decepit. Tanti igitur ordinis Creator, atque diſpoſitor,
„ facturam ſuam ubi à ſerpente deceptam
„ agnovit, carnem de Immaculata Virgine
„ ob eam redimendam humillimè ſuſcepit.
„ His autem ſibi omnibus operatis duodecim
„ elegit Apoſtolos, quorum fide, atque do-
„ ctrina, univerſi in perditione atque ruina
E „ orbis terrarum ad priſtini gaudii lætitiam
„ reſtaurarentur. Quare Romano Imperio om-
„ nibus prælato, placuit rerum omnium fa-
„ ctori Petrum omnium caput præeſſe, ſub
„ quo

(1) Non in Diplomate tantùm, ſed & in præcedentibus Chronographi noſtri verbis, *Arichis Princeps* heic nominatur. Atqui Arichis II. Beneventano Ducatui præeſſe cœpit Anno 758. aut ſeriùs. *Tato* verò Abbas, cui Diploma conceſſum dicitur, ultra Annum 729. vitam non produxit. Quòd ſi *Taſonem* pro Tatone ſcribendum ſuſpicere, ne is quidem excеſſit Annum 739. Hæc ergo minimè cohærent, & de fide Diplomatis omnino dubitandum.

(2) Mirum, quei Chronographus noſter Diploma hoc, non ſolùm ſpurium, ſed prorſus ridendum, in ſcœnam traxerit, neque impoſturam in tanta luce agnoverit. Certè hinc etiam elucet, quàm tetra ignorantia tunc vel ipſis Literatis Viris inſideret, quando ne noverunt quidem, Deſiderium Langobardorum Regem numquam *Imperatorem Romanorum* fuiſſe. Nihil verò attinet ineptias hujus Chartæ ſingulas enumerare; ejuſmodi enim ſunt, ut vel ſemieruditi eas continuò deprehendere poſſint.

Digitized by Google

„ quo Ecclesiam omnem subesse voluit, Impe- A
„ ratores, Reges, Duces, ac Principes, omnes
„ quoque baptismatis unda renatos, eidem
„ Apostolici agminis Principi parêre subegit.
„ Quid mirum ? Quem invisibilium rerum
„ Patronum constituit, visibilia atque caduca
„ sibi subjecit. Quæ omnia ego divina mihi
„ favente gratia Romani Imperii Augustus,
„ & audiendo, & legendo, Romanis Præde-
„ cessoribus, Constantino videlicet, Theode-
„ rico, ac Justiniano fecisse Romæ, Ravennæ,
„ Mediolani, in honore Dei Ecclesiarum, mihi
„ verò prædicto Apostolorum Principe reve-
„ lante, & Romæ, Ticini, & Samniæ, &
„ Amphidi Ecclesiarum in honore ædificare
„ in diversa mihi ætate per somnium appa- B
„ rens tamdem admonuit, atque præcepit Ec-
„ clesiam sibi in Tritensi Valle ædificare,
„ quod consilio hominum utilium tali rei
„ feci. Quam Ecclesiam juxta Siler flumen
„ studui fieri, & dotem & possessionem lega-
„ liter concessi quicquid in conjunctione duo-
„ rum fluminum continetur. Hinc quicquid,
„ & per alpes, ac colles, quæ habentur inter
„ Tritensem ac Pennensem divisionem ferè us-
„ que montem Sigillam, & à Boreali parte;
„ à Meridionali verò, ac Australi parte quic-
„ quid habetur intra Forcunensem Comita-
„ tum, & fluvium Calidum dictum, atque ad
„ conjunctionem prædicti fluminis sibi conces-
„ simus. Quamvis terra infœcundissima se- C
„ getibus, arboribusque, eadem tamen à no-
„ bis tota sibi subjecta credatur, Ecclesiarum
„ Dei Principe mihi conservante vitam, in
„ aliis fœcundissimis terris eidem prædictæ
„ Ecclesiæ sufficienter concedam. Nunc lega-
„ liter, atque moraliter de omnibus habitan-
„ tibus prædictos fines, qualiter præfatæ Ec-
„ clesiæ subjici debeant, disponamus. Volu-
„ mus igitur, atque præcipimus homines or-
„ dinis equestris servire atque obedire memo-
„ ratæ Ecclesiæ in perpetuum, sicuti alicui
„ terræ dominatori de generatione in genera-
„ tionem, de gente in gentem ..... vecti-
„ galia, & angaricas sibi, atque expeditio- D
„ nes, ut ceteræ gentes suo Domino, persol-
„ vant, aut in servitutem eidem liceat (hoc
„ non natura, sed virtute peccati accidit)
„ subjiciantur. Nam Deus dum præest Ange-
„ lis, Angeli quoque hominibus, homo Deo,
„ & Deo permittente homini. Quid plus ?
„ Omnia prædictæ Ecclesiæ, & nostro Impe-
„ rio construente, quæ supra diximus, con-
„ cedimus, atque affirmamus, ut alibi, &
„ hic, sicut in hac suppositâ figura declaratur
„ in perpetuum. (*)

Supradictum verò Monasterium cum omni dote, & possessione sua obtulit idem Rex, ac perpetuo jure subdidit in Venerabili Monasterio Christi Martyris Vincentii per hoc sequens Præceptum, quod ita scriptum est. (**) E

Desiderius Langobardorum Rex Monasterium Sancti Petri in Valle Tritensi Monasterio Sancti Vincentii Vulturnensis subjicit circiter Annum ....

„ IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinita-
„ tis. Desiderius Divina ordinante pro-
„ videntia Imperator (1). Notum sit omni-
„ bus fidelibus, quia Deo nos inspirante con-
„ struximus Monasterium Beati Petri Apostо-
„ li in Valle Tritense, cui dotem, & pos-
„ sessionem legaliter concessimus, quicquid
„ in conjunctione duorum fluminum contine-
„ tur. Hinc quicquid & per Alpes, & Col-
„ les, quæ habentur inter Tritensem, & Pin-
„ nensem divisionem ferè usque ad montem
„ Sigilla, & à Boreali parte; à Meridionali
„ verò, & ab Australi parte quicquid habe-
„ tur intra Forcunensem Comitatum, & flu-
„ vium Calidum, atque ad conjunctionem
„ fluminis Piscariæ, & quomodo decurrit
„ ipsa Piscaria usque ad prædictos fines: Hæc
„ omnia jam præfata, Monasterium scilicet
„ cum suis finibus prænominatis, donamus
„ atque concedimus Monasterio Beati Vin-
„ centii Levitæ, & Martyris Christi, quod
„ constructum est in finibus Samniæ super
„ Vulturni fluminis fontem, ubi Domnus
„ Taso Abbas regimen tenere videtur, in ea
„ videlicet ratione, ut amodo, & semper
„ sibi, suisque successoribus hujus donatio-
„ nis, atque concessionis forma stabilis in
„ perpetuum perseveret, ut à nullis potesta-
„ tibus, vel à nostris successoribus, parti jam
„ dicti Monasterii aliquando contradicatur.
„ Si quis autem hujus nostri præcepti institu-
„ tionem, & confirmationem aliquando in-
„ fringere tentaverit, sciat se compositurum
„ auri optimi libras mille, medietatem Ca-
„ meræ nostræ, & medietatem præfato Mo-
„ nasterio Sancti Vincentii Levitæ, & Mar-
„ tyris.

Tasonis Abbatis Monasterii Vulturnensis decreta pro regimine Monachorum circiter Annum DCCXXXIII.

„ IN nomine Dei summi, & auxiliante
„ omnium auctore Domino Jesu Christo.
„ Ex auctoritate Domni Gregorii (2) Sedis
„ Apostolicæ Romanæ Urbis Ecclesiæ, Re-
„ gulæ nostræ statuta decrevi ego Taso indi-
„ gnus Abbas Monasterii Sancti Vincentii
„ simul cum Collegio & consensu Fratrum
„ nostrorum, ut sicut juxta Regulam Sancti
„ Benedicti, quamquam negligenter, conten-
„ dimus vivere, ita secundùm eamdem pro
„ transactis, vel recentioribus nostris offensis
„ pœnitentiam agere debeamus. Unde pri-
„ mum omnium statuimus, ut illa peccata,
„ quæ ante conversionem, aut Monachi ha-
„ bitum perpetravimus, vel commisimus, so-
„ lummodo in observatione Regulæ pœni-
„ teamus & defleamus. Et sicuti casu & hu-
„ manæ fragilitatis natura, quisquis post su-
„ sce-

(*) Vide Tabulam tertiam figur. VI. pag. 343.
(**) Vide Tabulam tertiam figur. VII. pag. 343.
(1) Et heic Desiderius nobis obtruditur tamquam *Imperator* Augustus, & formulæ adhibentur, quæ à Regum Langobardorum stilo abhorrent. Quare istud ad apocrypha amandandum. Periere, ut puto, germana Desiderii Diplomata in immani vastatione Vulturnensi Cœnobio à Sarracenis illata; posteris verò ea à Carolo Magno, ejusque Successoribus Augustis commemorata cernentibus, pia commiseratione ductus aliquis ficta pro veris, sed imperitissimè, supposuit.
(2) Hoc est Tertii Romani Pontificis, cujus temporibus floruit Taso Abbas.

Digitized by Google

„ ſceptum Monachi habitum intra Monaſte-
„ rium in aliquo crimine lapſus fuerit, ſimi-
„ liter per Regulæ judicium pœnitere con-
„ tendat, ut ei ab Abbate judicatum fuerit.
„ Quia, ut diximus, à Pontificali Sede tale
„ conſilium, & auctoritatem accepimus,
„ quoniam juſtum eſt, ut confiteatur unuſ-
„ quiſque ſua peccata ei, qui pro omnibus
„ ſibi commiſſis rationem redditurus eſt Deo.
„ Sed & ſuper hæc pro Divino timore, &
„ ea caritate, qua jubemur pro Fratribus ani-
„ mam ponere, placuit omni Congregationi,
„ ut tam pro noſtris, quàm pro Fratrum no-
„ ſtrorum offenſis ſextam Feriam omni tem-
„ pore vitæ noſtræ extra vinum cum jejunio
„ celebrare debeamus, excepto vera cauſa
„ neceſſitatis, & ſolemnis diei, aut viæ la-
„ bore, vel corporis infirmitate, ſeu nimia
„ neceſſitate ad fruges colligendas, qui dif-
„ ferre non poſſent. Et ſicut ſupra memora-
„ vimus de his Fratribus, qui poſt conver-
„ ſionem in aliquo crimine ſunt lapſi, ita de-
„ terminavimus, ut Quadrageſima majore,
„ in qua Deo decimas anniverſarias reddimus,
„ cum pane, & aqua, & ſale tranſigant, ex-
„ tra verò neceſſitatis, ut diximus, cauſam.
„ Et poſt Pentecoſten diebus ipſi Fratres pœ-
„ nitentes omni tempore, ſinè ſolemnitati-
„ bus veris, quartâ feriâ, & ſextâ, ſinè vino
„ reficiantur, uſque ad diem & tempus, quo
„ anni pœnitentiæ ſuæ expleantur. Expletis
„ verò cum omni Congregatione ad quartæ,
„ & ſextæ feriæ jejunia recolligantur. De
„ his Fratribus, qui amodo in aliquo crimi-
„ ne, vel facinore majori, aut minori cecide-
„ rint, à Pontificis auctoritate accepimus,
„ non Eccleſiaſtico, ſed Regulari judicio ju-
„ dicentur. De majoribus culpis, ſicuti Bea-
„ tus Auguſtinus ſcripſit, quamvis ab Apo-
„ ſtolo majora & capitalia peccata plurima
„ commemorentur, nos breviter dicimus,
„ qualia ſint: primum ſacrilegium, homici-
„ dium, adulterium, falſum teſtimonium,
„ furtum, rapina, ſuperbia, invidia, duritia,
„ & ſi longo tempore tenetur, iracundia, &
„ ebrietas, ſi aſſidua fuerit, in eorum numero
„ computatur. De minutis verò peccatis, vel
„ offenſis, in quibus quotidie labimur, unde
„ ſi negligimus, magnum periculum incurri-
„ mus, aut maximum, quotidie confeſſionem
„ facere, & pœnitentiam agere debemus,
„ ſicut ſuperiùs diximus, juxta Beati Bene-
„ dicti Regulam, ut ſalvi eſſe mereamur per
„ gratiam Chriſti.

Poſtquam verò Beatus Vir Beatus Taſo Sanctæ Congregationis gregem undecim rexerat annis, felici exceſſu Fratrum veſtigia ſequens, migravit ad Chriſtum VI. Idus Decembris. Sed & Petronax, peractis in Monaſterio Beati Benedicti annis triginta duobus, ab hac luce deceſſit.

Horum itaque Beatorum Patrum ut per annos ſingulos commemoratio ageretur, jam quidem à Sancto Tatone venerabilis Pater, qui eorum vitam ſcripſit, ut inſereret, præceptum acceperat: quod & nos præſentibus ac futuris quammaximè commendamus, ut quos in hoc loco duces ac principes noſtri Ordinis à Deo accepimus, illos fideliter ſequendo, tam eorum meritis & precibus, quàm & omnium Sanctorum, à Domino protegi, & in cœleſti Regno illis ſociari mereamur, quos feliciter confidimus regnare cum Chriſto.

ATTO Abbas Sancti Vincentii. Iſte conſtruxit in eodem Monaſterio Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli, & præceptum accepit à Giſulfo Duce minore de Eccleſia Sanctæ Mariæ in loco Sano, cujus textus iſte habetur. (*)

Giſulfus II. Dux Beneventanus Eccleſiam S. Mariæ de Sano concedit Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum circiter Annum DCCXLV.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Conceſ-
„ ſimus nos Domnus vir glorioſus Giſul-
„ fus ſummus Dux Beneventi Langobardorum
„ gentis, in venerabili Monaſterio Sancti
„ Vincentii Martyris, quod ſitum eſt in finibus
„ Samniæ territorio Beneventano ſuper fontem
„ Vulturni fluminis, ubi vir venerabilis Atto
„ regimen tenere videtur, Eccleſiam Sanctæ
„ Dei Genitricis Mariæ in loco Sano cum
„ omnibus ſuis pertinentiis, qualiter à Domno
„ Theoderada conſtitutum eſt, cum omnibus
„ finibus ſuperiùs, vel inferiùs, terris, mon-
„ tibus, vallibus, planitiebus, ſilvis, prariis
„ paſcuis, campis, vineis, aquis, aquarum
„ decurſibus, ripis, molendinis; piſcationi-
„ bus, ſervis, & ancillis. Eccleſiis videlicet
„ Bocazano, Eccleſia Sanctæ Mariæ, Eccleſia
„ Sancti Potiti in Felerta, Eccleſia Sancti Feli-
„ cis, Sancti Martini in Peſano, Eccleſia Sancti
„ Andreæ, & cum omnibus, quæ dici aut no-
„ minari poſſunt. Concedimus etiam, ut illi
„ homines, qui ſuper terram ipſius Eccleſiæ
„ ordinati fuerint ad laborandum, nullum
„ publicum ſervitium facere alicui, niſi ei
„ dem ſacro loco; ut pars ejus habeat licen-
„ tiam facere molendina in fluvio Calore, &
„ in fluvio Tretona, & infra hos fines, qui
„ circumdant res ejus, inde incipiente a
„ ipſum, & deſcendente ab ipſo fluvio Calore
„ & eodem fluvio Calore deſcendente uſque
„ in Vadulatu, & ipſum Waldum ſuper flu-
„ vium Calore, & alias res ibi conjunctas ſu-
„ periùs vel inferiùs. Omnia verò in prædicta
„ Eccleſia Sanctæ Mariæ conceſſa cum ipſa
„ Eccleſia ſub juriſdictione Monaſterii Sancti
„ Vincentii Martyris ſubjicimus perpetuo
„ permanenda temporibus abſque ullius mo-
„ leſtia, vel contradictione, & tibi jam Do-
„ no Atoni Abbati venerabili, atque ſuccſ-
„ ſoribus veſtris, ut ſecuriter habere & pro-
„ ſidere valeatis in perpetuum.

Aliud quoque Præceptum accepit ab eodem Duce de Eccleſia S. Columbæ juxta civitatem Soranam hujuſmodi.

Giſulfus II. Dux Beneventanus Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum Eccleſiam Sanctæ Columbæ largitur circiter Annum DCCXLV.

„ IN nomine Dei & Salvatoris noſtri
„ Chriſti. Conceſſimus nos Domnus
„ glorioſus Giſulfus Summus Dux Langobar-
„ dorum in Monaſterio Sancti Vincen-
„ quod ſitum eſt in territorio Beneven-
„ ſuper fontem Vulturni fluminis, ubi
„ venerabilis Atto regimen tenere vide-
„ Eccleſiam Sanctæ Columbæ juxta Ci-
„ t

(*) Vide Tabulam tertiam figur. VIII. pag. 343.

Digitized by Google

Digitized by Google



Fig. 8



Fig. 7





Digitized by Google

fig. 1

fig. 2

fig. 3

fig. 4

Digitized by Google

Digitized by Google

tem Soranam, cum omnibus, quæ ei jure habendi conceſſimus, ſervis videlicet, & ancillis, terris fertilibus, vel ſterilibus, prope non longè inclitis hereditatibus, in vallibus, vel montibus; ſicut decernimus ab ipſa Eccleſia per Ripum foſſatum, unde deſcendit rivius, qui dicitur Acernus, qualiter conſtat uſque ubi oritur in montem, qui dicitur Urnonus, & inde reflectitur per urcam ejuſdem montis, & ſic deſcendit ab odem monte uſque in fluvium Viride, decendente juxta eamdem Civitatem Soranam. tem ab alio latere qualiter dividitur per ollem Sancti Pancratii Cella ejuſdem Monaſterii Sancti Vincentii, & inde vadit n Collem Sancti Martiani ab ipſa Eccleſia B ſanctæ Juſtæ, & per aliam Eccleſiam Sanctæ Juſtæ, & prædictam Eccleſiam Sancti Martiani, & inde in aquario, & terra quam ibjecimus eidem Eccleſiæ Sanctæ Columbæ, per ipſa Arcora in Viam antiquam, ineque redit in flumen Viride cum ipſo cerno. Simulque Cellam Sancti Juliani e Vicoalbo per ſibi pertinentes fines, ab na parte rivus qui pergit per Vallem de aſtanieto, ab alia parte rivus, qui dicir de mala fide: ab alio capite Via publi, quæ venit ad Sanctam Mariam, & ab io capite rivus, qui venit ad fontem Vila. Curtem Sancti Caſti, & Sanctæ Mæ, quæ ſunt ad Sanctum Georgium, fine, C nte Caruli, & fine Valle de Vieu, quodo in Roſaniſco vadit, & Sanctum Mam de Anglone cum pertinentiis ſuis; ſiulque campum, qui dicitur Borrani, qui bet fines ab una parte Terra Ricardi, ab ia parte Via publica, à tertia parte fine erra Adelberti, qui Sabinianus vocatur. uarta pars fine terra Sancti Angeli de rregio. In Valle, quæ dicitur Sorana, ccleſiam Sancti Stephani cum omnibus is pertinentiis. Hæc omnia concedimus, confirmamus in prædicto Monaſterio ncti Vincentii ad poſſidendum in inteum abſque alicujus contradictione vobis trisque Succeſſoribus perpetuis temporis. D

quoniam his temporibus Roma à Londis obſidebatur, præfatum Venerabilem n Attonem, & Optatum Abbatem Sancti dicti, qui poſt Petronacem ſucceſſerat, anus Papa Secundus pro neceſſariis rebus Apoſtolicæ ſibi familiariſſimos habebat. us temporibus ab eodem Summo Pontiſ Apoſtolicæ Sedis hujuſmodi Privilegium it idem Venerabilis Abbas Atto pro ſui ſterii munimine, vel ſibi ſubjectis Ter-Cellis, & Caſtellis. (*)

ani II. Romani Pontificis Bulla, qua oma jura & bona ad Monaſterium Vulturnenſe ſpectantia confirmat Anno DCCLII.

Tephanus Epiſcopus Servus Servorum Dei Attoni Venerabili Abbati Monarii Chriſti Martyris Vincentii ſuper fonn Vulturni fluminis conſtituti partibus nniæ, territorio Beneventano, & per te eodem Venerabili Monaſterio tuis ſucſſoribus regulariter promovendis in peruum. Cum magna nobis ſolicitudine

„ cura inſtitit pro univerſis Dei Eccleſiis, &
„ piis locis vigilandum, ne aliquam neceſſi-
„ tatis jacturam ſuſtineant, ſed magis propria
„ utilitate ſtipendia conſequantur: ideo eve-
„ nit, nos Paſtorali tota mentis integritate
„ procurare, & ſedulè eorum utilitati ſubſi-
„ dia conferre, ut Deo noſtro omnipotenti
„ id, quod pro ejus ſanctimoniis, honore
„ etiam, laude, atque gloria ejus divinæ Ma-
„ jeſtatis, venerabilibus noſtrum eſt contuliſ-
„ ſe locis, ſitque acceptabile nobis, quæ ad
„ ejus locum pleniſſima miſericordia dignum
„ hujuſmodi pii operis, in ſidere ejus confe-
„ ratur arcibus remunerationem. Igitur quia
„ petitis à nobis, quatenus Monaſterium Beati
„ Vincentii Martyris ſitum ſuper fluvium
„ Vulturnum, territorio Beneventano, par-
„ tibus Samniæ, unà cum ſuis pertinentiis,
„ & Monaſteriis, videlicet Venerabile Mo-
„ naſterium Beati Petri Apoſtoli ſitum juxta
„ fluvium Sabbati territorio jam dicto Bene-
„ ventano; ſed & Monaſterium Sanctæ Dei
„ Genitricis Mariæ, quæ vocatur loco Sano;
„ item Monaſterium Salvatoris Domini noſtri
„ Jeſu Chriſti, quod poſitum eſt in Aliphe,
„ nec non & Monaſterium in honore Sanctæ
„ Mariæ ædificatum in territorio Marſicano
„ loco Apinianico. Porrò Monaſterium San-
„ cti Petri Apoſtoli in Valle Tretenſe, &
„ aliud Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis
„ Mariæ poſitum in territorio Pinnenſe in
„ loco, qui dicitur Muſano; nec non & Mo-
„ naſterium aliud conſtructum in honore
„ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in loco, qui
„ vocatur duas Baſilicas; item & alia Cella
„ Sanctæ Mariæ in duas Baſilicas; & unà cum
„ aliis Monaſteriis, & Cellis, cum caſis, &
„ maſſis, caſalibus, cum ſervis & ancillis
„ utriuſque ſexus ibidem reſidentibus, vel
„ cum omnia, & in omnibus ſuis pertinenti-
„ bus, tibi, tuiſque Succeſſoribus Abbatibus,
„ qui ibidem in tempore fuerint ſub juriſdi-
„ ctione Sanctæ noſtræ, cui Deo auctore de-
„ ſervimus, Eccleſiæ, concedamus detinen-
„ dum, ut nullius alterius Eccleſiæ juriſdi-
„ ctionibus ſubmittatur: Pro qua re piis de-
„ ſideriis faventes, hac noſtra auctoritate
„ quod expoſcitis mancipamus. Et ideo con-
„ cedimus vobis veſtriſque Succeſſoribus Ab-
„ batibus licentiam Apoſtolicæ Sedis noſtræ,
„ ut quamlibet Chriſtianitatem indigentibus
„ in præfato venerabili Monaſterio, qualem
„ Epiſcopum ad invitandum ire volueritis,
„ habendi poteſtatem omnimodo concedimus
„ ad Eccleſias conſecrandas, & ſimiliter ordi-
„ nationem de Subdiaconibus, & Diaconibus
„ per tempora faciendum, & omnem gradum
„ Eccleſiaſticum ibidem in tempore adim-
„ plendum. Proteſtamur etiam, ut nullus Epi-
„ ſcopus exinde debeat Subdiaconum ad ſuam
„ Synodum provocare, niſi ſua fuerit propria
„ voluntas, aut Abbatem, vel Monachum
„ nullo modo judicare, vel excommunicare.
„ Volumus etiam, & Apoſtolica injungimus
„ auctoritate vobis, veſtriſque ſucceſſoribus
„ Abbatibus, qui ibidem in tempore præor-
„ dinati fuerint, ut Sacerdotes, vel Clerici,
„ ſi venerint ad habitandum, aut in conver-
„ ſatione Fratrum, ſive Monachicum ſuſci-
„ piendi habitum ſe contulerint, ſtatim ſint
„ recipiendi. Chriſma verò, & firmatam à
„ quali Epiſcopo vobis voluntas fuerit, im-
„ pe-

E

ide Tabulam quartam figur. I.

Digitized by Google

„ petrandi liceat ſemper, & ſecundùm ut di-
„ ximus ſub Apoſtolica noſtra poteſtate. Et
„ omnem cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in-
„ præfato venerabili Monaſterio ditionem
„ quamlibet habere ac auctoritatem præter
„ Sedem Apoſtolicam prohibemus, ita ut niſi
„ ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus, nec
„ Miſſarum ibidem ſolemnitates quiſpiam
„ celebrare præſumat. Statuentes, Apoſtoli-
„ ca inſuper cenſura ſub divini judicii prote-
„ ſtatione, ſed & validis atque atrocioribus
„ anathematis interdictionibus, ut nullus um-
„ quam præſumat quiſpiam alius, cujuſcunq;
„ dignitatis præditus poteſtate, vel in eodem
„ venerabili Monaſterio, vel cauſis incum-
„ bere, aut de rebus, & poſſeſſionibus, vel
„ Eccleſiis ſubjectis, vel quicquid de his,
„ quæ exinde ineſſe videtur quoquomodo au-
„ ferre, aut alienare, ſed nec quamlibet ma-
„ litiam, aut jacturæ moleſtiam ibidem in-
„ ferre, dum præfatum perenniter, ut dictum
„ eſt, Monaſterium firma ſtabilitate decerni-
„ mus ſub juriſdictione Sanctæ Eccleſiæ noſtrę
„ permanendum. Promulgantes nempe, & hoc
„ auctoritate Beati Apoſtolorum Principis co-
„ ram Deo, & ejus terribili examine futuro,
„ per hujus noſtri Apoſtolici Privilegii atque
„ conſtituti ſancimus, atque decernimus, ut
„ diverſorum poſſeſſiones locorum, quæ à
„ Regibus, vel Ducibus, ſive Caſtaldeis, &
„ univerſis Chriſtianis in eodem ſancto loco
„ largita, atque oblata ſunt, aut in poſtmo-
„ dum illic conceſſa fuerint, firma ſtabilitate
„ in jure ipſius præfati venerabilis Monaſterii
„ exiſtenda, atque in perpetuum permanenda
„ ſtatuimus; nec licentia ſit, ut dictum eſt,
„ ei vel omnibus ejuſdem Monaſterii perti-
„ nentiis, cuiquam moleſtias inferre, vel ſibi
„ donata auferre à præfato juxta id quod
„ ſubjectum iiſdem venerabilibus locis, Apo-
„ ſtolicis inſtitutis, atque Privilegiis conſiſtit,
„ inconcuſſa permaneant. Et liceat eoſdem
„ Monachos de ſua Congregatione Abbatem
„ ſemper eligere, & liceat ipſum Abbatem
„ ſuos, qui fuerint, judicare Monachos, non
„ ſolùm virile Monaſterium, ſed & muliebre
„ ſibi ſubjectum. Si quis autem, quod non
„ optamus, nefario auſu præſumpſerit hæc,
„ quæ à nobis ad laudem Dei pro ſtabilitate
„ præſenti venerabilis Monaſterii ſtatuta, re-
„ fragare, aut in quoquam tranſilire voluerit,
„ anathematis vinculo innodatus, & cum Dia-
„ bolo, & ejus atrociſſimis ſociis, atque Juda
„ traditore Domini noſtri Jeſu Chriſti, æter-
„ no incendio concremandus deputetur: At
„ verò, qui pio intuitu obſervator in omni-
„ bus extiterit, cuſtodiens tenorem noſtri Apo-
„ ſtolici conſtituti ad cultum Dei reſpicien-
„ tem; benedictionis gratiam à miſericordiſ-
„ ſimo Domino Deo noſtro multipliciter con-
„ ſequatur, & vitæ æternæ particeps fieri me-
„ reatur. Scriptum per manus Benedicti Scri-
„ niarii S. R. E. in menſe Julio Indict. V. (1)
„ in ſacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli.
„ Tertio anno Pontificatus Domni Stephani
„ Secundi Papæ. Bene valete:

A Hoc ſi quidem tempore Chriſtianiſſimus Princeps Arichis in territorio Alifano conſtruxerat in honorem Domini Salvatoris, & Monaſterium puellare inſtituit, atque ditioni Sanctiſſimi Vincentii Martyris ſubdidit. Conſummatis autem Venerabilis Atto annis XXI. in ſancto regimine, obiit VII. Kal. Januarii Indictione XIII. Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo ſexageſimo. Et poſt Optatum, qui annis præfuerat ..... Caſinenſe Cœnobium Hermoris ſuſcepit regendum; quo poſt annum defuncto Gratianus ſuccedit.

HERMEPERTUS (2) *Abbas Sancti Vincentii* præfuit Sacro Cœnobio annis III. menſ. II. diebus XXVI obiit undecimo Kal. Aprilis, Anno Domini DCCLXIII. Indictione II. Et in
B Monaſterio Beati Benedicti, Gratiano poſt annos quatuor obeunte, Tomichis eligitur, & hoc poſt ſex annos mortuo, Poto præficitur.

JOHANNES Abbas Sancti Vincentii. Hic Præceptum accepit à Giſulfo Duce minore pro Eccleſia Sancti Martiani de Sora continentem ita.

Giſulphus II. Beneventanus Princeps Eccleſiam Sancti Martiani in agro Sorano confirmat Vulturnenſi Monaſterio, ejuſque Abbati Johanni circiter Annum .....

C „ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti conceſſimus nos Do-
„ mnus vir glorioſus Giſulfus (3) ſummus
„ Dux gentis Langobardorum in Monaſterio
„ Sancti Vincentii Levitæ, & Martyris Chri-
„ ſti, ubi Domnus Johannes Abbas præeſſe
„ videtur in territorio Beneventano, Eccle-
„ ſiam Sancti Martiani, quam ædificavit Ta-
„ to Presbyter & Monachus in territorio So-
„ rano in ipſo colle, quæ poſt ſuum obitum
„ cauſa ejus in noſtro Palatio remanſit cum
„ omnibus rebus, & poſſeſſionibus, & per-
„ tinentiis ſuis. Hos habet fines iſto colle
„ cum terra, ubi prædicta Eccleſia ædificata
„ eſt, ab una parte Rivio, unde per tempus
D „ aqua decurſit; ſecunda parte Rivio, qui
„ nominatur Acerno, & contra ubi ædifica-
„ tum eſt Monaſterium Sanctæ Columbæ
„ ſubjectum præfato Monaſterio Sancti Vin-
„ centii, & via; à tertia parte in aquario
„ præfati Monaſterii, & conjungit ſe jamdi-
„ cta via; quarta parte riagine & terra fine
„ Sancta Juſta. Quam & concedimus jam di-
„ cto Monaſterio Eccleſiam Sancti Salvatoris
„ in prædicto territorio loco Toro, & Ec-
„ cleſiam Sancti Archangeli, cum omnibus
„ rebus, terris, montibus, aquis, paſcuis
„ pertinentes ad ipſas Eccleſias, quatenus ha-
„ beat, & poſſideat pars jam dicti Monaſte-
„ rii Sancti Vincentii, ut de hac noſtra con-
E „ ceſſione per quemquam hominum num-
„ quam habeat aliquam quæſtionem, ſed per-
„ petuis temporibus ſecurè valeat poſſidere.

Deſiit verò à regimine idem Abbas Johannes V. Kal. Auguſti, expletis annis XIV. menſibus III. diebus XXV. Sed & apud Caſinum

(1) Prodit hæc Indictio Annum Chriſti 752. Sed tunc minimè decurrebat Annus III. Pontificatus Stephani II. Quare aut ſcribendum *Indict. VII.* aut *Primo Anno*. Atque hinc etiam intelligas, Stephanum hunc Papam minimè *Tertium* eſſe appellandum, uti arbitratus eſt Cardinalis Baronius, ſed quidem *Secundum*.

(2) Lubentiùs legerem *Herempertus*.

(3) Anno 763. erepto è vivis Heremperto Abbati ſucceſſit in regimine Vulturnenſis Cœnobii Johannes Abbas. Sed quei hic Diploma impetravit à Giſulfo II. ſi Giſulfus, Camillo Peregrinio docente, non exceſſit Annum 749? Aut ergo à ſententia Peregrinii diſcedendum, aut heic ſuppoſitionis indicia latent: quod poſtremum amplectare faciliùs.

Digitized by Google

num Poto annis VII. exactis Theodemar ſubſtituitur Abbas Anno Domini DCCLXXVII. Indictione I.

Hoc tempore Carlo-Magnus filius Pipini invitatus ab Adriano Papa propter Deſiderium Regem ſuper Papiam vênit. Hic B. Petro præceptum Genitoris ſui ſacramento terribili cum ſuis Magnatibus, & filio Pipino vi confirmavit.

Hìc verò dicendum, qualiter Francorum Regnum inſtitutum ſit, vel unde ipſius origo gentis fuerit. Et quoniam in principio Libri hujus, compendii gratiâ aliqua nos in poſterum diſtuliſſe reminiſcimur, quæ addenda ſunt, competenti loco inferimus. Regnum enim Francorum à viris tantùm Chriſtianæ Fidei religione pollentibus, Pipino videlicet, ac Carolo cœpimus. Sed horum primæ propago originis unde proceſſerit, altiùs repetamus, eo quòd aliquid neceſſarium ſcire cupientibus ibidem invenitur.

Vaſtitas totius orbis ab Hiſtoriographis in tres partes dividitur, Aſia, Europa, Africa. In Aſia ergo ſitum eſt quoddam Oppidum Trojanorum, ubi Civitas, quæ Ilium dicta eſt, poſita fuit, ubi præfuit Dux Æneas, & gens valida nimis in certaminibus, ſemper inquieta, & ſibi finitima debellantes. Surrexerunt autem Reges Græcorum adversùs Æneam, & gentem illam, & Reges Trojanorum cum exercitu magno pugnaverunt invicem, & facta eſt ab utriſque cædes magna. Fugit Æneas, & recondidit ſe in Ilium Civitate, contra quam bellum firmatum, obſeſſa, & aggravata eſt per annos decem. Tandem capta, & ſubacta Civitate, Æneas cum ceteris viris fugit in Italiam, ubi cum ſuis protegeretur. Aliqui verò de Principibus ejus Priamus (1), & Antenor, ſociatis ſibi decem millibus, fugerunt cum navibus, & per ripas Tanais fluminis, ac Mæotides paludes aſcendentes, terminos Pannoniæ expugnaverunt, ubi cœperunt ædificare civitatem, quam vocaverunt Sicambriam, & ibi habitantes annis multis creverunt in gentem magnam. Præterea poſt longo ſequente tempore, regnante apud Romanos Valentiniano Imperatore, gens atrociſſima Alanorum rebellavit contra prædictum Imperatorem. Tunc Imperator commoto exercitu direxit aciem contra eos, quos ſuperavit, trivit, atque debellavit. At illi fugientes, inter præfatas paludes ſe munientes receperunt. Imperator ergo eos capere volens, nec valens, ait exercitibus ſuis, ut quæcumque gens iſtos ejicere ex palude potuiſſet, eſſet immunis à tributis, & exactione Imperiali annis decem. Tunc congregati ſimul ii, qui fuerant ejecti de Civitate Troja, fecerunt inſidias ex adverſo, & egreſſi in Mæotidas paludes cum reliquo exercitu Romanorum prædictos Alanos percuſſerunt in ore gladii. Tunc pro hac victoria appellavit eos Valentinianus Imperator lingua Attica Francos, quod Latino ſermone intelligitur feri, ideſt ferociter exardeſcentes. Tranſactis decem annis, miſit Imperator exactores cum Primario Duce de Romano Senatu, ut reciperent prætermiſſa tributa à Populo Francorum. Illi verò inſurgentes ſuper eos, omnes pariter occiderunt. Hoc audiens Imperator movit exercitum contra eos; factâ ab utriſque pugnâ validâ, hinc & inde multi corruerunt. Ad ultimum Franci terga dantes, omnes fugerunt, occiſo Duce illorum, qui dicebatur Priamus. Tunc ergo egreſſi à Sicambria venerunt in extremis partibus fluminis, in Oppidis Germaniæ, ibique habitaverunt cum Principibus ſuis Marchomire filio Priami, & Sinnone filio Antenoris. Tum defuncto Sinnone conſilium habentes cum Marchomire, conſtituerunt ſibi Regem Pharamundum filium ipſius Marchomiris, & cum Rege pariter cœperunt habere & legem. Mortuo Pharamundo, Clodium filium ejus ſibi Franci Regem fecerunt; quo defuncto Meroveus in Regnum ſubſtituitur; cui ſuccedit filius ejus Childericus. Et hic annis viginti quatuor in Regnum exactis, Clodoveum Regni heredem reliquit. Hic baptizatus eſt à Sancto Remigio; cum Gothis pugnavit, & victor exſtitit. A tranſitu S. Martini uſque ad mortem Clodovei Regis fuerunt anni centum duodecim. Poſt mortem Clodovei Regis quatuor filii ejus Theodericus, Clodomiris, Childebertus, & Glotarius, Regnum inter ſe æqualiter diviſerunt; ex quibus duo, Childebertus, & Clotarius, Hiſpanias cum exercitu magno expugnare aggrediuntur, ubi plurima devaſtantes innumerabilem populum peremerunt. Tunc Cæſar-Auguſtanam Civitatem circumdantes obſederunt; populus autem, qui ibi obſeſſus tenebatur, indutus ciliciis, aſperſo capite cinere, in magna humilitate ad Deum converſi, aſſumentes Beati Vincentii Martyris Dalmaticam, totius Civitatis muros pſallendo circuibant, mulieres verò indutæ nigris palliis, diſſolutis crinibus, cum ingenti luctu ſequebantur, ut in illis Ninivitarum pœnitentia celebraretur. Quod prædicti Reges aſpicientes, putabant, eos aliquod maleficii exercere periculum. Quemdam itaque Ruſticum evadere cupientem comprehenderunt, & quid hoc eſſet, quod agebatur, interrogaverunt. Quibus ille reſpondit: *Dum veſtri timoris causâ Deum ſibi adjutorem Populus iſte quærit, pretioſi Martyris Vincentii ſuffragia, qui in hac Urbe olim Diaconi arcem ſub Præſule Valerio tenuerat, pariter exorantes, ejus Dalmaticam circumferunt cum hymnis & laudibus, ut ejus precibus illos tueatur omnipotens Dominus.* Tunc Rex miſericordia motus eumdem Ruſticum miſit, & ut prædictæ Civitatis Epiſcopum cum fiducia ad ſe vocaret, præcepit, cujus nuntii verba Epiſcopus audiens, cum magnis muneribus ad illum egreditur, à quo cum ſuis omnibus benignè ſuſceptus eſt. Poſtulatus à prædicto Rege, ut ſibi Beati Vincentii Martyris Reliquias largiretur, ſtolam illius, vix conſentientibus Civibus, contulit, eique ut potuerunt grata obſequia præbuerunt. Quibus acceptis, à prædictæ Civitatis obſidione receſſerunt, & reliquas ſibi terrarum partes ſubjicientes, victores exiſtere meruerunt. Regreſſus igitur Childebertus ab Hiſpaniis Pariſium vênit; ibi Eccleſiam in honore Chriſti Martyris Vincentii mox ædificavit. Nec diu demoratus, febre corripitur, & ultimo fine deficiens, in eadem Eccleſia ſepultus eſt; cujus Regnum & theſauros Clotharius Rex accepit. Quo mortuo poſt annos ſui Regni quinquaginta, Chilpericus filius ejus in Regnum ſucce-

(1) Fabulæ, gerræ, ſed antiquæ, & Chronographo noſtro nequaquam tribuendæ. Jamdiu præceſſerant, qui aſſentatoriis hiſce nugis extollere ſe poſſe crediderant Gentem fortiſſimam, & tot Regnis potitam. Sed huic ad gloriam nihil opus erant fabulæ, eoque minùs inſulſa hujuſmodi commenta.

eedit. Et isto decedente, Clothario parvulo Franci sedem Regni dederunt. Quo mortuo, cùm per annos quadraginta quatuor Regnum tenuisset, Dagobertus filius ejus Regnum accepit. Et isto triginta quatuor annos Regni jura moderante, Chlodoveum filium ejus Regem statuerunt. Et isto post annos sexdecim defuncto, Chlotarium seniorem cum matre regnaturum Regem statuunt. Et isto decedente post annos quatuor Theodericus frater ej Rex Francorum factus est. Huic quoque Chi dericus succedit, super quem Franci cum ir fidiis surrexerunt, eumque occiderunt. Po quem Theodericus, & Hebroinus Reges fu runt, quem Hebroinum iidem Franci simil ter occiderunt. Et inde Majores-Domus P latii habuerunt usque ad Pipinum seniorem & ejus filios, qui omnibus fuerunt meliores

Vita

Digitized by Google

Vita vel obitus Domni Authperti Venerabilis Abbatis.

QUæ verò de Sanctiſſimo Abbate Authperto ſequuntur, operæ pretium reor aliquantulum prolixiùs enarrare. Equidem non ambigo me meritis ipſius poſſe juvari apud Deum, cujus originem, actus, vel adventum in hoc ſacro Cœnobio Chriſti Levitæ Vincentii partim vetus Scriptura tradidit, partim verò, ſicut venerabilium Patrum fidei relatione didici, pariter comprehendens, & ad laudem Dei noſtri omnipotentis ſcribens, poſteris perfectionem religionis, ac exemplum proferimus perſeverantiæ juſti laboris pro Dei amore, ut decet tantis Sacri Cœnobii inſtitutis: ut quicumque aſpiciens hujus contemplet nobilitatem ſe quantocius à ſeculi convertat vanitate, hujus attendens prudentiam & caritatem aridiùs Chriſti ſectetur humilitatem, & eo magis ſi ſeculi divitias alacriter ſtuduit calcare, de ſibi promiſſa in cœlis à Domino gaudeat felicitate. Si pauper verò, propriam abrenuntians voluntatem, ſub jugo Sanctæ Regulæ Deo ſe profeſſus eſt militare, noverit ſe jam de craſtino non debere cogitare, ſed meminerit quoniam humiles ſpiritu Dominus dignabitur ſalvare.

Hic quidem Sanctiſſimus Pater Galliarum Provinciis oriundus, parentibus admodum Chriſti Religione & ſeculi dignitate clariſſimis, & luciferi ſolis radius Chriſtianitate conſpicuus enituit. Qui nimirum cùm puellares agerer annos, litterarum ſtudiis traditus, totis viribus innocenter Chriſti mandata cuſtodiens, tam mundanæ, quàm divinæ Philoſophiæ verus Chriſti Philoſophus efficaciam adeptus eſt. Poſt quod in Regali Aula divæ memoriæ Caroli Imperatoris, cùm à cunctis diligeretur, maximèque ab eodem Imperatore Carolo, ſive ejus genitore pio Pipino, cœpit ejuſdem Imperatoris magiſter, & inſtitutor eſſe prudentiſſimus, ipſiuſque obſequiis: tamen illi pii pectoris ſimplicitatem & puræ caritatis ſinceritatem cuſtodiebat attentiùs. Sed cùm his temporibus Monaſterium beati Martyris Vincentii ſuper Vulturni fluminis fontem à Sanctis Patribus Paldone, Tatone, & Taſone, eſſet conſtructum, magnaque ibi Sanctorum Deo famulantium Congregatio permaneret, quæ præcipuis penè tunc temporis Italiæ Monaſteriis præferretur, factum eſt, ut eorum Sanctæ Religionis opinio longè latèque flagrans, etiam ipſius clementiſſimi Imperatoris Caroli perveniret ad aures. Qui ductus divino amore, præcipuèque ſuaſus ab eodem ſuo venerabili Magiſtro & Archicancellario Authperto, primitus quidem hujus opinionis veritatem explorare voluit, miſſo ad idem Monaſterium ſuo Apocriſario. Dehinc magna ſtipatus caterva potentum Romam veniens, ad Sancti Pontificis Petri limina oraturus, & ut Eccleſiarum populi, & Patriæ excidium ulciſceretur, peractis neceſſariis rebus, cum maxima multitudine, tam religioſorum Epiſcoporum, vel Abbatum, quàm ſequentium Comitum, ac Marchionum, ad idem dignatus eſt Monaſterium accedere. Ubi qualiter digniſſimè à Sanctis Patribus eſt ſuſceptus, quàmque ipſe ibidem umiliter ſit ingreſſus, in libro vitæ eorum pleniùs continetur, quod ex Præcepto Domni Taſonis (1) Abbatis à venerabili Petro Presbytero ſatis lucidè deſcriptum eſt.....

At cùm idem Sereniſſimus Imperator poſt dona magnifica, quæ ibidem contulerat, poſtquam firmatis Regali Præcepto longè latèque poſſeſſionibus Sanctorum Patrum veſtigiis proſtratus, illorum ſe diutiùs orationibus commendans, ſumptis benedictionibus feſtinanter vellet reverti; vir Domini Authpertus contemplatus piæ converſationis exempla Sanctorum Patrum, admodum mirabatur, jamque ejus animus hiſce ſimilem fieri delectabatur.....

Hoc denique evoluto tempore, Carolus Imperator Beneventum aggreſſus diutina obſidione cives vexabat, ſed ei ad capiendum omnino urbs difficilis erat. Interea Arichis ipſius civitatis Princeps pia conſideratione civium ſaluti conſulens, datis obſidibus duobus liberis, cum eo pacificatur. Inde rediens, Imp. Romam Benedicti Monaſterium petiit, orationibus Servorum Dei ſe commendans plurima ibi dona largitus eſt, & Imperiali Præcepto quæque poſſiderat confirmavit. Adjungens & alia multa ad Monaſterium Chriſti quoque Martyris, datis ex parte ſua magnis muneribus, tam venerabilem virum Authpertum, quàm & magnificum Ætherium Imperialis æquè Aulæ Magiſtrum reverenter tranſmiſit, qui ſua vota pia fideliter Dei ſervis deferrent. Tunc ergo venerabilis Dei famulus Authpertus ductus amore Sanctæ Religionis, Imperialibus veſtigiis ſemetipſum proſternens, orat ſe jam Deo militaturum, relictis mundanis tumultibus, in Beati Vincentii Monaſterio uſque ad finem vitæ libentiſſimè perſiſtere velle, & pro ipſius Imperatoris ſalute Deo ſe donari popoſcit. Quod Imperator audiens, multis effuſis lacrymis, pro devotione viri, licèt magnis ejus videretur deſtitui ſubſidiis, tamen poſtulatus à multis annuit impetratis. Hujus exemplo plurimi ex Aula Regia militiæ cingulum deponentes, in ſancto propoſito Religionis ei adhæſerunt, & omnia quæ habere videbantur pro Dei amore penitùs demiſerunt.

Sanctæ igitur Religionis habitum vir Dei indutus, omnibus ſe inferiorem ita intimo credebat ſui cordis affectu, ut nihil omnino ſcire vellet præter quæ ab Abbate dabantur quotidiani victus neceſſaria, quæ quidem & ipſa cæteris ſumere videbatur. Et cùm eſſet in Aula Regia admodum delicatus, ita ſe ipſum divinis mancipabat obſequiis, ut nulla illi hora vacua præteriret, qua vel inſiſteret orationi,

(1) Niſi ſit amanuenſibus tribuendus error, fœdiſſimè heic cæſpitat Chronographus noſter. Taſonis mortem (quem ille tertium Abbatem putat) vidimus jam contigiſſe Anno Chriſti DCCXXXIX. Non ergo is præcipere potuit, ut à Petro Presbytero ea quoque ſcriptis traderentur, quæ adveniente Carolo Magno ad Vulturnenſe Cœnobium contigere.

Digitized by Google

tioni, vel in lectione divina ejus animus versaretur.

Denique, ut comperimus, plurimos sanctarum Scripturarum, Libros exposuit. Nam Leviticum Moysi, Cantica Salomonis, Psalterii Flores, melliflua suavitate, quæ in his divina maneant arcana sacramentorum, quæve uniuscujusque Fidelis disciplina morum, sive Christi observatio mandatorum, suorum edisserens patefecit documento verborum. Librum quoque de conflictu vitiorum, sed & Homelias aliquas Evangeliorum pulchra suorum edidit declaratione sermonum. Vitam etiam Beatorum Patrum Paldonis, Tatonis, & Tasonis, cum Historia sui Monasterii plena relatione describens, cunctis in exemplum Monachis ita proponit, ut Divinæ munere Trinitatis tam præcipuæ caritatis, quàm unicè pro Christo paupertatis, tres illos Fratres speculum ostendat esse normamque vivendi. Testatur hoc etiam venerandus Paulus Diaconus in Historia, quam de Longobardorum adventu tunc temporis in Italiam descripsit, ubi eumdem virum eruditissimum Authpertum, & ejusdem Monasterii Abbatem fuisse contendit.

Fertur præterea, quia cùm quadam die idem felicissimus Pater Authpertus in Ecclesia Beatæ Dei Genitricis Mariæ prolixè Domino preces funderet, & eandem Dei Genitricem sedulò interpellaret oratu, ut sibi linguæ dissertitudinem largiretur. Fuerat quippe aliquantulum impeditioris linguæ. Tunc subitò soporatus ante sacrum Altare, adesse sibi conspicit in visione beatissimam & gloriosam Mundi Dominam perpetuam Virginem Mariam, læta facie & ultra Solis splendorem rutilantem: quæ quasi annuens deprecanti tetigit labia ejus, eumque de pavimento surgere jubens, deinceps suæ laudis vota persolvere, & præconia attollere, ut ipse jam desideraverat, monet: seque illi semper præsentem adesse promisit. Lætus ergo de visione surgens, quæ fuerat jussus ore facundo excœpit persolvere laudes, & carmina digna reddebat alacri corde.

Hic Pater Sanctus cùm in eodem venerabili Monasterio pretiosi Martyris Christi Vincentii per plures annos Domino deserviret, jamque cunctis in exemplum foret rectè vivendi, defuncto ejusdem Sanctæ Congregationis venerabili Abbate Joanne, licèt invitus ac renuens sacri regiminis baculum post Sanctum Paldonem septimè ipse suscepit. Namque ex tunc susceptâ gregis curâ, ita dignè agere satagebat, ut cunctis aperto cœlestis Regis thesauro veras divitias mundanis opibus præferendas fidei devotione agiliùs capere, non solùm sermonibus, sed etiam sibi subjectis suis doceret moribus, & forma fieret gregi, sicut beatus docet Apostolus. Hic namque a dignæ memoriæ Carolo Imperatore inclitum sui Monasterii præceptum obtinuit hujusmodi.

Caroli Magni Francorum & Langobardorum Regis diploma, quo omnia Vulturnensis Cœnobii bona confirmat Authperto Abbati anno DCCLXXV.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Carolus divina ordinante clementia Romanorum Imperator „ Augustus. (1) Cùm petitionibus Sacerdotum, & servorum Dei, quæ nostris auribus insinuaverint adnuimus, & ea cum „ Dei auxilio ad effectum perducimus, non „ solùm Regiam consuetudinem exercemus, „ sed etiam tam ad præsentis vitæ prosperitatem, quàm ad futuræ beatitudinem, non „ minimùm emolumenti addimus. Idcircò „ notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus scilicet, & futuris, quia vir venerabilis Authpertus orator noster, Abbas videlicet Sancti Vincentii Levitæ & Martyris Christi, quod situm „ est territorio Beneventano super fluvium „ Vulturnum, à nobis illuc destinatus, nostram exoravit clementiam, ut Præcepta „ Regum, vel Ducum Longobardorum, Aistulfi videlicet, Desiderii, atque Gisulfi, nostræ confirmationis Præcepto confirmaremus. Adjungentes illi quidquid nobis aptum „ & congruum esse videretur. Cujus petioni „ propter amorem Domini nostri Jesu Christi, „ & propter animarum nostrarum remedia, „ juxta quod rogaverat, prædicta præcepta, „ scriptiones, vel offertiones concedimus, & „ confirmamus, declarantes ipsas hereditates „ nominativè infra hos fines. De ipsa Zetula „ quomodo ascendit per fluvium Sangrum „ usque ad Montem-Malum, & quomodo „ conjungit cum monte Acze, & revolvente „ eodem monte Acze usque in fluvio Melsa, „ & quemadmodum decurrit ipsa Melsa usque ubi conjungit cum parvo flumine qui „ dicitur Mellarinus, & ab hinc in verticem „ montis, qui est super urbem, & mons ipse „ appellatur Barbola, & supercilium ejusdem „ montis usque in Montem-Arcanum, & „ Montem-Martæ, Montemque Casale, eosque „ ultra montes extrinsecus circumdantes in „ hortum usque riaginis, quæ nominatur „ Ravennola, & quemadmodum decurrit „ ipsa Ravennola, usque in fluvio Vulturno, „ & quomodo Vulturnus conjungit cum fluvio Vantra, & sicuti Vantra conjungit „ cum fluvio Foruli, & quomodo Forulus „ percurrit usque in viam antiquam, & inde „ conjungit cum bivio, qui nominatur Gizzoli, & inde vadit in Rivo in quo non „ semper aqua decurrit, & sic vadit usque in „ Sangrum. Et omnia castella infra hos fines, „ & villas, & silvas, positas, cum Ecclesia „ Beati

(1) Parcat Johannes Monachus, cui Chronicon hoc magni sanè faciendum debemus, si non semel ejus oscitantiam, aut imperitiam in judicium vocare cogimur. Hocce Diploma Carolum nobis exhibet jam *Imperatorem Augustum*, qua dignitate is auctus fuit Anno tantùm DCCC. Lege notas Chronicas Diplomatis ejusdem. Datum dicitur Anno Dom. Incarn. DCCLXXV. quo revera mense Aprili decurrebat Indictio XIII. Atqui eo tempore nondum Carolus Imperatorem agebat: quid ergo de hac charta sentiendum? Accedit, quòd privilegium concessum dicitur Authperto Abbati Vulturnensi. At is ab ipso Chronographo nostro è vivis sublatus dicitur Anno DCCLXXVIII. postquam Annum unum, & duos menses Monasterio præfuerat. Non ergo vitam ille produxit ad tempora usque Imperii Carolini, neque ad ipsum pertinere potest Diploma Anno DCCLXXV. ut hoic legitur, conscriptum. Atque hæc adnotare sinè ulla dubitatione placuit; non enim suscepi gratiam mihi conciliare Johannis Monachi tamdiu vita functi, sed quidem inservire veritati, ac Tironibus ista lecturis. Quod restat, ne omnia quidem, quæ de Authperti muneribus ante Monasticam vitam enarrat, veritate Historica nituntur. Sed properandum est.

Digitized by Google

„ Beati Petri Apoſtoli poſita in loco Sritæ, A
„ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Apianica, Eccle-
„ ſia S. Mariæ in duas Baſilicas, Eccleſia S.
„ Mariæ in Cameto, Eccleſia S. Mariæ in
„ Pallene, Eccleſia S. Maria in Quinque
„ millia, cum omnibus illorum pertinentiis. Ea
„ videlicet ratione, quatenus prænominatus
„ Abbas, & ſui ſucceſſores, de omni jam
„ præfata tam in hoc præcepto, quàm in
„ aliis ſcriptionibus habeant poteſtatem te-
„ nendi juſtè, commutandi, ordinandi, in-
„ ſtruendi, vel quidquid juſtum fuerit facien-
„ di: & nullis ſit deinceps licentia infra præ-
„ dictos fines aliquam contrarietatem, ſeu
„ moleſtias partibus inferre præfati Cœnobii
„ per inclytos fines, neque per poſſeſſiones B
„ parantem, ſeu per aliam quamlibet ratio-
„ nem: excepto per veriſſimas cartulas, cum
„ quibus ſe accuſatores regulariter defendere
„ queant, juſtaſque conſignationes utiliter
„ conſignatas. Præcipimus præterea præfa-
„ tum Monaſterium, cum omnibus præfatis
„ Monaſteriis, ac Cellis, rebus quoque ac
„ familiis ibidem aſpicientibus, & cum Fra-
„ tribus ac Monachis ibidem Deo famulanti-
„ bus, ſub noſtræ tuitionis munburdum om-
„ ni tempore permanere. Quòd ſi quislibet
„ contra hanc noſtram conceſſionem vel con-
„ firmationem inſurgere, vel moleſtias in-
„ ferre tentaverit, ſciat ſe compoſiturum auri
„ puriſſimi libras duo millia, medietatem C
„ ſacro noſtro Palatio, & medietatem eidem
„ venerabili Monaſterio. Et ut hæc noſtra
„ largitio firmiorem obtinere poſſit vigorem,
„ & per curricula annorum inviolabilem ac
„ incommutabilem obtineat firmitatem, &
„ à fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ diligentiùs
„ conſervetur, manu ſubterſcripſimus, & an-
„ nuli noſtri impreſſioni ſignari juſſimus. Si-
„ gnum Domini Caroli ſereniſſimi Imperato-
„ ris. Data XII. Kal. Maji, XIII. Indictione,
„ anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXV.

Aliud quoque Præceptum obtinuit de Eccleſia Sancti Peregrini idem Venerabilis Abbas Authpertus, cujus eſt hujuſmodi textus.

Caroli (1) Magni Imperatoris Diploma, quo Eccleſiam Sancti Peregrini dotat, & donat Monaſterio Vulturnenſi, ejuſque Abbati Authperto circiter Annum DCCLXXVI.

„ INæſtimabilis ſummæ, perfectæque Tri-
„ nitatis eſſentia cuncta jura Regnorum
„ diſponente, Carolus Romanus Auguſtus Im-
„ peratorium deferens ſceptrum totius Euro-
„ pæ, per Amiternenſes, Valvenſeſque partes
„ in locum Septifonte dictum cum expeditio-
„ ne innumerabili veniens, ibique feſſi requie-
„ vimus, & poſt corporeos apparatus dormi-
„ tum ivimus. Mens diverſis curis ægra, ac
„ ſolicita, licèt caro quieſcat, inæſtimanda
„ cogitando videt, & videndo cogitat. Me-
„ dia ideo ferè nocte quidam Peregrinus per
„ omnia pulcherrimus mihi dormienti appa-
„ ruit, totum me illuminans, velut viſibilis
„ ac materialis Sol ſplendore totum illumi-
„ nat mundum, qui mihi talia verba dedit:

„ *Tu potens quaſi in gloria requieſcis, nec cu-*
„ *ram mei, mihique fidelium ad memoriam pro-*
„ *ducis?* Tali viſione tremefactus ſurrexi,
„ ſedens, & cogitans, quid hoc eſſe poſſit.
„ Iterum ſopore captus perterritus quievi.
„ Mox quædam arbor, de qua ſeptem fontes
„ videbantur procedere, mundum totum irri-
„ gantes, ſupra me viſa eſt aſſiſtere. Inter hæc
„ diurna lux crepuſculum dabat, & cura, &
„ ſopore, & viſione mihi depreſſo Peregrinus
„ perſpicuiſſimæ lucis lampade plenus, Deo
„ ab Inferis redeunti, duobuſque Diſcipulis
„ in fractione panis cogniro, præclaro vultu
„ ſimilis, hæc verba edidit: *O Carole, mihi*
„ *in facienda juſtitia non modicè carus, ſur-*
„ *gere feſtina. Ad locum quendam hìc prope*
„ *Peregrini corpus invenies, cujus animam in-*
„ *ter cœleſtes choros pro merito cognoſcas valde*
„ *gaudentem. Quapropter beneficia, ac mira-*
„ *cula præſta corpori illius, qui, dum vixit,*
„ *ſatìs exſtitit Deo fidelis.* Illico Epiſcopos,
„ ac Religioſos Clericos vocari præcepi, eiſ-
„ que omnia, quæ noctu mihi oſtenſa ſunt,
„ ex ordine demonſtrans, tamdem ad locum
„ corporis Peregrini devenimus. Statim indi-
„ genas ac incolas illius Regionis percontari
„ cœpimus de vita & geſtis illius Peregrini.
„ Ejus Sanctitate ac Miraculis cognitis per
„ verba indigenarum, ac advenarum ibi aſtan-
„ tium, Eccleſia corpori pauperis advenæ fa-
„ bricatur, cui quingentos etiam modios ter-
„ ræ, cubitali menſura undique in circuitu,
„ conſenſu Ducum ac Principum, omnium-
„ que equitum, nec non hominum juxta ha-
„ bitantium, dotem firmiter juſſi concedi.
„ His ita juſtè & piè peractis, ad Monaſte-
„ rium Beati Vincentii prope Vulturnum po-
„ ſitum cum meis privatis perreximus; illic
„ triduo ad orationem Fratrum Religioſiſſi-
„ morum quingentorum, & proficuum Eccle-
„ ſiæ horum permanſimus; à quibus probè &
„ honeſtè percontatus de fama & dote Beati
„ Peregrini, congruo & pacifico ſermone re-
„ ſpondi. Perſpicui ac Religioſi Monachi
„ unanimiter terram datam Peregrino dixe-
„ runt omnino eſſe Beati Vincentii. Tunc mo- D
„ nitu omnium Monachorum, ac proborum
„ hominum cartulam de prædicta dote nomi-
„ natæ Eccleſiæ prætitulari præcepi, omni-
„ buſque videntibus ſuper Altare venerabilis
„ Vincentii manu mea propria appoſui, pœ-
„ namque ducentarum auri librarum auferen-
„ ti, voce omnium affirmantium eam, indixi.
„ Præcepta quoque omnia legalia habita, vel
„ habenda in eadem Eccleſia, à Regibus, &
„ Ducibus, aliiſque ſublimibus poteſtatibus,
„ tam Clericali, quàm Laicali Ordine volu-
„ mus confirmari ac roborari; quippe con-
„ ventus tantorum virorum Sanctorum, ut
„ Eccleſiæ Sancti Vincentii à nemine Laico- E
„ rum indicetur conturbari, vel eorum bona
„ minui. Et in hoc ſi quis læſor inventus fue-
„ rit, primò ſua ſponte emendet. Si tardave-
„ rit, duplicet emendationem. Si ex toto re-
„ nuerit, noſtro judicio, aliorumque Regum
„ Chriſti Eccleſiam defendentium, capitalem
„ ſibi ſumat ſententiam. Et hæc omnia pri-
„ mitus ad honorem & gloriam omnipoten-
„ tis

(1) Ita ego ſcripſi, quaſi de germano Diplomate agatur. Sed qui ſpurium, imò prorſus exſibilandum non videt, nihil videt. Propterea ab eo evulgando abſtinuit Du-Cheſnius in Excerptis ad Hiſtoriam Francorum ſpectantibus. Ego verò illud, aliaque ejuſmodi, fidenter erumpere ſino; eſt enim non contemnenda Eruditionis pars, noſſe etiam quantopere fabulis indulgerent olim homines, & quàm placidè ficta venditarent. Ab hocce vitio ſi Seculum noſtrum immune cupimus, recta cupimus. Et quidem hac de re gratulandum temporibus meliora edoctis.

Digitized by Google

„ tis Dei, ejuſque omnium fidelium, cujus
„ jure & velle omnia conſiſtunt, atque regun-
„ tur, amore quoque & commemoratione
„ noſtri Magiſtri, ac Rectoris, nec non Ora-
„ toris Domni Authperti venerandi Abbatis
„ Beati Vincentii, noſtri poſteri cognoſcant
„ eſſe factum. Quiſque lector hujus membra-
„ næ, ſemper in ea noſtrum cognoſcat ſigil-
„ lum.

Et quia his temporibus Imperator Carolus, poſtquam Papiam ceperat, etiam omnem Italiam ſibi ſubjugaverat, Pipinum filium ſuum Italiæ Regem conſtituens, ipſe in Franciam regreditur. Pipinus ergo cùm eſſet armis ſtrenuus, Fidei devotione, & Juſtitiæ dilectione Deo amabilis, curam agens ſacræ Reipublicæ, & jura Eccleſiarum defendens, dum per totam Liguriam, atque Æmiliam Adriaticas Urbes peragrans, in Pinnenſem, & Aprutienſem deveniſſet Comitatum, ex inclita dote & poſſeſſione ipſius territorii contulit Præceptum Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii, cujus textus iſte habetur: (*)

Pippinus Italiæ Rex per ſuum Diploma multa Vulturnenſi Cœnobio donat in Aprutino ac Pinnenſe agro circ. Annum DCCLXXXVII.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti. Pipinus (1) cuncta
„ Regum Imperatoria moderamina, divina
„ cœlitus præordinante gratia, cui univerſi
„ orbis poteſtates ſubjiciuntur, habenas reti-
„ nens Francigenæ gentis, Rector Urbis Ro-
„ mæ Auguſtus, cum innumerabili expeditio-
„ ne per Liguriam, atque Æmilias partes,
„ ac Adriaticas Urbes peragrans, in Pinnen-
„ ſem, atque Aprutienſem devêni terram,
„ ibique de ſtatu Eccleſiarum, Populique jure
„ interrogando percontatus emendanda emen-
„ davi. Inter hæc fama præclari Martyris
„ Vincentii, & religione & multitudine Con-
„ fratrum, ſæpe per totam Europam divul-
„ gabatur, & mirabatur. Quippe Martyr
„ carus Deo, duplicis elementi paſſus pœnas,
„ quo * terra ejus corpus venerari pro meri-
„ tis, ejuſque anima Dei gloria coronanda.
„ Qua de cauſa Authpertus ejus Monaſterii
„ Abbas, patris mei Caroli liberalibus ſtudiis
„ Magiſter, ad nos quatuor Monachos & vi-
„ ta & moribus laudabiles miſit, qui percon-
„ ſulti nobis de fama Monaſterii, pro magni-
„ tudine famæ pauca, ſed omnino veridica
„ reſpondentes, obtulerunt obtutibus noſtris
„ Præcepta Regum Longobardorum Aiſtul-
„ phi, & Deſiderii, nec non Præceptum piæ
„ recordationis Domni Genitoris noſtri Caroli
„ piiſſimi Auguſti, in quibus continentur præ-
„ deceſſorum ſuorum Regum, & Ducum,
„ Giſulfi Ducis gentis Longobardorum, &
„ Liutprandi Ducis Ducatus Spoletini. Illi
„ namque ſurgentes, ac petentes, ut eadem
„ Præcepta noſtræ confirmaremus præceptio-
„ nis confirmatione, tamen Regem Deſide-
„ rium Longobardæ gentis extollentes ſupra
„ ceteros Reges Longobardorum, dicunt, in
„ Valeriæ partibus admirabile ſibi conceſſiſſe
„ donum, ... Monaſterium in honore Bea-
„ ti Petri Apoſtoli, quod Beneventi ſibi per
„ ſomnium revelatum eſt, ſitum in Tritenſi
„ Valle, cum dotis, & prædiis, ſicuti in Præ-
„ cepto ejus continetur. His præfatis, nec
„ non omnibus auditis, eos interrogavimus,
„ quid à me tantæ Congregationis tam præ-
„ clari Martyris vellent. Dicentes velle Ab-
„ batis, ac omnium Fratrum, fertilis terræ
„ Adriatici maris juxta fines, quæ de ſemini-
„ bus ac liquoribus, ſecundùm poſſe atque
„ juſtitiam prænominati Martyris, Monaſte-
„ rio ſemper in auro aliquid redderent, ga-
„ viſi ſumus ſanctitate loci, dono fidei, prece
„ Abbatis, & optatu omnium bonorum au-
„ dientium, in * Pinnenſem Comitatum à
„ capite Maoni, quomodo deſcendit in Go-
„ mano, & Gomanus deſcendit in pede Atri.
„ Similiter à capite Maoni juxta radices Mon-
„ tis-Cornici, aliiſque ſibi junctis uſque ad
„ caput finis fluvii, & ipſe finis deſcendit
„ æqualiter cum Atri, & in Aprutino Comi-
„ tatu, quidquid à Rivo Martiliano deſcen-
„ dente in Trutinum, & à colle dicto Ciſter-
„ na parùm ſuperiùs limite tenſo ſupra ipſum
„ Muſianum, & Tuſianum, uſque ad fluvio-
„ num deſcendentem in Trutinum. Quicquid
„ Caſtellorum, aut Villæ, aut terræ, vel fer-
„ tilis ſibi dedimus, & hoc per Inveſtituram
„ Eccleſiæ Beatæ Mariæ ſemper Virginis
„ ſitam in Arolam, tradidimus in manibus
„ Monachorum in perpetuum per opus &
„ ſervitium præfati Monaſterii; inſuper præ-
„ ceptum, & bannum compoſuimus, ſi quis
„ vel auferre, vel lædere umquam ſtudiosè
„ vellet, noſtra legali juſſione compoſiturus
„ ſit centum libras auri optimi, medietatem
„ Eccleſiæ Vulturnenſi, & medietatem Came-
„ ræ noſtræ. Præterea imago noſtri vultus
„ hac clauſa ſemper habeatur in teſte. Data
„ IV. Idus Junii Anno Chriſto propitio Quar-
„ to Imperii Domni Pipini piiſſimi Auguſti,
„ Indictione decima. Actum in Comitatu
„ Aprutienſe in Dei nomine feliciter.

Arichis quoque Longobardorum Princeps contulit eidem venerabili Abbati Authperto, ad preces Radohin Monachi ejuſdem Cœnobii, Præceptum confirmationis de Vico, qui dicitur ad Sanctum Tammarum, in territorio Capuano, cujus eſt hujuſmodi textus:

Ari-

(*) Vide Tabulam quartam figur. II. pag. 355.

(1) O Secula ad miraculum credula; ſed ideo tam credula, quia indocta. Patentiſſima eſt Diplomatis hujus, aliorumque præcedentium impoſtura; eam tamen Johannes Chronici conſarcinator, quamquam homo non ineruditus, minimè ſubolfecit: neque enim ejus cerebro & calamo tribuenda hæc puto. Ut alia mittam certa fictionis argumenta. unus *Romani Imperatoris* titulus Pippino additus, qui Italiæ tantùm Rex fuit, commonere hominem poterant de ludo ſibi luſo. Quibus conſpectis, veniet nunc, qui aut olim debacchatos interdum impoſtores neget, aut eorum fœtus ſtatim ſublatos periiſſe contendat. Tempus quidem ut vera plurima, ita & ficta non pauca ſuſtulit. Sed adhuc tot eorum temporum figmenta reſtant, ut dealbare hac in re præterita Secula numquam poſſimus. Quæ tamen dicta velim, non ut germanis veterum Chartis, quarum innumerabilis copia ſupereſt, ſuſpicionem inde creem, ſed ut cautos in antiquitatum examine tirones faciam, ne omnes Archivorum tabulas, perinde ac totidem gemmas, accipiant.

Digitized by Google

Arichis Dux Beneventanus Monasterio S. Vincentii confirmat plures Condomas eidem ab Arichi filio Rodychis donatas Anno DCCLXXVIII.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi: Domnus vir glorioſiſsimus Arichis ſummus Dux gentis Langombardorum in Monaſterio Sancti Vincentii, „ qualiter vobis Authperti reverentiſſimo Abbati, eo quòd ſuggeſſerit clementiæ noſtræ „ Radohin Monachus ipſius Sancti Cœnobii, „ qualiter firmaremus in eodem ſancto & venerabili loco Condomas ipſas, quas quondam Arichis filius Radychis pro mercede „ animę ſuę ibique contradiderat per cartulas „ ſuas, qui cummanere videntur intra terras „ finibus Capuanæ. Noſtra quippe poteſtas „ conſiderare Dei omnipotentis miſericordiam, & animæ noſtræ mercedis, quàm & „ ipſius Radohin obaudientes poſtulationem, „ ideoque per hunc noſtrum roboratum præceptum firmavimus in poſſeſſionem jam fati „ Monaſterii Beati Vincentii, quàm & à Deum „ ſervientibus, ipſas Condomas, ideſt Barcio„ lus cum germanos ſuos, ſimul & nepotes, „ cum uxores, noras, filios, & filias, nec „ non & Condomas nomine Ronciolus, tam „ ſimul cum ſuos germanos, & nepotes, cum „ uxoribus, noras, filios, & filias, ſimul & „ Merulo, quàm & Juſto conſobrinos Ron- C „ cioli, cum ſuas uxores, filios, & filias. His „ dictis cum omnibus pertinentiis ſuis, qui „ habitant in vico, qui dicitur ad Sanctum „ Tammarum, ideſt cum caſas intriſecus, vineis, territoriis, campis, ſilvis, paludibus, „ omnia & in omnibus mobilia, & immobilia, ſe ſeque moventibus, quantoque ipſi „ ſupraſcripti ad manum Arichis deſerverunt: „ in ea videlicet ratione ut amodo, & deinceps per hunc noſtrum firmiſſimum præ„ ceptum ſecundùm textum cartulę, quam „ Arrechis inde emiſit in præfato Monaſterio, „ ſubjaceant omnes res ipſe, & à nullo ex noſtris Judicibus, ideſt Comitibus, Caſtaldeis, „ vel quiſquam agentibus, habeant aliquam D „ requiſitionem, aut moleſtationem, ſed per„ petuis temporibus ſecuros, & quietos Ab„ bates ipſius Monaſterii valeant poſſidere „ prænominatas Condomas cum omnia eorum „ pertinentia. Quod vero præceptum firmitatis ex juſſione ſupraſcripti Domni noſtri „ Arichis Viceſimo Primo Anno Principatus „ ejus ſcripſi ego Benenatus Notarius. Actum „ Benevento in Palatio menſe Majo, per In„ dictione Prima.

In hoc tempore quidam homines Carapellenſes ingenioſè ſubtrahentes ſe ex ſervitio, & ſolutione vectigalium, quam ſemper facere ſolebant, ſacro Monaſterio ſuperbè reſiſtebant. Unde ex juſſione magnifici Ducis Hildeprandi definitio judicatûs facta eſt per Sinualdum Epiſcopum, & alios idoneos viros, & illorum audacia devicta, atque ſubacta eſt ſecundùm quod hìc habetur deſcriptum.

DE CARAPELLE SCRIPTUM DE VVALDORA.

Dagari Judex ex præcepto Hildebrandi Ducis Spoletani cognoſcit occupationem variorum bonorum Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum factam ab hominibus territorii Balvenſis, eaque reſtituenda ſtatuit Anno DCCLXXIX.

„ IN Chriſti Dei omnipotentis nomine. Dum „ ego Dagari unà per juſſionem Domni A „ Hildeprandi glorioſiſſimi Ducis Ducatus „ Spoletini directus fuiſſem in Tritas finibus „ Balvenſes propter invaſionem, quas ſingu„ los homines de Carapellas fecerant in Wal„ do, qui dicitur Robore, & in Caſtello ſu„ per Sanctum Laurentium, ubi Eccleſia San„ cti Cypriani præeſſe videtur, qui ipſe Wal„ dus pertinere dinoſcitur Eccleſiæ Sancti Pe„ tri in ſupraſcripta Tritas, qui pertinet de „ ſupraſcripto Monaſterio Sancti Vincentii. „ Similiter & de Terraticas vel alias invaſio„ nes, quas alii homines fecerant, hoc eſt „ Tribunus, ſeu & Citulus, Paulus, & Alpari „ cum germanis ſuis. Iterum & de Aquareo, „ ideſt Teudemari, & Sinderacus de Terra- B „ tico, quod ſubtraxerant, & ſilva quam in„ vaſerant in Colle Bonioli, & in plagia „ Sancti Pancratii. Nunc & Magiſtros, hoc „ eſt Villanos, qui cum mannarias ſuas ſoliti „ fuerant in ſupraſcripta Curte Magiſterium „ facere, ideſt Lupari, & Paldulus, Ambro„ ſiolus, vel fratres ipſorum, qui de ipſis ſub„ traxerunt, vel de ſuo Magiſterio, ſimul & „ de Monte deſuper Villamagna ad ſerra, „ unde ſingulos homines de Villamagna ter„ raticum dare conſueverant, & dare in præno„ minata Curte nolebant de ſingula Molina, „ quas aliquanti homines habebant, & exinde „ penſionem ſoliti fuerant reddere in ipſa „ Curte, & nunc præſenti ſubtraxerant dandi. „ Proptorea nos qui ſupra Dagari dum inſimul „ pariter per juſſionem Domni mei adeſſemus „ cum vobis Sinualdo Epiſcopo, & cum An„ ſcauſo Caſtaldeo, ſeu Sintarino ad inquiren„ dum de ſupraſcripta Capitula, & judicium „ ponendi, qui & de unaquaque cauſa ſuptili„ ter inquiſivimus, & judicium poſuimus. „ In primis de Carapellenſes ſuper ipſum ſu„ praſcriptum locum, ut invaſerant, acceſſe„ runt ibidem ipſe Sinualdus Epiſcopus, & „ Anſcauſus Caſtaldeus cognoverunt, eo quòd „ ipſi invaſerant in atrio Sancti Cypriani, & „ in Caſtello ſuper Sanctum Laurentium, & „ per via da Carapelle. Deinde per limite de„ ſuper Sancto Laurentio, deinde in Caſale de „ Populo ipſo Carapellenſi, ubi dum ipſi ve„ niſſent in noſtra præſentia, quamquam Epi„ ſcopus cognoviſſet de eadem invaſione, ipſi „ dicebant, nihil invaſimus, niſi noſtra ſub„ ſtantia. Et propterea venerunt Waldatores „ ante nos Rodulu, & Albu, & Criſpus, qui „ ab antiquis Giratores fuerunt, & dixerunt „ quòd ſupraſcripta loca, quæ cum Epiſcopo „ giravimus, ſemper de Waldo fuerunt; & „ dum minimè à ſua parte Carapellenſes po„ tuiſſent oſtendere ipſas terras eorum fuiſſe, „ tunc judicavimus, ut ipſi Waldatores per „ ſacramentum firmarent; & ita factum eſt, „ ante nos ſæculi teſtimonium reddiderunt. „ Poſt hæc Wadia poſito de compoſitione de „ ipſa invaſione, & ipſam terram relaxare à E „ parte Monaſterii, & fidejuſſores poſuerunt „ Sinualdum Epiſcopum, & de ſupraſcripta „ alia Capitula ita ante nos omnia à parte „ factum eſt. Et ipſi homines veritatem ſunt „ profeſſi tam de terratico, quàm de penſione „ de Molina, ſeu de ipſos Villanos. Et nos „ qui ſupra Judices hæc omnia veritatem „ agnoſcentes, judicavimus, ut qualem ab „ antiquo tempore terraticum, vel penſio„ nem, atque magiſterium ipſa Curte Tritas „ fecerunt, facerent & in antea abſque aliqua „ ſuperimpoſita, & ex ea penſione vel ter„ ratica eidem Gaidualdo Præpoſito Wadia „ dare

Digitized by Google

„ dare fecimus ſupraſcriptis hominibus, &
„ dando. Unde pro amputanda intentione
„ hunc notitiæ judicatum ex juſſione ſupra-
„ ſcriptæ poteſtatis, & ex dictatu Dagarini
„ Notarii ſcripſi ego Totimannus Notarius in
„ menſe Martio per Indictione ſecunda feli-
„ citer.

Sub his quoque diebus Tribunus quidam Vir Carapellenſis obtulit ſe cum quatuor filiis ſuis in Monaſterio Beati Vincentii per hujuſmodi obligationis ſcriptum:

Charta Tribuni de Carapelle, per quam ipſe, ejuſque filii obedientiam, ſervitium, ac defenſionem, ſalva libertate, ſpondent Monaſterio S. Vincentii. Anno DCCLXXXII.

„ IN nomine Domini. Regnante Domno
„ Carolo Viro excellentiſſimo Rege Fran-
„ corum, atque Langobardorum, ſed & tem-
„ poribus Domni Hildeprandi glorioſi Du-
„ cis, & aſſiſtente Audone Caſtaldeo in men-
„ ſe Julio Indictione quinta. Ideoque conſtat
„ me Tribunus de Carapelle pro mercede,
„ & remedio ſalutis animarum noſtrarum,
„ unà cum filiis meis pariter aſſentientibus,
„ ideſt Pertulu, & Juſtinu, Marazola, & Bi-
„ bulu concedimus perſonas noſtras in ſervi-
„ tio, & defenſione de Monaſterio S. Vincen-
„ tii, ut omnibus diebus vitæ noſtræ in ipſo
„ ſancto & venerabili loco obedientes eſſe
„ debeamus, tam nos, quàm & heredes no-
„ ſtros, ut de quid Abbas, Præpoſitus, aut
„ Cuſtos ipſius venerabilis loci juſtè imperare
„ valuerit, nos obedientes eſſe debeamus, &
„ in eorum defenſione permanere debeamus,
„ ſalva libertate noſtra. Et hoc ſpondimus,
„ & per ſupraſcriptos nos obligamus, ut ſi
„ nos, aut heredes noſtros, de voluntate &
„ obedientia de ipſo Monaſterio ſubtrahere
„ voluerimus, licentiam tribuimus, ut Cu-
„ ſtodes de ipſo Monaſterio habeant licen-
„ tiam nos deſtringere & pignorare, donec
„ voluntatem ipſorum adimplere debeamus,
„ ut ſupra diximus, de quod nobis juſtè im-
„ imperare voluerit. Actum in Trite in atrio
„ Sancti Petri, Cella Sancti Vincentii, men-
„ ſe, & Indictione ſupra ſcripta. Quam verò
„ Cartulam offerſionis ego Ato Notarius ro-
„ gatus à Tribuno, & filiis ipſius præſenti-
„ bus ſcripſi.

Fines prædiorum ad Monaſterium S. Vincentii ſpectantium in agro Carapellenſi.

„ NUnc verò ipſos fines declaramus de-
„ prædictas Carapellas, ſicut continen-
„ tur per præcepta, & libella pertinentes
„ Monaſterio S. Vincentii Martyris. Unde
„ in primis quod direxit hoc Judicatum
„ ipſius, deinde totum ipſum Waldum de
„ Robore, & in Caſtello ſuper Sanctum Lau-
„ rentium, ubi eſt ipſa Eccleſia Sancti Ci-
„ priani, Silva in Colle Bollioli, & in Plaja
„ Sancti Pancratii, & montem ſuper Villa
„ magna. Deinde in ipſo Calaſco, infra fe-
„ nile uſque in verticem montis, uſque in
„ via, uſque in Berragine, uſque in Petra
„ Ruſia, uſque in Macere longè, uſque in
„ Valle de Caprile, uſque in Petre de Lene-
„ lenari, & uſque in Petra Vultuira. Dein-
„ de in Preſvito, & in ipſo campo Monaci-
„ ſto, uſque in vertice montis, uſque in via
„ antiqua, uſque Furcu de Olaci: ſunt hæc
„ per menſura modia ſexcenta. Deinde in
„ Cerretum, in Volumbro..... Frave fine
„ Felicule in ſuperi, & in limiti, uſque fur-
„ ca Uſcedi, uſque Serra de Pomecella,
„ uſque via, quæ pergit ad Valle Pagana,
„ uſque Tricalium de Carpeneto, uſque
„ Maula de Buti ad ipſum Petrum, & per
„ via antiqua, uſque Felicule ad ipſum aqua-
„ rium, uſque Serra de Turbide, uſque Ron-
„ cillore, & inde ad priorem finem. Deinde
„ in Bute uſque ipſum iacum, uſque ipſum
„ collem, uſque via Plaja, & via, quæ per-
„ git ad Petra Cerbiaria. Deinde in ipſo Ce-
„ ſe longè, uſque Petra Cerbiaria. Deinde
„ iterum in Calato, uſque in Valle de Capril-
„ li, uſque Macere longè, uſque ad Petram
„ Rubeam, uſque in via, & uſque in verti-
„ ce montis. Deinde iterum in Preſvito in
„ ipſo Campo Monatiſco uſque Palude To-
„ locce, uſque via antiqua, uſque verticem
„ montis. Deinde in Lucela uſque Noce,
„ uſque Pareti, & uſque Serra de ipſa res de
„ Carapelle ſubtus, vel ſuper: menſura mo-
„ diorum mille. Deinde uſque Turbide,
„ uſque Reſtublu, uſque Carru ructu, uſque
„ Speluce, & uſque Buſſi.

MIRACULUM SANCTORUM, PRO QUO ECCLESIA SANCTÆ BALBINÆ ÆDIFICATA EST IN ABEGIE.

QUod à probatiſſimis Patribus fida relatione didicimus, opportuniſſimè compendioſo ſermone hìc inſerendum cenſuimus: & hoc celebri fama longè latèque vulgatum ad nos quoque olim delatum populi ora centenis laudibus ſonant. Patres quidam Romam gratiâ orationis perrexerant, quibus ſtudium erat continuis precibus ſemper quærere Deum, & limina ſacra luſtrare luminum mundi, ut ſibi & ſociis deferrent munera Dei. Ergo ſuæ devotionis officiis conſummatis, cœlitus ſibi oblatas Sanctorum Martyrum Reliquias à quibuſdam acceperunt, & pretioſis involuta tegminibus ſuæ paſtorali peræ indiderunt, ac verſo itinere huc redire cœperunt, debitum illis ſanctæ ſervitutis officium per longi ſpatium itineris ſedulè exhibentes. At ubi in ſuæ poſſeſſionis loca pervenerunt, juxta fluvium ſcilicet Calidum, quo inter Balvenſem, & Furcunenſem Comitatum diviſio eſſe videtur, ſub unius umbra arboris laſſi reſidentes, longi laboris onera bene ſibi placita quiete relevabant. Tunc Sanctorum Reliquias in ipſius ramo arboris collocantes ſobria refectione, ac parvi ſomni ſopore levabantur. Interea ſurgentes dum cœptum iter agere vellent, prædictas Martyrum Reliquias requirentes, & aſſumere volentes, repentè in ipſius cacumine arboris illas ſublevatas eſſe viderunt. Cujus ſublimitatem attingere quærentes, & minimè valentes, cœleſte factum attentiùs mirabantur. Ingens ſtupor, & admiratio videbatur, & inſigne prodigium ad videndum millia populi provocabat. Nitebantur ſe plerique retendere, ut ea capere poſſent; ſed nemini illic facilis erat acceſſus. Viſum eſt ſervis Dei, poſt laborem prolixæ orationis, Chriſti Martyribus ibidem ædificari Templum debere, quod multi viri, qui advenerant accedentes brevi

in

in tempore id perfecerunt, & illis faventibus dedicatum ab Epiſcopis loci, reconditis ibidem Sanctorum Reliquiis pretioſis, & multis muneribus oblatis, & poſſeſſionibus delatis ſub hujus Monaſterii patrocinio conſtituta eſt eadem Eccleſia in honore Sanctæ Balbinæ Virginis. Denique cùm quodam tempore pro requirendis rebus Monaſterii illuc adveniſſemus, & ab incolis loci læto ſermone audivimus, ipſis temporibus illos ibidem percepiſſe ſigna miraculorum, ſolemneſque concurſus in eadem Eccleſia agere vidimus, maximè ad diem Dedicationis, quæ hactenus agitur dic Kalendarum Junii menſis. Exſtitit quoque in eodem loco Religioſorum habitatio Monachorum, ex quibus noſtris temporibus quidam effulſit clarus nomine Aldo. Sed ne hoc alicui poſſit incredibile exiſtimari, ſimile, vel majus invenitur in Paſſione Beati Euſtratii, quia dum caput Sancti Oreſtis invenire non poſſent, repentè in arboris ramo ad vocem cornicis illud repererunt.

Pulchrum inſigne miraculum in eiſdem partibus huic ſimile factum eſt. Mons excelſus, & eminens in ipſis Vallibus ſitus eſt ſuper Caſtrum, quod Georgianus dicitur, in cujus excelſo cacumine Oratorium antiquitus conſtitutum eſt in honore pretioſi Martyris Vincentii. Conſuetudo autem fuerat ſervis Dei in prædicto loco habitantibus conſtitutis diebus per annos ſingulos cum magna devotione hoc Sanctæ Congregationis viſitare Cœnobium; erat enim prædictus locus in propria poſſeſſione Monaſterii hujus. Cùm ergo quadam vice huc adveniſſent, & celebratis ſuæ devotionis obſequiis illuc regrederentur (erat autem vernum tempus) tum ſubitò tantus ventorum, imbrium, & nivium turbo è cœlo profluxit, ut inter ipſa montium ardua itinera conſtituti, ultra omnino progredi non valerent. Mœrens refero, quæ audivi: inter ipſas nivium & ventorum procellas pariter ſuffocati ſpiritum reddiderunt. Quod ubi hìc auditum eſt, horruerunt omnes, & longo tempore nullus ibi ire audebat; rarus quoque erat, qui illic habitare volebat. Tunc die quadam injectus ignis cùm caſu, ut credo, locum illum compleret, Crux in eadem Eccleſia erat, quæ Sanctorum Reliquiis conſecrata fuerat, & pro voto ab omnibus venerabatur. Hæc videntibus omnibus, qui adeſſe poterant, ab ipſa Eccleſia, nemine deferente, longè egreſſa vaſtam fagus arborem amplexata eſt. Mirabilis & ſtupenda veritas! mox arbor mediam ſe dividens prædictam Crucem in ſuis ſuſcepit arcanis, parva ſolummodo brachii exteriùs pro ſigno viſionis manente. Quò nos aliquando pervenientes, quod audivimus, vidimus; & quæ credere niſi videremus, non potuiſſemus, videntes credidimus. Tunc & aliquos Servos Dei Eremitas in eodem Oratorio habitare didicimus, merita recolentes Martyris Vincentii, cujus honore nominis ab incolis terræ hactenus arbor illa vocatur.

Expleto itaque in ſancto regimine Venerandus Abbas Authpertus anno I. menſibus II., & diebus XXV. juſti operis palmam ſuſcipiens feliciter migravit ad Chriſtum, Anno Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſeptuageſimo octavo, Indictione II. in Beati Petri Eccleſia digno ſepulcro locatus.

(1) Quid rei eſt hoc? Divinatorem agere non juvat: lego *verſibus*.

DE PAULO DIACONO.

Libet in hoc loco aliqua inferre de Paulo Diacono, ſiquidem & ipſe de noſtris quædam reverenti ſtylo deſcripſerat, & cum hoc Venerabili Patre Authperti maxima illi fuerat cognitio. Hic cùm eſſet Regis Deſiderii Notarius, ex Longobardorum gente originem ducens, Patre Guarnefrid, Matre Theodelinda ortus, à puero diſciplinis liberalibus eruditus, maximum in Curia Deſiderii Regis locum obtinuit, & Aquilejenſis Patriarchii Archidiaconus exſtitit. Qui poſt captionem Deſiderii Regis, Carolo quoque admodum amabilior factus eſt. Sed poſt à quibuſdam invidioſè accuſatus, quòd propter fidelitatem Deſiderii illum occidere voluiſſet, interrogatus à Rege, reſpondit ſe pro certo fideliſſimum ſui Domini ſemper fuiſſe, & in eadem fidelitate cum vita perſeverare. At Rex iratus præcepit eum manibus truncari; ſed in ſe reverſus, pro magnitudine illius ſcientiæ ſuſpirans ait: *Si manus ejus abſcindimus, ubi tam elegantem Scriptorem reperiemus?* Percontatus à Proceribus, quid illis ſuper hoc videretur, ajunt illi: *O Rex, dignè tanto viro compateris; ſed ne alicui aliquando contra vos literas dirigat, jubete ut avellantur oculi.* Et Rex: *Quando*, inquit, *tam inſignem Hiſtoriographum, aut Poëtam invenire valebimus?* Tunc illi videntes Regis clementiam, ſuaſerunt, ut in Diomedis Inſula, quæ à tribus montibus Tremiti dicitur, eum exiliaret: factumque eſt ita. Sed poſt parvum tempus homunculus quidam eum inde extrahens, Beneventum perduxit, quem Arichis ſuſcipiens eum honorificè retinuit. A quo Palacium infra Beneventum, & alium in Salerno conſtructum vaſſibus (1) decorari fecit. Indeque Caſini montis habitacula repetens, Monachus eſt factus. Ad quem præfatus Carolus literas metricè compoſitas à Roma mittere ſtuduit: ita:

Hinc celer egrediens facili mea charta volatu
Per ſilvas, colles, valles quoque præpete curva, (2)
Alma Deo cari Benedicti tecta require;
Eſt nam certa quies feſſis venientibus illuc.
Hìc olus hoſpitibus, piſcis hìc, panis abundans,
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia Fratrum,
Laus, amor, & cultus Chriſti ſimul omnibus horis.
Dic Patri, & ſociis cunctis, ſalvete, valete.
Colla mei Pauli gaudendo amplectere dulcis,
Dicens multoties: ſalve Pater optime, ſalve.

HAINRAD Abbas Sancti Vincentii præfuit annis III. menſibus X. Obiit IV. Nonas Novembris anno ab Incarnatione Domini DCCLXXX. Ind. III.

POTO Abbas Sancti Vincentii præfuit annis II. menſibus V. diebus XVI. Obiit X. Kalendas Maji anno ab Incarnatione Domini DCCLXXXIII. Indict. VI.

PAULUS Abbas S. Vincentii. Hic ædificavit in eodem Monaſterio Eccleſiam S. Mariæ juxta flumen, quæ Minor vocabatur. Et quoniam hoc tempore altercatio orta fuerat ab hominibus villæ Tuitenſi ſita in fines Balvenſes, quam Rex Deſiderius donaverat Cœno-

(2) Num *curſu*?

Digitized by Google

nobio Beati Vincentii pro utilitate Monachorum : ideoque relatio cauſæ iſtius clementiſſimo Imperatori Carolo ab eodem domno Paulo Abbate oſtenſa eſt. Cujus precibus idem Imperator innuens, direxit illuc Miſſos ſuos Riſnium & Agilbertum, qui rei hujus veritatem invenirent ſecundùm juſtitiam legis. Quæ autem ibi inventa, & in conſpectu Imperatoris relecta, & poſteris ad memoriam relicta, illorum manibus ſunt deſcripta. Hinc quoque à nobis inter cetera ſunt admixta.

DESCRIPTIO RISMI, ET AGILBERTI DE PELTINO.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Regnantibus Domnis „ noſtris Carolo, & Pipino filio ejus piiſſimis „ Regibus Francorum, ac Langobardorum, „ ac Patriciis Romanorum, Anno Regni eorum Deo propitio in Italia Quarto Decimo „ & Septimo; ſed & temporibus Domni Hildeprandi glorioſiſſimi Ducis, Anno Ducatus „ ejus in Dei nomine Quartodecimo. Dum „ per juſſionem Domni Regis directi fuiſſemus ego Agilbertus, & Reſino, ſeu Hilpidius Caſtaldeus in Balba pro intentione, „ quæ vertebatur inter Monachos de Monaſterio Sancti Vincentii, & cum ipſo Paulo „ Abbate eorum, quas habebant cum homines Balbenſes de res illas, quas per Taſonem „ in publicatas vel retulta ſunt. Unde hac „ cauſa diligenter vel ſubtiliter inquixivimus, & jurare fecimus primates homines „ Balbenſes, ut quiquid ſe inde ſcirent nobis „ dicerent veritatem. Ideſt in primis Anſcauſo Caſtaldeus, Sintari, Scupltulfus Sculdais, „ Lupo Sculdais, Radiciſi, Thomas Sculdais, „ Johannes Sculdais, Adoni, & Uſualdus „ Scariones, Audoaldus, & Felis, Alho, Baroncellus, Barofus, Probatus, Teudari, „ Theudoaldus ſcario, Gratianus, Alipertus, „ Anſepertus, ſeu & Trontolus. Et de ipſas „ res quod ſupra dictum eſt, nos qui ſupra „ nominati ſcribere fecimus. Et de cauſa quod „ in intentione remanſerat, quod minimè definire potuimus nos fieri juſſimus duas breves. Unum tenent ipſi Monachi, alium „ Anſcauſo Caſtaldeus ut ipſo ordine ipſe cauſa per his qui ſacramentum dederunt eſſent „ finita. Et poſtea facerent exinde brevem „ quiquid recolligere potuerint ante præſentiam de ſupraſcriptis Judices. Et ſi forſitan „ intentio orta fuerit inter Monachos vel Populo de terræ, quæ in iſto breve ſcripſerunt, „ dicendo quòd ipſi homines tantam terram „ non habeant, quantam in breve ſcriptam „ habent, accedant iſti ſupraſcripti, qui juraverunt, ſuper ipſa loca, & per eorum teſtimonium in ipſo ſacramento quod juraverunt definiat ipſa intentio, ut quantum „ exinde tenent, ipſi inter ſe decernant, & „ plus eorum non quærant, niſi quantum inventum fuerit, ideſt:

„ In primis de Aſtu de Peltino
„ Uſoaldus modia 120.
„ Idelpertus Sculdais m. 100.
„ Gratianus m. 30.
„ Authari Sculdais m. 50.
„ Taloni negati m. 20.
„ Barbarus m. 15. &c.
„ † Ego Senualdus Epiſcopus in hunc brevem interfui & ſubſcripſi.
„ † Ego Anſcauſo Gaſtaldeus interfui in hunc brevem & manu mea ſubſcripſi.
„ † Ego Scaptulfus Sculdais in hunc brevem interfui & manu mea ſubſcripſi.
„ † Ego Lupus Sculdais in hunc breve interfui & manu mea ſubſcripſi.
„ † Ego Radichis in hunc brevem interfui & manu mea ſubſcripſi.
„ † Ego Felix pro ignorantia literarum in hunc brevem interfui, & ſignum Crucis feci.
„ † Ego Adoin in hunc brevem interfui & manu mea ſubſcripſi.
„ † Ego Barofus pro ignorantia literarum in hunc brevem interfui, & ſignum Crucis feci.
„ † Ego Tronto pro ignorantia literarum ſignum Crucis feci.
„ † Ego Teodari in hunc brevem interfui & ſignum Crucis feci.
„ † Ego Allo in hunc brevem interfui & ſignum Crucis feci.
„ † Ereſmo Notarius in hunc brevem interfui & manu mea propria ſubſcripſi.
„ † Ego Agilpertus Miſſus Domni Regis.
„ † Ego Hilpidius Gaſtaldeus in hunc brevem interfui, & manu mea ſubſcripti.
„ Unde hunc brevem ego Tagibertus Notarius ſcripſi menſe Majo per Indictione „ Decima in Peltino ad Curtem Vaptuli „ Sculdais.

Denique Clementiſſimus Imperator hujus aſſertionis notitiam capiens, Præceptum ſuæ poteſtatis contulit venerabili Paulo Abbati hujus ſuper hac precaria confirmationis.

„ CArolus Rex Francorum & Longobardorum, ac Patricius Romanorum. Viro „ venerabili Paulo Abbati, ſeu Monachis Monaſterii S. Vincentii ſiti in Territorio Beneventano partibus Samniæ. Et quia detulit „ nobis Præceptum Deſiderii Regis, qualiter „ villa Tritæ ſita in finibus Balvenſe ad ipſum „ Sanctum Cœnobium pro utilitate Monachorum condonaſſet. Unde & nos ſuper idem „ Præceptum noſtræ confirmationis edidimus. „ Sed dum poſtea aliquas altercationes inter „ vos & ipſos homines, qui ſe per Cartas „ Ducum dicebant eſſe liberos, conſurrexiſſe „ manifeſtum eſt. Pro quibus nos Miſſos noſtros Riſnum & Agilbertum ibidem directos habuimus, per quos omnem cauſam liquidiùs inquirentes, omnem veritatem „ exinde cognovimus. Propterea pro mercedis noſtræ augmento, nos ad ipſam pauſam „ Sancti Vincentii Martyris præfatos homines de memorata villa Tritæ, ſicut ab antiquo tempore illorum origo ad ſervitium „ reddendum debiti fuerunt, ita & deinceps „ remota de medio omni libertate, legitimum ſervitium & obſequium perpetualiter omni tempore permanſurum donationis „ Præceptum, ut perficiant jubemus.

De ordinando quoque Abbate ſinè qualibet cujuſcumque moleſtia liberam conceſſionem Imperialis Majeſtatis, & ſibi ſubjectas Cellas ordinandi, judicandi, & diſponendi perpetualiter, Præceptum largitus eſt idem Imperator & Rex Carolus hujuſmodi præfati Monaſterii Monachis Sancti Vincentii Levitæ & Martyris.

„ CArolus gratia Dei Rex Francorum, & „ Longobardorum, ac Patricius Romanorum. Omnibus Epiſcopis, Abbatibus, „ Ducibus, Comitibus, Judicibus, Caſtaldeis, „ An-

Digitized by Google

„ Autionariis, Vicariis, Centenariis, vel re-
„ liquis fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet
„ ac futuris. Maximè Regni noſtri in hoc
„ augeri credimus munimentum, ſi petitio-
„ nibus Sacerdotum atque ſervorum Dei, in
„ quo noſtris auribus fuerint prolatæ, li-
„ benti animo obtemperamus, atque ad effe-
„ ctum perducimus, Regiam conſuetudinem
„ exercemus, & hoc nobis ad mercedis aug-
„ mentum, vel ſtabilitatem Regni noſtri in
„ Dei nomine pertinere confidimus. Quapro-
„ pter noverit ſolertia veſtra, qualiter nos
„ ad petitionem religioſi viri Pauli Abbatis
„ ex Monaſterio Sancti Vincentii Martyris,
„ quod eſt conſtructum in locum, qui dicitur
„ Samnii ſuper fluvium Vulturnum, tale be-
„ neficium circa ipſum Monaſterium viſi fui-
„ mus conceſſiſſe, ut in Monaſteriis legitimè
„ ſibi ſubjectis, quorum vocabula ſunt: Mo-
„ naſterium Sancti Petri Apoſtoli, quod fun-
„ datum eſt propè muros civitatis noſtræ Be-
„ nevento: & Monaſterium S. Mariæ, quod
„ ſitum eſt in finibus Spoliti, in loco, qui
„ dicitur Apinianicæ: inſuper & cætera Mo-
„ naſteria, vel Cellas, ſive curtes, vel reli-
„ quas poſſeſſiones, quæ ex largitate Regum,
„ Reginarum, ſive Ducum, vel bonorum ho-
„ minum, ibi ſunt datæ, vel delegatæ, ſeu
„ etiam excuſatos, ſeu offertos, qui in præ-
„ fatis Monaſteriis legitimè jam ſubjecti ſunt,
„ vel qui devotè offerre ſe ſe cum ſuis rebus
„ voluerint, juſtè & rationabiliter licentiam
„ habere debeant. Necnon & undecumque
„ ipſa Caſa Dei moderno tempore juſto tra-
„ mite veſtra eſſe cernitur, vel quod inantea
„ à Deum timentibus hominibus ibidem le-
„ gibus additum, vel delegatum fuerit, ut
„ nullus Judex publicus ad cauſas audiendum,
„ vel freta undique exigendum, ſeu manſio-
„ nes, aut paratas faciendum, vel fidejuſſores
„ tollendum, aut homines ipſius Monaſterii
„ ſtringendum, nec ullas redditiones publi-
„ cas requirendum, ullo unquam tempore
„ ingredere, neque eſactarare penitùs præſu-
„ matur. Propterea hanc emunitatem ſcri-
„ bere juſſimus, per quam ſpecialiter decer-
„ nimus ordinandum, ut nullus quislibet de
„ vobis, aut à judiciaria poteſtate, vel quæ-
„ libet perſona, à modò & deinceps in Mo-
„ naſteriis, vel Cellis, ſeu curtibus, necnon
„ reliquas poſſeſſiones ſuperſcriptas, ſive un-
„ decumque ipſa Caſa Dei nunc tempore ju-
„ ſto tramite veſtita eſſe dignoſcitur, infra
„ Regnum Chriſto propitio noſtrum, nemo
A „ ibidem ad cauſas audiendum, ut diximus,
„ vel freta undique exigendum, ſeu manſio-
„ nes, aut paratas faciendum, vel fidejuſſores
„ tollendum, aut homines ipſius Monaſterii
„ diſtringendum, ſive ullam novam conſue-
„ tudinem ponendum, nec ullas redhibitio-
„ nes publicas requirendum ingredere, vel
„ exactorare quoquo tempore præſumat. Si-
„ militer in Dei nomine conceſſimus, vel con-
„ firmavimus erga ipſum ſanctum locum,
„ ſicut habet humana fragilitas, ut quando
„ quidem Abbas ex ipſo Monaſterio de hac
„ luce migraverit, licentiam habeant ſecun-
„ dùm Regulam Sancti Benedicti qualem me-
„ liorem, ac digniorem, & ſapientiorem in-
B „ venerint, abſque cujuslibet inquietudine,
„ vel contradictione, inter ſe eligendi Ab-
„ batem, & ſub emunitionis nomine.....
„ omnes fructus conceſſos valeant, omnique
„ tempore Rectores ipſius Monaſterii Sancti
„ Vincentii, tam ipſi, quàm & ſucceſſores
„ eorum, quàmque ipſi Fratres, qui ibidem
„ Deo famulari videntur, quietè regulariter
„ vivere, ac reſidere: quatenus eis meliùs de-
„ lectet pro nobis uxoribuſque noſtris, ac li-
„ beris, vel cuncto populo noſtro miſericor-
„ diam Dei attentiùs exorare. Et ut hæc au-
„ ctoritas firmior habeatur, ac diurnis tem-
„ poribus inviolata Deo adjutore conſerve-
„ tur, manu propria ſubter eam roborare
C „ decrevimus, & annulo noſtro ſigillare juſ-
„ ſimus. Signum Caroli glorioſiſſimi Regis.
„ Signum Jacob ad vicem Radonis. Data
„ IX. Kal. Aprilis anno decimo nono, & de-
„ cimo quarto Regni noſtri. Actum Capuæ
„ civitatis noſtræ in Dei nomine feliciter.
„ Amen.

Conſumatis igitur in ſua Sede Pater Paulus annis IX. menſibus V. diebus XX. migravit ad Chriſtum, XIV. Kal. Aprilis, die Dominica anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo ſecundo, Indictione XV. ſepultus in pace.

Apud Caſinum verò Teodemar decem & novem annis peractis, Giſulfus præficitur Abbas. Beneventi quoque defuncto Arichis, Grimualdus ejus filius ſucceſſerat, Carolo Auguſto Imperii jura quadraginta & novem annis moderante, ſed in his ſuperſtite. HLudovicus filius ejus, qui Almus dictus eſt, Regni & morum hæres, ſucceſſit. His itaque finitis, nos quoque hujus noſtri primi finem facimus Libri.
D

Explicit Liber Primus.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS CHRONICÆ HUJUS.

QUia legimus, ſecundo die fuiſſe firmamentum in medio aquarum, & diviſiſſe aquas, quæ erant ſub firmamento, ut diximus in principio primi Libri, materies erat abſque forma, cùm eſſet in principio Chaos. Primò enim materia facta eſt confuſa & informis, unde fierent omnia, quæ diſtracta, atque formata ſunt juxta illud, *quia feciſti Mundum de materia informi*, quod à Græcis dicitur Chaos; de nihilo enim cuncta creavit, & hæc ipſa materies de nihilo creata eſt. Conſtat enim quia dictum eſt, *fecit Deus Cœlum & Terram*. Cœli, & Terræ nomine univerſam Creaturam ſignificari quam creavit, & condidit, ita firmamento Cœli materiam corporalem rerum viſibilium ab illa incorporali rerum inviſibilium fuiſſe diſcretam; nomine verò aquarum illam materiam appellatam, ſuper quam ferebatur Spiritus Dei, unde erat Deus omnia formaturus. Aquæ ſuper firmamentum inviſibiles Creaturæ, aquæ ſub firmamento viſibiles Creaturæ ſignantur. Duo quoque præcepta caritatis à Domino nobis tradita ſunt in mandatis: quibus exemplis, & auxiliis Liber iſte ſecundus admodum fulcietur. Moyſem quoque bis ſilicem virga percuſiſſe, & viduam Eliæ duo ligna collegiſſe: Salomonem quoque duas Columnas in atrio Templi ſtatuiſſe accepimus Booz, & Joachin.

Vita vel obitus Domni Joſue Venerabilis Abbatis.

ADmirandæ igitur virtutis perfectionem, quæ in Venerabili Patre JOSUE effloruit, ſilendum non arbitror: cujus quidem Etymologia nominis, ut Salvatoris dicitur & habetur, qui verè à Chriſto Salvatore pro multorum ſalute in hoc loco directus, tam ſancta converſatione, dignique operis labore maxima lucra ſalutis animarum Deo præſtitit hìc congregatarum, & non ſolùm tunc præſentium, ſed & jam poſt ſequentium Pater egregius ſingularis enituit. Denique ex Regali progenie ortus, Regali quoque aula nutritus, liberalibus literarum ſtudiis apprime eruditus, puritatem innocentis vitæ feliciſſimè provexit, unde jure meruit adipiſci præmia digna. Cùm enim eſſet Imperatoris Hludovici, qui Almus eſt appellatus, & præclaræ conjugis ipſe quoque cognatus, tamdem à Domino vocatus, & ſub ſacro habitu Chriſto militaturus acceſſit; & propoſitum Divinæ Religionis piis exercebat operibus. Sed dum in Sacro Cœnobio ultra cæteros, qui ſibi videbantur eſſe commilitones, ita ſumma virtutis ope excederet, ut in ſanctæ converſationis ſtudio præcelſior haberetur, ex divino nutu, totiuſque Sanctæ Congregationis electione *undecimus* poſt Sanctum Paldonem conſtitutus eſt *Abbas* Anno Incarnationis Dominicæ ſeptingenteſimo nonageſimo tertio Indictione prima.

His diebus Auguſtus Ludovicus, qui totius Italiæ, poſt piæ memoriæ Carolum genitorem ſuum, Regni jura ſuſceperat, cùm eſſet (1) Romæ, & ſummum gereret ſtudium pietatis, cognita præclara opinione præcipuæ Religionis præfati Cœnobii Congregationis, prædicti quoque ſui cognati digno amore dilectionis, eumdem per ſemetipſum devotè dignatus eſt viſitare Cœnobium. Quò cùm perveniſſet, & ab eiſdem Sanctis Patribus ſatìs honorificè ſuſceptus fuiſſet, pluribus obſequiis caritatis impenſis, cùm maxima dona eidem Sancto Monaſterio idem Imperator contuliſſet, obtutibus illius Venerandus Pater Joſue ſimul cum univerſis fratribus ſupplices ſe exhibentes, eum obnixè depoſcunt, ut illis concederet Templum antiquiſſimum in territorio Capuano, quod maximis columnis, & diverſis lapidibus ab antiquis fuerat inſtitutum in locum, ubi ædes Imperatoris, vel Cryptæ dicebantur, & quia tantis Patribus in unum congregatis eſſe illis parem orationis domus videbatur, ſuæ pietatis auxilio Eccleſia in eodem Monaſterio ad honorem ſummi Dei, & ejus pretioſi Martyris vocabulo Vincentii tantæ Congregationi competenter ſublimior & celſior ædificaretur. Quibus Auguſtus libenter annuens poſtulata conceſſit, quæque utilia, vel neceſſaria eis ob hoc eſſe videbantur, tribuit. Ita autem virtus Domini cor Regis in hujus amore convertit, & fratrum devotionem, ac laborantium manus urſit, ut non multo poſt tempore præclara opere, & maximis columnis Eccleſia levaretur, in cujus Eccleſiæ fronte ita deauratis literis legebatur.

Quæque vides hoſpes pendentia celſa, vel ima,
Vir Domini Joſue ſtruxit cum fratribus unà.

Erat enim ipſa Eccleſia in longitudine habens paſſus triginta ſex, & in latitudine cum ipſos porticus paſſus ſexdecim, & in altitudine paſſus duodecim uſque ad trabes. Cameras quoque juxta ſacras ædes firmiſſimas habent.

Per-

(1) Rectè hæc conſonant cum rebus geſtis Ludovici Pii; ut enim habet Auctor ejus Vitæ, Anno 793. Ludovicus Pius juſſus eſt à Carolo Magno patre ſuo *in Italiam pergere, & fratri Pippino ſuppetias ferre*. Qui impiger ſuperatis Alpibus, & unà cum eo Pippinus Italiæ Rex, *Beneventanam Provinciam ingrediuntur, cuncta obvia populantur &c.* Idem quoque habemus ex Annaliſta Moiſſiacenſe. Ea igitur occaſione Ludovicus Vulturnenſe Cœnobium inviſere potuit, & inviſiſſe credendus. Sed reliqua confundit Chronographus noſter, & errorem non unum errat. Fallitur, quum tradit eo tempore jam vivis ſublatum fuiſſe Carolum Magnum, eique in Imperio ſucceſſiſſe Ludovicum: quod Anno tantum 814. factum eſt. Fallitur etiam, ſcribens, Paſchalem I. Papam unà cum eodem Auguſto Ludovico Dedicationi Vulturnenſis Templi interfuiſſe, idque contigiſſe *Anno octingenteſimo octavo Indict. I.* Nam Paſchalis I. Anno tantùm 817. electus eſt Romanus Pontifex; Anno autem 808. Ludovicus nondum fuerat renuntiatus Auguſtus, neque poſt Annum 793. in Italiam ultra deſcendit.

Digitized by Google

Perfectis igitur ædificiis invitatur ad ejusdem Ecclesiæ solemnia Dedicationis Augustus; quique gaudens & lætus cum sua Regina, ejusdem feliciſſimi Abbatis Josue germana sorore, ac magna multitudine utriusque conditionis & sexus advenit. Adest & Apostolicus Papa primus Paschalis cum Collegio sacro Episcoporum, Cardinalium, diversorum Clericorum, atque innumera multitudine fidelium populorum undique concurrentium; & cum maxima exultatione & lætitia prædictam dedicant Basilicam, ubi eadem die Rex, & Regina dona contulerunt magnifica. Per singulas denique columnas singulas palliorum cortinas pendêre jussit Regina, quæ columnæ hinc & inde fuerunt simul triginta duæ. Ab Incarnatione Domini tunc agebatur annus octingentesimus octavus, & Indictio prima. Certè nos, qui nunc videmus, vel qui tunc illis videre temporibus, satis mirari non possumus illius Ecclesiæ magnitudinem vel pulchritudinem in his regionibus.

Hoc tempore idem Imperator conventum Religiosorum Episcoporum, & Abbatum faciens in Aquisgrani Palatio, & cum multis Franciæ Abbatibus, inter quos etiam venerandus Pater Josue affuit, septuaginta duo capitula nostri Ordinis generalia constituit. Tunc quoque Beatissimo Papæ Paschali Pactum constitutionis & confirmationis faciens, & trium filiorum suorum signaculo illud corroborans, per Legatum S. R. E. Theodorum Nomenclatorem prædicto Papæ transmisit, in quo decem Episcopos, octo Abbates, Comites quindecim, Bibiliothecarium, Mansionarium, & Ostiarium subscribere fecit. Contulit etiam ibidem Venerabili Josue præcepta sui Monasterii confirmans quæcumque à prioribus temporibus hoc idem Monasterium donatione vel concessione Ducum, Regum, sive Principum, aut quorumlibet oblatione possederat fidelium, seu possidere contigerit, ut hæc in perpetuum æquitatis jure sinè alicujus contradictione, vel molestatione possideat. Horum textus ita continetur. (*)

Diploma Ludovici Pii Augusti, quo Vulturnensi Cœnobio, & Josue illius Abbati, omnia jura & bona confirmat. Anno DCCCXVI.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris „ nostri Jesu Christi Hludovicus Divina „ ordinante providentia Imperator Augustus. „ Cùm petitionibus Sacerdotum, & Servo„ rum Dei, quas nostris auribus insinuave„ rint, libenter annuimus, non solùm Regiam „ consuetudinem exercemus, sed etiam hoc „ nobis ad præsentis vitæ prosperitatem, „ quàm ad futuræ beatitudinis adeptionem „ non minimum emolumenti afferre confidi„ mus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus „ Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus „ scilicet ac futuris: Quia vir venerabilis „ Josue Abbas Monasterii Martyris Christi „ Vincentii, quod situm est in finibus Bene„ ventanis, nostram adiens Serenitatem, ob„ tulit obtutibus nostris Præcepta Regum „ Longobardorum, Aystulfi videlicet, & De„ siderii, necnon & Præceptum piæ recorda„ tionis Domini, & genitoris nostri Caroli „ piissimi Augusti, in quibus illi tam ante„ cessorum suorum, Regumque, & Ducum, „ vel aliorum quorumlibet Deo devotorum „ hominum donationes partibus prædicti Mo„ nasterii spontanea voluntate contulerunt, „ suggerens ac petens, ut eadem Præcepta „ nostræ confirmationis Præcepto confirmare„ mus, cujus petitioni propter amorem Do„ mini nostri Jesu Christi assensum præben„ tes, prædicta Præcepta nostra auctoritate „ confirmamus. In primis decernentes, quid„ quid Domni genitoris nostri Caroli Impe„ ratoris præcepto continetur, & de Judicia„ ria Balvense in loco Tritæ, sicut per præ„ ceptum Desiderii Regis, & Ansanæ condo„ natum est; deinde quicquid Aystulfus, vel „ Desiderius jam dicto Monasterio contule„ runt, similiter maneat inconvulsum. Quod „ verò Duces hi, Lupus, & Hildeprand eidem „ venerabili Monasterio suis Præceptis con„ donaverunt, hac nostra præsenti auctorita„ te ab hinc in futurum stabilis perseveret „ & firma. De quibus una est donatio, quam „ Lupus Dux ad prædictum sanctum locum „ fecit de Varcinatico, idest animalia, quæ „ exigebantur ad mensam Principis Ducatus „ Spoletani; altera Hildeprand Ducis de ea„ dem re; tertia ejusdem de clausura in Mas„ sis; quarta ejus de Waldo Liburiano; quin„ ta ejusdem de quatuor casis in Marsis. Has „ quinque donationes ad idem venerabile „ Monasterium Sancti Vincentii nostra auc„ toritate, ut quicquid in ipsis, vel de ipsis „ Rectores supra memorati Monasterii pro „ ejusdem utilitate facere voluerint, absque „ illius contradictione ordinent & disponant. „ Et ut hæc auctoritas confirmationis nostræ „ per curricula annorum, inviolabilem atque „ inconvulsam obtineat firmitatem, & à fide„ libus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præ„ sentibus scilicet & futuris veriùs credatur, „ & diligenter conservetur, manu propria „ subterscripsimus, & anuli nostri impressio„ ne signari jussimus. Signum Domni (**) „ Hludovici Serenissimi Imperatoris. Data „ quarto Id. Junii, Anno, Christo propitio, „ tertio Imperii Domni Hludovici piissimi „ Augusti, Indictione nona. Actum Aquisgra„ ni Palatio Regio in nomine Dei feliciter.

Post hæc Imperator Hludovicus Romam (1) vênit, Liguriam Æmiliam, Apuliamque peragravit, & diversas Ecclesias multis in locis construens, prædia delegavit; & aliis quæ possidebant, præcepti sui firmitate roborabat. Ædificavit namque tunc Monasterium in honore Sanctæ Trinitatis, quod postea ab Abbatibus ipsius loci mutatum est in vocabulo Sancti Clementis Martyris juxta fluvium Piscariæ in Insula, ubi dicitur Casa Aurea, eumque rebus, & possessionibus admodum ditavit ampliſſimis. Hujus Monasterii nostris temporibus Abbates fuerunt quidam ex nostris senioribus, ex quibus præcipuus fuit nostri Monasterii Præpositus nomine ..... Ante hæc tempora fertur, quòd filia Regis Francorum per

(*) Vide Tabulam quartam figur. III. pag. 355.
(**) Vide Tabuiam quintam.
(1) Uti jam supra monui, post Patris sui decessum numquam in Italiam regressus est Ludovicus Pius. Error autem Historico nostro natus, quòd Ludovicum II. Augustum, tot annis in Italia moratum, cum Ludovico Pio illius Avo confuderit. Cujus rei certum est indicium *Casaurienſis Monaſterii* fundatio, quæ heic Ludovico Pio adscribitur, quum tamen constet eam Ludovico II. ejus nepoti tribuendam.

Digitized by Google

per incontinentiam excedens, patrem offenderet, unde permotus Rex, quòd pudoris thorum violaſſet, datis rebus neceſſariis, mandat ductoribus illam extra Patriam exulem fieri. Qui deducentes eam multis diebus longo itinere confecti, tamdem Valeriæ partibus applicuere, ubi à quodam illuſtri viro, nomine Morino, excepti, agnitis ab eodem cauſis, eamdem Regis filiam filio ſuo in matrimonium dari depoſcit, eo quòd ſibi ſufficiens divitiarum & patrimonii copia maneret. Quod cùm facilè obtinuiſſet, & jura matrimonii gratificè peregiſſent, prædicti ejus Ductores Franciam regrediuntur. Poſt hæc Rex mulieris hujus pater mortuus eſt. Tunc ergo Hludovicus Imperator prædictas terrarum partes circuiens, in eadem regione pervênit, & cùm à miniſtris anxiè quæreretur locus opportunus, quo Imperator recumbere potuiſſet; ſupradicta mulier prudenti conſilio convocatis duobus liberis, quos de ſuſcepto viro genuerat, quique juvenili ætate florebant, monet ut Regem adeuntes in ſua ſecum. domo peterent commanere, ſuis ſuorumque obſequiis libenter ſervire volentes. Quorum precibus Rex motus facilè annùit petitis. At cùm in domo illorum convivatus alacer reſideret, Genitrix advênit ſecretò, Regem petiit, & ejus genibus provoluta, quæque ſibi acciderent, miſerabiliter exponit. Motus in lacrymis Auguſtus benignè amplectitur ſororem; fatetur eadem ſe reminiſcere, quæ olim in domo patris ei acciderant; filioſque ejus ſibi adhærere præcipiens, ex interventu matris omnia quæ fuerant defuncti patris, Regali Præcæpto illis firmavit; ac poſt aliquod tempus totius Valeriæ Provinciæ Comites inſtituit. Inde igitur Apuliam iterum profecturus, juniore fratre cum matre relicto, majorem ſecum comitare præcepit.

Qui in illius obſequio aliquandiu demoratus, incidit in infirmitatem: unde Rex admodum contriſtatus, exoratus ab ipſo, & multis aliis, pluribus obſequiis & muneribus in itinere præbitis, ad propria jubet reverti, ne fortunæ mors ſuccedens materna viſcera valde cruciaret. Ergo capto itinere corrupti aëris peſtem cavere cupiens, Beneventi fines peragrans deducebatur à ſuis; & cùm invaleſcente languore jam deficientem cernerent, iter accelerantes, deducunt illum ad Monaſterium Chriſti Martyris Vincentii, ubi à venerabili Patre Joſue, & cunctis Fratribus ſuis, ſatis humanè ſuſceptus, poſt aliquot dies temporali caruit viſu. Cujus corpus candido ex marmore facto ſepulcro ante ipſius Baſilicæ limen diligenter locatum eſt. Mox triſti nuntio materna viſcera mota innumeris ſumtis muneribus, diverſa in comitatu famulorum agens obſequia, unà cum ſibi ſuperſtite prole Monaſterium Chriſti Martyris Vincentii quanto citiùs petierunt. Quo tumulum ſui filii mater aſpiciens, amplexata eſt eum, & multis lacrymis lavans diris vocibus ſatisfaciebat doloribus. Vix tamdem aliquantulum à venerabili Abbate Joſue, & fratribus conſolata, finem fecit clamoribus, & poſt aliquantos dies diſceſſura obtulit cum filio ſuo, omnibus ſibi faventibus ſuis hominibus, in ſacro Monaſterio Sancti Vincentii, quicquid pretioſum inventum eſt in theſauris. Teſtamentum quoque oblationis facientes jure hereditario totius Comitatus defuncti filii, reliquerunt quæcunque in Valbenſi territorio eſſe potuiſſent, cum Eccleſia Sancti Ruffini ibidem conſtructa in campo de Rota, quàm & aliis Eccleſiis, & cellis circumquaque manentibus. Quæ omnia poſt à Domno Hludovico Imperatore in eodem Monaſterio firmata ſunt:

Eccleſia Sancti Domitii in Pectoriano. Eccleſia Sancti Leopardi in Pacentria. Eccleſia Sancti Vincentii in Selmone, cum terris, qualiter decurrit aqua Labella, & rivus Gizzoli, uſque ubi pariter junguntur omnia infra hæc Eccleſia Sancti Petri in Accule ſubtus ipſa crypta, ſupra ipſos padulos, & campo de Meſu. Eccleſia Sancti Vincentii in Bazzano, in Boniara, in ipſa porcaricie. Eccleſia Sancti Vincentii in Alizie, & Eccleſia Sancti Juſtini. Eccleſia Sancti Vincentii ad vada Paſquali, & in Miſane, & in Campo Sancti Petri, & in Campo Sancti Pelini. Eccleſia Sancti Felicis in Bottorite, & in Appiniani, & in Caſale, & in Pompiniano, & in Prata. Eccleſia Sancti Marci, Sancti Vincentii, & Sanctæ Mariæ in Valle. Eccleſia Sancti Liberatoris, ubi oritur Piſcaria fluvius, & ipſæ terræ, quæ dicuntur Monaſculæ, & in Ruza cap. Omnes has Eccleſias cum diverſis territoriis, & municipiis, & rebus pertinentibus, alias quoque quamplures infra ipſius Comitatus fines adjacentes. Et quoniam ſupradictam Eccleſiam Sancti Ruffini, Eccleſiam quoque Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, in proprio ſolo, ædificatione & dote magna, & divitiis ampliatas, ab eadem Dei devotiſſima fœmina didicimus, ante ipſius Eccleſiæ limen ad mortem veniens ſe ſepeliri juſſit. Nomen quoque ejus, quod multis fuerat incognitum, in ſuperliminari ejuſdem Eccleſiæ ſcriptum nos ipſi vidimus ita: Zmilla (*) umilis ancilla Sanctæ Mariæ.

Confirmavit etiam hoc tempore Hludovicus in venerabili Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii quæcumque Deſiderius Rex Longobardorum, & Pipinus Rex Francorum, ac Carolus Imperator Romanorum, obtulerunt in Comitatu Balvenſi, & in Comitatu Pinnenſi, vel in valle Tritana. In primis Monaſterium Beati Petri Apoſtoli, cum omnibus ſibi pertinentibus terris & villis, ſervis & anciſlis, Cellis & Capellis. In curte de Ronceſſi, in Sandariſſi, in Caput aquæ, in Cerquito, in Martiniſci, in Laurentiſci, in Marzaniſci & Tribilio, in Cellaria, in Oſene, in Preſciano, in Tuino, in Furmecuſi. Item in Carapelle, in Turfine, in Bute, in Sermoline, in Preſuto ..... in Facte, in Volubro, in Felicule, in Superi, in Limiti, in Calaſo. Item in Presbyterani, in Stephaniſci, in Caporzani, in Tuſci, in Cerule, & in Campo Dominico & Coliniano, in Lapide-vivo, & ad Sancta in Thoro, & ad Benatum, in Turri, in vallibus, montibus, & planis, in Perillo, in Azano. Et reliqua, ſicut continetur in Præcepto Deſiderii Regis per ſuos fines.

Eo ſiquidem tempore rara in his regionibus caſtella habebantur, ſed omnia villis, & Eccleſiis plena erant: nec erat formido, aut metus bellorum, quoniam alta pace omnes gaudebant, uſque ad tempora Saracenorum. Ceſſante quoque devaſtatione, & perſecutione illorum, qui tunc evadere potuerunt, vel ſua invenire valuerunt, Regis judicio, & precariis poſſiderunt, uſquequò Normanni in Italiam pervenerunt. Qui ſibi omnia diripientes, ca-

(*) *Fortè* Guilla.

Digitized by Google

vastella ex villis ædificare cœperunt, quibus ex locorum vocabulis nomina indiderunt, & ex his, quæ obtinere potuerunt, velut sinè Rege; & sinè lege agentes, ipsarum se Ecclesiarum patronos; imò dominatores dicentes, vix justo jure Dominis quantum sibi videbatur, & hoc invitò, census persolvebant per annos. Quod malum usque hodiè perseverat, & Ecclesiarum prædia, & possessiones non sinè gravi sacrilegio, hereditario quasi jure sibi & filiis suis assumunt. Sed jam ad priora.

Traditum accepimus à Senioribus, quòd sub eodem superiori tempore Imperator Hludovicus Monasterium S. Angeli constituerit in Barregias, eumque rebus & possessionibus ditatum venerabili Monasterio S. Vincentii subdiderit. Sed tempore Saracenorum Vincentium postquam à quibusdam restauratum, & Congregationem Fratrum, & Abbatem eis ibidem fuisse ordinatum. Sed in sequenti tempore à primo Ottone, secundo quoque diversis Præceptis in Monasterio Sancti Vincentii illum invenimus confirmatum.

Scire autem volumus omnes, qui hujus Libri Lectores accesserint, nihil me scribere, nisi quod aut vetus Scriptura me docuit, aut à Senioribus ipsa canicie aut gravitate venerandis fida relatione didici, aut ego ipse nostris temporibus meis oculis aspicere potui.

Igitur sexto Imperii sui anno Augusto Hludovico apud Aquisgrani Palatio Regio constituto, vir Domini Josue ad eum illuc pergens, secundum ab eo Præceptum accepit, cujus hic textus exprimitur.

DE WALDO LIBURIANO CONFIRMATIONIS PRÆCEPTUM.

Ludovicus Pius Rom. Imp. Vulturnensis Cœnobii Abbati Josue omnia bona & jura ad idem Monasteria spectantia confirmat anno DCCCXIX.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris „ nostri Jesu Christi, Hludovicus divina „ ordinante clementia Imperator Augustus. „ Cùm petitionibus Sacerdotum, & Servo„ rum Dei, quas nostris auribus insinuaverint, „ libenter annuimus, non solùm regiam con„ suetudinem exercemus, sed etiam hoc nobis „ tam ad præsentis vitæ prosperitatem, quàm „ ad futuræ beatitudinem adipisci non minimũ „ afferre emolumentum confidimus. Idcirco „ notum sit omnibus fidelibus Sanctæ Dei Ec„ clesiæ & nostris, præsentibus scilicet, & fu„ turis, quia vir venerabilis Josue Abbas Mo„ nasterii Beati Martyris Vincentii, quod si„ tum est in territorio Beneventano, super „ fluvium Vulturnum, nostram adiens seren„ tatem obtulit obtutibus nostris Præcepta „ Longobardorum Principum & Ducum, vi„ delicet Gisulfi, & Sicardi, necnon & Præ„ ceptum piæ recordationis Domini & geni„ toris nostri Caroli piissimi Augusti. In qui„ bus illi tam antecessorum suorum Regum, „ quàm & Ducum, vel allorum quorumlibet „ Deo devotorum hominum concessiones, & „ offertiones, vel legales scriptiones, quas „ illi pro amore vitæ futuræ, & remedium „ animarum suarum, atque remissione pecca„ torum, in partibus præfati Monasterii de „ suis rebus spontanea voluntate contulerunt. „ Suggerens, ac petens, ut eadem Præcepta, „ & offertiones legales nostræ confirmationis „ Præcepto confirmaremus. Cujus petitioni „ ob amorem, & honorem Domini nostri „ Jesu Christi, & propter reverentiam ejus„ dem Martyris Christi Sancti Vincentii, cu„ jus honori atque nomini prædictum Mona„ sterium dicatum esse cognoscitur, assensum „ præbentes, juxta quod rogaverat, præfata „ Præcepta, & omnes offertiones, vel legales „ scriptiones concedimus, & confirmamus, „ ac penitùs corroboramus in præfato Cœno„ bio Christi Martyris Vincentii omnes res, „ & possessiones per diversos fines Italici po„ sitas per eadem præcepta, vel quaslibet le„ gales scriptiones à Principibus, Ducibus, „ reliquisque fidelibus collatas, nec non Mo„ nasteria & Cellas inferiùs nominatas, om„ nia in præfato Cœnobio concedimus, & con„ firmamus. In primis quoque Cellam Sancti „ Sossii, cum inclyta curte, & Waldum, quæ „ est in partibus Liburiæ, qui dicitur Panta„ num, quæ data est à Duce Gisulfo in prædi„ cto Cœnobio. Per hos quoque fines pro par„ te est via quæ de Ducenta venit, & sicut „ descendit via ipsa, & intrat in ipsum „ Pantanum, & silvam, & paludem conjun„ ctam Laneo. A secunda verò parte, quæ „ nihilominus est antiqua, quæ dicitur Vica„ na. Et tertia verò iterum usque ad viam „ quæ est antiqua, unà cum ipsa piscina „ ejusdem Monasterii: & decurrit via ipsa „ terras & Waldum antedicti Monasterii, & „ aliam terram ipsius Monasterii, qui dicitur „ Tortona, & terras aliorum hominum, quæ „ ibi affines sunt, & sicut incipit super ipsam „ piscinam, & qualiter volvitur circa ipsam „ terram de eodem Waldo, & jam dictam „ terram, quæ dicitur de Tortona, & vadit „ ad ipsum Pantanum prædicti Monasterii, „ & qualiter perrexit super ipsum Pantanum, „ & silvam, & paludem, usque in ipsum Fri„ gidum. Et quartà autem parte, usque in „ jamdictum Frigidum, & prædictum La„ neum, cum omnibus intro habentibus su„ per, vel subtus, qui dici vel nominari pos„ sent, nostra Imperiali auctoritate & eidem „ Cœnobio concedimus & confirmamus. „ Deinde similiter alium Waldum conjunctum „ in eodem loco, qui datus est in eodem Mo„ nasterio à Sicardo Principe Beneventanæ „ civitatis, per hos similiter fines. Ab uno „ latere via antiqua, qpæ venit à Ducenta, „ & ipsum Waldum prædicti Monasterii, & „ quemadmodum perrexit usque in ipsum „ Pantanum ejusdem Monasterii. Ex alio verò „ latere sine via publica, quæ vadit inter „ ipsum Macianum & Scarafena, & terra de „ hominibus de Centora, & directè exit us„ que ad locum qui dicitur Cree, unde aqua „ exit, & sic directè intrat in lacum Patrien„ sem. Et ab uno capite via publica, quæ di„ citur Vicana, & pergit ad Cumis. Ab alio „ autem capite finis lacus Patriensis. Hæc „ autem omnia qualiter suprà sunt judicata, „ & sicut Præcepta ejusdem continent Mona„ sterii, cum omnibus inferiùs superiùsque „ consistentibus, cum viis, & aquis, & cum „ Lantano ipso ripio, & cum omnibus, quæ „ dici possunt, in eodem concedimus Cœno„ bio, & confirmamus. Item concedimus at„ que confirmamus in eodem Cœnobio Mo„ nasterium S. Petri, quod situm est in terri„ torio Capuano, non longè ab arcu Dianæ, „ quod dicitur de Juntulo, cum Ecclesia „ S. Martini quod est in partibus Liburiæ, „ cum

Digitized by Google

„ cum inclyto caſale, qui dicitur Severano,
„ & cum aliis caſalibus & territoriis & pra-
„ tariis, in loco ubi dicitur ad Tranſangu-
„ lum, ſicut ejus Præcepta continent, &
„ Scriptiones; quàm & Eccleſia Sancti Vin-
„ centii in Liburia, ubi dicitur Tremojola,
„ cum omnibus territoriis ſuis. Item Cella
„ S. Vincentii de Cume cum curte & caſis
„ ſuis. Item Cella S. Georgii infra Salerni-
„ tanam civitatem, Sancti Vincentii in fun-
„ do Tenſa, cum, omnibus aliis Capellis &
„ pertinentiis eorum, & omnibus aliis Cel-
„ lis, & terris per diverſos fines Regni Itali-
„ ci poſitis, ex quibus pars legalis jam dicto
„ Cœnobii Scriptiones quocumque oſtenderit
„ tempore, in eodem Monaſterio concedimus
„ & confirmamus, ut ab hinc in futurum hæc
„ omnia, quæ ſupra diximus, firma perſe-
„ verent. Ita videlicet ut quidquid in ipſis
„ vel de ipſis Rectores, vel Miniſtri ejuſdem
„ Monaſterii diſponere, vel ordinare placue-
„ rit, abſque quorumlibet contradictione
„ ordinent atque diſponant, prout utiliter
„ congruere proſpexerint. Et nulli ſit dein-
„ ceps licentia infra præfatos fines, ſeu in Cel-
„ lis, vel terris, aliquam contrarietatem aut
„ moleſtiam partibus inferre Cœnobii. Neque
„ aliquis per parentum poſſeſſiones ejus here-
„ ditates reſidere audeat, ſicut Aiſtulfus Rex
„ Longobardorum conſtituit de Eccleſiis. Et
„ nullus audeat Abbates, vel Monachos ejuſ-
„ dem Cœnobii ad jurandum quærere, quia
„ contra Divinam credimus eſſe legem. Sed
„ per Scariones omnibus temporibus finem
„ faciant, ſicut priſca conſuetudo fuit. Sta-
„ tuimus quoque, ut nullus ex ſervis, aut ex
„ familia ejuſdem Monaſterii, vel eas, quas
„ Cortiſianos vocant, audeat inquietare, aut
„ quodlibet penſum ejus exactor tollere, vel
„ exigere præſumat. Quòd ſi quislibet contra
„ hanc noſtram conceſſionem inſurgere, vel
„ moleſtias inferre tentaverit, ſciat ſe com-
„ poſiturum auri puriſſimi libras mille quin-
„ gentas, medietatem Cameræ noſtræ, & me-
„ dietatem præfato venerabili Monaſterio.
„ Et ut hæc noſtræ auctoritatis largitio fir-
„ miorem obtineat vigorem, & per curricu-
„ la annorum inviolabilem atque incommu-
„ tabilem obtineat firmitatem, & à fidelibus
„ Sanctæ Dei Eccleſiæ & noſtris veriùs cre-
„ datur, diligentiùſque ab omnibus conſerve-
„ tur, manu propria ſubterſcripſimus, & an-
„ nuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus. Si-
„ gnum Domni Hludovici ſereniſſimi Impe-
„ ratoris. Data III. Idus Januarias, anno Chri-
„ ſto propitio VI. Imperii Domni Hludovici
„ piiſſimi Auguſti, Indictione duodecima.
„ Actum Aquiſgrani Palatio Regio in Dei
„ nomine feliciter.

Pater autem Egregius Joſue poſt ædificationem ſui Monaſterii, Sanctæ Congregationi, velut optimus Paſtor ſedulè invigilabat, & in animabus colligendis, ac ſalvandis tam perfectiſſimus erat, ut divina ſe protegente gratia, tam præclaræ Congregationis numero, quàm præcipuæ Religionis cultu maximis etiam tunc Italiæ Monaſteriis excellentior haberetur. Ferebatur quoque ubique fama ſanctitatis illorum, adeò ut Francorum provinciis plurimi patriam, parentes, opeſque relinquentes eorum ſe ſubderent magiſterio, etiam ex Aula Regia, illorum Religionem

(1) An potiùs *Condomis*, aut *Condumis*? quæ vox de ſervis uſurpata non rarò invenitur in hoc

A ſequi cupientes. Confluebant præterea ex cunctis Italiæ finibus nobiles quoque Duces, Principes, & Comites, ac Potentes: beatos ſe fore æſtimantes, ſi aliquid Deo in eodem Monaſterio pro ſuæ mercedis emolumenti ex ſuis facultatibus, & poſſeſſionibus offerre potuiſſent. Unde factum eſt, ut Hildeprand Dux Spolitinorum offerret Deo in eodem Monaſterio per Præceptum ſuæ poteſtatis Eccleſiam S. Donati in Comino, cum terris & montibus, ſervis, & ancillis, & Eccleſiam Sancti Juliani cum terris, & aquis, montibus & planis, cum omnibus ſuis pertinentiis. Obtulit quoque Præceptum in Marſis de quatuor Caſis, & de Sancto Petro de Vezano, & de clauſura in Marſis, & de vuarcinatico, ideſt animalia quæ exigebantur ad menſam Ducis Spo-
B letini, & de Waldo Liburiano Præceptum confirmationis. In Eccleſia verò Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Loco ſano ſubdita prædicto Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii Præceptum obtulit ſuæ oblationis de duodecim Cordonis (1) ſervorum, ſiquidem in anteriori tempore Præcepta obtulerunt de inclyta Valle-Sorano, & de Monaſterio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in fines Spolitenſes, territorio Marſicano; quod dicitur Apinianicis, cum inclytis territoriis, ſervis & ancillis, &
C de ipſa valle de Flaterno, &c.

Grimualdus etiam Beneventan. Dux Arichis filius obtulit per Præceptum ſuæ poteſtatis in eodem Monaſterio Curtem, quam habebat in valle Benafrana, cum inclytis terris, & montibus uno ſe tenente, & vocatur terra ipſa Citerana.

Vir etiam quidam inſignis nomine Radeprand obtulit in eodem Monaſterio ex jure ſuæ proprietatis Curtem ſuam, quam habebat in finibus Canuſiæ, & Curtem in finibus Sipontinæ Civitatis, & Caſalem cum Eccleſia Sancti Martini in finibus Luceriæ; inclytam quoque piſcariam, & focem de Lacu in finibus Liſinæ; & Curtem in loco Lucerole finibus Beneventanis cum ſervis, & ancillis; inclytum quoque Waldum in finibus Torcini cum
D Eccleſia Sancti Petri & Sancti Martini ibidem conſtructis; & Curtem de Ninfio, quæ dicitur Waldellu cum aliis adjacentibus terris; inclytam quoque Curtem in finibus Sueſſæ loco qui dicitur Priſciano cum ſervis & ancillis ibidem manentibus.

Vir etiam alter clariſſimus nomine Alahis obtulit res & poſſeſſiones ſuas in eodem Monaſterio, quas habebat in finibus Benafranis, hoc eſt caſæ fabricatæ cum ſuis curtibus poſitis ſuper fluvio Sexto, & Eccleſiam Sanctæ Mariæ juxta ipſum fluvium, & inclytum molendinum cum clauſuris, ripis, & aquis, cum ſupradicti fluvii curſu, & viis ibidem intrandi & exiendi, ſervos, & ancillas cum omni-
E bus pertinentiis; terras quoque in loco, qui dicitur Mazaro, ubi Eccleſia Sanctæ Mariæ conſtructa eſt, & caſa fabricata poſita in eadem terra, & qualiter exſinat terra bonæ memoriæ Arichis Principis, quas eidem Monaſterio per ſuum obtulerat præceptum, uſque in riaginem, & uſque in foſſato, & inde in fluvio Vulturni, & iterum in riaginem; Servos quoque & ancillas ibi manentes.

In Civitate verò Salernitana Villam, quæ Forana dicebatur, & res quas habebat in Capua, & in finibus Aliſæ. In Teleſia ſilvam, quam

eodem Chronico.

Digitized by Google

quam Nigram vocant ; & molendinum cum inclyto oliveto in Benevento , omnes domos ſuas, & hortum cum pomeriis , molendinum etiam in fluvio Tenſa cum oliveto , curtes & berzaria , ſervos , & ancillas.

Vir etiam illuſtris nomine Imet Tandanco obtulit inclytam Curtem ſuam , & terram , quam habebat in finibus Benafro, & inclytum molendinum in fluvio Sexto propinquo ipſius Urbis Benafro , & cum ſervis & ancillis , cum domo quoque in Punianellu : Curtem , & terram juxta Eccleſiam Sancti Pauli, & Eccleſiam Sancti Laurentii ; Waldora tria ad Sanctum Juſtinum in Meſino , & Patenara , & in Caſale , qui ad Gruttule vocatur , Caſale Marcellinu Sancti Donatu , Caſale Satrianu , & Juſtinianu ad Mejanellu terræ modia centum .

Vir etiam nobilis nomine Romano obtulit inclytam portionem ſuæ poſſeſſionis in finibus Teleſiæ , ideſt caſas , curtes , vineas , campos , ſilvas , prata , & in Caſtello Mecinuo , tam in montibus , quàm in plano .

Vir etiam inclytus nomine Majo Caſtaldeus obtulit Caſalem ſuum in finibus Capuæ , ubi dicitur Ponte Pozolano , & Caſalem in monte Mariniano , & Caſalem in Cajatias cum Eccleſia vocabulo Sancti Vincentii , cum inclytis finibus , ſervis , & ancillis , & ſuis ceſpitibus .

Vir etiam Clariſſimus nomine Johannes de Vari , finibus Canoſinis obtulit in eodem Monaſterio omnes res ſuas in finibus Taratinis, & in finibus Orietanis , ei in finibus Canoſinis, & in finibus Acereatinis , & in finibus Beneventanis , ideſt caſas infra ipſas Civitates cum vineis , territoriis , campis , ſilvis , aquis , arboribus , caſalibus , ſervis , & ancillis , omnia & in omnibus ſibi pertinentibus .

Vir etiam magnus nomine Majo filius Agemundi , obtulit inclytam portionem ſuam de caſis infra Civitatem Sipontus , & de Caſulibus , Servis , & ancillis , animalibus , omnium mobilium , & immobilium ; & piſcatores cum ipſas aras , & cum aqua de mari ad ſippias prendendas , & alios piſces pro refectione Monachorum .

Vir etiam præpotens nomine Petrus Marepahis obtulit mediam Curtem ſuam in Aquiluni , & Curtem in Caverianu , & Curtem in Lucania , & in Ficiniano , & in Tribiliano , & in Paterno , & in Capuli .

Vir etiam ſtrenuus nomine Vauco de Capua obtulit inclytam portionem ſuam in loco Aſſano , & de fundis , & terris , campos , & ſilvas , cum inclytis territoriis , & paſcuis .

Vir etiam providus nomine Magipertus obtulit tertiam portionem totius ſubſtantiæ ſuæ, quam habebat in Vico Moletiano finibus Lucerinæ , vel aliis locis , de caſis , & Curtis , vineis , & territoriis multis .

Vir etiam ſtudioſiſſimus Aſilmius obtulit inclytum Caſalem in Carcie , ubi Iligine vocatur , cum fundora ſua , territoria , ſilvas , & prata , & Caſalem in Inſula cum omnibus pertinentiis , territoriis , & rebus .

Vir etiam ditiſſimus nomine Stephanus Caſtaldeus obtulit ſeipſum cum duobus filiis , Paldone , & Tarone , cum omnibus rebus ſuis, cum caſis intus Beneventanam Civitatem , & Caſalem in Benevento , Caſalem in Apulia , Caſalem in Capua , cum Eccleſiis , & aliis ædificiis, limitibus, finibus , ſervis , & ancillis , auro , & argento , & animalibus multis .

Viri etiam duo Lupo , & Romano germani fratres obtulerunt res , & omnes ſubſtantias ſuas in finibus Teleſiæ , caſas , curtes , vineas , campos , ſilvas , prata , & territoria in montanis , & planis .

Viri etiam duo germani fratres Radoaldus, & Raginpertus obtulerunt inclitas terras in finibus Benafro , loco Mazano, & in loco Toro , cum ſervis & ancillis ibidem reſidentibus. Omnes iſti ſupradicti Viri, licèt ſub eodem feliciſſimo Patre ſua obtulerunt ſuis temporibus, tamen ſciendum , quia causâ Regiæ dignitatis priùs Regalia Præcepta ſcribere voluimus , ne fortè error fieret legentibus . Diverſorum enim Ducum , ſcilicet Grimoaldi , Siconis , & Sicardi , atque Hildeprandi Pater iſte Joſue viguit temporibus. Sed jam ſingula ſingulis monſtremus deſcriptionibus .

DE SANCTO DONATO.

Hildebrandus Spoleti Dux Eccleſias S. Donati, & S. Juliani in territorio Cumino cum terris & montibus donat Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum Anno DCCLXXVIII.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti . Regnante Domno
„ Carolo excellentiſſimo Rege Francorum
„ atque Langobardorum Anno Regni ejus in
„ Italia Deo propitio (1) quinto . Ego in
„ Dei nomine Hildeprandus glorioſus , &
„ ſummus Dux Ducatus Spoletino , donamus
„ atque concedimus in Monaſterio Sancti Vin-
„ centii Levitæ & Martyris Chriſti , quod
„ ſitum eſt in territorio Beneventano ſuper
„ fluvio Vulturno, ubi Joſue Venerabilis Ab-
„ bas regimen tenet, Eccleſiam Sancti Dona-
„ ti in territorio Cumino cum terris & mon-
„ tibus ubi ipſa Eccleſia ædificata eſt , &
„ mons ipſe nominatur Pezullo , habente
„ fines prima parte per cilium montis, &
„ deſcendit per Serra , quæ nominatur Tra-
„ verſa , ſecunda parte via antiqua, quæ dici-
„ tur Marſicana , tertia parte via , quæ vadit
„ propè Eccleſiam Sancti Felicis , quarta
„ parte Riagine, quæ deſcendit inter hunc
„ montem , & montem qui dicitur Acere ;
„ quàm & donamus in jam dicto Monaſterio
„ ipſum campum & terram , quæ vocatur
„ Valle-bona conjuncta cum prædicta via, &
„ monte Acino . Atque concedimus in præ-
„ dicto Monaſterio Eccleſiam Sancti Juliani
„ in jam dicto territorio cum terris, & aquis
„ conjunctæ , uti prædicta Eccleſia ædificata
„ eſt , habente fines ab una parte terra , &
„ rivio pergit per Valle de Caſtanieta , de
„ alia parte rivia, qui dicitur de Malafide , &
„ conjungit cum prædicto rivulo de Caſta-
„ nieto ; quàm & donamus , & concedimus
„ prædicto Monaſterio ſervos & angillas no-
„ ſtras, qui ibidem reſident . Quamobrem
„ firmiter habeas jam dicte Venerabilis Ab-
„ bas , & pars jam dicti Monaſterii , atque
„ Rectoribus eidem Monaſterii , & ſucceſſo-
„ ribus veſtris ; hanc donationem , & conceſ-
„ ſionem ſit firmam , & ſtabilem ſemper in
„ perpetuum, ut à nullis poteſtatibus vel no-
„ ſtris Judicibus ad pars jam dicti Monaſterii
„ ali-

(1) Annus V. Caroli M. & Indictio Prima Annum 778. certò indicare videntur . Atqui longè poſt hunc Annum Joſue Abbas Vulturnenſi Cœnobio præeſſe cœpit . Huc igitur ejus nomen immeritò irrepſerit ; ſed neque propterea Chartam falſi arceſſere audeo .

Digitized by Google

„ aliquando contradicatur, ſed per hunc no-
„ ſtrum præceptum hanc noſtram donationem
„ firmiter valeant poſſidere. Data Spoleto in
„ Palatio menſe Magio per Indictione Prima.

DE BENAFRO.

Grimoaldus Princeps Beneventanus Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum donat Curtem Ciceranam in territorio Venafrano Anno DCCXCV. vel DCCCX.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri
„ Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos Vir glo-
„ rioſiſſimus Grimoaldus Dei providentia Be-
„ neventanæ Provinciæ Princeps per rogum
„ Aodoaldi Referendarii noſtri in Monaſterio
„ Sancti Vincentii Martyris, qui ſitum eſt
„ in finibus Samniæ juxta Vulturno flumine,
„ ubi venerabilis vir Joſue Abbas Cuſtos eſſe
„ videtur, Curtem noſtram, quam habemus
„ in finibus territorio Benefrano cum terris,
„ & montibus unà ſe tenente, & vocatur
„ terra ipſa Ciceranа per hos fines. Prima
„ parte Reagine, quæ nominatur Davendo-
„ la, unde per tempus aqua decurrit; ſecun-
„ da parte jam dicto Fluvio Vulturno; ter-
„ tia parte via & Silice, & quomodo aſcen-
„ dit Reagine uſque in cilium montis de
„ ipſa Curte pertinentes; quarta verò parte
„ terras & montes Duplici. Ideo in jam di-
„ cto Monaſterio conceſſimus in integrum
„ jam dictas terras & montes per jam dictos
„ fines poſſidendum, in ea videlicet ratione,
„ ut amodo, & deinceps per hoc noſtrum
„ roboratum præceptum cuncta, ut ſuperiùs
„ leguntur, tibi jam dicto Joſue venerabili
„ Abbati atque Succeſſoribus & Rectoribus
„ veſtri Monaſterii ſecuriter habere & poſſi-
„ dere valeatis, ita ut à nullis ex noſtris Ju-
„ dicibus, ideſt Comitibus, ſeu Caſtaldeis,
„ vel à quibuſcumque hominibus non habea-
„ tis de prædictas terras & montes aliquam
„ requiſitionem, ſed perpetuis temporibus
„ poſſideatis. Quod verò præceptum ex juſ-
„ ſione ſuæ poteſtatis ſcripſi Ego Leo Nota-
„ rius Benevento in Sacro Palatio menſe
„ Aprilis tertia Indictione feliciter.

DE S. MARIA IN LOCO SANO, SERVIS ET ANCILLIS.

Scaniperga & Liutprandus Beneventani Duces Albileopæ Abbatiſſæ Monaſterii S. Mariæ de Sano multos ſervos aliaque eidem conceſſa à Romualdo Duce confirmant, & reſtituenda curant. Anno DCCXLVII.
(Vide Camillum Peregrinium pag. 279. & Oſtienſem pag. 108.)

„ IN nomine Domini Dei noſtri Jeſu Chri-
„ ſti. Firmavimus nos glorioſiſſima Do-
„ mna Scaniperga, & Domnus Vir glorioſiſ-
„ ſimus Liuprand (1) ſummi Ducibus gen-
„ tis Langobardorum per rogum Euſimiæ
„ Abbatiſſæ, & Oratricis noſtræ in Monaſte-
„ rio Beatæ Sanctæ Mariæ Genitricis Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti, quod fundatum eſſe di-
„ noſcitur in locum, qui nominatur Loco
A „ Sano, ubi Albileopa Abbatiſſa regimen te-
„ nere videtur, hoc eſt Condoma nomine
„ Dodone cum uxore filios & filias ſuas, vel
„ cum integra eorum pertinentia, & Condo-
„ ma nomine Candolus cum uxore, filios, &
„ filias, vel cum omnia ſua, qui habitare
„ videntur in Viviano, & Condoma nomine
„ Mauro cum uxore, filios & filias, ſeu ger-
„ manos, vel cum omnia eorum pertinentia.
„ Condoma nomine Anſoald cum uxore,
„ filios & filias, germanos, vel cum omni-
„ bus rebus eorum, qui habitare videntur in
„ Turri. Condoma nomine Maruald cum
„ uxore, filios & filias, germanos, ſeu ne-
„ pote ſuo, vel cum omnia eorum pertinen-
B „ tia. Condoma nomine Marullo cum uxore,
„ filios & filias, ſeu germanos ſuos, vel cum
„ omnia ſua, qui habitare videntur inibi.
„ Simul & Condoma nomine Auguſtaldo cum
„ uxore, filios & filias ſuas cum omnia ſua.
„ Condoma nomine Aliſſone cum uxore,
„ filios & filias ſuas, ſeu germanos ſuos, vel
„ cum omnia eorum pertinentia, qui habi-
„ tare videntur in Baruli. Condoma nomine
„ Baniolo cum uxore, filios & filias ſuas, vel
„ cum omnia ſua, qui habitare videtur ad
„ Sancto Martiano in Frecento. Condoma no-
„ mine Calvo cum uxore filios & filias ſuas,
„ & cum omnia ſua, qui habitare videtur
„ in Botonte. Condoma nomine Urſus cum
C „ uxore, filiis, & filiabus, vel cum omnia
„ ſua, qui habitat in Remelo. Simulque &
„ caſas infra hanc Beneventanam Civitatem,
„ qui fuit de Radoin, quæ poſita eſt ad Por-
„ ta aurea, & vinea, quæ poſita eſt ad Sancto
„ Vito in Quintodecimo. Secundùm qualiter
„ hæc, quæ ſupra legitur in iſto Dei loco
„ conceſſum eſt à Domno ſanctæ memoriæ
„ Romoald Socero, & Avone noſtro, & per
„ ejus præceptum firmatum, ſed quia per pra-
„ vos homines delibata ſunt de nominatum
„ præceptum nomina de duas Condomas, ideſt
„ Calbi, & Urſi, quem in noſtra oſtendiſtis
„ præſentia, quam in noſtra gloria certam
„ agnovimus veritatem, continuò hunc no-
D „ ſtrum firmiſſimum emiſimus præceptum,
„ quatenus amodo habeatis, & poſſideatis
„ tam vos qui ſupra Albileopa, quàm & po-
„ ſteras veſtras, & nullus ex noſtris Caſtal-
„ deis, aut Actionariis, vel quiſquam homo
„ contra ea, quæ noſtra firmavit poteſtas,
„ quandoque ire præſumpſerit, noſtra firmi-
„ tas omni in tempore roborata permaneat.
„ Quod verò præceptum firmitatis ex juſſione
„ & dictatu ſupraſcriptæ Domnæ Scanipergæ
„ ſcripſi ego Auderiſſius Notarius. Actum in
„ Benevento in Palatium per Indictione Pri-
„ ma menſe Novembris feliciter.

DE ECCLESIA SANCTÆ FELICITATIS IN MONTE MARANO.

E

Donatio Eccleſiæ Sanctæ Felicitatis à Davide Beneventano & Sipontino Epiſcopo facta Monaſterio Monialium Sanctæ Mariæ de Sano, ejuſque Abbatiſſæ Auladæ. Anno DCCXCV.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris no-
„ ſtri Jeſu Chriſti: Temporibus Domni
„ viri glorioſiſſimi Grimoaldi ſummi Ducis
„ gen-

(1) Liutprandum Beneventanum Ducem rectè admiſit ac memoravit Camillus Peregrinius Tom. II. pag. 326. Italic. Rer. At exordium ejus ante Annum 749. deducendum videtur. Si rectè heic conſignata eſt *Indictio Prima*, decurrebat hæc Anno 747. Novembri menſe.

Digitized by Google

„ gentis Langobardorum Anno feliciſſimi Du-
„ catus ejus Deo propitio Octavo, (1) men-
„ ſe Novembris. Indictione quarta. Ego Da-
„ vid Servus Servorum Dei Epiſcopus Sanctæ
„ Beneventanæ, & Sipontinæ Eccleſiæ, Anno
„ Epiſcopatus noſtri Quarto decimo, Epiſco-
„ pali auctoritate, vel anteceſſorum meorum
„ conſuetudine fretus, ob ſalutem & ſtatum
„ Sanctæ noſtræ Eccleſiæ, & pro mercede
„ animæ noſtræ concedimus atque largimur
„ in Monaſterio Beatæ Mariæ ſito loco Sano,
„ ubi Aulada Religioſa Abbatiſſa regimen te-
„ nere videtur, Eccleſiam Sanctæ Felicitatis
„ longa jam vetuſtate corruptam, loco in-
„ Monte Mariano, cum parvula terra, quæ
„ circa ipſam Eccleſiam eſt. Eo tenore in
„ præfato Monaſterio eam ſubdidi, atque tra-
„ didi, ut in poteſtate ſit perpetuis tempori-
„ bus Præpoſitorum ipſius Monaſterii, ſic ta-
„ men ut ipſa Eccleſia reſtauretur, & Cellam
„ ibi ſicut voluerint conſtituant, & in ſua-
„ eam providentia, ſicut ceteras Cellas pro-
„ prias habeant, & à nullis noſtris ſucceſſo-
„ ribus, vel quibuslibet Sacerdotum ordini-
„ bus, aut Actoribus ſanctæ noſtræ Eccleſiæ
„ in eadem Eccleſia inferant oppreſſionem-,
„ vel moleſtiam, ſed ſicut eam tradidimus
„ libero nomine, abſque qualibet commotio-
„ ne ipſum Monaſterium & Rectores ejus ha-
„ bere, poſſidere, & finire valeant. Quod
„ verò Privilegium noſtræ conceſſionis & lar-
„ gitatis dictavimus Luperis Subdiaconos, &
„ Notarios Sanctæ noſtræ Eccleſiæ tradidi-
„ mus ad ſcribendum. Actum Benevento, in
„ ſacratiſſimo noſtro Beneventano Epiſcopio,
„ aſtantibus Sacerdotibus noſtris & Clero ad
„ firmandum noſtram donationem & largi-
„ tionem, anulo Sanctæ noſtræ Eccleſiæ fir-
„ mavimus roboratum, ut ſtabile, & firmum
„ permaneat.

DE LISINE, SIPONTO, LUCERE, CANOSA, TELESIA, CAUDETANIS, TORCINO, NINPHIO, PRISCIANO.

Teſtamentum Radeprandi, per quod Monaſterio Sancti Vincentii multas terras, & ſervos largitur. Anno DCCC.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti temporibus Domni
„ noſtri viri glorioſi Grimoaldi ſummi Prin-
„ cipis Langobardorum gentis anno XIII.
„ Principatus ejus pridie Kalen. Feb. Ego
„ Radeprandus filius item Radeprandi, cogi-
„ tans diem mortis meæ, quicquid mihi
„ actum fuit, ſicut ſubter legitur, diſpono,
„ atque meis ordino facultatibus. Primis
„ omnibus inclytam meam Piſcariam, & fo-
„ cem de Lacu, de finibus Liſinæ; & Curtem
„ meam, quam habeo in finibus Siponto;
„ quàm & Caſalem meum cum Eccleſia San-
„ cti Martini in finibus Luceræ; & Curtem-
„ meam, quam habeo in finibus Canoſini; &
„ Curtem meam, & Berzarium cum Pomeriis
„ ſuis, cum ſervis, & ancillis meis. Nomina
„ illorum Ugualdulo cum uxore ſua nomine
„ Tarſecunda, Ermerichis cum uxore ſua-
„ nomine Traſiperga, cum filiis, & filiabus
„ ſuis, & cum ceſpitibus ſuis, qui eſſe-
„ videntur in finibus Benevento loco Lu-
„ cerolæ; & inclytam Curtem meam in-
„ finibus Teleſiæ propinquo prædictæ Civi-
„ tati, habente fines da una parte via, quæ
„ pergit ad ipſum lacum; da ſecunda parte
„ via, & ſilice; tertia parte præfatum lacum;
„ da quarta parte fine terra Lademani; & in-
„ clytam Curtem meam, quam habeo in fini-
„ bus Caudetane in finibus Pauliſi, cum duos
„ ſervos meos, qui quidem ordinati eſſe vi-
„ dentur, uno nomine Dominico cum uxore
„ ſua nomine Audelinna, & Urſulo cum uxo-
„ re ſua Guadiperga, cum filiis & filiabus
„ ſuis, atque nepotibus, & cum ceſpitibus
„ ipſorum. Simulque, & inclytum Waldum
„ meum in finibus Torcine, inter quas ſunt
„ conſtructæ Eccleſiæ vocabulo Sancti Petri,
„ & Sancti Martini per hos fines: da una-
„ parte fluvio Vulturno, da duabus partibus
„ Rioza, da quarta parte terra, & ſilva, &
„ monte Monaſterii Sancti Vincentii. Simul-
„ que diſpono cum omnia, quæ prælegitur,
„ in præfato Monaſterio Beati Vincentii in-
„ clytam ipſam Curtem meam de Ninphio,
„ quæ nuncupatur Gueldatu, propinquum-
„ Vairano, habente fines da tres partibus Ri-
„ viis, da quarta parte terra, quod eſt Ca-
„ ſtanieto Sancti Petri Cellula ejuſdem Cœ-
„ nobii, cum inclyta ipſa terra mea, ibique
„ pertinentes mihi de Scaniperga uxore mea
„ ſanctimoniali veſte induta, habente fines
„ terra ipſa da una parte Rivio, da duo par-
„ tes prædicti Caſtanieto, da quarta parte-
„ via. Simulque etiam diſpono in præfato
„ Cœnobio inclitam ipſam Curtem meam-,
„ quam habeo in finibus Sueſſæ loco, ubi no-
„ minatur Priſciano, ubi caſam fabricatam-
„ ædificatam habeo continente fines, da una
„ parte Rivio, & formalo ipſius rivi quo-
„ modo vadit ipſe Rivus, uſque in terram-
„ Epiſcopi Sancti Stephani; ex alia verò par-
„ te cacumine montis, ubi ædificatum eſt
„ Monaſterium Sancti Martini ſubjectum præ-
„ fato Monaſterio Sancti Vincentii; da tertia
„ parte fine terra prædicti Monaſterii Sancti
„ Martini per hos fines, da una parte fluvio
„ Vulturno, da duabus partibus Rioza, da-
„ quarta parte terra, & ſilva, & monte Mo-
„ naſterii Sancti Vincentii; da quarta parte
„ fine præfata terra prædicti Epiſcopii, &
„ præfati Monaſterii Sancti Martini, ſimul
„ cum perſonis Theodoli, cum uxore ſua-,
„ & Johannes cum Anaſtaſia uxore ſua, Ser-
„ ſulo cum Anna uxore ſua, Natalellus cum
„ Griſola uxore ſua, & cum filiis, & filia-
„ bus, atque nepotibus ipſorum. In præfato
„ Monaſterio Beati Vincentii Martyris diſ-
„ poſui atque judicavi omnia ea, quæ præ-
„ leguntur cum omnibus ſuis pertinentiis,
„ cum viis, & aquis, & anditis ſuis, cum-
„ ſepibus, & limitibus, & cum pertinentiis
„ ſuis, & cum omnia inferiora, & ſuperiora
„ ſua in præfato Cœnobio Sancti Vincentii
„ Martyris diſpoſui, & in perpetuum tra-
„ didi.

(1) Anno 788. Grimoaldus Principatum iniiſſe creditur, eamque ſententiam Hiſtoriæ ipſæ confirmant. Accedat nunc & iſtud monumentum, in quo rectè convenit *Annus Octavus* in Annum 795. cujus Novembri decurrebat *Indictio IV.*

DE BENAFRO LOCO MACZANO, ET IN FLUVIO SEXTO.

Charta Alahis, qua Monaſterio Vulturnenſi, ejuſque Abbati Joſue, multa donat Anno DCCCXV.

„ IN nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu „ Chriſti. Temporibus Domni noſtri viri „ præcellentiſſimi Grimoaldi Dei providentia „ Beneventanæ Provinciæ Principis X. Anno „ (1) Principatus ejus, Menſe Septembris, „ Nona Indictione. Ideoque ego Alahis filius „ bonæ memoriæ Arichis pro redemptione „ animæ meæ per hanc meam chartulam of- „ ferſionis offero in Monaſterio Beati Vincen- „ tii Levitæ, & Martyris, ubi Deo favente „ Domnus Joſue Abbas præeſt, omnes res, „ & ſubſtantias meas, quas habeo intus, vel „ foràs Civitate Benafro, hoc eſt caſas meas „ fabricatas cum ſuis curtibus, quæ ſunt po- „ ſitæ ſuper fontem fluvii qui dicitur Sexto; „ quàm & Eccleſiam noſtram vocabulo San- „ ctæ Mariæ, quæ conſtructa eſt juxta ipſum „ fluvium cum ſuo hortale; quàm & terras „ meas, quas habeo in finibus Benafro, in „ loco, qui dicitur Maczano, quæ ſunt duo „ petiæ. Prima petia, ubi Eccleſia vocabulo „ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ conſtructa eſt, & „ caſa fabricata, quæ in eadem terra poſita „ eſt, qui habet fines jam dicta prima petia, „ qualiter exſinat terra, & montes, quæ Dom- „ nus Arichis bonæ memoriæ Princeps con- „ ceſſas habet per ſuum Præceptum jam di- „ cto Monaſterio; ſecunda parte reagine, quæ „ dicitur Ravendola, unde per tempus aqua „ decurrit; tertia parte foſſato, & terras Jo- „ hannis Radoaldi, & terras Emelgrini, & „ terras Paldoni, & terras Truppoaldi; quar- „ ta verò parte reagine. Secunda petia ibi- „ dem, quæ habet fines, da prima parte flu- „ vio Vulturno, da ſecunda parte reagine, „ quæ exſinat inter hac terra, & terra Ari- „ chis Principis; tertia parte jam dicta rea- „ gine; quarta parte fines habet terram Me- „ danei. Quàm & offero in jam dicto Mona- „ ſterio inclitum Molendinum meum, quem „ habeo jam dicto fluvio Sexto cum clauſu- „ ris, ripis, aquis, & cum ſuo curſu, & viis „ ibidem intrandi, & exiendi. Item offero in „ eodem Monaſterio ſervos, & ancillas no- „ ſtras, qui jam dictis terris habebant, quo- „ rum nomina hæc ſunt: Theodericus cum „ Pota uxore ſua, Dominicus cum Roſa uxo- „ re ſua, Viſulus cum Formica uxore ſua, „ Petrulus cum Angela uxore ſua, cum filiis, „ nuribus, nepotibus, & cum omnibus ſuis „ ceſpitibus. Hæc omnia in integrum offero „ ad poſſidendum eidem Monaſterio Sancti „ Vincentii in perpetuum.

(1) Crucem mihi fixit Chronographus noſter tum heic, tum in Chartis ſubſequentibus, quas ejus incuria in Notis Chronologicis vitiatas ſuſpicabar, imò pro certo habebam. Sed diſtinguendi ſunt (quod ille non fecit) Grimoaldi duo Beneventanorum Principes, quorum primus ab Anno 788. alter Theſaurarius prioris, Erchemperto teſte, Principatum tenuit ab Anno 806. Luce hac præeunte, ſuos annos hiſce Chartis facilè reſtituemus. Hiſtoricus hic nulla diſtinctione utitur, & unum nobis obſtruſiſſe videtur Grimoaldum Principem.

DE BENEVENTO, SALERNO, TELESIA, ET ALIFE.

Altera Charta Alahis, qua eidem Cœnobio plura elargitur Anno DCCC. vel DCCCXV.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni „ noſtri Viri præcellentiſſimi Grimoaldi, „ Dei providentia Beneventanæ Provinciæ „ Principis, Menſe Septembris, Nona Indictio- „ ne. Ideoque ego Alahis filius bonæ memo- „ riæ Arichis benigno deſiderio pro mea re- „ demptione animæ per hanc meam chartu- „ lam conſcriptionis offero in Monaſterio „ Beati Vincentii, ubi Deo favente Joſue „ Abbas præeſt, omnes res ſubſtantiæ meæ, „ quas habeo in finibus Benevento, & in Sa- „ lerno. Et rem meam, quam habeo non „ longè ab Eccleſia Sancti Medici, ubi Fo- „ rano dicitur, vel quæ cetera nomina ibi „ vocantur, quæque mihi à ſingulis hominibus ibi datum fuit; ſimulque & rem meam, „ quam habeo in finibus Capuæ, ſeu & in „ Teleſinis, & Alifanis finibus, ſimulque „ etiam ſilvam meam, quæ vocatur Silva „ Nigra, cum terra vacua in integrum, quam „ in parte bonæ memoriæ Domni Grimoaldi „ conceſſam habui; nec non & Molinum „ meum in Teonza in integrum cum Olive- „ to, quem à ſingulis hominibus comparatum, & cambiatum habui. Quàm & inſi- „ mul in præfato Cœnobio obtuli omnes ſer- „ vos & ancillas meas in Civitatibus, tam „ in veteri Benevento, quàm & in Salerno, „ cum Berzario, & intus hanc Beneventum „ Civitatem, tam de jure parentum, quàm „ & quod ego emi; quàm & ipſam Caſam „ novam, quam ego condidi. Caſam cum „ curte, & Berzario; quàm etiam & omnia „ peculia cum jam gaballos domitos, & in- „ domitos, jumenta, baccæ, porcos, pecu- „ des, capras; quam & inſimul omnem rem „ meam quidquid per diverſa loca habeo, „ vel habiturus fuero, in jam dicto Sancti „ Vincentii eveniat Monaſterio poſſidendum „ ſinè heredum meorum, vel cujuslibet re- „ quiſitione. Et hanc chartulam eo tenore „ Tudipertum Notarium ſcribere rogavi.

DE BENAFRO LOCO MACZANO.

Donatio Curtis in agro Venafrano facta ab Imedo Vulturnenſi Cœnobio, ejuſque Abbati Joſue. Anno VIII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni „ noſtri viri præcellentiſſimi Grimoaldi „ (2) Dei providentia Beneventanæ Provin- „ ciæ Princeps, XI. Anno Principatus ejus „ Menſe Januario, decima Indictione. Ego „ enim Imed-Tendancus filius Teupi per hanc „ meam chartulam offerſionis offero in Mo- „ naſterio Beati Vincentii Levitæ, & Marty- „ ris, ubi Deo favente Joſue Abbas regimen „ te-

(2) Hoc eſt Grimoaldi Theſaurarii, ſive Quarti in ſerie Ducum Beneventanorum.

Digitized by Google

„ tenere videtur, inclitam ipſam Curtem
„ meam cum terra, quam habeo in loco,
„ qui nominatur Maczano, cum ſervis, &
„ ancillis in finibus Benefro per hos fines.
„ Prima parte fluvio Vulturno, da ſecunda
„ parte fines habet terra jam dicti Monaſte-
„ rii, quam ante hos annos offertam habet
„ Alahis jam dicto Monaſterio; tertia parte
„ fines habet riagine, unde per tempus aqua
„ decurrit; quarta parte fines habet terra
„ Radoaldi, & Ragemperti. Quàm & offero
„ in jam dicto Monaſterio inclitum Molinum
„ meum, quem habeo in fluvio quí dicitur
„ Sexto, qui eſt poſitus ſub ipſa fonte de jam
„ dicto Monaſterio propinquum ad jam ipſam
„ Urbem Benafro, cum ripis, & aquis, cum
„ clauſuris, & inclito ſuo curſu, & viis ſuis
„ ibidem intrandi, & exiendi. Et ſunt no-
„ mina ſervorum meorum, qui in eadem
„ curte reſident, Rodelgard cum Petronia
„ uxore ſua, cum filiis, & filiabus, atque
„ nepotibus, & omnibus ſuis ceſpitibus, of-
„ fero in jam dicto Monaſterio in integrum
„ ad poſſeſſionem ejuſdem Monaſterii, &
„ de ejus Abbatibus in perpetuum; & ſi ego
„ vel mei heredes hanc cartulam offerſionis
„ removere quæſierimus, obligo me, & ip-
„ ſos meos heredes compoſituros quatrincen-
„ tos ſolidos, & hæc cartula offerſionis firma
„ permaneat.

DE ALIFE, TELESE, MEFINO, PATENARIA, ET CERENTUM.

Teſtamentum Imedi, quo omnium ſuorum bonorum hereditatem relinquit Monaſteriis Caſinati, & Vulturnenſi Anno DCCC.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri viri glorioſiſſimi Grimoaldi ſum-
„ mi Principis Dei providentia Longobardo-
„ rum gentis, XIII. Anno Principatus ejus, una
„ die ante menſe Januario. Ego enim Imend-
„ Tendancus filius Teupi, quidquid mihi
„ actum fuit diſpoſui, atque ex meis ordina-
„ vi facultatibus. Primis omnium integram
„ portionem meam de Caſale in Teleſias, &
„ portionem meam in Limata, & in Pulia-
„ nellu, & in loco Vulture, & res ad Lo-
„ tazano, & illos quam mihi de res quæ ad
„ Cardi debuit evenire portiones, nec nomi-
„ nativè loca cum omnia ſua pertinentia in
„ integrum Beati Benedicti Monaſterio obtuli
„ poſſidendum præter Servos, & ancillas meas
„ cum ſuis ceſpitibus, quos volo ut liberi
„ permaneant, & Condoma nomine Calbo-
„ ſum cum ceſpite ſuo, qui reſident in Punia-
„ nellu. Seu etiam portionem meam, & ter-
„ ram, quam habeo juxta Eccleſiam Sancti
„ Pauli; quàm & Beati Laurentii Eccleſiam,
„ quæ erga Curtem meam videtur eſſe ædifi-
„ cata, tradidi poſſidendum. Waldora tria ad
„ Sanctum Juſtinum, & Juſtinu, & Patenara,
„ cum omnia interpoſita mea portione, ſimul-
„ que & portionem meam de Caſale, qui
„ vocatur ad Gruttule finibus Vulgarenſi Bea-
„ to Vincentio deveniant poſſidendum. Con-
„ doma nomine Trientius cum conjuge ſua
„ & ciſpite ſuo, in quo reſident in Caſale,
„ qui vocatur Limpilano, Deodonæ Genitri-
„ ci meæ, & Adelgiſæ, & Teppegiſæ ſorori
„ meæ, ſit ad vivendum. Seu vinea, & terra,
„ quæ fuit de Majone portanario, qui eſſe
„ videtur juxta Sanctum Angelum, Nepoti-
„ bus meis ſit. Poſt eorum defunctionem de-
„ veniat in poſſeſſionem Rodegiſæ uxoris
„ meæ, ſi introierit in Monaſterium Sanctæ
„ Sophiæ cum Melperga, & Adelgiſa filiæ
„ meæ. Duo Caſales mei, ideſt Sancto Dona-
„ to finibus Cerentinæ, & in Arbita ejuſdem
„ Monaſterii ſint Sanctæ Sophiæ Caſale Mar-
„ cellino, & Sancto Donato, ſi uxor mea in
„ Monaſterio intrare voluerit, nihil ad ea
„ pertineant. Inſuper volo, ut terra propin-
„ qua Sancto Paulu poſt obitum Genitricis
„ meæ ſit Nepotibus meis. Et noſtra ad Me-
„ janellu modia centum portionem meam de
„ Caſale, ubi dicitur Satrianu, & alius in
„ Sinianu, & Wallo cum uxore filiis, &
„ filiabus, Ermulus cum filiis, & filiabus,
„ omnia ſupradicta, ſi nepotes mei ſinè filiis
„ defuncti fuerint, de prædictis duo Mona-
„ ſteriis Sancti Vincentii, & Sancti Benedicti,
„ relinquo in perpetuum. Et hunc ſcriptum
„ ego Imed.. ✕ manibus meis ſcripſi. Actum
„ Benevento.

DE TELESIA.

Charta Romani, qua Monaſterio Sancti Vincentii multa donat Anno DCCCVII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri viri glorioſi Grimoaldi (1) ſum-
„ mi Ducis gentis Langobardorum anno II.
„ glorioſi Ducatus ejus menſe Decembrio
„ Indict. I. Ideoque ego Romano filius quon-
„ dam Majoni, qui habitator ſum in Teleſia,
„ pro mea bona voluntate, & ſalute animæ
„ meæ, offero in Monaſterio Beatiſſimi San-
„ cti Vincentii, quod ſitum eſſe dignoſcitur
„ juxta fluvium Vulturnum, ubi nunc Deo
„ auxiliante Domnus Joſue venerabilis Abbas
„ regimen tenere videtur, omnes portiones
„ meas, quæ eſſe videntur in finibus Teleſiæ,
„ & tam per alia loca, ubicunque nobis per-
„ tinuerit habere, ideſt portionem meam
„ de caſis, cum curtis ſuis extrinſecus, caſæ,
„ vineæ, & territoria, campi, ſilvæ, prata,
„ culta, vel inculta, tam in montibus, quàm
„ in plano, peculia de omnia & in omnibus
„ meam portionem in præfato Monaſterio
„ pro redemptione animæ meæ offerui, &
„ portionem meam in caſa de Caſtello Tele-
„ ſino, qui poſitus eſt in Caſtello Metiano,
„ juxta poſterulam, ut omnia in poteſtate ſint
„ de præfato Monaſterio Sancti Vincentii in
„ perpetuum.

DE CALATIAS.

Maio Caſtaldius Caſales nonnullos, & ibi habitantes Servos, offert Monaſterio Vulturnenſi Sancti Vincentii Anno DCCCXIII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu
„ Chriſti. Octavo anno Principatus Dom-
„ ni noſtri Grimoaldi Dei providentia Bene-
„ ventanæ Provinciæ Principis, Menſe Janua-
„ rio

(1) Scilicet Anno II. Grimoaldi Quarti, cujus regimen Anno 806. cœptum eſt. Similem Chartam habes apud Ughellum Tom. VIII. Ital. Sac. pag. 610. ſcriptam *Anno II. Ind. Prima*.

Digitized by Google

„ rio per Indictione V. (1) Conſtat me Majo
„ Caſtaldeus filius bonæ memoriæ Mayonis
„ Caſtaldei, dum pro Dei amoris in provi-
„ dentia videndo me multas facultates vel
„ divitias poſſidere, cœpi cogitare futuri ju-
„ dicii diem, & æternæ vitæ præmia, ut me
„ de manu Inferni expellere valeam, offerui
„ in Monaſterio Beati Vincentii Levitæ &
„ Martyris Chriſti, quod fundatum eſt ſuper
„ fluvio Vulturno in Samniæ partibus, in-
„ primis Caſalem meum in finibus Capuæ in
„ loco, qui nominatur Ponte Pozzolano, &
„ Caſalem meum, qui nominatur in Monte
„ Mariniano, cum ſervis meis, & ancillis,
„ quorum nomina hæc ſunt: Auderano, Me-
„ rulo, Teudeperto, Rimelgari cum uxori-
„ bus, & filiis, vel filiabus ſuis, cum nuri-
„ bus, & nepotibus, & cum ceſpitibus eo-
„ rum; & Caſalem meum inclitum, quem
„ poſſideo ſimiliter in finibus Calatias cum
„ Eccleſia mea vocabulo Sancti Vincentii,
„ quam ſupraſcriptus Genitor meus in ejus
„ honore ſimul mecum conſtruximus pro no-
„ ſtræ animæ remedio, per finibus iſtis. Pri-
„ ma parte per Serra de monte, qui vocatur
„ Camarda, quomodo vadit per ipſa Serra-
„ in Cota monda per ipſe Pentome, quomodo
„ ſalit in ipſo Morrone uſque in Aqua Fin-
„ da; ſecunda parte Monte, qui vocatur
„ Aquinaro, & quomodo ſalit per Serra-
„ ejuſdem Monaſterii, & perrexit uſque in
„ Serra de Rafro monte; tertia parte, Mon-
„ te, qui vocatur Ragitu, & perexiente in
„ Monte, qui dicitur Caſarripi; quarta verò
„ parte Rabe, & via antiqua, qui pergit in
„ Monte, qui Traquini dicitur, & quomodo
„ ſalit uſque in Serra ejuſdem montis, & de-
„ ſcendit in eadem via, & pergit in rivio de
„ Plutiano uſque ad Sanctum Andream. Si-
„ mulque offerui in eodem ſancto Cœnobio
„ ipſos ſervos, & ancillas meas, qui juxta-
„ eamdem Eccleſiam reſident, quorum nomi-
„ na ſunt iſta: Benerulo, Auderaſnulo, Lupo,
„ Janipertulo, Ilmericulo, cum uxoribus,
„ filiis, & filiabus ſuis, cum nuribus, nepo-
„ tibus, & cum ceſpitibus ſuis inſimul, &
„ cum pertinentiis eorum, Deo ſimul, &
„ ejus Sancto Monaſterio offerui ad ſemper
„ habendum, & poſſidendum, & faciendum
„ exinde quidquid eodem ſancto Cœnobio
„ placuerit, ea ratione, ut aperta & divul-
„ gata ſit ſemper hæc mea Cartula offerſionis
„ ad omnes fideles Chriſti, ita ut à nullis fide-
„ libus dirumpantur, vel alienantur. Et
„ obligo memet, & filios, & heredes, ſi eam
„ Cartulam offerſionis defendere cum jam di-
„ cta Eccleſia, ſeu præfatæ terræ, & montes
„ & jam dictis ſervis, & ancillis, cum ſuis
„ inclitis ceſpitibus da omnes homines, vel
„ da Sede Epiſcopale. Et ſi aliquando ego,
„ vel mei heredes hanc chartulam in aliqui-
„ bus moleſtare, vel contrare, tentarique vo-
„ luerimus, mille mancoſos componere obli-
„ gamus in eodem ſancto Monaſterio. Quam
„ enim chartulam offerſionis, & ſubjugatio-
„ nis firma permaneat. Actum Benevento,

DE APULIA.

Donatio multarum rerum facta à Johanne Pandonis filio Monaſteriis Caſinati, & Vulturnenſi. Anno DCCC.

„ IN nomine Domini. XIII (2) Anno Dom-
„ ni noſtri Grimoaldi Principis, menſe-
„ Martio, Indictione prima. Licitum quippe
„ dignum eſt omnipotentis Dei noſtri gratia-
„ rum actione laudem reddere, qui nobis
„ tantam tribuit largitatem, ut omnia nobis
„ opportuna pacificè diſponere valeremus.
„ Quapropter ego Johannes filius quondam-
„ bonæ memoriæ Pandonis, qui nunc ſum ha-
„ bitator intus Civitate Vari Canoſinis fini-
„ bus, declaramus, eo quòd contingerit mihi
„ quod non ſperabam, dum ſinè filiis vel filias
„ me eſſe cognoſco, ſed tamen diſpenſatio
„ Dei juſta eſt, eo quod ille vult hominibus
„ cunctis fit. Pro ideo cum arduo atque be-
„ nigno deſiderio, & pro ſalute animæ jam-
„ nominati Genitoris mei, & pro mercede-
„ animæ Taſipergæ dilectæ Genitricis meæ,
„ & pro remedio animæ Pantoni, & Radoal-
„ di dilectis germanis meis, & pro anima-
„ mea, atque Rodelgiſæ dilectæ uxoris meæ
„ ſuſcipiendum remedium, offero atque con-
„ cedo, primis Deo, & beatis Monaſteriis
„ Sancti Benedicti, & beati Monaſterii Sancti
„ Vincentii, qui fortiores ſunt, hoc eſt in-
„ tegra res mea, quæ mihi legibus perti-
„ net, infra Provincia Beneventana: ideſt
„ res de jam dicto Genitore meo, & de-
„ nominata Rodelgiſa uxore mea, & de
„ dictis germanis meis, & quod diximus,
„ quod mihi pertinet de uxore mea infra-
„ finibus Tarentinis, & pertinuit Pantoni
„ germani mei de uxore ſua Firmigiſa in-
„ fra finibus Orietanis, vel & ubicumque in-
„ ſimul, & de res, quæ pertinuit Radoal-
„ di germani mei, & de uxore ſua; quàm-
„ & undecumque vel quoquo modo quæ eis
„ pertinuit infra finibus Canoſinis, ſeu & in
„ quovis locis, ſive undecumque, vel quo-
„ modocumque mihi res per lex pertinuerit
„ infra jam nominatos fines de Provincia Be-
„ neventi, in integrum offerui ipſas res meas
„ in prænominata Monaſteria. In tali verò
„ ratione ipſas res offerui, ut dum Dominus
„ Deus omnipotens mihi ſpatium vitæ dona-
„ verit, integras res ipſas meas in meam re-
„ ſervo poteſtatem judicare quomodo, aut
„ qualiter voluero, & omnia quæ exinde-
„ judicavero, vel fecero, omni tempore ſta-
„ bile permaneat, & quod injudicatum re-
„ manſerit poſt meum obitum, eveniat in-
„ poteſtate de præfata Monaſteria, excepto ſi
„ Dominus omnipotens mihi filios, aut filias
„ de legitima uxore dare dignatus fuerit, in-
„ tegra ipſa res mea in eorum veniat pote-
„ ſtate, ut ipſi exinde faciant quæ voluerint.
„ Nam, ſicut ſuperiùs diximus, de omnibus
„ rebus meis infra finibus Beneventi, ſeu &
„ in Canoſinis finibus, & in finibus Acerenti-
„ nis, quàm & in Tarentinis, vel in Orieta-
„ nis

(1) Sive ad Grimoaldi Tertii, ſive ad Quarti tempora Chartam hanc referas, Indictio malè à Librariis conſignata eſt. Heic indicari Grimoaldum IV. ego puto, & ſignandam eſſe *Indictionem VI.*

(2) Annus Grimoaldi Tertii *XIII.* non convenit cum Indictione *Prima*. Aut ergo ſcribe *VI. Anno Indict. I.* aut *XIII. Anno Indict. VIII.* niſi velis hæc referre ad Grimoaldum Quartum, qui tamen Annum XIII. ſui regiminis non attigit.

Digitized by Google

„ nis finibus, ideſt caſis infra ipſis Civitati-
„ bus, & de foris Caſalibus, caſis, vineis,
„ territoriis, campis, ſilvis, aquis, arbori-
„ bus, pomis fructiferis, atque infructiferis,
„ omnia & in omnibus, quantumcumque
„ mihi pertinuit de præfato Genitore meo,
„ & de jam dicta uxore mea, & de nomina-
„ tis germanis meis, ſeu & de ipſis uxoribus
„ eorum, ſive undecumque, vel de quacum-
„ que ratione mihi res pertinuerit', ſtabile
„ quod eſt poſſibile, totum & integrum of-
„ ferui ipſa in beatiſſima Monaſteria: tali ra-
„ tione, ſicut ſupra continetur, ut dum ego
„ vixero, integra ipſa res mea in mea ſit po-
„ teſtate vendendi, donandi, in aliis locis
„ pro anima judicandi, vel quomodo, aut
„ qualiter voluero; & omnia, quæ exinde
„ fecero, vel judicavero, firma permaneat,
„ abſque contradictione cujuslibet perſonæ.
„ Simili modo & ſi filium, vel filiam de le-
„ gitima uxore habuero, in integrum in eo-
„ rum eveniat poteſtatem, ut ipſi faciant
„ exinde quod voluerint. Et ſi ſine filios vel
„ filias de legitima uxore defunctus fuero,
„ omnes res meas, quæ injudicatæ remanſe-
„ rint, abſque ſervis & ancillis, eveniant in
„ poteſtate de ipſa ſacratiſſima Monaſteria,
„ quæ ſupra continet. Et chartula offerſionis
„ innominata ratione ſit firma, ſicut te Uſil-
„ perto Notario ſcribere rogavi. Actum in-
„ tus Civitate Vari.

DE SIPONTO, ET TERRIS, ET AQUIS.

Teſtamentum Majonis filii Etgemundi, quo ſuarum facultatum portionem legat Monaſterio Sancti Vincentii. Anno DCCXCIV.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri Viri glorioſiſſimi Grimoaldi Dei
„ providentia Beneventanæ Provinciæ Princi-
„ pis, Anno ſeptimo fœliciſſimi Ducatus ejus
„ menſe Julio II. Indictione. Chriſto etenim
„ Domino largiente tribuit licentiam, ut qui
„ ſe à ſuis ſuppliciis voluerit redimere, eum-
„ que Creatorem de ſuis propriis honorare
„ ſubſtantiis. Ob quam igitur rem ego ete-
„ nim Mayo filio bonæ memoriæ Etgemundi
„ pro Chriſti & Salvatoris mei miſericordia
„ cœpi diſponere rem meam, quòd ſi Dei ju-
„ ſto judicio morte, in quacumque præoccu-
„ patus fuero, non imparatum ante æternum
„ Judicem ductus fiam. Propterea compulſus
„ Dei miſericordia, & pro ſalute animæ
„ meæ obtuli in Monaſterio Sancti Vincentii,
„ ubi nunc Deo volente Domnus Joſue Re-
„ verentiſſimus Abbas præeſſe videtur, inte-
„ gram meam portionem de caſis intra Civi-
„ tatibus, Caſalibus, Servis, & Ancillis,
„ peculia mea, mobilia, & immobilia om-
„ nia, & in omnibus meis facultatibus de
„ quantum me ſortes contigerit. Tres filiæ
„ meæ, vel ſi ampliùs filium procrearem,
„ ſimiliter ſuam habeant portionem. Et ſi au-
„ xiliante Domino maſculinum filium fece-
„ rim; volo enim ut in eundem Monaſte-
„ rium Sancti Vincentii vadat cum portione
„ ſua, ſi voluerit; quòd ſi noluerit ipſe filius
„ meus in eundem Monaſterium introire, ut
„ habeat ſibi ipſe ſuam portionem de re
„ mea. Sed ſub hoc tenore, ſi priùs deceſſe-
„ rit, quàm rem ſuam poſſit judicare, res
„ ipſa in eundem Monaſterium eveniat. Et
„ puero nomine Lauteri, & Palumbus, &
„ ultimo Piſcatori cum ipſe are in Sipontu,
„ & cum aqua de mare ad ſippie prenden-
„ dum. Volo enim, dum diu vixero, meæ
„ poteſtati ſerviant res meæ, tantùm labo-
„ randi, & cultandi; nam nulli hominibus,
„ aut cuiquam dominandi ſit poteſtas de
„ quanti ſervi, vel ancillæ dimiſerimus,
„ aut ſi eorum dederimus petia de terra, quæ
„ foràs Caſalem pertinet; nam alia omnia,
„ & in omnibus ipſam meam portionem,
„ ſicut jam diximus, poſt meum diſceſſum in
„ Sancti Vincentii Monaſterio eveniat in
„ poſſeſſionem ipſi Piſcatori, & aras ad pi-
„ ſces prendendos Sancti Vincentii eveniat
„ poſt meum diſceſſum in poteſtatem Mona-
„ ſterii ipſam meam portionem; tamen ip-
„ ſam meam piſcationem, dum vixero,
„ æqualiter dividamus cum Sancti Vincentii
„ Monachis. Et ipſæ filiæ meæ volo, ſi de-
„ ceſſerint antea, priuſquam viro copulen-
„ tur, res earum eveniat in ſupradicto Mo-
„ naſterio, ubi ipſam meam portionem dedi,
„ ſicuti te Arnipretum Notarium ſcribere
„ rogavi. Actum Beneventi menſe, & Indi-
„ ctione ſupradicta feliciter.

DE APULIA IN CAMERIANO, AQUILUNI, LUCANEA, FISIANO, TRIBILIANO, PATERNO, ET CUPULI.

Petri Marpahis Teſtamentum, in quo ſuarum rerum portionem legat Monaſteriis Sancti Benedicti Caſinatis, Sanctæ Sophiæ Beneventanæ, & Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCXVI.

„ IN nomine Domini. Undecimo anno
„ Principatus Domni Grimoaldi, menſe
„ Martio, X. (1) Indictione. Ideoque ego
„ Petrus Mariphis (2) filius quondam Va-
„ ſonis, per hoc privilegium diſponere præ-
„ vidi, ut juſtum judicium de morte mihi
„ evenerit, volo, ut in Monaſterio Beati Be-
„ nedicti ſitum Caſtro Caſino eveniat incli-
„ tam Curtem meam, quam habeo in Made-
„ matiæ finibus Apuleæ. Et in Monaſterio
„ Sanctæ Sophiæ ſito hanc Beneventi Civita-
„ tem eveniat inclitam Curtem meam, quam
„ habeo in Bentejano, prædicta Curtes cum
„ omnibus ſuis pertinentiis, excepto ſervos,
„ & ancillas. De re verò, quæ fuit Johannis
„ germani noſtri, & inde diſpoſuit, ut ſorte
„ ejus, quantum ei à me, & à germanis meis
„ in Cameriano evenit, & media Curte mea
„ in Aquiluni, & medietate de ipſa ſorte
„ ipſius Johannis in Lucania, qui mihi ab
„ Audone germano meo in ſorte evenire de-
„ buit, quàm & integra ſorte ejus in Ficia-
„ niano, & Tribiliano, & ſeu medietatem
„ de ſorte ejus in Cupuli, de his omnibus,
„ quæ fuerunt præfati Johannis, ſi filii mei
„ voluerint ipſi emere, dent per Sacerdotem
pro

(1) Cum *Anno XI.* Grimoaldi Quarti copulanda eſt Indictio IX.

(2) Legendum puto *Marpahis*, quod & alibi occurrit. Nomen fuit Officii nobilis. *Strato-rem* appellat Paulus Diaconus Lib. 2. Cap. 9. & Lib. 6. Cap. 6. de Geſt. Langob. Vide in eum Notas Tom. I. Ital. Rer. Vide & Erchempertum.

Digitized by Google

„ pro anima ipſius Johannis juſtum pretium,
„ & in Sancti Vincentii Monaſterio ſito ſuper
„ fluvio Vulturno eveniant. De ſubſtantia ve-
„ rò, quam habeo in finibus Latinianenſes,
„ qui mihi pertinet de Taſſilone, & Benedi-
„ ctus, volo, ut ipſæ filiæ Taſſilonis habeant
„ ſuam portionem de omnibus rebus Genito-
„ ris ſui, de mobilibus, & immobilibus, de
„ ſervis, atque ancillis, & de omnibus pecu-
„ liis. Reliqua res, quæ remanſerit de ipſius
„ Taſſilonis ſubſtantia, ſi filii mei voluerint
„ emere, habeant ſibi rem ipſam, & pretium
„ quod voluerit dent per Sacerdotes pro ani-
„ ma ipſius Taſſilonis. Servi verò, vel an-
„ cillæ, quantum ejus Taſſilonis fuerint por-
„ tiones, vadant pro ejus animæ ſalute liberi
„ cum ſuis ceſpitibus. Si autem ipſi filii mei
„ emere noluerint rem ipſam, quantum eis
„ fuerit portionem, in integrum in Sancti
„ Benedicti eveniant Monaſterio, & præfati
„ ſervi, & ancillæ ejus portionem cum ſuis
„ ceſpitibus, liberi, ut dixi, vadant. De re
„ autem, quæ mihi pertinet de Benedicto,
„ & de ipſa uxore ejus, de quarta, quæ ei
„ pertinet, quam mihi ante hos annos dedit,
„ ſimiliter diſpoſui: ſi filii mei rem ipſam
„ emere voluerint juſto pretio, pro eorum,
„ & mea anima, per Sacerdotes dare debeant.
„ Quòd ſi fortaſſe eorum non fuerit congruum
„ rem ipſam comparare, totum in integrum
„ in Sancti Benedicti Monaſterio eveniant in
„ poſſeſſionem, excepto Servos, atque Ancil-
„ las, qui vadant liberi & ſoluti cum ſuis
„ ceſpitibus. Ea ratione hæc omnia, quæ ſu-
„ periùs leguntur, diſpoſui, dum ego advi-
„ xero, meæ ſint poteſtati in omnibus facien-
„ di quæ voluero, & quidquid exinde in alia
„ parte judicavero, ſtabile permaneat. Nam
„ ſi in vita mea, de hoc, quod ſuperiùs legi-
„ tur, in alia parte non judicavero, & in
„ iſto tramite remanſerit judicatum, omnia,
„ ſicut ſupradictum eſt, poſt meum obitum
„ ſic permaneant, ſicut adfictum eſt. Ita ta-
„ men hìc adſumptum adfigimus, dum ego
„ vixero, ſerviant mihi ipſi filii Graſoaldi;
„ poſt verò meum obitum habeant ſalva li-
„ bertate ſua ad filiis meis . . . . . ad Sancto
„ Angelo in Gargano, & in exercitu ambu-
„ landum; ampliùs nihil aliquam habeat ex-
„ ceptionem. Ego qui ſupra Petrus te Tun-
„ dipertum Notarium ſcribere rogavi, eo te-
„ nore, ut munimen iſtud mihi reddere de-
„ berent; poſt tradito complevi, & reddidi.
„ Actum Benevento.

DE NIFFIO, ET ASCANU.

Teſtamentum Wacconis Capuani, in quo heredem inſtituit Cœnobium Vulturnenſe Sancti Vincentii. Anno DCCCIII.

„ IN nomine Domini. Anno Principatus
„ Domni noſtri Grimoaldi XII. (1) men-
„ ſe Februario, Ind. XI. Ideoque ego Wacco
„ Capuano filius quondam Lupi, dum jace-
„ rem in lectulo invalida infirmitate, tamen
„ ſana mente, mecum habendo & loquendo
„ rectè, prò redemptione animæ meæ, ut de
„ peccatis meis requiem invenire poſſim,
„ conſtitutum per meum ſcriptum collecta-
„ rium, quod ſcriptum eſt per Rodipertum
A „ Notarium, ut per hanc chartulam offer-
„ tum devenire in Monaſterio Sancti Vincen-
„ tii, ideſt in integrum ipſa mea ſorte in
„ loco Aſſanu, & ſorte mea de ipſa fundora,
„ & terra in loco Baloneu, quantum mihi de
„ Cunipertu pertinent in loco Niffiu, quod
„ mihi de Ermetruda Genitrice mea ibi per-
„ tinet, tam caſis, curtis, vineis, pratis,
„ campis, & ſilvis, & paſcuis cunctis, quæ
„ in ipſo territorio ibi pertinent, cum inte-
„ gris finibus, & vicis ſuis, offertum devenire
„ in jam dicto Monaſterio, antepoſito ſervos
„ & ancillas, ideſt commorantes, & conceſ-
„ ſio illorum, quod ibi non offerui. In ea
„ videlicet ratione iſta omnia ut ſupra offe-
B „ rui, ut dum ego advixero, & ſi Audildis
„ uxor mea ſuper me reſtiterit, & non nupſe-
„ rit, ad uſufructuario nomine noſtræ eſſet
„ poteſtatis. Poſt verò noſtrum amborum
„ tranſitum à præſenti, his dictis rebus in eo-
„ demque Monaſterio deveniri, quomodo ſu-
„ periùs legitur, poteſtati, & neque à me,
„ nec meis heredibus, & nec nullis quem-
„ piam homines de hoc aliqua inferatur mo-
„ leſtia, ſed qualiter ſuperiùs legitur perpe-
„ tuis temporibus firmum & ſtabile debeat
„ permanere. Et qualiter ego qui ſupra
„ Wacco prò redemptione animæ meæ feci,
„ taliter & Rodipertum Notarium rogavi
„ ſcribere. Actum in Capua.

C

DE LUCERE IN MOLEZANO.

Teſtamentum Magiperti filii Majonis, quo ſuorum bonorum heredem inſtituit Monaſterium Sancti Vincentii Vulturnenſis, & Joſue illius Abbatem. Anno DCCCXVII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri Viri præcellentiſſimi Grimoaldi
„ Dei providentia Beneventanæ Provinciæ
„ Principis, XI. anno Principatus ejus, Menſe
„ Januario Indic. X. Ideoque ego Magipertus
„ filius quondam Majoni, habitator qui ſum
D „ in Vico, qui vocatur Molezano Lucerinæ
„ finibus, dum me in graviſſima infirmitate,
„ ſed rectè loqui porui, propterea cum arduo
„ atque benigno deſiderio offerui in Monaſte-
„ rio ſito in Samnio ſuper fluvio Vulturno,
„ ubi venerabilis Joſue Abbas regimen tene-
„ re videtur, tertiam portionem & omni
„ ſubſtantia mea, quas habeo in ſupradicto
„ Vico, vel ubicunque meum approbatum
„ fuerit de caſis, & curtis, de vineis, terri-
„ toria, cultum, vel incultum, pratis, campis,
„ ſilvis, & paſcuis, excepto mobiles, & pa-
„ ſtino uno ante caſa mea, quod in mea re-
„ ſervavi poteſtate: ea ratione, quòd ſi filium
„ maſculinum reliquero, ipſa tertia portione,
E „ ſicut ſupra legitur, deveniant in ſupradicto
„ Monaſterio; & ſi ſinè filiis, vel filiabus de-
„ ceſſero, in integro omnis res mea, & ſub-
„ ſtantia mea, quantum in illis diebus parue-
„ rit, in ipſi Sancti Vincentii Monaſterio de-
„ veniant permanendum, & perpetuis tempo-
„ ribus poſſidendum, ſinè cujuſcunque mole-
„ ſtatione. Tamen, dum vixero, in mea ſit
„ poteſtate, nec alio modo, aut cuilibet, vel
„ ubicunque dare, niſi regere, & uſufructua-
„ re me licere, & hanc chartulam offerſionis
„ in

(1) Tertii Grimoaldi *Anno XII.* decurrebat *Indict. VII.* Aut ergo ita reſtitue, aut lege *Anno XVI.* Si Grimoaldo Quarto hæc aptare velis, itidem adhibenda correctio; ac præterea is ad *Indictionem XI.* hoc eſt ad Annum Chriſti 818. perveniſſe minimè videtur.

Digitized by Google

„ in ſupradicta ratione firma permaneat, ſicut
„ Teoderamum Notarium ſcribere rogavi-
„ mus. Actum Moletiano.

DE CANTIAS, ET INSULA LOCO FLIGINE.

Oblatio duorum Caſalium facta ab Aſilmio Poſuni filio Monaſterio Vulturnenſi Sancti Vincentii, & Joſue illius Abbati. Anno DCCCXII.

„ IN nomine Domini. Septimo anno Prin-
„ cipatus Domni noſtri Grimoaldi, Menſe
„ Septembrio, Indictione ſexta. Ideoque ego
„ Aſilmius filius quondam Poſuni, cogitans
„ quæ Dei ſunt, & pro redemptione animæ
„ meæ, ut nobis pius Deus in vita æterna
„ ſuam miſericordiam facere dignetur, offero
„ in Monaſterio Sancti Vincentii, ubi vir
„ venerabilis Joſue Abbas Dei officium pera-
„ gere, & præeſſe videtur, qui ædificatum
„ eſt ipſum Monaſterium prope unde exurgit
„ Vulturnus. In primis offero Caſalem meum
„ in Cancie, ubi Fligine vocatur, in primis
„ caſæ cum fundora ſua, territoria, ſilvæ,
„ prata, paſcua, cultum, vel incultum, om-
„ nia & in omnibus, quantum in ipſo nomi-
„ nato Caſale fuerit inventum in ipſum ſan-
„ ctum locum offerui ad poſſidendum, excepto
„ quarta parte, quæ ante hoc tempus in
„ Morgincap Alamannæ uxori meæ datum
„ habeo. Et offero alium Caſalem meum in
„ Inſula cum omnia ſibi pertinentia, territo-
„ ria, vineæ, ſilvæ, prata, paſcua, omnia &
„ in omnibus, quantum fuerit in ipſis Caſali-
„ bus inventum, in ipſum ſanctum locum
„ offerui ad poſſidendum, excepto quarta
„ una, quæ pro Morgincap Alamannæ uxori
„ meæ datum habeo. Sed hoc tangimus, ut
„ omnibus diebus vitæ meæ qui ſupra Aſilmius
„ in mea ſit poteſtate laborandi, uſufructua-
„ lem tollendi. Similiter & ſi Alamanna poſt
„ meum tranſitum cuſtodierit, in ejus ſit po-
„ teſtatem ad vivendum, eo tenore, ſicut ea
„ mihi reſervavi. Poſt verò meum diſceſſum
„ ambarum remaneat in ipſum ſanctum lo-
„ cum. Et hanc offerſionem in ſupradicto
„ tenore à me Aſilmio factã Teudelapu Preſ-
„ biter ſcribere rogavi. Actum in Monte
„ Marſico coram teſtibus.

DE BENEVENTO, APULIA, ET CAPUA.

Charta Stephani Caſtaldii, qua Monaſterio Sancti Vincentii Vulturnenſis prædia nonnulla & ſervos donat. Anno DCCCXVII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri viri præcellentiſſimi Grimoaldi,
„ Dei providentia Longobardorum Principis,
„ anno duodecimo Principatus ejus, menſe
„ Octobrio, Indict. XI. Licet etenim beni-
„ gniſſimo atque miſericordiſſimo Deo Rege
„ Regum, & Dominus Dominantium moni-
„ tis ſermonis, bonorum noſtrorum fructibus
„ digni miſericordia honorare, & ex largi-
„ tate Domini Dominorum puro corde obla-
„ tiones offerre. Ob quam igitur ego Ste-
„ phanus Caſtaldeus filius quondam Paldoni
„ offero me cum duobus filiis meis Paldone,
„ & Tatone, in Monaſterio Beatiſſimi Vin-
„ centii, quod ſitum eſt ſuper fluvio Vultur-
„ no, ubi nunc favente Deo Reverentiſſimus
„ Joſue Abbas regimen tenere videtur, cum
„ omnibus rebus ſubſtantiæ meæ, quidquid
„ habere viſus ſum, caſis intus Beneventana
„ Civitate, & extrinſecus caſis, peculia ma-
„ jori & minori, ſervos, & ancillas, mobi-
„ le, Caſale in partibus Beneventi, & in Apu-
„ lia, & in Capuanis finibus, & in omnibus
„ locis, ubicumque habere viſus ſum, cum
„ Eccleſiis, & cum omnibus ædificiis, ubi-
„ cumque habere, vel viſum paruerit, cum
„ coherentia, & ſubjacentia, ſeu cum diver-
„ ſis limitibus, & finibus, cum præfatos ſer-
„ vos, & ancillas, auro, & argento, cuncta
„ & omnia funditus obtuli in præfato Mona-
„ ſterio. In ea videlicet ratione, ut dum ego,
„ & Tato, & Paldo advixerimus, noſtræ ſit
„ poteſtati uſufruendi, ordinandi, & laboran-
„ di, nam non vendendi, nec donandi, vel
„ in alia Eccleſia offerendi, nec pro quolibet
„ ordine aut ingenio alienandi. Et poſt no-
„ ſtrum diſceſſum ſi Imetrada uxor mea, &
„ Radegiſa, & Arnegiſa, & Leopola advixe-
„ rint, quod nos illis dederimus ad viven-
„ dum habeant uſufruendi, dum advixerint.
„ Nam, ut dudum diximus, poſt noſtrum,
„ & illorum diſceſſum, totum, ut ſuperiùs
„ diximus, cum ſervis, & ancillis ubique
„ habitantibus, aut reſidentibus, & cum mo-
„ bile & immobile, cum cohærentia & ſub-
„ jacentia, & cum omnia ſuperpoſita, vel
„ ædificata, & cum diverſis limitibus, &
„ finibus, ut ſæpiùs diximus, revertantur in
„ præfato Monaſterio, & ejus Rectoribus, ad
„ ſemper habendum; & neque à me, neque
„ ab heredibus meis, neque ullo quempiam
„ homine, numquam habeant aliquam re-
„ prehenſionem, vel moleſtationem, ſed per-
„ petuis temporibus hæc mea oblatio firma
„ permaneat. Quam enim chartulam offerſio-
„ nis in ſupradicta ratione Majonem Nota-
„ rium, ut ſcriberet rogavimus. Actum Be-
„ nevento menſe, & Indictione ſupraſcripta
„ feliciter.

DE MURRACO ECCLESIA SANCTI SALVATORIS IN VERDETO.

Oblatio multarum rerum facta à Lampone & Romano fratribus Cœnobio S. Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCVI.

„ IN nomine Domini Dei. Temporibus Do-
„ mni noſtri Viri glorioſi Grimoaldi ſum-
„ mi Ducis gentis Longobardorum, Anno (1)
„ primo glorioſi Ducatus ejus, Menſe Decem-
„ brio, per Indictione Decima quinta. Ideo-
„ que nos Lampo, & Romano germani filii
„ quondam Majoni, habitatores in Teleſia,
„ pro noſtra bona voluntate, & pro mercede
„ & ſalute animæ noſtræ, qua poſſimus ani-
„ mas noſtras expellere de Inferno, offerui-
„ mus in Monaſterio Beatiſſimi Sancti Vin-
„ centii, qui ſitus eſſe dignoſcitur erga flu-
„ vio Vulturno, ubi nunc Deo auxiliante
„ Domnus Joſue Venerabilis Abbas regimen
„ tenere videtur, omnes res ſubſtantiæ meæ
„ ibi-

(1) Rectè omnia ſe habent. Hinc liquet, pleraſque ex hiſce Chartis, in quibus Grimoaldi tempora ſignantur, referendas eſſe ad Grimoaldum Quartum, qui Ducatum iniit anno 806. Hujus autem anni Decembri menſe decurrebat *Indictio XV.*

Digitized by Google

„ ibidem offerimus, quæ esse videntur in-
„ finibus Telesiæ, tam & per alia loca, ubi-
„ cunque nobis pertinent, vel pertinentes
„ fuerint, idest casæ, curtes extrinsecus cum
„ vineis, territoriis, campis, silvis, pratis,
„ culto, vel inculto, in montibus, tam & in-
„ plano, peculio, omnia & in omnibus om-
„ nem nostram substantiam, in præscripto
„ Monasterio pro redemptione animæ nostræ
„ offerimus, eo tenore, ut dum nos qui supra
„ Lampo, & Romano germani vixerimus,
„ ipsæ res in nostra sint potestate, tantùm ad
„ laborandum, usufruendi, vivendi; nam-
„ non vendendi, aut in alio Monasterio offe-
„ rendi, aut quolibet modo alienandi. Post
„ verò nostrum discessum integra omnis res
„ nostra deveniat in possessionem de ipso San-
„ cto Monasterio. Præterea volumus, ut si
„ digna Genitrix nostra super nos vixerit,
„ & lectum Genitoris nostri semper ordine-
„ custodierit, habeat ad vivendum ipsam-
„ Curtem nostram in Satroniano diebus vitæ
„ suæ, & post obitum ejus deveniat ipsa-
„ Curte in integrum in potestate de præscri-
„ pto Sancto Monasterio, ut neque à nobis,
„ neque ab heredibus nostris, neque ab ullo
„ quoquam homine numquam habeat licen-
„ tiam alienandi. Post verò nostrum discess-
„ sum contra nostram offersionem causare aut
„ molestare præsumpserit, sed qualiter supra
„ diximus, semper firma & stabilis in supra-
„ dicto Sancto Monasterio permaneat. Quæ
„ verò offersio in suprascripta ratione te Majo
„ Notarius taliter scribere rogavimus. Actum
„ in atrio Sancti Vincentii, in Iobincola-,
„ Mense, & Indictione supra feliciter.

DE BENAFRO, LOCO FRACTA, TERRIS, SERVIS, ET ANCILLIS.

Adelferi & Madelfridi fratrum Charta, qua multas terras donant Vulturnensi Monasterio Sancti Vincentii, ejusque Abbati Josue. Anno fortasse DCCCVII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ nostri Viri præcellentissimi Grimoaldi
„ (1) Dei providentia Beneventanæ Provin-
„ ciæ Principis, XVI. Anno Principatus ejus,
„ mense Januarii, Indictione decima quinta.
„ Si igitur humani generis non obisset, cur
„ certamen de sua fide relinquentium ordi-
„ nandum posuisset, dum omnes, qui vivi-
„ mus, morimur. Ego enim Adelferi, &
„ Madelfrid viri germani, filii quondam-
„ Roffrid, cogitantes diem mortis, & æter-
„ næ vitæ præmia, & Domini nostri Salva-
„ toris misericordiam, quidquid nobis aptum
„ est, & pro redemptione animæ nostræ, per
„ hanc nostræ offersionis chartulam offerimus
„ in Monasterio Beati Vincentii Levitæ, &
„ Martyris, quod situm est supra fluvio
„ Vulturno, in finibus Samniæ, ubi favente
„ Deo Josue Abbas præest, inclitas terras
„ nostras, quas habemus in finibus Benefro in
„ loco nominato Fracta per hos fines: Da una
„ parte fine fluvio Vulturno; da secunda par-
„ te fine Reagine, quæ dicitur Ravennola-,
„ unde per tempus aqua decurrit; tertia-
„ parte fines habet silice; quarta parte fines
„ habet Reagine. Quàm & offerimus in jam
„ dicto Monasterio Servos, & Ancillas no-
„ stras, qui in jam dicto loco habitant, quo-
„ rum nomina hæc sunt: Benafranulo, Aga-
„ thula uxore sua, Marulo cum Erisinola-
„ uxore sua, Turbulo cum Mainola uxore-
„ sua, cum filiis, filiabus, atque nepotibus
„ suis, & cum inclitis cespitibus, & cum-
„ viis suis ibidem intrandi & exiendi, & cum
„ omnia inferiora, ac superiora sua in eodem
„ Monasterio offeruimus, jam nominatas ter-
„ ras, & jam nominatos Servos, & Ancillas
„ nostras, & cum inclitis cespitibus illorum
„ integras offeruimus ad possessionem ejusdem
„ Monasterii, & de ejus Abbatibus, atque-
„ Rectoribus, ad faciendum exinde omnia,
„ quæ ad pars præfati Monasterii placuerit.
„ Unde nec nobis, nec aliis cuilibet nullum
„ reservavimus, sed integra ipsa omnia in-
„ eodem Monasterio offeruimus, ut diximus,
„ & obligamus nos, qui supra Adelferi, &
„ & Maldefridi viri germani, & nostros he-
„ redes, integras nostras offersiones defende-
„ re, & antestare semper in parte præfati
„ Monasterii, ab omnibus hominibus, & ab
„ omnibus partibus. Nam si nos qui supra
„ Adelferi, & Madelfrid, aut nostri heredes
„ hanc cartulam offersionis de quibus conti-
„ net dirumpere, aut removere quæsierimus,
„ & non compleverimus in parte prædicti
„ Monasterii omnia quæ diximus, ducentos
„ solidos pœnæ nos & nostros heredes in jam
„ dicto Monasterio componere obligamus, &
„ hanc cartulam offersionis, de quibus conti-
„ net, firma permaneat, & taliter nos qui
„ supra Adelferi, & Madelfrid pro redem-
„ ptione animæ nostræ fecimus, & Tundiper-
„ tum Notarium scribere rogavimus. Actum
„ Benevento.

DE LOCO PALAZU, ET CENTORA.

Charta Graffuli filii Gondeperti, qua filium suum una cum quibusdam prædiis offert Monasterio Sancti Vincentii Vulturnensis Anno DCCXCIX.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri
„ Jesu Christi. Temporibus Domni no-
„ stri Viri glorioss Grimoaldi summi Ducis
„ gentis Longobardorum, Anno XI. felicissi-
„ mi Ducatus ejus, Mense Majo, Indictione
„ Septima. Ideoque ego Graffolus filius quon-
„ dam Gondeperti, habitante me in Vico,
„ qui Palazu vocatur, dedimus, atque offeri-
„ mus in Ecclesia Sancti Beati Vincentii fi-
„ lium meum nomine Dosnadei, simul etiam
„ cum sorte sua de omnia in omnibus quid-
„ quid habere visi sumus in ipsum suprascri-
„ ptum locum in Palazu, seu & in Apulia-
„ loco, qui dicitur Centore, excepta medie-
„ tate, quam ego filiæ meæ donavi, & ex-
„ cepto vinea, territorio, quem Adeperto
„ emptum habui. In eo tenore, ut dum in-
„ terra ego qui supra Graffolus advixero, ista
„ omnia, quæ superiùs leguntur, in mea sit
„ potestate, non vendendi, non donandi, non
„ ad alium hominem pertingat transmigran-
„ di, nisi usufructu inde tollendo. Post meum
„ ve-

(1) Incertum mihi, num heic de Tertio, an de-Quarto Grimoaldo agatur; quemcumque enim eligas, incuria Amanuensium vitiatæ sunt Chronicæ notæ. Si suspicione duceris, heic indicari Quartum, servata *Indictione XV.* scribe *Anno Primo* vel *Secundo*. Quid si Tertium Grimoaldum mavis, retento Anno XVI. restitue *Indictionem XII.* & erit Annus 804.

Digitized by Google

„ verò diſceſſum iſta omnia, quæ ſuperiùs
„ ſcripta ſunt, in Monaſterio Sancti Vincen-
„ tii debent permanere, ubi Abbas Joſue de-
„ ſervire videtur. In eo tenore, ut habeat,
„ & poſſideat, tam ipſum ſanctum locum,
„ quàm & Abbas, qui in ipſa ſancta Eccleſia
„ præordinatus fuerit. Et ut hæc chartula
„ offerſionis in ſupraſcripto tenore omni tem-
„ pore firma permaneat, Sentari Notarium
„ ſcribere rogavimus. Actum in ipſo ſupra-
„ ſcripto loco, in Curte ipſius Graffoli men-
„ ſe, & Indictione ſupraſcripta feliciter.

DE ISERNIA.

DEdit & idem Graffolus in eodem Venerabili Monaſterio, quæcunque illum poſſidere contingerat in Civitate Iſernia, ideſt, eſt vigintiquinque caſas de ſervis, & Eccleſiam Sancti Angeli cum pluribus ſubjectis Capellis & Molendinum in flumine paduliatu limatas, & juxta Civitatem, atque Caſales, & alias poſſeſſiones ſibi pertinentes.

DE APRUTIO.

DIcendum quoque, quæ nobis poſſeſſio in Aprutino comitatu ſit. In primis Eccleſia Sanctæ Mariæ in Arole cum ipſa Curte per menſuram modiorum ſeptingentorum cum ſeptem molendinis. In Curte, quæ dicitur Valle, modia quingenta. In Marmora, in Ariano, in Macroniano modia mille. In Septeniano modia mille; in Rumeliano modia trecenta. In Micciliano, & in Salcucci..... Jam verò ea, quæ in Pinnenſi Comitatu Venerabili Monaſterio pretioſi Martyris Vincentii conceſſa ſunt, declaramus nominativè.

DE PINNE.

IN primis Eccleſiam Sanctæ Glorioſæ Virginis Mariæ in Muſano cum omnibus ſuis pertinentiis, terris, & villis, ſervis, & ancillis, cellis, & capellis. In Cellino, & in Caſugio, uſque in fluvio fine, & uſque Rivo de Septeniano, item in Muſciano, in Variano, in Buſſi, in Caſtelli, in Caprufico, in Fluriano, in Publico, in Pereto, in Caſtricciano, in Kyniano, in Ciſiano, in Titiliano, in Lucciano, in Eſtagiano, in Marciano, in Baſſiano, in Corteniano, in Colle, in Plaje, in Ulcitulo, in Petragemini, in Cilice, in Nevarco, in Fara, in Laureto cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in Gualdo, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in Caſa Fabri, cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in Oppido Troctes, in Oppido Caſale Plano cum Eccleſiis Sancti Quirici, Sancti Vincentii, Sancti Martini, Sancti Euſanii, & Sancti Concordii. Item Curtem in loco Graſſici, & Luczano, cum ipſa Eccleſia S. Concordii; Curtem in loco Carpineto cum Eccleſiis Sanctæ Mariæ, & Sancti Vincentii, juxta fluvio fine cum ſuis pertinentiis, & inclito ipſo Caſtello Trotte; Curtem in Uniano cum ipſo Caſtello integro; Curtem in Stappelliano, & Teleſia, cum Caprariza, & cum ipſa Valle; Curtem in Pelezano, & in Macroniano, & in Ferronia, & in Coccinule, & ad ipſæ Fonticellæ cum ipſo Caſtello, quod dicitur Marmora; & in Plano juxta flumine fine Eccleſia Sanctæ Luciæ cum ſua pertinentia; Curtem Cerretu cum ipſo Caſtello, Curtem de Paſſurano, Curtem de Parte-longa, Curtem de Culivo, & in Valle cum ipſa Eccleſia Sancti Petri, & in Mortula, & Paterno cum Sancto Martino, qui dicitur caput de Plumba, Curtem de Valle cum duobus Caſtellis, cum ipſa Eccleſia Sancti Andreæ loco, qui dicitur Pinna. Curtem de Conteniano, Curtem de Caſtraſago, Curtem de Colle de Rode, Curtem de Romellano, Curtem de Cota Murana, Curtem de Colle Fulloni, Curtem de Ruzano, Curtem de Sala, Curtem de Meleniano, Curtem Sancti Petri de Pombeta, Curtem Sanctæ Mariæ de Teleſia, Curtem de Fanale, & in Marcarello, in Caraniana, in Tofani, in Canale, in Publico, & uſque in Gumanum fluvium.

DE BENAFRO, LOCO MACZANO, ET TORO.

Prædiorum quorumdam donatio facta Monaſterio Sancti Vincentii Vulturnenſis à Radoaldo & Radimperto fratribus. Anno DCCCXVII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni
„ noſtri Viri præcellentiſſimi Grimoaldi,
„ Dei providentia Beneventanæ Provinciæ
„ Principis XI. Anno Principatus ejus, Menſe
„ Auguſto, X. Indictione. Si igitur humani
„ generis non obiſſet, cur certamen de ſua
„ fide relinquentium ordinandum potuiſſet,
„ dum omnes vivimus morimur. Ego enim
„ Rodoaldo, & Raginperto germani filii
„ quondam Radiperti, cogitantes diem mor-
„ tis & æternæ vitæ præmia Domini noſtri
„ Salvatoris miſericordia, quidquid nobis
„ actum eſt, & pro redemptione animæ no-
„ ſtræ, per hanc noſtram offerſionis cartulam
„ offerimus in Monaſterio Beati Vincentii
„ Levitæ & Martyris, ubi Deo favente Joſue
„ Abbas præeſt, inclitas terras noſtras, quas
„ habemus in finibus Benafro, loco qui no-
„ minatur Mazzano, & Toro per hos fines.
„ Da duabus partibus fluvio Vulturno; da
„ tertia parte reagine, unde per tempus aqua
„ decurrit; da quarta verò parte fine terra
„ jam dicti Monaſterii, quam in hoc anno
„ offeruit Imedtandago in jam dicto Monaſte-
„ rio. Quàm & offerimus in præfato Mona-
„ ſterio ſervos, & ancillas noſtras, qui in
„ jam dicto loco habitant, quorum nomina
„ hæc ſunt: Herchegarulo cum uxore ſua
„ Ladoza, Lupolu cum uxore ſua Arzola,
„ Brictolu cum uxore ſua Guezzola, Bartho-
„ lu cum uxore ſua Leola, & Guaruccolu
„ cum uxore ſua Albeſendola, cum filiis,
„ filiabus, atque nepotibus ſuis, & cum in-
„ clitis ſuis ceſpitibus, & cum viis ſuis ibi-
„ dem intrandi, & exiendi, & cum omnia
„ inferiora, ac ſuperiora ſua, in eodem Mo-
„ naſterio ſuo offeruimus jam nominatas ter-
„ ras, etiam nominatos ſervos, & ancillas
„ noſtras, & cum inclitis ceſpitibus eorum,
„ in integrum offeruimus ad poſſeſſionem jam
„ dicti Monaſterii, & de eis Abbatibus, at-
„ que Rectoribus ad faciendum exinde omnia
„ quod ad pars prædicti Monaſterii placuerit.
„ Unde nec nobis, nec cuilibet nullam re-
„ ſervavimus; ſed in integrum ipſa omnia in
„ eodem Monaſterio offeruimus, ut diximus;
„ & obligamus nos qui ſupra Rodoaldo, &
„ Radimperto germani, & noſtros heredes,
„ integras noſtras offerſiones defendere, &
„ anteſtare ſemper in præfati Monaſterii ab
„ om-

Digitized by Google

„ omnibus hominibus ab omnibus partibus. „ Nam ſi nos Rodoaldus, & Radimpertus „ germani, aut noſtri heredes hanc cartulam „ offerſionis, de quibus continet, dirumpere, „ aut removere quæſierimus, & non comple- „ verimus in partes prædicti Monaſterii ea „ omnia, ut diximus, ſexcentos ſolidos „ pœna nos, & noſtros heredes in jam dicto „ Monaſterio componere obligamus, & hanc „ chartulam offerſionis de quibus continet, „ firma permaneat. Et taliter nos qui ſu- „ pra Rodoaldo, & Ragimperto germani pro „ redemptione animæ noſtræ fecimus, & „ Tundipertum Notarium ſcribere rogavi- „ mus. Actum Benevento feliciter.

DE CANOSA IN SANCTA MARIA DE LOCO SANO.

Oblatio Caſalis facta ab Hilperico filio Radecauſi Monaſterio Sanctæ Mariæ in loco Sano, ejuſque Abbatiſſæ Ajeldrudæ. Anno DCCXCVII. vel DCCCXII.

„ IN nomine Domini. Temporibus Domni „ noſtri Viri glorioſiſſimi Grimoaldi Dei „ providentia Langobardorum gentis Princi- „ pis, menſe Auguſto per indictione V. Ideo- „ que ego Hilpericus filius Radecauſi, con- „ ſideravi Dei omnipotentis miſericordiam, „ & pro redemptione animæ meæ offero in „ Monaſterio Sanctæ Mariæ in loco Sano, „ ubi Ajeldruda Abbatiſſa regimen tenere vi- „ detur, Caſalem meum, quem habeo in Ca- „ noſa, qui vocatur Doliolas, quem da Fer- „ ranello, & da Vulicfaro, & da Filce Lu- „ puni emptum habui, & quem da Racauſo „ concambiatum habui, caſas, terras, vineas, „ oliveta, campos, cultum, vel incultum, „ excepto mobile, quæ ad mea reſervavi po- „ teſtate; nam alia tota qualiter ſuperiùs „ ſcriptum eſt, de ipſo Caſale offerui in in- „ tegrum in ipſo Sancto Monaſterio, & ipſæ „ terræ ad Sanctum Marcum, ut habeat, & „ poſſideat in ipſo jam dicto Monaſterio, ut „ neque à nobis, neque ab heredibus noſtris, „ neque ab ullo quempiam homine numquam „ habeat aliquando aliquam requiſitionem, „ aut reprehenſionem, ſed ſicut ſupra deſcri- „ ptum eſt, perpetuis temporibus ſecuriter & „ firmiter habere & poſſidere valeatis. Quam „ enim Cartulam offerſionis, ut firma perma- „ neat, ſcripſi ego Hilpericus nomine mani- „ bus meis hanc Cartulam offerſionis in Monte „ Mariano, Menſe, & Indictione ſupraſcriptis.

Præterea Apoſtolicæ Sedis Summus Pontifex Paſchalis ejuſdem magnifici Patris Joſue ita ſibi familiariſſimi amico ſæpe utebatur conſilio, & Romanæ Eccleſiæ neceſſariis rebus adjutorio, ut cùm à ſupradicto Imperatore Ludovico pactum confirmationis acciperet, ſicuti in Pontificali ejuſdem Eccleſiæ Romanæ ſcriptum reperi, inter reliquos Franciæ Abbates eum adeſſe, pro parte Sedis Apoſtolicæ voluiſſet. Cui etiam redeunti vice dilectionis atque gratiarum quædam inſignia cum hujuſmodi pr.... lio contulit. (*)

(*) Vide Tabulam quartam figur. IV. pag. 355.

Bulla Paſchalis I. Romani Pontificis, qua Joſue Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum omnia Monaſterii jura confirmat. Anno DCCCXIX.

„ PAſchalis Epiſcopus Servus ſervorum Dei „ viro venerabili Joſue Abbati & Mona- „ ſterio Chriſti Martyris Vincentii, quod „ ſitum eſt ſuper Vulturni fluminis fontem „ partibus Samniæ territorio Beneventano, „ & per te eidem venerabili Monaſterio, „ & omnibus tuis ſucceſſoribus regulariter „ promovendis in perpetuum. Divinis præ- „ ceptionibus in Sanctuarii cultibus nos de- „ bere ſedulè deſervire pro animarum regi- „ mine ſcientes, quod in his maximum eſt „ pietatis opus, pro quiete Monachorum, „ ſubmoventes quorumdam gravamina ipſo- „ rum, vel tyrannidem comprimentes Lai- „ corum, ſtatuimus, atque firmamus juxta „ noſtrorum decreta Prædeceſſorum. Itaque „ decernimus, & confirmamus ſub jurisdi- „ ctione ſanctæ noſtræ, cui Deo auctore de- „ ſervimus, Eccleſiæ perpetuo muniendum, „ ita ut nullius alterius Eccleſiæ jurisdictio- „ nibus ſubmittatur prædictum Monaſterium „ Chriſti Martyris Vincentii, cum omnibus „ ſibi jure pertinentibus, cellis, & terris, „ villis, Caſtellis, aliis quoque reditibus. In „ primis videlicet Monaſterium Beati Petri „ Apoſtoli ſitum juxta fluvio Sabbati in terri- „ torio Beneventano, Monaſterium Sanctæ „ Dei Genitricis Mariæ in loco Sano cum „ omnibus ſuis pertinentiis, Monaſterium „ Sanctæ Mariæ in duas Baſilicas juxta flu- „ vium Sangro, & aliam Eccleſiam Sanctæ „ Mariæ in duas Baſilicas in Territorio Tea- „ tino, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Quinque- „ millia, Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Canneto, „ Eccleſiam in Palene Sanctæ Mariæ, Eccle- „ ſiam Sanctæ Mariæ juxta fluvium Trintum, „ Eccleſiam Sanctæ Mariæ in Muſano, Ec- „ cleſiam Sanctæ Mariæ in Arole, Eccleſiam „ Sanctæ Mariæ in Planiſi, Eccleſiam Sanctæ „ Mariæ in Caſale Plano. Item Monaſterium „ Beati Petri Apoſtoli Trite cum omnibus „ ſuis pertinentiis, Cellam Sancti Petri in „ Vipera, Cellam Sancti Petri in Vairano, „ Cellam Sancti Petri in Tontole. Item Mo- „ naſterium Domini Salvatoris in Aliſas, Cel- „ lam Sancti Johannis in Liſine, & Sancti „ Focati, Cellam Sancti Johannis, & Sancti „ Martini in Luceria, Cellam Sancti Vincen- „ tii in Canuſia, Cellam Sancti Vincentii in „ Tranis, Cellam Sancti Vincentii in Sipon- „ to, Cellam Sancti Vincentii, & Sancti An- „ geli in Teleſia, Cellam Sancti Vincentii in „ Toccu, Cellam Sancti Vincentii in Cajati, „ Cellam Sancti Vincentii in Cumis, Cellam „ Sancti Vincentii in Tremojola, Cellam „ Sancti Vincentii in fluvio Thuſciano, Cel- „ lam Sancti Vincentii, in fluvio Terſa, Cel- „ lam Sancti Vincentii in Pettoriano, Cel- „ lam Sancti Vincentii, & Sancti Angeli in „ Iſernias. Item Monaſterium Sancti Georgii „ infra Salernitanam Civitatem, Monaſte- „ rium Sancti Martini in Monte Marſico, „ Monaſterium Sanctæ Columbæ in Sera, „ Cellam Sancti Donati in Canuno, & Sancti „ Juliani, Eccleſiam Sancti Mauri in Anglo- „ ne, & Sancti Valentini, Cellam Sanctæ „ Cru-

Digitized by Google

„ Crucis in Monte Marſico, Cellam Sancti
„ Hilarii in Calinole, Cellam Sancti Vincen-
„ tii in Sueſſa, Cellam Sanctæ Agathæ in
„ Tercino, & Eccleſiam Sancti Gregorii in
„ Mateſe, Cellam Sancti Soſſii in Liburias
„ cum inclito Gualdo. In his omnibus, &
„ aliis ſibi jure pertinentibus præcipimus, in-
„ terdicimus, ac proteſtamur, ut nullus qua-
„ libet occaſione dolos vel immiſſiones ali-
„ quas ingerere præſumat. Concedimus etiam
„ vobis, veſtriſque Succeſſoribus Abbatibus
„ hac noſtra præſenti auctoritate licentiam
„ Apoſtolicæ Sedis noſtræ quamlibet Chri-
„ ſtianitatis formam indigentibus in præfato
„ Venerabili Monaſterio invitandi quem vo-
„ lueritis Epiſcopum, ſimiliter ad Eccleſias
„ conſecrandas, vel ordinationes Clericorum,
„ aut Sacerdotum per tempora faciendas.
„ Chriſma verò, & Confirmationem à bene-
„ placito vobis Epiſcopo acquiratis. Prote-
„ ſtamur etiam, ut nullus Epiſcopus exinde
„ debeat Subdiaconem ad ſuam Synodum
„ provocare, niſi illius fuerit propria volun-
„ tas, aut Abbatem, vel Monachum nullo
„ modo judicare, vel excommunicare, aut
„ omnem cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in
„ præfato Venerabili Monaſterio quamlibet
„ habere ditionem, præter Sedem Apoſtoli-
„ cam, hac noſtra auctoritate prohibemus,
„ ita ut niſi ab Abbate Monaſterii fuerit invi-
„ tatus, nec Miſſarum ſolemnia ibidem cele-
„ brare præſumat. Volumus, & Apoſtolica
„ injungimus auctoritate vobis, veſtriſque
„ Succeſſoribus Abbatibus, qui ibidem in
„ tempore fuerint ordinati, ut ſi Sacerdotes,
„ vel Clerici de quacumque Eccleſia venerint
„ ad habitandum in Congregatione Fratrum,
„ ſive ad Monachicum ſuſcipiendum habi-
„ tum, ſtatim recipiantur. Statuentes Apo-
„ ſtolica inſuper cenſura, ſub divini judicii
„ obteſtatione, ſed & validis, atque atro-
„ cioribus anathematis interdictionibus, ut
„ nullus umquam præſumat, cujuſquam di-
„ gnitatis præditus poteſtate, in eodem Ve-
„ nerabili Monaſterio, vel ejus cauſis incum-
„ bere, aut de rebus, aut poſſeſſionibus, vel
„ Eccleſiis ſubjectis, vel quidquid de his exin-
„ de ineſſe videntur, quoquomodo auferre,
„ aut alienare, ſed nec quamlibet malitiam,
„ aut jacturæ moleſtiam ibidem quoquomo-
„ do inferre, cùm præfatum perenniter, ut
„ dictum eſt, Monaſterium firma ſtabilitate
„ decreverimus ſub jurisdictione, & tuitio-
„ ne Sanctæ noſtræ Eccleſiæ permanendum,
„ Promulgantes quoque, & hoc auctoritate
„ Beati Apoſtolorum Principis, coram Deo,
„ & ejus terribili examine futuro per hujus
„ noſtri Apoſtolici Privilegii, atque conſti-
„ tuti paginam, ſancimus, atque decernimus,
„ ut diverſas locorum poſſeſſiones, quæ à
„ Regibus, vel Ducibus, vel Calſtaldeis, &
„ reliquis Chriſtianis largita, atque oblata
„ ſunt, aut in poſtmodum illic conceſſa fue-
„ rint, firma ſtabilitate juri ipſius præfati
„ Monaſterii exiſtenda, atque in perpetuum
„ permanenda ſtatuimus. Nec liceat, ut di-
„ ctum eſt, ex ejus, vel omnibus ejuſdem Mo-
„ naſterii pertinentiis cuiquam moleſtias in-
„ ferre, vel ſibi donata auferre à præfato,
„ juxta quod ſubjectum iiſdem venerabilibus
„ locis Apoſtolicis inſtitutis, atque privile-
„ giis conſiſtit, inconcuſſæ permaneant. Et
„ liceat eoſdem Monachos de ſua Congrega-
„ tione ſemper Abbatem eligere; & liceat
„ ipſum Abbatem ſuos qui fuerint judicare
„ Monachos, & non ſolùm virile Monaſte-
„ rium, ſed & muliebre ſibi ſubjectum. Si
„ quis autem (quod non optamus) nefario
„ auſu præſumpſerit, hæc, quæ à nobis ad
„ laudem Dei pro ſtabilitate jam dicti Ve-
„ nerabilis Monaſterii ſtatuta ſunt, refragare,
„ aut in quoquam tranſilire præſumpſerit,
„ niſi digna pœnitudine emendaverit, anathe-
„ matis vinculo innodatus, & cum Diabolo,
„ & ejus atrociſſimis, atque Juda traditore
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti, æterno incendio
„ concremandus deputetur. At qui pio intui-
„ tu obſervator in omnibus extiterit, cuſto-
„ diens noſtrum Apoſtolicum conſtitutum ad
„ cultum Dei reſpicientem, benedictionis
„ gratiam à miſericordiſſimo Domino Deo
„ noſtro multipliciter conſequatur, & æter-
„ næ vitæ particeps effici mereatur. Bene va-
„ lete. Scriptum per manus Theodorici Scri-
„ niarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in menſe
„ Julio Ind. XII. in Sacratiſſima Æde Beati
„ Petri Apoſtoli, IV. Anno Pontificatus Domni
„ Paſchalis Papæ primi.

Venerandus autem Pater Joſue, poſtquam annis viginti quatuor, menſibus ſex, & die-bus ſexdecim Sanctæ Congregationis rexerat gregem, ſumptus in gloria migravit è Secu-lo, IV. Non. Magii menſis, Anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo decimo (1) octa-vo, Ind. XIII. ultra humanum modum ſecun-dùm merita ſua. Cujus Sanctum Corpus ante eamdem Eccleſiam in dexteram partem ſepul-tum eſt in pace. Sed cùm longo poſt tempo-re, ideſt poſt ultimam deſolationem ipſius Eccleſiæ fama celebri didiciſſemus, aliquos ad ejus Corpus Divina lege ſenſiſſe beneficia, illius oſſa, & Venerabilis Authperti, cujus ſuperiùs vitam deſcripſimus, & aliorum Pa-trum antiquorum, hoc in loco tranſtulimus, atque in ſarcofago grandi cum Domni Abba-tis Hilarii corpore poſuimus: de quo, adju-vante Domino, quæ novimus ſuo loco narra-bimus.

TALARICUS Abbas. Iſte conſtruxit Ec-cleſiam in honore Domini Salvatoris in eo-dem Monaſterio, & Eccleſiam Sancti Angeli Michaëlis. Sedit annos ſex, menſes tres, dies XXVIII. Obiit verò tertia die menſis Octo-bris An. Incarnationis Dominicæ DCCCXXIII, (2) Indictione tertia. Apud Caſinum verò Gi-ſulfo XXI. annis expletis, Apollinaris ſucce-dit. Landulfus factus eſt Comes Capuæ.

EPIPHANIUS Abbas S. Vincentii præfuit annos XVII. menſ. XI. dies VIII. Hic fuit de Sancto Martino in Monte-Marſico. Ædificavit verò duas Eccleſias, S. Mariæ in Inſula, & S. Laurentii in alia Inſula. Iſte accepit præ-ce-

(1) Quæ heic ponitur *Ind. XIII.* Annum indicat 820. Ita ergo ſcribendum. Et quidem, ut nuper vidimus, Anno 819. Menſe Julio Bul-lam à Paſchale Papa impetrarat. Si ergo *IV. Non. Majas* vivere deſiit, conſequens eſt, ad ſupra memoratum Annum 820. ejus mortem eſſe protrahendam.

(2) Quum Anno 824. Octobri menſe in curſu fue-rit *Ind. III.* propterea hìc Annus reſtituen-dus, niſi Epocham à noſtra diverſam adhi-buit Chronographus iſte, aut ipſam Indictio-nem corrigere velis. Cæterùm neque ſatis re-ctè computavit ille annos regiminis Talarici. Hunc Abbatem ignoraſſe videtur Clariſs. Ma-billonius in Annal. Benedictin. Tom. II. quippe Joſue Abbati continuò ſucceſſorem dat Epiphanium. Is fortè Ughellium ſequutus eſt, qui nullam Talarici in ſua Catalogo mentionem habet.

Digitized by Google

ceptum à Domno Hludovico Imperatore de servis in Emiterno, & de servis in Villa Tritensi, & confirmationis aliorum præceptorum. Aliud quoque præceptum accepit à Sicardo Principe de Vualdo in Liburias, & præceptum de Sancto Secundino finibus Acerentinis, & duo alia præcepta ejusdem Principis de terris, & montibus in finibus Benafranis, servis, & ancillis.

Hoc tempore Vir quidam Alderisius nomine obtulit in Monasterio Sanctæ Mariæ in loco Sano Casalem suum in finibus Capuæ ad pontem Pozzolanum, & Casalem in monte Mariano super fluvio Calore, & Casalem ad Sanctum Valentinum, & Casalem in Maula in Samniis. Quo etiam tempore judicatûs definitio ab eodem Principe facta est inter Teopertum Præpositum Sanctæ Mariæ in loco Sano, & Justo Archipresbytero Episcopi Beneventani de Ecclesia Sancti Felicis. Horum omnium descriptionem textus ita continet.

PRÆCEPTUM DE AMITERNO.

Præceptum Ludovici Pii Imp. quo possessionem, & jus in quosdam servos Monasterio Sancti Vincentii ejusque Abbati Epiphanio confirmat Anno DCCCXXXI.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris Jesu
„ Christi. Hludovicus Divina ordinante Providentia Imperator Augustus. Omnibus Episcopis, Abbatibus, & Ducibus,
„ Comitibus, Castaldeis, Actionariis, Vicariis, Centenariis, cæterisque Fidelibus nostris, præsentibus scilicet, & futuris. Notum sit, quia Venerabilis Epiphanius Abbas
„ Monasterii Sancti Vincentii Martyris, quod situm est in Territorio Beneventano super
„ fluvium Vulturnum, per Legatos suos direxit ad nos quandam confirmationem,
„ quam Lupus quondam Dux Monasterio memorati S. Vincentii Martyris de quibusdam
„ casis in Amiterno, & Savino fecerat, nec
„ non & quatuor judicata de quibusdam servis, & ancillis ex Villa Trita, qui se
„ subtrahere à debito servitio quasi per præcepta Ducum nitebantur. Quæ in præsentia Jupponi Comitis, ac Benedicti, Hilpiani, & Ansfridi Castaldorum, cæterorumque Scabinorum, de prædictorum hominum statu acta fuerant. Et petiit, ut firmitatis gratiâ nostræ confirmationis auctoritatem super ea fieri juberemus. Cujus petitionem exaudientes, super nominatam
„ confirmationem, ac judicata hoc nostræ
„ confirmationis præceptum fieri decrevimus,
„ per quod decernimus, atque jubemus, ut
„ nullus vestrûm, aut successorum vestrorum de memoratis locis, in quibus, secundùm memoratorum Legatorum assertionem,
„ casæ vigintiquatuor cum totidem hominibus in eis consistentibus sitæ esse noscuntur,
„ quorum nomina hæc sunt, Joannes, Theopo, item Joannes, Cortulus, Petrus, Theodobertus, Hiso, Majo, Acepertus, Hisimundus, Roppolus, Marinus, Georgius,
„ Halo, Audactus, Audebertus, Audoaldus,
„ Hildulfus, Pauleriси, Robertus filius Martæ,
„ cum Barbano, Sico, Alaysio, Senepergas,
„ atque Gemula. Hæc de statu prædictorum
„ hominum, qui sicut dictum est de memorata Trita villa, se à debito servitio quasi
„ per præcepta Ducum subtrahere nitebantur,
„ ad pristinum servitium revocati sunt, ullam
„ inquietudinem, aut contrarietatem injustè
„ facere præsumat. Sed liceat Agentibus, &
„ Ministris ejusdem Monasterii memoratas
„ casas cum hominibus in eis consistentibus,
„ ac servos, qui ad memoratam Tritam villam per auctoritatem Genitoris nostri Domni Caroli præstantissimi Imperatoris ad debitum servitium revocati sunt, quietè possidere, & juxta opportunitatem, & utilitatem ejusdem Monasterii absque cujuslibet
„ contrarietatis impedimento quidquid de
„ eisdem, vel eisdem rebus, & hominibus
„ justè facere, vel ordinare decreverunt, libero in omnibus perfrui arbitrio faciendi.
„ Et ut hęc nostra confirmationis auctoritas ab
„ omnibus verius, certiùsque credatur, ac
„ diligentiùs conservetur, manu propria subter eam signavimus, & annuli nostri im-
„ pressione signari jussimus. Signum Hludovici serenissimi Imperatoris. Data Kal.
„ Aprilis anno Christo propitio XVIII. Imperii Domni Hludovici piissimi Augusti,
„ Indictione IX. Actum in Palatio Regio in
„ Dei nomine. Amen.

Sichardus Princeps Beneventanus Cellam Sancti Sussii, aliaque à Gisulfo Duce Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum concessa, suo Diplomate eidem Cœnobio confirmat. Anno DCCCXXXIII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris nostri
„ Jesu Christi. Nos glorioſissimus Sichar-
„ dus Dei providentia Beneventanæ Provinciæ
„ Princeps, per rogum Doffridi Referendarii
„ nostri, concedimus in Monasterio S. Vincentii situm in Samniæ finibus super fluvium
„ Vulturnum, ubi venerabilis vir Epifanius
„ Abbas Orator noster præesse videtur, hoc
„ est terram & Waldum positæ in partibus
„ Liburiæ, ubi dicitur Pantano, hos fines
„ habentes: ab uno latere via antiqua, quæ
„ venit de Ducenta, & Waldum ejusdem Monasterii, quod ibi datum est à Domno Gi-
„ sulfo Duce, & quomodo perrexit usque in
„ ipsum Pantanum, & silvam ejusdem Monasterii; ex alio latere via publica, quæ vadit inter ipsum Matiana, & Scarafena, &
„ Terra de hominibus de Centora, & sic directè exit usque ad locum, qui dicitur
„ Cree, unde aqua exit, & sic directè intrat
„ in ipsum lacum Patriensem. Et ab uno capite via publica, quæ dicitur via cana, &
„ pergit ad Cumas: ab alio capite desinit Lacus Patriensis. Hæc autem terra & Waldo
„ ideo in jamdictum Cœnobium concedimus
„ per jam dictos fines, seu concedimus, atque
„ firmamus in eodem loco Liburii Cellam
„ Sancti Sussii cum inclito Waldo consistentes in jam dicto Monasterio Sancti Vincentii per ipsos fines, qualiter datum est in
„ præfato Cœnobio per sigillatum præceptum
„ à Domno Duce Gisulfo, ut amodo & deinceps per hoc nostrum roboratum præceptum unà cum aquis, & paludibus, & pantanis, viis, & pascuis, campis, & silvis,
„ & omnia infra ipsos fines manentia, subter,
„ vel super, & simul cum alveis, & cursibus
„ de ipso Laneo, & ipso Frigido jam dictus
„ venerabilis Epifanius Abbas, & successores
„ ejusdem Monasterii firmiter & securiter
„ possideant in perpetuum, ita ut à nullis unquam

Digitized by Google

„ quam poteſtatibus vel exactoribus, vel à
„ quibuſcumque hominibus nullis tempori-
„ bus corrumpantur, aut removeantur, vel
„ moleſtentur, ſed perpetuis temporibus pars
„ ejuſdem Monaſterii poſſideat. Quod verò
„ præceptum firmitatis ex juſſione ejuſdem
„ poteſtatis ſcripſi ego Rachipertus Notarius.
„ Actum Benevento in Palatio primo Anno
„ Principatus ejus Menſe Februario. XI. In-
„ dictione feliciter.

Sichardus Princeps Beneventanus Eccleſiam S. Secundini in territorio Acheruntino, aliaque confirmat aut donat Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum. Anno DCCCXXXIII.

„ IN nomine Dei Salvatoris Jeſu Chriſti.
„ Nos vir glorioſiſſimus Sichardus Dei pro-
„ videntia Beneventanæ Provinciæ Princeps
„ per rogum Roffrid Referendarii noſtri fir-
„ mamus in Monaſterio Beatiſſimi Vincentii,
„ ubi venerabilis vir Epifanius Abbas Orator
„ noſter præeſſe videtur, Eccleſiam Sancti Se-
„ cundini cum integris ſuis pertinentiis fini-
„ bus Acerentinis, quam Petrus Epiſcopus
„ per ſuam offertionem ibidem dedit. Seu &
„ confirmamus in prædicto Cœnobio ſubſtan-
„ tiam Johannis, & Radoaldi filii Piconis,
„ & ſubſtantiam Ermelgrimi filio Rapperti,
„ tam & Stefani filii Paldonis, ſimul & Trup-
„ poaldi filii Andreæ. Quàm & ſubſtantiam
„ Ragimperti Radoaldi, filii Rachiperti, &
„ ſubſtantiam Traſemundi filio Lupini. Quæ
„ verò Monaſterio datæ ſunt, ſimulque inibi
„ confirmamus omnes ſervos, & ancillas eo-
„ rum cum filiis, filiabus, cum nuribus, &
„ nepotibus, & cum univerſis ceſpitibus eo-
„ rum in jam dicto Monaſterio confirmamus,
„ omnia poſſidenda in integrum, qualiter pro
„ culpa meritis eorum ad ſacrum noſtrum
„ Palatium evenire debuerunt. In ea videli-
„ cet ratione, ut amodo & deinceps per hoc
„ noſtrum roboratum Præceptum cuncta, ut
„ ſuperiùs leguntur, Rectores ejuſdem Cœno-
„ bii ſecuriter habere & poſſidere valeant,
„ & à nullis ex noſtris Judicibus, ideſt Co-
„ mitibus, Gaſtaldeis, vel à quibuſcumque
„ agentibus habeant aliquam requiſitionem,
„ ſed perpetuis temporibus poſſideant. Quod
„ verò Præceptum firmitatis ex juſſione ſu-
„ praſcriptæ poteſtatis ſcripſi ego Leo Nota-
„ rius. Actum Benevento in ſacro Palatio,
„ primo Anno Menſe Auguſto, XI. Indictio-
„ ne feliciter.

Donatio terrarum facta à Sichardo Beneventano Principe Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum. Anno DCCCXXXIII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu
„ Chriſti. Nos vir glorioſiſſimus Sichar-
„ dus Dei providentia Beneventanæ provin-
„ ciæ Princeps per rogum Roffrid Referenda-
„ rii noſtri concedimus in Monaſterio Beatiſ-
„ ſimi Vincentii Martyris, quod ſitum eſt in
„ finibus Samniæ juxta fluvio Vulturno, ubi
„ vir glorioſiſſimus Epifanius Abbas Orator
„ noſter præeſſe videtur, terras cum monti-
„ bus uno ſe tenente per hos fines. Prima
„ parte unde oritur Reagine, quæ dicitur Ra-
„ vennola, & quomodo decurrit jam dicta
„ Reagine de ipſa Ravennola, unde per tem-
A „ pus aqua decurrit, & inter hæc terra &
„ terras & montes, quos conceſſos habet Dom-
„ nus Arichis Princeps in jam præfato Cœno-
„ bio: da ſecunda parte Reagine, quæ dici-
„ tur Ravennola; da tertia parte unde incipit
„ orire jam dicta Ravennola; deinde inci-
„ piente circa terras & montes puplicos uſ-
„ que in montem, qui eſt ſuper Urbem Be-
„ nafro; quarta parte incipiente da jam dicto
„ monte, qualiter vadit per cilios aliorum
„ montium uſque in montem jam dicti Mona-
„ ſterii, qui eſt ſupra terras, qui vocatur
„ Arcora, quæ eſt hereditas Sanctæ Dei Ge-
„ netricis Mariæ, quæ nominatur Oliveto,
„ ſubjecta jam dicto Monaſterio, qualiter va-
B „ dit circa montes jam dictæ Eccleſiæ Sanctæ
„ Mariæ, & montes jam dicti Cœnobii. Ideo
„ in jam dicto Monaſterio conceſſimus in in-
„ tegrum jam dictas terras & montes per jam
„ dictos fines poſſidendum, in ea videlicet
„ ratione, ut amodo & deinceps per hoc no-
„ ſtrum roboratum Præceptum cuncta, ut
„ ſuperiùs leguntur, habere & poſſidere va-
„ leatis vos jam nominati Epifanius Abbas
„ atque ſucceſſoribus & Rectoribus jam dicti
„ veſtri Monaſterii, ita ut à nullis ex noſtris
„ Judicibus, ideſt Comitibus, & Gaſtaldeis,
„ vel à quibuſcumque hominibus non habea-
„ tis de prædictis terris & montibus aliquam
„ requiſitionem vel moleſtationem, ſed per-
C „ petuis temporibus poſſideatis. Quod verò
„ Præceptum firmitatis ex juſſione ſupradictæ
„ Poteſtatis ſcripſi Ego Leodericus Notarius.
„ Actum Benevento in ſacro Palatio. Primo
„ Anno Principatus ejus, Menſe Magio, XI.
„ Indictione feliciter.

DE CAPUA, MONTE MARIANO, ET ALIA.

Nonnullorum Caſalium oblatio facta Monaſterio Sanctæ Mariæ in loco Sano, ejuſque Abbatiſſæ Idelbergæ ab Alderiſio Alderiſii filio Anno DCCCXXXIII.

D „ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Primo Anno Domni noſtri viri glorioſi
„ Sichardi Dei providentia Beneventanæ Pro-
„ vinciæ Principis Menſe Magio per Indictio-
„ nē XI. Ideoque ego Alderiſſi filius bonæ me-
„ moriæ Alderiſſi, cogitavi diem mortis, &
„ æternæ vitæ, ut me de manu Inferni ex-
„ pelli poſſem, offerui in Monaſterio Beatæ
„ Sanctæ Mariæ, quod fundatum eſſe digno-
„ ſcitur in loco Sano, ubi Idelberga Abbatiſ-
„ ſa regimen tenere videtur, ſeu Traſeprand
„ Præpoſitus eſt. In primis Caſalem meum
„ in finibus Capuæ in loco, qui nominatur
„ Ponte Pozolano, & Caſalem meum, qui no-
„ minatur in Monte Mariano ſuper fluvio Ca-
E „ lore propinquo Sanctæ Agathæ, cum vi-
„ neis, & vinealis, caſtanietis, cerquetis,
„ cerretis in integrum, exceptis ſervis, &
„ ancillis, quos ibi non offerui. Et portio-
„ nem meam de Caſale meo, quod nomina-
„ tur ad Sanctum Valentinum propinquum
„ Beneventanæ Civitati in integrum ſorte
„ mea. Et portionem meam de Caſale meo
„ in finibus Samnias loco, qui nominatur
„ Maccla. In tali verò ratione ipſas res of-
„ ferui, dum Dominus mihi Alderiſſi ſpatium
„ vivendi donaverit, ipſa mea res in mea ſit
„ poteſtate tenendi, & fruendi, & poſt meum
„ obitum ipſa res in ipſo ſuprafcripto Sanctæ

„ Dei

Digitized by Google

„ Dei Genetricis Monaſterio veniat poteſtate, „ ſinè cujuſcunque requiſitione; & Chartula „ noſtræ offerſionis in ſupraſcripta ratione ſit „ firma. Quam Rodoaldum Notarium ſcri- „ bere rogavimus. Actum Februario Menſe, „ & Indictione ſupraſcriptis feliciter.

DEFINITIO JUDICATUS DE ECCLESIA S. FELICIS IN LOCO SANO.

Sicardus Princeps Beneventanus litem dirimit de Eccleſia Baptiſmali S. Felicis, pronuncians pro Abbatiſſa Monaſterii Beneventani Sanctæ Mariæ contra Epiſcopum Beneventanum. Anno DCCCXXXIX.

„ CUm in Dei nomine reſidentes nos Do- „ mnus vir glorioſiſſimus Sichardus ſum- „ mus Dux gentis Langobardorum in hunc „ noſtrum feliciſſimum Beneventanum Pala- „ tium, tunc veniens Juſtus Archipresbyter „ ſanctæ noſtræ Beneventanæ Eccleſiæ, qui „ juſſione Reverentiſſimi Hermeriſſi Epiſcopi „ Sanctæ Eccleſiæ peragebat, intentionando „ adversùs Theodericum Rahilpus noſtro, & „ Teoperto Præpoſito Monaſterii Sanctæ Ma- „ riæ de loco Sano, qui tunc cum ſupraſcri- „ pto Theodorico per noſtram juſſionem præ- „ dicti Monaſterii cauſam procurabat, di- „ cendo, eo quòd Eccleſia Sancti Felicis, qui „ ſitus eſſe dinoſcitur juxta Monaſterium San- „ ctæ Mariæ ſanctæ noſtræ Beneventanæ Ec- „ cleſiæ pertinere debet, eo quòd lavacrum „ Battiſmi in ipſa Eccleſia ædificatum eſt, „ quia & Canones ſic continere videntur, „ quòd Eccleſia, quæ lavacrum Battiſmi ædi- „ ficatum habuerit, ſemper ſub dominio Epi- „ ſcopi ſubjacere debeat, & uſque ad tempus „ Domni Giſulfi Ducis, & Munoaldi Reve- „ rentiſſimi Epiſcopi ſic fuit in dominio ſan- „ ctæ noſtræ Beneventanæ Eccleſiæ ipſa Baſi- „ lica Sancti Felicis, eo quòd Guttichis, & „ Johannes Presbyteri, qui ibidem in Sancto „ Felice fuerunt ordinati, in dominio Epi- „ ſcopii permanſerint, ſicuti & alii Presby- „ teri tenentes Plebes ſubjectæ Sanctæ noſtræ „ Beneventanæ Eccleſiæ; ſed Domnus Giſul- „ fus per voluntatem bonæ memoriæ Mu- „ noaldi Epiſcopi, ibique ordinavit, & ipſe „ Garohin ſemper Epiſcopo obaudivit, uſque „ dum Albileopa Abbatiſſa ſuggereret Domnæ „ Eſcanipergæ, & Domno Liudprando, ut „ ipſam Baſilicam traderet, & per ejus po- „ ſtulationem Domna Eſcaniperga, & Do- „ mnus Liudprandus ipſam Baſilicam in ſu- „ praſcripto Monaſterio per ſuum Præceptum „ conceſſerunt, & ſunt teſtes qui cogniti „ ſunt, quòd ipſa Baſilica ſemper obaudivit „ uſque in tempore, quod vobis ipſa Baſilica „ data fuit. Ad hæc reſpondebat pars Theo- „ dorici, & Teudperti dicendo: eo quòd ita „ eſt, quia Fontes Battiſmi ibi ſunt ædificatæ, „ quia dum Magno ipſa Eccleſia à nova fun- „ damenta ad culmen perduxit, ſic ipſe Ma- „ gno fecit fieri Guetichis Presbyterum ſuo „ Palatio, qui eidem ipſam Eccleſiam rege- „ ret, & dum ipſe Magno advixit tam ſu- „ praſcripta Eccleſia, quàm & Presbyterum „ ſemper in ſuo dominio vindicavit; & poſt „ diſceſſum Magnum quamquam in ipſa Ec- „ cleſia lavacrum Battiſmi fuiſſet, ſemper „ ipſe Guetichis ſoli Palatio obaudivit, nam „ minimè habuit dominium Epiſcopi. Sed „ dum bonæ recordationis Johannes Epiſco- „ pus cognovit bonitatem Guetichis Presby- „ teri, ſic ei contradidit ipſa Eccleſia ex „ Sancto Nicandro, Sancto Angelo, & San- „ cto Potito, qui Parrociæ de quintodecimo „ pertinuerunt, & hactenus pertinere viden- „ tur, traditæ ſunt ei ad regendum, & pro „ ſupraſcriptis Eccleſiis ipſe Guetichis ob- „ audivit Epiſcopo. Nam pro Eccleſia San- „ cti Felicis nullo modo obedientiam Epi- „ ſcopo fecit; & dum recederet ipſe Gueti- „ chis Presbyter de hac luce, poſtea ordina- „ tus eſt ibi in Sancto Felice Johannes Presby- „ ter, vel in ſupraſcriptis Eccleſiis. Sic in- „ troivit Pando Presbyter Parrociæ de quin- „ todecimo in judicio cum ſupraſcripto Jo- „ hanne Presbytero, & ſic ei abſtulit ipſas „ quatuor Eccleſias, unde Guetichis & Jo- „ hannes Epiſcopo obedientes fuerunt. Et „ dum ipſæ quatuor Eccleſiæ ei abſtultæ fuiſ- „ ſent, ſic ipſe Johannes Presbyter in ſuo ar- „ bitrio permanſit, & ſolummodo obediens „ Palatio fuit, ſicut Magno ante Guetichis, „ qui ipſam Eccleſiam Sancti Felicis ad cul- „ men perduxerat. Et poſt diſceſſum Johan- „ nis ſic glorioſæ memoriæ Domnus Giſulfus „ ibi Tieguerohin Abbatem conſtituit, & „ tantùm obediens Palatio fuit. Poſtea Domna „ Scaniperga, & Domnus Hildeprand pro „ ſuis facinoribus expellendis ſupradictam „ Eccleſiam Sancti Felicis cum omnia, quæ „ ad ipſam Eccleſiam pertinuit, in præfatum „ Monaſterium per ſuum Præceptum conce- „ dere viſi fuerunt, & ab eo tempore uſque „ nunc ſemper partes Monaſterii quietè poſ- „ ſeſſores fuerunt jam dicta Eccleſia, quòd „ idoneæ perſonæ eſſe noſcuntur certa verita- „ te, eo quòd jam fata Eccleſia ſemper Pala- „ tio obaudivit. Ad hæc explicans ſupraſcri- „ ptus Juſtus Archipresbyter quamquam hæc „ omnia vera aſſertio certa ſint, nullo modo „ hoc ſtare poteſt, eo quòd inſtituta Patrum „ Canonica ratione nullo modo permittit fie- „ ri de Eccleſia, quæ lavacrum Battiſmi vide- „ tur habere, nequaquam ſe ſubtrahere poteſt „ ab Epiſcopali Sede, neque Monaſteria, aut „ Cœnobia ſecularem ſcilicet cultum habe- „ re, ſed regulariter vivere, & permanere de- „ bent. Denuo verò aſſerebat pars ſupraſcri- „ ptorum Teoderici, & Teoperti, qui cauſam „ prædicti Monaſterii procurabant: hoc qui- „ dem rationabiliter ſtare poteſt, quia ſemper „ Principes, & Antiſtites ponentes in oblivio- „ nem Canones, & edicta gentis noſtræ Lango- „ bardorum, ſemper uſus hujus noſtræ Provin- „ ciæ ſic eſt judicari; & ſi hoc minimè obſtare „ poteſt, plurima Monaſteria deſtruetis, ubi „ Domino annuente plura Cœnobia ſunt con- „ gregata. Attamen ſi hoc per Anteceſſores „ minimè ſtare poteſt, quia ad Canones judi- „ care vult, quomodo Sancti noſtri Barbati „ Epiſcopus obtinuit bonæ recordationis Do- „ mnus Romoaldus, ut uſurparet Sanctæ Sedis „ Sipontinæ, & per ejus obſecrationem præ- „ dictam Sedem uſurpata eſt denominata, & „ contradita eſt Sanctæ Sedis Beneventanæ Ec- „ cleſiæ, & ab eo tempore uſque nunc ibi- „ dem minimè fuit conſecratus Epiſcopus? „ Si enim de hac Baſilica, quia Canones & „ per uſum Provinciæ minimè ſtare poteſt, „ vultis vos obſervare Canones, fiat in præ- „ fata Civitate Sipontina ordinatus Epiſcopus, „ & deſtructis plurima Monaſteria, quod An- „ teceſſorum Ducibus per ſuum Præceptum, do-

Digitized by Google

„ donaverunt, ſicut & vobis de nominato Si-
„ pontinum, & ejus Parrocia per præceptum
„ Domni Romoaldi fuit conceſſa, quod &
„ nobis eſſe videtur, & hoc contra Canones
„ factum fuiſſe. Unde nos Domnus Vir glo-
„ rioſus Sichardus inquiſivimus ſupraſcriptum
„ Juſtum Archipresbyterum, ut ſi ipſa Sedes
„ Sipontina cum Canonica ſanctione fuit ſub-
„ lata, & ipſe nobis claruit, dicentes eo quòd
„ contra Canones facta eſt de uſurpatione præ-
„ dictæ Sedis Sipontinæ. Ideo dum ante no-
„ ſtram glorioſa poteſtas hæc talis veniſſet
„ intentio, tunc nos diligenter, atque ſubti-
„ liter inquiſivimus jam ſupraſcriptum de ipſa
„ Eccleſia Sancti Felicis à tempore, quo ædi-
„ ficata fuit, ſi Palatio obaudivit, aut certo
„ Epiſcopo, ſicuti & alia cetera Parrociales
„ Eccleſiaſticum Battiſma, quibus & Juſtus
„ adduxit in noſtris præſentiis teſtimonia,
„ ideſt inprimis Gregorius Presbyter, Paven-
„ ſu, & Stavile, Lupo, & Maurello, vel
„ alios, & præſens teſtificaverunt nobis, di-
„ cendo, eo quòd dum quidam Guetichis
„ Presbyter reſideret in Eccleſia Sancti Feli-
„ cis, & teneret alias Eccleſias Parrociæ de
„ Quintodecimo, nos ei ſemper cibaria dedi-
„ mus, & ipſe Guetichis Epiſcopo obediebat,
„ neſcimus ſi per Eccleſia Sancti Felicis, aut
„ per illas alias Eccleſias Parrociales de Quin-
„ todecimò. Iterum inquirente noſtra gloria
„ teſtimonia à parte ſupraſcripti Theodorici,
„ & Teoperti, qui ipſam cauſam Monaſterii
„ peragebant, quibus præſentialiter in noſtris
„ præſentiis adduxerunt teſtimonia, ideſt in
„ primis Audoald, & Anoald germanis, Ma-
„ jone, & Ferrando, vel alias idoneas perſo-
„ nas, qui præſentialiter nobis teſtificaverunt,
„ dicendo, quia nos certi ſumus, quòd Ec-
„ cleſia Sancti Felicis, quam Magno à funda-
„ mentis uſque ad culmen perduxit, & ibi
„ Guetichis ſervum ſuum Presbyterum ordi-
„ navit, & ipſa Eccleſia in ſuo jure dominio
„ per Palatium defenſavit, & poſt diſceſſum
„ Magnuni, & Guetichis, Sacerdotes, qui ibi-
„ dem fuerunt ordinati, ſemper eos ad Sacro
„ Palatio obaudire cogniti ſumus. De hac
„ autem obedientia quod dicitis Epiſcopum
„ obediſſet, nos ſcimus, quia per Eccleſias
„ Parrociales de Quintodecimo, quas tenebat
„ Guetichis, & Johannes Presbyter, ideo Epi-
„ ſcopo obaudierunt, nam pro Eccleſia San-
„ cti Felicis nullo modo obedientiam fece-
„ runt; & quando Presbyteri per judicia
„ ipſas Eccleſias Parrociales recollegerunt,
„ Johannes Presbyter cum Eccleſia Sancti Fe-
„ licis Sacro Palatio obedivit; & poſtea Dom-
„ nus Giſulfus ibidem Garohin Abbatem con-
„ ſtituit, & ipſe Garohin ſimiliter ſoli Pala-
„ tio obaudivit, & per Palatii juſſionem ipſe
„ Garohin exinde foràs expulſus eſt. Tunc
„ noſtra qui ſupra glorioſa poteſtas per eo-
„ rum teſtimonium conſideravimus, quomodo
„ Principes, & Antiſtites hujus Provinciæ
„ per uſus eſſent judicaturi, placuit noſtræ
„ poteſtati, quod glorioſa Scaniperga, & Vir
„ glorioſiſſimus Liudprand per ſuum emiſe-
„ runt præceptum in prædicto Monaſterio fir-
„ miter, atque inviolabiliter debeat perma-
„ nere, & per ampliorem definitionem feci-
„ mus dare guadiam ſupraſcripto Teoperto
„ Præpoſito jam dicti Juſti Archipresbyteri,
„ ut ei præberet ſacramentum à parte Mona-
„ ſterii ſecundùm Legem Romanam ſibi quin-
„ ta perſona, dicendo, quòd Eccleſia Sancti
„ Felicis tantùm Palatio obaudivit; Nam ni-
„ hil ad Epiſcopum quandoque obedientiam
„ habuit, & eſſet cauſa finita. Propterea
„ hunc noſtrum Judicatum definitionis fieri
„ juſſimus, ut nullo quoque adveniente tem-
„ pore numquam habeat vigorem à parte
„ Epiſcopi contra ſupraſcriptum Monaſterium
„ de Eccleſia Sancti Felicis, vel de ejus rebus
„ per quamlibet occaſionem aliquid requiren-
„ dum. Excepto ſi infra anni ſpatium ipſum
„ ſacramentum ſuſcipere voluerit, habeat li-
„ centiam, nam ampliùs nullo modo habeat
„ licentiam cauſandi aut requirendi, ſed pars
„ Monaſterii perpetuis temporibus ſecuri, &
„ quieti valeant poſſidere. Quod verò Judi-
„ catum diffinitionis ex juſſione ſupraſcriptæ
„ poteſtatis dictavi ego Guldemari Referen-
„ darius tibi Barbato Notario ſcribendum.
„ Actum Benevento in Palatio Menſe Martio,
„ Indictione ſecunda, feliciter.

Sed quia hunc Venerabilem Patrem Epiphanium è Marſici montis Monaſterio fuiſſe vetus ſcriptura tradidit, oportet aliquantulum hinc ad ſuperiora recurrere, & quæ de eodem Monaſterio ſcripta reperi, vel de Confeſſoris Chriſti Martini corpore acta ſunt, fideliter enarrare. Denique Arichis Longobardorum religioſiſſimus Princeps, cùm multa Sanctorum corpora ex diverſis locis auferens Beneventi honorificè collocaſſet, & præfatum Monaſterium Chriſti Confeſſoris, quod, ut Beatus Papa Gregorius in ſuis Dialogis meminit, magno Religioſorum conturbenio floruerat Monachorum, jam tum ab omnibus pœnè deſtitutum eſſe didiciſſet, conſilium ei incidit, cauſa pietatis, ac munimine Civitatis Confeſſoris corpus inde auferre, atque infra ſuæ Urbis mœnia cum aliorum corporibus Sanctorum locandum deferre. Quod cùm Epiſcopo, & Civibus retuliſſet, omnibus viſum eſt hoc placuiſſet. Inde ergo pariter ad Sancti tumulum cum magna devotione properantes, & ab ipſo montis aſcenſu nudis plantis incedentes piis precibus inſiſtebant. At ubi pervenerunt ad locum, ubi diu deſideratum cupiunt perficere opus, prudentiſſimus Princeps devotionis verba ſic Sancto proferens inquit.

Maxime Confeſſor, Monachorum Paſtor, & Abbas,
Inſignis meritis, magne, venerande trophæis,
Te petimuſque tuos, tu confer cœlitus ortus,
In populos ſalvans, nobis prece ſuggere ....
Auxilium præbens hoſtilia vincere caſtra.

Tunc vox repentè illic audita eſt dicens:

Si ſpes, & virtus mors ſit honor vivere Chriſtus.
Namque ego jam prorſus nullatenus egredi poſſum
Hoc loco manens per longa tempora parens.

Hujus ergo ſonitu vocis omnes timore concuſſi pariter corruerunt ad terram, tuncque terræmotus factus eſt magnus, ut ab ipſis Abyſſi flatibus non ſolùm totius ipſius montis, ſed & cuncta vicinarum Urbium mœnia concuterentur. Sicque patenter omnibus datur intelligi, quoniam divina virtus locum ipſum, ubi Confeſſoris corpus requieſcit, Angelicam ſemper jubet habere cuſtodiam. Divinæ igitur non auſi contraire voluntati, ſtatuerunt communiter venerari ſepulcrum illud, offerentes ſinguli quidquid acceptabile videbatur. Princeps verò iſdem cum multis aliis donariis contulit ad eumdem locum Præceptum firmitatis ex omnibus, quæ poſſederat, vel poſſide-

Digitized by Google

re videbatur, adjiciens & alia plura, quæ infra fluvium, qui dicitur Carnellus, & ſicut decurrit rivus Saonis, qui de ſaxo procedit, deſignata ſunt; ſervoſque & ancillas, quotquot in his manere videbatur cum ſuis ceſpitibus, ut habeat & poſſideat, perpetuis tradidit temporibus. Etenim aliquantulis decurrentibus annis, cùm locum ipſum vetuſtate deficere videretur, causâ piæ ſolicitudinis, ac reſtaurationis, & aliarum . . . . . Langobardorum Principes, & Eccleſiarum Dei venerandi Pontifices hoc idem Monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis Beati Vincentii Monaſterio ex integro ſubdiderunt. Tunc Pater Epiphanius exemplo adipiſcendæ eximiæ converſationis, locum hunc expetiit, & diu in ſancta converſatione decertando pro vitæ merito, & ſapientia, doctrina, Abbas eſt effectus, qui conſummatus obiit in pace Idibus Septembris Anno Dominicæ Incarnationis Octingenteſimo quadrageſimo tertio, Indic. Sexta. Sed & in Caſino Apollinaris annis XII. peractis, Deus-dedit ſuccedit. Qui ſex annis peractis obit; & Hilderico poſt eum ſolis ſeptem diebus potito, Authpertus inſtituitur.

Hoc tempore Sarraceni ab Africa, & Babilonia venientes Siciliam occupaverunt.

TOTO (1) *Abbas Sancti Vincentii*. Iſte ædificavit Eccleſiam Sancti Petri ad Pontem marmoreum. Sedit annos II. dies II. obiit III. Non. Octobris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCXLIV. Ind. VII. In Caſino verò Authperto annis tribus expletis, Baſſatius Abbas ſuccedit.

JACOBUS (2) *Abbas Sancti Vincentii*. Iſte ædificavit Eccleſiam Sancti Vincentii, ubi dicitur ad Iſtrias, & plures Monachos congregavit. Hoc tempore diviſio facta eſt inter Beneventum, Salernum, & Capuam. Tunc Sarracenorum multitudo Romam veniens Eccleſias Sanctorum Petri & Pauli omnino deprædarunt; & inde ad Fundanam Civitatem venientes ceperunt, atque cremaverunt. Poſt Cajetam applicantes caſtra metati ſunt. Contra quos miſſus à Spoletio Francorum exercitus, turpiter ſuperatus aufugit. Hac occaſione Sanctiſſimus Leo Quartus Papa Caſtellum juxta Eccleſiam Beati Petri muris firmiſſimis ædificavit, quod uſque hodie Civitas Leonina appellatur. Et hoc quoque tempore tam ingens terræmotus per univerſam Beneventi factus eſt regionem, ut Iſernia ferè tota à fundamentis corrueret, multuſque ibi populus, & ipſe cum eis eorum Pontifex interiret. In hoc quoque Monaſterio Beati Martyris Vincentii terræmotus idem plurimas domos evertit.

Per idem tempus Regnum Francorum trifariam diviſum eſt. Tunc Hludovicus Auguſtus Beneventum adveniens, à Radelchis, & reliquis honorificè ſuſceptus, ei omnes Saraceni contraditi ſunt: quos omnes ipſo die vigiliarum Sanctæ Pentecoſtes extra Civitatem ductos cum Duce illorum Maſſar decollari fecit. Moxque Imperator, convocatis Longobardis, totam Beneventi Provinciam inter Radelchis, & Sichenolfum æquo diſcrimine partitus eſt. Porrò prædicti Principes pactum diviſionis Principatus inter ſe firmantes, Monaſterium Beati Vincentii, & Beati Benedicti extra ſortem eſſe decreverunt, dicentes: Hæc Monaſteria ad nos non pertinent, quoniam ſub tutela Dominorum Imperatorum Hludovici, atque Lotharii conſtituta ſunt. Siquidem Imperator per Jacobum Venerabilem Abbatem Beati Martyris Vincentii, & Baſſacium Beati Benedicti invitatus adveniens, & victoriam obtinere, & maxima rebus utilia illorum conſilio conſequi meruerat.

At poſt plura bonitatis acta præfatus Pater Jacobus, peractis in hujus Monaſterii regimine annis novem, obiit Prid. Idus Januarii Anno Incarnationis Dominicæ octingenteſimo quinquageſimo tertio Indictione prima.

TEUTO Abbas S. Vincentii. Iſte conſtruxit Eccleſiam S. Eleuterii in Fundiliano, & multas hereditates & poſſeſſiones acquiſivit. Obtinuit quoque præceptum aliorum præceptorum Regum, & Ducum, cujus textus hujuſmodi eſt.

DE CONFIRMATIONE ALIORUM PRÆCEPTORUM.

Ludovici Pii (3) *Imperatoris diploma, quo Teutoni Abbati Monaſterii Vulturnenſis præcedentium Principum privilegia confirmat. Anno DCCCXV. aut DCCCXXX.*

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti. Hludovicus Divina
„ ordinante Clementia Imperator Auguſtus.
„ Cùm petitionibus Sacerdotum, ac ſervo-
„ rum Dei, quas noſtris auribus inſinuarint,
„ libenter annuimus, & eas cum Dei auxilio
„ ad effectum perducimus, non ſolùm regiam
„ conſuetudinem exerçemus, ſed etiam nobis
„ tam ad præſentis vitæ proſperitatem, quàm
„ ad futuræ beatitudinem adipiſci non mini-
„ mum emolumenti afferre confidimus. Id-
„ circo notum ſit omnibus Fidelibus Sanctæ
„ Dei Eccleſiæ, & noſtris, præſentibus ſcili-
„ cet

(1) Quum parum accuratum in tot locis ſe prodat Chronographus noſter, aliquis dubitandi locus mihi eſt, ne hic *Toto Abbas* nobis obtrudatur, idemque ille ſit, qui poſt Jacobum Abbatem infra *Teuto* appellatur. Illum neque Ughellus, neque Mabillonius agnovere. Attamen, niſi alia obſtent, à noſtro non diſcedendum. Vide infra quæ de Teutone Abbate adnotata ſunt.

(2) Hic, teſte Leone Marſicano in Chron. Caſin. Lib. I. Cap. XXX. ad Ludovicum II. Auguſtum Anno 851. aut 852. profectus eſt legatus unà cum Baſſacio Abbate Caſinenſi, opem ab eo imploraturus contra irruentes Sarracenos.

(3) Ita ego ſcripſi, ſed repugnante calamo; nam *Teuto* Vulturnenſi Cœnobio datus dicitur Abbas Anno tantùm 853. *Ludovicus* verò *Pius* Auguſtus jam Anno 840 vivere deſierat. Quei ergo Teutoni Abbati Præcepta Regum, & Ducum confirmare potuit Ludovicus Pius tot ante annos morte ſublatus? Ergo, inquies, referendum erit Diploma ad *Ludovicum II. Auguſtum*, cujus tempore Teuto præfuiſſe videtur Monaſterio. Verùm diſertis verbis Ludovicus iſte mentionem facit *Domni, & Genitoris noſtri Caroli*, ut propterea dubitandum non ſit heic agi de Ludovico Pio. Ad hæc imperante Ludovico II. Imp., *Indict. VIII.* heic memorata decurrere cœpit Septembri tantùm Menſe Anni 859. eo autem Anno non ampliùs inter vivos numerabatur idem Teuto Abbas. Denique *Aquiſgrani*, ubi datum Diploma dicitur, numquam Ludovicus II. Imperatorem egit. Quare quacumque ex parte monumentum hoc reſpicias, eæ difficultates occurrunt, ut aut inter ſpuria amandandum pronunties, aut inde *Teutonis Abbatis* nomen removere neceſſe ſit, & *Joſue* reſtituendum, aut *Teutonis* regimen longè antea conſignandum. Vide quæ de *Totone Abbate* ſupra adnotavi,

Digitized by Google

„ cet, & futuris, quia venerabilis Teuto Ab-
„ bas Monaſterii Beati Martyris Vincentii,
„ quod eſt ſitum finibus Beneventanis, no-
„ ſtram adiens Serenitatem, obtulit obtuti-
„ bus noſtris Præcepta Regum Longobardo-
„ rum, Aiſtulphi videlicet, & Deſiderii,
„ necnon & Præceptum recordationis Domni,
„ & Genitoris noſtri Caroli piiſſimi Auguſti.
„ In quibus illi tam Anteceſſorum ſuorum,
„ videlicet Regum, quàm Ducum, Giſulfi
„ Ducis Longobardorum, & Liutprandi Du-
„ cis Ducatus Spoletini, vel aliorum quo-
„ rumlibet Deo devotorum hominum dona-
„ tiones, quas illi pro amore vitæ futuræ, &
„ pro remedio animarum ſuarum, atque pro
„ remiſſione peccatorum partibus præfati Mo-
„ naſterii de ſuis propriis rebus ſpontanea-
„ voluntate contulerunt. Suggerens, ac pe-
„ tens, ut eadem Præcepta noſtræ confirma-
„ tionis Præceptione confirmaremus. Cujus
„ petitioni propter amorem, & honorem
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti, & propter re-
„ verentiam memorati Venerabilis Martyris
„ Chriſti Beati Vincentii, cujus honori, ac
„ nomini præfatum Monaſterium dicatum eſſe
„ cognoſcitur, adſenſum præbentes, juxta
„ quod rogaverunt, prædicta Præcepta no-
„ ſtra auctoritate confirmamus. In primis
„ decernentes, ut quidquid Domni, & Ge-
„ nitoris noſtri Caroli Imperatoris Præcepto
„ continetur, ideſt de Judicaria Balvenſe,
„ vel quod Præcepto Deſiderii Regis & An-
„ ſanæ condonatum eſt, & in ipſo Præcepto
„ continetur, & poſtea per Miſſos ejuſdem
„ Domni, & Genitoris noſtri Incilbertum,
„ & Ariſmum Cancellarium inquiſitum eſt,
„ ac definitum inter Balbenſes & Soranen-
„ ſis finibus, & Monachos prædicti Mona-
„ ſterii, quemadmodum in Breve judicati,
„ quod ab ipſis factum eſt, continetur, ad
„ poſſeſſionem præfati Venerabilis Monaſte-
„ rii pertinet, firmum, & ſtabile perma-
„ neat. Deinde quidquid vel Aiſtulfus, vel
„ Deſiderius gentis Longobardorum Reges
„ ſua magnificentia in jamdicto Monaſterio
„ contulerunt, ſimiliter maneat inconvulſum.
„ Quod verò Duces Giſulfus gentis Longo-
„ bardorum, & Hildeprandus Dux Ducatus
„ Spoletini eidem, videlicet Monaſterio, ſuis
„ Præceptis condonaverunt, quia ſinè reali
„ confirmatione hujuſmodi donatio rata eſſe
„ non poteſt, hac noſtra præſenti auctoritate
„ ita confirmetur, ut abhinc in futurum ha-
„ bilis, & firma perſeveret. De quibus una
„ eſt conceſſio, quam Giſulfus Dux gentis
„ Longobardorum ad præfatum ſanctum lo-
„ cum fecit de Eccleſia Sancti Martiani, quam
„ ædificavit Toto Presbyter, & Monachus
„ in proprio loco Soranenſis finibus, & Ec-
„ cleſia Sancti Salvatoris, necnon & Eccleſia
„ Sancti Angeli, cum omnibus rebus perti-
„ nentibus ad ipſas Eccleſias. Altera Hilde-
„ prandi Ducis donatio, atque conceſſio,
„ quam donaverat, atque conceſſerat in jam-
„ dicto Monaſterio, Eccleſia Sancti Donati
„ in Teritorio Comino, cum terris, & mon-
„ tibus, & Eccleſia Sancti Juliani in prædi-
„ cto Territorio, cum terris, & montibus,
„ & aquis, ac paſcuis ad eandem Eccleſiam
„ pertinentibus. Has quinque donationes,
„ quas jamdicti Duces per ſua Præcepta ad
„ ſupradictum venerabile Monaſterium Sancti
„ Vincentii Levitæ, & Martyris confirmave-
„ runt, propter honorem Dei, atque æter-
„ nam retributionem ad idem venerabile Mo-
„ naſterium noſtra confirmamus auctoritate.
„ Ita videlicet, ut quidquid de ipſis, vel in
„ ipſis Rectores, & Miniſtri ſupranominati
„ venerabilis Monaſterii diſponere, atque
„ ordinare, vel pro voluntate ejuſdem loci
„ facere voluerint, abſque ullius quolibet
„ honore, vel dignitate, ſive injuſta contra-
„ dictione, ordinetur, atque diſponatur, &
„ faciatur quidquid ſupradicti Monaſterii uti-
„ litati concurrere, & convenire perſpexe-
„ rint. Et ut hæc auctoritas confirmationis
„ noſtræ per curricula annorum inviolabilem,
„ atque inconvulſam obtineat firmitatem, &
„ à Fidelibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, & noſtris,
„ præſentibus ſcilicet, & futuris veriùs cre-
„ datur, & diligentiùs conſervetur, manu
„ propria ſubterſcripſimus, & annuli noſtri
„ impreſſione ſignari juſſimus. Signum Hlu-
„ dovici ſereniſſimi Imperatoris. Data IV.
„ Id. Junii Anno, Chriſto propitio, Imperii
„ Domini Hludovici piiſſimi Auguſti .....
„ Indict. VIII. Actum Aquiſgrani Palatio Re-
„ gio in Dei nomine feliciter.

Ipſo in tempore vir quidam nobilis Gripertus nomine Marepais obtulit in eodem Monaſterio Sancti Vincentii Curtem ſuam in Patria, & in Atella, & in Mataloni, & in Auſenti, & in monte Candidi, & ad Fontana Romana, & in Liſine, & ad Sanctum Marcianum juxta Beneventi Civitatem. Alter verò nomine Pando Marepais ſimiliter obtulit terram ſuam, quam habebat in Cantias. Horum ſcriptiones ita continentur.

Teſtamentum Griperti Marepais, quo ſuarum rerum heredem inſtituit Vulturnenſe Cœnobium Sancti Vincentii. Anno DCCCXLV.

„ IN nomine Domini. VI. (1) Anno Prin-
„ cipatus Domni noſtri Sikenolfi, Menſe
„ Martio, Octava Indictione. Ideoque ego
„ Gripertus Marepais bonæ memoriæ Wal-
„ perti, qui fuit Caſtaldeus, dum ego in va-
„ lida infirmitate eſſem, unde & me ad mor-
„ tis periculum tendere prævidi, cœpi de re-
„ bus meis per hoc ſcriptum diſponere, ac
„ judicare. Primitus quidem volo, ut pro
„ mea anima eveniant in Monaſterio Sancti
„ Vincentii, quod ædificatum eſt ſuper fluvio
„ Vulturno ſortem meam integram de Curte
„ mea de Patria, & portionem meam de
„ Atelle, & portionem meam de Matalonis,
„ & Curtem meam de portione de Auſenti,
„ & de monte Candidi, & portionem meam
„ de re mea, quæ eſt ad Fontana Romana,
„ & paſcuum meum de Liſe, & terram meam
„ ſeminationis modia quinquaginta, quæ eſt
„ in caput de Plano ad Sanctum Martianum
„ juxta Beneventum Civitatem. Hæc omnia
„ veniant in Monaſterio Sancti Vincentii poſ-
„ ſidenda, & ejus Rectoribus ſinè cujuſcum-
„ que contradictione. Præterea volo, ſtatuo,
„ atque confirmo de omnibus quantu m offerui
„ in jam dicto Monaſterio, ut ubi fratribus,
„ & nepotibus meis parati fuerint cum juſto
„ pretio, & de ſupradictis rebus e mere vo-
„ luequum is Anno tantùm 853. Abbas electus dicatur, ſi noſtro fides adhibenda heic.

(1) Si ad Annum 845. charta hæc ſpectat, uti Chronicæ notæ indicare videntur, non ergo ad tempora Teutonis Abbatis referenda erat,

Digitized by Google

„ luerint, nominati Monaſterii Monachi ven-
„ dant, & tollant exinde ſibi pretium pro ani-
„ ma mea. Nam ſi ipſi fratres, & nepotes
„ mei emere voluerint de ipſis ſupradictis re-
„ bus, ipſum Monaſterium & ejus Rectores
„ omnia, ut ſupra legitur, ſecuro nomine
„ poſſideant ſinè noſtra, vel ipſorum fratrum,
„ & nepotum meorum, aut cujuſcumque
„ contradictione, ſicut te Leo Notarium ſcri-
„ bere rogavi. Actum Salerni feliciter.

Teſtamentum Pandonis Marepais, quo terras quaſdam Monaſterio Sancti Vincentii Vulturnenſis relinquit. Anno DCCCLIV.

„ IN nomine Domini. Quinto decimo Anno
„ Principatus Domni noſtri Sikenolfi, Men-
„ ſe Martio, X. (1) Indictione. Ideoque ego
„ Pando Marepais, filius bonæ memoriæ Lan-
„ dulfi Marepais per hunc privilegium diſpo-
„ nere prævidi. Si juſtum Dei judicium mor-
„ te mihi evenerit, volo ut in Monaſterio
„ Beati Vincentii Levitæ & Martyris ſitum
„ ſuper fluvio Vulturno eveniat integra terra
„ mea, quæ eſt culta & inculta, quæ eſt in
„ finibus Cantias, prope hortello, qui nomi-
„ natur Adauzonale, qualiter eſt da prima
„ parte à parte Orientis fine terra Monaſterii
„ Sancti Petri ſub prædicto Monaſterio Sancti
„ Vincentii, terra & ſilva Lupi, & Sohardi,
„ habet inde paſſus ducentos. Da ſecunda
„ parte à parte Meridie fine via, & inde ha-
„ bet paſſus ducentos viginti octo. Da tertia
„ parte à parte Occidentis fine foſſato & via,
„ quæ decernit inter hæc terra, & terra San-
„ cti Agapiti, qualiter vadit ad pontem, qui
„ dicitur de Cairuſi, & inde habet paſſus du-
„ centos ſeptuaginta. Da quarta parte à parte
„ Septentrionali fine terra Unzonis, quæ eſt
„ ſilva, & inde habet paſſus ducentos ſexa-
„ ginta ad paſſus juſto homini menſuratum
„ plus minus qualiter de fine in finem judica-
„ tum & menſuratum eſt, cum omnia intus
„ habentibus, ſubtus, vel ſuper, cum via ſua
„ intrandi & exiendi; inſuper cum monimi
„ nis meis inde continentes, & ad habendum,
„ & poſſidendum, & faciendum omnia, quæ
„ pars jam dicti Monaſterii placuerit. Ea
„ ratione hæc omnia, quæ ſuperiùs leguntur,
„ diſpoſui, ut dum ego vixero, meæ ſint in
„ omnibus poteſtati fruendum; poſt meum
„ verò obitum, in jam dicto Monaſterio eve-
„ niant faciendum quod voluerint, defenſa-
„ tum heredes meos, ſemper habeat pars jam
„ dicti Monaſterii, * componere obbliga-
„ mus, & omnia ſupradicta ad jam fatum
„ Monaſterium percompleantur.

His temporibus Landulfus Comes, derelicta Capua vetere, aſcendit habitaturus in monticulum, qui dicitur Tripliſcus, qui alio nomine dicebatur Sicopolis, anno Dominicæ Incarnationis octingenteſimo quadrageſimo primo. Qui poſt tertium annum defunctus eſt. Nam vigintiquinque annis, & menſibus tribus Capuam veterem tenuerat. Cui ſuccedit Landolfilius. Qui cùm præfatam Civitatem, quam Pater ſuus ædificarat novam in præfato monticulo, annis tredecim, & menſibus octo dominatus fuiſſet, prædicta Civitas funditus igne conſumpta eſt. Tunc convocatis fratribus ſuis Landone, Pandone, & Landulfo Epiſcopo ad pontem Cannii, condiderunt ibi Civitatem, quæ nunc eſt Capua. In qua præfatus Lando præfuit annis tribus, & menſibus octo. Tunc Capuani cum Neapolitanis infinita bella habere cœperunt. Supradictus autem Abbas Teuto causâ utilitatis hujus Monaſterii commutavit cum Principibus Beneventanis res, & poſſeſſiones, quas habebant in Caudetanis, à quibus accepit poſſeſſiones, & res inclytas cum Eccleſia Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ vocatur Oliveto. Superior quoque Jacobus Abbas jam tunc commutaverat à Sikenolfo Principe Salernitano res ipſas in Tuſciano, pro quibus accepit proprias res patrimonii ipſius Principis in locum, qui dicitur ad Pontem Lapideum.

Sichenolfus Princeps Salernitanus commutationem multarum rerum facit cum Jacobo Abbate Monaſterii Vulturnenſis. Anno DCCCXLIX.

„ IN nomine Domini. Domnus vir glorio-
„ ſiſſimus Sikenolfus Dei providentia Lan-
„ gobardorum géntis Princeps, Anno Regni
„ noſtri Deo propitio decimo, Menſe No-
„ vembrio, XIII. Indictione. Dum noſtræ
„ eximiæ poteſtati congruum fuit Vicariatio-
„ nis ordine accipere da Jacobo venerabili
„ Abbate Rector Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii, quod ædificatum eſt ſuper fluvio Vul-
„ turno, rem ejus Monaſterii cum Curte &
„ Caſis, ſeu Eccleſia, quas habent in locum,
„ qui dicitur Tuſciano finibus Salernitanis,
„ qui in ipſo Monaſterio datum fuit per Trup-
„ poaldum Epiſcopus filius Andreæ, & daret
„ eidem Abbati ejus Monaſterii habendam
„ rem, quæ eſt propriè noſtra in loco, qui
„ dicitur Ponte Lapideum, finibus cum finis
„ qui pertinuit nobis de jure parentibus no-
„ ſtris, dum cognitum eſt nobis, ut ſinè no-
„ titia de idoneos homines non ipſum perfi-
„ cere valeremus. Tunc convocavimus Mau-
„ roaldum Abbatem, & Truppoaldum, &
„ Majonem, ſeu Radelchis Comitibus noſtris,
„ & præcepimus illis, ut inter nos eſſent hæc
„ omnia adimplenda. Ipſi quoque duxerunt
„ ſuper illam rem doctos homines, & præ-
„ ceperunt illis ut cum Dei timore ipſa ap-
„ pretiarent; quàm & cum ipſis perrexit Au-
„ doaldus ipſe Præpoſitus ipſius Monaſterii,
„ cum quo illuc abierunt, & ad nos reverſi
„ ſunt. Narraverunt nobis, ut rem illam,
„ quas Ego dare volebam, fuiſſet appretiata
„ auri ſolidos mille quincentos abſque Con-
„ domas duas cum filiæ ſuæ, qui inde ſunt
„ pertinentes, ideſt Rodipertus cum uxore
„ ſua, & tres filiæ ſuæ, & Domoaldus cum
„ uxore, & una filia ſua. Quàm & de ipſis
„ rebus eorum dixerunt ſimiliter Monaſterii,
„ ut per doctos homines fuiſſet appretiatum
„ ideſt auri ſolidos mille centum. Dum ta-
„ liter nobis nuntiatum eſt, & eumdem Ab-
„ batem inde cognitum fecimus, placuit ei, &
„ ejus Congregationi hanc fieri commutatio-
„ nem. Tamen pro remeliorationis cauſa
„ Eccleſiæ, ſicut lex affirmat, relaxo ibidem
„ rem ipſam, quod ſuperfluum eſt balientem,
„ & inſuper adjungo ibi prædictos ſervos &
„ ancillas, quæ ſupra legitur. Sic ego nomi-
„ natus Sikenolfus Princeps per hanc cartulam
„ trado tibi nominato Jacobo Abbati integras
„ ipſas

(1) Haſce notas Chronologicas ſi cum præcedenti, aut ſubſequenti Diplomate conferas, cohærere non poſſe intelliges. Quamobrem ſcribendum videtur *II. Indictione*.

Digitized by Google

„ ipſas res in ſupraſcripto loco, qui habet
„ fines da capu fine via publica antiqua, de
„ alio latu finem flumen Calore, de alia par-
„ te fine flumen Cottia, & conjungentes ſe
„ ambo ipſa flumina infimul, de clauſo iſto
„ ſicut fines poſiti ſunt, ſcepto ad meam po-
„ teſtatem Barunculum ſervum meum cum
„ uxore, duæ filiæ ejus, & cum integro ceſ-
„ pite, atque pertinentiæ eorum. De illo alio
„ infra prædictos fines integram portionem
„ meam eundem, qui ad parentibus meis le-
„ gibus à partionarii eorum eveniſſe debuit,
„ totum integrum, quomodo ſupra legitur,
„ tibi qui ſupra Jacobo Abbati, unà cum ipſa
„ remelioratione, & cum ipſis ſervis & an-
„ cillis, ſicut ſupra ſcriptum eſt, tradidi poſ-
„ ſidenda. Pro quibus recepi à te prædictam
„ rem veſtram in Tuſciano, ſicut chartula
„ continet, quam nobis exinde firmaſti, ea
„ ratione ut amodo & ſemper tu nominatus
„ Jacobus Abbas, & poſteri tui ſupraſcriptam
„ meam vicariationem, unà cum ipſa reme-
„ lioratione habere, & poſſidere valeatis abſ-
„ que omni requiſitione mea, vel heredum
„ meorum; de quibus me nominatum Sike-
„ nolfum Principem obligo, & heredes meos
„ colligo tibi, & ad poſteros tuos, ut ſi ali-
„ quo tempore hanc commutationem diſrum-
„ pere voluerimus, ante omnia omni tempo-
„ re vacui, & taciti exinde maneamus, & à
„ noſtra parte ſemper firmiter illa habeatis,
„ & inſuper quinque millia Beneventanos ſo-
„ lidos vobis aut ad poſteros veſtros nos com-
„ ponere obligamus. Si verò aliter quicum-
„ que homo exinde cauſaverit, & per legem
„ & juſtitiam ipſos convincere potuerit, ante
„ omnia ſecundùm legem ſacramenta inde
„ perſolvamus, ut noſtro non fiat colludio;
„ & inſuper dare vobis nos obligamus ferqui-
„ dam rem in eodem loco, qualis iſta noſtra
„ vicariatione in illa die paruerit. Et hanc
„ chartulam tibi Rageprando Notario noſtro
„ ſcribere præcepimus. Actum Salerno in ſa-
„ cro Palatio feliciter.

Expletis verò Abbas Teuto (1) in hujus regimine Monaſterii annis tribus, menſibus ſeptem, obiit in pace X. Kal. Septembris, Anno Dominicæ Incarnationis, octingenteſimo quinquageſimo ſexto, Indictione quinta.

JOHANNES Abbas Sancti Vincentii. Iſte Præceptum accepit à Domno Grimoaldo Duce Beneventano de Caſale, qui dicitur Caſa-ſummi, commutationem quoque cum Audemari Principe Salernitano de quibuſdam rebus, pro quibus accepit Curtem, & caſa infra Salernitanam Civitatem. Judicatûs quoque definitionem accepit de altercatione quadam, quæ extorta fuerat de rebus, & Condomis in Patenaria, & in monte Calva prope Beneventum, & in Caſale Vecticano, deſcriptiones quorum ita continere videtur.

Caſalis unius donatio facta à Grimoaldo III. Beneventano Duce Monaſterio Vulturnenſi Sancti Vincentii, ejuſque Abbati Johanni. Anno fortaſſe DCCXCIII.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Conceſſimus nos glorioſiſſimus Domnus (2) Grimoald ſummus Dux gentis Langobardorum tibi Johanni Abbati Chriſti Martyris Vincentii Monaſterii Caſalem nomine Caſa-ſummi, qui fuit de Vitaliano Colono noſtro, quatenus ab hac die habeatis; & poſſideatis, & à nullo quoquam homine numquam habeatis aliquam quæſtionem, aut reprehenſionem, ſed ſicut ſuperiùs diximus, perpetuis temporibus ſecuri valeatis poſſidere ipſum ſupra nominatum Caſale. Quam verò membranam conceſſionis dictavi ego Wiſo Subdiaconus ex juſſione ſupradictæ Poteſtatis tibi Pergoaldo Notario ſcribendum. Actum Benevento in Palatio, Menſe Auguſto, per Ind. Prima feliciter.

Ademari Principis Salernitani Charta, per quam à Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum plura bona acquirit, aliaque eidem concedit. Anno DCCCLVIII.

„ IN nomine Domini. Quinto anno Principatus Domni noſtri Ademari, Menſe Aprili, ſexta Indiſtione. Ideoque ſupraſcriptus Domnus Ademari Princeps declaro, quia intentionem habuit nobiſcum Arteſuſus Præpoſitus major, & Cuniprando Manipulus major, qui pertinentes ſunt in Monaſterio Sancti Vincentii, ubi nunc Domnus Johannes humilis Abbas regimen tenere videtur, de quarta illa, quam Domnus Petrus Genitor meus emiſit ac dedit, & de caſis, & Curte, & Eccleſia, atque edificiis, quæ ſunt infra Civitate Salernitana, ubi prædictus Genitor meus, & ipſa Audperga uſque ad diem obitus ſui reſidentes fuerunt, & dum per partes convenientiæ mihi eundem relaxaſti in veſtro Monaſterio per ipſa Audperga, eumdem fuit pertinentem, & ſcriptum mihi exinde emiſiſtis. Propterea ego nominatus Domnus Aldemari Princeps per hoc ſcriptum trado vobis Arteſuſo, & Cuniprando in parte veſtri Monaſterii habendum caſa cum ſedimen, & ſedimen, & Curtem ſuam infra Civitate novam Salernitanam, quam emptam habeo à filiis Urſi; & eſt ipſa Caſa in longitudine pedes quatraginta octo, & in latitudine pedes quatraginta tres, ſcepto inde ipſa Caſa lignitia. Nam illo alio cum ipſa caſa fabricata, & cum finis, & menſuris, & cum Curte, & annatu ſuo in integrum in parte convenientiæ vobis tradidi ad pars ſupraſcripti „ Mo-

(1) Fortaſſis idem hic Teuto alius non eſt à Totone Abbate, quem ante Jacobum Hiſtoricus noſter memoravit. Certè nullum ejus monumentum laudavit, niſi unum, nempe Ludovici Pii Præceptum, cujus *Indictio VIII.* Annum ſignabat 815. aut 830. quæ minimè inter ſe cohærent.

(2) Heic habes tenebras, quas depellere non facilè poſſis. Johannes iſte Abbas regimen iniiſſe dicitur Anno 856. Atqui iis temporibus nullus, quod ſciam, *Grimoaldus* Beneventanorum Dux fuit. Videndum ergo, num ad Johannem I. Abbatem Vulturnenſem conceſſio hæc ſit referenda. Verùm is diem poſtremum clauſiſſe traditur, antequam Grimoaldus III. Principatu donaretur: quod Anno 787. aut 788. factum eſt. Quæ ergo ſupereſt ſolvendi hujus nodi ratio? Num ipſum diploma ſuppoſitionis arguendum? Ego formulas notas agnoſco Grimoaldum III. indicantes, ſed conciliandi cum ſerie Abbatum viam adhuc non video.

Digitized by Google

„ Monaſterii ſecuriter habenda. Ea ratione,
„ ut amodo & ſemper vos nominati & poſte-
„ ri veſtri ſupraſcriptam Caſam, & terram,
„ qualiter ſuperiùs legitur, in prædicto ve-
„ ſtro Monaſterio habere & poſſidere valea-
„ tis, de qua me repromitto, & heredes meos
„ obligo vobis, & ad poſteros veſtros ſupra-
„ ſcriptam terram & Caſam ab omnes homi-
„ nes in anteſtare & defendere. Quòd ſi non
„ potuerimus, aut ſi nos ipſi forſitan per quod-
„ libet ingenium returnare quæſierimus, ante
„ omnia à parte noſtra ſecundùm legem ſa-
„ cramenta vobis inde fiant perſoluta, ut no-
„ ſtro non fiat colludio, & ſerquidam terram,
„ & caſas cum ſuis ædificiis in eadem Civitate
„ vobis dare promittimus, qualis iſta noſtra
„ datione in illo die paruerit. Quod tibi
„ Ragemprando Notario ſcribere juſſimus.
„ Actum Salerno in ſacro Palatio, Menſe &
„ Indictione ſupraſcripta feliciter.

Charta concordiæ initæ inter Monaſterium Sanctæ Mariæ de Iſernia, & Alachim, de rebus à Godeſchalco quondam Duce eidem Monaſterio, ejuſque Monialibus oblatis. Anno DCCLXVI.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris no-
„ ſtri Jeſu Chriſti. Temporibus glorioſiſ-
„ ſimi (1) ſummi Ducis gentis Langobar-
„ dorum, Anno nono glorioſi Ducatus ejus,
„ Menſe Junio per Ind. quarta. Sicut non
„ ſunt omittenda ut quotidie non defleantur
„ præterita peccata, ita reminiſcenda ſunt
„ retroactas verſutias, & unde propoſuimus
„ quæſtionem, neceſſe eſt retexere ordinem.
„ Ideoque ad clarum deducenda ſunt, eo quòd
„ Godeſchalcus, qui fuit quondam Dux, per
„ Chartulam offerſionis contulerat in Mona-
„ ſterio Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quod
„ ſitum eſt in Iſernias, in quo decreverat
„ Annam conjugem ſuam regularem vitam
„ degere, & de ſua ſubſtantia per ſingula
„ loca nominativè dare, qualiter ipſa, dum
„ adviveret, vel ejuſdem Monaſterii famuli
„ nullam in poſterum neceſſitatem pateretur,
„ ſed nec patiatur, occulto Dei judicio mini-
„ mè compleverunt ſuam devotionem. Nam
„ res illæ, vivente ipſo, & Anna, ad Monaſte-
„ rium Sancti Vincentii ſunt per ipſius Præ-
„ ceptum devolutæ. Sed dum ipſis in fugam
„ poſitis perierunt, tunc Giſulfus quondam
„ Dux inpublicavit omnes res eorum, &
„ conceſſit per ſingulis fidelibus ſuis etiam
„ illas, quas Monaſterium Sancti Vincentii
„ habendi dixerunt. Unde poſtmodum per
„ judicatum Domnæ Aſcanipergæ & Domni
„ Liutprandi ad Monaſterium ſunt receptæ,
„ ſed non omnes. Pro quas verò res ſurrexe-
„ rat Alachis adversùs Monaſterium cum Præ-
„ cepto Giſulfi, quondam Ducis, & cœpit
„ agere contra Monaſterium, qualiter ipſas
„ res in ſuo jure defenderet. Et dum multæ
„ cauſæ exinde emerſiſſent, convenerat inter
„ Alachis, & Monaſterium, quid quiſque
„ per ſcriptas habere debuiſſet; ſed nec in
„ hoc contentus fuit. Pertraxit cauſam etiam
„ ad judicium Domni Aiſtulfi Regis Ticino

(1) Cujus nomen aut Librarii, aut ipſe Johannes Monachus minimè noverunt, aut excidere paſſi ſunt. Sed reſtituendum *Arichis*, ejus enim mentio in ipſa Charta nobis ſervata fuit. Liceat autem demirari heic oſcitantiam Chronographi noſtri. Non ad hunc Johannem, ſed ad Johannem I. Vulturnenſem Abbatem pertinet hujuſmodi Charta; & quum Arichis Februario menſe Anno 758, Liutprando Beneventano Duci ſucceſſerit, Annus ejus *Nonus* rectè convenit cum *Ind. IV.* & Anno Chriſti 766.

A „ pariter conjungere debuiſſent, ſicut & fa-
„ ctum eſt. Et ipſe per ſuum judicium con-
„ firmaverat manum illam, quam Alachis
„ conſignaverat, qualiter inter ipſum, &
„ Monaſterium convenerat. Sed nec ſic po-
„ tuit Monaſterium in omnibus ſuam inve-
„ nire juſtitiam. Iterum commota cauſa cum
„ Radoaldo Gaſtaldeo per plures vices in
„ præſentiam Domni Arichis intentionando
„ pro cauſis de filiis, & noras ſuas, ſeu ger-
„ mana eorum Eufimia ancilla Dei, quoniam
„ Alachis de prænominata ſubſtantia vix tam-
„ dem per ipſius judicium ad noſtram præva-
„ luimus pervenire juſtitiam. His expletis,
„ & omiſſas omnes retroactas cauſationes,
B „ inter Johannem Abbatem, & Rodoaldum
„ Caſtaldeum, qui procurabat cauſas de filiis,
„ & noras ſuas, vel de Eufimia præfata ger-
„ mana eorum, vel quid Monaſterii Sancti
„ Vincentii, & ejus Congregatio. Ideoque
„ convênit, ut pars Monaſterii haberet Ca-
„ ſtanietum illum in Patenaria per deſignata
„ loca, ideſt fine via publica, uſque in Ca-
„ ſtanietum Princoaldi per Carrariola uſque
„ in rivo ad Caprufici ſignatum, & deinde
„ erga ipſum rivum uſque in finem de ſervi
„ Ultiani Caſtaldei, & deinde per ipſos fines
„ ſervi Ultiani uſque in ſepe Fuſculi ſervi
„ Thederacini, qualiter reconjunget in finem
„ Monaſterii in integrum; ſimul & in eodem
C „ loco Condomas duas, una quæ regitur per
„ Criſpulo, Murriculo, & Mauriſto germa-
„ nis, cum uxore, filiis, & filiabus, & om-
„ nia eorum pertinentia, & Rocculo cum
„ duos filios ſuos, ideſt Coppulo, & Ciſſulo,
„ & noras ipſius, cum omnia, quantum ad
„ manus ſuas habere viſi ſunt in ipſum locum
„ Patenaria. Similiter & ad Montecullo pro-
„ pe Civitatem Beneventanam erga Monaſte-
„ rium Sancti Petri, qui fuit quondam At-
„ tuni, in integrum vineas, petias duas, &
„ campora duo, unde nobis nihil reſervavi-
„ mus. Unde convenit, ut haberet pars Ra-
„ dulhini, & Ermeperti, cum conjuge ſua,
„ vel Eufimia germana eorum. In primis Con-
D „ doma in Miſſano, ideſt Lagaro, & Alari,
„ ſeu Manulfus cum uxore, filiis, & filiabus,
„ & omnia eorum pertinentia. Condoma in
„ Caſale Criſſano Maroaldus cum uxore,
„ filiis, & filiabus, & omnia eorum perti-
„ nentia. Et Condoma in Caſale Vecticano,
„ Subiolu, Traſoaldus, Guettulus cum uxo-
„ ribus, filiis, & filiabus, & omnia eorum
„ pertinentia, qualiter hæc omnia ſuperiùs
„ ſcripta à Godeſchalco Duce in Monaſterio
„ offertum fuerat. Reliquas verò res quon-
„ dam Rodeſchalci Presbyter ejus offerſio con-
„ tinet, habeat pars Monaſterii Sancti Vin-
„ centii abſque ulla contradictione iſtorum,
„ vel heredes ipſorum. Et ſi qua pars parti
„ contra hæc omnia ſcripta ire quandoque
E „ tentaverit, vel removere præſumpſerit,
„ componat pars parti fidem ſervanti pœnæ
„ nomine auri ſolidos mille, & præſens Char-
„ tula convenientiæ in ſua maneat firmitate.
„ Et hoc ſtetit inter eos, ut unus alteri ab
„ omni homine defenſare deberet; & ſi de-
„ fendere minimè valeret, & probata fuerit
„ cauſa, in duplum unus alteri reſtituetur,

„ in

Digitized by Google

„ in quantum defenſare minimè potuerit. Si-
„ militer & ſint amodo caſſatæ, vel corru-
„ ptæ, nullum habentes in ſe roborem, ne-
„ que manus conſcriptas, nec per judicata,
„ vel præcepta, quæ Aiſtulfus Rex emiſit de
„ ſupraſcripta convenientia; ſed tamen iſtæ
„ amodo conſcriptæ, ſtabiles & inviolatæ
„ ſuum debeant conſervare roborem. Quas
„ enim duas Chartulas convenientiæ uno te-
„ nore conſcribere ſibi ad invicem tradide-
„ runt, & me Aldefrid Notarium ſcribere
„ rogaverunt. Actum Benevento, Menſe, &
„ Indictione ſupraſcripta feliciter.

Venerabilis verò Abbas Johannes, comple-
tis in ſacro regimine annis ſeptem, menſibus
quatuor, obiit quinto Idus Octobris, Anno Do-
minicæ Incarnationis DCCCLXIII. Ind. XII.

ARTEFUSUS Abbas S. Vincentii. Iſte
Præceptum accepit à Domno Hludovico Im-
peratore de hereditate Monaſterii per circui-
tum, hujuſmodi.

Ludovicus II. Imperator Artefuſo Vulturnenſi Abbati, jura, privilegia, ac terram omnem ad ejuſdem Monaſterium ſpectantia deſignatis finibus confirmat. Anno DCCCLXVI.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris
„ noſtri Jeſu Chriſti Hludovicus Divina
„ ordinante clementia Imperator Auguſtus.
„ Cùm petitionibus Sacerdotum, ac ſervorum
„ Dei, quas noſtris auribus inſinuaverint, li-
„ benter obaudimus, & eas cum Dei auxi-
„ lio ad effectum perducimus, non ſolùm
„ Regiam conſuetudinem exercemus, ſed
„ etiam hoc nobis tam ad præſentis vitæ
„ proſperitatem, quàm ad futuræ vitæ bea-
„ titudinem adipiſcendam non minimum
„ emolumenti conferre confidimus. Idcirco
„ notum ſit omnibus Epiſcopis, Abbatibus,
„ Ducibus, Comitibus, Gaſtaldeis, Actiona-
„ riis, Vicariis, Centenariis, cæteriſque Fi-
„ delibus omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ, &
„ noſtris, præſentibus ſcilicet, & futuris,
„ quia vir venerabilis Artefuſus Abbas Mona-
„ ſterii Beati Martyris Chriſti Vincentii,
„ quod ſitum eſt in Territorio Beneventano
„ ſuper fluvium Vulturnum, noſtram adiens
„ Serenitatem, obtulit obtutibus noſtris Præ-
„ ceptum Ducum, & Principum, atque of-
„ fertiones, aliaſque ſcriptiones, in quibus
„ tam illi, quàm quorumlibet Deo devoto-
„ rum hominum conceſſiones, quas illi pro
„ amore vitæ futuræ, atque remiſſione pecca-
„ torum partibus prædicti Monaſterii de ſuis
„ rebus ſpontanea voluntate contulerunt:
„ ſuggerens, ac petens, ut eadem Præcepta,
„ offertiones, vel cæteras ſcriptiones noſtræ
„ conceſſionis, & confirmationis præceptione
„ confirmaremus. Cujus petitioni propter
„ amorem Domini noſtri Jeſu Chriſti, &
„ propter reverentiam Chriſti memorati
„ Martyris S. Vincentii, cujus honori, atque
„ nomini prædictum Monaſterium dicatum
„ eſſe cognoſcitur, adſenſum præbentes, juxta
„ quod rogaverat, prædicta Præcepta, ſcrip-
„ tiones, offertioneſque noſtra auctoritate
„ concedimus, & confirmamus. Decernentes
„ videlicet per hos fines, incipiente primitus
„ à fluvio, qui dicitur Sangro, deinde per
„ montes publicos uſque montem, qui dici-
„ tur Acte, & ſic revolvente monte eodem
„ uſque in fluvio, qui dicitur Melſa, &
„ quemadmodum decurrit ipſa Melſa uſque
„ ubi conjungit ſe cum parvo fluvio, qui di-
„ citur Mellarinus, & ab hinc in vertice
„ montis, uſque in Montem-Arcanum, & in
„ Montem-Martæ, montemque Caſale, eoſque
„ videlicet montes extrinſecus circumdantes
„ in ortum uſque riaginis, quæ nominatur
„ Ravennola, & à capite ejuſdem riaginis
„ venientes juxta montes publicos in montem
„ uſque Benafrum, qui eſt ſuper urbem. Eo-
„ dem verò revolvente monte, uſque in ci-
„ lium montis, qui eſt ſuper terram, quæ
„ vocatur Arcora, quæ eſt Eccleſiæ hæredi-
„ tas Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ Oli-
„ vetum vocatur, ſubjecta præfati Monaſterii,
„ & Eccleſia nihilominus Sanctæ Chriſtianæ
„ cum inclytis territoriis ſuis, & cum reliquis
„ finibus, ipſa hæreditas circumdata fluvio
„ uſque Vulturno. Nam iterum ex alia par-
„ te iterum inchoante prima fine cum jam-
„ dicto fluvio Sangro, ipſoque relinquente,
„ quomodo decurrit à paracolle, & pergen-
„ tes in rivulo, qui dicitur Foruli, eodem-
„ que decurrente rivo, uſque in fluvio Van-
„ tra, & quemadmodum ipſum decurrit flu-
„ men juxta trans ejuſdem Monaſterii uſque
„ in præfatis finibus, & terris Eccleſiæ Sanctæ
„ Mariæ, per hos quoque fines unà cum ſer-
„ vis, & ancillis, & ceſpitibus ſuis, necnon
„ & cum caſtris, montibus, collibus, valli-
„ bus, teronibus, Eccleſiis, aquis, paſcuis,
„ & omnia infra ipſis finibus manentia, hac
„ noſtra præſenti auctoritate in præfato Cœ-
„ nobio ita concedantur, & confirmentur, ut
„ abhinc in futurum ſtabilia, & firma perſe-
„ verent. Ita videlicet, ut quidquid de ipſis,
„ vel in ipſis Rectores, & Miniſtri ipſius
„ memorati venerabilis Monaſterii diſponere,
„ atque ordinare, vel pro utilitate ejuſdem
„ loci facere voluerint, abſque ullius quoli-
„ bet honore, vel dignitate prædicti injuſta
„ contradictione ordinent, atque diſponant,
„ & faciant quidquid ſupradicti Cœnobii uti-
„ litati congruere, & convenire proſpexe-
„ rint. Et nulli ſit deinceps licentia, infra
„ prædictos fines aliquam contrarietatem, ſeu
„ moleſtiam partibus inferre prædicti Cœno-
„ bii per inclytos ſupradictos fines, neque
„ per poſſeſſiones parentum, ſeu per aliam
„ quamlibet rationem, excepto per veriſſimas
„ chartulas, cum quibus ſe cauſatores legali-
„ ter defendere queant, juſtaſque conſignatio-
„ nes utiliter conſignata. Quòd ſi quislibet
„ contra hanc noſtram conceſſionem, vel
„ confirmationem inſurgere, vel moleſtias
„ inferre tentaverit, ſciat ſe compoſiturum
„ auri libras trecentas, medietatem ſacro
„ noſtro Palatio, & medietatem eidem vene-
„ rabili Monaſterio. Et ut hæc noſtræ auctо-
„ ritatis Largitio firmiorem obtineat vigo-
„ rem, & per curricula annorum inviolabi-
„ lem, atque incommutabilem obtineat fir-
„ mitatem, & à Fidelibus Sanctæ Dei Eccle-
„ ſiæ, & noſtris, præſentibus ſcilicet, & fu-
„ turis credatur, & diligentiùs conſerve-
„ tur, manu propria ſubterſcripſimus, &
„ annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus.
„ Signum Hludovici ſereniſſimi Imperatoris.
„ Data III. Idus Junii, Anno, Chriſto propi-
„ tio, XVII. Imperii Domini Hludovici
„ piiſſimi Auguſti, Indict. XIV., & poſt-
„ quam cepit Capuam Anno primo. Actum
„ Capua Civitate in Dei nomine feliciter.

Com-

Digitized by Google

Completis Venerabilis Abbas Artefiſus in ſacro regimine annis novem, obiit XVIII. Kalend. Magii, Anno Dominicæ Incarnationis octincenteſimo ſeptuageſimo (1) ſecundo, Ind. ſexta. Apud Caſinum verò Baſſacio XVIII. annis peractis, Bertharius ſuccedit.

MAJO Abbas Sancti Vincentii ſedit annis octo. Iſtius tempore dum Hludovicus filius Hlotarii totius Romani Imperii piè ſolicitudinem agens, ac maximè pro Eccleſiarum defenſione Valeriæ Provinciam circuiret, contigit, virum venerabilem Majonem Abbatem illi occurrere, & ab eo ſuppliciter pro cauſa ſui Monaſterii juſtitiam quærere, à quo honorificè ſuſceptus, quæ propoſuerat impetravit. Et quoniam ex Villa Tritenſi, & Monaſterio Beati Petri maxima multitudo ſervorum ſubdolè ſe à ſervitio, & ſolutione vectigalium ſubtraxerant, datis à latere ſuo, Auguſtus idem, Judicibus, præcepit, uti prædictus Abbas in omnibus juſtitiam conſequeretur. Quæ ab eis inventa, & recto judicio Monaſterio ſunt reſtituta, ut in ſuis ſcriptis reliquerunt.

Placitum in Valvenſi agro habitum juſſu Ludovici II. Auguſti, in quo Vulturnenſis Abbas Majo multos ſervos ad ſui Cœnobii jus reſtituendos curat. Anno DCCCLXXII.

„ DUm in Chriſti omnipotentis nomine veniſſet Domnus Hludovicus Sereniſſimus Auguſtus in Caſtaldatum Balvenſem, „ loco, qui vocatur Valle-Tritana in cella „ de Monaſterio Sancti Vincentii ſita in ipſo „ loco Tritæ, tunc veniens Majo venerabilis „ Abbas ejuſdem Monaſterii, ejus miſericordiam reclamans, quòd de ipſa cella Tritæ, „ vel de aliis locis, per pravos, & iniquos „ homines ſubdolè, & ingenioſè ſervos, & „ ancillas, vel obligatos, vel alias res ſubtractas eſſe de ipſo Monaſterio, & minimè „ exinde juſtitiam uſque hactenus invenire „ potuiſſet. Ille verò miſericordia motus, „ Adraldo Vicecomiti Palatii juſſit, ut reſideret in judicio cum Agelmundo, & Petro „ Scabinis Palatii, & ipſius Abbatis poſtulationem pleniter adimplerent. Et tunc nos „ Adraldus cum ipſo Judice Palatino, & cum „ Sanſone Caſtaldeo ipſius Civi Balvenſe, reſediſſemus nos ibidem in Tritæ ad Eccleſiam Sancti Juvenalis in Plaito, & ipſe prænominatus Abbas ibidem nobiſcum in ipſo „ Plaito reſideret, & quotidie reclamaret, „ ut ſuam juſtitiam invenire potuiſſet: & dum „ nos per plures dies ibidem in Plaito reſediſſemus, ſed ipſos ſervos, qui ſubtracti „ erant, minimè habere potuiſſemus, dum „ nos Adraldus ipſos ſervos nec per deſtrictum, nec per demandatum ad noſtrum „ Plaitum habere potuiſſemus, ſic perrexi„ mus ad Domnum Imperatorem, & renunciavimus omnia hæc ſupradicta. Tunc ipſe „ Auguſtus ſtatim præcepit ipſi Adraldo, & „ Sanſoni Caſtaldeo, ut ſtatim pergerent ad „ ipſum Abbatem cum ſuis Monachis, & Teudelaſio Abocatore eorum reinveſtirent de „ omnia ſupradicta, quæ ſubtracta fuerant de „ ipſo Monaſterio, ad partem præfati Monaſterii. Et ſanctum Præceptum Auguſti ita „ factum eſt. Tunc ab ipſo Auguſto Sanſon „ ſuperſcripto Caſtaldeo, ut in Vicecomiti „ ſui Palatii pergeret cum ipſo Venerabili „ Abbate ad ejus juſtitiam pleniter adimplendam ad partem ipſius Monaſterii, ut „ omnes ipſi ſervi, qui ſubtracti erant de Villa Orſene, & Cerquetum cùm ejus vocabulis, & de Martinis, & de Tribilio, „ Larenſci, Martianiſci, Preſcianu, Obino, „ Furmecuſi, vel de aliis locis in ipſa Valle„ Tritana, qui ad ejus placitum venire noluiſſent, poteſtativè eos apprehenderet, & „ in ipſo ſervitio eos replicaret cum famulis, „ & filiis, rebus, & mobilibus abſque cujuslibet contradictione ad partem præfati Mo„ naſterii. Et ipſi homines, qui ad ejus pla„ citum veniſſent, & legibus ſervi de ipſo „ Monaſterio eſſe deberent, vel in ipſius præ„ ſentia, ſic eos replicaret in ſervitio de ipſo „ Monaſterio, ſicut & in præſentia Ducum, „ vel Comitum Palatii mei, ſic per ſuam au„ ctoritatem in ipſo Monaſterio confirmare „ dignatus. Et dum nos Sanſon Caſtaldeus, „ & Miſſus Domini Imperatoris in Chriſti no„ mine in Plaito reſediſſemus in ipſa Valle„ Tritana, in Villa Cerquetum, ut juſſio„ nem Domini Imperatoris adimpleremus, „ ubi nobiſcum erant in ipſo Plaito Adel„ mundus filius quondam Affradeli olim Ca„ ſtaldei, Gualbertus Notarius, & ſcribanus, „ Joannes filius Aſoaldi, Adelmundus Scul„ dais, vel reliqui plures. Ibique venientes „ in noſtri ſupradicti præſentia Majo venera„ bilis Abbas unà cum Theodolaſio Abocato„ re ſuo, & querelas nobis reddentes ſuper „ Azefredum filium quondam Anzumi, cum „ fratribus ſuis Anzum, & Verteramum, & „ ſuper idem, & Caſium filium quondam Urſi, „ & Daco filio quondam Anteciſi, Specioſo „ filio Specioſi, Gundepertus filius quondam „ Bonuli, Mainulo filius quondam Mainulfi, „ Gunipertus filius quondam Antiperti, Rai„ nulo, Redonatus, Faroaldus filius quondam „ Scattuli, Urſus filius quondam Rimeperti, „ Ado, & Lucefredo filii quondam Alunii, „ Leo filius quondam Aldeperti, Magno filius „ quondam Aldeperti &c. Iſti omnes præno„ minati, qui hìc præſentes ſtare videntur, „ patres eorum, & matres eorum ſervi, & „ ancillæ fuerunt de præfato Monaſterio, de „ ejus cella Trite, modò ſe ſubſtraxerunt de „ ipſo ſervitio, pro qua cauſa neſcimus. At „ contra reſponderunt prænominati ſupraſcripti homines, & dixerunt: Nec faciat Deus, „ nec eſt veritas, quòd patres noſtri, nec matres noſtræ ſervi, & ancillæ fuiſſent de præ„ fato Monaſterio. Tantùm judicate, quòd „ non eſt. Audientes nos qui ſupradicti Judices, uno tenore eis reſpondentes, ſic inter„ rogavimus eos: ſi per teſtes probare po„ tuiſſent, ſicut dixerant. Illi uno tenore una„ nimiter dixerunt: Quia per teſtes ſic pro„ bare poſſumus noſtram libertatem, & ta„ lem, quod jam dare fecimus; & ipſe Theo„ delaſius dedit guadiam de parata, & fide„ juſſorem inter ſe poſuerunt de utraque par„ te. Sed dum de ambarum partium reveniſ„ ſet in alio placito in villa offerre in præ„ ſentia Sanſonis, Caſtaldei, & miſſorum „ Domini Imperatoris, ubi & cum eo aderant „ in ipſo placito Adelpertus, & Joannes, & „ Gualpertus, Scabini, Adelmano filius quon„ dam Affredi, Odelric filius quondam Albu„ rii, Joannes filius quondam Proaldi, Adel„ mun-

(1) Cum Aprili hujus Anni Chronographus noſter conjungit *Indictionem VI.* At eo Menſe decurrebat *Indictio V.* Quare aut Annus, aut Indictio mutanda.

Digitized by Google

„ mundo Sculdahis, vel reliqui plures. Sic
„ ante nos Judices queſtus eſt Majo venerabi-
„ lis Abbas unà cum Theodelaſio Abocatore
„ ſuo, & dixerunt: Ecce nos parati ſumus ad
„ ipſa teſtimonia recipienda de ipſis prænо-
„ minatis, & ſupradictis hominibus, ſicut
„ guadia dederunt nobis, qui ſui præſentes
„ ſtare videntur. Illi prænominati homines
„ unanimiter uno tenore dixerunt: Verè de
„ noſtra libertate minimè probare poſſumus,
„ quia patres noſtri, & matres noſtræ ſervi,
„ & ancillæ fuerunt de præfato Monaſterio de
„ Cella ejus Trite, & nos cum lege ſervi eſſe
„ debemus de ipſo Monaſterio. Tantùm ju-
„ dicate, quod vobis placet. Audientes nos
„ ſupradictus Caſtaldeus, & Miſſus Domini B
„ Auguſti talem profeſſionem eos facientes,
„ rectum nobis apparuit, velut ita, & judi-
„ cavimus ſecundùm juſſionem Domini Augu-
„ ſti, & ejus auctoritatem, quæ coram nobis
„ relata eſt: ut ipſos ſupradictos ſervos re-
„ colligeret ipſe Abbas venerabilis cum
„ Theodelaſio Abocatore ſuo, cum ſuis Mo-
„ nachis in eorum ſervitio ad partem prædi-
„ cti Monaſterii. Quod ita factum eſt. Unde
„ hæc acta eſt cauſa, vel deliberata, præſen-
„ tis notitiæ judicatum, nos qui ſupra Caſtal-
„ deus cum ſubſcripto Judice Walper Nota-
„ rium ſcribere juſſimus, atque condictavi-
„ mus. Quàm & ego Walper ibi fui, & hunc
„ notitiæ judicatum ſcripſi in Anno Imperii C
„ Domini Hludovici Imperatoris XXIII., &
„ die Menſe Januario prima, Indictione quin-
„ ta. Actum feliciter in Balba. Teſtes ſu-
„ pradicti Samſon Caſtaldeus, & Miſſus Domni
„ Imperatoris ibi fui. Adelpertus ibi fui.
„ Johannes ibi fui. Adelmundus Sculdais ibi
„ fui, & ſignum crucis feci †. Adelmundus ibi
„ fui. Madelpertus Presbiter ibi fui. Ingel-
„ radus ibi fui. Gaideriſi Diaconus ibi fui.
„ Johannes ibi fui.

Catalogus Servorum ad Monaſterium Vulturnenſe Sancti Vincentii ſpectantium in variis locis. Anno DCCCLXXII.

„ BReve de Servis noſtris, quos recollegi-
„ mus in Valle Tritana. In primis de
„ Cerqueto, Villa de Scariato, Warnoni.
„ Ipſe Warno cum Gaiſti filio ſuo iſtam he-
„ reditatem tenent filii Gualteri, Optannus
„ filius Probati cum filiis ſuis, Fliano, Ur-
„ ſipertus cum filio ſuo Petro, Godefrid filius
„ Bonefrid cum filio ſuo Aldone. Udepertus,
„ & Juſtinus, & Johannes filii Hilduli. Iſti
„ debent ſingulas angarias facere. Iſtas here-
„ ditates Juſtini tenent filii Gualteri, Urſus
„ filius Raduli, Bonoſus cum filiis ſuis Hil-
„ decari, Sinno, & Hilderico, Samoaldo,
„ Petrus, & Liudulfus, filius Liudeperti.
„ Petrus cum nepote ſuo Petro, Paulus cum
„ filiis ſuis, Adelperto, Johanne, & Petro,
„ Romoaldus, & Majo, & Arnoaldus, &
„ Rodemundus filii Juliani: iſti debent ſin-
„ gulas angarias facere. Urſus, Urſepertus,
„ filii Pertuli, & Unipergæ: iſti debent ſin-
„ gulas angarias facere. Hildericus, Teude-
„ ricus, & Urſilius filii Giſæ: & iſti ſimili-
„ ter Juſtinus filius Warini, & Urſæ cum
„ filiis ſuis Prandone, & Agelperto. Taſo
„ filius Teudepergæ cum filio ſuo Petro,
„ Aſtepertus cum filio ſuo Urſello, Aldoni
„ filius Mangoli cum filiis ſuis Panni, &

„ Mangone, Aſterado filius Aſtulfi, Adelper-
„ tus filius Lordemanni, Angelpertus filius
„ Janneperti, Donoaldus germanus ejus, Janni
„ cum filiis ſuis, Gundepertus filius Petrona-
„ ci cum filiis ſuis Johannes, & Petronaci,
„ Imo filius Gennaci cum filiis ſuis Johanne,
„ & Gennaci omnes inſimul LXIV.
„ Item Decania Teodoaldi de ipſa Villate
„ Cerqueto. In primis ipſe Teodoaldus cum
„ filiis ſuis Prando, Johanne, & Winulo,
„ Alboini cum Arnoaldo nepote ſuo, Idel-
„ chis filius Gronoaldi, Majoranus cum filiis
„ ſuis Ildulo, Cundulo, Bonello. Iſtam he-
„ reditatem tenet Hildeprandus Urſus cum
„ filio ſuo Johanne, Uſepertus cum filio ſuo
„ Petro, Stephanus filius Palumbi, & Senual-
„ dus germanus eorum cum filiis ſuis. Et iſta
„ Hildeprandus tenet, Hormeſindus, Cupari,
„ Probato cum filiis ſuis Albo, & Solazzo,
„ & aliis. Petrus filius Sindoni cum filiis
„ ſuis Johanne, & Regeperto, Juſtus cum
„ filiis ſuis Juſtino, & Lupo. Johannes, &
„ Teudemandus, & Fraupertus, filii Pare-
„ fuſi, Datepertus filius Bonioni cum filiis
„ ſuis Caſſiperto, & Madelperto. Taſo filius
„ Teudoaldi cum filio ſuo Teudeperto, &
„ cum nepotibus ſuis Angelperto, & Teudi-
„ ſio. Fuſcani cum filiis ſuis Leone, & aliis.
„ Radulfus cum filiis ſuis Palumbo, & Teu-
„ deriſi. Benedictus cum filiis ſuis Gunde-
„ perto, Urſo, & Benedicto. Lupus, Burra,
„ Sano filii Tanzuli. Leo, Adelpertus, &
„ Aruini filii Aroni cum filiis ſuis Urſemari,
„ Joannes. Filii Urſi cum filiis ſuis. Gun-
„ dulus cum Petro nepote ſuo. Santari cum
„ filiis ſuis Ildulo, & Aſtulfo. Leo filius Bo-
„ nuli. Magilfrid cum filio ſuo Urſo. Lu-
„ pardus cum filiis ſuis. Odoaldus filius Au-
„ duini cum filiis ſuis. Anderiſus filius Au-
„ doni. Audepertus, Juſtinus, Ildulus filii
„ Pagzuli. Alefrid, Rattuſu filii Longiſti.
„ Ermeſindus filius Sindari cum filiis ſuis.
„ Iſtam hereditatem tenet Brittulu. Leo
„ Warnulfus, Petrus filii Benedicti, Urſus
„ filius Lupoaldi, Barbatus, & Teodefrid
„ filii Arnoaldi, Urſo, & Chiro filii Berdo-
„ li, Johannes, Solomo, Petrus, & Johannes
„ filii Barbazani, Bertulus, Audepertus cum
„ filiis ſuis. Iſta Farocco tenet: Aceprandus,
„ & Idelprandus filii Idduli, Theodoaldus,
„ & Angeloſus filii Pranduli cum filiis ſuis,
„ Guido, Petrus, Gennati, Palumbo, Majo:
„ omnes inſimul CXXIV.
„ Item de alia Decania, de Cerqueto An-
„ ſefrid. In primis ipſe Anſefrid cum filiæ
„ ſuæ, Johannes cum filio ſuo Aruſo, Teuto
„ cum filiis ſuis Handone, & Anſeperto,
„ Spezuſus filius Spezuſi cum filiis ſuis, Gun-
„ dipertus cum filiis Gundefrid, & Scaptul-
„ fo. Erſemari cum filio ſuo Lupo, quem
„ vendidit Mando, Wampertus filius Anſe-
„ perti, Ramulus, Redonatus, Faroaldus
„ cum filio ſuo. Urſus, & Wanepertus filii
„ Rimeperti. Alo, & Lucefrid filii Aluncli.
„ Leo cum nepote ſuo Mangone. Anepertus,
„ & Teudepertus, & Walture. Amandus
„ cum filio ſuo Garfulo. Johannes filius Ca-
„ ſtuli cum filiis ſuis. Vertelandus, & An-
„ zone cum filiis ſuis: omnes inſimul XL.
„ Item de alia Decania de Cerqueto de
„ Scariatu Gaudioſi. In primis ipſe Gaudio-
„ ſus cum filiis ſuis Teudenſi, Urſipertus, &
„ Leo. Adepertus cum filiis ſuis Adoaldo,
„ Angelperto, & aliis. Varnepertus cum

Digitized by Google

„ filio ſuo Petro. Liuprandus filius Gaviuli
„ cum filia ſua, & cum nepotibus ſuis, Adel-
„ pertus, Urſus, Bettulu, & Boniuſi. Ur-
„ ſepertus cum filio ſuo Urſo. Lupus filius
„ Waldoli cum filiis ſuis. Viſepertus cum
„ filio ſuo Urſemari. Arnoaldus cum filiis
„ ſuis. Lairanus filius Zoſæ cum filiæ ſuæ.
„ Iſta tenet ipſe Comes Gondelaupus filius
„ Zoſæ cum filio ſuo. Johannes filius Urſi;
„ Tampulus, & Martinulus cum filiis ſuis.
„ Et iſta ipſe Comes tenet: Gaudioſus cum
„ filiis ſuis. Traſo cum filiis ſuis. Lupus
„ cum filiis ſuis Adelperto, Teudeperto, &
„ aliis. Teoderiſi cum filiis ſuis Traſari, &
„ Teudeſulu. Bettulus filius Urſeperti. Et
„ iſta ipſe Comes tenet. Jupulus, & Amoal-
„ dus filii Audemundi. Erſemari cum filiis
„ ſuis. Petrus cum filio ſuo Cerquo, Majo,
„ cum filio ſuo Gaiperto. Gaiperto filius
„ Petri cum filiis ſuis Angelpertus, Urſeper-
„ tus, & alii. Vinulus, Surdus cum filiis
„ Traſari, Hildeperto, & alii. Deodatus
„ cum filia ſua. Liupertus: omnes inſimul
„ LXXX.

„ Item de Cerqueto de Villa, ubi Marti-
„ niſci dicitur de Scariatu Gradiciſi. In pri-
„ mis ipſe Gradiciſi cum filiis ſuis Angelper-
„ tus, Lampertus, & alii. Benedictus cum
„ filio ſuo, & filiæ ſuæ. Barontius cum filiis
„ ſuis. Sucfreda cum filiis ſuis. Leo cum
„ filiis ſuis. Liuprandus cum filiis ſuis. Hil-
„ depertus cum filiis ſuis Majo, & Majoranu.
„ Juſtinus cum filiis ſuis Gundipertus, Juſtufu,
„ Sintari. Colepertus cum filiis ſuis Urſoal-
„ dus, Pranduſu. Otteramulus, Godepertus,
„ & Urſulu, filii Cileradi. Johannes filius
„ Teudici cum filiis ſuis Petrus, Teuderiſi,
„ Balerinus. Jennaci cum Martinulo filio ſuo.
„ Jannoaldus cum filiis ſuis Teuprandus, Liu-
„ tualdus, Jannuculus. Audericulus, filius
„ Teudici cum filiis ſuis. Leo, & Urſu
„ filii Walperti cum filiis ſuis. Majulus, &
„ Palumbus cum filiis ſuis. Liupertus cum
„ filio ſuo Petro. Majolus nepos Panontii.
„ Majo filius Pandoſi. Magiperga mater ejus,
„ ſoror Cuneradi. Iſti ſunt de Tribilie, &
„ Cerqueto, & debent facere per annum ope-
„ ras duodecim per angarias. Warnepertus fili-
„ us Andreæ. Winefreda filia Liufredæ. Sintari
„ cum filiis ſuis Sindeperto, Audoaldo, Er-
„ meſindus, & Juſtus. Urnus cum filiis ſuis.
„ Urſepertus. Petrus filius Lupardi cum filiis
„ ſuis. Petronaci cum filiis ſuis. Audo filius
„ Palumbi cum filiis ſuis Audepertus, & Au-
„ deriſi. Urnus filius Teudeperti cum filiis
„ ſuis. Datepertus, filius Ameperti cum filiis
„ ſuis Otteramu, & alii Janni filius Antoaldi.

„ Item de Laurentiſu, de Scariato Teode-
„ riſſi. In primis ipſe Teoderiſſi cum filiis
„ ſuis. Rodoaldus, Rodenandus, Rodeper-
„ tus, Gaideriſi, Gauſepertus, Luindepertus
„ filii Rodepaldi. Maintaldus, Rogepertus
„ filius Warini. Audepertus filius Audulini.
„ Adoaldus, Gairaldus, Mauroaldus filius
„ Varoaldi. Petrus Andreas filius Urſeperti.
„ Johannes filius Urſemari. Datepertus filius
„ Octuli. Ildulus, Prandulus, Johannes, Sca-
„ nipertus filii Caruli. Cuneradus. Godepran-
„ dus filius Fulgoaldi. Gratianus filius Ful-
„ coli. Teudo filius Lupoli. Angeloſus filius
„ Gaudioſi. Tacipertus. Acipertus filius Lu-
„ poldi. Albini filius Auderiſſi. Godepran-
„ dus. Aleriſſi filius Gotefridæ. Urſus filius
„ Goderiſi. Gaipertus Jobinianus filius Cri-
„ ſopoli.

JUDICATUM DE SERVIS DE OFFENE.

Franſidus Caſtaldus in Curte Trita territorii Balvenſis, contendente Præpoſito Cellæ Tritæ, quoſdam homines eſſe ſervos Monaſterii Sancti Vincentii, & ipſis negantibus, teſtibus adductis, decernit litem pro Monaſterio S. Vincentii Anno DCCCLIV.

„ IN Chriſti omnipotentis nomine. Per de-
„ mandationem Domni Ludovici piiſſimi
„ Auguſti, Domni Imperatoris Lotharii filio,
„ nec non & Guidoni Ducis Senioris noſtri
„ in placito reſediſſemus nos Franſidus Caſtal-
„ deus in Tritas Curte, quæ fuit quondam
„ Audoëni Caſtaldi pro ipſis ſervis de Villa
„ Offene Valle Tritana territorio Balbenſe.
„ Quòd pars Sancti Vincentii de Cella Trita
„ quærebat recolligere pro ſervis, ubi nobiſ-
„ cum adeſſent Arnulfus Epiſcopus Sanctæ
„ Sedis Balvenſis, Giſo, Johannes Scabinus,
„ Alaiſi Scabinus, Fenoaldus, Romoaldus,
„ Cuneradus, Gaideriſi, Alefridus, & Johan-
„ nes germani fratres filii quondam Camponi,
„ Ansfridus filius Odorei Gaſtaldei, Auto, &
„ Adelmannus &c. Sic veniens in noſtra ſu-
„ pranominati Judicis præſentia Gunipertus
„ Præpoſitus de Cella Trite ex Monaſterio
„ Sancti Vincentii, unà cum Adelperto Cle-
„ rico Advocatore ſuo, reclamaverunt nobis
„ ſuper homines de Villa Offene, & Urſe-
„ perto filius quondam Urſemari, & ſuper
„ nepotes ejus, ideſt Johannes, Johannacii,
„ Ardune, & Guarnepertus germani fratres
„ filii Guarneperti, & ſuper Andream filium
„ quondam Urſiniani, & Spetioſi filium quon-
„ dam Lupardi, & ſuper Arduino, & Johanne
„ filii quondam Atriami, & ſuper Teutpran-
„ do filii quondam Onzoli, dicendo, eo quòd
„ homines fuerunt ſemper ſervi Sancti Vin-
„ centii: nunc autem ſe ſubtrahunt de ipſo
„ ſervitio, pro qua cauſam neſcimus. At con-
„ tra reſpondebant prænominati homines:
„ non eſt veritas, quòd nos, aut parentes no-
„ ſtri ſervi fuiſſemus Sancti Vincentii, ſicut
„ iſte Gunipertus Præpoſitus, & Adelpertus
„ quærunt, pro quia nos & parentes noſtri
„ ſemper liberi fuimus; nam nos per defen-
„ ſionis cauſam fuimus liberi homines com-
„ mendati in ipſo Monaſterio, non pro ſervi.
„ Dum illi taliter dicerent, reſpondit ipſe
„ Gunipertus Præpoſitus cum Adelperto Ad-
„ vocatore ſuo: certò nos habemus Præce-
„ ptum Ludovici prioris Avio Domni Ludo-
„ vici piiſſimi Auguſti, nec non & aliud Præ-
„ ceptum, quod iſte Ludovicus Domni Impe-
„ ratoris Lotharii filius iterum reconfirmavit
„ ipſum Præceptum, quod Avius ſuus fecerat
„ in ipſo Monaſterio, ut unde pars prædicti
„ Monaſterii teſtes minimè habere poſſet,
„ exinde inquiſitio fieri deberet ſicut & de
„ Regia parte. Propterea, ſi vobis placet,
„ inquiſitionem exinde faciatis, ſicut Domnus
„ Imperator præcepit, & auctoritatem tri-
„ buit, ſi iſti homines liberi fuerunt in ipſo
„ Monaſterio, an pro ſervitio. Tunc nos
„ Franſidus Caſtaldeus cum ſupraſcripti Judi-
„ ces taliter eos altercationem habere viden-
„ tes, quòd ipſi homines de Villa Offene di-
„ cebant, ut liberi homines fuiſſent, & in-
„ troiſſent in ipſo Monaſterio tantùm pro de-
„ fen-

Digitized by Google

„ fenſione, non pro ſervi: ſic fecimus venire
„ bonos & veraces homines, qui de ipſa cau-
„ ſa benè ſciebant de Valle Tritana, & de
„ Carapellas, tam de viciniores, quàm & alias
„ ſingulas Villas, qui eos agnoverant. Et fe-
„ cimus eos jurare per ſancta Dei Evangelia,
„ ut quicquid de hominibus ipſis ſcirent de
„ Offene, de illorum libertate, aut de ſervi-
„ tio, certam nobis dicerent veritatem. Ideo
„ in primis Adelbertus Spoletinus, Lupo No-
„ tarius, Fulcoaltus Notarius, Teoprandus,
„ & Leo Centinus, Lupo, & Leo de Cara-
„ pelle, Scaupertus Centino de Carapelle,
„ Leo de Raſci, Aidolfus Clericus, & Lupo,
„ Adepertus de Caputaquæ, Rachepertus Cen-
„ tinus, Fatari Centinus, Baroncellus de Vil-
„ lamagna, Teupertus de Carapelle, Gaitari
„ Centinus de Regis Aula, Majoranus, & Gri-
„ fulus. Et poſt ſacramentum deductum ſic
„ eos per ſingulos unuſquiſque diligenter in-
„ quiſivimus. Illi nobis uno tenore dixerunt:
„ Scimus nos à tempore, quo memorare poſ-
„ ſumus, quomodo iſte Urſepertus in primis
„ fuit Scario per ſervo ſuper alios ſervos
„ Sancti Vincentii de Offene, ſimul & omnes
„ parentes ſuos in ipſa angaria minabantur
„ per ſervos, & illos Præpoſitos, qui in ipſa
„ Cella fuerunt ſemper eos pro ſervos vidi-
„ mus diſtringere uſque nunc. Et ſi aliquam
„ culpam committebant ipſi ſupraſcripti, vel
„ parentes eorum, in vinculis eos mittebant,
„ & diſtringebant pro ſervos, & de illorum
„ libertate nulla vidimus uſque modò. Inſu-
„ per & interrogavimus Ansfridum, qui olim
„ Caſtaldeus fuit, & Giſo Scabinum, & Alaiſi
„ Scabinum in ipſo ſacramento vel fidelitate,
„ quam Domno Imperatori promiſſam ha-
„ buerunt, ut quidquid de ipſis ſupraſcriptis
„ ſervis, vel de parentibus eorum ſcirent,
„ coram nobis dicerent veritatem. Illi nobis
„ dixerunt uno tenore: per illum ſacramen-
„ tum vel fidelitatem, quam Domno Impera-
„ tori promiſſam habemus, quòd à tempore
„ quo memorare poſſumus, iſte Urſepertus,
„ Johannes, Johannaci &c. ſemper iſtos &
„ parentes eorum ſervos Sancti Vincentii vi-
„ dimus eſſe; & omnia ſic vera ſunt, ſicut
„ ſuperiùs nominati juraverunt. Et dum nos
„ Franſidus Caſtaldeus cum ſupraſcriptos Ju-
„ dices taliter omnia invenimus, & cognovi-
„ mus per ipſa præcepta, & per ipſas inqui-
„ ſitiones, ſic reſuſpendimus cauſam ipſam,
„ uſque dum Guidoni Duci Senior noſter ite-
„ rum præcepit, ut ſicut per demandationem
„ & auctoritatẽ Domni Ludovici Imperato-
„ ris, ita & per demandationem & juſſionem
„ ſuam ego Franſidus Caſtaldeus juxta inqui-
„ ſitionem, quæ ante nos facta eſt, cauſam
„ ipſam finirem inter ipſos Monachos, &
„ ipſos homines de Villa Offene, & recolli-
„ gerent ipſi Monachi ipſos homines ſuperiùs
„ nominatos, & parentes eorum in ſuo ſervi-
„ tio, pro ſervos. Quod & factum eſt. Unde
„ qualiter acta eſt cauſa vel deliberata, pro
„ ſecuritate prædicti Monaſterii præſentem
„ notitiæ Judicatum nos Franſidus Caſtaldeus
„ cum ſupraſcriptos Judices Fraupertum No-
„ tarium ſcribere juſſimus. Et factum eſt An-
„ no Imperii Domnorum noſtrorum Imperato-
„ torum Lotharii, & Ludovici filii ejus piiſ-
„ ſimi Auguſti Triceſimo ſecundo, & Quin-
„ to, Menſe Februarii, per Indictione ſecun-
„ da. Teſtes.
„ Franſidus Caſtaldeus ibi fui.
„ Giſo ibi fui.
„ Senoaldus ibi fui.
„ Alagiſi ibi fui.
„ Adalpertus ibi fui.
„ Johannes ibi fui, &c.

Hoc tempore quidam vir illuſtris de Civitate Capua obtulit in venerabili Monaſterio Beati Vincentii inclitam Curtem ſuam in Fauciano juxta Marſicum montem per hujuſmodi ſcriptum.

DE SANCTA MARIA IN FAUCIANO.

Oblatio Curtis unius facta Vulturnenſi Cœnobio Sancti Vincentii à Galciſo Capuano. Anno DCCCLXXIV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Hludovico divina ordinante providen-
„ tia Imperatore Auguſto, Anno Imperii ejus
„ in Chriſti nomine vigeſimo quinto, Menſe
„ Auguſto, Indictione Septima. Ideoque ego
„ Galciſi Capuanus filius quondam Eponi,
„ motus Dei omnipotentis miſericordia, pro
„ ſalute animæ meæ, ut hìc, & in futuro de
„ peccatis meis requiem invenire poſſim, per
„ hanc meam Chartulam offero in Monaſterio
„ Beatiſſimi Sancti Vincentii, in quo Dom-
„ nus vir venerabilis Majo Abbas regimen
„ tenere dignoſcitur, hoc eſt integram ipſam
„ Curtem meam de loco Fauciano, finibus
„ Monte Marſico, propinquo Eccleſia Sanctæ
„ Mariæ. Ideſt integram Curtem ipſam cum
„ terris, & vineis, pratis, & paſcuis, ſilvis,
„ paludibus, & aquis, & cum omnibus ad
„ ipſam Curtem pertinentibus in integrum,
„ in ipſo ſancto Monaſterio offerui ad poſſi-
„ dendum, unde nec mihi Galciſi, nec meis
„ heredibus nec ulli hominum aliqua rema-
„ neat ratio, & nulla aliquo tempore de hac
„ mea offerſione inferatur moleſtia; ſed per-
„ petuis temporibus hæc mea offerſio in præ-
„ dicto Monaſterio firma & ſtabilis perma-
„ neat, & nullo tempore corrumpatur, aut
„ removeatur. Quam Chartulam offerſionis
„ ego Galciſi in jam dicto Monaſterio Sancti
„ Vincentii feci, & te Adelmari Notarium
„ ſcribere rogavi.

Præſidente itaque venerabili Abbate Majone in regimine loci hujus per annos octo, hoc Monaſterium pretioſi Martyris Vincentii à nefandiſſima gente Agarenorum comprehenſum, deprædatum, & incenſum fuit; & prædictus Pater cum nongentis Fratribus pariter decollati ſunt: Quod qualiter actum ſit, ſequenti hoc Tertio Libro pleniter deſcribemus. Nunc interim aliquantulum vires à labore ceſſando reparemus, & jam Secundus iſte Liber hìc faciat finem.

Explicit Liber Secundus.

Digitized by Google

INCIPIT LIBER TERTIUS CHRONICÆ HUJUS.

Prologus Domni Johannis Venerabilis Abbatis in Hiſtoriam decollatorum nongentorum Monachorum hujus Monaſterii.

UNiverſarum creaturarum diſtinctione inviſibilis Creator informi materiei formam præbens viſibilem, juſſit die tertio congregari aquas, quæ ſub cœlo erant, in locum unum, ut appareret arida, & vocavit aridam terram, congregationeſque aquarum appellavit maria. Juſſit quoque producere terram herbam virentem, & facientem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructum juxta genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Diximus in principio Primi Libri de diſtinctione operum, quæ formam materiæ dedit, quoniam aquæ nomine illa materies appellatur, unde erat Deus omnia formaturus. Super aquam ferebatur ſpiritus Dei, ſicut rebus fabricandis ſuperfertur voluntas artificis. Sicut Cœlum, & Terra, & Abyſſus cum tenebris nomina ſunt ejuſdem informis materiæ, quæ nulla ſpecie carnali poſſet arctari, & ſi eſſet homo, qui poſſet videre & tractare, ſi Cœli, & Terræ nomine ipſa materies informis dicta eſt, unde futurum erat Cœlum, & Terra. Aqua verò ideo dicta eſt ipſa materia, quia facilis, & ductilis ſubjacebat operanti, ut de illa omnia formarentur. Et dictum eſt, quòd in principio fecit Deus Cœlum, & Terram, non quia jam erat, ſed quia certiſſimè futurum erat. Futurum tempus pro præterito, ut illud fecit, quæ futura ſunt. Nunc verò cùm dicitur: *congregentur aquæ, quæ ſub Cœlo ſunt, in congregationem unam*, hoc dicitur, ut materia illa incorporalis formetur in eam ſpeciem, quam habent iſtæ aquæ viſibiles. Congregatio quippe aquarum, ipſa eſt formatio iſtarum, quas videmus, & tangimus. Et quod dicitur *appareat arida*, hoc eſt ut illa materies accipiat formam viſibilem, quam nunc habet iſta Terra, quam videmus & tangimus. Cùm enim terra ſuperiùs incompoſita diceretur, confuſio & obſcuritas materiæ nominabatur. Quòd autem juſſit Deus producere terram herbam virentem, & lignum fructiferũ facientem fructum ſecundùm ſuam ſimilitudinem, ſciendum, quoniam ante peccatum hominis terra fructifera ligna & herbas bonas genuit, poſt peccatũ verò ſpinas, & tribulos produxit. Sed tertio (quod ſummum, & magnificentiſſimum eſt) glorioſa, & adoranda Trinitas fulgida regnat in Majeſtate, ut illud numero impare Deus gaudet, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum Dominatrix, cui tremens aſſiſtit ter trinus Angelorum ordo. Jam verò poſt diluvium trium filiorum Noë progenie mundus reſtauratur, tribus Patriarchis Dei notitia revelabatur, ex quorum ſtirpe Chriſtus incarnatur, qui natus in carne, in Chana Galilæa die tertia ad nuptias invitatur, & Cruce paſſus pro ſalute mundi tertia die reſurrexiſſe prædicatur: qua die ad judicium venturus expectatur. Tunc triticum à paleis ſeparatum in Cœli horreo collocatur: quod dignè Sanctis Martyribus noſtris congruit, qui à mundi actibus ſeparati, & roſeo cruore decorati cum Deo regnent perpetuò coronati, quibus hunc Tertium Librum noſtri laboris mercede dictavimus.

PROOEMIUM.

ANno Incarnationis Dominicæ Octingenteſimo octuageſimo ſecundo, Indictione Quinta decima, reſidente in Sede Apoſtolica centeſimo octavo ab Apoſtolorum Principe Petro Papa Johanne, apud Conſtantinopolim imperante Baſilio quadrageſimo ſeptimo poſt Conſtantinum; Italiæ verò Ludovico (1) filio Lotharii Regni jura tuente, Monaſterium pretioſi Martyris Chriſti Vincentii, & Beatiſſimi Confeſſoris Benedicti apud Caſinum, in quibus plurimorum Fratrum Sancta Congregatio cum venerandis Patribus Majone, & Berthario in omnipotentis Dei ſervitio permanebat, ab Agarenis deprædata, & ignibus combuſta ſunt, & paucis vix evadentibus, plurima turba Fratrum, cum prædictis Patribus gladiis necati ſunt. Quod qualiter actum ſit operæ pretium enarrare exiſtimantes, non ab re eſſe arbitror, ſi aliquantulùm excedentes, à ſuperioribus exordium ſumamus, ideſt ex quo Reges Francorum ſumſerunt Imperium Romanorum; & tam veridicas ſequentes narrationes Hiſtoriographorum, quàm ex relatione Patrum religioſorum, quæ didicimus adjicientes, poſteris noſtris pietatis exemplo ſanctorum Patrum noſtrorum pro Chriſto occiſorum memoriam relinquamus. Re enim vera pro Chriſto occiſi occubuerunt, qui longo vitæ ſuæ tempore ſub inſtituta ſanctæ Legis converſantes unanimes Chriſti gratiam ad hoc pertingere meruerunt, ut Chriſto miniſtrantes ipſum ſequerentur uſquè ad opus magnæ Caritatis, ac roſeo cruore ſuæ paſſionis ſeptemplici Spiritus ſancti munere decorati, perpetui triumphi caperent diadema beatum. Ergo quia non immeritò illos loci hujus ſemper inſpectores, ac bonorum jugiter ſuffragatores, ſpecialiùs eſſe confidimus, oportet, ut annis ſingulis eorum memoria ab omnibus digniſſimè celebretur, quatenus tam eorum, quàm & omnium Sanctorum meritis & precibus de mundi periculis ac inimicorum inſidiis eripi mereamur, & peccatorum noſtrorum veniam conſequamur.

HISTO-

(1) Nempe II. inter Auguſtos. At is jam Anno 875. è vivis exceſſerat. Quare Chronographus noſter annum tantæ calamitatis parum accuratè ſignat; anno autem 882. Carolus Craſſus imperabat. Ad hæc Mabillonius vaſtationem hanc Anno potiùs 881. contigiſſe putat. *Facta eſt*, inquit idem Johannes, *hæc cædes Beatorum Monachorum decimo die Menſis Octobris, Feria tertia*, quæ notæ Annum indicant 881.

Digitized by Google

HISTORIA DECOLLATORUM NONGENTORUM MONACHORUM HUJUS MONASTERII.

LOngobardorum itaque gens, cùm Italiæ fines invasisset, utpotè aliis gentibus viribus fortiores, & Reges eorum post Julii-forum Ticini sibi Regni sedem statuissent, erant ex his Duces, tam in Benevento, quàm & in Spoleto Civitatibus. Denique Constans Imperator cupiens à Longobardis Italiam eripere, cùm multis diebus Beneventum cum valida exercitus sui multitudine obsedisset, & verens Grimoaldi Regis adventum, accepta Romualdi sorore, ab obsidione discessisset; idem Grimoaldus Rex post Beneventanorum exceptionem Ticinum repedare volens, Trasemundum, qui dudum Capuæ Comes fuerat, data ei in matrimonium alia sorore Romualdi, filia videlicet sua, apud Spoletum Ducem effecit. Gisulfo enim Forojulianorum Duce à Cacano Rege Avarorum, qui & Hunni dicti sunt, in bello perempto, frater ipsius Grasulfus constituitur. Quo defuncto ei in Ducatu Ago successit; & hoc mortuo Lupus Dux efficitur, qui plurimas donationes contulit Monasteriis servorum Dei, sed præcipuè Monasterio Beatissimi Vincentii. Hic cùm in prœlio Avarorum diu decertando occubuisset, Guettaro vir benignus Ducatum suscepit. Isto quoque mortuo Ælander Dux factus est; post quem Radoald succedit. Grimoaldus verò Rex post supradicti Ducis Lupi filiam, Theoderandam nomine, post mortem Patris suo filio Romuald Beneventanorum Duci in matrimonium tradidit, ex qua tres filios, Grimoaldum, Gisulfum, & Arichis genuit. Denique Romuald multitudine sui exercitus congregata, Tatantum, & Brundusium expugnavit, omnemque circa latissimam Regionem suo dominio subjugavit. Tunc quoque ejus conjux Theoderanda, extra muros Beneventanæ Civitatis Basilicam in honorem Beati Petri Apostoli construxit, & multarum ancillarum Dei Cœnobium statuit. Ecclesiam quoque in honorem Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in loco Sano pari modo ædificavit: quæ omnia Beatissimi Martyris Vincentii in Monasterio sequenti tempore obtulit, cujus oblatio post à Gisulfo ejus filio Duce, per Præceptum confirmata est.

Per idem tempus Bulgarûm Dux Alzeco nomine cum magno exercitu ad Grimoaldum Regem vênit, ei se serviturum, & in ejus Patria habitaturum promittens. Quem ille ad Romoaldum dirigens, ut ei cum suo populo loca ad habitandum concederet, præcepit. Quos Romoaldus excipiens, speciosa loca tribuit, quæ usque ad illud tempus deserta erant: scilicet Sepinum, Bovianum, & Yserniam, & alias cum suis Territoriis Civitates. Ipsumque Alzeconem, mutato nomine, de Duce Castaldeum vocari præcepit. Qui multis temporibus in his locis habitantes, quanquam Latinè loquerentur, linguæ propriæ usum non amiserunt.

Rodoaldo igitur Forojulianorum Duce defuncto, Ferdulfus succedit. Quem Corvolus sequitur, & post hunc Pemmo Ducatum promeruit. Hoc tempore Gisulfus Dux Beneventanorum Soram, Arpinum Romanorum Civitates, & Arcem pari modo oppida cepit, & usque in locum, qui Horreas dicitur castrametatus, totam Campaniam devastavit. A Hic multa bona Monasteriis servorum Dei contulit, sed præcipuè Beatissimi Vincentii, & Sanctissimi Benedicti. Spoletinorum quoque Duce Trasemundo mortuo, Faroaldus ejus filius succedit, qui multa Monasteriis servorum Dei dona concessit, sed præcipuè Monasterio Farfensi. Sed hic à filio suo Trasemundo captus, & Clericus factus est, ejusque locum idem Trasemundus invasit. Et iste cùm adversùs Liutprandum Regem rebellasset, expulsus Hildericus Ducatum Spoletinorum accepit. Postque iterum Trasemundus Spoletum rediens, Hildericum extinxit, & Ducatum recepit. At verò Liutprandus Rex Spoletum veniens, in loco ipsius Agiprandum suum nepotem constituit. Pemmonem quoque Forojulianorum Ducem Ducatu expoliavit, quoniam Patriarcham validissimis tribulationibus afflixit. Filium verò ipsius Rachis pro eo in Ducatu substituit.

Igitur Longobardorum gentis Regibus decedentibus, vel succedentibus, vigesimus nonus extabat tunc Aistulfus admodum crudelior omnibus. Hic etenim multas, & gravissimas persequutiones Populo excitavit Romano. Pro qua persequutione Stephanus II. Papa Apostolicæ Sedis ascitos venerabiles viros, videlicet Attonem Abbatem Monasterii Beatissimi Vincentii, & Optatum Monasterii Sancti Benedicti in Cassino positi ad eundem Regem Aistulfum destinavit, obsecrando, ut à cœpta persequutione cessaret. Ita enim validissimè insistebat, ut Urbem Romam niteretur invadere obsidione circumdatam, & ex omni populo per unumquemque singulos aureos expetebat. Sed cùm perveniissent ad eum nuncii, & ea, quæ in mandatis acceperant, detuliissent, honorificè quidem suscepti sunt, sed nihil ab eo de prolatis negotiis pro parte Pontificis obtinere potuerunt. Quinimo per aliud iter ad propria remissi sunt Monasteria. Is autem Papa & Missos Pipini Regis Francorum, & Legatos Imperiales misit ad eundem Regem pro ablatis Urbibus. Et cùm nihil proficeret, cum eisdem Francorum Missis per Papiam ad Gallias profectus est, & in S. Dionysii Monasterio Pipinum cum duobus filiis suis Carolo, & Carlo Magno Reges inunxit. Pipinus autem cum exercitu super Papiam advenit, & obsedit, ac sacramentis à Longobardis acceptis pro reddendis Urbibus ablatis, Galliam repedavit. Post hæc Aistulfus, sacramento dirupto, nihil de rebus statutis adimplere voluit, sed omnes Urbes Ravennatium, & Pentapoleos a dominio Reipublicæ auferens, etiam Urbem secundò undique circumdans, fortiter obsedit. Tunc marino itinere nunciatum est Pipino Regi Francorum, qui sinè mora veniens Ticinum, obsedit eandem, donec daret idem Aistulfus cum Missis Pipini, qui redderent omnes Urbes Beati Petri Vicario. Quod & factum est. Pipinus verò via, qua venerat, rediit. Aistulfus autem post hæc in venatione sagitta percussus, mortuus est. Post quem Desiderius cum filio Aldegiso regnavit annos decem & octo, mensibus duobus, & diebus decem. Hic licèt bello fuerit austerus, tamen plurimis locis Ecclesias construxit, ornavit, atque ditavit rebus, ac possessionibus multis. Denique ex jussione Principis Apostolorum Petri Monasterium ædificavit in honorem, & vocabulum nominis ipsius in Valle-Tritana juxta Siler fluvium, cui dotem, & possessionem tribuit quidquid con-

Digitized by Google

continetur in conjunctione duorum fluviorum, quidquid etiam continetur per alpes, & colles, qui habentur contra Tritenſem, & Pinnenſem diviſionem uſque ad montem Sigilla, & à Boreali parte: à Meridiana verò, & Auſtrali parte quidquid habetur intra Furconenſem Comitatum, & fluvium Calidum, atque ad conjunctionem fluminis Piſcariæ, & quomodo decurrit ipſa Piſcaria uſque ad prædictos fines. Hæc omnia, ſcilicet Monaſterium cum prænominatis finibus, ipſe Rex cum ſua Regina, Anſa nomine, donavit, conceſſit, & confirmavit in venerabili Monaſterio pretioſi Martyris Vincentii, ubi tunc Sanctus Pater Taſo regimine paterno Sanctæ Congregationi præerat.

Tamen quia, ſicut præmiſſum eſt, prædictus Rex bello auſterus erat, & Populo Romano diverſas perſequutiones inferebat, Urbes quoque ablatas reddere nolebat, vel quia filios Caroli fratris Magni Caroli cum matre illorum ad ſe fugientes ſuſceperat, ſuper Papiam Carolus Rex advênit tempore Adriani Papæ Menſe Junio. Quam undique diſtrictiùs obſidens coartabat cum Francis, Alemannis, Burgundionibus, Saxonibus, aliarumque gentium multitudine, cepitque eam cum Rege, atque multitudine Nobilium Longobardorum.

Prædictum verò Regem, & ejus conjugem in Franciam poſtmodum aſportavit. Cujus filiam idem Carolus in conjugem ſociavit. Et veniens Romam, reddidit omnia, quæ Pater ejus Pipinus dederat Beato Petro, Civitates, & Territoria per deſignata confinia à Lunis cum Inſula Corſica, inde in Surianum, inde in Montem Pardonem, inde in Vercetum, inde in Parma, inde in Regium, inde in Mantuam, & Montem Silicis, univerſum Exarchatum Ravennæ cum Provinciis Venetiarum, & Hiſtriæ, adjuncto Ducatu Beneventano, & Spoletino. In quo videlicet Ducatu Spoletinorum poſt Agiprandum Dux fuerat conſtitutus Hildeprandus vir omnino Catholicus, qui multa dona Monaſteriis ſervorum Dei contulit, ſed præcipuè Monaſterio Beatiſſimi Vincentii.

Igitur captâ Papiâ, & ſubjugatâ ſibi Italiâ, Rex Carolus Coronam Romani Imperii accipiens, filios ſuos Pipinum, & Hludovicum Reges conſtituit, cum quibus crebriùs Beneventum adiit capeſcendam. Quo tempore Arichis gener jam fati Deſiderii Regis Beneventi Dux erat. Qui civium ſaluti conſulens, datis duobus liberis vice pignoris, cum illis pactus eſt, cum quibus Coronam auream, & maximam theſaurorum partem tribuit. Quibus recedentibus, prædictus Arichis illorum metus occaſione juxta Beneventi mœnia Civitatem novam conſtruxit. Sed & Urbem munitiſſimam.... conditam Salernum reſtauravit. Templum etiam opulentiſſimum Domino infra Beneventi mœnia condidit, quod Sanctam Sapientiam nominavit, & Monaſterium puellare ſtatuens, ſub jure Beatiſſimi tradidit Benedicti. Pari quoque modo in Territorio Aliphano Eccleſiam Domini Salvatoris conſtruxit, & Monaſterium Sanctimonialium inſtituens, ditioni ſubdidit pretioſi Martyris Vincentii: ubi etiam alias multas hereditates, & poſſeſſiones contulit tam in planis, quàm in montanis.

Hoc tempore Imperator Carolus confirmavit ſuo Imperiali Præcepto in eodem Venerabili Monaſterio Beatiſſimi Vincentii quæcumque Aiſtulfus, & Deſiderius Reges Longobardorum, Giſulfus, Lupus, Hildeprandus, vel reliqui Duces contulerant. Prædictum verò Monaſterium cum omnibus ſuis pertinentiis ſub ſuæ tuitionis munburdum decrevit omni tempore permanere, adjiciens illi plurima dona, & hereditates.

Defuncto dehinc Arichis apud Beneventum, Beneventanorum precibus Grimoaldus à Carolo receptus revocatur, & paternum ipſe ſuſcepit Ducatum. Ille multa dona Eccleſiis, & Monaſteriis ſervorum Dei contulit, ſed præcipuè Beatiſſimi Vincentii. Grimoaldo verò mortuo, alter Grimoaldus exadelſus ei ſuccedit, & hoc decedente, Sico ſubrogatur.

Per idem tempus Carolus Imperator Regni jura feliciter moderatus per annos quinquagintanovem, Hludovico filio Cæſare conſtituto, humanis rebus exemptus eſt. Beneventi verò Sicone defuncto, Sicardus ejus filius ſuccedit. Hic multa dona Monaſteriis ſervorum Dei contulit, ſed præcipuè Beatiſſimi Vincentii.

His diebus Monaſteria S. Martini, & Sanctæ Crucis in Monte Marſico à Beneventanis commutata ſunt in Monaſterio Beatiſſimi Vincentii, pro quibus Eccleſias SS. Lupuli, & Zoſimi, caſtrum quoque quod dicitur Cerbinaria in Caudetanis acceperunt. Decedente ergo ab hac luce Sicardo, Radelgiſus ſubſtituitur, & iſto obeunte, Radelgarius præficitur.

Inter hæc mortuo Hludovico Auguſto, qui Almus dictus eſt, Lotharius ejus filius Regni heres effectus eſt. Lothario quoque mortuo, primogenitus ejus filius, Hludovicus nomine, regnavit in Italia.

Per idem tempus Agareni Barim Civitatem incolentes, qui pridem à Pandone ejuſdem Civitatis Caſtaldeo ibidem invitati fuerant, bellum agentes contra Sigenolfum Principem Salerni, cœperunt, devaſtantes ſtirpitus, deprædari totam Apuliam, Calabriamque; ac pedetentim Salernum, Beneventum quoque depopulare intrarunt. Tunc lamentabili ſupplicatione ſuggeſtum eſt piiſſimo Auguſto Hludovico per Baſſacium Abbatem Sancti Benedicti, & Jacobum Abbatem Beati Vincentii, ut properare quantociùs dignaretur, & ſuo adventu populum Chriſtianum miſericorditer liberaret. Motus itaque Imperator clementiſſimus tam iſtorum precibus, quàm & aliorum queremoniis, maximèque Capuanorum, ſinè mora cum incredibili multitudine Barim perrexit. Sed præ omnibus obliti Capuani ſuæ ſponſionis, quam per venerabiles viros Jacobum, & Baſſacium Abbates Sanctorum Vincentii, & Benedicti Imperatori direxerunt, in Urbibus ſe recondentes, Landulfum tamen Antiſtitem ſua vice illuc deſtinarunt. Videns autem ſupradictus Cæſar illorum fallaciam, & ſe nihil proficere, abſque emolumento recedens abiit. Conceſſo Principatu Salernitano Ademaro illuſtri viro, & forti, Sigenolfum exulem fecit. Quarto igitur Principatus ſui anno Radelgarius obiit Beneventi. Cui ſucceſſit Germanus ejus nomine Adelgis omni bonitate deformis, ſed quod pejus eſt, Provinciâ in multis divisâ, ad exitum magis, quàm ad ſalutem de die in diem à malis damnatoribus ducebat.

Inter hæc Saogdam nequiſſimus, ac ſceleratiſſimus Rex Iſmaëlitarum totam terram Beneventanam igne, gladio, & captivitate crude-

Digitized by Google

deliter devaſtabat: itaut non remaneret in ea habitus. Quamobrem & Gallorum exercitus crebriùs adveniens ob eorum efferitatem comprimendam, ſed nihil proficiens, via, qua venerat, repedabat. Unde factum eſt, ut Adelgis Beneventi Princeps, data penſione, & obſidibus, pacem cum eo firmaret. Quo tempore Magelpertus Teleſinus, & Wandelpertus Bovianenſis Caſtaldei multa cum prece conduxerunt Landbertum Ducem Spoletinorum, & Geraudum Comitem Marſorum, obviantes eidem Saogdam, cùm de Capuæ depopulatione reverterentur, in Arvium tellure irruerunt ſuper eum. Sed exurgens Saogdam, ſuper Beneventanos, & Francos fortiter ſe injecit, nonnullos cepit, & fortiter extinxit. Geraudus verò Comes, & Magelpertus, & Wandelpertus in eadem acie occubuerunt. Qua de re audaciam ex illa die potiorem ſumens, Beneventi confinia funditus delevit: itaut nullus locus præter urbes præcipuas ejus feritatem evaderet. Quibus diebus Teleſiam, Aliphas, Sepinum, Bovianum, & Hiſerniam, Caſtrum quoque Benafranum cepit, fundituſque delevit.

Monaſterium verò pretioſi Martyris Vincentii, quod quidem à piiſſimo Auguſto Hludovico, filio videlicet Auguſti Caroli miro amore, præcipuo labore, pulchroque decore cum Sanctiſſimo, Deoque digniſſimo ejuſdem Abbate Joſue maximis ædificiis renovatum, præcipuis quoque tunc Italiæ Monaſteriis præcellebat, ab eodem nequiſſimo Saogdam omnino deprædatum eſt, & pro ædificiis non combuſtis tria millia aureorum accepit, totidem à Beati Benedicti Vicario acceptis. Invitatus dehinc Hludovicus Cæſar in .... à Beneventanis, & Capuanis, cunctiſque Commarchianis ad tuitionem prædictæ Patriæ, Beneventi fines per Soram ingreditur, ac priùs ad Monaſterium Beati Benedicti applicuit. Quò ad eum Legati de diverſis urbibus venerunt, inter quos etiam Landulfus Capuanus affuit cum ſuis. Is igitur ad ſolitas vergens fallacias, Capuanos, quos Cæſari præſentaverat, fugere compulit, ipſe ſolus cum eo remanens, quaſi nihil culpabile penès eum egiſſet. Sed Auguſtus hæc pro nihilo ducens, adiit Capuam, obſeſſamque tribus menſibus funditus delevit. Cives autem cùm nullum ab eo placitum habere potuiſſent, Lamberto Comiti illius ſe tradiderunt: putantes ſe rectiùs facere, peſſimè corruerunt. Unde poſtea pro nihilo ducti, omni ferè menſe diverſis Judicibus dabantur in prædam. Hoc jam peracto, à Guaiferio ſinè omni ſponſione priùs Salerni, & ſic demum ab Aldegiſo Beneventi exceptus eſt.

Sequenti autem anno multis fultus auxiliatoribus, Barim perrexit, ac cum ſæpedicto Saogdam Auguſtalis exercitus pugnam commiſit. A quibus exuperatus, aufugit, amiſsa non modica parte ſui exercitus. Dehinc omnia eorum ſata circumquaque comburens Materam adiit, quam ſinè mora igne cepit. Tunc vênit Venuſiam, caſtrametatuſque in ea, cœpit renovare, & Barim hinc inde graviter expugnans demolitus eſt, poſitoque præſidio pugnatorum in Canuſia, præcipuè eos cornibus ventilabat. Quo tempore perculſi multi ad Auguſtalem confugientes clementiam, dari ſibi petebant dextras. Quibus ſolitam miſericordiam non negavit. Poſt hæc iterum itum eſt Orientanam in urbem. Sicque reverſus eſt Beneventum, atque annuente ſibi dextera ſuperna, cùm jam ad extremitatem maximam perveniſſent Sarraceni, miſſo exercitu Barim cepit, capto in ea Saogdane effero Rege cum aliis ſatellitibus ejus. Deinde Tarentū obſidere juſſit. Quibus ita patratis, cœperunt Galli inſtinctu Diaboli diverſis modis Beneventanos perſequi, & crudeliter vexare. Qua de re Adelgiſus Princeps adversùs Hludovicum Auguſtum erectus cum ſuis infra Beneventi mœnia ſecurè quieſcentem, actu doloſo ſummum Beneventanæ Provinciæ ſalvatorem comprehendit, & cuſtodiis mancipavit, bonaque ejus diripuit. Cunctos quoque viros exercitales ſpolians, fugere compulit, & de exuviis eorum onuſtatus eſt. Conſiſtente verò Auguſto in cuſtodiam, excitavit Deus ſpiritum Iſmaëlitarum, eoſque ab Africana regione protinus evexit, ut ulciſcerentur opprobrium Auguſti. Abſolutus autem, Deo jubente, Cæſar magnificus, ſtatim Sarraceni Salernum applicuerunt quaſi trigintamillia. Quam graviter obſidentes forinſecus, ſtirpitus deleverunt, occiſis in ea innumerabilibus colonis. Et depopulati ſunt ex parte Neapolim, Beneventum, & Capuam. Quo tempore ambo Lamberti Comites Auguſti furorem metuentes, Beneventum receſſerunt, & ab Aldegiſo honorificè ſuſcepti ſunt. Quorum auxilio fretus, ſuper Sarracenorum ſcaram irruit, & viriliter ſtravit, occiſis ex eis penè tribus millibus viris. Quibus etiam diebus Capuani mille ex eis peremerunt. Cùmque hac obſidione prope terminaretur, annuo miſſo exercitu, jamdictus Auguſtus peremit ex profanis Capuæ novem millia virorum. Poſt hæc per ſemetipſum dignatus eſt Capuam advenire. Cujus adventu cognito, Sarraceni Salernum relinquentes; Calabriam adeunt, eamque inter ſe diviſam reperientes, funditus depopularunt.

Hludovicus autem Imperator volens Beneventum acquirere, ſed non valens, ad propria receſſit: Conjugem ſuam, & filiam Capuæ relinquens. Dehinc Auguſta Ravennam pergens, prole Capuæ dimiſſa, non poſt multum Imperator divæ memoriæ diem clauſit extremum. Cujus mortis indicio ſtella ſicut facula ardere viſa eſt poſt Septentrionem ſeptimo die Junii menſis. Et tunc idem Imperator defunctus eſt tertio decimo die menſis Auguſti.

Receptis deinde viribus, Sarraceni in Tarentum, quos penè captos reliquerat Auguſtus, cœperunt Barim, & Cumenſe Territorium deprædari. Quibus occurrit Adelgis in finibus Apuliæ. Sed nihil prævalens invictus, & triumphator abſceſſit. Quo tempore Athmannus, qui à Saogdan exul fuerat ab Africa, cum Annoſo veniens Tarentum intravit, & Rex effectus eſt. Egreſſuſque, Beneventum graviter deprædavit, tantamque victoriam adeptus eſt, ut Saogdan poteſtate ab Adelgiſo recolligeret. Nam Annoſum, & Abdelbach ante Apocriſarios miſerat. Hoc audientes qui Barim reſidebant, Gregorium Bajolum Imperialem Græcorum, qui tunc in Ydronto degebat, cum multis exercitibus, ob Sarracenorum metum, Barim introduxerunt. Qui ſtatim apprehenſum Caſtaldeum, illiuſque Primores Conſtantinopolim miſit, quibus jurejurando fidem dederat.

Interea ipſi Græci crebriùs Legatos cum ſchedis Beneventum, Salernum, & Capuam dirigebant, ut auxiliarentur contra Sarracenos.

Digitized by Google

nos. Sed hi uno consilio eorum spernebant deprecatores.

Tunc Salerno, Neapoli, & Gajeta pacem habentibus cum Sarracenis navalibus. Romam gravis coangustabat depopulatio. Sed cùm Carolus filius Judittæ Romæ sceptrum insignem suscepisset, Lambertum Ducem, & Guidonem germanum illius Joanni Papæ dedit in adjutorium, cum quibus Neapolim, & Capuam profectus est. Sergius verò Magister militum consilio Adelgisi, & Lamberti deceptus, noluit se alienare ab inimicis. Qui statim anathematizatus est. Unde contigit, ut apprehensos viginti quinque Neapolites milites decollari faceret. Quo etiam anathemate mulctatus est Sergius idem, & non post multum à germano proprio captus, missus est Romam. Ibique suffossis oculis, miserabiliter vitam finivit. Ipse autem frater ejus Athanasius in loco illius se ipsum Principem constituit.

Adelgis verò dum castrum Trivensem in obsidem caperet, ad propriam remeans urbem, à generis, nepotibus, & amicis in via non longè ab urbe interfectus est, anno Principatus sui mediante vigesimoquinto, & in loco ejus Gaiderius filius Radelgarii constitutus est.

Per idem tempus Athanasius Præsul Neapoli militum Magister præerat. Hic cum Sarracenis pacem iniens, ac illos priùs intro portas æquoreas, & urbis murum collocans, omnem Terram Beneventanam, simulque Romanam, necnon & partem Spoleti, cunctaque Monasteria, & Ecclesias, urbes, & oppida, vicos, montes, & colles, insulasque deprædarunt. Tunc, heu, proh dolor! profana Gens in ultionem peccatorum Divino judicio debacchans, Sanctuaria Divinis cultibus consecrata sinè aliquo metu conculcantes, pro nihilo ducebant. Omnis ætas, omnis sexus sinè aliqua miseratione continuè necabantur, nec erat, qui posset eripere pereuntes, vel aliquod probare solamen. Quoniam, sicut scriptum est: *Gladius vindex Domini manducabat carnes*. Qualis tunc miseria, & tribulatio Christianorum populos obtinuerat, quis considerare valeat? Videres urbes desertas, Ecclesias subversas, omnemque terram Christianorum sanguine conspersam. Nec erat fugæ latibulum, quoniam per montes, & colles simile versabatur excidium. Putabant homines jam tunc Mundi finem appropinquasse, nisi quòd signa quædam ex Evangelio prædicta adhuc minimè videbant. Tamen Mundi finis in his jam decurrebat. Etenim & scribimus, quæ in antiquis invenimus voluminibus, & veterum probata ratio tradidit seniorum. Cùm nefanda gens Agarenorum cæteras terrarum partes deprædantes, incendentes, ac subvertentes, consumarent, tum de profana turba impiorum, cujus manus sunt contra omnes, nec dum humano sanguine satiata, omnibus bestiis atrociores, ad pretiosi Martyris Vincentii sacrum Cœnobium furibunda procedit. Moris tunc erat Monachorum utriusque Cœnobii Beatissimi Vincentii, & Sanctissimi Benedicti charitatis gratiâ se invicem sedulè visitare. Cùm igitur die quadam ad prædictum Cœnobium Fratres quidam Monasterii Cassinensis de more abissent, & de suo ad invicem Ordine loquerentur, repentè illuc Saogdam sævissimus cum suis satellitibus supervênit. Cujus Monachi rumore comperto,

A qui advenerant ad Castellum ipsius Monasterii proximum, maturato cursu, nimis licèt pavidi, incolumes tamen aufugerunt. Quod ubi à Dei servis auditum est in Monasterio, illico omnem Ecclesiæ thesaurum absconderunt. Ipsi verò non timore territi, sed constantes, atque intrepidi, invicem se cohortantes, paucis tamen relictis Senioribus ætate, & vita venerabilibus ad Ecclesiæ numina, reliqui omnes cum subjectis sibi famulis obviam procedunt venientibus Ethnicis.

In locum igitur juxta pontem, qui Maroneus dicitur, pariter convenerunt iter, quo ad Monasterium pervenirent. Illis ergo ex una parte, & istis ex altera consistentibus, valde
B pugna inter utrosque cœpit, dum adversæ partis hostes invalidi redderentur. Etenim non erat illis leve transitum habere per istos. Lapidibus quippe, vel quibuslibet armis ad manum inventis, pellebant procul tyrannos condensâ sylvâ, & nostrorum sublevare lacertos.

Non gelidus sanguis oppletos strinxerat thoros
Non valida pugna diem obreverat ultra
Quàm his necesse, vel illis fuerat.
Vibrantur enses, jaciuntur spicula, vectes,
Et duris dumis hærebant spolia furis.

C Quid diu moror referre crimina dirà, plebeja manus quæ gessit fronte iniqua. Quidam enim ex servis Sacri Monasterii videntes se immenso certamine fatigari, & quia divina gratia protegente, nulla dabatur facultas transeundi hostibus, magìsque tyrannorum acies acriùs prosternebatur, Dominos suos deserentes, clam se subduxerunt: illisque in aciem derelictis, Sarracenorum Regem adierunt, & libertatem cum vita ab eo postulantes, majoris lucri, victoriæque potioris eventum se posse ferre dixerunt. Mox ille gavisus, servorum animos donis aureis, & mortiferis suasionibus oblectans, incitat explere promissa. Sponsione ergo accepta, & inito fœdere, mali malorum Duces effecti, Dominis illorum ne-
D scientibus, verso itinere pars maxima pugnatorum subitò ex adverso super Sacrum Monasterium irruerunt, eumque undique circumdantes ignibus combusserunt, Sanctos & Seniores, quos ibidem invenerunt, gladiis necaverunt. Extat igitur Sanctorum sanguis Monachorum pro Christo effusus, evidentia indicia hodieque demonstrans, illitis, vel aspersis ejusdem Ecclesiæ parietum, & pavimentorum saxis, ac lapidibus. Nec mora post hæc flammarum globis alta astrorum sidera rutilantibus, qui bello affusi prolixo diei spatio legitimo certamine desudaverant, ut conspexerunt agnoscunt se proditos fore, moxque istorum acie hinc redeuntium à tergo opperiuntur. Quibus versa facie dum resistere vel-
E lent, inter medias acies sunt simul admixti, gravisque contra istos pugna jactura decurrit. At ubi concito gradu illis insequentibus, & istis contraire nitentibus, telluris locum aliquanto spatio planitiem obtendunt. Quare ex detruncatis ibi corporibus hactenus incolæ vocant. Omnium tela contra istos vertuntur: & concurrentibus cunctis, jam fessis artubus, non ampliùs resistere possunt. Ruunt inter carnificum ictus. Et quamvis ex eis Ethnici plurimi sint prostrati, tamen ex istis pauci superstites remanserunt. Sed melius multis fuit occisis gladio, quàm in captivitate ductis.

Digitized by Google

ctis. Denique peracta cæde, cùm in unum conveniſſent, ſervorum indicio fodientes hinc, atque illinc, univerſum Eccleſiæ theſaurum receperunt, quem illorum pavore ſervi Dei jampridem abſconderant: & illum ſibi in prædam dividentes, cuncta vaſtaverunt, plurima fregerunt, frumenta, & legumina in fluvium, qui ſecus effluit, diſperſerunt. Et cùm jam poſt laborem, & triumphum exultantes diſcumberent, bibebat ille nefandiſſimus Saogdam in ſacris calicibus, & cum thuribulis aureis ſibi thuriſicari jubebat. Facta eſt hæc cædes Beatorum Monachorum decimo die menſis Octobris feriâ tertiâ. Ab ædificatione verò ipſius Monaſterii jam iverat annus centeſimus ſexageſimus quintus.

Tibia nunc dicat mea luctu corda reciſa,
Qui ſubitò miſeris funera tanta tulit:
Et populis varios clamores reddat ab alto,
Quos faciat caſus poſſe referre ſuos.
Huc pariter Muſæ gemitu redeant reſolutæ,
Dulce quod eſt nimium dicitur exitium.
Carminibus planctum propriis conjungere tantũ,
Ut ſimul Aſtra ſonent, Cantica triſtia dent.
Cùm domus iſta perit, multos hac peſte peremit,
Ethnica jam venit, querula turba fremit.
Fert Monachis bellũ, tulit unda reflexa flagellũ,
Et dedit arma ſuper fœmineamque fidem.
Ruſtica ſervorum facit hoc manus impia donum,
Percutit ipſa ſuos hac nece ſic Dominos.
Caſtra petunt fortes, concurrunt fortiùs hoſtes,
Corruit alta domus, mœnia cuncta ruunt.
Non ætas, tempus, juvenis, puer, atque ſenectus
Excipitur, cujus vivere ſit placitum.
Funditur hìc ſanguis, jaciuntur corpora campis,
Spiritus & Cœlo dant modò jure Deo.
Fit rebus finis, non bellis, armaque viris
Sanguine reſperſis, ſigna fuiſſe Dei.
Et procul Emathios oſtendunt florida campos,
Ceſpes purpureum continet ipſe decus.

Omnibus ergo conſumtis, prædictos aliquantos Fratres, qui remanſerant, vinculorum nexibus adſtrictos, nudos totius corporis indumentis, ad ſui itineris ſub cuſtodia pervenire loca fecerunt. O quàm crudele ſpectaculum dies illa præſtiterat iſtis, cùm extremo agmine inter confertiſſimos milites obvium quemque detruncat, cùm nobilis tellus felici cruore reſudat, quos uno in loco ſic conſtat eſſe necatos! Nempe non diſſimiles fuere ab illa Beata Thebæorum legione, cùm pro teſtamento Dei, & inſtitutis Sanctæ Legis, Divinæ gratiæ ſorte illis annumerati in ſupernis additi ſunt. Quorum ſacra turba Monachorum, ut in veteribus Libris invenimus, & ſæpe à noſtris audivimus ſenioribus, nongentorum exſtitit numerus Deo devotorum, quos nimirum ex diverſis ſibi ſubjectis Monaſteriis, vel Cellis in eodem loco congregatos fuiſſe non ambigimus. Sed quoniam rurſum in aliquibus Libris ſcriptum reperi, quingentorum tantùm fuiſſe numerum decollatorum, illi ſoli & numerum committimus, & nomina, qui illis dedit cum triumpho Martyrii capere victoriam. Hæc Beatorum corpora poſt à quibuſdam collecta, aliiſque conjuncta, qui in eadem Eccleſia occubuerant, digniſſimè ibidem recondita venerantur. Simul quoque cum eis paſſus venerandus recubat Majo.

Quanta putas Angelorum millia adveniſſe, qui beatorum animas ad cœleſtia Regna transferrent? Et ſi ſingularum cuſtodes à Deo deputati animarum eas perferre ſatagebant ad ſublime æterni Regis Palatium, tàmen plures additi, non ſolùm Angelorum, ſed & Presbyterorum, ac Martyrum ſpiritus obviam facti cum ſtolis albis, & palmis victricibus cœleſtis Regis præconia reſonantes ſupernis miſcent laudes trophæis. Rutilans cum iſtis, comtus ſerta topatiis Beatus Martyr inclytus Archilevita procedit Vincentius. De illis verò quid dicendum, qui ſpectaculum facti mundo, Angelis, & hominibus, contumelias mortis nudi propter nomen Domini portantes, quanto acriora Tyrannorum ſupplicia pia longanimitate ferebant, tantum à ſummo Deo donis ſperabant remuneranda perpetuis.

Præterea impiorum turba ſacrilega, poſtquam conſummato ſacri Monaſterii excidio veſaniam ſuæ crudelitatis exſaturarunt, vicinia deſolatæ telluris linquentes, Marſorum Provinciam ocyùs petierunt, cunctis mœſti cordis luctum, mugitumque diræ calamitatis, & miſeriæ prolixis clamoribus imponentes. Ipſius deinde Provinciæ, quæcumque invenerunt conſummantes, Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in loco Apinianici, quod vir Catholicus, atque clariſſimus Hildeprand, dicatum magnis rebus, & poſſeſſionibus præditum, Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii contulerat, omnino deprædarunt, igneque combuſtum, occiſis ibi quamplurimis Fratribus, cunctis lamentabile reliquerunt. In quibus omnibus ipſos, quos ſecum captivos ducebant Fratres, iniquis ſemper vexabant cruciatibus. Tunc atrox calamitas pectora mœrore pulſabat, & longos gemitus prolixa ſuſpiria dabant. Non tegmen his, neque victus; caro læſa dolet, cor nimis afflictum, furent hoſtes, tremunt montes, gemunt ſortes, quærunt ſortes, longas iſtis præbent mortes.

Permanſit autem deſolatum Monaſterium pretioſi Martyris Vincentii uſque in annos triginta tres, in quibus nullius habitatio hominis, ſed tantùm beſtiarum poſſeſſio fuit; & quæ quondam fuerat excellentior multis, tunc facta eſt humilior cunctis. Atque ex eo tempore nec Monachos congregatos, nec Abbatem hìc habere potuit uſque ad ſupradictum tempus annorum triginta trium, quo numero humani generis Redemtor in mundo cum hominibus converſari dignatus eſt, uſque ad paſſionem ſacratiſſimæ Crucis.

Poſt hæc Valeriæ Provinciam, & Romanos fines acriter devaſtantes, Campaniam quoque peragrantes, Caſinum Caſtrum adierunt diri prædones, & Monaſterium Sanctiſſimi Benedicti, quod priùs à Langobardis deſtructum, Beatorum Patrum, Paldonis, Tatonis, & Taſonis ſtudio & labore, cum Venerabili Patre Petronace fuerat reconciliatum, incendentes, penitùs diruerunt; omneſque illius Congregationis Fratres, quos capere potuerunt, vel quibus præ imbecillitate facilis fuga non erat, ſinè ulla miſeratione gladiis necantes, crudeliter extinxerunt. Pari etiam modo Monaſterium, quod deorſum erat, igne combuſſerunt, & Venerabilem Abbatem Bertharium in Eccleſia Domini Salvatoris ſuper ſanctum Altare Beati Martini trucidantes, eumdem locum hominibus inhabitabilem reddiderunt. Sed ante impiorum adventum, aliquantos ex eiſdem Monachis aufugiſſe percepimus, qui Trani Civitatem adeuntes, Regulæ Librum, quem Pater Benedictus manu ſua ſcripſerat, libram panis, vaſculum æreum vini, & ſaccos cilicinos, qui Dei juſſu ante januam Monaſterii

farina onuſtati fuerant jactati ſecum detulerunt, quæ ſubſequenti tempore igne combuſta ſunt.

Quis putas tunc erat admirabili Patri Benedicto circa ſuum ovile ſacrorum viſcerum pietatis affectus? Qualis animæ ſanctæ ipſius erga filiorum ſuorum funera, eorum repletis ſanguine Altaribus? Languor pariter mœorque creſcebat. Etenim tunc, credo, præſens aderat, & cum patientibus pius pariter eadem patiebatur. Et certè ſi ejus Chriſto dilecta anima, dum adhuc in corpore maneret, cùm vix apud Deum obtinere potuit, ut ex ipſo loco illius animæ * cederentur, ita nimio dolore inconſolabiliter fleret, ut vix conſolari valeret: multò magis cùm in tam horrenda diſcerptione filiorum ſuorum viſcera videret effundi, acriùs contriſtabatur. Manebat tamen ſpes & conſolatio, quoniam ipſe erat, qui ſuſcipiebat animas occiſorum velut xenium omnipotenti Deo viventium offerendas. Hujus Monaſterii deſolatio facta eſt XIII. Kalend. Novembris, Feriâ tertiâ. Perſtitit annis triginta tribus, poſt quos reædificari cœptum eſt ab Angelerio Abbate.

Sed ut ad noſtra redeamus, & quidem memoranda, quod in hujus Monaſterii abditis antiquiſſimis voluminibus inditum reperi, non omittam. Quidam namque illis temporibus ex eiſdem Chriſti famulis à facie impiorum fugiens, illorum crudelitatis necem evaſit: quod quomodo factum fuerit, hoc modo ſcribens ad poſterorum notitiam voluit pervenire.

Commemoratorium jurium quorumdam Monaſterii Sancti Vincentii Vulturnenſis factum à Fratre Sabbatino ejuſdem Cœnobii Monacho circiter Annum DCCCLXXXI.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. „ Ego Frater Sabbatinus Sacerdos, & Mo„ nachus, qui olim à conſpectu Saogdan Re„ gis Agarenorum aufugi, Deo auxiliante, „ quando Cœnobium Beati Vincentii Levitæ „ & Martyris ab ipſo Rege iniquo deprædatum & incenſum fuit, tempore Majoni Ab„ batis præfati Cœnobii, commemoratorium „ facio, pauca de pluribus, Deo teſte & Bea„ to Petro Apoſtolo, nec non & Agonitheta „ Chriſti Vincentio, in poſterorum memo„ riam, ut ſi tempus aliquando venerit, ut „ ipſum Cœnobium reconcilietur, ſinè omni „ ambiguitate credant, & perquirant primitus ipſas res Beati Vincentii, quas habet „ in Comitatu Iſerniæ. Eſt autem intus ipſa „ Civitate Eccleſia Sancti Angeli cum viginti „ quinque caſis de ſervis circumquaque ma„ nentibus, & Jordanus Presbyter ſervus, & „ Vicedominus præfati Monaſterii, ſimulque „ & Sabiſanus faber ferrarius ejuſdem Mona„ ſterii famulus. Hæc igitur Eccleſia cum „ aliis pluribus Capellis ſibi ſubjacentibus, „ ipſi Caſales, qui ſunt juxta fluvium Petro„ ſum, ubi junguntur ambo flumina, omnes „ fuerunt famulorum Sancti Vincentii. Et „ Limitas, quæ ſunt juxta ipſam Civitatem, „ laborabant ad opus Sancti Angeli Mo„ nachi, qui ibi degebant. Similiter & „ unum Molendinum in ipſo flumine, qui di„ citur Pedulietu, habebant, & ab ipſo lacu, „ qui eſt prope ipſam Civitatem, ſicut per„ tingit inter ambo flumina, & uſque ad Nu„ cetum, ſunt tres peræqualiter ſortes. Pri„ ma eſt Epiſcopi Sancti Petri; ſecunda Mo„ naſterii Sancti Vincentii; tertia publica. „ Et alia Eccleſia cum ſuis reditibus eidem „ Monaſterio pertinentibus, huc illucque „ circumjacentibus, quas enumerare longum „ eſt. Fines verò inter Iſerniam Civitatem, „ & Monaſterium Sancti Vincentii, ipſa Van„ tra decurrit. Eccleſia quoque Sanctæ Ma„ riæ ad Macele, quæ fuit Sanctimonialium, „ Cella Sancti Vincentii fuit cum multis poſ„ ſeſſionibus. Capriata verò erat diviſa in„ duas partes, medietas Monaſterii almifici „ Vincentii, & medietas Epiſcopii Sancti „ Petri, cum duabus Sancti Johannis, & San„ ctæ Mariæ inibi juxta ſe commorantibus, „ una Epiſcopii, alia verò noſtri Monaſterii. „ Heu proh dolor! eò me direxit Abbas meus, „ & manſi ibi per multa tempora, & omni „ anno dirigebam ad noſtrum Cœnobium cen„ tum tritici modia, & quadraginta porcos: „ Foruli verò erat diviſum in tres partes; „ Prima pars Sancti Monaſterii, ubi habuit „ quinque caſas de ſervis. Secunda pars Epi„ ſcopii. Tertia publica. Et Eccleſia Sancti „ Gregorii in Mateſe cum omnibus territo„ riis, medietas fuit Sancti Monaſterii, & „ medietas Epiſcopii Sancti Petri. Cella „ quoque Sanctæ Agathæ in Torcino poſita, „ cum aliis Eccleſiis ſibi ſubjectis, omnia fue„ rant Sancti Monaſterii Beati Vincentii.

Suæ autem traditionis hoc tantùm vir iſte reliquit. Sed cùm ſim ſanctæ hujus Eccleſiæ filius matris, enutritus infra ejus ſacra viſcera pietatis, libet mihi ex voce ipſius Eccleſiæ, juxta Hieremiæ exemplum, & nunc in his temporibus prægravato, tam recordatione præteritorum, quàm præſentium caſu ſuppliciorum, illud lamentationis canticum perſonare, quod in ſimili tribulationis dolore aliquos novimus decantare. Jam enim in luctum verſa eſt cythara noſtra, & organa noſtra in vocem flentium. Sed adſit nobis ſublimitas Angelorum, adſit Senatus ille Apoſtolorum, adſit turba Martyrum Beatorum, adſint præclara collegia Monachorum, adſit ſacratus numerus Confeſſorum, adſit virgineus chorus Candidatarum, adſit multitudo etiam Catholicorum. Conveniant ſimul ad domum noſtri doloris, ſint in ſupernis ſupplices Chriſto pro nobis, dum affligitur populus pretioſi Agni ſanguine comparatus. Miſeriis afflictus ſum, & turbatus, cùm tota die ingrederer contriſtatus. Igne & aqua ſum probatus à fortitudine manus Domini, vindemiatus, vilis, & quaſi pollutus inter inimicos ſum reputatus, cùm dolor cordis mei ſit renovatus, venter quoque meus eſt conturbatus, felle & abſynthio inebriatus. In atriis domus Domini conculcatus, non in die feſto ſum conſolatus, ſed in capite platearum ſum obſcuratus; nam velut ſponſa adornatus, & velut lucifer decoratus, cum Senatoribus deputatus, in loco paſcuæ educatus, à tranſeuntibus admiratus, ab audientibus collaudatus, ex margaritis coronatus, & hyacintis calciatus, ex ſmaragdis conſtipatus, nunc tantis malis anguſtiatus, Chriſtum precor anxiatus, qui velut Agnus eſt immolatus, ut noſtros ſolvat incolatus. Hæc velut ex perſona hujus Sanctæ Matris Eccleſiæ protulerim, ac ſi memetipſum pro ea deplorans. Ceterùm noſtræ mentis infirma ipſi conſiderent, & conſolentur, quorum nomina in Libro vitæ continentur; etenim dies feſti noſtri

ſtri verſi ſunt in lamentum. Sufficiant caſtigationes, quæ juſtè illatæ ſunt nobis. Jam de cœlis Angelo percutienti dicatur à Deo: ceſſet jam manus tua, quoniam plaga crudeli percuſſi eos.

Ea tempeſtate multitudo Sarracenorum in Gariliano juxta Trajectum habitantes, Chriſtianorum, & præcipuè Capuanorum maximas ſtrages dederunt. Tunc & Monaſterium Confeſſoris Chriſti Martini in Marſico monte adeuntes, delere nitebantur. Quorum metu exterriti ibidem habitantes Monachi, ad ejuſdem Confeſſoris præſidia ſe contulerunt. Nec mora: divina miſeratio affuit deprecantibus. Illis quippe montem aſcendentibus aſtitit quidam venerandi habitus, qui ſe Abbatem eſſe dicebat, cum multitudine Monachorum, quos omnes præparatos equos aſcendere jubet, & ſe comitari. Mox ipſe præcedens, & ſplendifica Crucis ſigna ſua dextera ferens, Sarracenorum cuneos irrupit, multoſque exercitus fortuita cæde proſtravit, plurimos vulneravit, aliquos cœcitate percuſſit, omnes porrò perniciter in fugam coëgit. Mons ipſe denſis tenebris denſus, concuſſa tellus videbatur abſorbere cruentos. Ex tunc Sarracenorum exercitus ita attritus & afflictus exſtitit, ut non ſolùm bellum Chriſtianis inferre non valerent, ſed ſemper fugam agentes mortis diſcrimini ſubjacerent. Etenim in proximo advenientibus Chriſtianiſſimis Principibus, Atenulfo, & Landulfo, cum vicinis Magnatibus diverſarum Provinciarum, maxima illorum multitudo interfecta, & reliqui diſperſi, atque deſtructi ſunt; ſicque Chriſtianorum populus Chriſti miſericordia exſtitit liberatus.

Et in his noſtri laboris mercedem accipiens, Tertius hic Liber erit conſummatus. Hoc tamen prætereundum non æſtimo, quod noſtris diebus factum recens memoria intulit. Cùm enim locus ille, in quo Beatorum corpora Monachorum in Eccleſia Beati Petri poſita fuerant, frequenter veneraretur à multis, maximè quia divina ibi ſæpe micuerint lumināria, eſſetque patulus ibidem introëundi aditus, ſi quidem per totius Eccleſiæ corpus magni ædificii camera ita conſtructa habebatur, ut horum infra ejuſdem cameræ ſpatio corporibus repoſitis, deſuper verò multorum Abbatum, ac utriſque piæ devotionis exhiberentur offitia: quidam inſipientes ruſtici de vicinis Caſtellis, cujuſdam defunctæ fœminæ ibidem corpus intulerunt, atque ex tunc ita loci ipſius clauditur aditus, ut ulteriùs vel quò ipſi introire, vel alios inferre poſſent, minimè reperirent. Multis enim poſt locum requirentibus, & ob hoc adhibitis foſſoribus, caſſo labore fruſtrati ſunt. Cùm enim prolixo diei ſpatio in hoc anxiè perdurarent, neceſſariò refectionis hora recedentes, cùm rurſus ad opus redirent, omnem terræ molem, quam procul ejecerant, validiùs congeſtam invenerunt. Reverſi quæ invenerant retulerunt, atque ex tunc fodere deſierunt.

Horum itaque Beatorum memoriam Monachorum nobis recolendam Patrum tradiderunt documenta antiquorum. Benedictus Deus in ſecula ſeculorum.

Explicit Liber Tertius.

Digitized by Google

INCIPIT LIBER QUARTUS CHRONICÆ HUJUS.

ET quoniam ad diviſionem, & illuminationem diei & noctis etiam ſigna ſplendida temporibus, diebus, & annis, ad illuminationem quoque firmamenti Cœli & Terræ duo magna luminaria, Solem, & Lunam, Stellas etiam quarto die fecit Deus, & poſuit ea in firmamento Cœli, ut lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, dividerentque lucem ac tenebras Diximus in principio Primi Libri: quidquid eſt in creatura bonitatis, ipſius creaturæ Creator ſuo poſſidet dominatu. Quæſtio eſt in conditione Solis, & Lunæ, ac ſiderum, quia cùm quarto die facta dicantur, quomodo ſuperiores tres dies ita convenit computari? In ipſa mora temporis per ipſas diſtinctiones operum *veſpere* appellatas, propter tranſactionem conſummati operis, & *mane* propter inchoationem futuri operis, ſimilitudine ſcilicet humanorum operum, quæ plerumque mane incipiunt, & veſpere deſinunt. Duo magna luminaria, Chriſtum in carne, & ejus Genitricem, firmamentum verò Eccleſiam intelligimus, juxta Apoſtolum, quæ eſt columna & firmamentum veritatis. Stellas ſingulas Eccleſias particulatim per loca diverſa recipimus. Item Solem Chriſtum, Lunam Eccleſiam, Stellas Sanctos, firmamentum illud, de quo dicit Propheta: *firmamentum meum, & refugium meum es tu.* Dictum eſt luminare majus, ut præeſſet diei, & luminare minus, ut præeſſet nocti; ubi non inchoationem, ſed principatum intelligit, quia per diem Sol principatum tenet, & per noctem Luna, quæ tunc omnia ſidera ſuo fulgore ſuperant. Et quod dicitur *dividant inter Solem, & Lunam*, hoc eſt ut jam certus eſſet numerus ſiderum, quid per diem, & per noctem appareret hominibus. Et quod dictum eſt: *dividant inter diem, & noctem*, hoc eſt ita inter ſe dividant diem, ut Soli detur dies, & nox Lunæ. Tunc fecit Deus lucem, cùm Chriſtus reſurrexit à mortuis; & lux diviſa eſt à tenebris, quando mortalitas ab immortalitate diſcreta eſt. Quartus dies quartum tempus eſt. Vidimus quatuor fluminibus Paradiſi omnem terram irrigari, quatuor eſſe angulos Cœli, quatuor elementis corpus humanum contineri, cujus uſtionem, vel defectionem, inter validiſſimas perſecutorum tribulationes, & miſeriarum relevationes exponimus.

Igitur qualiter veniens Majo (1) nepos ſupradicti Majonis Abbatis cum aliquantis Fratribus, qui impiorum gladios fugientes evaſerant, poſt multas tribulationes, multoſque labores, aliquid de his, aut pro his conferre potuerunt, ſicut pro ſui gravi neceſſitate periculi in antiquiſſimis paginis ab eodem Majone ſcriptum reperi, ſequenti hoc quarto volumine pandam. Illud nihilominus adjiciens, ut ſicut nos in hoc ſcribendi ſtudio illorum compatientes certaminibus laboramus; ita & ipſi noſtram hujus temporis fragilitatem, & diræ miſeriæ calamitatem piis viſceribus intuentes, Agnum Dei mundi peccata tollentem, pro quo ſuum ſanguinem fuderunt, ſinè fine exorare non ceſſent, quatenus & illorum ſanguinem vindicare, & noſtrorũ nobis ſcelerum veniam dare, atque ex mundi periculis liberatos in cœleſtis Regni gloria illis dignetur ſocios deputare, ut quibus compatimur & conregnemus. Fateor enim nos ſimilibus ſubjacere tribulationum perſequutionibus in iſtis temporibus. Etenim adhuc non deſunt Ethnicorum ſimiles, qui Sanctuaria Domini ſubverterunt, & Templum ſanctum Domini coinquinaverunt, qui ſe illud hereditate poſſidere dixerunt, & nos ex gentibus diſperdere quæſierunt, ut nomen Iſraël, ideſt Deum videntis, ampliùs non memoraretur. Unde in memoriam ante Deum aſcenderunt, à quo calicem iræ & indignationis ejus accipere meruerunt, ut bibentes pariter illum confundantur, conturbentur, revereantur, & pereant in ſeculum ſeculi. Et quid dicam? Domine ſalvum me fac propter miſericordiam tuam, quia tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem Terram.

Tranſactis ergo non paucis diebus, ſupradictus Majo cum aliquantis Fratribus, qui à facie Agarenorum fugierant, veniens Capuam ad piiſſimos Principes Atenulfum, & Landulfum, intimavit eis deſolationem ſui Monaſterii. Ipſi quippe, ideſt pater, & filius tunc Beneventi, & Capuæ pariter principabantur. Nam Gaiderio annis duobus, menſibus ſex, diebus decem & novem Beneventi exactis, Radelchis filius Radelchis ſucceſſit. Et hic annis tribus, menſibus octo, diebus viginti & uno expletis, Ajoni Principatum reliquit. Quo ſimiliter decedente poſt annos ſeptem, Urſus Principatus ſedem ſuſcepit. Et hic non ampliùs quàm unius anni ſpatio adminiſtrato, Sibbaticius Straticos cum valida Græcorum manu adveniens, Beneventum cepit. Cujus dominium cùm annis tribus, menſibus novem, & diebus viginti exegiſſet, Georgius Patricius ei ſucceſſor extitit. Poſt Georgium verò ſequitur Barſacius Patricius. Adveniente autem Guidone Duce & Marchione in auxilium Beneventanis, Græci inde miſerrimè ſunt expulſi, & in Græcias redire compulſi. Dehinc Guido Dux præfuit annis duobus, menſibus ſex. Et iterum Radelchis annis duobus, & dimidio. Quo expulſo, Athenulfus, qui præerat Capuæ Comes, à Beneventanis invitatus, Princeps conſtituitur anno quinquageſimoprimo, poſtquam Capua ædificata eſt. Qui poſt annum unum Landulfum filium ſuum ſecum principari conſtituit, cum quo præfuit annis decem, & menſibus quinque. Ergo tam Princeps, quàm & Cives Capuanæ Urbis nimio pro deſolatione prædicta mœrore afflicti, inito pietatis conſilio, pro Dei amore, pro re-

(1) Mihi adhuc dubitatio ſive ſuſpicio ineſt, Majonem hunc Abbatem ex conjectura tantùm Chronographi noſtri alium à præcedenti Majone fieri: quod ille coactus fuit excogitare, quia in Sarracenica vaſtatione *Majo Abbas* dicitur dira cæde interemtus. Sed fortaſſis hic fuga ſibi conſuluit. Vide ſubſequentem Chartam libellariam Anni 882. Leo quoque Marſicanus multos Monachos evaſiſſe ſcribit.

Digitized by Google

redemptione animarum ſuarum, ſuorumque civium ſalute, dederunt Abbati, & Fratribus Preſam intus Capuanam Civitatem, ut ibidem conſtruerent Monaſterium in honore Beatiſſimi Vincentii. Quod, ut potuerunt, aliquantulum ædificare cœperunt. Pro cujus ædificio, vel ſuæ paupertatis graviſſima neceſſitate, pariterque eorum, qui adhuc à Sarracenis captivi tenebantur, redemptione, multa prædia, & poſſeſſiones pariter quibuſdam libellario ordine tradiderunt.

Majo Abbas Monaſterii S. Vincentii ad Vulturnum, inopia urgente ob vaſtatum à Sarracenis ipſum Cœnobium, nonnullas terras in emphyteuſim Leoni cuidam concedit, ut pecuniam ab ipſo mutuam accipiat, Anno fortaſſe DCCCLXXXII.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Anno ſeptimo (1) imperantibus Domnis Leone, & Alexandro, „ & Principatus Domni Ajonis Beneventanæ „ Civitatis, Menſe Aprili, quintadecima „ Indictione. Ideoque ego Majo in Dei nomine Abbas Monaſterii Sancti Vincentii, „ quod fundatum fuit ſuper fontem Vulturni „ fluminis, manifeſtum facio, quoniam ſupradictum Monaſterium noſtrum judicio Dei „ à Sarracenis captum, atque igne crematum, ſeu deſtructum eſſe dignoſcitur, & „ cunctum theſaurum, ſeu omnia utenſilia, „ & ſacra miniſteria ab eadem neſandiſſima „ Agarenorum gente rapta, atque deprædata „ ſunt, cætera verò igne cremata ſunt. Plurimi autem ex Fratribus noſtris ibi capti, „ & captivi ducti ſunt; aliquanti ex eis in „ ipſa captivitate degunt, & ſub jugo eorum „ gemiſcunt, alii verò ex Fratribus noſtris „ jugulati ſunt. Aliquanti, qui remanſerunt, „ in his duris temporibus fame, & nuditate „ conſtringuntur. Igitur poſt hæc major nobis anguſtia vênit, dum nos proficiſceremur pro cuncta neceſſitate noſtri Monaſterii, quæ acciderat nobis à devaſtantibus „ Sarracenis, qui cuncta diripiebant. Contigit autem pro cunctis ſceleribus noſtris, „ Monaſterium noſtrum, quod dicitur de „ Apinianici, & captum atque deſtructum „ eſſe conſpicitur, cunctum aurum, & argentum, & pretioſas veſtes, vel omnia „ ſacra miniſteria exinde deprædarunt, idem „ verò Monaſterium igne crematum reliquerunt. Fratres noſtri huc, illucque diſperſi „ in magna conſiſtunt neceſſitate. Nos autem „ nominatus Abbas cùm non poſt multum „ tempus cum Fratribus noſtris recongregati „ eſſemus, tandem de omni noſtra neceſſitate „ penſare cœpimus, qualiter nos & Fratres „ noſtros nutrire, & veſtire valeremus, vel „ aliquam neceſſitatem noſtri Cœnobii ſalvare, ſeu eos, qui in captivitate ſunt, Fratres noſtros redimere valeamus. Inito ergo „ cum eis conſilio, cunctis apparuit, ut ſi „ invenerimus hominem, qui de rebus Monaſterii noſtri in convenientia, aut per libellarium recipere voluiſſet, & nobis præ- „ ſtaturus eſſet argentum, unde aliquam ne- „ ceſſitatem noſtri Monaſterii ſalvare potuiſ- „ ſemus, daremus ei de rebus ipſis, ſervis, „ vel ancillis noſtri Monaſterii. Noviſſimè „ autem invenimus Leonem filium itidem „ Leonis de Iſernia, cum quo locuti ſumus, „ & ſtatuimus, ut præſtaret nobis argenti li- „ bras triginta quinque, & daremus ei per „ libellarium ſcriptum Ceſpitem Monaſterii „ noſtri, quem habemus in Calino, ubi Palazo nominatur; Ceſpitem Calvoliſi, & „ ubi dicitur ad Sanctam Ceciliam; & Ceſpi- „ tem, qui vocatur ad Foliarite, & ad San- „ guinari, & ad Pelajano; & Terram in Ca- „ lua, ubi dicitur ad Ferrari propinquam Ec- „ cleſiæ Sancti Coſtri; & Terram prope Ca- „ puanam Civitatem, foràs ipſum Caſtellum „ ad Pontem unà cum Servis & Ancillis in „ his manentibus. Hæc omnia uſque ad an- „ nos vigintinovem dedimus, & tradidimus, „ ita ut amodo & uſque in ipſos annos vi- „ gintinovem annualiter cenſum perſolveret „ ipſe & ſui heredes nobis & poſteris noſtris „ ſolidum unum. Ad completum autem ipſum „ conſtitutum tempus illi, vel ſuis heredibus „ reddamus triginta libras argenti, & ipſæ „ reſiduæ quinque libræ moriantur apud nos „ imputatæ in ipſum cenſum, & recipiamus „ atque recolligamus ab illis prædictas res „ noſtras, Ceſpites, Servos, & Ancillas ſine „ ulla contradictione.

DE SANCTO VALENTINO.

Charta Precariæ, per quam Grifo & Leo fratres à Majone Vulturnenſi Abbate in emphyteuſim recipiunt Cellam & Eccleſiam Sancti Valentini. Anno DCCCLXXXXIV.

„ IN Dei nomine. Scriptum precariæ: qua- „ liter nos Grifo, & Leo germani fratres, „ filii quondam Tebaldi, Teatinæ habitatores in Marſi, habuimus inter nos inſimul „ petitionem à te Majo humilis Abbas, & „ Monaſterio Sancti Vincentii, quod ſitum „ eſt in partibus Beneventi ſuper fluvium „ Vulturnum, in loco ubi Samnia vocatur, „ ut tu nobis Grifoni, & Leoni uſque in tertiam noſtram generationem maſculinam legitimam aliquid rebus prædicti Monaſterii „ veſtri nobis in præſtito deductis, & tu libenti animo, bona & ſpontanea voluntate, „ unà per conſenſum & voluntatem de cuncta „ Congregatione prædicti Monaſterii Beati „ Vincentii dediſti nobis ad tertiam noſtram „ generationem maſculinam legitimam, hoc „ eſt unam Cellam prædicti Monaſterii veſtri „ in territorio Atenenſe, vocabulo Sancti „ Valentini, ſuper fluvium Mellarinum. Et „ eſt ipſa Eccleſia Sancti Valentini cum atrio, „ & Cella, & cum omnibus pertinentiis, vel „ adjacentiis ſuis, quantum ad ipſam Cellam „ pertinet, & exceptuo inde ipſam Eccleſiam Sancti Mauri, & ipſam Eccleſiam „ Sancti Petri de Anglone cum omnibus rebus & pertinentiis de ipſis ambabus Eccleſiis, vel adjacentiis illarum, quæ ad ipſum „ Mo-

(1) Tum heic, tum in altera ſubſequenti Charta iidem Chronici characteres occurrunt. Niſi error Librariorum interceſſerit, parum conveniunt hæc cum Chronologicis rationibus Pagii ad Annal. Baron. Ego Annum poſui 882. ſed titubans, nam adhuc eo ipſo vivebat Baſilius Auguſtus heic minimè memoratus. Quòd ſi ad Annum 897. quo fluebat *Indictio XV.* protrahas hoc monumentum, tunc *ſeptimus* Auguſtorum Annus minimè decurrebat. Sed vide, quæ adnotata ſunt infra ad Chartam *de Sancto Vincentio in Neapoli*.

Digitized by Google

„ Monaſterium reſervaſtis. Nam alia omnia
„ ſuperiùs nominata Cella dediſti nobis in
„ tali tenore ad uſum fruendi agendum, nam
„ non vendendi, non donandi, nec concam-
„ biandi, nec per ullum ingenium, vel ar-
„ gumentum in alterius poteſtate proprieta-
„ rio nomine tranſmigrandi, vel ſubtrahen-
„ di, ſed tantùm ad uſum fruendi: Et ſic de-
„ beamus qualeſcunque de nobis dare & per-
„ ſolvere cenſum tibi Majoni Venerabili Ab-
„ bati, vel ad tuos ſucceſſores annualiter de
„ argento mancuſos duos. Et hoc repromit-
„ timus, & obligamus nos Leo, & Grifo ger-
„ mani fratres, vel tertiam noſtram legiti-
„ mam generationem, quòd ſi hæc omnia ſic
„ non compleverimus, & ipſum cenſum an-
„ nualiter non dederimus, pœnam vobis, &
„ veſtris ſucceſſoribus componere obligamus
„ auri libram unam, & argenti libras duas,
„ & hoc ſcriptum precariæ firmum, & ſta-
„ bile permaneat uſque ad præfinitum tem-
„ pus. Unde pro ſtabilitate vobis Beraldo
„ ſcribere rogavimus in Anno Imperii Domni
„ Guidonis Quarto, ſimulque Menſe Majo
„ per Indictionem Duodecimam. Actum in
„ Marſi, Menſe, & Indictione ſupra ſcripta.

DE CIVITATE MATERÆ.

Charta Precariæ, per quam Petrus Præpoſitus Monaſterii Sancti Vincentii Vulturnenſis res multas in emphyteuſim concedit Godino Imperiali Protoſpatario in Civitate Materæ. Anno DCCCLXXXII.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris no-
„ ſtri Jeſu Chriſti Anno ſeptimo impe-
„ rantibus Domnis Leone, & Alexandro
„ Sanctiſſimis Imperatoribus menſe Martio
„ per Ind. quintadecima. Ideoque ego Pe-
„ trus Presbyter, & Præpoſitus Monaſterii
„ Beati Sancti Vincentii, quod fundatum eſſe
„ dignoſcitur ſuper ipſum fluvium Vultur-
„ num in territorio Beneventano partibus
„ Samniæ, nunc declaro ego, quia invenimus
„ rebus poſſibilitatis infra Caſtaldatum Ace-
„ rentino, qui eſt pertinente de prædicto
„ Monaſterio, & dum ipſum Monaſterium ni-
„ hil pro diminutione habuit, quia ipſum
„ Monaſterium pro peccatis noſtris captum
„ eſt à gente Paganorum, & paupertatem ha-
„ bet, & quærimus hominem, qui ipſam he-
„ reditatem de prædicto Monaſterio libella-
„ rio ordine acciperet, & cenſum daret,
„ qualiter aliquod adjutorium prædictum
„ Monaſterium habere poſſet, unde ſervos
„ ſervorum Dei, qui in prædicto Monaſterio
„ conſiſtunt, hoc tempore neceſſitatis juvare
„ potuiſſemus, dum invenimus hominem no-
„ mine Godini Imperialem Protoſpatharium,
„ & filium bonæ memoriæ Radelchis, qui
„ fuit Protoſpatharius, qui res ipſas de præ-
„ dicto Monaſterio libellario nomine acci-
„ peret, & cenſum exinde daret. Sed dum
„ intelleximus, quòd res ipſas nullo modo
„ dare poſſemus ſinè notitia Principis, ſeu
„ Judicis, vel Miſſo ejuſdem Principis; &
„ dum ego qui ſupra Petrus Presbyter, &
„ Præpoſitus confirmationem habeo de præ-
„ dicto Monaſterio, & de omnibus rebus à
„ Domno Majo Abbate, ſic porrexi in præ-
„ ſentia Domni Guaimari glorioſi Principis,
„ & poſtulavi clementiam ejus, ut licentiam
„ mihi daret, convenientiam ipſam libella-
„ rio nomine agendam, & de ſui præſentia
„ dirigeret Miſſum, qui mecum perficiat
„ ipſam convenientiam. Poſt licentiam da-
„ tam à piiſſimo Principe, per conſenſum &
„ juſſionem Domni Abbatis, ego Petrus Presby-
„ ter, & Præpoſitus cum Pipino Miſſo Domni
„ Principis, & Advocatore jam dicti Mona-
„ ſterii, perreximus intus Civitatem Materæ
„ ad prædictum Godini, & dum inde collo-
„ quium haberemus, convocavimus Leonem
„ Imperialem Stratorem, & Judicem, & ido-
„ neos, ac nobiliores homines, & per fuſtem
„ tradimus tibi prædicto Godini Imperiali
„ Protoſpathario cunctas integras res de præ-
„ dicto Monaſterio, quantum eſſe dignoſci-
„ tur infra Caſtaldatum Acerentinum, tam
„ ipſas res, quàm omnes Eccleſias, cum caſis,
„ vineis, territoriis, campis, ſilvis, aquis,
„ arboribus, olivetis, termethetis, pomis,
„ fructiferis, & infructiferis, omnia in
„ omnibus, ut in tua ſit poteſtate, & de tuis
„ heredibus uſufruendi libellario nomine
„ uſque ad XXIX. annos completos. Exceptavimus inde res Adelmondi Caſtaldei, quam
„ & ipſa quarta Radelchiſæ, quæ fuit Ancilla
„ Dei, quod non damus tibi. Nam illa alia,
„ quantum ſupradictum eſt, cum univerſis
„ ſuis pertinentiis in integrum tibi dedimus.
„ Unde ad confirmandum, & ſtabiliendum
„ ſupradictum noſtrum datum, recepimus à
„ te ſupradicto Godini Imperiali Protoſpa-
„ thario centum auri ſolidos, Conſtantinia-
„ nos decem, & per guadiam ſpondiſti nobis
„ dare cenſum per unumquemque annum
„ milliareſem unum uſque ad completos
„ XXIX. annos. Ea ratione damus tibi Godi-
„ ni ſupradictas res cum ipſis Eccleſiis, no-
„ minativè Sanctum Eliam, qui fundatus eſt
„ inter Civitatem Materæ, & Sanctum Pe-
„ trum de ipſa Matina, & Sanctum Silve-
„ ſtrum, qui fundatus eſt trans flumen Bra-
„ dano propinquo loco Fluviano, ſimul &
„ Sanctum Laurentium, qui & ipſe fundatus
„ eſt trans flumen Bradano propinquo Ca-
„ ſtello Monteſcabioſo, cum univerſis aliis
„ Eccleſiis & ſuis pertinentiis, ſicut ſupra-
„ dictum eſt. Et hoc libellarium ſcriptum
„ Adelchis Clericum, & Notarium ſcribere
„ rogavimus. Actum in Civitate Materæ.

Simili quoque modo in Epiſcopio Neapolitano dederunt Gualdum, quod habebant in Liburias, loco ubi dicitur Cree, pro quo ceperunt libras argenti centum, eo tenore, ut, quocumque tempore illud recolligere vellent, redderent illi prædictas libras argenti, & ſua cum pace reciperent.

JUDICIUM DE SANCTA MARIA IN CASTANIETO ABBATI MAJONI.

Majo Abbas Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Ageltrude Imperatrice, & Radelchi Principe Beneventano, in judicio agens contra Bernardum Clericum occupatorem Monaſterii S. Mariæ ad Caſtanietum, cauſam obtinet circiter Annum DCCCXCVI.

„ DUm in Beneventano Palatio ſtetiſſem
„ ego Lodoicus Caſtaldeus, & Judex in
„ præſentia Domnæ Ageltrudis Imperatricis
„ Auguſtæ, & Domni Radelchis Principis,
„ &

Digitized by Google

„ & tunc in eorum præſentia reclamavit Majo
„ Abbas Monaſterii Sancti Vincentii, ut Ber-
„ nardus Clericus, filius ideſt Bernardi, malo
„ ordine introiſſet in Monaſterio Sanctæ Ma-
„ riæ, quæ vocatur ad Caſtanietum propin-
„ quo Caſtro Piniano, & contra rationem il-
„ lud teneret cum terris cultis & incultis, in
„ qua ædificata eſt, quærebat cum eo exinde
„ facere finem. Ipſa denique Domna Agel-
„ truda Auguſta, & Domnus Radelchis juſſe-
„ runt eidem Bernardo Clerico, & Judici, ut
„ ipſe Judex pro parte Palatii, & ipſe Ber-
„ nardus à parte ſua, eo quòd ipſum Mona-
„ ſterium ipſe tenere videretur, de hac re
„ reſponderet Abbati; & mihi qui ſupra Lo-
„ doici Judici fideli ſuo præceperat, ut audi-
„ tis eorum querimoniis juſtam legis ratio-
„ nem inter eos definiremus. Egreſſo quoque
„ me ab eorum præſentia continuò advocavi
„ mecum intereſſe Telbertum Caſtaldeum,
„ Otildonem Caſtaldeum, & Judex Gaideriſi
„ filius Bernardi, Grimoaldus filius Ratonis,
„ Zotone filius Clafonis, Rotefrit filius Ro-
„ frit, Audoaldus filius Traſari, & Radelpoto
„ filius prædicti Rofrit, quatenus & ipſi hac
„ definitione pro firmiſſima ſecuritate per par-
„ tes aſſiſterent. Interea ſuperiùs memoratus
„ Majo Abbas unà cum Adelgardo ſuo Advo-
„ catore ſupraſcripto cauſare cœperat cum
„ eodem Bernardo, quòd ipſe contra ratio-
„ nem introiſſet, ut dictum eſt, in prædicto
„ Monaſterio Sanctæ Mariæ, & res atque fa-
„ milias ejuſdem Cœnobii tenens, & nunc te-
„ neret. Ob hoc quærebat ab eis reſponſum
„ audire, & exinde finem facere. Tunc ipſi
„ Bernardus & Heroicus, qui miſſi erant à
„ parte Palatii inde dare reſponſum, pariter
„ dixerunt, ut non malo ordine neque contra
„ rationem idem Bernardus in eodem Cœno-
„ bio introiſſet, neque res & familias ejus
„ poſſediſſet; ſed à parte Palatii ei in benefi-
„ cio datum eſſet, & ideo ibi introiſſe, &
„ poſſediſſe, atque dominaret. Ad hæc idem
„ Majo Abbas cum eodem ſuo Avocatore ſta-
„ tim reſponderunt, ut pars Palatii illud nul-
„ latenus dare potuiſſet, eo quòd ei pertinere
„ non deberet, ſed legibus prædicto Mona-
„ ſterio Sancti Vincentii pertinuiſſet, & per-
„ tinere deberet. Nos talia audientes interro-
„ gavimus prædictum Bernardum & Heroi-
„ cum, unde illud Monaſterium Sanctæ Ma-
„ riæ cum pertinentiis ejus in parte Palatii
„ pertineret? Qui dixerunt, ut ſemper ſub
„ dominatione Palatii fuiſſet, & eſſe deberet,
„ & Monaſterio Sancti Vincentii nequaquam
„ pertineret. Rurſum interrogavimus prædi-
„ ctum Majonem Abbatem, quomodo ipſum
„ Cœnobium Sanctæ Mariæ ſuo Monaſterio
„ pertinere deberet? Qui dixit unà cum præ-
„ fato Avocatore ſuo, ut olim ipſum Cœno-
„ bium Sanctæ Mariæ conſtructum fuiſſet à
„ Domna Theoderada Duciſſa in Caſtanieto
„ propinquo Caſtro Piniano, & tam ab ea,
„ quàm à Domno Giſulfo Duce filio ejus da-
„ tum fuiſſe illud Monaſterium cum omnibus
„ ſuis pertinentiis in præfato Cœnobio Sancti
„ Vincentii, & poſtea à ſingulis Principibus,
„ ſeu ab Imperatoribus, qui interfuerunt, per
„ præcepta conceſſum habuiſſet in eodem
„ Monaſterio Sancti Vincentii integras domi-
„ nationes ſuas, quales pars Palatii ex eodem
„ Monaſterio Sanctæ Mariæ habuit. Et ex
„ tunc quo prædicta Domna Theoderada, &
„ Giſulfus filius ejus ipſum Monaſterium cum
„ ſuis omnibus pertinentiis in præfato Mona-
„ ſterio Sancti Vincentii fuiſſet offertum, &
„ uſque in tempore Domni Adelchis Princi-
„ pis tam ipſe Abbas, quàm & Prædeceſſores
„ ejus in ſua poteſtate & ordinatione tenuiſ-
„ ſet eumdem Monaſterium Sanctæ Mariæ
„ cum omnibus ſuis pertinentiis, & dominaſ-
„ ſet abſque contradictione Palatii. Nos qui
„ ſupra, cùm talia audiſſemus, diximus eidem
„ Majoni Abbati, ut ſi hæc præcepta, quæ
„ dixerat, habuiſſet, coram nobis oſtenderet.
„ Et ſtatim coram nobis oſtendit unam char-
„ tulam offertionis, quam nos legi fecimus
„ continentem ita, ut cetera, ſicut ibidem
„ legebatur. Cùmque jam dicta offertio re-
„ lecta eſt hæc contra ipſos, Bernardus &
„ Heroicus pro parte Palatii reſponderunt,
„ ut non eſſet veritas, ut ipſe Majo Abbas,
„ & Prædeceſſores ejus in ſua poteſtate & or-
„ dinatione tenuiſſet, & dominaſſet eumdem
„ Monaſterium Sanctæ Mariæ cum omnibus
„ ſuis pertinentiis, ut dixerat, ſed ſemper
„ ſub poteſtate, & ordinatione Palatii fuiſſet.
„ Nos ergo talia audientes interrogavimus
„ Bernardum, & Heroicum, ſi per teſtes ta-
„ lem approbationem facere poſſunt, quòd
„ pars Palatii illum Monaſterium Sanctæ Ma-
„ riæ, ſicut dixerat, ſub ſua dominatione &
„ ordinatione per triginta annos habuiſſet, &
„ haberet etiam in antea. Qui dixerunt, ut
„ inde conſignare non poſſent. At verò juxta
„ decreta Principum teſtes iſtius ſtatuerunt,
„ ut ſi inde auſi fuerint pars Monaſterii jurare
„ juxta legem & conſuetudinem terræ iſtius
„ per ſacramenta, illas definiret. Quod nos
„ ſecundùm illorum ſtatuta judicavimus, ut
„ ipſe Majo Abbas quinque Scariones ſui Mo-
„ naſterii jurare faceret, quòd illum Monaſte-
„ rium Sanctæ Mariæ, & ipſæ dictæ terræ
„ cultæ vel incultæ per jam dictos fines ab
„ illo tempore, quod prædictum eſt, & uſ-
„ que ad tempus ejuſdem Domni Adelchis,
„ tam ipſe Majo Abbas, quàm & anteceſſores
„ ejus in ſua poteſtate & ordinatione tenuiſ-
„ ſet, & dominaſſet, & ſive ab eadem Domna
„ Theoderada, & Giſulfo filio ejus, qui per
„ prædictam offerunt, nec non & ab Impera-
„ toribus, ſive Principibus teſtes ipſorum
„ præcepta, ſicut dixerat, in eodem Cœnobio
„ Sancti Vincentii emiſſa habuiſſet, ut ſupe-
„ riùs dixerat. In eodem verò die uterque
„ ante nos venerunt, & continuò ipſe Majo
„ Abbas oſtendit quinque Scariones ſui Mo-
„ naſterii, ideſt Magelgarius, & Majone,
„ Stephanus, Ragimpertus, & Odelpertus,
„ & ita eos ad Sancta Evangelia jurare fecit
„ prædicto Bernardo, & Heroico pro parte
„ Palatii, quòd ab illo tempore, quo prædi-
„ cta Domna Theoderada, & Giſulfus filius
„ ejus ipſum Monaſterium Sanctæ Mariæ cum
„ prædicta terra culta vel inculta per jam di-
„ ctos fines cum omni ejus pertinentia datum
„ & offertum fuit per jam dicta offertione,
„ ut diximus, in memorato Monaſterio San-
„ cti Vincentii, & uſque ad tempus Domni
„ Adelchis ſecuriter ipſe Majo Abbas, & an-
„ teceſſores ſui, ſinè contradictione partis Pa-
„ latii, & in ea poteſtate & ordinatione te-
„ nuiſſet & dominaſſet, & poſtea à ſingulis
„ Imperatoribus & Principibus præcepta
„ emiſſa habuiſſet de quanta & quali domi-
„ natione de eodem Monaſterio Sanctæ Mariæ
„ à parte Palatii habere debuiſſet. Poſt hæc
„ ſacramenta data, nos qui ſupra Lodoicus
„ Ca-

Digitized by Google

„ Caſtaldeus & Judex definienda judicavi co-
„ ram ſupradictis nobilioribus viris, quorum
„ nomina ſuperiùs dicta ſunt, qui mecum pa-
„ riter in hac definitione interfuerunt, ut
„ amodo & deinceps juris præfati Monaſterii
„ Sancti Vincentii ejuſque Rectores eumdem
„ Monaſterium Sanctæ Mariæ cum omnibus
„ ſuis pertinentiis in ſua dominatione habere
„ & poſſidere ſecuriter ſinè requiſitione à par-
„ te Palatii & de his aliis omnibus homini-
„ bus valeant jure quieto in perpetuum.

Obtinuit quoque prædictus Abbas Majo Præcepta pro reconciliatione Monaſterii, & recuperatione poſſeſſionum, ſive prædiorum à Principibus, videlicet Adelchis, & Radelchis, Ageltrudæ Imperatricis, Georgii Patricii, & Conſtantini; Præceptum quoque oblationis, & confirmationis de Eccleſia Sancti Vincentii in Neapoli via Fartilenſe. Horum omnium ita textus habetur.

Diploma Adelchiſi Principis Beneventani, quo Majoni Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum concedit, ut nemo deinceps Monaſterii bona recipiat abſque ejuſdem Principis, atque Abbatum conſenſu. Anno DCCCLXXVIII.

„ IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Nos
„ vir glorioſiſſimus Adelchis Dei provi-
„ dentia Langobardorum gentis Princeps,
„ dum quadam die reſidentes nos in hoc Be-
„ neventano ſacratiſſimo Palatio, tunc dire-
„ xit Majo Reverentiſſimus & Sanctiſſimus
„ Abbas, & Rector Monaſterii Beati Vincen-
„ tii Adelchiſum Diaconem, & Magelfri-
„ dum Presbyterum Monachos præfati Mo-
„ naſterii poſtulare noſtram clementiam, ut
„ omnia quidquid in octavo anno Principa-
„ tus noſtri menſe Auguſto, nona Indictione (1)
„ per rogum Johannis, qui fuit Abbas Sancti
„ Vincentii, conceſſimus per Breve ſigilla-
„ tum ab annulo noſtro, cum * arvibus bre-
„ vi ſigillaremus in præfato Monaſterio.
„ Ecce nunc per rogum Audoaldi Comitis
„ cognati noſtri concedimus in Monaſterio
„ Beati Vincentii, ubi nunc, Deo favente,
„ Majo Reverentiſſimus Abbas præeſt, ut ab
„ illo anno, quod ſuperiùs dictum eſt, & in
„ antea amodo facta eſt deteſtatio, ut nullus
„ ex noſtris Optimatibus, Judicibus, aut à
„ quibuſcumque Nobilibus, aut ignobilibus,
„ & qui ſub noſtra poteſtate ſunt, ut qualiſ-
„ cunque Monachus, aut Præpoſitus Mona-
„ ſterii Beati Vincentii de rebus, vel familiis
„ ipſius Monaſterii facere quamvis obligatio-
„ nem, aut convenientiam; & ſi facere vo-
„ luerit qualemvis obligationem, nullatenus
„ ibi eſſent conſentientes, abſque nutum no-
„ ſtrum, vel de ſuo Abbate, aut de ejus Miſ-
„ ſum; & ſi contigerit, ut factum ſit, ſtabile
„ non ſit. Ideo ſic ſtatuimus cum noſtris Op-
„ timatibus, & Judicibus, ut amodo in antea
„ nullus Præpoſitus, aut Monachus præfati
„ Monaſterii habeat poteſtatem de rebus, vel
„ familiis prædicti Monaſterii per quamcum-
„ que rationem vendere, aut cambium face-
„ re, aut obligare, abſque notitia noſtra, &
A „ de jam dicto Abbate, & de ejus ſucceſſori-
„ bus, vel Miſſum eorum; & ſi quid factum
„ ſit, ſtabile non ſit, ſed omnia redeant in
„ poteſtate Monaſterii Sancti Vincentii. In
„ ea videlicet ratione, ut amodo, & dein-
„ ceps per hoc noſtrum roboratum præce-
„ ptum prædicta omnia, quæ præleguntur,
„ firmiter habere, & poſſidere valeatis vos,
„ veſtrique ſucceſſores, & cuncti Rectores
„ præfati Monaſterii, & à nullo ex noſtris
„ Judicibus, ideſt Comitibus, & Caſtaldeis,
„ vel à quibuſcumque Agentibus habeatis
„ aliquam requiſitionem, ſed perpetuis tem-
„ poribus firmiter poſſideatis. Quod verò præ-
„ ceptum conceſſionis ex juſſione ſupraſcriptæ
B „ poteſtatis ſcripſi ego Thomas Abbas. Actum
„ Benevento Anno vigeſimo quinto prædicti
„ Principis, Menſe Februario, Undecima In-
„ dictione.

Privilegium à Radelchi Beneventano Principe conceſſum Adelberto Præpoſito S. Vincentii Vulturnenſis, ut per Scarionum juramentum bona ſui Monaſterii deperdita, aut ab aliis uſurpata, recuperare poſſit. Anno DCCCXCIX.

„ IN nomine Domini. Dum nos Vir glo-
„ rioſiſſimus Radelchis Dei providentia
C „ Langobardorum gentis Princeps in ſacro Pa-
„ latio noſtro Beneventi habitator conſediſ-
„ ſemus ad utilitatem Reipublicæ exhiben-
„ dam, nec non & nobiſcum pariter aſſiſten-
„ tibus Petrus Epiſcopus, Abbatibus, Opti-
„ matibus, Judicibus, & ceteris Nobilibus
„ Langobardorum; noſtræ quidem celſitudini
„ vênit Adelpertus Præpoſitus Monaſterii Beati
„ Petri Apoſtoli, & reclamavit dicens: ut
„ teneret Cellam cum rebus, & familiis per-
„ tinentibus Cœnobio Sancti Vincentii, quod
„ ædificatum fuit ſuper fluvium Vulturnum,
„ & nomina, per quibus rem ipſam, & fa-
„ milias datas, ſeu acquiſitas haberet pars de
„ ipſa ejus Cella, fuiſſent in ipſo Monaſterio
D „ Sancti Vincentii, & quando ipſum Cœno-
„ bium ab ipſa nefanda Paganorum gente
„ comprehenſum, atque crematum fuit, ſic
„ tota illa nomina perdita fuerunt. Ob hoc
„ ergo unà cum ipſis decrevimus hoc judica-
„ tum noſtrum noſtra indulgentia ad partes
„ de ipſa Cella, quam nominatus Adelpertus
„ tenere videtur, concedere, ut quidquid uſ-
„ que in illum diem per offertiones, aut per
„ Præcepta à parte Palatii, vel poſſeſſionem,
„ ſeu per alia munimina legalia, ſeu per ob-
„ ligationem, vel per definitas cauſas poſſi-
„ dere viſi fuerint, liceat eum, ſuoſque Po-
„ ſteros, cui à parte ipſius Monaſterii Cellis
E „ ipſis cum ſuis pertinentiis paruerit datos,
„ hoc ſecundùm conſuetudinem terræ iſtius
„ cum quinque Scariones, ſervos de ipſa ſua
„ Eccleſia per Sancta Dei Evangelia ſatisfa-
„ cere, & uſque in illum diem legaliter,
„ quod quæritur poſſederint, & legalia muni-
„ mina inde habuiſſe, & ita ea perdidiſſe,
„ quando, ut diximus, ipſum Monaſterium
„ comprehenſum, atque combuſtum fuit. Et
„ poſt hanc ſatisfactionem, de requiſitione
„ illa

(1) Quæ heic adnotata eſt *Indictio XI.* & Annus *XXV.* Adelchis, annum nobis exhibent 878. quo nempe, aut ſubſequenti idem Princeps diem poſtremum clauſit. Quare deceptus eſt Chronographus noſter, Chartam hanc referens ad Majonem II. Abbatem, quum ſpectet ad Majonem I. ejus patruum, qui in clade à Sarracenis illata Anno 881. necatus eſt, ac proinde vivebat, regebatque Vulturnenſe Cœnobium Anno 778. niſi unum Majonem in duos ex conjectura ſua partitus eſt hujus Libri Auctor.

Digitized by Google

„ illa quieti & ſecuri permanere poſſint. Hoc
„ verò judicatum Adelgardum Notarium ſcri-
„ bere juſſimus, & aliquantos ex jam dictis
„ Optimatibus, & Nobiles pro ſecuritate
„ prædictarum Eccleſiarum ſuis manibus ſub-
„ ſcrivere mandavimus. Anno tertio, Menſe
„ Auguſto, Secunda Indictione. Ego Ludo-
„ vicus Judex. Ego Heroicus Judex. Ego
„ Gaideres.....

DE SANCTA MARIA IN LOCO SANO.

Georgius Patritius & Imperatoris Conſtantinopolitani Protoſpatarius privilegia ac immunitates confirmat Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, & aliis Monaſteriis eidem ſubjectis. Anno DCCCXCII.

„ IN nomine Domini. Ego Georgius Pa-
„ tritius, Imperialis Protoſpatarius &
„ Stratigos Cephaloniæ atque Langobardiæ,
„ dum reſiderem in Dei nomine intus Palatio
„ Beneventi, Entilma facio tibi Majoni ve-
„ nerabili Abbati Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii, inſuper & tibi Adelperto Præpoſito
„ Beati Petri Apoſtoli, quod ædificatum eſt
„ foràs Beneventum erga fluvio Sabbati,
„ quàm & Rector Monaſterii Sanctæ Dei Ge-
„ netricis Mariæ, quod ædificatum eſt in lo-
„ co Sano, quæ ſupradicta Monaſteria ſubje-
„ cta ſunt Monaſterio Sancti Vincentii, ut
„ non quiſcumque homo ſit, qui audeat aut
„ præſumat facere aliquam contrarietatem,
„ aut læſionem in cauſa de prædictis tribus
„ Monaſteriis, ubicunque habuerint pertinen-
„ tia, in quacumque terra & loco ubi fuerit
„ dominatio Sereniſſimorum Imperatorum,
„ ut nullam fortiam, aut applicationem ibi-
„ dem faciant ſervi Sereniſſimorum Imperato-
„ torum, nec in prædictis Monaſteriis, ſeu
„ Villis, ſive Curtis, & omnibus eorum per-
„ tinentiis, neque de omnibus ſervis, aut de
„ omnibus eorum ſubjectis, qui in eorum
„ pertinentiis ſunt reſidentes. Et nullam da-
„ tionem, aut tributum, ſive portaticum,
„ aut portunaticum, vel ripaticum à vobis
„ prædictis Majone Abbate, & Adelperto
„ Præpoſito, qui eſtis Rectores ex prædictis
„ venerabilibus locis, nec à nullo Monacho
„ veſtro, vel à ſervis, & omnibus ſubditis
„ vobis umquam exigant. Et nullus homo
„ præſumat vel audeat exinde quodcumque
„ tollere, vel contraire, res, domos, ſervos,
„ vel ancillas, omnia & in omnibus, quæ in
„ prædictis Monaſteriis conceſſa ſunt à Re-
„ gibus Francorum, ſive à Principibus Lan-
„ gobardorum per Præcepta, vel omnia, quæ
„ per chartas, vel offertiones, ſive per em-
„ ptionem, vel quocumque nomine conceſ-
„ ſum, aut paratum habuiſtis, vel amodo in
„ antea quolibet modo fuerit ibidem conceſ-
„ ſum aut paratum, ut amodo & ſemper,
„ pro ſtatu Sereniſſimorum Imperatorum, &
„ illorum mercede, vos & veſtri ſucceſſores
„ omnia, quæ ſuperiùs leguntur, firmiter &
„ ſecuriter poſſideatis. Et nullus homo præ-
„ ſumat de ſua civitate qualemcumque Mo-
„ nachum à majore uſque ad minimum de
„ prædictis Monaſteriis de ſuis habitationi-
„ bus foràs ejicere, aut quamlibet novam
„ conſuetudinem ſuper eoſdem Monachos, &
„ eorum Monaſteria, & in omnibus eorum
„ pertinentiis inducere, aut facere, pro eo
„ quòd vos Monachos de prædictis venerabi-
„ libus locis die noctuque pro ſanitate, &
„ proſperitate invictiſſimorum Imperatorum,
„ & pro omni illorum exercitu Dominum
„ Deum exoretis. Pro quo hunc Entilma in
„ illorum mercede vobis firmamus prædicto-
„ rum Abbatis & ejus Præpoſiti in parte, &
„ veſtra Monaſteria, & ad veſtris ſucceſſori-
„ bus. Et innoteſcimus ac proteſtamur vos
„ Chriſtianos omnes, qui fideles eſtis, & ora-
„ tis pro Sereniſſimis Imperatoribus, tam Epi-
„ ſcopos omnes Domino ſervientes, quàm &
„ Protoſpatarios, & Spatarios, Candidatos,
„ Cartularios, & Protonotarios, Tomarchos,
„ Armenos, Græcos, ſeu Langobardos Ga-
„ ſtaldeos, & omnibus hominibus præcipi-
„ mus, qui fideles ſunt Dei, & Sereniſſimo-
„ rum Imperatorum, videntes & cognoſcen-
„ tes iſtam noſtram Entilma, ut ſic ipſa ple-
„ niter obſervetis, & firmiter ea adimpleatis,
„ ſicut ſupra omnia continet, & quomodo pro
„ ſtatu Sereniſſimorum Imperatorum ad hæc
„ tria præſcripta Monaſteria firmavimus. Et
„ qui iſta Entilma non obſervaverit, aut fir-
„ miter ea non adimpleverit, ſciat ſe eſſe
„ damnatum, contemptor & offenſor Dei, &
„ Sereniſſimorum Imperatorum, & ſtatim om-
„ nes res illius in Palatio Sereniſſimorum Im-
„ peratorum deveniant, inſuper & Dei iram,
„ & noſtram ſuperinductam, & magnum pati-
„ bulum ſciat ſe ſuſtinere. Quam verò Entil-
„ mam noſtram bullavimus cum bulla noſtra
„ plumbea Menſe Auguſti, Decima Indictione.

Radelchis Princeps Beneventanus Monaſterio Sanctæ Mariæ de loco Sano omnia illius bona ac immunitates confirmat. Anno DCCCXCVIII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri
„ Jeſu Chriſti. Conceſſimus nos vir glo-
„ rioſiſſimus Radelchis Dei providentia gentis
„ Langobardorum Princeps per rogum Ga-
„ richiſæ dilectæ noſtræ ſororis, tibi Adel-
„ perto Præpoſito Monaſterii Sanctæ Mariæ
„ de loco Sano eumdem Monaſterium, quod
„ ſubjectum eſſe videtur Monaſterio Sancti
„ Vincentii, in tali ratione illud concedimus
„ tibi, ſicut per legale judicium illud Majo
„ Abbas vicit, & recollegit præſentia Domnæ
„ Ageltrudæ Imperatricis, ſimul etiam & no-
„ ſtra præſentia, ut liber ſit ab omni anga-
„ ria, & penſione, ſive portatico, cum offer-
„ tis, & libertis, & cum commenditiis ſuis,
„ tam cum iis, quos modò habet, quàm
„ quos in antea habere potuerit, & cum ipſa
„ Fracta Sancti Felicis, quæ in Territorio
„ ejuſdem Monaſterii conſtructa eſt. Quic-
„ quid inde vobis legibus pertinet, & omnia
„ quæ ibi à noſtris Anteceſſoribus, & Nobi-
„ libus hominibus data ſunt, ut amodo &
„ deinceps in veſtra ſit poteſtate & domina-
„ tione firmiter per hoc noſtrum roboratum
„ præceptum; & neque à nobis, neque à
„ nullis ex noſtris Judicibus, Comitibus, Ca-
„ ſtaldeis, vel à quibuſcumque Agentibus ha-
„ beatis aliquam requiſitionem; ſed perpe-
„ tuis temporibus in veſtra permaneat pote-
„ ſtate & dominatione laborandi, regendi,
„ gubernandi, & exinde quicquid utile fueri
„ faciendi. Quod verò præceptum conceſſio-
„ nis ex juſſione prædictæ Poteſtatis ſcripſi ego
„ Ermengardus Diaconus ſuperiùs dictæ glo-
„ rioſæ

Digitized by Google

„ riosæ Potestatis. Actum in Benevento se-
„ ptimo Anno Imperii Domni Lamberti Im-
„ peratoris Augusti, & secundo Anno Princi-
„ patus post restaurationem ejusdem Domni
„ nostri glorioси Principis, Mense Augusto,
„ Prima Indictione.

DE SANCTO VINCENTIO IN NEAPOLI COMPARATIO DOMINI MAJONI ABBATIS A JOANNE SUBDIACONO, ET ABBATE S. MARIÆ.

Traditio Cellarii & nonnullarum terrarum facta à Johanne Subdiacono Ecclesiæ Neapolitanæ Monasterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, & confirmata ab Athanasio Episcopo ejusdem Civitatis. Anno fortassis DCCCLXX.

„ IN nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi. Imperante Domno Basilio magno Imperatore Anno (1) septimo, „ sed & Leone, & Alexandro Imperatoribus „ ejus filiis, die quintadecima Mensis Octobris, Indictione II. Nos Johannes Subdiaconus Sanctæ Neapolitanæ Ecclesiæ, & dispositor Monasterii Beatæ & Gloriosæ Dei „ Genitricis Mariæ sita in via Furcillense, „ prompto & libenti animo contradidi vobis C „ Domno Majoni Venerabili Abbati Monasterii Beati Vincentii situm erga fluvium „ Vulturnum Samniæ partibus Beneventano „ Territorio: Idest in primis Cellarium in „ integro cum domo, & omnibus possessionibus ejus. Cubiculum quoque ipsum insimul concessi. Tradidi vobis & hortum „ nostrum, qui est inter hortum Domni Aceprandi, & Leonis magni viri. Ipsum verò „ suprascriptum Cellarium, & hortum positum intus hanc Civitatem inter duo vicora, unum qui vocatur Corarium, & alium „ Vicum Placidum, Sego Furcillense, & in „ suprascripta nostra Ecclesia, & Sancto ve- „ stro Monasterio obvenit à quodam Petro D „ Tribuno, cui supernomen Pintolo, ex chartulam offertionem cum alias res suas, quas „ nos habemus. Unde nihil nobis ex ipsum „ Cellarium, & hortum aliquid remansit, „ aut reservavimus, nec in alienam cujusquam personam, quod absit, confitemur „ nos commisimus potestatem, sed eum in „ integro cum introita sua, omnibusque ejus „ pertinentiis, vobis, & per vos in suprascripto vestro Sancto Monasterio, posterisque „ vestris concessimus, & contradidimus promptissima voluntate possidendum, ut à præ- „ sente die & tempore, seu & deinceps à me „ vobis concessa & tradita vestra posterisque „ vestris Sancto vestro Monasterio sint pote- E „ state habendi, tenendi, vendendi, donandi, „ commutandi, vel qualiter, & quomodo „ exinde ab hodierna die facere, judicareque „ volueritis, semper liberam habeatis pote- „ statem; & neque à nobis, neque à posteris „ nostris, nec à suprascripto Sancto nostro A „ Monasterio, nec à nobis persona submissa „ nullo tempore numquam exinde habeat ab „ hodierna die aliquando aliquam requisitionem, aut calumniam, nec molestationem; „ neque vos qui supra, Domne Majo Venerabilis Abbas, neque suprascriptum Sanctum „ vestrum Monasterium, neque posteri vestri „ per nullum modum aut ingenium à nunc, „ & in perpetuis temporibus, insuper & ab „ omni homine, omnique persona. Pro hoc, „ ut superiùs, vobis concessimus nos, & poste- „ ri nostri Sancto nostro Monasterio, vo- „ bis, & posteris vestris, Sanctoque vestro „ Monasterio in omnibus omni tempore ante- „ stare, & defensare promittimus, nullam B „ datam occasionem, pro eo quòd à vobis „ exinde recepimus in omnem decisionem, „ idest solidos numero centum quinquaginta „ Siculos. Quòd si aliter provenerit de hæc „ omnia suprascripta, & in aliquo offenderi- „ mus per quovis ingenium, aut occasionem, „ aut submissam personam, tunc daturos nos, „ posterosque nostros, Sanctumque nostrum „ Monasterium promittimus, nosque supra „ Johannes Diaconus vobis qui supra Majoni „ Venerabili Abbati, posterisque vestris, Sancto que vestro Monasterio ante omne litis „ initium pœnæ nomine auri libras duas Beneventanas, & hæc concessio firma in perpetuum permaneat. Quam concessionem à „ nobis factam Jaquintum Notarium Sanctæ „ Neapolitanæ Ecclesiæ scribere rogavi per „ Indictione V.

„ † Athanasius Episcopus subscripsi.

„ Ego Johannes Subdiaconus Sanctæ Neapolitanæ Ecclesiæ, & dispositor Sancti Monasterii subscripsi, & testes rogavi, & suprascriptos solidos accepi.

OFFERTORIUM PETRI TRIBUNI DE NEAPOLI.

Charta Petri Tribuni Neapolitani, qua Monasterio Vulturnensi Sancti Vincentii portionem suarum rerum donat. Anno DCCCLXX.

„ IN nomine Domini Dei, & Salvatoris „ nostri Jesu Christi. Imperante Domno „ Basilio magno Imperatore Anno septimo, „ sed & Leone, & Alexandro Imperatoribus „ ejus filiis, die XX. mensis Novembris, Indictione secunda. Nos denique Petrus Tribunus unà cum Maria conjuge mea in vice „ Johannis legitimo filio meo, qui à malignis „ Saracenis captus est, à præsenti die & tempore, prompto & libenti animo dedimus, „ atque contradidimus vobis Domno (2) „ Majoni venerabili Abbati Monasterii Sancti „ Vincentii, super fluvio Vulturno, Samniæ „ partibus, territorio Beneventano, idest omnes portiones meæ in integrum de domo „ nostra, unà cum portionibus nostris de „ Curticella ante se cum adjacentibus suis, „ & introitum suum, omnibusque ejus pertinentiis positis Vico Quamcoraria Sego Furcilense, & sunt ipsæ portiones nostræ par-

„ tes

(1) Nuper vidimus alteram Chartam *Anno Septimo* Leonis, & Alexandri scriptam, quam titubans adscripsi Anno 882. Habemus heic eumdem *Septimum Annum*, sed Imperii Basilii Macedonis. Omnia in his turbata vides. Nam superior Charta statuenda certè post Annum 881. quo Sarracenorum irruptio contigit. Hæc autem spectare videtur ad Annum 870. quo tamen nondum decurrebat Annus VII. Basilii. Præterea si eo Anno scripta fuit, non ad Majonem II. sed ad primum referenda est, nisi idem Abbas dicendus, qui Sarracenicam invasionem & præcessit, & subsequutus est.

(2) Dum ad Annum 870. pertineat Charta hæc, non ad Majonem II. sed ad primum referenda est, nisi unus & idem sint ambo.

Digitized by Google

„ tes duas, & reconjungitur, & indiviſas re-
„ ducent cum aliis tribus partibus portionis
„ conſortibus noſtris, quod vos emptum
„ jam habetis, & integram jam dictam do-
„ mum Anganum cum Corticella, ante ſede
„ duodecim uncias apud vos, & cohæret ſibi
„ inſimul de uno latere, & de uno capite
„ hortum veſtrum, Sanctique Monaſterii, &
„ de alio latere eſt ſupraſcriptus Vicus pu-
„ blicus, Quamcoraria, & de alio latere Cor-
„ ticella noſtra. Unde nihil nobis exinde re-
„ manſit, aut reſervavimus; ſed ipſas omnes
„ noſtras portiones, ut ſupra legitur, vobis,
„ & per vos in ſupraſcripto ſancto veſtro Mo-
„ naſterio conceſſimus, & tradidimus prom-
„ ptiſſima voluntate poſſidendum, ut à præ-
„ ſenti die, & deinceps à nobis vobis conceſ-
„ ſas, & traditas, in veſtra poteſtate, & ve-
„ ſtris poſteris, ſanctique veſtri Monaſterii
„ permaneant habendi, tenendi, tradendi,
„ vendendi, donandi, commutandi, vel qua-
„ liter, & quomodo exinde ab hodierna
„ die facere, judicareque volueritis, ſemper
„ liberam habeatis poteſtatem, & neque à
„ me ſupraſcripto Petro Tribuno cum conju-
„ ge mea Maria, neque à ſupraſcripto filio
„ meo, ſi reverſus fuerit, nec à noſtris here-
„ dibus, nec per nos ſubmiſſam perſonam nul-
„ lo tempore numquam exinde habeatis ab
„ hodierna die quamque requiſitionem, aut
„ calumniam, nec moleſtationem, neque tu
„ qui ſupra Domne Majo venerabilis Abbas,
„ neque poſteri veſtri, aut ſanctum veſtrum
„ Monaſterium per nullum modum, aut in-
„ genium in perpetuis temporibus. Inſuper
„ & ab omni homine, omnique perſona, nos
„ cum heredibus noſtris, & ſupraſcripto Jo-
„ hanne filio meo, ejuſque hæredibus, hoc
„ ſuperiùs vobis conceſſimus & tradidimus,
„ poſteriſque veſtris, ſanctoque veſtro Mona-
„ ſterio in omnibus, in omni tempore,
„ anteſtare, & defenſare promittimus, nul-
„ la vobis data occaſione per nullum modum.
„ Propter quod accepimus à vobis exinde in
„ omnem deciſionem, ſeu deliberationem,
„ ideſt ſolidos octoginta Siculorum, ut
„ inter nobis convênit. Quòd ſi aliter pro-
„ venerit, hæc omnia ſupraſcripta, quæ
„ à nobis vobis conceſſa ſunt, & tradita
„ ſeu promiſſa leguntur, & in aliquo of-
„ fenderimus per quodvis ingenium, aut oc-
„ caſionem, aut ſubmiſſam perſonam, tunc
„ daturos nos, & hæredes noſtros promit-
„ timus nos qui ſupra Petrus Tribunus,
„ cum conſenſu ſupradictæ uxoris meæ Ma-
„ riæ, vobis Domno Majoni Venerabili Ab-
„ bati, poſteriſque veſtris, ſanctoque veſtro
„ Monaſterio, ante omne litis initium pœnæ
„ nomine auri libram unam Beneventanam,
„ & hæc conceſſio ſit firma in perpetuum.

Alias quoque domos idem venerabilis Majo Abbas, & diverſas res in eadem Neapoli Civitate acquiſivit, ubi & Eccleſiam in honore Beatiſſimi Vincentii conſtituit, cui diverſas poſſeſſiones contulit, illamque pingere & dedicare fecit.

Commutationem etiam & conſignationem quarumdam rerum Monaſterii Sanctæ Mariæ in Apinianici territorio Marſicano, & aliorum diverſorum locorum, ex quibus diverſa libella ſcripta continent, fecit.

A Sub hoc verò tempore in portu Neapolitano quoddam fundum ſacro Monaſterio fuerat oblatum, quod nuncuſque Beati Vincentii dicitur, quod quidem maximis commodis & quæſtibus præcipuum erat.

Inter multa igitur diſcrimina cùm annis (1) tribus ſubjectis Fratribus præfuiſſet idem Abbas Majo deſiit à regimine Anno Dominicæ Incarnationis Nongentetimo primo, Indictione Quarta. Interea verò in Caſinenſi Cœnobio poſt Bertharium, qui vigintiſeptem annis præfuerat, Angellarius annis ſex, & Rageprandus annis novem inſtitere, quibus ſuccedit Johannes.

B Hoc tempore noctis medio viſi ſunt igniculi in modum ſtellarum huc illucque per aëra diſcurrere. Tunc Civitas Rhegium à filio Regis Afor capta eſt. Urbs Taurimenis capta eſt à Saracenis. Rex verò Africes ſuper Coſentiam reſidens, nocte quadam Dei judicio mortuus eſt. Et in ipſo tempore Sibbaticius Patricius Beneventum ceperat. Quia verò juxta Sancti Spiritus ſententiam jam Dominus de cœlo in terram proſpexit, ut audiret gemitus vinculatorum, & ſolveret filios interemtorum, bonum eſt, ut confiteamur illi in canticis labiorum & cytharis, & dicamus in confeſſione, quoniam opera ejus univerſa bona valde.

C Congregatis igitur Fratribus, tam illis, qui ſuperſtites eſſe poterant, quàm & qui de Sarracenorum captivitate redempti, Vir reverentiſſimus ac prudentiſſimus communi conſilio, & pari conſenſu Abbas conſtituitur *GODELPERTUS S. Vincentii*, qui ſedit annis decem & novem. Iſte Preſam ſui Monaſterii, quam Chriſtiani Principes pro ſalute animarum ſuarum contulerant juxta Portam Sancti Angeli, commutavit cum Johanne venerabili Abbate Sancti Benedicti, à quo accepit Preſam juxta Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ vocatur Candi Magiſtri per hujuſmodi ſcriptum.

COMMUTATIO DE PRESA IN CAPUA CUM JOHANNE ABBATE SANCTI BENEDICTI.

D *Johannes Abbas Monaſterii Caſinenſis, & Godelpertus Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum inter ſe commutationem faciunt de multis rebus per idoneas perſonas antea æſtimatis Anno DCCCCXIV.*

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Anno Imperii Domni noſtri Conſtantini
„ ſeptimo, & quinto anno Patritiatus Domni
„ noſtri Landulfi, nec non & quinto anno
„ Domni noſtri Athenulfi Principis, Menſe
„ Novembri, tertia Indictione. Ideoque ego
„ Johannes in Dei nomine Abbas Monaſterii
„ Sancti Benedicti olim ſitus ſupra montem
„ Caſino, dum congruum fuit mihi & Domno
„ Godelperto venerabili Abbati Monaſterii
„ Sancti Vincentii olim ſitus erga Vulturni
„ fluvii fontes, commutationem facere, ut
„ ego ei darem terram jam ſati noſtri Mona-
„ ſterii de intro hanc Capuanam civitatem,
„ quæ eſſe videtur à parte de fluvio juxta
„ muros hujus Civitatis, & ab ipſo recipere-
„ mus in commutationem ad poſſeſſionem
„ prædicti noſtri Monaſterii terram prædicti
„ ſui

E

(1) Meminerit Chronographus noſter, ſe Majonis hujus exordia, quem ſecundum, & nepotem alterius Majonis Abbatis appellat, collocaſſe in Anno 882. Quare ergo nunc tres tantùm annos regiminis ei tribuit?

Digitized by Google

„ fui Monaſterii, quæ ſimiliter intro hanc
„ Capuanam civitatem eſſe dignoſcitur pro-
„ pinquo porta Sancti Angeli juxta muros
„ ejuſdem Civitatis. Et dum utriſque con-
„ grueret ex utraque parte nuntiavimus hoc
„ ſupraſcripto Domno Landulfo illuſtriſſimo
„ Patricio, ut illo permittente hanc inter
„ nos firmaremus commutationem. Ipſe au-
„ tem piiſſimus Patritius pro amore omnipo-
„ tentis Dei, & animæ ſuæ mercede, acceſ-
„ ſitum Miſſum noſtrum fidelem & dignam
„ perſonam, nomine Wiſenolfum, & direxit
„ eum Miſſum ſuper utramque terram, ut
„ diligenter conſpiceret, atque conſideraret
„ utraſque terras, ne fortè melior eſſet illa
„ commutatio de illa, ſed unum alterum ex
„ prædicta Monaſteria æqualem daret, atque
„ coæqualem reciperet. Qui abiit, & rever-
„ ſus nuntiavit ei, ut ſupraſcripta terra jam
„ fati Monaſterii eorum, quæ recepturi era-
„ mus, nequaquam pejor eſſet de ipſa terra
„ noſtri Monaſterii, quam daturi eramus, ſed
„ parem atque coæqualem ac ſimilem eſſet
„ illa commutatio, quam daturi cum illa
„ commutatione, quam recepturi eramus.
„ Supraſcriptus verò Catholicus Patricius au-
„ dita æqualitate, hanc commutationem fieri
„ præcepit, & ideo, ut commutatio iſta ſe-
„ cundùm legem fieret, convocavimus infra
„ nobis Eponem Judicem, & Landepaldum,
„ Madelfredo, & Johannem idoneos homi-
„ nes, qui ſe nobiſcum eſſe dixerunt, ſicut in
„ lege ſcriptum eſt de commutatione, & ita
„ firmavimus inter nos hanc commutationis
„ chartulam. Iccirco ego jam nominatus Jo-
„ hannes gratia Dei Abbas unà cum conſenſu
„ Fratrum, & ſupſcriptione Monachorum,
„ & erga mecum habendo Lupum Advoca-
„ tum præfati noſtri Monaſterii, per hanc
„ chartulam in commutatione tradidi vobis
„ ſupranominato Domno Godelperto venera-
„ bili Abbati ad poſſeſſionem jam fati Mona-
„ ſterii Sancti Vincentii, hoc eſt prædictam
„ terram jam dicti noſtri Monaſterii Sancti
„ Benedicti de intro hanc civitatem Capua-
„ nam, quæ eſſe videtur à parte de fluvio
„ juxta muros ejuſdem civitatis, qui habet
„ fines ab uno latere cum terra, quæ fuit de
„ filiis & nepotibus Magillei, & cum terra,
„ quam nunc retinent filii Wiſelgari, & alii
„ vicini eorum; ex alio latere conjuncta
„ cum Trazenna hujus civitatis. Unum caput
„ tenet in platea hujus civitatis, & in terra,
„ quæ fuit Magelberi. Aliud caput tenet in
„ terra, quam modò retinet Alderadus Cle-
„ ricus, & alii vicini ejus. Habet per ſingula
„ latera in longitudine pedes centum decem,
„ & per ſingula capita per traverſum pedes
„ centum, pedes ad manum Landonis Senio-
„ ris Caſtaldei menſuratum. Hæc autem ter-
„ ra, qualiter de fine in finem menſurata eſt,
„ & indicata, totam & integram ipſam tibi
„ in commutationem tradidi ad poſſeſſionem
„ ſupraſcripti veſtri Monaſterii, & ejus Re-
„ ctoribus. Unde infra prædictos fines & men-
„ ſuras nec nobis, nec jam fati Monaſterii no-
„ ſtri, nec alii cuilibet nihil reſervavimus.
„ Et per hæc recepimus à vobis in commu-
„ tationem ad poſſeſſionem jam fati noſtri
„ Monaſterii Sancti Benedicti, & ejus Recto-
„ ribus, jam dictam terram prædicti Mona-
„ ſterii veſtri Sancti Vincentii de intro hanc
„ Capuanam civitatem, quæ eſſe videtur pro-
„ pinquo porta Sancti Angeli juxta ipſum mu-
A „ rum hujus civitatis, qui habet fines: ab
„ uno latere adjacente erga platea hujus civi-
„ tatis, qui vadit circa muros, & habet inde
„ pedes centum decem & ſeptem. Ex alio
„ latere conjuncta cum terra de illi da Aniſ-
„ ſone, habet inde pedes centum tredecim.
„ Unum caput tenet in terra de filiis Teude-
„ mondi, & inde habet per traverſum pedes
„ centum; aliud caput tenet in terra noſtri
„ Monaſterii Sancti Benedicti, & inde habet
„ pedes centum duos. Hæc autem terra, qua-
„ liter ſuperiùs de fine in finem indicata &
„ menſurata eſt, totam & integram à vobis
„ in commutationem recepimus, ſicut vos
„ nobis per veſtram chartulam confirmaſtis,
B „ ea ratione, quatenus amodo & ſemper vos
„ qui ſupra Domnus Godelpertus Abbas, &
„ poſteri, ſucceſſoreſque veſtri, & pars jam
„ fati veſtri Monaſterii firmiter habeatis, &
„ poſſideatis integram ſupradictam terram,
„ quam vobis ſuperiùs in commutationem
„ tradidimus. Et obligo me ego qui ſupra
„ Johannes Abbas, & poſteris noſtriſque ſuc-
„ ceſſoribus, & pars jam dicti noſtri Mona-
„ ſterii vobis, qui ſupra Domno Godelperto
„ Abbati reverentiſſimo, & à veſtris ſucceſ-
„ ſoribus, & parti jam fati veſtri Monaſterii
„ integra ſupraſcripta terra, quam vobis ſu-
„ pra in commutationem tradidimus, defen-
„ dere, & anteſtare ſemper ab omni homine.
C „ Si autem non potuerimus, primùm vobis
„ veſtriſque ſucceſſoribus, me & ſucceſſores
„ meos cum conſenſu Fratrum, & ſubſcri-
„ ptione Monachorum de colludio legis ju-
„ rare facere obligamus, & ſerquidam tan-
„ tam talemque terram cum omni ſuo ædifi-
„ cio, qualis hæc, quæ vobis defendere non
„ potuerimus, illis diebus invenitur eſſe, ibi-
„ que in conſimili loco vobis dare, & rela-
„ xare obligamus. Si autem ego vel poſteri
„ mei ſucceſſores, aut pars noſtri Monaſterii
„ per qualecumque ingenium hanc commu-
„ tationem diſrumpere, aut retornare quæſie-
„ rimus, ſeptingentos bizantios ſolidos pœna
„ me & ſucceſſores meos vobis cui ſupra
D „ Domno Godelperto almifico Abbati, & ve-
„ ſtris ſucceſſoribus, & ad partem jam fati
„ veſtri Cœnobii componere obligamus, &
„ hæc commutatio, qualiter ſecundùm legem
„ ſtare poteſt, firma permaneat in perpetuum.
„ Et taliter ego qui ſupra Johannes Abbas
„ cum conſenſu Fratrum, & ſubſcriptione
„ Monachorum, & erga me habendo ſupra-
„ ſcriptum Advocatum meum feci, & Te
„ Sichebertum Clericum, & Notarium ſcri-
„ bere rogavi. Actum Capuæ.

Accepit etiam Præceptum venerabilis Pater Godelpertus ab eiſdem Principibus de ipſa Preſa de ipſo Caſtello, quam priùs contule-
E rant ſuper Vulturnum fluvium hujuſmodi.

Landulfus & Atenulfus Principes Beneventani ampliorem habitationem in Civitate Capuana concedunt Monachis S. Vincentii ad Vulturnum Anno DCCCCXIV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Landulfus & Atenulfus divina miſericor-
„ dia largiente Langobardorum Principes.
„ Noverit omnium fidelium noſtrorum præ-
„ ſentium ſcilicet ac futurorum ſolertia, quia
„ quamvis Monaſterium Sancti Vincentii ha-
„ bet preſam ſuam intus hanc Capuanam Ci-
„ vitatem, ubi fundatum eſſe videtur, tamen
„ non

Digitized by Google

„ non erat apta habitatio ipsa Abbati & Mo-
„ nachis ejusdem Cœnobii. At ubi hoc ad
„ nostram notitiam pervênit, convocatis Epi-
„ scopis, Abbatibus, nostrisque Magnatibus,
„ cœpimus tractare cum eis, ubi meliùs habi-
„ tatio illius loci mutaretur. Erant enim pa-
„ rietes Ecclesiæ erecti à bonæ memoriæ Ge-
„ nitore nostro, quos cum propriis servis ere-
„ xerat cum ipso Castello, quod adjacet ex-
„ tra muros istius Civitatis, cum ampliſſima
„ presa à giro in girum, quæ ipsa presa à
„ duabus partibus continet in platea foris mu-
„ ros Civitatis; ab una parte conjungitur
„ cum muro ejusdem Civitatis; ex alia verò
„ parte perrexit usque ad alveum fluminis,
„ in quo idem noster Genitor Monasterium
„ unà nobiscum constituere deposuit. Tunc
„ omnibus placuit, ut in eo loco habitatio
„ ipsius Monasterii fieret. Nos autem divina
„ inspiratione compulsi pro mercede & re-
„ demptione animæ Genitoris nostri, simul-
„ que & nostræ, concessimus jam dictam pre-
„ sam ad ædificandum Monasterium in hono-
„ re Beati Vincentii, ubi nunc Deo favente
„ Domnus Godelpertus venerabilis Abbas re-
„ gimen tenere videtur, ubi quotidie Deo
„ laudes reddant in honore Beati Vincentii,
„ & oratio pro genitore nostro, nostrisque
„ facinoribus. Ea videlicet ratione ut ambo
„ & semper Custos ipsius loci, & Monachi,
„ qui in eodem habitaverint loco, firmiter
„ habeant & possideant eandem presam, qua-
„ liter de fine in finem decurrit, cum iisdem
„ parietibus & omnibus introhabentibus sub-
„ tus vel super; & quod in antea ibi dono
„ Dei firmatum paruerit, absque contrarie-
„ tate nostra vel heredum nostrorum, seu
„ quibuscumque Comitibus, Castaldeis, Ju-
„ dicibus, vel qualiscumque personæ retra-
„ ctatione vel inquietudine, ita ut nullus in
„ prædictam nostram concessionem, qualiter
„ judicatum est, quippiam invasionis vel con-
„ trarietatis ingerere ullo unquam tempore
„ præsumat; sed quieto jure habeat & possi-
„ deat ipsam presam prædicta Ecclesia in per-
„ petuum, qualiter judicatum est. Ut autem
„ hæc nostra autoritas pleniorem in Dei no-
„ mine obtineat vigorem, manu propria sub-
„ scripsi, & annulo nostro subtus sigillari jus-
„ simus.

„ Data XVI. Kal. Decembris, Anno V. Pa-
„ triciatus Domni Landulfi, & Domni Athe-
„ nulfi Excellentissimorum Principum, Indi-
„ ctione III. Actum Capuæ.

Aliud quoque Præceptum obtinuit ex sum-
mis rebus, & possessionibus Monasterii ab
iisdem Principibus Abbas idem Godelpertus
hujusmodi.

Landulfus & Atenulfus Principes Beneventani Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum confirmant quidquid ad ipsum Cœnobium pertinet in territorio Venafri. Anno DCCCCXVI.

„ IN nomine Domini Salvatoris nostri Jesu
„ Christi Dei æterni. Landulfus Divina
„ ordinante providentia, & Athenulfus Lan-
„ gobardorum gentis Antipatus Patricius, &
„ Patricius. Cùm ante Patricii excellentiam
„ petitiones rectè fiunt, justè petenti clemen-
„ ter favet. Qua propter noverit omnium fi-
„ delium nostrorum præsentium scilicet ac fu-
„ turorum sagacitas, Maconem dilectissimum

A

„ nostrum obsecrasse nostram clementiam,
„ quatenus concederemus in Monasterio Bea-
„ ti Vincentii Levitæ, & Martyris Domini
„ nostri Jesu Christi, ubi nunc Godelpertus
„ Abbas regimen tenere videtur, quod ædifi-
„ catum est super Vulturni fluminis fontem,
„ omnes res & possessiones jam fati Cœnobii,
„ quæ esse videntur in finibus Venafranis,
„ sicuti per Præcepta Anteceſſorum nostro-
„ rum, videlicet Imperatorum, Regum,
„ Principum, ac Ducum, nec non offertio-
„ nes, & scriptiones quorumdam Deo devo-
„ torum concessas, & confirmatas ante nos.
„ Cujus petitioni ob reverentiam jam dicti
„ Abbatis, omniumque venerabilium Fratrum,

B

„ qui in jam fato Cœnobio degunt, libenter
„ assensum præbuimus, rata & congrua nobis
„ suggerentes pro salutis remedium animæ
„ nostræ, hos nostræ munificentiæ apices
„ exinde fieri jussimus, per quos omnino con-
„ cedimus, & confirmamus, & perpetualiter
„ omnibus temporibus concedendum in jam
„ fato Monasterio Sancti Vincentii Christi
„ Martyris ipsas res in præfato loco Vena-
„ frano, per hos videlicet fines, incipiente à
„ fluvio, qui dicitur Sangro, inde per mon-
„ tes publicos usque in montem, qui dicitur
„ Azze, & sic revolvente monte eodem us-
„ que in fluvio, qui dicitur Melsa, & quem-
„ admodum decurrit ipsa Melta usque ubi

C

„ conjungit se cum parvo fluvio, qui dicitur
„ Mellarinus, & ab hinc in vertice montis,
„ qui dicitur Balbola, & sic per Cilium
„ ejusdem montis usque in montem Arca-
„ num, & montem Marthæ, montemque
„ Casale, eosque videlicet montes extrinsecus
„ circumdantes in ortum usque Riaginis,
„ qui nominatur Ravenola, & à capite
„ ejusdem Riaginis juxta montes publicos ve-
„ nientes usque in montem, qui est super Ve-
„ nafranam urbem. Eodem modo revolven-
„ te monte usque in Cilium montis, qui est
„ super terram, quæ vocatur Arcora, quæ
„ est hereditas Ecclesiæ Sanctæ Dei Genitri-
„ cis Mariæ, quæ Olivetum vocatur, subje-

D

„ cta præfati Cœnobii. Et Ecclesia similiter
„ hereditas Sanctæ Cristinæ cum inclitis
„ terris suis, & cum reliquis finibus ipsa
„ hereditas circumdata usque in fluvio Vul-
„ turno. Nam iterum ex alia parte incipien-
„ te à primo fine per jam dicto fluvio San-
„ gro, ipsoque relinquente fluvio quomodo
„ decernit à Paracolle, & pergens usque
„ rivum, qui dicitur Foruli: eodemque de-
„ currente rivo usque in fluvio Vantra, &
„ quomodo decurrit ipsum flumen in alio
„ flumine, qui Vulturnus dicitur, & quem-
„ admodum decurrit ipsum flumen juxta ter-
„ ras ejusdem Monasterii usque à prædictis
„ finibus & terris Ecclesiæ Sanctæ Mariæ. In-

E

„ super concedimus & confirmamus in præ-
„ fato Cœnobio omnia Præcepta anteceſſorum
„ nostrorum, videlicet Karoli, Ludovici,
„ atque Lotharii, Ducum, & Principum, seu
„ omnes legales scriptiones. Eo scilicet or-
„ dine hæc omnia in præfato Monasterio con-
„ cedimus, quo superiùs legitur, habendi &
„ possidendi sinè ullius Comitis, Castaldei,
„ vel Judicis, aut cujuscumque magnæ seu
„ parvæ personæ contradictione, vel inquie-
„ tudine. Sed quieto ordine habeat, & pos-
„ sideat omnia, qualiter legitur, jam dictum
„ Monasterium in eo ordine, sicut superiùs
„ legitur, in perpetuum nullo aliquando con-

„ tra-

Digitized by Google

„ trario ingerente. Ut autem hæc noſtra
„ conceſſio & confirmatio ab omnibus veriùs
„ obſervetur, manu propria ſcripſimus, & anu-
„ lo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.
„ Data VI. Idus Julii Anno XVI. Principa-
„ tus Domni Landulfi, & VII. Anno Princi-
„ patus Domni Athenulfi, Indictione IV.
„ Actum in Capua.

Commutationem quoque fecit cum Iſelgrimo Coſentino Epiſcopo Abbas Godelpertus, cui Epiſcopo dedit res in Biſuniano cum omni ſua pertinentia. Accepit verò ab eodem Epiſcopo res in Malvetanæ finibus, & in Calunca, & ſolidos viginti Biſanteos.

Conſtituit verò inclitum Præpoſitum de Monaſteriis, Eccleſiis, ſervis, & ancillis per totum Principatum Salernitanum ſibi pertinentibus, Monaſteriis quoque Puellarum Sancti Michaëlis, & Sancti Georgii, quæ omnia ſub unius poteſtate viri erant. Poſſeſſiones quoque Monaſterii plurimas recollegit.

His temporibus ſupradicti Principes multa cum Sarracenis, & Græcis certamina habuerunt: ſed Dei miſericordia victoriam acceperunt.

Tunc quoque Monaſterium Domini Salvatoris in Aliphis, quod Arichis Princeps conſtituit, ac rebus multis & poſſeſſionibus, ſervis, & ancillis ditavit, & Monaſterio Beatiſſimi Vincentii ſubdidit, deprædatum & incenſum à Sarracenis fuerat. Cujus habitatores, qui evadere potuerunt, Beneventum venerunt, & à Principibus, & Civibus auxilium poſtulantes, Sanctæ Crucis in honore Eccleſiam conſtructam acceperunt, ubi aliquandiu habitantes Victorini Martyris Eccleſiam acquiſierunt, ibique Cœnobiolum ædificantes deinceps permanſerunt.

Simili quoque modo Beati Petri Monaſterium in eodem territorio Beneventano, quod in Tontole dicitur, fuerat deſolatum, & hoc ipſum Beatiſſimi Vincentii Monaſterio ſubditum cum multis rebus.

Primò igitur, licèt cum magna inopia in multis laboribus conſtitutus prædictus Presbyter Cœnobium ædificare cœpit; aliquantos Fratres ad Dei ſervitium ibidem congregavit, cum quibus bona malaque ex æquo patiebatur. Aderat tamen dextra Divinæ potentiæ, qui eos in omnibus adjuvabat. Caſtrum quoque, quod dicitur Toccum, cum Eccleſia ibidem conſtructa in honore Beati Vincentii, & ea quæ juxta erant in loco Larini, omnia habebantur ſub juris dominatione hujus Monaſterii.

Obiit autem Venerabilis Abbas Godelpertus Anno Incarnationis Dominicæ nongenteſimo vigeſimo, Indictione nona. Cuncta, quæ fecit, erant valde bona. In iis verò, qui Caſini Cœnobii eſſe poterant, Johanne Abbate, poſt annos decem & novem decedente, Adelpertus ſuccedit, & eo poſt annos novem obeunte, Baldovinus conſtituitur.

His temporibus viſæ ſunt ſagittæ volitare per aëra, & in terram cadere. Tunc Ungri in Apuliam venerunt. Hugo Rex Longobardiæ Romam vênit, ſed turpiter rediit. Joannes Sanctæ Romanæ Eccleſiæ invaſor, qui fuit Archiepiſcopus Ravennas, ab omni populo Romano deponitur, Leo Papa VI. conſtituitur, & poſt hunc Stephanus Septimus.

RAIMBALDUS Abbas Sancti Vincentii ſedit annis viginti ſex. Iſte Divina favente miſericordia Eccleſiam, quam Godelpertus Abbas cœperat, perfecit, & coloribus decoravit. Ante Portam quoque Monaſterii Eccleſiam ædificavit in honore Sanctæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ. Et perfectis Monaſterii ædificiis, multiſque ſubſtantiis acquiſitis, deficiente perſecutione impiorum, multis ſecum adunatis Fratribus, quæ olim ſorduerant, cœperunt reflorere micantia. Et quoniam his temporibus penè omnis hæc regio vacabat habitatoribus, raruſque viator, aut agricola videbatur, prudenti conſilio, ut poſſet iterum diſſipatas Monaſterii colligere hereditates, de Valvenſi Comitatu homines perducere ſtuduit, qui & ipſi ex famulis Sancti Vincentii erant; & conſtituit illos habitare, laborare, & colere terram hujus Monaſterii, quæ vocabatur in actu Venafrano Eccleſia Sanctæ Mariæ in Oliveto, & cenſum perſolvere de ipſis frugibus ſacro Monaſterio, ſicut hìc continetur.

Charta Raimbaldi Abbatis Sancti Vincentii Vulturnenſis, qua terras in agro Venafrano ſitas incolendas concedit quibuſdam hominibus ſub certis pactis, & cenſu conſtituto. Anno DCCCCXXXIX.

„ IN nomine Domini Jeſu Chriſti. Vigeſi-
„ mo nono anno Imperii Domni Conſtan-
„ tini magni Imperatoris, & trigeſimo no-
„ no anno Principatus Domni Landulfi glo-
„ rioſi Principis, necnon & vigeſimo nono
„ anno Principatus Domni Atenulfi eximii
„ Principis, Menſe Martio, Duodecima In-
„ dictione. Ego Raimbaldus Dei gratia Ab-
„ bas Sancti Vincentii, quod ſitum eſt ſupra
„ Vulturni fluminis fontem, per hoc ſcri-
„ ptum, & erga mecum habendo Advocatum
„ ipſius Monaſterii Rodelgrimum, & unà
„ cum conſenſu Fratrum Monachorum no-
„ ſtrorum, repromittimus vobis Johanni filio
„ Toti, & Leoni Presbytero filio tuo, & Jo-
„ hanni, & Alnifrid, & Petro filiis veſtris,
„ & Stephano, & Johanni, & Petro germani
„ filii Stephani, & Toti filio Toti, & Gai-
„ prando, & Amelfrid, & Johanni germani
„ filii Amelfrid, & Martino filio Leoni, &
„ Lupo genero veſtro, & Andreæ filio Jo-
„ hanni, & Dominico de Balva, & Angelo
„ filio Leoni, & Alezizi Presbytero filio Lu-
„ pi, & Dominico filio Theodorici, ut amo-
„ do, & uſque in vigintinovem annos exple-
„ tos, ſive veneritis ad habitandum in terri-
„ torio Sanctæ Mariæ, Cellam Monaſterii
„ noſtri, quæ nominatur in Oliveto, in actu
„ Venafrano, quatenus licentiam & poteſta-
„ tem habeatis habitare cum familia, & ani-
„ malia, & omni cauſa veſtra, & recolligere habitandum quantos homines volueritis,
„ qui ipſas terras laborent; & licentiam habeatis laborare de ipſis terris noſtri Monaſterii à fine Venafro in fluvio Vulturno,
„ & à monte Tauri uſque in Seſto, ubi voluerit; & ipſa animalia veſtra licentiam habeant eſſendi in ipſis paſcuis, & ſilvis
„ noſtri Monaſterii infra ipſos fines ubi voluerint. Sic tamen ut vos de ipſis terris,
„ quas laboraveritis, & de ipſa animalia, &
„ in omnia nobis faciatis, ſicut ipſi homines
„ de Venafro faciunt ad ſuum Seniorem. Et
„ ſi aliquis ex vobis exire voluerit cum licentia noſtra, & de poſteris noſtris, habeat
„ licentiam exinde exire cum animalia, &
„ om-

Digitized by Google

„ omni cauſa ſua ubi voluerit, & pergere
„ cum ipſis ſecuriter, abſque omni contra-
„ rietate mea, & de poſteris meis pars jam
„ præfati noſtri Monaſterii. Unde taliter
„ obligo me quidem ego Raimbaldus Abbas,
„ & poſteros meos, & pars jam præfati no-
„ ſtri Monaſterii vobis quidem Johanni, &
„ Leoni Presbytero, & ſociis veſtris, ut ſi
„ vos, ut diximus, veneritis ad habitandum
„ in jam dictis terris præfati Monaſterii no-
„ ſtri, & habitaveritis, & laboraveritis, &
„ in præfato noſtro Monaſterio ſic feceritis,
„ ſicut ſuperiùs diximus, de ipſis labores, &
„ peculia, & de omnia, quomodo diximus
„ ipſos homines de Venafro facere ad ſuum
„ Seniorem, & ſi vobis nos eam veſtram con-
„ trahere præſumpſerimus, quando vos cum
„ noſtra licentia exinde exire volueritis, vel
„ ſi hoc ſcriptum in qualibet parte refutare
„ tentaverimus, centum auri ſolidos Biſan-
„ teos pœna me, & illos poſteros meos, &
„ pars prædicti noſtri Monaſterii vobis omni-
„ bus ſupradictis, & veſtris heredibus, qui-
„ bus non compleverimus quod ſuperiùs le-
„ gitur, componere obligamus, & omnia
„ ſupradicta vobis percompleamus, ſic tamen
„ ut & vos ſimiliter nobis, & ad poſteros
„ noſtros percompleatis omnia, ſicut ſuperiùs
„ dictum eſt. Et taliter te Guarnefrid Cleri-
„ cum & Notarium ſcribere rogavimus. Ego
„ qui ſupra Raimbaldus Abbas. Ego Johan-
„ nes Presbyter & Præpoſitus. Ego Petrus
„ Monachus, & Diaconus. Ego Adelpertus
„ Monachus.

Conſignationes quoque fecit Pater Raimbaldus de terris multis, in Tiano, in Variano, in Conca, & in Torcino, quæ omnia juſto judicatu, & celebre Placito ſub jure Monaſterii recollegit.

Raimbaldus Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Auxentio Judice Capuano in lite de multis terris contra Majonem filium quondam Picconi victor exiſtit. Anno DCCCCXXXVII.

„ IN nomine Domini Jeſu Chriſti Dei æter-
„ ni. Vigeſimo ſeptimo anno Imperii
„ Domni Conſtantini Imperatoris, & XXXVI.
„ anno Principatus Domni Landulfi glorioſi
„ Principis, & XXVII. anno Principatus
„ Domni Atenulfi eximii Principis, menſe
„ Septembri, Indictione X. Dum nos Auxen-
„ tius Judex Civitatis Capuanæ eſſemus inter
„ ceteros judicandum vel definiendum cau-
„ ſantibus, die autem quadam erga nobiſcum
„ adeſſent plures nobiliores viri, vênit noſtro
„ judicio Raimbaldus venerabilis Abbas Mo-
„ naſterii Sancti Vincentii ſitus ſuper fontem
„ Vulturni fulminis erga ſecum habendo
„ Sichelmus Avocatorem ſui Monaſterii. Ex
„ parte enim altera vênit Majo filius quon-
„ dam Picconi habitator hujus Capuanæ Ci-
„ vitatis. Qui cùm veniſſent, & noſtro judi-
„ cio eſſent reconjuncti, quærebant inter ſe
„ defenire altercationem illam, quam inter
„ ſe habuerunt de territoriis, qui eſſe viden-
„ tur in finibus Tianenſibus, & in locum ubi
„ dicitur Ciniculus. Indicabat eſſe prima terra
„ in finibus Tiano in loco ubi dicitur Campo,
„ habente fines ab una parte fine monte; da
„ ſecunda parte terra de Venafrani & fine flu-
„ vio, qui vocatur Ceſto, & quomodo intrat
„ in fluvio Vulturni, & quomodo decurrit
„ ipſe Vulturnus, & vadit uſque ad Terram,
„ quæ fuit Aidoaldi Caſtaldei; da tertia parte
„ fine prædicta terra, quæ fuit ſupraſcripti
„ Aidoaldi Caſtaldei; da quarta verò parte
„ fine via, quæ deſcendit de prædicto Monte
„ uſque ad Cilice ad ipſum monumentum, &
„ quomodo incipit ab ipſa Cilice in directum
„ circa ipſum primum Lacuſellum, & quo-
„ modo vadit directum uſque in prædictam
„ terram Aidoaldi Caſtaldei, ubi fuit ipſa
„ Caſa fabricata, & conjungit ſecum Terra
„ Sancti Terrentiani, & Terra de homines
„ de Bajerano, & fine terra ſupraſcripti ſui
„ Monaſterii, & fine terra ſupraſcripti Ai-
„ doaldi Caſtaldei. Alia terra ibi propinqua,
„ & nominatur ad Ducenta, habente fines da
„ una parte Cilice, qui exit ad Pontem mar-
„ moreum, & foſſatum ſicut revoluti ſunt
„ foſſatum, qui decernit inter hæc terra, &
„ terra Sancti Terrentiani, & terra ſupradi-
„ cta ſui Monaſterii, & terra ſupraſcripti Ai-
„ doaldi Caſtaldei: da ſecunda parte fine Foſ-
„ ſata, quæ venit de ſubter da ſupraſcripto
„ Ponte Marmoreo, habente exinde in longi-
„ tudine paſſus MCLXXXVI. Da tertia parte
„ fine terra jam fati ſui Monaſterii, & terra
„ Sancti Benedicti. Da quarta parte limite,
„ Acquaro, qui vocatur Murtina, qui adjacet
„ fine ſupraſcripta terra habente paſſus inde
„ quingentos. Tertia parte ibique conjuncta
„ cum terra, quæ nominatur Campo, da una
„ parte fine limite ſupradicto, & Mortina
„ habente inde paſſus quingentos; da ſecunda
„ parte fine terra ſupraſcripti ſui Monaſterii,
„ & Foſſato: da tertia parte fine ſupraſcri-
„ pto fluvio Vulturno, & inde habet paſſus
„ quingentos: da quarta verò parte fine terra
„ ſupraſcripti ſui Monaſterii, & terra Sancti
„ Benedicti. Quarta petia nominatur Lam-
„ meſi, & Waldu Stephani uno ſe tenente,
„ fines habente de uno latu via, quæ dicitur
„ Franciſca, de alio latu terra Sancti Terren-
„ tiani, & terra de Capuani, & terra quæ
„ fuit de Fiaoriſi, & terra & ſilva ſupraſcri-
„ ptæ Eccleſiæ S. Terrentiani &c. *Sequuntur*
„ *aliæ petiæ de terra per ſuos fines ſingillatim*
„ *deſcriptæ in hoc documento, & ſunt numero*
„ *viginti. Poſtmodum hæc ſubſequuntur.*

„ De his autem ſupranominatis Terris cau-
„ ſabat ipſe Majo contra ſupraſcriptum Raim-
„ baldum venerabilem Abbatem dicendo: ut
„ pars ſupraſcripti ſui Monaſterii contra ra-
„ tionem & injuſtè teneret prædictas terras,
„ eo quòd dicebat, ut ei pertineret per hæ-
„ reditationem de parentibus ſuis. Unde ipſe
„ qui ſupra Abbas unà cum jam dicto Avoca-
„ tore ſuo dixerunt: ut prædictas terras bene
„ & juſta ratione pars ſupraſcriptæ Eccleſiæ
„ poſſideret, eo quòd jam per triginta annos
„ jam dictas terras poſſediſſet pars ſui Mona-
„ ſterii, & talem exinde per teſtes dixerunt
„ poſſe facere conſignationem ſecundùm le-
„ gem, quomodo pars ejuſdem ſui Monaſte-
„ rii per triginta annos ipſas poſſediſſet. Hæc
„ audientes nos, qui ſupra, Auxentius Judex
„ interrogavimus ipſum Majonem ſi haberet
„ de prædictis terris aliquas ſcriptiones, vel
„ ſi poſſet per teſtes comprobare quomodo ei
„ prædictis terris aliquod pertineret? Ille
„ manifeſtavit, quòd nullam ſcriptionem exin-
„ de haberet, neç ipſos comprobare poſſet:
„ Ideo nos qui ſupra Judex judicavimus, &
„ per noſtrum judicium eos wadiare fecimus

„ ta-

Digitized by Google

„ talia, ut ipſe qui ſupra Majo obligaret ſe-
„ cundùm legem, & jam dictus Raimbaldus
„ Abbas pro parte prædicti ſui Monaſterii
„ faceret ei per teſtes talem conſignationem
„ ſecundùm legem, ut ipſæ teſtes ſingulos ad
„ ſingula teſtificando dicant: Scio quia illas
„ terras per illos fines, & menſuras, quas
„ tibi monſtravi, triginta annos poſſedit pars
„ Sancti Vincentii, & per ſacramenta firment
„ exinde ipſa teſtimonia ſecundùm legem.
„ Et de talibus inter ſe complendum media-
„ tores inter ſe exinde per partes poſuerunt,
„ & abierunt. Quo facto ſicut inter eos judi-
„ cavimus perrexerunt ipſi teſtes unà cum ſu-
„ praſcripto Majone ſuper jam dictas terras,
„ & monſtraverunt ei ipſas per jam dictos
„ fines, & menſuras, & reverſi in conſtituto
„ pariter replicati ſunt ante noſtram præſen-
„ tiam ad definiendum inter ſe ſicut ſuperiùs
„ wadiati ſunt. Et narravimus ad ipſos glo-
„ rioſos Principes, ut ſi placeret eis, ut ante
„ eos eſſet jam dicta conſignatio. Ipſi verò
„ glorioſi Principes talia audientes præcepe-
„ runt nobis Auxentio Judici, ut ante nos fie-
„ ret ipſa conſignatio. Et ſtatim venerunt an-
„ te noſtram præſentiam ipſe qui ſupra Majo
„ paratus erat cum ſacramentales ſuos juxta
„ legem, & cum hos teſtes Leonem Presby-
„ terum, & Præpoſitum, & Monachum, &
„ Donodei Presbyterum & Monachum, &
„ Adelpertum Presbyterum & Monachum.
„ Et dum conſpicientes nos qui ſupra Judex
„ interrogavimus eos ſi inde veniſſent, ut jam
„ dictam conſignationem teſtificarent. Illi di-
„ xerunt: proinde venimus. Ad hæc autem
„ nos qui ſupra Judex fecimus eos ſegregare,
„ & jam dictum Leonem Presbyterum &
„ Monachum duci in una parte, & Donodei
„ Presbyterum in alia parte; & prædictum
„ Adelpertum Presbyterum ante nos ſtare fe-
„ cimus, & monuimus eum de timore Do-
„ mini juxta legem, ut quod verum ſciret de
„ cauſa ſupraſcripta, teſtificaret. Ille autem
„ teſtificando dixit: Scio quia illæ Terræ per
„ illos fines & menſuras, quas vobis monſtra-
„ vimus, per triginta annos poſſedit pars
„ Sancti Vincentii. Deinde fecimus venire
„ Leonem, quem ſimiliter monuimus, &
„ ille ſimiliter teſtificatus eſt. Et iſtis ſepa-
„ ratis venire fecimus Donodei Presbyterum
„ & Monachum, quem ſimiliter monuimus,
„ & ille ſimiliter teſtificatus eſt. Cùmque
„ taliter teſtes eidem Majoni de jam dictis
„ terris uno ore teſtificaſſent, poſita ipſe
„ Majo Sancta Dei Evangelia juraverunt &
„ ipſi teſtes ſinguli ad ſingulos tangendo ipſa
„ Evangelia, & dicendo per ſacramentum ut
„ ſic eſſet veritas, ſicut illi de cauſa ipſa te-
„ ſtimonium reddiderunt. Deinde juravit ei
„ Domnus Abbas; poſt hæc juraverunt ei alii
„ undecim Monachi legitimi ſacramentales,
„ ſinguli ad ſingulos, ut ſic eſſet veritas ſicut
„ illi de cauſa ipſa teſtimonium reddiderunt.
„ Et ita eſt cauſa iſta de jam dictis terris in-
„ ter ipſum Domnum Abbatem pro parte ſui
„ Monaſterii, & jam dictum Majonem finita
„ & deliberata in omnibus. Dum nos qui
„ ſupra Auxentius Judex talia omnia ſupra-
„ ſcripta ante nos facta & perfecta conſpice-
„ remus, judicavimus ut à nunc & deinceps
„ quieto nomine haberet, & poſſideret pars
„ jam fati monaſterii Sancti Vincentii & ejus
„ Abbates Rectores jam dictas terras. Qua-
„ propter recordandum in perpetuum hæc
A „ omnia, qualiter geſta ſunt, quàm & pro
„ ſecuritate jam dicti Domni Abbatis, &
„ ejus ſucceſſoribus, & Rectoribus habendi
„ & poſſidendi, & faciendi de jam dictis ter-
„ ris omnia, quæ ad pars ejus Monaſterii
„ placuerit, abſque omni contrarietate ipſius
„ Majonis, & de ſuis hæredibus hunc emi-
„ ſimus Judicatum, quod tibi Leuperto No-
„ tario ſcribere mandavimus, eo quòd inter-
„ fuiſti.

LIBELLUS SANCTI RUFFINI.

Charta Raimbaldi Abbatis Sancti Vincentii Vulturnenſis, qua terras quaſdam ad Cellam Sancti Ruffini pertinentes in emphyteuſim concedit. Anno DCCCCXXXVI.

B „ IN Chriſti omnipotentis nomine Dei.
„ Dum non habetur incognitum, ſed à
„ pluribus videtur eſſe manifeſtum, qualiter
„ Leo filius quondam Roboaldi de territorio
„ Atinenſe, & Adeleri, & Segebertu, &
„ Grifo germanis fratribus, filii Grifoni de
„ Atinus, per voluntate & conſenſu Genitori
„ noſtro Grifoni habitatori in Provincia Mar-
„ ſorum, poſtulavimus nos tibi Rambaldus
„ humilis Abbas ex Monaſterio Sancti Vin-
„ centii, quod ſitum eſt in fine Beneventi,
C „ ubi Samnia vocatur, ſuper fluvium Vul-
„ turnum, ubi nunc præſenti tempore regi-
„ men tenere videtur, ut diximus, quia po-
„ ſtulavimus nos tibi Raimbaldo humilis
„ Abba, ut jam dictus Raimbaldus Abbas no-
„ bis Leoni, & Adeleri, & Sigeberti, & Gri-
„ foni, vel ad noſtris heredibus, & uſque in
„ XXIX. annis aliquid de rebus juris proprie-
„ tatis Monaſterii veſtri nobis ſupraſcriptis,
„ vel ad noſtris heredibus in præſtito dediſ-
„ ſetis. Unde Raimbaldus humilis Abbas no-
„ ſtram petitionem denegare noluiſtis, ſed
„ libenti animo, & per ſcriptum præſtare,
„ & unà per conſenſu, & voluntate de prima-
„ tos Monachos prædicti Monaſterii veſtri
D „ unanimiter, pro eo quòd recepiſtis à nos
„ ad pars jam dicti Monaſterii veſtri à nos
„ Leo, & Adeleri, & Sigeberto, & Grifoni,
„ inter aurum & argentum, ſeu caballos, &
„ boves balientes inſimul libræ octo: pro eo
„ unanimiter pariterque conſentientes, dediſti
„ nobis, vel ad noſtris heredibus uſque in
„ XXIX. annis ipſæ octo libræ, quas vos in
„ convenientia recepiſtis ad pars jam dicti
„ Monaſterii veſtri, pro eo dediſti nobis
„ ſupradictis, vel ad noſtris heredibus, & uſque
„ in XXIX. annis de rebus juris proprietatis
„ præfati Monaſterii noſtri Sancti Vincentii
„ omnem ipſæ rebus proprietates de Cotya,
„ & de Coliniano, qui pertinentes ſunt de
E „ ipſa Cella præfati Monaſterii veſtri Sancti
„ Vincentii, cujus vocabulum eſt Sancti Ruf-
„ fini de loco, qui dicitur Rota, omnem ipſæ
„ ſupradictæ rebus proprietatis in Coliniano,
„ & in Cotya, qui ſunt in territorio Val-
„ venſe, cum terris, & vineis, campis, pra-
„ tis, paſcuis, vel impaſcuis, ſilvis, ſalectis,
„ pomis, arboribus fructiferis, vel infructife-
„ ris, aquis, aquarum decurſibus, cultum,
„ vel incultum, ſervi, vel ancillæ, omnia
„ & in omnibus, ubicunque exinde inventa,
„ vel injuncta fuerit de ipſa pertinentia, de
„ Cotya, & de Colliniano, & per eorum
„ vocabula in montibus, & in planis, & ſu-
„ per-

Digitized by Google

„ perſcripta rebus proprietatis, & cum om-
„ nia infra ſe habentes, dediſtis vos nobis
„ Leoni, vel ad nos meis heredibus omnem
„ ipſam medietatem de omni ſupradicta, &
„ medietatem nobis ſupraſcriptis Adeleri, &
„ Sigeberti, & Grifoni, vel ad noſtris here-
„ dibus omnem ipſe rebus proprietatis, &
„ ſervi, vel ancillæ, uſque in completi
„ XXIX. anni dediſti vos nos ſupradicti, vel
„ ad noſtris heredibus, quomodo ſupraſcrip-
„ tum eſt, uſufruendi in eadem verò ratio-
„ nem, & obſervationem ad laborandum,
„ regendum, & gubernandum, nam non
„ diſpergendum, nec per malum ingenium
„ argenti in alterius poteſtatem ad proprie-
„ tatem ſubtrahendam, vel tranſmigrandam,
„ ſed tantùm uſufruendum, & ipſum uſum
„ frugibus, quod Dominus de omnem ipſis
„ ſupraſcriptæ rebus dignatus fuerit per ſin-
„ gulos annos donare cum ipſis ſervis, & an-
„ cillis, inſimul in noſtram Leoni, & ad meis
„ heredibus, ſit poteſtatem omnem ipſam me-
„ dietatem, & illam aliam medietatem nobis
„ Adeleri, & Sigeberto, & Grifoni, & ad
„ noſtris heredibus, ſit poteſtatem uſque in
„ completi viginti & novem anni omnia
„ ipſa ſupraſcripta res, & ſervos, vel ancil-
„ las, ſub omni integritate, abſque ulla calum-
„ nia, vel ſpectata, traditionem ſalvam &
„ illæſam revertatur ad pars jam dicti Mo-
„ naſterii cum omnia iſta ſupradicta res, ſer-
„ vos, & ancillas vos nobis in preſtito dedi-
„ ſtis uſque in completi viginti & novem
„ anni, ut annualiter vos, veſtris heredibus
„ nobis, vel ad ſucceſſoribus noſtris; & ſi
„ inde tribuatis penſionem argentum denarios
„ duodecim, aut in mercem pretii valientes
„ denarios duodecim, aut nobis, vel ad Mo-
„ nachum noſtrum, aut ad noſtros miſſos,
„ vel in ipſo Monaſterio Sancti Vincentii in-
„ tus in ipſa Eccleſia ponatur, in tali verò
„ tenore, ut ſi vos ſupradicti Leo, & Adele-
„ ri, & Sigeberto, & Grifo, vel veſtris here-
„ dibus, omnia ſic juſtè vos conſervaveritis,
„ ſicut ſupra legitur, & nos ſupradictus
„ Raimbaldus humilis Abbas, vel ſucceſſori-
„ bus meis, aut ullum de cuncta Congrega-
„ tione prædicti Monaſterii noſtri vobis ſu-
„ praſcripti Leoni, & Adeleri, & Sigilberti,
„ & Grifoni, vel ad veſtris heredibus de
„ omne ipſæ ſupradictæ res, ſervos, & ancil-
„ las, foràs expellere quæſierimus, vel con-
„ trare, aut tollere, vel minuare præſumpſe-
„ rimus, aut per nos, vel à nos ſubmiſſa per-
„ ſona, initium pœnæ nos vobis componere
„ promittimus aureos mancoſos centum, &
„ poſt pœna ſoluta numquam nobis liceat
„ nolle quod ſemel voluimus. Et hæc omnia
„ ſupraſcripta, quod à nos factum, vel ſu-
„ periùs ſcriptum eſt, ego ſupradictus Raim-
„ baldus Abbas, vel ſucceſſoribus meis peren-
„ nis temporibus firmiter, atque inviolabili-
„ ter conſervare promittimus uſque in com-
„ pleti viginti & novem anni, quia inter nos
„ tale fuit convenientia. Unde pro ſtabilitate
„ veſtra ſcribere, vel & firmare rogavimus
„ in Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti Nongenteſimo trigeſimo ſexto, ſeu
„ & regnante Domno Ugo Rex gratia Dei in
„ Italia in Anno XI. & Lotharius Rex filius
„ ejus inſimul cum eo in Anno V. & XX. die
„ Menſe Julii per Indictionem Nonam. Actum
„ in Marſi, Menſe, & Indictione ſupraſcripta.

„ Ego Raimbaldus Abbas.
„ Ego Paulus Subdiaconus, & Monachus.
„ Ego Johannes Subdiaconus & Monachus.

LIBELLUS DE BALVA IN CAMPO DE ROTA, IN BARATTE, IN CERULE, IN PELTINO, IN POTEJANO, ET IN GORIANO, CUM IPSIS CELLIS.

Charta convenientiæ ſive precariæ, per quam Cella, & Curtis ſita in agro Balvenſi in emphyteuſim conceduntur à Raimbaldo Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCCXXVI.

„ IN Dei nomine. Scriptum convenientiæ
„ dum ab omnibus non eſt cognitum, ſed
„ à pluribus eſſe videtur, & eſt manifeſta
„ cauſa, qualiter ſtetit, atque convenit inter
„ me Rainardi filius quondam Roccini ex
„ natione Francorum, & te Raimbaldo vir
„ venerabilis humilis Abbas ex Monaſterio
„ Sancti Vincentii, qui ſitum eſt in Samnia
„ partibus, unde oritur fluvius Vulturnus:
„ feci tecum convenientiam pro conſenſu &
„ voluntate de cuncta Congregatione Sancti
„ Vincentii, & dedi tibi in convenientia, in
„ auro & argento libræ viginti, quas cum
„ Monachis Monaſterii veſtri recepiſtis in
„ præſentia de bonos & nobiles homines de
„ territorio Valvenſe, Adelulfus, Todericus,
„ Aczo germanis fratribus, pro reſtauratione
„ veſtri Monaſterii, quod ab Agarenis præ-
„ datum eſt, & ab igne crematum, ut ali-
„ quid reſtaurare poſſitis. Pro hac convenien-
„ tia dediſti mihi ſupraſcripto vel ad meis
„ heredibus, uſque in viginti & novem annis,
„ Cellæ, & Curti in territorio Valvenſe in
„ Plano; ipſa Curte, & Cella de Rota cum
„ omni pertinentia, vel adjacentia ſua, &
„ ipſa Curte, & Cella de Baratte, cum omni
„ adjacentia ſua, quantum ad ipſam Curtem
„ ſunt pertinentes, in Cerule, in campo de
„ Peltino, in Potejano, & in Goriano, vel
„ ubicumque per ſingula loca, vel vocabula
„ de ipſa Curte, & Cellæ mihi fuerint perti-
„ nentes, in ſupradicta convenientia dediſti,
„ cum caſis, caſalinis, terris, vineis, pratis,
„ paſcuis, cultum, vel incultum, pomis,
„ arboribus fructiferis, vel infructiferis, bal-
„ ginis, limitibus, aquis, aquarumque de-
„ curſibus in montibus, & in planis, chartu-
„ lati, vel chartulatæ, cum cenſis, & datis,
„ Aldii, vel Aldianæ cum Aldaritiis ſuis, Co-
„ lonæ, vel Coloniciæ ſuæ, ſervis, vel ancil-
„ læ, omnia & in omnibus, quantum à ſu-
„ pradictæ Curti pertinentes, & cenſum ab-
„ ſolvere debeamus ego, vel meis heredi-
„ bus per unumquemque annum denarios duo-
„ decim. Unde pro ſtabilitate veſtra Alber-
„ tus Notarius ſcribendum rogavimus. Ab
„ Incarnatione Domini ſunt anni Nongenteſi-
„ mo vigeſimo ſexto, Indictione Decima
„ quarta. Abſque omni contrarietate ipſius
„ Majonis, & de ſuis heredibus. Nunc emiſi-
„ mus Judicatum, quod tibi Liuperto Nota-
„ rio ſcribere mandavimus, eo quòd inter-
„ fuiſti.

Privilegium quoque obtinuit Raimbaldus Pater venerabilis à Sancto Stephano Papa VII. verè ſacro Apoſtolico hujuſmodi. (*)

Ste-

(*) Vide Tabulam quartam figur. V. pag. 355.

Digitized by Google

Stephani VII. Romani Pontificis Bulla, per quam Monasterio Sancti Vincentii Vulturnensis, ejusque Abbati Raimbaldo omnia jura & bona confirmat circiter Annum DCCCCXXX.

„ STephanus Episcopus Servus Servorum
„ Dei. Raimbaldo viro venerabili Abbati
„ Monasterii Christi Martyris Vincentii,
„ quod situm est in partibus Samniæ territo-
„ rio Beneventano super fontem Vulturni flu-
„ minis, & per te cunctis successoribus tuis
„ in eodem venerabili Monasterio regulariter
„ promovendis in perpetuum. Pia sollecitu-
„ dine curam agentes sacrarum Dei Ecclesia-
„ rum, utpote pro salute ovium à Deo nobis
„ commissarum, & maximè Deo famulantium
„ Monachorum, satagimus ut divinæ con-
„ templationi insistentibus opem ferre possi-
„ mus, ut cum eis & divinæ remunerationis
„ gratiam consequamur. Petentibus igitur
„ vobis, ut Monasterium Beati Vincentii
„ Martyris Christi cum omnibus sibi perti-
„ nentibus, Cellis, Capellis, Castellis, & ter-
„ ris, sub jurisdictione Sanctæ Romanæ Ec-
„ clesiæ nostri Privilegii auctoritate munire-
„ mus, concedimus illud vobis, vestrisque
„ legitimis successoribus Abbatibus detinen-
„ dum, ut nullius alterius Ecclesiæ ditionibus
„ submittatur, sed cum omnibus sibi perti-
„ nentibus Cellis, sive Monasteriis, Mona-
„ sterium utique Beati Petri juxta fluvium
„ Sabbati territorio Beneventano, Monaste-
„ rium Domini Salvatoris in Alise, Cellam
„ Sanctæ Mariæ in duas Basilicas, Cellam
„ Sanctæ Mariæ juxta fluvium Trinium, Cel-
„ lam Sanctæ Mariæ in Castanieto, Cellam
„ Sanctæ Mariæ in Palene, Cellam Sanctæ Ma-
„ riæ in Apinianici, Cellam Sancti Petri in
„ Vipera, Cellam Sancti Vincentii in Taccu,
„ cum omnibus Monasteriis, & Cellis, sub
„ Apostolicæ Sedis protectione permaneant.
„ Præterea quæcumque à Regibus, Ducibus,
„ Principibus, vel reliquis fidelibus, ad idem
„ Monasterium collata sunt, vel in posterum
„ conferri contingerit, & quæ prædeces-
„ rum nostrorum privilegiis confirmata ve-
„ stris prædecessoribus constat, firma vobis,
„ vestrisque successoribus, & illibata perma-
„ neant. Decernimus quoque, ut nulli omni-
„ no hominum liceat prædictum Monaste-
„ rium temerè perturbare, aut ejus possessio-
„ nes auferre, vel ablatas retinere, minuere,
„ vel contrariis vexationibus fatigare; sed
„ omnia integra conserventur, eorum, pro
„ quorum substentatione & gubernatione con-
„ cessa sunt, usibus omnimode profutura.
„ Obeunte verò ejus loci Abbate, vel suorum
„ successorum, nullus ibi qualibet astutia,
„ seu violentia præponatur, nisi quem Fratres
„ communi consensu, vel saniori consilio ele-
„ gerint secundùm timorem Dei, & Beati
„ Benedicti Regulam à Romano Pontifice
„ consecrandum. Chrisma, Oleum sanctum,
„ consecrationes Altarium, sive Basilicarum,
„ ordinationes Monachorum, sive Clericorum
„ Monasterio pertinentium, à quo malueri-
„ tis, accipietis Catholico Episcopo. Inter-
„ dicimus etiam, ne quis Episcoporum ex
„ eodem Monasterio Abbatem, vel Mona-
„ chum ad suam Synodum audeat provocare,
„ aut excommunicare; nec ibi cujuslibet Ec-
„ clesiæ Sacerdotem, præter Sedem Apostoli-
„ cam, ditionem aliquam habere permittimus,
„ adeò ut nisi ab Abbate fuerit invitatus, nec
„ Missarum solemnia ibidem celebrare præ-
„ sumat. Sacerdotes, & Clerici de quacum-
„ que Ecclesia, si venerint ad habitandum in
„ Congregatione Fratrum, aut Monachicum
„ suscipiendi habitum, statim recipiantur,
„ nec à quolibet prohibeatur. Nec præsumat
„ quispiam eidem Monasterio, & Cellis, vel
„ possessionibus, vel rebus ejus violenter in-
„ cumbere, vel quamlibet malitiæ jacturam
„ inferre; sed omni tempore idem locus cum
„ pertinentiis liberè & quietè sub Apostolicæ
„ Sedis protectione servetur. Si quis autem
„ hujus nostri Apostolici Privilegii constitu-
„ tionem temerare præsumpserit, nisi diguè
„ emendaverit, honoris sui dignitatem amit-
„ tat, & alienus à Corpore, & Sanguine Do-
„ mini nostri Jesu Christi fiat, & cum Dia-
„ bolo, & ejus ministris æterno incendio
„ damnetur. Qui autem justè & piè hæc ob-
„ servaverit, benedictionis gratiam pleniss-
„ mè à Domino consequatur, & æternæ vitæ
„ particeps esse mereatur.
„ Scriptum per manum Stephani Primice-
„ rii Anno Pontificatus Domni Stephani sum-
„ mi Pontificis Septimi.....

Curtes quoque diversas, & fundos recollegit venerabilis Abbas Raimbaldus in loco, qui dicitur Scaraffano. Homines conduxit, quibus prædictas Curtes ad laborandum locavit, & censum annualiter Monasterio persolverent ordine libellario. Ex quibus numeratæ sunt quibusdam scriptionibus petiæ de terris decem & novem extra vineas, & alios fundos in eodem loco. Similiter & in Comitatu Balvense, & in Carapelle, & in Valle Tritensi diversas collegit Monasterii hæreditates, ex quibus multa libellari ordine locavit, quædam in melius quoque commutavit. Requievit prædictus jam Raimbaldus venerabilis Abbas, decimo Idus Junii, Anno Dominicæ Incarnationis nongentesimo quadragesimo quarto, Indict. II.

In ipso tempore Landulfus Princeps Marchio efficitur. Ungri Campaniam devastarunt.

LEO Abbas Sancti Vincentii sedit annis XII. Iste perfecit Ecclesiam Sanctæ Mariæ in Capua, & plura ædificia statuit. Sub hoc tempore Aligernus constituitur Abbas Sancti Benedicti, ad cujus electionem invitatus est prædictus venerabilis Abbas Leo, & ipsius consilio ordinatus est. Hic homines perducere fecit ex aliis regionibus, quos constituit in propinquo hujus Monasterii loco residere, ipsiusque Monasterii terram colere.

Charta concessionis Emphyteuticæ facta à Petro Præposito Monasterii Vulturnensis Sancti Vincentii, & Misso Leonis Abbatis. Anno DCCCCXLV.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi.
„ Sexto anno Principatus Domni Landulfi
„ glorioso Principis, & Anno secundo Domni
„ Pandulfi ejus filii, Mense Augusti, Tertiæ
„ Indictione. Memoratorium factum à nobis
„ Paulo Monacho, & Præposito Monasterii
„ Sancti Vincentii situm super Vulturni flu-
„ minis fonte, seu Misso Domni Leonis vene-
„ rabilis Abbatis suprascripti Monasterii,
„ qualiter præsentia Auxentii Judicis, & alio-
„ rum testium, pro quibus superiùs dictus
Dom-

„ Domnus Leo Abbas in præſenti Menſe, „ & Indictione per convenientiam libellario „ nomine dedit Luponi filio Teudoſi, & Pe„ tro filio Iſelberti, & Adelberto filio Flo„ ræ, & Adi filio Leopardi de ipſis terris, „ quæ ſunt ſupraſcripti Monaſterii, pro cir„ cuitu ipſum Caſtellum, qui eſt in loco pro„ pinquum ipſo Monaſterio Sancti Vincentii, „ ubi omnes prænominati habitare debent, „ uſque in viginti novem annos expletos in„ ipſa ratione, quo ſcripto ipſo continere„ videtur. Propterea voluntariè ipſi qui ſu„ pra Lupo, Petrus, & ſocii eorum Wadium „ mihi dederunt, & mediatores mihi poſue„ runt ſe ipſos tali tenore, ut ipſi prænomi„ nati cum uxoribus, & filiis, & filiabus, „ & cum peculia, & alia, & omni cauſa ſua „ debeant habitare, & reſidere in ipſo Ca„ ſtello, quod eſt propinquum prædicto no„ ſtro Monaſterio, & facere ibidem omnem „ ſuam utilitatem juxta rationem, & debeant „ tenere, laborare, & ad cultum perducere „ de ipſis terris ſupraſcripti noſtri Monaſterii, „ quæ ſunt per circuitum ipſo prædicto Ca„ ſtello, quantas laborare potuerint, ad cul„ tum perducere, & ſic recolligere debeant „ annualiter, ſicut alii homines recolligunt, „ & omne bictuarium, & vinum, & alia„ frugia, quæ Deus eis exinde dederit, uſque „ ad quatuor annos expletos in parte ſupra„ dicti noſtri Monaſterii exinde ſortem dare „ non debeant, ſed faciant exinde quod eis „ placuerit. Ab ipſis verò quatuor annis ex„ pletis uſque ad conſtitutum terminum, ex „ omnibus, quæ Deus dederit de prædictis „ terris, quatuor partes dividere debeant; „ illi, & ſui heredes tollant ſortes tres, & „ ad Miſſum noſtri Monaſterii dare obligave„ runt ipſam quartam partem. Et obligave„ runt ſe omnes ſupra nominati, ut à die illo, „ quo in eodem Caſtello habitaverint, non„ habeant licentiam ad habitandum pergere „ in alium locum ſinè voluntate ſupradicti „ Domni Abbatis, & de ejus ſucceſſoribus. „ Et ſi amodo, & uſque in prædictos viginti „ novem annos non compleverint, ipſi omnes „ ſupradicti, & ſui heredes in parte prædicti „ Monaſterii, & ad ejus Abbatibus, & Re„ ctoribus omnia in ipſa ratione, quæ ſupe„ riùs legitur, quinquaginta libras argenti „ pœna ſe & ſuos heredes in parte prædicti „ Monaſterii, & ejus Abbatibus, ac Rectori„ bus componere obligaverunt per ſupraſcri„ pta Wadia ſeipſis mediatoribus ad pigno„ randum, ſi neceſſe fuerit, nominativè, bo„ ves, baccas, porcos, & alias res ſuas uſ„ que ad legem inſimul, & perſonas ſuas, ut „ licentiam, & poteſtatem habeamus com„ prehendendi eos in via, & in omni loco, „ ubi eos invenire potuerimus, & ante pu„ blicum Judicem eos comprehenſos ducamus, „ & teneamus, uſque dum noſtrum Monaſte„ rium ad ſuam veniat legem, & juſtitiam. „ Si autem nos, vel Miſſum prædicti Mona„ ſterii quærere præſumpſerint pro.... ſcura, „ aut de anteſtata, vel de ſimplicitate, aut „ de ipſa pignoratione, tunc quali lege, & „ juſtitia illis à Miſſo noſtri Monaſterii reci„ pere quæſierint, talis in parte noſtri Mona„ ſterii facere obligaverunt, & taciti exinde „ maneant ſemper. Scripſi ego Adelpertus „ Notarius, & interfui.

Conſignavit etiam Pater iſte venerabilis Leo diverſas terras, & poſſeſſiones Monaſterii hujus multis in locis, & multo certamine amiſſa reparavit. Ea verò, quæ dicebantur Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ in Oliveto, & alia plura in ipſo Comitatu Venafrano, ita devicit celebri Placito, & judiciali lege ſancita.

Placitum Arechiſi Judicis Capuani coram Landulpho Principe, in quo Vulturnenſis Cœnobii Abbas Leo Cellas quaſdam Monaſterii ſui evincit contra Padelfridum Comitem. Anno DCCCCLIV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti „ æterni. XV. Anno Principatus Domni „ noſtri Landulfi glorioſi Principis, ſed & „ Anno XI. Pandulfi ejus filii, menſe Novem„ bri, XIII. Indictione. Dum nos Arechiſi „ Judex Civitatis Capuanæ eſſemus inter ce„ teros ad judicandum & definiendum cauſan„ tibus, die autem quadam ſtantibus nobis „ ante ſuperiùs dictum Domnum Landulfum„ glorioſum Principem, & cum aliis Nobi„ lioribus viris, venerunt ante eumdem glo„ rioſum Principem Domnus Leo venerabilis „ Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ſitum„ ſuper Vulturni fluminis fonte. Vênit autem „ & Paldefrit Comes Caſtaldatus Benafrani. „ Qui cùm veniſſent, & ante prædictum glo„ rioſum Principem reconjuncti eſſent, quæ„ rebant inter ſe definire altercationem illam, „ quam inter ſe habuerunt de Cellis prædictis „ Monaſterii, quæ eſſe videntur in finibus „ prædicti Caſtaldatus Benafrani, una quæ vo„ catur Eccleſia Sancti Quirici conſtructa in „ loco, qui dicitur Morcano, & alia quæ vo„ catur Sanctæ Mariæ ad Olivetum, & de„ terris pertinentibus prædicto Monaſterio, „ quæ eſſe videntur in nominatis locis. Et „ cùm conjuncti eſſent, tunc ſupraſcriptus „ Domnus Leo Abbas erga ſecum habendo „ Hercebertum Notarium Abocatorem ſui „ Monaſterii contra jam dictum Paldefrit Co„ mitem cauſare cœpit, dicendo: quòd ipſe „ Paldefrit Comes teneret terras prædicti ſui „ Monaſterii, quæ eſſe videntur in nominatis „ locis. Inde ab eo quærebat audire reſpon„ ſum, & ſecundùm legem cum eo exinde„ facere finem. Unde ipſe Paldefrit Comes „ dixerat, ut neſciret terras ipſas, de qua per „ judicium glorioſi Principis wadiati fuerunt „ tali tenore, ut amborum partes pergerent „ ſuper ipſas terras, ut facerent inter ſe exin„ de ſecundùm legem finem. Cum quibus nos „ qui ſupradictus Arechis Judex, una cum eis „ pariter perreximus ſuper jam dictas terras, „ cum quibus & nobiſcum venerunt Paulus „ Diaconus & Monachus, Adelpertus Presby„ ter & Monachus, & Grimoaldus Presbyter „ & Monachus, & monſtraverunt eidem Pal„ defrit Comiti terras, ſicut cum prædicto „ Domno Leone Abbate wadiatus fuerat per „ hos fines & menſuras. Hoc eſt, ipſa terra, „ ubi Eccleſia Sancti Quirici ædificata eſt, & „ Monte Rivo ſe tenente, ubi nominatur Mor„ chanu, qui habet fines eadem terra ab una „ parte incipiente à fluvio Vulturno circa „ terram nominati Monaſterii, quæ dicitur „ Silva Cicerana, uſque in via Franciſca, & „ aliquantum revolvente circa eadem via; „ & deinde incipiente deſuper eadem via li„ mite inſurſum uſque in via, quæ fuit Sili„ ce; deinde incipiente ſuper ipſa via, quæ

Digitized by Google

„ fuit Silice inſurſum per Riagine uſque in
„ vertice montis, & deſcendit inter hæc ter-
„ ra, & terra nominati Monaſterii, quæ di-
„ citur ſilva Cicerana. Da ſecunda parte ca-
„ cumine hujus montis; da tertia parte terra
„ de ipſo monte, uſque ubi oritur fluvium
„ Tulibernum, & deinde quomodo currit
„ prædictum fluvium Tulibernum; da quarta
„ parte jam dicto fluvio Vulturno, & ſicut
„ revolvit limite circa terram Sancti Benedi-
„ cti, & per directum pet terram Sancti Be-
„ nedicti uſque in foſſato; & ſicut revolven-
„ te ipſo foſſato circa terra Sancti Benedicti,
„ & quomodo inde revolvente circa terram
„ Sancti Benedicti uſque in foſſato, quæ di-
„ ſcernit inter hæc terra, & terra Sancti Be-
„ nedicti, & quomodo vadit ipſe foſſato uſque
„ in via, & quomodo vadit ipſa via uſque
„ in foſſato, & revolvente ipſo foſſato & li-
„ mite circa terra Sancti Benedicti uſque in
„ ſupradicto fluvio Tuliberno. Alia terra,
„ ubi Eccleſia Sanctæ Mariæ Cella vocabulo
„ ædificata eſt, quæ dicitur Olivetum, &
„ Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ. Habet fines
„ eadem terra da una parte via Franciſca,
„ quæ venit da Campo Famelico, & venit
„ per capite per ipſa Cervaritia uſque in via
„ quæ fuit Silice, quæ venit da Benafro
„ circa nominata Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ,
„ & inde habet paſſus CCCL. & perrexit
„ jam dicta via Franciſca uſque in præfato
„ fluvio Tuliberno, & quomodo vadit circa
„ fluvium Tulibernum uſque ubi oritur &c.
„ Quarta parte terra publica ad menſura de
„ paſſu Landoni Caſtaldei menſuratum. Un-
„ de ipſe qui ſupra Domnus Leo Abbas dixe-
„ rat ipſi Paldefrit Comiti, ut jam dictæ ter-
„ ræ, quas illi cum prædictis Monachis Paulo,
„ Adelperto, & Grimoaldo per ſupradictos
„ fines & menſuras monſtraverant, nominati
„ ſui Monaſterii eſſent. Et ipſe Paldefrit Co-
„ mes dicebat, quòd verum non eſſet, ſed
„ ei pertinerent ipſæ terræ per parte Palatii.
„ Ipſe verò Domnus Leo Venerabilis Abbas
„ dicebat, ut ei per teſtes ſecundùm legem
„ talem poſſet facere conſignationem, quo-
„ modo prædictæ terræ pars ſupradicti Mo-
„ naſterii ſui jam per triginta annos poſſedi-
„ ſet. Sed cùm ipſe Paldefrit Comes manife-
„ ſtaſſet, quòd non poſſet ſuam legem com-
„ probare, jam dictas terras ſibi pro parte
„ Palatii pertinere, judicavimus, & per no-
„ ſtrum judicium eos wadiare fecimus tali
„ tenore, quatenus prædictus Paldefrit Co-
„ mes pro parte Palatii plicaret ſecundùm le-
„ gem, & jam dictus Domnus Leo Venera-
„ bilis Abbas pro parte ſui Monaſterii face-
„ ret ei talem comprobationem ſecundùm le-
„ gem per teſtes, ut ſingulos ad ſingulas te-
„ ſtificando dicant: ſcio, quia illæ terræ per
„ ipſos fines & menſuras, quas tibi Paldefrit
„ Comes monſtravi, per triginta annos poſ-
„ ſedit pars Sancti Vincentii, & firmaret te-
„ ſtimonia ipſa per ſacramenta ſecundùm le-
„ gem. Et de tali inter ſe complendum me-
„ diatores inter ſe poſuerunt, & abierunt.
„ In conſtituto verò ambarum partium ſe
„ conjunxerunt ante Domnum Pandulfum glo-
„ rioſum Principem. Domnus Leo Abbas pa-
„ ratus erat pro parte ſui Monaſterii cum ſu-
„ periùs dictis Monachis, volens Paldefrit
„ Comiti de jam dictis terris jam dictam com-
„ probationem facere, ſicut guadiati fuerant;
„ & ipſe Paldefrit paratus erat recipere jam

A

„ dictam comprobationem. Sed cùm prædi-
„ ctus Domnus Pandulfus glorioſus Princeps
„ taliter utraſque partes paratas eſſe conſpi-
„ ceret, ad cauſationes ipſas inter ſe liberan-
„ das, dixit jam dicto Domno Leoni Abbati,
„ ut adduceret ei teſtes ſuos, quos ille ſtatim
„ adduxit præfatos Monachos, quos conſpi-
„ ciens glorioſus Princeps, interrogavit eos,
„ ſi de præfatis terris teſtimonium reddere
„ veniſſent; qui dixerunt, pro prædictis ter-
„ ris ſe teſtimonium reddere veniſſe. Et tune
„ fecit eos ſeparari, & Paulum Diaconum
„ duci in parte una, & Adelpertum in alia;
„ Grimoaldum verò ante ſe ſtare, quem per
„ ſemetipſum diligenter admonuit de timore

B

„ Domini, ut quicquid veraciter ſciret de
„ prædictis terris, indicaret. Ipſe verò Gri-
„ moaldus dixit: Scio, quia illæ terræ per
„ illos fines, & menſuras, quas Paldefrit
„ Comiti monſtravimus, per triginta annos
„ poſſedit pars Sancti Vincentii. Et amiſſo
„ eo, juſſit alios ſigillatim venire ante ſe,
„ qui ſimiliter teſtificati ſunt. Et cùm toti
„ tres uno tenore ante glorioſum Princi-
„ pem teſtimonium reddidiſſent, præcepit
„ nobis Arichiſi Judici jam dictus glorio-
„ ſus Princeps, ut unà cum Padelfrit Comi-
„ ti recederemus ab ejus conſpectu, & per
„ ſacramentum firmarent præfati Monachi
„ ſua teſtimonia, quæ de prædictis terris te-

C

„ ſtificati ſunt. Et ipſe Domnus Leo Abbas
„ pro parte ſui Monaſterii juraret eidem Pal-
„ defrit Comiti de jam dictis terris, ſicut lex
„ eſt. Egreſſi ſumus ab ejus conſpectu. Tunc
„ Paldefrit Comes pro parte Palatii poſita
„ ſancta Evangelia priùs juravit ei Grimoal-
„ dus Presbiter & Monachus, deinde Adel-
„ pertus, & Paulus, tangendo ipſa Evange-
„ lia, dicendo, ut ſic eſſet veritas, ſicut illi
„ de jam dictis terris teſtimonium reddidiſſent
„ Domno Leoni Abbati; noluit ipſe Paldefrit
„ Comes ſacramentũ tollere, ſed per fuſtem ei
„ donavit, & Launelgild inde ſecundùm legem
„ ab eo accepit camiſum unum, in omni de-
„ ciſione, & in ea ratione, ut ſi ipſe Paldefrit

D

„ Comes, aut ejus heredes, de nominata do-
„ natione per qualemcumque ingenium di-
„ rumpere aut removere quæſierit, centum
„ bizanteos ſolidos pœna ſe, & ſuos heredes
„ eidem Domno Leoni Abbati, & ad poſte-
„ ros ejus, componere obligavit, & ſupradi-
„ cta donatio firma permanere in perpetuum.
„ Et ita eſt cauſatio de jam dictis terris in-
„ ter parte præfati Monaſterii, & jam dicti
„ Paldefrit Comiti per jam dicta teſtimonia
„ & ſacramenta finita & deliberata in omni-
„ bus. Cùm nos qui ſupra Arichis Judex ta-
„ liter omnia ſupradicta vidimus, & audi-
„ vimus, judicavimus, ut amodo & ſemper
„ pars ſupradicti Monaſterii Sancti Vincentii,

E

„ & ejus Abbates, & Rectores, firmiter &
„ ſecuriter habeant & poſſideant præfatas ter-
„ ras integras, ſicut ſuperiùs per fines judica-
„ tæ & menſuratæ ſunt, abſque omni contra-
„ rietate jam dicti Paldefrit Comitis, vel cu-
„ juſcumque perſonæ. Quapropter recordan-
„ dum in perpetuum omnia ea, qualiter ſu-
„ periùs geſta ſunt, cùm & pro ſecuritate
„ præfati Monaſterii Sancti Vincentii, & de
„ ejus Abbatibus, & Rectoribus hunc emiſi-
„ mus Judicatum, quod tibi Heremperti No-
„ tario, qui interfuiſti, ſcribere demandavi-
„ mus.

Eo-

Digitized by Google

Eodem quoque tempore quidam Clariſſimi viri Alfanus & Aldemari germani filii Aldemari Comitis, Aidoaldus, & Landulfus Caſtaldei obtulerunt huic Monaſterio inclitam Curtem ſuam in territorio Benafrano per hoc ſcriptum, & eidem Domno Leoni Abbati.

Curtis de Petra Lata donatio facta Monaſterio Sancti Vincentii Vulturnenſis ab Alfano, aliiſq; conſortibus. Anno DCCCCLV.

„ IN nomine Domini. Anno XLII. Regnante Domno Conſtantino Magno Imperatore, & XVI. Anno Principatus Domni Landulfi glorioſi Principis, & XII. Anno Principatus Domni Pandulfi filii ejus, Menſe Januario, XIII. Indictione. Ideoque nos Alfanus, & Aldemari germani filii quondam Aldemari, qui fuit Comes, & Audoaldus Caſtaldeus filius quondam Aldemari, & Landulfus Caſtaldeus filius bonæ memoriæ Pateri ſicut nobis aptum & congruum eſt; bona enim noſtra voluntate, & firma ſtabilitate intereſſe idoneos ſubſcriptos teſtes, per hanc quoque cartulam unanimiter & pari conſenſu donavimus tibi Leoni Venerabili Abbati Monaſterii Sancti Vincentii ſitum ſuper fluvium Vulturnum, integram ipſam Curtem noſtram de finibus Benafro propinquo Eccleſia Sancti Nicandri, ubi dicitur Preta lata, cum omnibus ſuis pertinentiis, quæ fuit Domnica, quam quidem Aldemari Theſaurarius biſavius noſter conceſſam habuit à parte ſacri Palatii per Præceptum ab anulis bonorum præceptorum utraque parte ſigillatum, cum omnia, & in omnibus ad eamdem Curtem pertinentibus. In primis ipſum campum, qui dicitur de Balzemundu, habet fines de uno latere Rivum, unde per tempus aqua decurrit, quæ dicitur Fermina, alio latere foſſatu, unum caput tenet in Silice, aliud caput in Villa, quæ nominatur Carafolline. Alium campum ibique habet fines da una parte Silice, quæ venit de Benafro, & pergit circa Sanctam Chriſtinam; alia parte via, quæ venit da Benafro, & pergit ad Sanctam Mariam: tertia parte in ipſa Fermina; quarta parte terra prædicti Venerabilis Monaſterii. Infra hos verò fines exinde nec nobis, nec quartæ partis uxorum noſtrarum, nec cuiquam alteri habendum nullam reſervavimus; ſed in integrum eamdem Curtem cum omnibus ſuis pertinentiis & territoriis ad prædictam Curtem pertinentibus in finibus Benafro, unà cum inferius & ſuperius, & cum viis & anditis ſuis, & cum omnibus ſuis pertinentiis, tibi jam dicto Leoni Abbati ad partem ejuſdem Monaſterii, ejuſque Rectoribus donavimus habendum & poſſidendum. Unde per id firmandam hanc noſtram donationem recepimus à te nomine Leone Abbate juxta legem Launegild camiſo uno. Similiter donavimus tibi ad partem ejuſdem Monaſterii noſtri ſupradictum præceptum conceſſionis ex ipſa Curte per ſupra ſuſceptum Launegild ea ratione, ut amodo & ſemper tu jam dictus Leo Abbas, & pars ejuſdem veſtri Monaſterii eamdem noſtram donationem habere, & poſſidere valeatis ſecuriter, inde faciendum vos & poſteri, inde omnia quæ volueritis ſinè contradictione noſtra, & de noſtris heredibus, & ſinè cujuſcunque „ requiſitione. Quòd ſi aliquo apud nos vel noſtri heredes tecum, aut cum poſteris tuis, ſeu cum parte ejuſdem Monaſterii, per qualicunque inventa occaſione cauſare, aut contendere quæſierimus de ſupradicta noſtra donatione, volendo illam de veſtra tollere proprietate & dominatione, vel ſi illud retornare, aut removere quæſierimus, centum ſolidos Biſanteos tibi Leoni Abbati, & ad poſteros tuos, vel ad partem ejuſdem Monaſterii pœna nos, & noſtros heredes componere obligamus, & in antea omni tempore pro invitis taciti moneamus, & hæc chartula omni tempore firma & ſtabilis permaneat. Quod te Sichelpotum Diaconum & Notarium taliter ſcribere rogavimus. Actum in Benevento.

In his verò terris, quas conſignaverat Venerabilis Abbas Leo, homines conſtituit de diverſis locis, qui præfatas terras excolerent, & debitum de iis cenſum Monaſterio ſingulis annis perſolverent per hoc ſcriptum.

Charta Leonis Abbatis Sancti Vincentii ad Vulturnum, qua Eccleſiam Sanctæ Mariæ ad Olivetum in emphyteuſim concedit. Anno DCCCCL.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Decimo anno Principatus Domni Landulfi glorioſi Principis, & Septimo anno Principatus Domni Pandulfi filii ejus, Menſe Januario, Octava Indictione. Ideoque nos Leo in Dei nomine Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ſito ſupra Vulturni flumine fonte, manifeſtum facimus, quoniam ſupradictum noſtrum Monaſterium per plurima loca copioſas habet ſubſtantias, inter quas & habemus unam Eccleſiam vocabulo Sanctæ Mariæ, quæ nuncupatur ad Olivetum in finibus Benafro cum omnibus territoriis ad eandem Eccleſiam pertinentibus, pertinentes eidem noſtro Monaſterio à fine Benafro, fluvio Vulturno, à fine monte Tauri uſque ad ipſum Sextum, quæ Johannes, & Titi filii Joti, Leo Presbiter, Johannes, Aifrit, & Petrus filii Johannis, Rodelando, & Dominicus filii Teoderici, & Urſus filius Luponi, & Martinus filius Leonis, Dominicus, Aiprando, Amalfrit, & Johannes alius germani filii Ainfrit, volunt à nobis per convenientiam libellario ordine tenere & laborare & excolere; inter nos, & eos amodo, & uſque dum illi & ſui heredes in prædictis terris ibidem habitare voluerint, & deberent illi & ſui heredes habitare, vel reſidere cum familiis, & animalibus, & omni cauſa ſua, & dividant nobiſcum ipſa frugia, quæ inde fecerint, quomodo hic ſubter declaramus. Cùmque taliter nos, & omnibus prænominatis conveniſſet, ut convenientia ſuprascripta hujus libellarii ſecundùm legem fieret, convocavimus infra nos Adelfrit Judicem, & ſupradictos idoneos homines, qui ſe nobiſcum intereſſe dixerunt, ſicut in lege ſcriptum eſt de convenientia; & ita firmavimus hunc libellarium ſcriptum. Idcirco ego jam nominatus Leo Abbas unà cum conſenſu Fratrum, & ſubſcriptione Monachorum, & erga mecum habendo Petrum Notarium Abocatorem præfati noſtri Monaſterii, per hunc ſcriptum libellarium dedi & tradidi vobis omnibus prænomi-

„ mi-

Digitized by Google

„ minatis præfatam Eccleſiam Sanctæ Mariæ
„ cum inclitis territoriis ad prædictam Ec-
„ cleſiam pertinentibus, quantum vos, aut
„ veſtri heredes inde juſta ratione laborare,
„ & ad cultum perducere potueritis : in hoc
„ ordine, ut debeatis illas tempore ſuo labo-
„ rare, cultare, ſeminare, & labores ipſos
„ unciare, metere, triturare, & omnem gra-
„ num, & ordeum, & milium per ſingulos
„ annos, dum ibi habitaveritis, dividatis in-
„ ter vos, & partem ſupraſcripti Monaſterii
„ in decem partes. Vos habeatis novem par-
„ tes, & ſupraſcripto Monaſterio detis par-
„ tem decimam ; ibique in ſupradicto loco
„ dividere debeatis ; & liceat vobis ibi vi-
„ neas paſtinare, & cunctum vinum uſque
„ in decem annos veſtræ ſit poteſtatis ; poſt
„ expletos verò decem annos dividatis cum
„ ſupradicto Monaſterio, quomodo alii par-
„ tionarii dividunt cum ſuos conſortes, qui
„ ſunt in eodem loco Benafro. Et quando
„ vos exire volueritis de ſupradictis terris,
„ vos inde exire cum omni cauſa veſtra, &
„ de commendatis veſtris, & pergere ubi vo-
„ lueritis abſque omni contrarietate noſtra &
„ poſterorum noſtrorum, & debeatis nobis
„ dare de ipſis porcum eſcaticum, quomodo
„ dant ipſi homines de Benafro ſuo domino.
„ Et non habeatis licentiam ire ad judicium
„ alicujus hominis, ſed ad noſtrum, aut in-
„ ter vos. Et non habeatis alium hominem
„ Seniorem niſi nos, dum ibi habitaveritis.
„ Et ſi unus ex vobis voluerit habere caval-
„ lum, & nobis ſervire, debeatis nobis ſer-
„ vire cum ſupradicto cavallo. Et de omnia
„ ſupradicta nobis ille homo, qui talia nobis
„ compleverit de dandum nobis, ſolutus ma-
„ neat prædictum terraticum. Et obligo me
„ ego qui ſupra Leo Abbas, & poſteros meos,
„ & pars jam fati noſtri Monaſterii vobis
„ omnibus prænominatis, & veſtris integris
„ heredibus integras ſupradictas terras, dum
„ ibi volueritis habitare, defendere, & ante-
„ ſtare ſemper ab omnibus hominibus, ab
„ omnique parte. Si autem ego qui ſupra
„ Leo Abbas, aut poſteri mei, aut pars no-
„ ſtri Monaſterii, hoc ſcriptum libellarium
„ per qualecumque ingenium dirumpere, aut
„ removere quæſierimus, & ſi non vobis com-
„ pleverimus omnia, ſicut ſupra diximus,
„ quinquaginta bizanteos ſolidos nos & noſtri
„ heredes vobis, & poſteris veſtris compone-
„ re obligamus. Et taliter ego qui ſupra Leo
„ Abbas unà cum conſenſu Fratrum, & ſub-
„ ſcriptione Monachorum, erga mecum ha-
„ bendo jam dictum Abocatorem præfati no-
„ ſtri Monaſterii, feci, & te Hercembertum
„ Notarium ſcribere rogavi. † Ego Leo
„ qui ſupra Abbas. † Ego Paulus Diaconus
„ & Monachus. † Ego Johannes Diaconus &
„ Monachus. † Ego Bonizo Subdiaconus.

Similiter & ipſi in tempore conſignatum eſt Monaſterium Domini Salvatoris apud Aliſas, facto Placito in Beneventano Palatio, & eum ab infeſtatione & calumnia Epiſcopi Beneventanæ Sedis quietum conſtituit & pacatum, huic Monaſterio ſemper jure ſubjectum idem Magnificus Pater Leo ; & hoc eſt ipſius inde Commemoratorium.

A

CONSIGNATIO SANCTI SALVATORIS IN ALIFIS.

Breve recordationis, qualiter coram Landulfo Principe Beneventano Leo Abbas contendit, Monaſterium S. Salvatoris de Alife ſubjectum eſſe Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum Anno DCCCCXLIX.

„ IN nomine Domini ; Anno Triceſimo ſex-
„ to regnante Domno Conſtantino magno
„ Imperatore, & Decimo Anno Principatus
„ Domni Landulfi glorioſi Principis, & Anno
„ Sexto Principatus Domni Pandulfi filii ejus,
„ menſe Julio, ſeptima Indictione. Memora-
„ torium factum à me Leone Abbate Mona-
„ ſterii Sancti Vincentii, & Adeferi Referen-
„ dario Abocatore meo de hoc, quod in ſacra-
„ tiſſimo Beneventano Palatio in preſentia
„ Domni Landulfi excellentiſſimi Principis,
„ ubi coram eo reſidebat Domnus Johannes
„ Pontifex Sanctæ Beneventanæ Sedis, atque
„ coram eis aſtante Raimelfrid Caſtaldeo &
„ Judice, per judicium ſupradictæ poteſtatis
„ wadiatus ſum cum Alſano Caſtaldeo, & pro
„ parte ſupradicti Palatii, & cum Johanne
„ Diacono, & Abbate Advocatore prædicti
„ Epiſcopii, tali tenore, ut ad dies duode-
„ cim facerem ego eorum talem conſignatio-
„ nem juxta legem cum tertia perſona, ita ut
„ ſinguli ſeparatim dicant : ſcio, quia Mona-
„ ſterium Sancti Salvatoris de Alife liberè
„ fuit factum da Epiſcopo Beneventano, &
„ Palatium illuc ſubdidit Sancto Vincentio,
„ ut talem dominationem haberet ibi, qua-
„ lem Abbas debet habere in Monaſterio ; &
„ poſtea ipſi cum quinque Scariones prædicti
„ noſtri Monaſterii firmarent per ſacramen-
„ tum ipſam conſignationem. Unde ipſi à
„ parte ſua de taliter recipiendum mediato-
„ rem nobis poſuerunt Tadipertum Stolfaim,
„ & nos eorum mediatorem poſuimus. Hoc
„ breve ex juſſione ſupradictæ poteſtatis ſcripſi
„ ego Madefrit Clericus & Notarius.

DEFINITIO PLACITI DE SANCTO SALVATORE IN ALIFIS.

Johannes Beneventanus Epiſcopus controverſiæ, ſibi motæ à Leone Abbate Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum, ſuper Monaſterio Sancti Salvatoris Alifanenſis, finem facit, decernendo, electionem Præpoſiti ſupraſcripto Monaſterio ſpectare ad Abbatem Sancti Vincentii. Anno DCCCCL.

„ IN nomine Domini. Anno Triceſimo Se-
„ ptimo Regnante Domno Conſtantino ma-
„ gno Imperatore, & Undecimo Anno Prin-
„ cipatus Domni Landulfi glorioſi Principis,
„ & Septimo Anno Domni Pandulfi filii ejus,
„ Menſe Januario, Octava Indictione. Ideo-
„ que nos Johannes gratia Dei Epiſcopus San-
„ ctæ Sedis Beneventanæ declaramus, quia
„ Domnus Leo Venerabilis Abbas Monaſterii
„ Sancti Vincentii ſiti ſupra Vulturni fontem
„ vênit Beneventum . . . . . ſuperiùs dictum
„ Domnum Landulfum glorioſum Principem
„ cauſavit contra nos pro pars prædicti noſtri
„ Epiſcopii, & contra Alſanum Gaſtaldeum
„ pro pars Sacri Palatii, qui cauſam ejuſdem
„ Sacri Palatii peragebat de Monaſterio Do-
„ mni

Digitized by Google

„ mni Salvatoris, quod ædificatum fuit in
„ Aliſe, de quo dicebat ipſe qui ſupra Do-
„ mnus Leo Venerabilis Abbas: ut prædictum
„ Monaſterium Domini Salvatoris liberum
„ factum eſſet ab Epiſcopo Beneventano, &
„ Palatio illud ſubdidiſſet in jam dicto ſuo
„ Monaſterio Sancti Vincentii, ut talem do-
„ minationem haberet ibi, qualem Abbas de-
„ bet habere in Monaſterio. Unde nos dixi-
„ mus: verum non eſſet. Et ille nobis gua-
„ diam de comprobandum talia ſecundùm le-
„ gem per teſtes datam habuit: Et dum ipſe
„ qui ſupra Domnus Leo Venerabilis Abbas
„ cum teſtes & ſacramentales ſuos pro pars
„ jam dicti ſui Monaſterii ſecundùm legem
„ parati erant, volendo nobis complere, ſicut
„ guadiam nobis dedit, ut diximus, volentes
„ nos teſtimonia & ſacramenta ipſa ab eis re-
„ cipere, per colloquia bonorum hominum
„ venimus ad hanc convenientiam, ut ſem-
„ per qui ſupra Domnus Leo Venerabilis Ab-
„ bas, & ſucceſſores ejus, & pars jam dicti
„ ſui Monaſterii Sancti Vincentii poteſtatem
„ & licentiam habeat in jam dicto Monaſterio
„ Domini Salvatoris ponere & ordinare Mo-
„ nachum Præpoſitum ſuum, ſicut Abbas de-
„ bet ordinare, & ſicut Beatus Benedictus in
„ ſua Regula inſtituit.

Fortiſſimus Leo pro recolligendis rebus Monaſterii etiam maria penetravit, & ab (1) Imperatoribus Conſtantinopolitanis, videlicet ſeptimo Conſtantino, Romano, Chriſtophoro, Stephano, & altero Conſtantino, præcepta recepit, cum quibus & dona magna acquiſivit Sancto Monaſterio. (*)

Diploma, quo diverſæ immunitates conceduntur Cœnobio Vulturnenſi Sancti Vincentii ab Imperatoribus Græcis, Romano, Conſtantino, Chriſtophoro, Stephano, & Conſtantino. Anno DCCCCXXVII.

„ IN nomine Patris & Filii & Spiritus San-
„ cti. Romano, & Conſtantinus, Chriſto-
„ phorus, & Stephanus, & Conſtantinus Chri-
„ ſto amiciſſimi & fideliſſimi in Deo benigni
„ Imperatores diſpoſuimus iſtud præſens no-
„ ſtrum ſigillum benignum. Noſtra Impe-
„ rialis magnifica providentia non ſolùm
„ ſecularibus actibus decenter concedit juva-
„ men, ſed & his, qui Monaſticam vitam
„ eligunt, opportunum illorum juvamen
„ amplificat, ut in omnibus rectitudo pro-
„ vida noſtræ virtutis oſtendatur. Ergo & in
„ ipſa venerabili manſione Beati Vincentii,
„ quæ adjacet in ipſa amica Chriſti noſtra
„ Themate Langobardiæ cum his, qui ſub
„ ea, tunc reliqua Monaſteria, & omnibus
„ rebus illorum ſigillum excuſationis, illud
„ exinde Imperium noſtrum concedere præ-
„ cepit, ut excuſetur ipſa, & præfata Mona-
„ ſteria, & heredicates ab omni tentatione,
„ & angaria publica, & ab ipſis Patriciis, &
„ Stratigi Græcorum, & ab Imperiales, qui
„ in Taſſidiis diriguntur ab Imperio noſtro,
„ & à Turmarchis, Drongariis, & Comites
„ Thematum, & à Judicibus, & uſque à mi-
„ nimo homine, cui creditur ſervitium pu-
„ blicum Imperii noſtri. Inſuper & ab ipſis
„ Langobardis, Patriciis, & Caſtaldeis, &
„ ab omni homine Græco, & Langobardo
„ cui creditur ſervitium publicum, & tan-
„ tùm attendere miniſterio, & ſervitio ipſius
„ manſionis Beati Vincentii, & his qui ſub
„ eo ſunt Monaſterio, & rebus eorum, &
„ orent pro Imperio noſtro. Omnem verò
„ licentiam, & poteſtatem tribuimus ipſius
„ manſionis Beati Vincentii per præſentem
„ noſtrum benignum Chriſobolum, & ſigil-
„ lum, ut ea, quæ auferta ſunt loca ejus, &
„ Monaſteriorum, qui ſub ea ſunt, & rebus
„ diverſis faciant potentiſſimè iſta exquirere,
„ cum juſta ratione eripere, & habere ſub
„ ſua poteſtate, & à nemine contrarietur,
„ neque à Græco, neque à Langobardo Judi-
„ ce, ſed, ut dictum eſt, perquirere iſta, &
„ cum juſta ratione recolligere, & habere
„ ſub ſua dominatione. Præcepimus verò &
„ iſtud, ut haberent licentiam, ut non con-
„ tretur à quolibet, ut aſcenderes te, aut
„ tranſmitteres hominem tuum ad Imperium
„ noſtrum, ſemper tuam petitionem ſuſti-
„ nens. Qui præſumpſerit contrarium in ea,
„ quæ à nobis præcepta ſunt, aliquid opera-
„ re, ex noſtra increpatione advenerit ei pe-
„ riculum, ſufficiens omnibus oſtenſionem
„ tantummodo iſtius præſentis noſtri benigni
„ figilli, facto ſecundum menſe Aprelio,
„ quinta decima Indictione, in quo & illud
„ à Deo coronatum Imperium noſtrum per
„ cinnabarim conſueta Imperiali magnificè
„ ſubſcriptionem propria manu compoſuit,
„ & aurea bulla ſubſignare præcepit. Con-
„ ſervetur verò iſtud & in reliquis Abbati-
„ bus, & Rectoribus ipſius manſionis Beati
„ Vincentii.

Alia quoque Præcepta Hugonis, & Lotharii, Berengarii, & Adelberti Regum obtinuit, quo quiſque eorum Regnum Italiæ, pro ut potuit, tempore moderatus eſt. (**)

Hugonis, & Lotharii Regum Italicorum Diploma, per quod Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum omnia illius Privilegia & jura confirmant. Anno DCCCCXXXXI.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Hugo &
„ Lotharius divina providente clementia
„ Reges. Si fervore caritatis accenſi de ſtatu
„ & reſtauratione Eccleſiarum Dei diligenti
„ cura & indagatione tractamus, Regni no-
„ ſtri ſolium ſtabiliri, ac feliciter regnare
„ cum Chriſto nequaquam ambigimus. Quo-
„ circa omnium fidelium Sanctæ Dei Eccle-
„ ſiæ noſtrorumque præſentium, ac futuro-
„ rum univerſitas noverit, qualiter quidam
„ Præpoſitus Chriſti Martyris Vincentii ſito
„ in finibus Beneventanis nomine Leo (2)
„ Presbyter & Monachus noſtram adiens cel-
„ ſitudinem, detulit nobis Præceptum præde-
„ ceſſorum noſtrorum Imperatorum, & Re-
„ gum, & parentum noſtrorum, videlicet
„ Deſiderii, Caroli, Ludovici, atque Lotha-
„ rii, per quæ contulerunt ex ſuis rebus in
„ præfatum Monaſterium, & confirmaverunt
„ res & poſſeſſiones ibi à Principibus, Duci-
„ bus

(1) Si Diploma hoc ad Annum 927. uti puto, referendum eſt, non ergo ad tempora Leonis Abbatis ſpectat, qui Anno tantùm 944. præeſſe Monaſterio cœpit.

(*) Vide Tabulam quartam figur. VI. pag. 355.

(**) Vide Tabulam quartam figur. VII. pag. 355.

(2) Ad tempora Raimbaldi Abbatis referendum erat hoc Diploma, quamquam heic de Leone ipſo agatur, qui ei Abbas ſucceſſit.

Digitized by Google

„ bus, reliquiſque fidelibus collatas. Unde
„ præfatus Monachus & Præpoſitus noſtram
„ exoravit clementiam, ut eadem Præcepta
„ ac legales ſcriptiones, nec non prædia
„ per diverſos fines Regni Italici conjacen-
„ tia, eidem Cœnobio collata, per noſtræ
„ confirmationis Præceptum in præfatum ve-
„ nerabilem locum confirmaremus. Cujus
„ petitionibus faventes pro Dei amore ani-
„ marumque noſtrarum remedio, per hoc no-
„ ſtræ confirmationis Præceptum, prout juſtè
„ & legaliter poſſumus, confirmamus, ac
„ pœnitus corroboramus in prædicto Cœno-
„ bio Chriſti Martiris Vincentii omnia Præ-
„ cepta prædeceſſorum noſtrorum Imperato-
„ rum, & Regum, ac parentum noſtrorum,
„ videlicet Deſiderii, Caruli, Ludovici, atque
„ Lotharii, verum etiam omnes res & poſ-
„ ſeſſiones per diverſos fines Regni Italici
„ poſitas per eadem Præcepta, vel quolibet
„ legalis titulo ſcriptionis à Principibus, Du-
„ cibus, reliquiſque fidelibus ibidem colla-
„ tas, nec non Monaſteria, & Cellas inferiùs
„ nominatas. Monaſterium ſiquidem in ho-
„ nore Beati Petri Apoſtoli conſtructum, po-
„ ſitum in loco Trite territorio Balvenſe, &
„ Monaſterium, quod nuncupatur Sancti An-
„ geli in Barregio. In Aprutio Cellam unam
„ in loco, qui vocatur Arole. Item Sancta
„ Maria in duas Baſilicas. Item Monaſterium
„ Beati Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvium
„ Sabbati territorio Beneventano. Sed &
„ Cellam Sancti Seſſii in Liburiæ cum toto
„ ipſo Gualdo in loco Pantano. Monaſterium
„ quoque Domini & Salvatoris noſtri Jeſu
„ Chriſti, quod poſitum eſt in Alife. Nec
„ non & Monaſterium Sancti Giorgii in Sa-
„ lerno. Seu & Monaſterium Sanctæ Mariæ
„ in territorio Marſicano, quod ſitum eſt in
„ loco Apinianici unà cum Caſtris, Cappellis,
„ titulis, caſis, terris, vineis, campis, pra-
„ tis, paſcuis, ſilvis, piſcariis, molendinis,
„ aquis, aquarumque decurſibus, ſervis &
„ ancillis ad prælibatum Monaſterium perti-
„ nentibus vel reſpicientibus in integrum
„ Chriſti Martyris Vincentii, quod poſitum
„ eſt in finibus Beneventanis. Statuimus atque
„ præcipimus & noſtra præceptali auctorita-
„ te decrevimus, ut ſi aliqua intentio orta
„ fuerit de rebus, & familiis ejuſdem Mona-
„ ſterii, liceat Advocatorem per inquiſitio-
„ nem circamanentium liberorum hominum,
„ ſicut lex habet, hoc definire, & cùm defi-
„ nitum fuerit, tunc demum ipſa res & fami-
„ lias pars prædicti Cœnobii noſtra Præcep-
„ tali auctoritate habeat atque poſſideat jure
„ quieto. Recipimus præterea prætaxatum
„ Monaſterium cum omnibus prætaxatis Mo-
„ naſterii Cellis, rebus quoque & familiis
„ ibidem aſpicientibus unà cum Fratribus,
„ ac Monachis ibidem Deo famulantibus ſub
„ noſtræ tuitionis Mundburdium. Statuentes
„ ut Abbates & Præpoſiti ejuſdem loci juxta
„ priſcam conſuetudinem ad communem uti-
„ litatem fratrum ſuorum diſponant abſque
„ alicujus contradictione. Præcipientes ita-
„ que jubemus, ut nullus Dux, Marchio &c.
„ Si quis igitur hujus noſtri Præcepti confir-
„ mationem ſeu Mundburdii tuitionem ali-
„ quando infringere conatus fuerit, ſciat ſe
„ compoſiturum auri optimi libras centum
„ medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem
„ parti Monaſterii. Quod ut verius credatur,
„ diligentiùſque ab omnibus obſervetur, ma-
„ nibus propriis roborantes anulo noſtro in-
„ ſigniri juſſimus.
„ Signum ſereniſſimorum Imperatorum. (*)
„ Giſeprandus Cancellarius ad vicem Boſo-
„ nis Epiſcopi Archicancellarii recognovit.
„ Data XIII. Kal. Aug. Anno Dominicæ In-
„ carnationis DCCCCXLI Regni verò Dom-
„ ni Hugonis piiſſimi Regis XV. Lotharii
„ vero X. Indictione XIV. Actum in Campa-
„ nia juxta Oppidum Romaniæ feliciter.
„ Amen.

(*) Hæc ſigna vide ad Tabulam quintam figuris ſignatis F. & G.

Berengarius II. & Adelbertus Italiæ Reges Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum omnia illius bona & jura confirmant. Anno DCCCCLI.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Berenga-
„ rius, & Adelbertus divina providente
„ clementia Reges. Si juſtis petitionibus no-
„ ſtrorum fidelium aures noſtræ pietatis in-
„ clinamus, ad ſtatum Regni noſtri proficere
„ nequaquam ambigimus. Quocirca om-
„ nium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtro-
„ rumque, præſentium ſcilicet ac futurorum
„ univerſitas noverit, qualiter quidam Abbas
„ nomine Leo Cœnobii Chriſti Martyris Vin-
„ centii ſito in finibus Beneventanis noſtram
„ adiens celſitudinem, detulit nobis Præcepta
„ Prædeceſſorum noſtrorum Imperatorum, &
„ Regum, ac parentum noſtrorum, videlicet
„ Deſiderii, Caruli, Ludovici, atque Lotha-
„ rii, & Hugonis & Lotharii per quæ con-
„ tulerunt ex ſuis rebus in præfatum Mona-
„ ſterium, ac confirmaverunt res & poſſeſſio-
„ nes ibi à Principibus, Ducibus, reliquiſ-
„ que fidelibus collatas. Unde præfatus Ab-
„ bas noſtram exoravit clementiam, ut ea-
„ dem Præcepta, ac legales ſcriptiones, nec-
„ non prædia per diverſos fines Regni Itali-
„ ci conjacentia eidem Cœnobio collata, per
„ noſtræ confirmationis præceptum in præfa-
„ tum venerabilem locum confirmaremus.
„ Cujus petitionibus faventes, pro Dei amo-
„ re animarumque noſtrarum remedio per
„ hoc noſtræ confirmationis præceptum, pro
„ ut juſtè & legaliter poſſumus, confirma-
„ mus ac penitùs corroboramus in prædicto
„ Cœnobio Chriſti Martyris Vincentii omnia
„ Præcepta prædeceſſorum noſtrorum Imperato-
„ torum & Regum, ſeu parentum noſtrorum
„ &c. *ut in Diplomate Ugonis & Lotharii*
„ Quod ut verius credatur diligentiùſque ab
„ omnibus obſervetur, manibus propriis ro-
„ borantes anulo noſtro inſigniri juſſimus.
„ Signum Domnorum Berengarii & Adel-
„ berti Regum (**)
„ Hubertus Cancellarius ad vicem Bruning-
„ gi Epiſcopi, & Archicancellarii recogno-
„ vi & ſubſcripſi.
„ Data VI. Kal. Octobris Anno Dominicæ
„ Incarnationis DCCCCLI. Regni verò Domni
„ Berengarii atque Adelberti piiſſimorum
„ Regum primo. Indictione X. Actum in
„ Plebe Sancti Marini in Dei nomine felici-
„ ter. Amen.

Adhuc autem locus iſte beſtiis & avibus latibula præbens, hominibus omnino vacabat. Aliquanti tamen, quorum Deus virtus, & refugium erat, Anachoretarum more viventes juxta

(**) Hæc ſigna vide ad Tabulam quintam figuris ſignatis D. & E.

Digitized by Google

juxta Eccleſiam Domini Salvatoris ſibi habitacula conſtituerant, in quibus degebant.

DE TOCCU TERRA IN LOCO, QUI DICITUR LARI LIBELLUM.

Charta Leonis Abbatis Vulturnenſis, per quam Miloni Judici multa in emphyteuſim concedit. Anno DCCCCL.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. XI. Anno Principatus Domni
„ Landulfi glorioſi Principis, & VII. Anno
„ Principatus Domni Pandulfi filii ejus, Menſe
„ Octobri, IX. Indictione. Ideoque ego Milo
„ Judex filius ejuſdem Mili habitator in Ca-
„ ſtello Toccu, manifeſtum facimus, quia in
„ præſenti Menſe, & Indictione præſcriptum
„ libellario nomine ſecundùm legem nobis
„ dedit Domnus Leo Venerabilis Abbas Mo-
„ naſterii Sancti Vincentii ad tenendum &
„ colendum, & refrugiandum amodo, & uſque
„ in viginti novem annos expletos terras præ-
„ dicti ſui Monaſterii per Chartulam offer-
„ ſionis, quomodo Radeciſi filius cujuſdam
„ Anteciſi pro redemptione animæ ſuæ offe-
„ ruerat in præfato Monaſterio Sancti Vin-
„ centii integram rem ſuam, quam habuerat
„ in finibus Caudenſes, loco ubi Lari dicitur,
„ vineis, & terris, campis, & ſilvis, pratis,
„ & aſpris, cultum, & incultum, omnia, &
„ in omnibus, de quibus nec ſibi, nec cuili-
„ bet alteri nihil reſervaverat, ſicut in ipſa
„ Chartula offerſionis continere videtur, &
„ nos daremus ei cenſum annualiter uſque in
„ terminum conſtitutum, quod hìc ſubter de-
„ claramus. Cùmque taliter inter nos conve-
„ niſſet, & ut convenientia iſta ſecundùm le-
„ gem fieret convocavimus infra nos Adelfrit
„ Judicem Civitatis Capuanæ, & per jam di-
„ ctum ſcriptum libellarium dedit & tradi-
„ dit nobis integram rem, quantum præſcri-
„ pto ſuo Monaſterio pertinet in ſupraſcripto
„ loco Lari, ſicut prædicta Chartula offerſio-
„ nis contineat, ut liceat nobis cum prædi-
„ cta Chartula exinde cauſare . . . . . & om-
„ nem finem facere cum omnibus, qui neceſſe
„ fuerint, & cuncta frugia, quæ nobis Deus
„ exinde dederit per ſingulos annos, noſtræ
„ ſint poteſtati, ſicut in ipſo ſcripto libella-
„ rio continere videtur. Propterea guadiam
„ vobis dedi, & medium vobis poſui meipſum
„ tali tenore, ut per ſingulos annos uſque in
„ ſupraſcriptos viginti novem annos expletos
„ demus, & ſemper in feſtivitate S. Vincentii
„ parium de Brodini boni virum, & ad com-
„ pletos ſupraſcriptos annos viginti novem
„ nos qui ſupra Milo Judex, & noſtri heredes
„ debeamus remittere ad poteſtatem præfati
„ veſtri Monaſterii ipſam Chartulam offerſio-
„ nis, quam apud nos remiſiſti cum omni
„ continentia, quantum in prædicta Chartula
„ continet, faciendi exinde omnia, quæ vo-
„ bis placuerit. Si autem ego qui ſupra Milo
„ Judex, vel mei heredes non dederimus vo-
„ bis per ſingulos annos conſtitutum parium
„ de Brodini; & ſi non compleverimus om-
„ nia ſicut ſupra diximus, centum ſolidos
„ Biſanteos pœna me, & meos heredes vo-
„ bis, & ad poſteros veſtros, & ad pars ve-
„ ſtri Monaſterii componere obligamus, &
„ omnia vobis percompleamus per ſupradi-
„ ctam guadiam, & meipſum mediatorem.
„ Scripſi ego Erubertus Notarius.

DE OIRE IN APULIA.

Ejuſdem Leonis Abbatis Charta, per quam terras quaſdam in Civitate Oiræ concedit in emphyteuſim. Anno DCCCCXLVII.

„ IN nomine Domini Dei æterni. VII. An-
„ no Principatus Domni Landulfi glorioſi
„ Principis, & IV. Anno Principatus Domni
„ Pandulfi filii ejus, Menſe Januario, V. Indi-
„ ctione. Memoratorium factum à nobis Leo-
„ ne Abbate Monaſterii Sancti Vincentii ſitum
„ ſuper Vulturni fluminis fontem de eo quòd
„ ante præſentia Auſentii Judicis, & aliorum
„ teſtium, erga me habendo Abocatorem Si-
„ chelmum præfati Monaſterii, dedimus, &
„ per fuſtem tradimus Gundelgardi commo-
„ rante de Civitate Oiræ, & Stephano Can-
„ didato, & filio Gundoini integras terras
„ noſtro Monaſterio pertinentes, quas habe-
„ mus in eadem Civitate Oiræ per ipſo li-
„ bellario nomine, quod de eadem terra apud
„ ſe firmatum retinet, qui ſcriptus eſt per Ar-
„ nulfum Notarium, uſque in viginti novem
„ annos expletos, quæ res eædem videntur in-
„ fra eadem Civitate Oiræ, quàm & foris
„ eadem Civitate, Puccianu, & in loco La-
„ tinianu, & in loco Megarighe, & terra
„ propinquo Sancti Laurentii, propè eadem
„ Civitate Oiræ, & ipſa Eccleſia vocabulo
„ Sancti Benedicti, & ipſa terra intus ipſa
„ Civitate propinqua, porta Barunceoli, ubi
„ olim caſa ædificata fuit, ad tenendum, &
„ fruendum nomine, pro qua guadiam nobis
„ dedit ſupradictus Gundelgardus, & medium
„ nobis poſuit Adelferi Caſtaldeum cogna-
„ tum ſuum, tali tenore, ut uſque in viginti
„ novem annos completos per ſingulos annos
„ in feſtivitate Sancti Vincentii, ipſe, & ſui
„ heredes dent nobis, vel ad poſteros noſtros
„ cenſum uno follicello de incenſo intra hanc
„ Capuanam Civitatem ad noſtram poteſta-
„ tem, & ad completo ipſi anni, tunc ipſe
„ Gundelgardus, & ſui heredes remittat ad
„ pars noſtri Monaſterii, & de ejus Rectori-
„ bus inclitas ipſas terras, & inclitam ipſam
„ Eccleſiam Sancti Benedicti cum omnibus
„ pertinentiis, quæ ipſe libellus continet, ut
„ nullam requiſitionem habeat exinde contra
„ nos cauſandi, aut loquendi pro nullis ratio-
„ nibus, eo quòd ſic ſtetit in ſupraſcripta
„ guadia, & ſupraſcripto mediatore. Si verò
„ ipſe Gundelgardus, & ſui heredes non de-
„ derint nobis prædictum incenſum, & ſi non
„ compleverit nobis omnia, & in omnibus,
„ & ad poſteros noſtros ſicut ſuperiùs legitur,
„ centum Biſanteos ſolidos pœna ſe, & ſuos
„ heredes nobis, & poſteris noſtris compone-
„ re obligavit, & omnia ſupradicta nobis
„ percomplere per ſupraſcripta guadia, &
„ ſupraſcriptum mediatorem. Scripſi ego Er-
„ cembertus Notarius.

DE RIPEALTE IN APULIA.

Ejuſdem Leonis Abbatis Charta, qua nonnullas terras emphyteutico nomine concedit. Anno DCCCCXLVII.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Septimo
„ Anno Principatus Domni Landulfi glo-
„ rioſi Principis, & Quarto Anno Principatus
„ Do-

Digitized by Google

„ Domni Pandulfi filii ejus, menſe Januario,
„ Quinta Indictione. Ideoque ego Leo in no-
„ mine Dei Abbas Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii ſitum ſuper Vulturni fluminis fonte_,
„ manifeſtum facio, quia ſupradictum noſtrum
„ Monaſterium per plurima loca copioſas ha-
„ bet ſubſtantias, inter quas terras habemus
„ in Apulia in Canoſinæ finibus, ubi nomina-
„ tur ad Ripealte, & inclita ipſa cluſuria_,
„ quam tenuit Cicero Clericus in ſupraſcripto
„ loco Ripealte, quæ Gundelgardo filius Miri
„ de Civitate Oiræ vult à nobis pro conve-
„ nientia libellario nomine tenere, laborare,
„ & fruere ſuæ poteſtati amodo, & uſque in
„ viginti novem annos expletos; & per ipſos
„ pro eadem convenientia dare cenſum an-
„ nualiter ſemper in præfato noſtro Monaſte-
„ rio duo follicelli pleni de Gozzumbue_.
„ Cùm taliter inter nos conveniſſet, & ut
„ convenientia iſta ſecundùm legem fieret,
„ convocavimus infra nos Auſentium Judi-
„ cem, & ſubſcriptos idoneos homines, &
„ ita firmavimus infra nos hunc libellarium_
„ ſcriptum. Iccirco ego jam nominatus Leo
„ Abbas, unà cum conſenſu Fratrum, &
„ ſubſcriptione Monachorum, erga mecum
„ habendo Sichelmum Abocatorem noſtri
„ Monaſterii per hoc ſcriptum libellarium_
„ dedi & tradidi tibi jam nominato Gundel-
„ gardo inclitas prædictas terras noſtri Mo-
„ naſterii in ſupraſcripto loco Ripealte fini-
„ bus Canuſinæ, & inclitam ipſam cluſuram,
„ quam tenuit Cicero Clericus, & ubicumque
„ in ſupraſcripto loco inventæ fuerint perti-
„ nentes noſtro Monaſterio, ut liceat nobis
„ colere, & laborare, & victualium, & alia
„ frugia, quæ Deus dederit nobis, veſtræ ſint
„ poteſtatis, unde nec nobis, nec poſteris no-
„ ſtris partem dare non debeatis, uſque in_
„ præfatum conſtitutum. Et obligamus nos,
„ & poſteros noſtros tibi & tuis heredibus
„ ſupradictas terras defendere ab omnes ho-
„ mines. Si autem nos vel poſteri noſtri hunc
„ ſcriptum convenientiæ removere, aut di-
„ rumpere per qualecumque ingenium quæ-
„ ſierimus, centum Biſanteos ſolidos pœnæ
A „ nos & poſteros noſtros componere obliga-
„ mus tibi & tuis heredibus, & hoc ſcriptum
„ convenientiæ firmum permaneat. Et talite
„ ego qui ſupra Leo Abbas unà cum conſenſu
„ Fratrum, & ſubſcriptione Monachorum t
„ Erembertum Notarium ſcribere rogavi
„ mus.

Cùm autem his temporibus Guido Regnu
cum victoria obtinuiſſet, etiam ab ipſo Pra
ceptum magnus Leo Abbas hujuſmodi cepit.

Guidonis (1) *Imperatoris Diploma, quo E*
cleſiam Sancti Marcelli Leoni Abbati San
Vincentii donat, ac tantum auri, quantu
Lambertus ejus filius infans, natus in Cel
Sancti Ruffini, penſat. Anno DCCCXCI. (

B „ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitat
„ Wido Imperator Auguſtus divina c
„ mentia. Cùm Auguſtalis ſublimitas in o
„ nibus rebus non ſolùm terrenarum, ver
„ etiam Eccleſiarum Monaſteriorumve c
„ ut perficiantur, Deo favente, ſedula int
„ tione oportet eſſe pervigil, quatenus dig
„ digna, & præcepto divino inimicis b
„ præbere dignum eſt. Et ideo notum ſit
„ nibus tam abſentibus, quàm præſentibus
„ ſtris fidelibus, quia à Benevento redeu
„ noſtra cum Conjuge tandem pervenimus
„ bam, cui inſtabat pariendi tempus; a
„ batur enim maximè quo loco diverter
C „ Tamdem verò per ſuggeſtionem Leoni
„ nerabilis Abbatis noſtri fideliſſimi in
„ lam ſui Monaſterii adeò opulentam de
„ mus, quæ in honore Sancti Ruffini cor
„ cta eſt in loco, ubi dicitur Campu de I
„ Poſt tertium diem dilectiſſimus filius n
„ Lambertus natus eſt nobis. Quocirca
„ perna clementia nobis illum ad Imperi
„ bernacula concedat, per rogum noſtræ
„ jugis pro merito concedimus in Mona
„ Beati Vincentii Martyris Chriſti Ecc
„ Sancti Marcelli, quæ eſt conſtructa ir
„ Forinæ cum ſervis, & ancillis, & on
„ ſuis pertinentiis. Inſuper offerimus i
„ fato Monaſterio auri puri libras, qu
D „ i

(1) Diploma hoc jam ediderat Melchior Goldaſtus Tom. III. pag. 296. Conſtitut. Imperial. Ex eo in ſuos Annales Benedictinos intulit celeberrimus Mabillonius ad Annum Chriſti 891. tamquam rari pretii monumentum. Et certè rariſſimum magnique faciendum fateare ob ea, quæ continet. Verùm Mabillonio laudandus erat æquiori jure Baronius, qui ad Annum 892. hoc idem Diploma primus evulgavit, ex hoc eodem Chronico deſumtum_. At liceat mihi ſuſpicionem meam nunc exerere: dubitare valde cogor de hujus monumenti fide. Leoni Abbati Anno 891. donatio hæc facta dicitur. Verùm iis temporibus Leonem Abbatem ullum Vulturnenſis Cœnobii ne ipſe quidem Chronographus noſter agnovit. Imò Leonem Abbatem Anno tantùm 945. electum idem ſcribit, ejuſque Chartas complures adfert illo Anno & ſubſequentibus ſcriptas, quibus hoc etiam Diploma_ oſcitanter immiſcet, nequaquam animadvertens, ſi germanum illud ſit, ſpectare ad tempora longè ante præterita. Mabillonius quidem, hoc uno Diplomate fretus, cenſet, Leonem *Majonis II. Abbatis ſucceſſorem* eo Anno Abbatem in Vulturnenſi Monaſterio ſediſſe. Sed hoc ignoravit Chronographus noſter. Imò is Majonis II. (ſi tamen iſte non idem fuit ac Primus) vitam producit ad Annum uſque 901. & quod plus eſt, Chartas etiam profert ab Anno 882. uſque ad Annum 901. Majonis Abbatis nomine inſignitas. Ergo quis locus Leoni Abbati intermedio Anno 891.? Præterea mihi ſuſpecta ſunt quæ de Lamberti nativitate habet heic ejus pater VVi
guſtus. Scilicet Diplomatis verba ſati
cant, Lambertum Anno eodem 891. in
editum, atque in eodem Valvenſi
loco, ubi is natus eſt, donationem fu
ctam. Interpretari aliter narrationem
at mea hæc veri ſimilior interpretati
tur. Verùm Lambertus Anno ſeque
ante diem IV. Martii Imperatoria c
donatus eſt. Nullum infantulum Ro
quam Imperiali diademate cinxit, p
è Græcis ad Latinos Imperium tran
eſt. Accedit, quòd Lambertus An
necatus eſt, non octennis quidem, ſ
ac juvenis, ut certè excogitari nu
poſſit natus Anno 891. quod tamen
auri pondus oblatum Sancto Vincen
E ficare videtur. Denique legi in Tabul
tinenſis Eccleſiæ autographum VVid
ploma datum *X. Kal. Decembris I*
Anno Incarn. Domini DCCCLXXXX
Lignaco Villa. Vulturnenſe Diplom
dicitur eodem Anno *Kal. Novembr.*
bus Novembr. ut habet Baronius,
Balba. Lignacum, ſive Liniacum
cem fluvium non longè à Verona
Quomodo ergo tam paucis interpoſi
tum Lignaci, tum Balvæ, ſeu Va
Sulmonem, eſſe potuit Guido In
Equidem hæc ſunt, quæ me deterre
ſtanda ſinceritate hujus Diplomatis
præterea deſiderantur reliqua ſigna,
di Regalibus Chartis apponi ſolita

(*) Vide Tabulam quartam figur. VIII.

Digitized by Google

idem Kariſſimus noſter penſat filius. Et ut hæc noſtra conceſſio robur in perpetuum habeat, & ut ab omnibus obſervetur, veriùſque credatur, anulo noſtro ſubter ſigillari juſſimus. Datum Kal. Novembris Indictione X. Actum in Balba.

ohannes quoque Dux, & Conſul Auguſtalis itatis Neapolitanæ, præceptum dedit Patri erabili Leoni Abbati de Sancto Vincentio Tremojola, & de Sancto Vincentio intus em Civitate in via Furcillenſe hujuſmodi.

annes & Marinus Duces Neapolis Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum bona, privilegia, & immunitates varias confirmant. Anno DCCCCXLIV.

[N nomine Domini Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti. Imperante Domno noſtro Conſtantino Magno Imperatore nno XXXVI. Sed & Romano Magno Imeratore Anno XXIII. die prima Menſis Feruarii, Indictione (1) Secunda Neapolim. ſos Johannes in Dei nomine eminentiſſius Conſul & Dux pro vice noſtra, quàm pro vice Marini Ducis filii noſtri, qui ıfra ætatem eſſe videtur deſiderio deſideımus & cupimus per multis modis Dei mnipotentis placere mandatis, ut de noris ſubjectionibus bonam apud Dominum lmittamus orationem. Iccirco conceſſius & largimus vobis Leoni Venerabili bbati Monaſterii Sancti Vincentii in mniæ partibus ſuper fontem Vulturni fluinis per compunctionem pro amore Dei, patrocinio ipſius Monaſterii, ut nobis, ɔſteriſque noſtris, noſtræque Civitatis & ɔteſtatis, & ſubjectis per ejus interceſſioniıs ſalus & virtus efficiatur. Ideſt in priis concedimus, & ad firmam ſtabilitatem rmanendum confirmamus vobis Leoni reerentiſſimo Abbati Cellam Sancti Vincen-, quæ eſt propria ſupraſcripti veſtri Moſterii ſita in hac Parthenope, & à Deo otecta Civitate noſtra Neapolim in platea, æ vocatur Furcillenſe, vicum, qui vocatur acidum, cum domora, & horta, & cum nnibus ejus pertinentiis, & ſubſtantiis, ut lli ex auctoribus noſtris, ideſt Servatoris, Comitibus, Tribunis, Vicariis, vel quiam ex Creditoribus, cujuſcumque condiɔnis fuerit, ſive de Sacerdotali, vel Selari, vel à quibuſcunque agentibus in dem Cella ejuſque pertinentiis pro quamque cauſa, vel ne pignorare facere præant, vel aliquam cauſam exinde tolle-, aut contrare licentiam habeant, vel aliſcunque modum, vel tenorem. Etiam homines, ſive Clerici, aut Sacerdotes, l Monachi, quem vos aut poſteri veſtri ıdem in ipſa Cella ordinaveritis, à nullis noſtris ſubjectis, & pertinentiis, de quiſcunque ordinibus non habeat licentiam r qualemcumque modum moleſtare, & minem, vel peculium ejus in qualicune ratione ſeu in angaria minare, aut occupare. Concedimus & largimur vobis, & ſupradicto veſtro Monaſterio integram llam Sancti Vincentii, quæ vocatur Treɔjola cum omnes ejus hereditates & per-

A „ tinentias, longiùs & propiùs, ut in inte-
„ grum à nobis vobis veſtriſque poſteris ſit
„ conceſſa & contradita, faciendi quod vo-
„ lueritis abſque omni cujuslibet de noſtris
„ pertinentibus & poteſtatibus contrarietate,
„ vel requiſitione. Inſuper conceſſimus, &
„ largimur, & ſtatuentes firmamus, ut nullus
„ Neapolitanus, vel qualiſcunque homo, qui
„ ſub jure Ducatus noſtræ Civitatis ſunt, vel
„ fuerint, in Cella veſtri Monaſterii ſupra-
„ ſcriptam, quam habetis in ſupraſcripto lo-
„ co Tremojola, vel in omnem ejus pertinen-
„ tiam, ſeu hereditatem, ad pignerandum
„ introire licentiam habeat. Quamcumque
„ cauſationem habuerit cum ipſo ſancto ve-
B „ ſtro Monaſterio, & noluerit pars veſtri Mo-
„ naſterii cum illo finem facere per duas, &
„ per tres compellationes. Iterum concedi-
„ mus vobis, & per vos in ſupraſcripto ve-
„ ſtro Monaſterio, & omni licentiam, &
„ pertinentiam, quam jure parti noſtræ ha-
„ buit, vel habiturus fuerit pro partibus mi-
„ litiæ, ſive pro fundora fundata, & ex fun-
„ data vivorum, & mortuorum, aut per alia
„ qualicumque ratione, vel tenore in ipſa
„ Cella veſtra, & in omni ejus pertinentia.
„ Interea conceſſimus in eodem ſancto veſtro
„ Monaſterio, & ſtatuentes firmamus integras
„ terras veſtri Monaſterii de loco Traſanghi
„ cohærentes ſibi. De una parte conjuncta
C „ cum Pantano &c. Interim namque conceſſi-
„ mus in jam dicto veſtro Monaſterio omnes
„ terras fundatas, & exfundatas, quas poſſi-
„ detis in loco Vivano, & in Caſolla Sancti
„ Adjutorii cum ſervis & ancillis ibidem
„ conmorantibus, & cum ceſpitibus, & omni
„ eorum pertinentia. Et ab hodierna die, &
D „ deinceps in omnibus à nobis vobis ſancto-
„ que veſtro Monaſterio ſit conceſſum, & fir-
„ matum, atque traditum in veſtra poſteriſ-
„ que veſtris ex eodem ſancto loco ſit, ſicut
„ ſuperiùs vobis firmatum eſt. Et hoc firma-
„ mus ut nec ad manducandum, nec ad ma-
„ nendum, nec ad placitandum in totas ve-
„ ſtras Cellas, quas in Liburias habetis, ſinè
„ voluntate veſtra, vel Præpoſitorum ipſius
„ Cellæ, nullus Neapolitanus, aut alius ho-
„ mo juſtæ poteſtatis intrare præſumat per
„ nullam adinventam rationem. Interea con-
„ ceſſimus, & firmamus vobis, ut nullus de
„ exactoribus, aut Vice-Dominus laborantes
„ proprios de hominibus ſupraſcriptis tolle-
„ re, aut in angarias eos minare, aut alia
„ ſervitia facere; ſed amodo, & in perpetuis
„ temporibus ſervos, vel ancillas de ſupra-
„ ſcripto veſtro Monaſterio pertinentes, vel
„ ad collectitiis, qui ibidem ſunt, vel fue-
„ rint, nullas angarias, aut ſubjectiones in
„ jure publicè Ducatui noſtro faciant per nul-
„ lum modum. Conceſſimus & largimus vo-
E „ bis, poſteriſque veſtris, & liberè tribui-
„ mus in omni tempore, ut liceat Monachis
„ veſtri Monaſterii Beati Vincentii ſervos, &
„ ancillas, & Aldiones undecumque, aut quo-
„ modocunque ibi pertinent, vel pertinentes
„ fuerint, per quovis modum fuga lapſus
„ fuerit, tam de ſupraſcripto veſtro Mona-
„ ſterio quàmque de ipſæ Cellæ in ſupraſcri-
„ pta Civitate noſtra Neapolim, vel in cun-
„ ctis locis nobis ſubjectis, ubicunque eos
„ inveneris, per ſe, aut per Miſſos ſuos com-
„ præ-

(1) rectè conſignati ſunt hi Chronici characteres, & Annum revera indicant 944. ut mihi viſum eſt, deceptus fuerit Chronographus noſter, quum Raimbaldi Abbatis mortem ſtatuit eodem Anno *X. Idus Junii*, quum heic *die I. Februarii* Leo jam dicatur Abbas.

Digitized by Google

„ præhendere, & in ſuo ſervitio eos reducere
„ abſque omni noſtra, poſterorumque noſtro-
„ rum, vel de noſtris cunctis ſubjectis homi-
„ nibus contradictione, vel antepoſitione.
„ Iterum concedimus vobis, & firmamus, ut
„ nullus homo à partibus noſtris præſumat
„ in Gualdo veſtri Monaſterii, quod eſt poſi-
„ tum juxta Pantanum, aut in ipſa ſilva ve-
„ ſtri Monaſterii per vim introire, aut ligna
„ exinde incidere, aut animalia ibidem pa-
„ ſcere, vel fraſcas, aut perticas, aut circa
„ exinde tollere, aut excolere abſque volun-
„ tate, & abſolutione prædicti veſtri Mona-
„ ſterii, ſeu de Vice-Domini Cellæ veſtræ
„ Eccleſiæ Sancti Soſii de ſupraſcripto Waldo
„ per nullam rationem, aut humano arbi-
„ trio. Quòd ſi contra hæc conceſſionis no-
„ ſtræ inſtitutionem quoquomodo agere, vel
„ venire tentaverit, noſtrique decreti ex hoc
„ violator extiterit, componere facimus ad
„ Præpoſitum ipſius Cellæ, aut vobis, poſte-
„ riſque veſtris pœnæ nomine auri libras cen-
„ tum, & hæc noſtra conceſſio largitatis, ut
„ ſupra legitur, ſit firma in perpetuum. Et
„ ſic ſtatuimus, & firmamus, ut ulteriùs nul-
„ lus audeat de his, quæ à nobis collata
„ ſunt, vobis, poſteriſque veſtris, vel ſupra-
„ ſcripti veſtri Monaſterii, & Cellæ ejus
„ quamcumque requiſitionem, aut amarica-
„ tionem facere, & nec nos, nec poſteri no-
„ ſtri, qui poſt nos in noſtro honore, loco-
„ que ..... acceſſerint, per nullum mo-
„ dum, ſed ſicut ſuperiùs legitur, & nos pro
„ amore & patrocinio ſupraſcripti ſancti ve-
„ ſtri Monaſterii Beati Vincentii ordinavi-
„ mus, & conſtituimus, ſic perennis, ac per-
„ petuis temporibus firmum, & roboratum
„ permaneat ubicumque relectum fuerit apud
„ omnibus Judicibus & poteſtatibus. Quam
„ conceſſionem à nobis factam, ſicut ſuperiùs
„ legitur, Andream Primarium & Scrinia-
„ rium ſcribere præcepimus, in quas & nos
„ ſubter pro ejus firmitate manu noſtra pro-
„ pria ſubſcripſimus. Adjungimus, & firma-
„ mus in ſupraſcripto ſancto veſtro Monaſte-
„ rio medietatem de ipſo Pantano de loco
„ Tranglu, quæ ſuperiùs continet cum inte-
„ grum ipſum Fuſarium, ibique conjunctum,
„ ut habeat & poſſideat perpetualiter abſque
„ cujuslibet moleſtiæ contradictione vel re-
„ quiſitione. Supraſcripto die, & Indictione
„ ſupraſcripta ſecunda feliciter.

Privilegium etiam Sedis Apoſtolicæ obtinuit à Domno Papa Marino II. magnificus Leo pro tutela, & præſidio rerum Eccleſiaſticarum hujuſmodi.

Bulla Marini II. Papæ, qua Leoni Abbati Monaſterii Vulturnenſis Sancti Vincentii jura & bona omnia confirmat. Anno DCCCCXLIV. (*)

„ MArinus Epiſcopus Servus Servorum
„ Dei. Leoni venerabili Abbati ex Mo-
„ naſterio Chriſti Martyris Vincentii, quod
„ ſitum eſt in partibus Samniæ, territorio Be-
„ neventano ſuper fontem Vulturni fluminis,
„ & pro te cunctis ſucceſſoribus tuis in eo-
„ dem venerabili Monaſterio regulariter pro-
„ movendis in perpetuum. Quoniam pia ſo-
„ licitudine convenit nos pro univerſis Dei
„ Eccleſiis ſemper invigilare, & tota mentis
„ intentione venerabilium locorum integri-

„ tates procurare, ideo utilitati illorum, &
„ maximè pro quiete Monachorum, optamu
„ ſubſidia conferre, ut divinæ miſericordi
„ remunerationem in ſidereis arcibus conſe
„ quamur. Igitur quia petiſtis à nobis,
„ Monaſterium Beati Vincentii Martyris, ur
„ cum omnibus ſibi pertinentibus, Monaſt
„ riis, Cellis, Capellis, Terris, & Caſtelli
„ ſervis, & ancillis, cum univerſis redditi
„ nibus ſuis ſub juriſdictione Sanctæ Roma
„ Eccleſiæ, cui Deo auctore ſervimus, noſ
„ privilegii auctoritate muniremus: icciro
„ tibi, tuiſque ſucceſſoribus legitimis Abb
„ tibus illud concedimus detinendum, ut n
„ lius alterius Eccleſiæ ditionibus ſubmit
„ tur, ſed cum omnibus ſibi ſubjectis Mo
„ ſteriis, & Cellis, videlicet Monaſteri
„ Beati Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvi
„ Sabbati territorio jam dicto Beneventan
„ Monaſterium Sanctæ Dei Genitricis Ma
„ in loco Sano, Monaſterium Domini Sal
„ toris, quod poſitum eſt in Alife, Mona
„ rium Sanctæ Mariæ in loco Apinianici
„ ritorio Marſicano, Monaſterium Sanctæ
„ riæ in duas Baſilicas, Monaſterium San
„ Mariæ in Caſtanieto, Monaſterium San
„ Mariæ in Palere, territorio Domo, Mo
„ ſterium Sanctæ Mariæ in Planiſi, Mon
„ rium Sancti Petri in Vipera cum ipſo
„ ſale Leonis, Monaſterium Sancti Petri
„ Tontole, Monaſterium Sancti Petri in
„ te, Monaſterium Sanctæ Mariæ in Muſ
„ Monaſterium Sanctæ Mariæ in Arole,
„ naſterium Sancti Georgii in Salerno,
„ naſterium Sancti Vincentii in Capua,
„ naſterium Sancti Martini, & Sanctæ C
„ in Monte Marſico, Monaſterium Sa
„ Columbæ in Sora, Monaſterium S. Mi
„ & Sancti Valentini in Atine, Monaſte
„ Sancti Donati cum inclita Valle Sora
„ Hæc omnia, & cum omnibus ſibi jure
„ tinentibus rebus ſub tutela Sedis Apoſt
„ noſtræ ita recipimus, ut quamlibet
„ ſtianitatem indigentes in præfato vene
„ Monaſterio, qualis Epiſcopus ad in
„ dum volueritis, habeatis omnimodo
„ ſtatem. Similiter ad Eccleſias conſecr
„ & ordinationem de Sacerdotibus, &
„ conibus per tempora faciendam, & de
„ gradu ibidem adimplendum. Prote
„ etenim, ut nullus Epiſcopus debeat
„ Sacerdotem, vel Diaconum ad ſuam
„ dum provocare, niſi ſua fuerit propr
„ luntas; aut Abbatem, vel Monacho
„ quomodo judicare, vel excommunic
„ Volumus, & Apoſtolica injungimus
„ ritate vobis veſtriſque ſupradictis A
„ bus de qualicumque Eccleſia Sacer
„ vel Clericos, ſi venerint ad habitan
„ Congregatione Fratrum, ſive Mona
„ ſuſcipiendi habitum ſe contulerint,
„ recipiantur. Chriſma verò à quali
„ po vobis voluntas fuerit impetrandi
„ ſemper, ſecundùm quod diximus ſu
„ ſtolica noſtra poteſtate. Et omnem
„ libet Eccleſiæ Sacerdotem in præfat
„ rabili Monaſterio quamlibet ditionem
„ bere, præter Sedem Apoſtolicam p
„ mus, itaut niſi ab Abbate Monaſter
„ invitatus, nec Miſſarum ſolemnia
„ celebrare præſumat. Statuentes
„ lica inſuper cenſura, ſub divin
„ obteſtatione, ſed & validis atque

(*) Vide Tabulam quintam figur. I.

Digitized by Google

Digitized by Google

G



Signum Hugonis Imp. Italiæ Regis
pag. 428.

H



aliud Signum Ottonis I.
pag. 440

I

Signum Pipini Italiæ Regis
pag. 562

K

aliud Signum Ottonis II.
pag. 468.

M

Signum Sergij PP. IV. pag. 496.

N

Signum Benedicti PP. VII. pag. 465.

O



Signum Ludouici pij pag. 369.

P

Signum Conradi I. pag. 508.

Digitized by Google

fig. 1

fig. 2

fig. 3.

A



Signum Henrici I. pag. 496.

B



Signum Ottonis II. pag. 464.

C



Signum Ottonis I. pag. 421.

Digitized by Google

Digitized by Google

ribus anathematis interdictionibus prohibemus, ut nullus umquam præsumat cujuscumque dignitatis præditus potestate, vel in eodem venerabili Monasterio, vel ejus causis incumbere, aut de rebus, & possessionibus, vel Ecclesiis subjectis, vel quicquid de his, quæ ejus esse videntur, quoquomodo auferre, aut alienare, sed nec quamlibet malitiam, aut jacturæ molestiam ibidem, sive pacis, sive barbarici temporis aliquo modo inferre, dum præfatum perenniter, ut dictum est, Monasterium firma stabilitate decernimus sub jurisdictione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ permanendum. Pronulgantes nempe, & hac auctoritate Beati Petri Apostolorum Principis coram Deo, & ejus terribili examine, per hujus Privilegii nostri constitutionem sancimus ac decernimus, ut loca, quæ à quolibet Episcopo, vel Abbate commutata sunt, nec non & diversorum locorum possessiones, quæ à Regibus, Ducibus, Principibus, Gastaldeis, & à cæteris Christianis, concessa, largita, vel oblata sunt in eodem Sancto & Venerabili Monasterio, aut in postnodum concessa, vel oblata fuerint, ipsius ure Monasterii in perpetuum permanenda statuimus; nec licentia sit, ut dictum est, & ejus, vel omnibus ejusdem Monasterii pertinentibus cuiquam magnæ parvæque personæ auferre, ut pro recto, juxta id, quod subjectum idem Venerabile Monasterium Apostolicis Constitutis, atque Privilegiis consistit, inconcusse permaneat. Et liceat eisdem Monachis de sua Congregatione Abbatem semper eligere; & liceat ipsi Abbati suos judicare Monachos, non solùm virile, sed & muliebre Monasterium sibi subjectum. Si quis autem, quod non optamus, nefario ausu præsumpserit hæc, quæ à nobis ad laudem Dei nostri pro stabilitate jam dicti Venerabilis Monasterii statuta sunt, refragare, aut in quoquam transilire voluerit, anathematis vinculo innodatus, & cum Diabolo & Angelis ejus, atque Juda traditore Domini nostri Jesu Christi æterno incendio concremandus deputetur. At verò qui pio intuitu observator in omnibus extiterit, custodiens hujus nostri Privilegii constitutum ad cultum Dei respicientem, benedictionis gratiam à Domino Deo nostro misericordissimo multipliciter consequatur, & vitæ æternæ particeps fieri mereatur. Bene valete. Scriptum per manum Adriani Scriniarii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in Mense Martio, Indictione Secunda. Data per manum Stephani Primicerii Defensorum Summæ Apostolicæ Sedis Anno Pontificatus Domni Marini Summi Pontificis Secundi II. in Sacratissima Sede Beati Petri Apostoli.

Diversas quoque Curtes, & hereditates Monasterii hujus cum servis, & ancillis in Calie cum Ecclesia Sancti Hilarii, & Sancti Valentii recollegit, & consignavit Pater Venerabilis Leo; & in Alarino similiter quæ recepit cum viridario, quod situm est ipso muro Domnico per hos fines. Deinde partibus pergunt viæ publicæ de publica cum omni infra se habente, & introitu, & exitu suo in integrum. Mulierem etiam quamdam nomine Maja, cum filiis, filiabus, & cum inclitis generationibus suis, qui omnes servi, & ancillæ Sancti Monasterii hujus Beati Vincentii Martyris.

Magnus Pater & Abbas Leo, dignè placens Deo, post multos labores, & magna certamina operum præfatorum, obiit V. Kalend. Octobris Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXII. (1) Indictione quarta. Hoc tempore consummatis Francorum Regibus ad Teutonicos Imperium convertitur. Et primus ex Teutonicis Dux Saxoniæ Otto magnus suscepit Imperium, atque Italiam ingressus de manu Johannis Papæ Duodecimi coronam suscipiens Augustus procreatur.

PAULUS Abbas Sancti Vincentii sedit annos (2) XXIV. Iste dedit ad habitandum terram de Sangro hominibus de Ralba; & in ipso Castro de Alfedena similiter homines conducere fecit, qui habitarent, & Castellum ædificarent in locum, ubi dicitur Olivella. Similiter & in locum, ubi dicitur Bandra. Similiter in locum, qui dicitur Casa Laurenti. Similiter & in locum, qui dicitur ad ipsa causa, ubi Castrum Cerasolum est, quorum libella hìc continentur.

DE ALFEDENA.

Charta libellaria, per quam Paulus, Abbas Cœnobii Vulturnensis Sancti Vincentii prædia quædam in loco Alfedena concedit in emphyteusim. Anno DCCCCLXXV.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei
„ æterni. Trigesimo secundo Anno Domni
„ Pandulfi glorioſi Principis, & Septimo Anno
„ Principatus Domni Landulfi filii ejus, Mense
„ Augusto, Tertia Indictione. Ideoque nos,
„ qui sumus Rocio, Framesitu, & Anferi ger-
„ mani filii quondam Aczoni, habitatores in
„ Comitatu Balvense, manifestum facimus,
„ quia per scriptum convenientiæ libellari
„ ordine dedit nobis secundùm legem Domnus
„ Paulus Venerabilis Abbas Monasterii Sancti
„ Vincentii situm super Vulturni fluminis fon-
„ tem, ipsum unum Castellum, & terras su-
„ pradicti sui Monasterii in loco Alfedena
„ per hos fines. Fine Baje, & fine Sangro,
„ & fine Monte Nigro, & quomodo ipsa
„ Zittula intrat in Sangro, & ultra Sangrum
„ montem, qui nominatur Grema. Ideo per
„ scriptum convenientiæ dedit & tradidit no-
„ bis libellari ordine ipse qui supra Domnus
„ Paulus Venerabilis Abbas amodo & usque
„ in viginti novem annos expletos ad tenen-
„ dum & dominandum jam dictum Castellum
„ cum jam dictis terris, ut debeamus nos, &
„ nostri heredes tenere ipsam integram me-
„ dietatem de suprascripto Castello cum ipsa
„ integra medietate de ipsis terris de ipsis ho-
„ minibus, qui habitant in supradicto Castel-
„ lo, qui laborant ipsas terras. In parte verò
„ supradicti nostri Monasterii reservati inte-
„ gram ipsam medietatem reliquam de jam
„ dicto Castello, cum ipsa medietate de ipsis
„ ho-

Deceptum puto Johannem Libri hujus Scriptorem, quum ad Annum usque 962. regimen Leonis Abbatis protrahit. Chartas 357. illeadfert, ex quibus patebit, ante illum Annum Cœnobio Vulturnensi præfuisse Paulum ipsius Leonis Successorem. Vide infra notulas meas.

(2) Si Anno 962. creatus est Abbas iste Paulus, & Annos 24. præfuit Cœnobio: cur postea ipsum decessisse ait Anno 981. ut infra videbimus? Optassem Chronographum nostrum accuratiorem, nisi & hoc erratum in Librarios est rejiciendum.

Digitized by Google

„ hominibus, qui habitant in ſupraſcripto
„ Caſtello, & laborant ipſas terras, & medie-
„ tatem de jam dictis terris faciendi exinde
„ quidquid volueritis. Ipſam verò medieta-
„ tem, quam nobis dediſti ad tenendum &
„ dominandum amodo, & uſque in viginti
„ novem annos expletos, debeamus in ſupra-
„ dicto Caſtello ordinare & diſtringere ibi
„ homines, juxta rationem tamen, ſi amodo,
„ & uſque in duos annos paruerit, ut nos qui
„ ſupra Rocco, Frameſitu, & Anſeri, aut
„ noſtri heredes non ordinaverimus, & non
„ manſerimus ibi homines in jam dictum Ca-
„ ſtellum, ut diximus, ſtatim ubi paruerit,
„ ut nos hoc non fecerimus, ab ipſo præſen-
„ ti die ſtatim ſit diruptum, & vacuum ipſum
„ ſupradictum libellum, ut nullum roborem
„ habeat in ſe, & à præſenti reveniat ipſum
„ Caſtellum cum ipſis terris ad poſſeſſionem
„ ſupradicti veſtri Monaſterii faciendi exinde
„ quæcumque volueritis. Tamen ſi nos ordi-
„ naverimus jam dictum Caſtellum de ipſis
„ hominibus, ſicut diximus, habemus ipſam
„ medietatem de ſupraſcripto Caſtello, &
„ medietatem de ſupraſcriptis terris, ſicut
„ diximus, uſque in ſupraſcriptum conſtitu-
„ tum, eo quòd ſic convenit inter nos. Ad
„ completos verò ſupraſcripti annos nos qui
„ ſupra germani, & noſtri heredes debeamus
„ remittere ad poteſtatem jam dicti Mona-
„ ſterii, & de ejus Abbatibus, & Cuſtodibus
„ jam dictum Caſtellum in integrum, cum
„ integris ipſis territoriis, quæ ſuperiùs dixi-
„ mus, faciendi exinde omnia, quæ ad pars
„ ſupradicti Monaſterii placuerit. Unde ta-
„ liter nos obligamus qui ſupra germani, &
„ noſtros heredes tali tenore, ut ſi nos, &
„ noſtri heredes non fecerimus, aut non com-
„ pleverimus in parte jam dicti veſtri Mo-
„ naſterii omnia in omnibus per ipſum ordi-
„ nem, ſicut ſuperiùs legitur, centum Bizan-
„ teos ſolidos pœna nos & noſtros heredes
„ vobis qui ſupra Domno Abbati Paulo, &
„ ad poſteros veſtros componere obligamus,
„ & omnia ſupradicta vobis percompleamus.
„ Et de taliter vobis complendum guadiam
„ dedimus, & medietatorem vobis nos ipſos
„ poſuimus ad pignorandum, obligando nos
„ per nominativè bovi, caballi, baccæ, por-
„ ci, & omni cauſa noſtra uſque ad legem.
„ Scripſi ego Ercembertus Notarius. Ego
„ Majo Judex.

DE OLIVELLA.

Charta pactorum initorum inter Leonem Præpoſitum Monaſterii Vulturnenſis, & homines quoſdam, quos ipſe ad excolendas ejuſdem Monaſterii terras conduxit. Anno DCCCCLXXII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Vigeſimo nono Anno Principa-
„ tus Domni Pandulfi, & IV. Anno Principa-
„ tus Domni Landulfi glorioſi Principis, Men-
„ ſe Julio, XV. Indictione. Memoratorium fa-
„ ctum à me Leone Presbytero, & Monacho,
„ ſeu Præpoſito miſſo à Domno Paulo Vene-
„ rabili Abbate Monaſterii Sancti Vincentii,
„ de eo quòd præſentia Friderifi Judicis, &
„ aliorum teſtium ego erga mecum habendo
„ Siconem Abocatorem ſupraſcripti noſtri
„ Monaſterii guadiam mihi dederunt Adoal-
A „ dus Presbyter, & Aldo germani, qui fue-
„ runt nativi de Forcone, & mediatores po-
„ ſuerunt nobis ſeipſos tali tenore, quatenus
„ ipſi, & ſui heredes debeant tenere, exco-
„ lere, & laborare amodo & uſque in viginti
„ annos completos de ipſis terris ſupraſcriptis
„ noſtri Monaſterii, qui dicitur Monte Tauri,
„ qui habet fines da una parte in ipſa Daro;
„ da alia parte ſupraſcripto Monte Tauri; da
„ tertia parte fluvio Vulturno; da quarta
„ parte ſine cacumine montis, & terras ſu-
„ pradicti noſtri Monaſterii. Has autem ſu-
„ praſcriptas terras, qualiter ſuperiùs de fine
„ in finem indicata eſt, debeatis quantum
„ exinde juſta ratione, quantum potueritis,
B „ excolere, laborare, cultare, ſeminare, &
„ labores ipſos conciare, metere, & recolli-
„ gere, & debeatis vineas paſtinare, & legi-
„ bus ipſis conciare, & tempore ſuo vinde-
„ miare, & cunctum victualium, & vinum,
„ & reliqua refrugia, quæ Deus exinde dede-
„ rit per ſingulos annos, uſque in ſupraſcri-
„ ptos viginti annos completos ſuæ habeant
„ poteſtati. Tantùm annis ſingulis venienti-
„ bus uſque in ſupradictum conſtitutum, de
„ illis faciant exinde tale ſervitium in parte
„ noſtri Monaſterii ad Miſſos ejuſdem, & ad
„ domum noſtri Monaſterii. Et liceat por-
„ cos, & peculia eorum andare, & paſcere
„ infra jam dictos fines de ſupradictis terris.
C „ Et dent in partem noſtri Monaſterii Eſcati-
„ cum rationabiliter de præfati porci majori
„ undecim unum; & ipſi habeant decem; &
„ defendamus eiſdem ipſas terras ab omnibus
„ hominibus uſque in ſupradictum conſtitu-
„ tum. Si verò ipſe Hudoaldus Presbyter,
„ Aldo, & ſui heredes non compleverint in
„ parte ſui Monaſterii ea omnia, qualiter ſu-
„ periùs legitur, decem Biſanteos ſolidos
„ pœna ſe, & ſuos heredes nobis, & ad pars
„ noſtri Monaſterii componere obligaverunt,
„ & omnia ſupradicta nobis percompleant per
„ ſupradicta guadia, & mediatores ſe ipſos
„ ad pignorandum obligaverunt nobis, vel
„ ad Miſſum noſtri Monaſterii per nominati-
D „ vè bovi, baccæ, porci, & omnia alia ſua
„ cauſa uſque ad legem. Scripſi ego Ercem-
„ bertus Notarius. Ego qui ſupra Friderifi
„ Judex.

DE VADU TRASPADINI.

Charta libellaria quarumdam terrarum facta à Leone Præpoſito, & Miſſo Pauli Abbatis Vulturnenſis. Anno DCCCCLXXII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. XXIX. Anno Principatus Domni
„ Pandulfi glorioſi Principis, & quarto anno
E „ Principatus Domni Landulfi filii ejus, Men-
„ ſe Julio, Decima quinta Indictione. Me-
„ moratorium factum à nobis Leone Presbi-
„ tero, & Præpoſito, ac Monacho miſſo à
„ Domno Paulo Domini gratia Abbate Mona-
„ ſterii Sancti Vincentii, ſito ſuper Vulturni
„ fluminis fonte, de eo quòd in præſentia Be-
„ nedicti Judicis, & aliorum teſtium, decla-
„ ramus, quia in præſenti Menſe, & Indi-
„ ctione per ſcriptum convenientiæ, & libel-
„ lario ſecundùm legem dedit, & tradidit
„ ſupradictus Domnus Paulus Abbas ad tenen-
„ dum & laborandum ipſa territoria pertinen-
„ tes prædicto noſtro Monaſterio in finibus

„ loco

Digitized by Google

„ loco ubi nominatur Vadu Traſpadini, Rocci
„ quondam filius Luponi, & Gazoni filius Pe-
„ tri, qui nominatur Gaudioſo, & Aczoni,
„ Alcamanni, & Lupi, qui nominatur Capella,
„ & Leoni filius quondam Ermecauſi pro vice
„ ſua, & vice Paſchalis Presbiteri germani
„ ſui, & Bolio Filangeli cum ipſis omnibus
„ germanis ejus, & Ildeprandi filius Griſoni,
„ & Urſi filius Stephani, & Radi filius Lupo-
„ ni pro vice ſua, & de germanis ſuis, &
„ Jobo, qui dicitur Sorvano, & Joanni Magi-
„ ſtro; & Johanni filius Martini, & Lupi,
„ Pindiſi, & Petro filii Stephani Presbiteri,
„ & ad germanos ſuos, ibidem habitandi, &
„ caſa faciendi amodo, & uſque dum illi, &
„ filii voluerint, & vineam ſibi paſtinandi
„ juxta rationem, habente fines territoriis
„ ipſis; da prima parte fine flumine Vultur-
„ no; da ſecunda parte fine Rivu, qui nomi-
„ natur Ponte Lignitiis, & quomodo vadit
„ directè uſque in via, quæ nominatur da-
„ Cerru, & directè vadit uſque ad ipſam
„ Bandram, quæ vadit ad Iſerniam; da tertia
„ parte fine præfata Bandra, & qualiter dire-
„ ctè vadit circa jam dicta Bandra uſque in
„ jam dicto fluvio Vulturno, in omni ratio-
„ ne & ordine, qualiter jam dictum ſcriptum
„ convenientiæ libellarii continere videtur.
„ Pro talibus guadium mihi dederunt ipſi qui
„ ſupra Rocci, & Gazzo, & Aczo, & ceteri
„ alii, & mediatores mihi poſuerunt per ſin-
„ gulos ſeipſos, taliter ut illi, & eorum he-
„ redes debeant tenere, laborare quantum po-
„ tuerint, & vineas conciare, & vindemiare
„ tempore ſuo, & debeant infra præfatos fines
„ facere Caſtellum, ubi illi voluerint, & ibi-
„ dem facere caſas & areas, & hortos, & ha-
„ bitare ibi cum familiis, & animalibus, &
„ cum cauſa ſua amodo, & uſque dum illi
„ voluerint, & cunctum victualium, & vi-
„ num, vel alias fruges, quas Dominus exin-
„ de annualiter dederit, ſuæ habeant poteſta-
„ ti, unde eorum ſortem tollere non debea-
„ mus. Tantùm per annos ſingulos in Kal.
„ Septembris illi, & eorum heredes dent in
„ parte ſupradicti Monaſterii granum bonum,
„ & bene ſiccum modium unum, & de ordeo
„ modium unum pro ipſo terratico per ſin-
„ gulas quaſque caſas, quantæ fuerint, men-
„ ſuratum ad ipſum modium, quod conſue-
„ tudo eſt menſurare in prædicto loco. De
„ prædictis vineis quod inde fecerint per an-
„ nos ſingulos unam tractoriam de vino ju-
„ ſtam dare debeant, quantas vineas habue-
„ rint, per ſingulas vindemias, vinum mun-
„ dum ante Miſſum noſtrum, piſutum modia
„ duo menſuratum ad prædictum modium,
„ quod ſuperiùs diximus, & aſſignato illo ad
„ ipſum Miſſum noſtri Monaſterii in ipſo Ca-
„ ſtello per ſingulos annos pro parte noſtri
„ Monaſterii. Qui verò porcos habuerint,
„ ex eis dent eſcaticum de undecim porcos
„ unum; & ipſi habeant decem, quia ſic inter
„ nos convenit. Et pars noſtri Monaſterii de-
„ fendamus eis, & eorum heredibus prædi-
„ ctas terras cum viis intrandi & exiendi ab
„ omnes homines. Si verò ipſi homines ſu-
„ pradicti, & eorum heredes non fecerint nec
„ compleverint nobis omnia, quæ ſupra-
„ ſcripta ſunt, unam libram auri ſe, & ſuos
„ heredes in parte noſtri Monaſterii compo-
„ nere obligaverunt, & ſupraſcripta omnia
„ percompleant: pro nomine guadia ſe ipſos,
„ & ſuos heredes obligaverunt mediatores ad
„ pignorandum per nominativè bovi, baccæ,
„ porci, caballi, & omnia ſua uſque ad le-
„ gem. Ego . . . . . Notarius.

DE CASTELLO IN VANTRA.

Charta Pauli Vulturnenſis Cœnobii Abbatis, qua terras excolendas in loco Vantra concedit quibuſdam hominibus, ibique Caſtellum ædificandum decernit.
Anno DCCCCLXXII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Vigeſimo nono Anno Principa-
„ tus Domni Pandulfi glorioſi Principis, &
„ quarto anno Principatus Domni Landulfi
„ filii ejus, menſe Julio, decima quinta Indi-
„ ctione. Memoratorium factum à nobis Leo-
„ ne Presbytero, & Monacho, ſeu Præpoſito,
„ miſſus à Domno Paulo Domini gratia Ab-
„ bate Monaſterii Sancti Vincentii ſitum ſu-
„ per Vulturni fluminis fontem, de eo quòd
„ in præſentia Benedicti Judicis, & aliorum
„ teſtium declaro, quia in præſenti Menſe, &
„ Indictione per ſcripturam convenientiæ li-
„ bellariam ſecundùm legem dedit & tradi-
„ dit ſupraſcriptus Domnus Paulus Abbas ad
„ tenendum, laborandum ipſa territoria per-
„ tinentes noſtro Monaſterio, finibus loco, ubi
„ nominatur ad Sanctum Angelum, & loco
„ Vantra, Adelchiſi, & Dominici germani
„ filii Ermerici, Allo Presbyter, & Petrus
„ fratres, Elmerico, Perto, Angelo Magi-
„ ſtro, Rimo, Petro patri ſupraſcripti Ma-
„ giſtri, Andrea, Gizo filio Audoaldi, Petro,
„ Montanarus, Dominici, Balbiſi, Auguſti,
„ Gualdo, & Urſu Marſicanus, Martinus,
„ Anſeberto, & Johanni Tianiſi, ad tenen-
„ dum laborandum excolendum, & caſæ fa-
„ ciendum, vineaſque paſtinandum juxta ra-
„ tionem, amodo & uſque dum illi, & eo-
„ rum heredes voluerint. Habentibus fines
„ territoriis ipſis, da prima parte fluvio Vul-
„ turno, da ſecunda parte fine rivo, qui no-
„ minatur ad Pontem Lignitium, & quomo-
„ do vadit directè uſque in via de Cerru, &
„ directè vadit ad ipſa Bantra, quæ vadit ad
„ Iſernie; da tertia parte fine præfata Bantra,
„ & qualiter directè vadit circa prædictam
„ Bantra uſque in jam dicto fluvio Vulturno,
„ in ea ratione & ordine, qualiter jam dictis
„ ſcriptis libellariis convenientiæ continere
„ videtur. Pro talibus guadiam mihi dede-
„ runt ipſi ſupraſcripti homines, & mediato-
„ res poſuerunt ſeipſos, ut & illi, & eorum
„ heredes debeant tenere, laborare prædictas
„ terras noſtri Monaſterii amodo, & uſque
„ dum voluerint, & debeant ædificare Caſtel-
„ lum in præfatis terris, & habitare ibidem,
„ vel reſidere, caſas facere, & omnem ſuam
„ utilitatem juxta rationem. Et cunctum
„ victualium, & vinum, ſeu alias fruges,
„ quas Dominus exinde annualiter dederit,
„ per annos ſingulos in Kal. Septembris illi
„ homines, & illorum heredes debeant in
„ parte noſtri Monaſterii granum bonum, &
„ bene ſiccum, per ſingulas caſas modium
„ unum, & de ordeo bono modium unum
„ pro ipſo terratico menſuratum ad ipſum
„ modium, quo conſueverunt menſurare in
„ ipſis locis. De vineis verò, quas ibi fece-
„ rint, per ſingulas vindemias debeant dare
„ ſingulas tractorias vinum mundum ante
„ Miſſum noſtrum piſatum, modia duo per
„ ſin-

Digitized by Google

„ ſingulas caſas aſſignent ad ipſum Miſſum
„ noſtri Monaſterii in ipſo ſupraſcripto Ca-
„ ſtello, in quo habitant per ſingulos annos.
„ Qui verò ex eis porcos habuerint, de un-
„ decim porcos dare debeant eſcaticum por-
„ cum unum annualiter. Et pars ſupradicti
„ Monaſterii defendat eis præfatas terras cum
„ viis intrandi & exiendi ab omnibus homi-
„ nibus uſque in ſupradictum conſtitutum.
„ Si verò ipſi homines ſupraſcripti, & eorum
„ heredes non fecerint, & non compleverint
„ hæc omnia in parte ſupradicti Monaſterii,
„ unam libram auri ſe, & ſuos heredes com-
„ ponere obligaverunt ad pars ſupradicti Mo-
„ naſterii, vel ejus Miſſo per nominatim
„ bovi, porci, cavalli, & omnia ſua uſque
„ ad legem.
„ Ego..... Notarius ſcripſi.
„ Ego Benedictus Judex.

DE CASA LAURENTI.

Charta Pauli Abbatis Vulturnenſis, qua terras quaſdam in loco Caſa-Laurenti excolendas libellario titulo concedit. Anno DCCCCLXXIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Trigeſimo ſecundo (1) Anno Prin-
„ cipatus Domni Pandulfi glorioſi Principis,
„ & Quinto anno Principatus Domni Landulfi
„ filii ejus, Menſe Februario, prima Indictio-
„ ne. Memoratorium factum à me Paulo Do-
„ mini gratia Abbate Sancti Vincentii Mona-
„ ſterii ſitum in partibus Samniæ ſuper fluvio
„ Vulturno, de eo quòd ante præſentiam Be-
„ nedicti Judicis, & aliorum teſtium volun-
„ tariè ſe guadia dedit mihi Dominico Bone-
„ ſaro nativi de territorio Sancti Petri de
„ Trite Cella noſtri Monaſterii, modò habi-
„ tator ſupraſcripto loco intus in Caſtellum
„ noſtrum, & mediatorem mihi poſuit ſe
„ ipſum: tali tenore, ut amodo, & uſque in
„ vigintinovem annos expletos laboraret ip-
„ ſam terram pertinente ſupra prædicto no-
„ ſtro Monaſterio non longè ab ipſo Monaſte-
„ rio in locum, qui dicitur Caſa-Laurenti.
„ Fines habet ipſa terra centum paſſus per
„ longitudinem, & per latitudinem nonagin-
„ ta; & alia petia de terra in ipſo loco cum
„ ipſa vinea, quæ ibi ædificata eſt, quæ ha-
„ bet fines per longitudinem paſſus XX., &
„ per latitudinem paſſus XVI. ut laboraret
„ ipſa vinea, quantum exinde juſta ratione
„ laborare potuiſſet: & alia frugia, quæ Deus
„ ei, & ſuis heredibus dederit, illorum fiat
„ poteſtati, unde nobis ſortem dare non de-
„ beant niſi tantùm in æſtate dent in parte
„ præfati noſtri Monaſterii unum modium de
„ grano, & vinum de ordeo ad modum ju-
„ ſtum juſto ordine, & de viginti porcos
„ dent nobis porcum unum; quoniam in eo
„ tenore conceſſimus libellarium ſcriptum
„ convenientiæ, ut non debeant exinde exire,
„ & pergere ubi voluerint ſinè licentia præ-
„ fati noſtri Monaſterii; ſed habitare ipſi, &
„ ſui heredes amodo, & uſque in viginti no-
„ vem annos expletos. Et obligo ego Domi-
„ nico pro ipſa guadia, & ſcripto conve-
„ nientiæ meæ me, & meos heredes, ſi non
„ compleverimus omnia, ſicut ſupra diximus,
„ centum ſolidos Biſanteos componere obli-
„ gavimus & omnia vobis percompleamus.

DE CERASOLUM.

Charta Grimoaldi Monachi, qua ex juſſu Pauli Abbatis quibuſdam hominibus concedit terras excolendas libellario nomine. Anno DCCCCLXXII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Dei æterni. XIX. Anno Principatus
„ Domni Pandulfi (2), & Quarto Anno
„ Principatus Domni Landulfi glorioſ. Prin-
„ cipis in Menſe Septembri, Quinta Indictio-
„ ne. Memoratorium feci ego Grimoaldus
„ Presbiter, & Monachus miſſus à Domno
„ Paulo Venerabili Abbate Monaſterii Sancti
„ Vincentii de eo, quod in præſentia Fride-
„ riſi Judicis, & aliorum teſtium, propter
„ quod jam dictus Domnus Paulus Venerabi-
„ lis Abbas dedit & tradidit per ſcriptum
„ libellarium tenendi, laborandi, & ibidem
„ habitandi, amodo & uſque in viginti no-
„ vem annos completi, Aldoni filio Gualde-
„ rani, & Angeli, & Riſneperti germani
„ filii Teodoni, & Urſo, & Leoni, & Mar-
„ tino, & Deodato, germani filii Ermolandi,
„ & Sabatino filio Urſi, qui fuerunt nativi
„ de finibus Francia, terram præfati noſtri
„ Monaſterii, qui eſſe videtur ſuper fluvio
„ Vulturno, ubi nominatur ad ipſa cauſa,
„ qui habet fines de una parte, fine ipſo Cla-
„ ro, de alia parte fine ipſa Valle Sancti Leu-
„ therii Cella ſupradicti noſtri Monaſterii.
„ Da tertia parte fine Carditu, da quarta
„ parte fine rivu Sancti Petri, & in ipſo flu-
„ vio Vulturno. Has autem ſupraſcriptas
„ terras; qualiter ſuperiùs de fine in finem
„ indicatum eſt, dedit jam dictus Domnus
„ Abbas per convenientiam, quantum illi la-
„ borare, & ad cultum perducere potuerint
„ amodo, & uſque in ſupradictis viginti no-
„ vem annis expletis, ad tenendum, & ibi-
„ dem habitandi cum familia ſua, & anima-
„ lia, & omni cauſa ſua; & liceat eis ibi-
„ dem facere omnem ſuam utilitatem, & vi-
„ neas paſtinare, & laborare juſta ratione, &
„ cunctum victualium, & vinum, & alia re-
„ fugia, quæ Deus illis exinde dederit per
„ ſingulos annos, ſuæ habeant poteſtati; unde
„ ad partem noſtri Monaſterii ſortem dare
„ non debeant; tantùm faciant in parte ſu-
„ praſcripti Monaſterii tale ſervitium, per
„ ipſa frugia, quale nobis fecerint ipſi homi-
„ nes liberi, qui habitant in ipſas Curtes no-
„ ſtri Monaſterii in jam dictis locis, in San-
„ cto Vincentio, & ipſi homines de Sancta
„ Maria, quæ dicitur ad Olivetum. Ad com-
„ pletis autem ſupraſcriptis annis, ſi volue-
„ rint exinde exire, liceat eis cum omni cau-
„ ſa ſua, & de commenditiis ſuis, & ire ubi
„ voluerint abſque omni contrarietate Domni
„ Abbatis & poſterorum ejus. Propterea
„ guadiam nobis dederunt ipſi qui ſupra Al-
„ do, Angelus, Rineperto, & ceteri, & me-
„ diatores nobis per ſingulos poſuerunt ſe
„ ipſos tali tenore, quatenus ipſi homines, &
„ ſui heredes debeant ſedere, & habitare cum
„ familia, & animalia, & cum omni cauſa
„ ſua in prædicta terra, & laborare exinde
„ vi-

(1) Cenſeo ſcribendum *Trigeſimo Anno*, qui concurrit cum **Anno Quinto Landulfi ejus filii, & Ind. I.**

(2) Chronici iſti characteres exhibent Pandulfum **Caputferreum, ejuſque fratrem Landulfum.**

Digitized by Google

„ vineas, plantare, & facere ipſum ſervitium
„ ſupraſcriptum in parte noſtri Monaſterii in
„ omni ratione. Si autem ipſi qui ſupra ho-
„ mines, & ſui heredes non compleverint
„ jam dicto Domno Paulo Abbati, & ad po-
„ ſteros ſuos, vel miſſis eorum, omnia, ſicut
„ ſupra diximus, centum Bizanteos ſolidos
„ pœna ſe, & ſuos heredes componere obli-
„ gaverunt, & omnia ſupraſcripta percom-
„ pleant. Per ſupraſcripta guadia ſeipſos me-
„ diatores ad pignorandum obligaverunt ipſi
„ prænominati nominativè omnes cauſas ſuas
„ uſque ad legem. Ego Ercembertus Nota-
„ rius. Ego Friderici Judex.

Scriptum convenientiæ, ſive libelli, per quod Paulus Abbas Sancti Vincentii ad Vulturnum terras in emphyteuſim concedit quibuſdam hominibus. Anno DCCCCLXXVI.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Vigeſimo tertio (1) anno Principatus
„ Domni Pandulfi glorioſi Principis, &
„ Septimo anno Principatus Domni Landulfi
„ filii ejus Menſe Martio, IV. Indictione.
„ Ideoque ego Paulus Domini gratia Abbas
„ Monaſterii Sancti Vincentii ſitum ſuper
„ Vulturni fluminis fonte, manifeſtum facio,
„ quia ſupradictum Monaſterium per pluri-
„ ma loca copioſas habet ſubſtantias, inter
„ quas etiam habemus terras pertinentes no-
„ ſtro Monaſterio non longè ab ipſo Mona-
„ ſterio in partibus Samniæ ſito, unde flumen
„ Vulturnus oritur, qua habet fines terra
„ ipſa fine Ribo, qui dicitur Claro, & quo-
„ modo deſcendit ipſe Ribo in Vulturno flu-
„ mine, & aſcendit per ipſum flumen uſque
„ in monte Tauri, & pergit ipſo monte in
„ ipſo Claro. Unde convocatos Fratres Mo-
„ nachos noſtri Monaſterii conſiliavimus cum
„ eis, ut ſi invenerimus homines, qui à no-
„ bis per convenientiam libellario ordine
„ tollerent ipſas terras, & ad cultum perdu-
„ cerent, daremus eis, & hoc nobis & Fra-
„ tribus noſtris rectum comparuit. Unde
„ convocavimus Benedictum Judicem, & ido-
„ neos homines, qui ſe nobiſcum eſſe dixe-
„ runt. Et idcirco ego jam nominatus Pau-
„ lus Domini gratia Abbas, unà cum conſenſu
„ Fratrum, & ſubſcriptione Monachorum,
„ erga nos habendo Dominicum Notarium,
„ & Abbocatorem noſtri Monaſterii, per hoc
„ ſcriptum convenientiæ libellario ordine ſe-
„ cundùm legem dedimus & tradidimus vo-
„ bis Elmerico, Mauro, & Paſchali, ad poſ-
„ ſeſſionem veſtram, & de veſtris heredibus
„ amodo, & uſque in viginti novem annis
„ expletis ſupradictas terras laborare, & ad
„ cultum perducere; & liceat vobis ibi fa-
„ cere omnem veſtram utilitatem juſto ordi-
„ ne, & vineas paſtinare, & vindemiare, &
„ victualium cunctum, & vinum, & alia
„ frugia, quas vobis Deus dederit per ſingu-
„ lum annum, veſtræ ſint poteſtatis, unde
„ nobis ſortem dare non debeatis, niſi tantùm
„ per ſingulos annos in æſtate, ſemper dum
„ ibi habitaveritis, vos, & veſtri heredes de-
„ tis in parte præfati Monaſterii ſinguli quan-
„ ti fueritis rationabiliter modium unum de
„ grano, & unum de hordeo ad modium ju-
„ ſtum; & ſi paruerit, ut habeatis vinum, de-
„ tis in parte ſupradicti Monaſterii modia de
„ vino duo. Et liceat vobis porcos, & ani-
„ malia alia paſcere infra præfatos fines, &
„ detis in parte prædicti Monaſterii, de un-
„ decim porcos unum majorem. Et quando
„ inde exire volueritis, liceat vobis, & ve-
„ ſtris heredibus exire cum omni cauſa ve-
„ ſtra, abſque omni noſtra contrarietate, vel
„ poſterorum noſtrorum, & amodo uſque in
„ tres annos aliquid dare non debeatis. Et ſi
„ vobis aut veſtris heredibus de ſupradictis
„ terris neceſſe fuerit vendere, vel donare,
„ vel de ipſis caſis, quas feceritis vos, facia-
„ tis ſcire parti prædicti Monaſterii, & ſi vo-
„ luerint ipſi emere, debeatis illis dare pro
„ tanto pretio, quantum per tertium homi-
„ nem juſtè fuerit æſtimatum. Et ſi pars ſu-
„ pradicti Monaſterii comparare noluerit, li-
„ ceat vobis vendere ipſis hominibus, qui ibi
„ habitant. qui faciant ipſum ſervitium, ſicut
„ ſupra diximus. Et obligo ego me Paulo
„ Domini gratia Abbas, & poſteros meos, &
„ pars ſupraſcripti Monaſterii, ut ſi amodo,
„ & uſque in prædictum conſtitutum hoc li-
„ bellum dirumpere, aut removere quæſieri-
„ mus, & non compleverimus omnia, ſicut
„ ſupradiximus, centum ſolidos Bizanteos
„ pœna nos, & poſteros noſtros componere
„ obligamus, & omnia vobis percompleа-
„ mus.

Idem Paulus Vulturnenſis Abbas terras Monaſterii ſui titulo Emphyteuſis concedit quibuſdam Forconenſibus. Anno . . . . .

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Memoratorium factum à nobis Leone
„ Presbitero, & Monacho miſſo à Domno
„ Paulo Venerabili Abbate Monaſterii Sancti
„ Vincentii de eo, quod in præſentia Friderici
„ Judici, & aliorum teſtium per vadiam mihi
„ dederunt, Audoaldus, & Aldo germani,
„ & Dominicus Presbiter, qui fuerunt habi-
„ tatores de Forcone, loco ubi dicitur Ponte
„ Herſinu, ut debeant tenere, excolere, &
„ laborare de ipſis terris noſtri Monaſterii in
„ loco ubi dicitur ad ipſa Olivella propinquo
„ ipſo Monte Tauri, qui habet fines da una
„ parte in ipſo Claro; de alia parte fine Fun-
„ diliano, ubi ædificata eſt ipſa Eccleſia San-
„ cti Eleutherii cella noſtri Monaſterii; da
„ tertia parte in ipſa cauſa; de quarta parte
„ fluvio Vulturno . . . . . .

Profectus ergo venerabilis Pater Paulus ad Ottonem Imperatorem ſeniorem, Præceptum ab eo petiit, & accepit inclitum. Tunc etiam Monaſterio Beato Benedicti aliud detulit Præceptum rogatus ab Aligerno ipſius Monaſterii venerabili Abbate. Et cum in Regia Aula ſatis Chriſtianiſſimo Imperatori acceptiſſimus haberetur, facilè quæ poſcebat impetrare valebat. Unde & pro diverſis Monaſterii poſſeſſionibus longè latèque recolligendis alia ſub eodem tempore Præcepta obtinuit, quorum hìc textus habetur. (*)

Otto

(1) Imò ſcribendum videtur *Trigeſimo Tertio*, uti ex aliis Chartis eorumdem Principum conſta-re poteſt.

(*) Vide Tabulam quintam figur. II. pag. 412.

Digitized by Google

Otto I. Imperator Monasterio S. Vincentii ad Vulturnum varias immunitates & privilegia confirmat Anno DCCCCLXIII.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si fervore caritatis accensi, de statu & restauratione Ecclesiarum Dei diligenti cura & indagatione tractamus, Regni nostri solium stabiliri, ac feliciter regnare cum Christo nequaquam ambigimus. Quocirca omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium ac futurorum devotio noverit, qualiter Paulus Abbas Cœnobii Christi Martyris Vincentii situm in territorio Beneventano super fluvium Vulturnum, nostram adiens celsitudinem detulit Præcepta prædecessorum nostrorum Imperatorum ac Regum, videlicet Desiderii, Karuli, Ludovici, atque Lotharii, per quæ contulerunt ex suis rebus in præfatum Monasterium, ac confirmaverunt res & possessiones ibi à Principibus, Ducibus, reliquisque fidelibus collatas. Unde præfatus Abbas nostram exoravit clementiam, ut eadem Præcepta, ac legales scriptiones, nec non prædia per diversos fines Regni Italici conjacentia eidem Cœnobio collata per nostræ confirmationis Præceptum in præfatum venerabilem locum concederemus, & confirmaremus. Cujus petitionibus faventes pro Dei amore animarumque nostrarum remedio per hoc nostræ confirmationis Præceptum, pro ut justè ac legaliter possumus, concedimus & confirmamus, ac penitùs corroboramus in prædicto Cœnobio Christi Martyris Vincentii omnia Præcepta Præcessorum nostrorum Imperatorum ac Regum, videlicet Desiderii &c. Primitus videlicet declarantes ipsas hereditates, quæ circundant ipsum Monasterium per hos quoque fines. Incipiente itaque fluvio quod dicitur Sangro &c. Verumtamen statuimus atque firmamus ob amorem æternæ vitæ, & orationibus Fratrum, quorum preces annuimus, ut ipsam semper legem per annorum curricula pars prædicti Cœnobii accipiat de omnibus suis territoriis ab omnibus hominibus, quam instituit Aistulfus Langobardorum Rex de Ecclesiis. Nam ex ea quoque re lex alia nec recipiatur, nec à qualibet ulteriùs judicetur persona. Si verò fuerit contentio de servis, vel de alia quacumque re inter aliquem vicinum suum, seu qualemcumque hominem, liceat eis se defendere, sicut prisca consuetudo fuit, per Scariones ejusdem Monasterii, nec audeat aliquis ipsos Abbates, vel Monachos ad sacramentum invitare, quod contra divinam auctoritatem & contra regulam est. Præcipientes insuper jubemus ut nullus Rex, Dux, Princeps, Marchio, Comes &c. Concedimus quoque & corroboramus, ut nullus ex servis, aut ex familia ejusdem Monasterii, vel eos quos Cortisianos vocant, audeat inquietare, aut ad publicam, vel Comitum placitum dicere, aut judicare, neque in domibus, vel casis ejusdem Monasterii judicium aut placitum tenere, nisi Abba præfati Cœnobii, aut suus Missus, ante cujus conspectum omnes sui residentes, sicut ante nostram præsentiam, legem faciant & recipiant; neque placiaticum, portaticum, casaticum, vel quodlibet pensum quisquam homo, aut publicæ rei exactor tollere, aut exigere præsumat; Sed disponimus, ut Abbates, & Præpositi ejusdem loci juxta priscam consuetudinem ad communem utilitatem Fratrum sua disponant providentia absque alicujus contradictione. Si quis igitur hujus nostri præcepti institutionem, & confirmationem seu Munburdi tuitionem aliquando infringere tentaverit, sciat se compositurum auri optimi libras dua millia, medietatem Cameræ nostræ, & medietatem parti prædicti Monasterii. Quod ut verius credatur &c.

„ Signum glorioſissimi Ottonis Imperatoris „ (*) Augusti.

„ Arnolfus Presbiter ad vicem Widonis Episcopi & Archicancellarii recognovi & subscripsi.

„ Data XI. Kal. Septembrium, Anno Dominicæ Incarnationis DCCCCLXIII. Imperii verò Domni Ottonis piissimi Imperatoris I. Indictione VI. Actum Capua Civitate in Christi nomine feliciter. Amen.

Ottonis Magni Diploma, quo omnia jura ac privilegia confirmat Monasterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, ejusque Abbati Paulo. Anno DCCCCLXIII.

„ IN nomine Domini æterni Dei. Otto divina favente clementia Imperator Augustus. Si fervore caritatis de statu, ac restauratione Ecclesiarum Dei diligenti cura & indagatione tractamus, Regni nostri solium stabiliri, ac feliciter regnare cum Christo nequaquam ambigimus. Quocirca omnium fidelium Sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrorumque præsentium, ac futurorum devotio noverit, qualiter Paulus Abbas Cœnobii Christi Martyris Vincentii situm in finibus Beneventanis, nostram adiens celsitudinem detulit Præcepta Prædecessorum nostrorum Imperatorum, & Regum, videlicet Desiderii, Caroli, Ludovici, atque Lotharii, per quæ contulerunt ex suis rebus in præfatum Monasterium, ac confirmaverunt res, & possessiones sibi à Principibus, Ducibus, reliquisque fidelibus collatas. Unde præfatus Abbas nostram exoravit clementiam, ut eadem Præcepta, ac legales Scripturas, nec non prædia per diversos fines Regni Italici conjacentia eidem Cœnobio collata per nostræ confirmationis Præceptum in præfatum venerabilem locum confirmaremus. Cujus petitionibus faventes, pro Dei amore, animarumque nostrarum remedio, per hoc nostræ confirmationis præceptum, prout justè, ac legaliter possumus, confirmamus, ac penitùs roboramus in prædicto Cœnobio Christi Martyris Vincentii omnium præcepta Prædecessorum nostrorum Imperatorum, & Regum, videlicet Desiderii, Karuli, Ludovici, atque Lotharii, verùm etiam omnes res, & possessiones per diversos fines Regni Italici positas, per eadem Præcepta, vel quolibet legali titulo scriptionis à Principi-
„ bus,

(*) Hoc signum vide ad Tabulam quintam figurâ signatâ C.

Digitized by Google

„ bus, Ducibus, reliquiſque fidelibus ibidem
„ collatas, nec non Monaſteria, & Cellas
„ inferiùs nominatas: Monaſterium ſiquidem
„ in honorem Beati Petri Apoſtoli conſtru-
„ ctum, poſitum in loco Trite territorio
„ Balbenſe; & in Penne Cellam unam, quæ
„ nuncupatur Sanctæ Mariæ in Muſano; in
„ Abrutio Cellam unam in loco, qui vocatur
„ Arole. Item Monaſterium Sanctæ Mariæ
„ in duas Baſilicas; item Monaſterium Beati
„ Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvium Sab-
„ bati territorio Beneventano; ſed & Cellam
„ Sancti Soſſii in Liburie cum toto ipſo
„ Gualdo loco Pantano. Monaſterium quo-
„ que Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chri-
„ ſti, quod poſitum eſt in Alife; nec non & B
„ Monaſterium Sancti Georgii, quod poſitum
„ eſt in Salerno; ſed & Monaſterium Sanctæ
„ Mariæ in territorio Marſicano, quod ſitum
„ eſt in loco Apinianici unà cum Caſtris, Ca-
„ pellis, titulis, campis, caſis, terris, vi-
„ neis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcariis, mo-
„ lendinis, aquis, aquarumque decurſibus,
„ ſervis, & ancillis, ad præfatum Monaſte-
„ rium pertinentibus, vel reſpicientibus in
„ integrum, Chriſti videlicet Martyris Vin-
„ centii, quod ſitum eſt in finibus Beneventa-
„ nis. Statuimus inſuper, ac noſtra præcep-
„ tali auctoritate decrevimus, ut ſi aliqua
„ intentio orta fuerit de rebus, & familiis
„ ejuſdem Monaſterii, liceat Advocatorem C
„ ſuum per inquiſitionem circamanentium
„ liberorum hominum, ſicut lex habet, hoc
„ definire; & cùm definitum fuerit, tunc de-
„ mum ipſas res, ac familias pars præfati
„ Monaſterii noſtra Præceptali habeat auctо-
„ ritate, atque poſſideat jure quieto. Rece-
„ pimus præterea prætaxatum Monaſterium
„ cum omnibus pertaxatis Monaſteriis, ac
„ Cellis, rebus quoque, ac familiis ibidem
„ aſpicientibus, unà cum Fratribus, ac Mo-
„ nachis ibidem Deo famulantibus ſub noſtræ
„ tuitionis Mundburdum, ſtatuentes, ut Abba-
„ tes, & Præpoſiti ejuſdem loci juxta priſcam
„ conſuetudinem ad communem utilitatem
„ Fratrum ſua diſponant abſque alicujus con-
„ tradictione. Præcipientes itaque jubemus, D
„ ut nullus Dux, Marchio, Comes, Vicеco-
„ mes, Caſtaldeo, ſeu quælibet Regni noſtri
„ magna, parvaque perſona, res præfati Mo-
„ naſterii invadere, ſeu homines liberos, &
„ ſervos, diſtringere, pignorare, ſeu mole-
„ ſtare audeat abſque legali judicio, neque
„ penſionem ab eis injuſtè exigere præſumat.
„ Si quis igitur hujus noſtri Præcepti confir-
„ mationem ſeu Mundburdi tuitionem ali-
„ quando infringere conatus fuerit, ſciat ſe
„ compoſiturum auri optimi libras centum,
„ medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem
„ parti præfati Monaſterii. Quod ut verius
„ credatur, diligentiùſque obſervetur ab om-
„ nibus, manu propria roborantes anulo no- E
„ ſtro inſigniri juſſimus. Signum glorioſiſſimi
„ Ottonis Imperatoris Auguſti. Arnolfus Preſ-
„ byter ad vicem Widonis Epiſcopi & Ar-
„ chicancellarii recognovi, & ſubſcripſi.
„ Data XI. Kal. Septembrium Anno Domini-
„ cæ Incarnationis DCCCCLXIII. Imperii
„ verò Domni Ottoni piiſſimi Imperatoris I.
„ Indictione VI. Actum Civitate Cumis in
„ Chriſti nomine feliciter. Amen.

(*) Vide Tabulam quintam figur. III. pag. 432.

Ottonis Magni Diploma, quo Vulturnenſi Monaſterio S. Vincentii omnia illius jura ac Privilegia confirmat. Anno DCCCCLXVIII. (*)

„ IN nomine Sanctæ, & individuæ Trinita-
„ tis. Otto Divina favente clementia Im-
„ perator Auguſtus. Omnium Sanctæ Dei Ec-
„ cleſiæ, ac noſtrorum, præſentium ſcilicet,
„ ac futurorum noverit univerſitas, qualiter
„ quidam Venerabilis Abbas Cœnobii Chriſti
„ Martyris Vincentii ſiti in finibus Beneven-
„ tanis nomine Paulus noſtram adiens celſitu-
„ dinem detulit nobis Præcepta Prædeceſſo-
„ rum noſtrorum Imperatorum, videlicet
„ Deſiderii, Caruli, Ludovici, atque Lotha-
„ rii, per quæ ii contulerant ex ſuis rebus in
„ præfatum Monaſterium, ac confirmaverant
„ res & poſſeſſiones ibi à Principibus, Duci-
„ bus, reliquiſque fidelibus collatas. Unde
„ præfatus Abbas noſtram exoravit clemen-
„ tiam, ut eadem Præcepta, ac legales ſcri-
„ ptiones, nec non prædia per diverſos fines
„ Regni Italici conjacentia, eidem Cœnobio
„ collata, per noſtræ confirmationis Præce-
„ ptum in præfatum Venerabilem locum con-
„ firmaremus. Cujus petitionibus faventes,
„ pro Dei amore, animarumque noſtrarum
„ remedio, per hoc noſtræ confirmationis
„ Præceptum, pro ut juſtè, & legaliter poſ-
„ ſumus, confirmamus, ac penitùs corrobo-
„ ramus in præfato Cœnobio Chriſti Marty-
„ ris Vincentii omnia Præcepta Prædeceſſo-
„ rum noſtrorum Imperatorum, & Regum,
„ ſeu parentum noſtrorum, videlicet Deſide-
„ rii, Caruli, Ludovici, atque Lotharii,
„ verùm & omnes res, & poſſeſſiones per di-
„ verſos fines Regni Italici poſitas per eadem
„ Præcepta, vel quolibet legalis titulo ſcri-
„ ptionis à Principibus, Ducibus, reliquiſque
„ fidelibus ibidem collatas, nec non Monaſte-
„ ria, & Cellas inferiùs nominatas. Monaſte-
„ rium ſiquidem in honore Beati Petri Apo-
„ ſtoli poſitum loco Trite territorio Balben-
„ ſe. Et in Pinne Cellam unam, quæ nuncu-
„ patur Sancta Maria in Muſano. Cellam
„ Sancti Anſuini, & Monaſterium Sancti An-
„ geli in Canale. In Abrutio Cellam unam,
„ quæ nuncupatur Sancta Maria in loco, qui
„ vocatur Arole; Item Sancta Maria in duas
„ Baſilicas cum omnibus Eccleſiis & Cellis
„ ſibi ſubjectis, & cum omnibus pertinentiis
„ & adjacentiis earum. Videlicet Monaſte-
„ rium Sanctæ Mariæ, quod conſtructum in
„ Palene territorio Domo. Monaſterium ſiqui-
„ dem, quod conſtructum eſt in honore San-
„ cti Eraſmi Martytis territorio Teatino ſu-
„ per fluvio Tauro. Et in Lauria Sanctam
„ Felicitatem, ubi dicitur ad Turrim. Si-
„ quidem & Monaſterium Sancti Angeli in
„ Marregio cum omnibus ſuis pertinentiis.
„ Seu & Monaſterium Sanctæ Mariæ in terri-
„ torio Marſicano, quod ſitum eſt in loco
„ Apinianici, cum omnibus Eccleſiis, & Cel-
„ lis ſibi ſubjectis, & cum omnibus pertinen-
„ tiis, vel adjacentiis eorum, unà cum Ca-
„ ſtris, Capellis, titulis, caſis, terris, vineis,
„ campis, pratis, paſcuis, ſilvis, piſcariis,
„ molendinis, aquis, aquarumque decurſibus,
„ ſervis, & ancillis ad prælibatum Monaſte-
„ rium pertinentibus loco Braſſici, & Luccza-
„ no.

Digitized by Google

„ no, & Sancto Concordio cum ſuis perti-
„ nentiis. Loco Carpercerto Sanctus Vincen-
„ tius, & Sancta Maria juxta fluvium Fine
„ cum ſuis pertinentiis; & Caſtello de Trot-
„ te, & Vaiano, & Ampelliano, & Teleſia
„ cum Capranizza, & Valli, Curte Prozela-
„ no, & Curte Macroniano, & Feronia, Coc-
„ cinole, Fonticelle, cum Caſtello, quod Mar-
„ mora nuncupatur, Sancta Lucia juxta flu-
„ vium Fine cum pertinentiis ſuis, Cerretum,
„ Paſſurano, Partelongo, Cuculino Valle cum
„ Eccleſia Sancti Petri, Mortula, Paterno,
„ Sanctus Martinus, qui dicitur Caput de
„ Plomba, Sanctus Andreas, cum duobus Ca-
„ ſtellis, loco, qui dicitur Prima; Continiano
„ cum centum quinquaginta modiis de terris,
„ Curte de Cartoſago, de Colle, de Rode,
„ Curte de Romellano, Curte de Sala, Curte
„ de Caſmarana, Curte de Colle Furonis, in
„ Caſagio, & in Climano Curte de Razono,
„ Caſa Replena, Eccleſia Sancti Quirici, Curte
„ de Melingiano, Curte Sancti Petri de Ru-
„ beta cum centum modiis de terris in inte-
„ grum, Chriſti videlicet Martyris Vincen-
„ tii, quod poſitum eſt in finibus Beneventa-
„ nis. Statuimus inſuper, ac noſtra præceptali
„ auctoritate decrevimus, ut ſi aliqua inten-
„ tio orta fuerit de rebus, & familiis ejuſ-
„ dem Monaſterii, liceat Advocatorem ſuum
„ per inquiſitionem circamanentium libero-
„ rum hominum hoc definire, & cùm defini-
„ tum fuerit, tunc demum ipſas res & fami-
„ lias pars præfati Cœnobii noſtra præceptali
„ auctoritate habeat, atque poſſideat jure
„ quieto. Præcipimus præterea prætaxatum
„ Monaſterium cum omnibus prætaxatis Mo-
„ naſteriis, & Cellis, rebus quoque, ac fami-
„ liis ibidem aſpicientibus, unà cum Fratri-
„ bus, ac Monachis ibidem Deo famulanti-
„ bus, ſub noſtræ tuitionis Mundburdum.
„ Statuentes, ut Abbates, & Præpoſiti ejuſ-
„ dem loci juxta conſuetudinem priſcam ad
„ utilitatem Fratrum ſua diſponant abſque
„ alicujus contradictione. Præcipientes ita-
„ que jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Co-
„ mes, Vicecomes, Caſtaldio, ſeu quælibet
„ Regni noſtri magna, parvaque perſona res
„ præfati Monaſterii, ſeu homines liberos, &
„ ſervos diſtringere, pignorare, ſeu moleſtare
„ audeat abſque legali judicio, neque penſio-
„ nem ab eis injuſtè exigere præſumat. Si
„ quis igitur hujus noſtri Præcepti confirma-
„ tionem, ſeu Mundburdii tuitionem aliquan-
„ do infringere conatus fuerit, ſciat ſe com-
„ poſiturum auri optimi libras centum, me-
„ dietatem Cameræ noſtræ, & medietatem
„ parti præfati Monaſterii. Quod ut veriùs
„ credatur, diligentiùſque ab omnibus obſer-
„ vetur, anulo noſtro manibus propriis robo-
„ rantes ſubter inſigniri juſſimus. Signum
„ Domni Ottonis Invictiſſimi Imperatoris. (*)
„ Ambroſius Cancellarius ad vicem Huberti
„ Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi &
„ ſubſcripſi. Data pridie Kalendas Julias, Anno
„ Dominicæ Incarnationis DCCCCLXVIII.
„ Imperii verò Domni Ottonis Sereniſſimi
„ Cæſaris VII. Indict. XI. Actum in Monte,
„ ubi Stabulo Regis dicitur, in Dei nomine
„ feliciter. Amen.

(*) Hoc ſignum vide ad Tabulam quintam figurâ

Ottonis Magni Diploma, per quod Paulo Abbati Vulturnenſis Monaſterii ſubſidia juris adfert, ne à ſervitio Monaſterii callidè ſe ſubtrahant illius ſervi. Anno DCCCCLXXII.

„ IN nomine Sanctæ & Individuæ Trini-
„ tatis. Otto Divina favente clementia
„ Imperator Auguſtus. Omnium Sanctæ Dei
„ Eccleſiæ noſtri longè latèque Imperii fide-
„ lium noverit induſtria, Paulum Abbatem
„ Monaſterii S. Vincentii, interventu Pan-
„ dulfi Principis, & Marchionis noſtri fide-
„ lis dilectiſſimi, adiiſſe noſtram clementiam,
„ proclamans ſe de quibuſdam famulis ſui
„ Monaſterii, qui alias diverſas præſumptivè
„ partes petunt, & callidè dato pretio inqui-
„ runt ſibi cauſatores, ut ſint eis teſtes liber-
„ tatis, & componere faciunt ſibi notitias, ut
„ hac occaſione liberi eſſe valeant, & à ſer-
„ vitio Monaſterii, cui debent ſervire lega-
„ liter ſe ſubtrahant. Nos verò dum talia
„ audivimus, pro redemptione animæ no-
„ ſtræ, & ſtatu Monaſterii, præfato Abbati,
„ ſuoque Monaſterio noſtræ auctoritatis & con-
„ firmationis juſſimus fieri paginam, ut in
„ qualecumque loco illius judicatûs inventi
„ fuerint, ſive in Marchionum præſentia, vel
„ Epiſcoporum, aut Comitum, ſeu Judicum,
„ ſtatim ſint diſrupti, cæſi, diffuſi, atque
„ confracti tamquam ante noſtram præſen-
„ tiam. Inſuper ſtatuentes præcepimus noſtra
„ juſſione, & judicio, ut nullus ſit, qui in
„ aliquo placito tortum audeat dicere Mo-
„ nachis jam dicti Venerabilis Monaſterii,
„ aut eorum Advocatoribus; nam inquiſitio,
„ quæ facta fuerit ab hominibus liberis ad
„ res, hereditates, vel familias ipſius Mona-
„ ſterii, ſtatuimus, ut firma permaneat per
„ hujus noſtri Mundburdi paginam. Qui verò
„ hanc noſtram auctoritatem fregerit, ſciat
„ ſe compoſiturum auri optimi libras cen-
„ tum, medietatem Cameræ noſtræ, & me-
„ dietatem prænominato Abbati Monaſterii,
„ qui ibi pro tempore viſus fuerit. Quod ut
„ veriùs credatur, & inconcuſſum permaneat,
„ ſigilli noſtri impreſſione ſubter inſigniri juſ-
„ ſimus. Petrus Cancellarius ad vicem Hu-
„ berti Epiſcopi, & Archicancellarii reco-
„ gnovi, & ſubſcripſi. Data X. Kal. Maji
„ An. Dominicæ Incarnationis DCCCCLXXII.
„ Imperii verò Domni Ottonis Sereniſſimi Im-
„ peratoris X. Indictione XV. Actum Raven-
„ næ Deo propitio feliciter. Amen.

Hoc tempore Domnus Pandulfus Princeps & Marchio per diverſos fines Provinciarum circumiens, pro pace Eccleſiarum Dei, & Populi juſtitia laboraret, in Marſorum Provinciam devênit, cui Domnus Paulus Abbas occurrit, & pro Monaſterio Sanctæ Mariæ in Apinianici querelam faciens, ipſum Monaſterium recepit, ſicut in hoc ſcripto continetur.

JU-

ſignat. H.

Digitized by Google

JUDICATUM SANCTÆ MARIÆ DE APINIANICI.

Paulus Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum in Placito Marſicano coram Pandulfo Duce & Marchione litem agit contra Adelbergam Abbatiſſam Monaſterii Sanctæ Mariæ de Apinianici, contendens Cœnobium illud Monialium ſubjectum eſſe regimini ſui Monaſterii, & cauſam obtinet. Anno DCCCCLXVIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum brevis judica-
„ tûs, qualiter in placito in territorio
„ Marſicano Juſiſegie ſubtus ipſa Eccleſia
„ Sanctæ Juſtæ, ubi ſedebat Domnus Pandol-
„ ſus glorioſus Princeps, Dux, & Marchio,
„ pro ſingulorum hominum juſtitia fieri fa-
„ ciendum, vel deliberandam intentionem,
„ & cum eo reſidebant Beraldus Comes, &
„ Rainaldus Comes germani fratres, & cum
„ eis reſidebant Ratteris vir Venerabilis Epi-
„ ſcopus de Epiſcopio Marſicano, & Gualde-
„ rius Vir Venerabilis Epiſcopus de Epiſco-
„ pio Sancti Maximi, & Grimoaldus Epiſco-
„ pus de Epiſcopio Sancti Pelini, ibique re-
„ ſidebant Raineri Vicecomes, & Adelmun-
„ dus Judex de Civitate Capuana, & Ilde-
„ prandus Sclabus, & Joſeph Sclabus, qui
„ ſunt Sclavi de Marſi, & Ingeyzo Sclabus,
„ & Anſarico Sclabus, qui ſunt Sclabi de
„ Marſi, & Maraldus Notarius de Civitate
„ Capuana, & de Marſi, Allo filius quondam
„ Stephani, & Stephanus filius Allonis, &
„ Lioto filius quondam Gottefridi, & Raineri
„ filius quondam Tettoni. Ibique reſidebant
„ Raimbaldus, & Guimmari, & Tofani ger-
„ mani fratres, filii quondam Pertoni, & Gua-
„ nego, & Guiglielmo germani fratres, filii
„ quondam Olderici, & Guibaldus filius quon-
„ dam Jonammi, & Rozzo filius quondam
„ Bezzoni, & Giſo filius quondam Teutoni,
„ & Milo filius Liotoni. Iſti ſunt Salichi de
„ Marſi. Et Langobardi ibique reſidebant,
„ Johannes, cujus ſupranomen vocatur Gua-
„ lacere, Gualdefredus germani fratres, filii
„ quondam Gualberti, & Adelbertus filius
„ quondam Traſoni, & Temmari, & Elperi-
„ nus germani fratres, filii ſupradicti Adelber-
„ ti, & Giſo filius quondam Geſtami, &
„ Emmo filius quondam Ermeperti, & Apezo
„ filius quondam Aneczoni, vel reliqui plu-
„ res, circumaſtantes, & reſidentes. In iſto-
„ rum omnium ſupraſcriptorum præſentia ſic
„ vênit Domnus Paulus Abbas de Monaſterio
„ Sancti Vincentii ſitu ſupra Vulturni fonte
„ loco Samniæ territorio Beneventano, erga
„ ſecum habentem Aczonem Advocatorem
„ præfati ſui Monaſterii, ibique aderat Adel-
„ berga Abbatiſſa de Monaſterio puellarum
„ vocabulo Sanctæ Mariæ de Apinianici, illa
„ ſecum habendo Advocatorem præfati ſui
„ Monaſterii, ideſt Raineri Vicecomes, qui
„ cùm veniſſent, & pariter cum jam dictus
„ glorioſus Princeps, Dux, & Marchio, &
„ de omnibus ſupraſcriptis præſentia, tunc
„ ipſe qui ſupra Domnus Paulus Venerabilis
„ Abbas unà cum ſupraſcripti Advocatores
„ præfati ſui Monaſterii pro parte ſui prædi-
„ cti Monaſterii contra ipſa Adelberga Ab-
„ batiſſa, & contra ſupraſcriptum Aboca-
„ torem ſuum cauſare cœperunt, dicentes:
„ Ut jam dictum puellare Monaſterium San-
„ ctæ Mariæ ſemper ſubjectus fuiſſet ſub po-
„ teſtate ſupraſcripti ſui Monaſterii Sancti
„ Vincentii, & ſemper Abbates anteceſſores
„ ſuos, qui fuerant Abbates prædicti ſui Mo-
„ naſterii, in eodem puellare Monaſterium
„ Sanctæ Mariæ Abbatiſſa, & Præpoſitus or-
„ dinaſſet ad regendum, & gubernandum, &
„ dominandum, ſeu ſecundùm inſtitutum
„ Regulæ ibi præordinandum, & vivendum
„ in jam dicto Monaſterio puellare. Modò
„ verò auditi eſſent, ut ipſa ſupraſcripta
„ Adelberga Abbatiſſa cum ſupraſcripto ſuo
„ Advocatore diceret, ut jam dictum Mona-
„ ſterium Sanctæ Mariæ cum rebus, & terris,
„ & cellis, & pertinentiis ſuis non fuiſſet
„ ſubjectus ſub poteſtate & dominatione præ-
„ dicti ſui Monaſterii Sancti Vincentii, &
„ ſemper in ſua poteſtate libera fuiſſet, & de
„ rebus, & pertinentiis prædicti Monaſterii
„ Sanctæ Mariæ poteſtatem habere illa, &
„ Cuſtodes ipſius Monaſterii puellare dare &
„ alienare, & quale parte volere ſinè cujuſ-
„ cumque contradictione; & quòd ſubjectus
„ ipſo Monaſterio puellarum ſub ejus, neque
„ fuiſſet, neque ſit prædicti Monaſterii ſui
„ Sancti Vincentii, & quærebat de pertinen-
„ tiis ſuis exinde cum eis ſecundùm legem
„ facere finem. Jam ſupradictus Domnus glo-
„ rioſus Princeps, Dux, & Marchio, hæc
„ auditus, cum omnibus ſupranominatis ibi-
„ dem reſidentibus dixerunt ipſius, quæ ſupra,
„ Adelbergæ Abbatiſſæ, & ſupradicto Advo-
„ catore ſuo, ut de prædicto Venerabili Ab-
„ bate, & ſupradicti Advocatoris cauſatione
„ reſponderet quod voleret. Ipſa ſupradicta
„ Adelberga Abbatiſſa cum ſupradicto Advo-
„ catore ſuo oſtenderunt unum Præceptum
„ ſigillatum, & dederunt eum in manu præ-
„ dicti glorioſi Principis, Dux, & Marchio-
„ ni, quem ipſe glorioſus Princeps per ordi-
„ nem relegi fecit continentem inter cetera:
„ quomodo Hugo, & Lotharius Reges con-
„ ceſſerant in Monaſterio puellare, quod fun-
„ datum eſt in Marſorum Provincia in hono-
„ re Dei Genetricis, & Virginis Mariæ con-
„ ſtructa in Apinianici, & confirmaverant, &
„ corroboraverant, qualiter ſubditus eſſe vi-
„ detur, Monaſterium Beati Vincentii Levi-
„ tæ, & Martiris, prout juſtè & legaliter
„ poterant, & omnia, quæ ad eumdem Mo-
„ naſterium pertinere videtur; item Cellam
„ Sanctæ Mariæ, quæ vocatur Muſianu poſita
„ in Penne; alteram Cellam, quæ dicitur
„ Lizze in Balva; ſimul etiam Cella, quæ di-
„ citur Via-alta, & Cellam de Beſce, &
„ Cellam Sanctæ Mariæ de Flatuſſio, quæ
„ poſitæ ſunt in Balva, unà cum ſervis, &
„ ancillis, & terris, vineis, campis, pratis,
„ paſcuis, vel inpaſcuis, cartularis, aldiis,
„ ſilvis, aquis, aquarumque curſibus, molen-
„ dinis, atque piſcariis in integrum. Conceſ-
„ ſerant quoque Adelbergæ Abbatiſſæ, &
„ Adelbergæ Sanctimoniali nepte illius eun-
„ dem Monaſterium cum omnibus prænomi-
„ natis rebus ad regendum & gubernandum,
„ regulariterque vivendum. Præceperatque
„ ergo, ut nullus Abbas ex Monaſterio Sancti
„ Vincentii in eundem Monaſterium puella-
„ rum Apinianici aliquam contrarietatem fa-
„ cere audeat ad aliquam ordinationem, niſi
„ tantùm gubernandum, & monendum, ſeu
„ omnia regulariter regendum, & cetera
„ qualiter in eodem præceptum continere vi-
„ detur. Ad hæc autem ipſe Domnus Paulus
„ Ve-

Digitized by Google

„ Venerabilis Abbas cum ſupraſcripto Advo-
„ catore ſuo oſtendit tres Præcepta . Primo
„ ex ipſe continentem inter cetera, quomodo
„ Hugo & Lotharius Reges contulerant quo-
„ dam Leoni Præpoſiti Chriſti Martyris Vin-
„ centii ſitus in finibus Beneventanis , eorum-
„ que Regibus præceſſorum ſuorum , Impe-
„ ratorum , & Regum, ac parentum ſuorum,
„ ideſt Deſiderii, Caruli, Ludovici, atque
„ Lotharii , per quem contulerant ex ſuis
„ rebus in præfatum Monaſterium Sancti Vin-
„ centii , & confirmaverant res & poſſeſſio-
„ nes ibi à Principibus, Ducibus, reliquiſque
„ fidelibus collata , inter quos confirmaverat
„ in eodem Monaſterio Sancti Vincentii Mo-
„ naſterium Sanctæ Mariæ in territorio Mar-
„ ſicano ſitum in loco Apinianici unà cum
„ Caſtellis, capellis, titulis, caſis, terris,
„ vineis, pratis &c. ad prælibatum Monaſte-
„ rium pertinentes. vel reſpicientibus in inte-
„ grum Chriſti Martyris Vincentii, quod
„ poſitum eſt in finibus Beneventanis, & cete-
„ ra qualiter in eodem Præcepto continere
„ videtur. Ipſo alio præcepto continet inter
„ cetera , quomodo Paulus Abbas Cœnobii
„ Chriſti Martyris Vincentii ſitus in finibus
„ Beneventanis, adiens noſtram celſitudinem,
„ detulerat Domni Ottoni Imperatori præ-
„ cepta prædeceſſorum ſuorum Imperatorum
„ & Regum, ſcilicet Deſiderii, Caruli, Lo-
„ doyci, atque Lotharii, per quod contulerat
„ ex ſuis rebus in præfato Monaſterio Sancti
„ Vincentii, & confirmaverat res & poſſeſ-
„ ſiones ibi à Principibus, Ducibus, reliquiſ-
„ que fidelibus collata ; inter cetera confir-
„ maverat in eodem Monaſterio Sancti Vin-
„ centii, ideſt Monaſterium Sanctæ Mariæ
„ in territorio Marſicano ſito in loco Api-
„ nianici unà cum Caſtris, Capellis, titulis,
„ caſis &c. Tertium verò Præceptum ita con-
„ tinebat. *In nomine Dei æterni. Otto ſuper-*
„ *no inſtinctu Imperator Auguſtus. Adelbergæ*
„ *Abbatiſſæ cunctiſque Monachæ, ſanctimo-*
„ *nialibuſque fœminis conmorantibus de Api-*
„ *nianici, ubi vos habitatis, ut non vivatis re-*
„ *gulariter , & contretis eis ipſum Monaſte-*
„ *rium Sanctæ Mariæ de Apinianici, ita ut*
„ *nulla ordinatione ibi facere audeat, aut poſ-*
„ *ſit, anteceſſores noſtri Imperatores, & Re-*
„ *ges, & nos fecimus, & hoc confirmavimus*
„ *in jam dicto Sancti Vincentii Cœnobio ipſum*
„ *Monaſterium Sanctæ Mariæ de Apinianici,*
„ *ut ei ſecundùm Dei timorem, ac Præcepta*
„ *Regulæ ordinent, atque diſponant Abbatiſ-*
„ *ſas prædicti Monaſterii abſque contradictio-*
„ *ne. Unde mandamus vobis præcipiendo, ut*
„ *nullatenus contretis ei ipſum Monaſterium,*
„ *ſed ſecundùm primam conſuetudinem laſſate*
„ *eumdem Abbatem ordinare eumdem locum,*
„ *ut vos ibi Deo ſervire poſſitis, & Præcepta*
„ *Regulæ obſervare, & jam dictus Abbas*
„ *quando ibi venerit, & mandaverit, habeat*
„ *ſummo honore . Sciatis enim , quòd ſi aliter*
„ *feceritis contra Imperiales noſtros * Præcep-*
„ *tum nullo contradicentes, ſed inviolabiliter*
„ *obſervetur. Advocatores autem Abbates de*
„ *prædicto venerabili Cœnobio quales voluerint,*
„ *tales agendi cauſas habeant . Hæc enim ,*
„ *quæ à noſtra Imperiali clementia conſtituta*
„ *ſunt, firma & incorrupta perpetuis tempori-*
„ *bus maneant, noſtraque præceptione ſigillata,*
„ *ſicut ibidem continere videtur .*
„ Cùmque jam dicta Præceptora oſtenſa ,
„ & per ordinem relecta eſſent , dixitque
„ ipſe, qui ſupra , Domnus Paulus Abbas pro
„ parte ſui ſupraſcripti Monaſterii, erga ſe-
„ cum habendo ſupraſcriptum Advocatorem
„ præfati ſui Monaſterii, ipſius quæ ſupra
„ Adelbergæ Abbatiſſæ, & ſupraſcripti Ad-
„ vocatori ejus, ut tantum fuiſſet ſupraſcrip-
„ tum puellarum Monaſterium Sanctæ Ma-
„ riæ, qui dicitur Apinianici , ſubjecto ſu-
„ praſcripto Monaſterio ſui Sancti Vincentii,
„ quam & ſupraſcripto Præcepto Advocatori
„ ſuo oſtenſit, quod continet. Jam dictus glo-
„ rioſus Princeps, Dux, & Marchio, & jam
„ dicti Comiti , & ſupraſcriptis Epiſcopis ,
„ & Judex, & ſupraſcriptis Scabinis, & bo-
„ nis homines judicaverunt ſecundùm ipſum
„ Præceptum , quem ipſa Abbatiſſa cum ſu-
„ praſcripto Advocatore ſuo oſtenderunt ,
„ ipſum Monaſterium puellare Sanctæ Mariæ,
„ qui dicitur Apinianici, ſubjectus eſſet præ-
„ fati Monaſterii Sancti Vincentii, ita ad re-
„ gendum & gubernandum Abbates prædicti
„ Monaſterii eumdem Monaſterium Sanctæ
„ Mariæ de Apinianici in perpetuum . Hoc
„ factum ipſa, quæ ſupra, Adelberga Abbatiſ-
„ ſa unà cum ſupraſcripto Raineri Vicecо-
„ mite Advocatore præfati Monaſterii cœpe-
„ runt manifeſtare & dicere coram omnibus
„ ſupranominatis, quia ſupraſcriptum Mona-
„ ſterium Sanctæ Mariæ, qui dicitur Apinia-
„ nici, cum rebus, & Eccleſiis, & pertinen-
„ tiis ad eundem Monaſterium pertinentibus
„ legibus ſubjectus fuiſſet, & amodò in antea
„ eſſet jam dicti Monaſterii Sancti Vincentii
„ ſic in omnibus, ut nec Abbatiſſa prædicti
„ Monaſterii , nec Præpoſito, vel Cuſtodes
„ ipſius Monaſterii Sanctæ Mariæ non potuiſ-
„ ſe nec poſſe de rebus & pertinentiis ejus
„ puellare Monaſterium in qualecumque par-
„ te dare aut alienare per nullum ingenium
„ ſinè aſſenſu & voluntate Abbates præordi-
„ natos in prædicto Monaſterio Sancti Vin-
„ centii. Etiam & manifeſtaverunt dicentes
„ ipſa, quæ ſupra, Adelberga Abbatiſſa unà
„ cum ſupraſcripto Advocatore ſuo pro par-
„ te ſupraſcripti Monaſterii puellarum San-
„ ctæ Mariæ, ut jam dictum Monaſterium
„ Sanctæ Mariæ cum rebus & pertinentiis
„ ejus fuiſſent ſub regimine & munitione de
„ Abbate prædicti Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii ad regendum & gubernandum ipſas , &
„ ſemper Abbates prædicti Monaſterii in præ-
„ dicto Monaſterio Sanctæ Mariæ Abbatiſſa
„ & Præpoſitos ordinaſſet, & ipſam, quæ ſu-
„ pra, Abbatiſſa cum ſupraſcripto Advocato-
„ re ſuo ; utque venerabilis Domno Leo Ab-
„ bas ſupraſcripti Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii, qui fuit anteceſſor ipſius, qui ſupra,
„ Domnus Paulus Abbas , illa eadem Adel-
„ berga Abbatiſſa in prædicto Monaſterio
„ ordinaſſet Abbatiſſa , & ille ei decretum
„ dediſſet, & ipſe Domnus Leo Abbas ibi-
„ dem Præpoſitum ſuum ordinaſſet , & illam
„ in eodem Monaſterio per voluntatem ipſius
„ Domni Pauli Abbati modò Abbatiſſa eſſet .
„ Cùmque talia hæc omnia ſupraſcripta
„ Abbatiſſa ante Domnus Pandulfus glorioſus
„ Princeps, Dux, & Marchio , & jam dicti
„ Comiti, & Epiſcopus , & Judex , & Scla-
„ vini & bonis hominibus facta atque perfe-
„ cta eſſent, judicaverunt ipſis, qui ſupra, glo-
„ rioſus Princeps, Dux, & Marchio, & jam
„ dictis Comitibus, & Epiſcopis, & Judex ,
„ & Sclavinis , ut amodo & ſemper prædi-
„ ctus Paulus venerabilis Abbas, ejuſque ſuc-
„ ceſ-

Digitized by Google

„ ceſſores, & pars jam dicti Monaſterii San-
„ cti Vincentii ſubjectum haberet prædicto
„ Monaſterio puellare Sanctæ Mariæ ſecun-
„ dùm manifeſtationem prædictæ Adelbergæ
„ Abbatiſſæ, & ſupraſcripto Advocatori ſuo
„ Raineri, cum rebus, & Cellis. & Eccleſiis
„ ei ſubjectis, & omnibus ſuis pertinentiis
„ ſupra regimine, & dominatione prædicti
„ Monaſterii S. Vincentii. Quapropter pro
„ recordando in perpetuum omnia, quæ ſu-
„ periùs legitur, quàm & pro ſecuritate præ-
„ dicti Domni Pauli Abbati, & ſucceſſoribus,
„ hunc exinde de omnia ſupraſcripta ad pars
„ jam dicti Monaſterii Sancti Vincentii exin-
„ de hunc emiſſus eſt notitia judicati, & fini-
„ tum ſupraſcriptorum omnium præſentia.
„ Quàm ego Lupo Notarius ibi fui, & hanc
„ notitiam brevis, & judicati ſcripſi in Anno
„ ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Anni ſunt Nongenteſimo ſexageſimo octavo,
„ Anni Imperii magni Ottoni Auguſti in An-
„ no ſeptimo, & Otto Imperatoris filius inſi-
„ mul cum eo in Anno primo, & quarto Ka-
„ lendas Septembris Indictione undecima.
„ Ego Gualderius Epiſcopus ibi fui.
„ Signum manum Alonis qui ibi fui.
„ Ego Adenolfus Vicecomes ibi fui.
„ Ego Beraldus Comes ibi fui.
„ Ego Rainaldus Comes ibi fui.
„ Ego Stefanus ibi fui.
„ Ego Rainerius Vicecomes ibi fui.
„ Ego Anſaricus Sclabus ibi fui.
„ Ego Joſeph Sclabus ibi fui.
„ Ego Incezo Sclabus ibi fui.
„ Ego Raineri ibi fui.
„ Ego Johannes ibi fui.
„ Ego Emmo ibi fui.
„ Ego Ildeprandus ibi fui.
„ Ego qui ſupra Adelmundus Judex ibi fui.

Tertio poſt hæc anno Otto Imperator Auguſtus in eadem Provincia Marſorum adveniens, ſuo Imperiali judicio eumdem venerabilem Paulum Abbatem de eodem Monaſterio inveſtivit, ſicut ſic ſcriptum habetur.

INVESTITURA, ET MUNDBURDUM DOMNI OTTONIS IMPERATORIS.

Paulus Vulturnenſis Abbas in Placito Marſicano coram Ottone I. Auguſto, & Pandulfo Principe, Duce, & Marchione, cauſam obtinet adversùs occupatores rerum Sanctæ Mariæ in Apinianici. Anno DCCCCLXX.

„ IN Dei nomine. Brevis ſcriptum Judica-
„ tum, qualiter in territorio Marſicano in
„ Campo Caſti ad ipſam Civitatem Marſica-
„ nam, dum in Placido reſediſſet Domnus
„ Otto Magnus Imperator Sereniſſimus Augu-
„ ſtus, & Pandolfus Princeps, Dux, & Mar-
„ chio, pro ſingulorum hominum juſtitiam
„ fieri faciendam, vel deliberandam intentio-
„ nem, ibique reſidentibus cum eis Ceſo vir
„ venerabilis Epiſcopus, & Walderius vir
„ venerabilis Epiſcopus de Furcone, & Al-
„ bericus vir venerabilis Epiſcopus de Marſi,
„ ibique reſidentibus Ezzeca Comes Palatius,
„ & Petrus Comes, & Dodo Comes, & Sico
„ Marchio ſacri Palatii, & Beraldus, & Theo-
„ dinus, & Rainaldus Comitibus de iſto Co-
„ mitatu, & Incezo Sclabus, & Ildeprandus
„ Sclabus, & Joſeph Sclabus, & Antaricus
„ Sclabus de Marſi, & Guido Sclabus de Pin-
„ no, & Mainardus Comes, & Lupo Comes
„ de Riſma, & Adam humilis Abbas ex Mo-
„ naſterio Sanctæ Trinitatis, & Giſelbertus,
„ & Raineri germani fratres, filii quondam
„ Theutoni, & Allo filius quondam Stephani,
„ & Raimbaldus, & Guimmari, & Toſani:
„ iſti ſunt Alamanni; Et Sanſo filius Reme-
„ dii, & Tranſaricus: iſti ſunt Salichi; &
„ & Conibezzo filius quondam Aldi, & Ai-
„ nolfus filius quondam Traſoni, & reliqui
„ plures circumaſtantes, & reſidentes. In ſu-
„ praſcriptorum omnium præſentia vênit Pau-
„ lus humilis Abbas ex Monaſterio Sancti
„ Vincentii de Territorio Beneventano cum
„ Tranſarico filio quondam Ratteri, qui erat
„ Advocatore ſuo, & querelam faciens ſuper
„ Eriſinna, & adversùm Raimmaldum, &
„ Guimmari, & Torfani filio quondam Theu-
„ toni, & adversùm Teuderita, & Azzo, &
„ Gezzo, & Guaracco filio quondam Adel-
„ trudæ, & adversùm Guiniſi filio quondam
„ Stephani &c. (*ſequuntur plures alii homi-*
„ *nes*) de ipſis rebus proprietatis Sanctæ Ma-
„ riæ de Apinianici, quòd dicebat quòd ha-
„ buiſſet per exſcriptum, & per ea, & ad
„ tertium Placidum reclamavimus, & con-
„ tempſerunt venire. Tunc ſupraſcriptus Do-
„ mnus Imperator, dum taliter audiſſet ſu-
„ praſcriptus Paulus humilis Abbas cum ſu-
„ praſcripto Tranſarico Advocatore ſuo re-
„ clamantes, & dicentes, interrogavit ſupra-
„ ſcriptus Judex, quæ lex de hoc eſſe debet.
„ Tunc Judici unanimiter dixerunt, quòd lex
„ erat inveſtire Paulum humilis Abbas, &
„ Tranſarico Advocatore ſuo de ipſis rebus
„ proprietatis, unde reclamaverant ad pars
„ jam dicti Monaſterii Sanctæ Mariæ ſibi ſub-
„ jectum. Tunc Domnus Otto magnus Im-
„ perator dum talem judicium audiſſet, di-
„ gnatus eſt per fuſtem, quem in manu ſua
„ tenebat, inveſtire Paulus humilis Abbas,
„ & Tranſarico Advocatore ſuo, ad pars jam
„ dicti Monaſterii Sanctæ Mariæ. Et per juſ-
„ ſionem Domni Imperatoris jam dictus Do-
„ mnus Pandulfus Princeps, Dux, & Marchio
„ miſit bannum à parte Domni Imperatoris,
„ & de ſua parte, ut quicumque ipſum Ab-
„ batem, aut ſucceſſores ſuos, aut ſupraſcri-
„ ptum Monaſterium diſveſtire præſumpſe-
„ rit, mancoſi duo millia componat, media-
„ tatem Cameræ Domni Imperatoris, & me-
„ dietatem ſupraſcripto Sancto Monaſterio.
„ Et finitum eſt in ſupraſcriptorum omnium
„ præſentia. Quàm & ego Lupo licèt Scla-
„ bus, & Notarius ibi fui ex juſſione Domni
„ Imperatoris, & Pandolfi Principis, Dux, &
„ Marchioni, & ex dicto ſupradicti Judices,
„ & Epiſcopis, & Comitibus ſcripſi hanc no-
„ titiam Judicati in Anno ab Incarnatione
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt Non-
„ genteſimo Septuageſimo, Anni Imperii Ma-
„ gni Ottonis Imperatoris Sereniſſimi Auguſti,
„ & Otto Filio ejus inſimul cum eo in Anno
„ (1) Tertio, & Menſe Septembrio, per In-
„ dictione Quartadecima. Actum in Marſi
„ Menſe Julio ſupraſcripto feliciter. Amen.
„ Signum Ezeca Comitis Palatii ibi fui.
„ Signum Theodorici Sanctæ Mattenſis Ec-
„ cleſiæ Miniſtri humilis.
„ Signum Dodoni Comitis ibi fui.

„ Si-

(1) Utique is Annus III. Ottonis II. minimè verò ejus patris Ottonis Magni, cui decurrebat *Annus Nonus* Imperii. Similem Chartam attuli ego in Antiquit. Eſten. Cap. XVI.

Digitized by Google

„ Signum Petri Comitis ibi fui.
„ Ego Albericus Sanctæ Marſicanæ Eccleſiæ
„ Præſul ibi fui.
„ Ego Gualderius ibi fui.
„ Ego Grimoaldus Epiſcopus ibi fui.
„ Ego Rainaldus Comes ibi fui.
„ Ego Lupo Comes ibi fui.
„ Ego Raineri ibi fui.
„ Ego Ingezo Sclabus ibi fui.
„ Ego Ildeprandus Sclabo ibi fui.
„ Ego Bernardus Sclabus ibi fui.
„ Ego Sanſon ibi fui.

PRÆCEPTUM DE OMNIBUS, ET DE MONTE ACERRU.

Pandulfus Caputferreus, & Landulfus ejus frater, Principes Capuani Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum multa bona in Capuano Principatu poſita confirmant Anno DCCCCLXV.

„ IN nomine Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti
„ Dei æterni. Pandolfus, & Landolfus di-
„ vina ordinante providentia Langobardorum
„ gentis Principes. Cùm principalis excel-
„ lentia petitioni dilecti ſui petenti clemen-
„ ter faveat, igitur noverit omnium fidelium
„ noſtrorum, præſentium ſcilicet, ac futuro-
„ rum ſagacitas, quia per præceptum ſigilla-
„ tum conceſſum, & confirmatum habuit in
„ Monaſterio Sancti Vincentii ſitus in Vul-
„ turnenſis fluminis, Domnus Ludovicus vir
„ glorioſiſſimus Imperator Auguſtus monti-
„ bus, & ſilvis, & omnibus terris, aquis, &
„ ripis, & paludis, ſeu molendinis, & Ec-
„ cleſiis, & Caſtris, ſervis, & ancillis, ceſ-
„ pitibus, collibus, & vallibus, toronibus,
„ & paſcuis, infra has fines, incipiente pri-
„ mitus à Fluvio, qui dicitur Sangro, deinde
„ per montes publicos uſque in montem, qui
„ dicitur Azze, & ſic revolvente monte eo-
„ dem uſque in fluvio, qui dicitur Melfa, &
„ quemadmodum decurrit ipſa Melfa, uſque
„ ubi conjungit ſe cum parvo Balvola, & ſic
„ per cilium ejuſdem montis uſque in mon-
„ tem Arcanum, & montem Marte, montem-
„ que Caſale, eoſque videlicet montes extrin-
„ ſecus circundantes uſque in ortu Riaginis,
„ quæ Ravennola nominatur, & à capite
„ ejuſdem Riaginis venientes juxta montes
„ publicos uſque in montem Benafranum, qui
„ eſt ſuper Urbem; eodem verò revolvente
„ monte uſque in cilium montis, qui eſt ſu-
„ per terram, quæ vocatur Arcora, quæ eſt
„ Eccleſiæ hereditas Sanctæ Dei Genitricis
„ Mariæ, quæ Olivetum vocatur, ſubjecta
„ præfati Monaſterii, & Eccleſia nihilomi-
„ nus Sanctæ Chriſtinæ cum inclitis territo-
„ riis ſuis, & cum reliquis finibus ipſa here-
„ ditas circundata in fluvio uſque Vulturno.
„ Nam iterum ex alia parte inchoante à pri-
„ ma fine cum jam dicto fluvio Sangro, ipſo-
„ que relinquente, quomodo decernit à pa-
„ rum Colle, & pergens uſque in Rivio, qui
„ dicitur Foſoli, eodemque decurrente Ri-
„ vio uſque in fluvio Bantra, & quomodo
„ decurrit ipſum flumen juxta terras ejuſdem
„ Monaſterii uſque in prædictis finibus, &
„ Terris Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & cetera
„ alia omnia, qualiter in eodem præceptum
„ continere videtur, qui ſcriptus eſt Duran-
„ dus Diaconus. Unde mandavit noſtram
„ clementiam precando Paulus venerabilis
„ Abbas prædicti Monaſterii per Alvara Prin-
„ cipiſſa dilecta uxore noſtra, ut omnia ſu-
„ pradicta, quæ continet jam dicto præcepto,
„ & ipſo alio, qui continere videtur ibidem,
„ in præfato Monaſterio ipſos concederemus,
„ & confirmaremus. Cujus petitionem exau-
„ dientes, hos firmitatis apices ibidem exinde
„ fieri juſſimus, per quos omnino ſancimus,
„ & perpetualiter habendum noſtris & futu-
„ ris temporibus concedimus & confirmamus
„ in præfato Monaſterio Sancti Vincentii Mar-
„ tyris ſitus ſuper Vulturni fluminis, ubi jam
„ dictus Paulus Abbas eſſe videtur per has
„ fines incipiente à fluvio, qui dicitur Sangro
„ *& reliqua ut ſupra*. Per has quoque fines
„ unà cum ſervis, & ancillis, ceſpitibuſque
„ ſuis: nec non & cum Caſtris, montibus col-
„ libus, vallibus, toronibus, vel Eccleſiis,
„ aquis, paſcuis, & omnia infra ipſis finibus
„ manentia, & cetera alia omnia, qualiter in
„ prædictis præceptis continere videtur. Si-
„ mulque concedimus, & confirmamus in
„ præfato Monaſterio omnia, & in omnibus,
„ quæ ab Imperatoribus, ſeu à Principibus, vel
„ Ducibus conceſſum aut judicatum, vel of-
„ fertum, ſeu per quolibet alienatum in præ-
„ dicto Monaſterio habuerit. Quàm & con-
„ cedimus & confirmamus in eodem Mona-
„ ſterio inclitum ipſum Montem Aceru, qui
„ eſt ſuper territorio Commanenſe, & eſt
„ circùm prædictum montem de Azze; Simi-
„ liter ad poſſeſſionem jam libati Monaſterii,
„ & de ejus Abbatibus, atque Rectoribus, ea
„ videlicet ratione, ut in omnia, & in omni-
„ bus, qualiter in prædicto ſacro Monaſterio
„ conceſſimus & confirmavimus, & qualiter
„ in ſupraſcripto conceſſum & confirmatum
„ in ipſo Monaſterio à ſingulis Imperatoribus,
„ & Principibus, & Ducibus, aut per quoli-
„ bet hominibus judicatum, vel offertum,
„ vel alienatum in ſupraſcripto Monaſterio
„ cum jam dicto monte ipſos habeant & poſ-
„ ſideant jam præfato Monaſterio, & ejus Ab-
„ batibus, atque Rectoribus abſque contra-
„ rietate Comitis, Caſtaldis, Judicis, aut cu-
„ juſcumque perſonæ contradictione vel in-
„ quietudine, ſed perpetuis temporibus præ-
„ dicto Monaſterio ipſos habeant, & poſſi-
„ deant &c. Quòd ſi quiſpiam homo de præ-
„ dictis ſervis, & ancillis, ceſpitibus &c. tol-
„ lere aut ſubtrahere vel minuare quæſiverit
„ &c. ſciat ſe compoſiturum in præfato Mo-
„ naſterio, & ejus Cuſtodibus, atque Rectori-
„ bus auri puri libras mille, & hæc conceſſio
„ firma & ſtabilis permaneat in perpetuum.
„ Ut autem hæc noſtra conceſſio veriùs ob-
„ ſervetur, manu propria ſcripſimus, & ex
„ anulo noſtro ſubter juſſimus ſigillari.
„ Signum ✠ Domni Pandolfi excellentiſſimi
„ Principis.
„ Adelchiſi ſcriba ex juſſione ſupradictæ Po-
„ teſtatis ſcripſi.
„ Data V. Kal. Januarias Anno (1) XXIII.
„ Principatus Domni Pandolfi, & VIII. Prin-
„ cipatus Domni Landolfi glorioſis Principi-
„ bus. Indictione IX. Actum in Civitate Ca-
„ puana.

PRÆ-

(1) Et heic ſcribe *Anno XXXIII.*

Digitized by Google

PRÆCEPTUM PRO ÆDIFICANDIS TERRIS, ET CASTELLIS.

Pandulfi I. & Landulfi III. Principum Beneventanorum Diploma, per quod Paulo Abbati Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum facultatem concedunt Turres & Caſtella ædificandi in ditionibus Monaſterii ipſius Anno DCCCCLXVII.

„ IN nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu „ Chriſti Dei æterni. Pandolfus, & Landolfus Divina ordinante Providentia „ Langobardorum gentis Principes. Cùm „ principalis excellentia petitioni dilecti ſui „ petenti clementer favet, igitur noverit „ omnium fidelium noſtrorum, præſentium „ ſcilicet ac futurorum ſolertia, quia Arderi- „ cus venerabilis Epiſcopus obſecravit no- „ ſtram Excellentiam, quatenus ob amorem „ Dei omnipotentis, & ſalvationem animæ „ noſtræ concederemus in Monaſterio Beati „ Vincentii Martyris Chriſti, ubi Domino „ opitulante Paulus venerabilis Abbas præeſſe „ videtur, ut ubicumque ille vel ſucceſſores „ in hereditate, vel in pertinentia ejuſdem „ Monaſterii Turrem, aut Caſtellum fecerint, „ ſemper in poteſtatem & dominationem „ ejuſdem Monaſterii, & ejus Abbatibus, & C „ Rectoribus eſſe debeant, ut nulla domina- „ tione ibidem habere debeant parti noſtræ „ publicæ. De quibus petiit à noſtra Excel- „ lentia, ut firmitatis apices ibidem in eodem „ Sancto Monaſterio fieri juberemus. Cujus „ petitionibus exaudientes hos firmitatis api- „ ces in eodem Sancto Monaſterio fieri juſſi- „ mus, per quos omnino ſancimus, & perpe- „ tualiter habendum noſtris & futuris tem- „ poralibus; concedimus in eodem ſancto & „ venerabili loco, ubi Deo nunc auxiliante „ Paulus venerabilis Abbas regimen tenere „ videtur, ut ubicumque tu qui ſupra Abbas, „ vel ſucceſſores ſuos in rebus prædicti Mo- „ naſterii Turrem, aut Caſtellum facere vo- D „ lueritis, poteſtati veſtræ ſint ipſum faci- „ dum in rebus prædicti Monaſterii, & in „ veſtra, & de ſucceſſoribus veſtris ſint pote- „ ſtatem & dominationem, ut nullam pote- „ ſtatem, & dominationem ibidem habere „ debeant parti noſtræ publicæ; ſed, ſicut di- „ ximus, in veſtra & de ſucceſſoribus veſtris „ ſint poteſtate, ita ut à nullis ex noſtris „ Comitibus, Caſtaldeis, Judicibus, vel Scul- „ dais de ea omnia, quæ ſuperiùs in jam præ- „ fato Monaſterio conceſſimus, habeatis qua- „ lemcumque moleſtiam, aut contrarietatem, „ ſed perpetuis temporibus vos, & ſucceſſo- „ res veſtri ſecuriter ac firmiter habeatis, & „ poſſideatis ea omnia, quæ ſuperiùs legitur, E „ nemine vobis exinde in alio contraria inge- „ rente. Quòd ſi quiſpiam hanc conceſſio- „ nem in quocumque violare præſumpſerit, „ ſciat ſe vobis vel ad ſucceſſoribus veſtris „ compoſituri auri libras duas, & hæc con- „ ceſſio, ut ſuperiùs legitur, firma perma- A „ neat in perpetuum. Ut autem hæc noſtra „ conceſſio veriùs obſervetur, manu propria „ ſubſcripſimus, & ex annulo noſtro ſubter „ juſſimus ſigillari.

„ Signum Domni Pandulfi Excellentiſſimi „ Principis.

„ Petrus notarius ex juſſione ſupradictæ po- „ teſtatis ſcripſi. Data V. Kal. Auguſti Anno „ XXIV. Principatus Domni Pandulfi, & anno „ IX. Principatus Domni Landolfi glorioſi „ Principis. Indictione X. Actum in Civitate „ Capuana.

PRÆCEPTUM DE PISCARIA IN PATRIA.

B *Facultas piſcandi in Lacu Patrenſe conceſſa Paulo Abbati & Monachis S. Vincentii ad Vulturnum à Landolfo & Pandolfo Principibus circiter Annum DCCCCLX.*

„ IN nomine Domini & Salvatoris noſtri „ Jeſu Chriſti Dei æterni. Landolfus, (1) „ & Pandolfus filius ejuſdem Divina ordinan- „ te clementia Langobardorum gentis. No- „ verit omnium fidelium noſtrorum, præſen- „ tium ſcilicet & futurorum ſolertia, quia „ Domna Gemma Principiſſa dilecta Genitri- „ ce noſtra obſecravit noſtram excellentiam, „ quatenus pro amore omnipotentis Dei, & C „ ſalvatione animæ noſtræ concederemus in „ Monaſterio Beati Martyris Vincentii Chri- „ ſti ſitus ſupra fontem Vulturni fluminis, ubi „ Domnus Paulus Abbas præeſt, ut pars præ- „ fati Monaſterii ſemper quando voluerint po- „ teſtatem & licentiam habeant mittere ad „ piſcandum in Lacum Patrenſem paraturam „ unam cum duobus Bontris, & cum quatuor „ hominibus ad piſcandum, ut Fratres Mo- „ nachi præfati Monaſterii habeant unde pro „ nobis quotidie Dei miſericordiam exorent: „ de quibus petiit à noſtra excellentia, ut fir- „ mitatis apices in eodem Sancto Monaſterio „ juberemus. Cujus petitionem exaudientes, D „ hos firmitatis apices in eodem Sancto Mo- „ naſterio fieri juſſimus, per quos omnino ſan- „ cimus, & perpetualiter habendum noſtris „ & futuris temporibus concedimus in præ- „ fato Sancto Monaſterio Sanctiſſimi Vincen- „ tii Martyris Chriſti, ut pars præfati Mo- „ naſterii ſemper quando voluerint, poteſta- „ tem & licentiam habeant mittere ad pi- „ ſcandum in Lacum Patrenſem paraturam „ unam cum duobus Bontris, & quatuor ho- „ mines ad piſcandum, ut Fratres Monachi „ præfati Monaſterii habeant unde pro nobis „ Dei miſericordiam exorent, & quotidie in „ eodem Lacu piſcare debeant, quando vo- „ luerint. In ea videlicet ratione ea omnia „ ſupradicta in præfato Monaſterio concedi- E „ mus, ut amodo, & nullo adveniente tem- „ pore non habeant poteſtatem, aut licentiam „ Abbas, aut quicunque Rector ejuſdem Mo- „ naſterii ipſos de poteſtate Monaſterii, per „ qualeſcunque modos aut ingenium tollere, „ aut ſubtrahere, vel alienare, niſi ſemper „ ipſos

(1) Nullæ heic notæ chronologicæ. Chartam ſpectare puto ad Annum circiter 962. & ad Landulfum II. Principem Capuanum, ejuſque filium Pandulfum Caputferreum; quippe *Gemma Principiſſa* ejuſdem Landulfi Mater heic nominatur. Verùm Camillus Peregrinius Landulfum hunc obiiſſe cenſet Anno 961. Chronographus autem noſter Paulum Anno tantùm 962. Abbatem electum nobis exhibet. Ergo ſi conjecturæ benè conſtant, alteruter erraſſe dicendus eſt. Vide infra alias iſtorum Principum ſimiles Chartas, ex quibus facilè deprehendes, deceptum fuiſſe unum Chronographum noſtrum, & Pauli Abbatis exordia ante Annum 962. ſtatuenda.

Digitized by Google

„ ipſos pars ejuſdem Monaſterii habere & fa-
„ cere ſuæ poteſtatis debeant. Et ſi ipſos Ab-
„ bates, aut quiſcunque Rector ejuſdem Mo-
„ naſterii de poteſtate ipſius Monaſterii per
„ qualeſcunque modos, vel ingenium tule-
„ rit. aut ſubtraxerit, vel alienaverit, ſtatim
„ ipſos redeant ad poteſtatem ſacri noſtri Pa-
„ latii ad faciendum omnia quod voluerit,
„ quia in tali ratione ea omnia ſupradicta
„ in jam præfato Sancto Monaſterio conceſſi-
„ mus habendi & poſſidendi in omni ratione,
„ ſicut ſuperiùs diximus, abſque contrarietate
„ Comitis, Judicis, Caſtaldei, aut cujuſcun-
„ que perſonæ contradictione, vel inquietu-
„ dine, ſed perpetuis temporibus habeat &
„ poſſideat pars præfati Monaſterii, & om-
„ nia, quæ ſuperiùs leguntur, nemine ibi in
„ aliquo contraria faciente. Ut autem hæc
„ noſtra conceſſio pleniorem in Dei nomine
„ obtineat vigorem, manu propria ſubſcri-
„ pſimus, & ex anulo noſtro ſubter juſſimus
„ ſigillari.

PRÆCEPTUM DE SANCTO VINCENTIO NEAPOLIM, ET DE SANCTO SOSSIO.

Marinus Dux Neapolis Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum nonnullas Eccleſias, varia bona, privilegia, & immunitates confirmat. Anno DCCCCXLVIII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris Jeſu
„ Chriſti. Imperante Domno Conſtantino
„ magno Imperatore Anno XXXIX., ſed &
„ Romano magno Imperatore Anno XXVI
„ die prima Menſis Februarii, Indictione VI.
„ Neapoli. Nos Marinus in Dei nomine emi-
„ nentiſſimus Conſul, & Dux, quia deſidera-
„ mus & cupimus multis modis Deo omni-
„ potenti placere, iccirco conceſſimus & lar-
„ gimus vobis Paulo (1) Venerabili Abbati
„ Monaſterii Sancti Vincentii ſitus in Samniæ
„ partibus ſuper fontem Vulturni fluminis,
„ pro compunctione, & amore Dei, & pa-
„ trocinio ipſius Monaſterii, ut nobis poſte-
„ riſque noſtris, noſtræque Civitatis, & ſub-
„ jectis omnibus ſalus & virtus perficiatur:
„ Ideſt in primis vobis concedimus, & ad
„ firma ſtabilitate permanendum confirmamus
„ vobis Paulo reverentiſſimo Abbati Cellam
„ Sancti Vincentii, quæ eſt propria ſupra-
„ ſcripti veſtri Monaſterii ſita in hac Parthe-
„ nope, & à Deo protecta Civitate noſtra,
„ in platea, quæ vocatur Furcellenſe, Vico
„ qui vocatur Placidum, cum domos, & or-
„ ta, & cum omni ejus pertinentia, ut à nul-
„ lis exactoribus noſtris, ideſt Loci Servato-
„ ribus, Tribunis, Vicariis, vel quipiam ex
„ Creditoribus de cujuſcumque conditionibus
„ fuerit, ſive de Sacerdotalibus, aut Seculari
„ ordine, vel à quibuſcunque agentibus, in
„ eadem Cella ejuſque pertinentiis repigno-
„ rare facere præſumat, vel aliquam cauſam
„ exinde tollere, aut contrare licentiam ha-
„ beant per qualecunque modum, vel teno-
„ re, & domum, ſive Clericum, aut Sacer-
„ dotem, vel Monachum, quem vos ac po-
„ ſteris veſtris ibidem in ipſa Cella ordinave-
„ ritis, à nullis de noſtris ſubjectis & perti-
„ nentiis de quibuſcunque ordinibus non ha-
„ bet licentiam per qualecunque modum mo-
„ leſtare, aut hominem, vel peculium ejus in
„ qualecunque ratione in angaria minare, aut
„ occupare conceſſimus & largimus vobis, &
„ in ſupradicto Sancto Monaſterio integra
„ Cella Sancti Soſſii ſita in Liburias loco Pan-
„ tano cum integro ipſo Gualdo, in quo ipſa
„ Eccleſia ædificata eſt, ſicut per cohærentias
„ & fines eum ſegregamus. Et in una parte
„ menſuram ponimus, ab una denique parte
„ via, quæ dicitur Vicana, habente exinde
„ paſſus numero MCCCCXV. De ſecunda
„ namque terra, quæ dicitur Campu de Cu-
„ puli, & ſicut perrexit in via, quæ venit da
„ Ignanu per ipſum Gualdum, & vadit ad
„ ipſam Piſcinam, & revolvit ſuper ipſam
„ Piſcinam, & vadit per ipſum Pantanum
„ veſtri Monaſterii ad ipſum Frigidum majo-
„ rem, & decernit via ipſa inter hæc terra,
„ qui dicitur Gualdo, & Terra de Tortora,
„ qui commune eſt inter pars noſtræ militiæ,
„ & pars veſtri Monaſterii. De tertia verò
„ parte ipſum Pantanum; de quarta autem
„ parte via, quæ dicitur Ducenta, ſicut inci-
„ pit de ipſum Pantanum, & vadit ad dire-
„ ctum per terram, unde aliquando via per-
„ rexit circa terram, quam detinent homines
„ de Bacapoli, & conjungit cum prædicta
„ via Vicana, ubi ipſam menſuram poſui-
„ mus. Ita ut integrum eundem Gualdum
„ cum jam dicta Cella veſtra Sancti Soſſii, &
„ omnibus pertinentiis earum à vobis, poſte-
„ riſque veſtris ſit conceſſum, & traditum, fa-
„ ciendum quod volueritis abſque omni cujuſ-
„ libet de noſtris pertinentibus & poteſtaribus
„ contrarietatem, vel requiſitionem. Inſuper
„ conceſſimus & largimus, & ſtatuentes fir-
„ mamus, ut nullus Neapolitanus, vel qua-
„ liſcumque homo ſub jure Ducatus noſtri,
„ qui ſunt, vel fuerint in ſupraſcripta Cella
„ veſtra Sancti Soſſii, aut in jam dicta Wal-
„ du, vel in omni ejus pertinentia, ad pigno-
„ randum introire licentiam habeat per qua-
„ cumque cauſationem habuerit cum quali-
„ cumque homine à partibus Langobardo-
„ rum, per nullum tenorem aut ingenium
„ præter ſi cauſationem habuerit cum ipſo
„ Sancto veſtro Monaſterio, & voluerit pars
„ veſtri Monaſterii cum illo finem facere per
„ duas, aut tertias compellationes. Iterum
„ concedimus vobis & per vos in ſupraſcri-
„ pto Sancto veſtro Monaſterio confirmamus
„ omnes licere, & pertinentiam, quam jure
„ parti noſtræ habuit, vel habiturus fuerit pro
„ partibus militiæ ſuæ per fundora fundata,
„ & ex fundata vivorum & mortuorum, aut
„ per alia qualicunque ratione, vel tenore,
„ in ipſa Cella veſtra, & jam dictum Wal-
„ dum in ejus pertinentiam. Iterum concedi-
„ mus & confirmamus vobis, ut nullus Vice-
„ dominus, aut exactoribus noſtris laborantes
„ proprios de ipſo Waldo, aut de ipſa ſilva,
„ & Pantano, tollere præſumat, aut in anga-
„ rias, aut in quolibet alio ſervitio minare,
„ aut facere amodo, & in perpetuis tempo-
„ ribus, ſervis, & ancillis veſtri Monaſterii
„ pertinentes, vel à Collectitiis, qui ibidem
„ ha-

(1) Chronici characteres heic adnotari ſub Conſtantino Porphyrogenneta, & Romano Lecapeno non alium mihi deſignant Annum, quam 948. At quei ad Annum illum memoratur Paulus Abbas, qui Anno tantum 962. Vulturnenſi Cœnobio præeſſe cœpit? Ad unum Leonem Abbatem referenda hæc eſſent. Vide ſupra Johannis & Marini Ducum Privilegium.

Digitized by Google

„ habitaverint, nullas angarias, aut ſubje-
„ ctiones in jure publico Ducatu noſtro fa-
„ ciant per nullum modum. Conceſſimus &
„ largimus vobis, poſteriſque veſtris, & li-
„ cere tribuimus, ut omni tempore liceat
„ Monachis veſtri Monaſterii ſervos, & an-
„ cillas, Aldiones, aut quoslibet pertinentes
„ fuga lapſi ſupraſcripti Monaſterii in noſtra
„ Civitate Neapoli, aut in quolibet Capellis
„ nobis ſubjectis invenire per ſe, aut per Miſ-
„ ſos ſuos comprehendere, & in ſuo ſervitio
„ reducere eos abſque noſtra, poſteriſque no-
„ ſtris, & de cunctis noſtris ſubjectis con-
„ trarietatem vel antepoſitionem. Iterum
„ concedimus, & confirmamus vobis, ut nul-
„ lus homo à partibus noſtris præſumat in
„ ſupraſcripto Pantano, & ſilva jam dicti ve-
„ ſtri Monaſterii introire, aut & lignum exin-
„ de incidere, vel fraſcas, vel perticas, aut
„ animalia ibidem paſcere abſque abſolutio-
„ ne, & voluntate Præpoſiti ipſius Cellæ, &
„ Vice-Domini ejus. Quòd ſi contra hanc con-
„ ceſſionem noſtræ inſtitutionis quoquomodo
„ agere, vel venire tentaverit, noſtrumque
„ decretum ex hoc violare præſumpſerit,
„ componere facimus & obligamus ad Præ-
„ poſitum ipſius Cellæ, & ad pars veſtri Mo-
„ naſterii pœnæ nomine auri libras centum,
„ & hæc noſtra conceſſio largitatis, ut ſupe-
„ riùs legitur, ſit firma in perpetuum. Et ſic
„ ſtatuimus & firmamus, ut ulteriùs nullus
„ audeat de his, quæ à nobis collata ſunt
„ vobis, poſteriſque veſtris, vel ſupraſcriptis
„ ante veſtri Monaſterii, & Cellæ, quàcunque
„ requiſitionem aut amaricationem facere, &
„ nec nos, nec poſteris noſtris, qui poſt nos
„ in noſtro honore locoque Duces acceſſerint,
„ per nullum modum, ſed ſicut ſuperiùs le-
„ gitur, & nos pro amore patrocinio Sancti
„ veſtri Monaſterii Beati Vincentii ordinavi-
„ mus, & conſtituimus, ſit perennis, ac per-
„ petuis temporibus firmum & permaneat ubi-
„ cumque inventum, & relectum fuerit apud
„ omnibus Judicibus ſeu poteſtatibus. Quam
„ conceſſionem, ſicut ſuperiùs legitur, à no-
„ bis factam Andreas Primarius, & Scrinia-
„ rius ſcribere præcepimus, in qua & nos
„ ſubter pro ejus firmitate manus noſtras pro-
„ prias ſubſcripſimus, die, & Indictione ſu-
„ praſcripta feliciter.

Eodem quoque tempore prædictus Pater Paulus Privilegium accepit à Domno Johanne Papa Duodecimo hujuſmodi cum ſuis inſignibus.

Bulla Johannis XII. Papæ, qua Monaſterio Vulturnenſi S. Vincentii omnia illius jura ac Privilegia confirmat. Anno DCCCCLXII.

„ JOhannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei,
„ Paulo Venerabili Abbati, & Monaſterio
„ Sancti Vincentii Martyris Chriſti ſitum
„ ſuper fontem Vulturni fluminis, partibus
„ Samniæ, territorio Beneventano, & per te
„ in eodem Venerabili Monaſterio tuis ſuc-
„ ceſſoribus regulariter promovendis in per-
„ petuum. Cum magna nobis ſolicitudine
„ cura inſiſtit pro univerſis Dei Eccleſiis, ac
„ piis locis vigilandum, ne aliquam neceſſi-
„ tatis jacturam ſuſtineant, ſed magis propria
„ utilitate ſtipendia conſequantur. Ideo con-
„ venit nos Paſtorali tota mentis integritate
„ eorundem venerabilium locorum maximè
„ ſtabilitatis integritatem procurare, & ſe-
„ dulè eorum utilitati ſubſidia conferre, ut
„ Deo noſtro omnipotenti id quod pro ejus
„ ſancti nominis honore, etiam ad laudem
„ atque gloriam ejus Divinæ Majeſtatis Ve-
„ nerabilibus conlatum eſt locis, ſit acceptа-
„ bile nobis, quod ad ejus locum pleniſſima
„ miſericordia dignum hujuſmodi pii operis
„ in ſidereis conferatur actibus remuneratio.
„ Igitur quia petiſtis à nobis, quatenus Mo-
„ naſterium Beati Vincentii Martyris ſitum
„ ſupra fluvium Vulturnum territorio Bene-
„ ventano partibus Samniæ unà cum perti-
„ nentiis ſuis, & Monaſteriis, videlicet Mo-
„ naſterium Beati Petri Apoſtoli ſitum juxta
„ fluvium Sabbati territorio jam dicto Bene-
„ ventano; ſed & Monaſterium Sanctæ Dei
„ Genitricis Mariæ in loco Sano; item Mo-
„ naſterium Salvatoris Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti, quod poſitum eſt in Aliſe; nec
„ non & Monaſterium in honore Sanctæ Ma-
„ riæ ædificatum videlicet in territorio Mar-
„ ſicano loco Apinianici. Porrò Monaſte-
„ rium Sancti Mauri infra Comitatum Ati-
„ nenſem; quàm & aliud Monaſterium San-
„ ctæ Dei Genitricis Mariæ ſitum in territo-
„ rio Pennenſe in loco, qui dicitur Marano;
„ nec non & Monaſterium aliud conſecratum
„ in honore Sanctæ Dei Genitricis Mariæ lo-
„ co, qui dicitur Duas Baſilicas; quàm unà
„ cum aliis Monaſteriis & Cellis, Maſſis, &
„ caſis, caſalibus, cum ſervis, & ancillis
„ utriuſque ſexus ibidem reſidentibus, cum
„ omnia & in omnibus ſuis pertinentiis, tibi,
„ aliiſque ſucceſſoribus Abbatibus, qui ibi-
„ dem in tempore fuerint, concedamus, ut
„ ſub jurisdictione ſanctæ noſtræ, cui Deo
„ auctore deſervimus, Eccleſiæ, vobis deti-
„ nendum, nullius alterius Eccleſiæ jurisdi-
„ ctionibus ſubmittatur. Pro qua re piis de-
„ ſideriis faventes, hac noſtra auctoritate,
„ quod expoſcitis mancipamus. Et ideo con-
„ cedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus
„ Abbatibus licentiam Apoſtolicæ Sedis no-
„ ſtræ, ut quamlibet Chriſtianitatem indi-
„ gentibus in præfato venerabili Monaſterio,
„ qualis Epiſcopus vobis ad invitandum ire
„ volueritis, habendi poteſtatem omnimodo
„ concedimus, ad Eccleſias conſecrandas, &
„ ſimiliter ordinationem de Subdiaconibus,
„ & Diaconibus per tempora faciendam, &
„ de omni gradu Eccleſiaſtico ibidem in tem-
„ pora implendum. Proteſtamur etiam, ut
„ nullus Epiſcopus exinde debeat Subdiaco-
„ nem ad ſuam Synodum provocare, niſi ſua
„ fuerit propria voluntas, aut Abbatem, vel
„ Monachum nullo modo judicare, vel ex-
„ communicare: Volumus etiam, & Apo-
„ ſtolicam injungimus auctoritatem vobis ve-
„ ſtriſque ſucceſſoribus Abbatibus, qui ibi-
„ dem in tempore ordinati fuerint, ut ſi Sa-
„ cerdos, vel Clerici de quacunque Eccleſia
„ venerint ad habitandum congregationem
„ Fratrum, ſive Monachicum ſuſcipiendi ha-
„ bitum ſe contulerint, ſtatim recipiantur.
„ Chriſma verò, & firmatam à quali Epi-
„ ſcopo vobis voluntas fuerit impetrandi,
„ liceat ſemper, & ſecundùm, ut diximus, ſub
„ Apoſtolicam noſtram poteſtatem. Et om-
„ nem cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in præ-
„ fato venerabili Monaſterii ditionem quam-
„ libet habere, ac auctoritatem, præter
„ Sedem Apoſtolicam, prohibemus, ita ut
„ niſi ab Abbate Monaſterii fuerit invita-
„ tus,

Digitized by Google

„ tus, nec Miſſarum ibi ſolemnitates quiſ-
„ piam celebrare præſumat. Statuentes in-
„ ſuper Apoſtolica cenſura ſub divini ju-
„ dicii obteſtatione, ſed & validis atque
„ atrocibus anathematis interdictionibus, ut
„ nullus umquam præſumat quiſpiam alius
„ cujuſcunque dignitatis præditus poteſta-
„ te, vel etiam in eodem Monaſterio ve-
„ nerabili, vel ejus cauſis incumbere, aut
„ de rebus & poſſeſſionibus, vel Eccleſiis ſub-
„ jectis, vel quidquid de his exinde ineſſe
„ videtur, quoquomodo auferre, aut aliena-
„ re, ſed nec quamlibet malitiam, aut jactu-
„ ræ moleſtiam ibidem, ſive pacis, ſive Bar-
„ barorum tempore, quoquomodo inferen-
„ dum, cum præfatum perenniter, ut dictum
„ eſt, tam pacis, quàm Barbarorum tempore
„ firma ſtabilitate decreverimus ſub juriſdi-
„ ctione Sanctæ Eccleſiæ noſtræ permanendum.
„ Promulgantes quoque, & hac auctoritate
„ Beatorum Apoſtolorum Principis, coram
„ Deo, & terribili ejus examine futuro, per
„ hujus noſtri Apoſtolici privilegii, atque
„ conſtituti paginam ſancimus, atque decer-
„ nimus, loca, quæ Abbatibus cujuslibetque
„ vobis in eodem venerabili Monaſterio San-
„ cti Vincentii Martyris Chriſti commutata
„ vel & conceſſa ſunt, necnon & alias loco-
„ rum poſſeſſiones, quæ à Regibus, vel Duci-
„ bus, vel Caſtaldeis, & univerſis Chriſtianis
„ largita, atque oblata ſunt, aut in poſtmo-
„ dum illic conceſſa fuerint, firma ſtabilitate
„ juri ipſius præfati Monaſterii exiſtenda,
„ atque in perpetuum permanenda ſtatuimus;
„ nec licentia ſit, ut dictum eſt, ex ejus, vel
„ omnibus Monaſterii pertinentiis, cuiquam
„ moleſtias inferre, vel ſibi donata auferre à
„ præfato, juxta id quod ſubjectum eiſdem
„ venerabilibus locis Apoſtolicis inſtitutis,
„ atque privilegiis inconcuſſa permaneant.
„ Et liceat eoſdē Monachos de ſua Congrega-
„ tione Abbatem ſemper eligere. Et liceat
„ ipſum Abbatem ſuos qui fuerint judicare
„ Monachos, non ſolùm virile Monaſterium,
„ ſed etiam muliebre ſibi ſubjectum. Si quis
„ autem, quod non optamus, nefario auſu
„ præſumpſerit hæc, quæ à nobis ad laudem
„ Dei pro ſtabilitate jam dicti venerabilis
„ Monaſterii ſtatuta ſunt, refragare, aut in
„ quoquam tranſilire voluerint, anathematis
„ vinculo innodatus, & cum Diabolo, &
„ ejus atrociſſimis, atque Juda traditore Do-
„ mini noſtri Jeſu Chriſti æterno incendio
„ concremandus deputetur. At verò, qui pio
„ intuitu obſervator in omnibus exſtiterit,
„ cuſtodiens noſtri Apoſtolici conſtitutum ad
„ cultum Dei reſpicientem, benedictionis gra-
„ tiam à miſericordiſſimo Domino Deo no-
„ ſtro multipliciter conſequatur, & vitæ æter-
„ næ particeps effici mereatur. Bene Valete.
„ Scriptum per manus Benedicti Scriniarii
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in Menſe Julio,
„ Indictione V., in ſacratiſſima Sede Beati
„ Petri Apoſtoli, VII. Anno Pontificatus Domni
„ Johannis.

Venerabilis autem Abbas Paulus plures hereditates adjuvante Domino acquiſivit, atque recollegit in Apulia, in Liſine, in Alarino, in Canuſia, in Alifi, in Calinola, in Sueſſa, in Tiano, in Sangro, in Balva, & in aliis locis, ſicut hìc continetur.

LIBELLUM DE LISINE.

Charta convenientiæ, ſive emphyteuſis de Eccleſia, Caſtello, & terris ſitis in Leſine, facta nonnullis hominibus à Paulo Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCCLXXI.

„ IN nomine Domini. Vigeſimo octavo
„ Anno Principatus Domni Pandolfi glo-
„ rioſi Principis, & tertio Anno Principatus
„ Domni Landolfi filio ejus, Menſe Februa-
„ rio, Decimaquarta Indictione. Memorato-
„ rium factum à me Paulus humilis Abbas
„ Monaſterii Sancti Vincentii, quod ædifica-
„ tum eſt in fluvio Vulturno, & Madelfrit
„ Clericus, atque Notarius, & Scriba, Advo-
„ catore ejuſdem Monaſterii, de hoc quod in
„ ſacratiſſimo Beneventano Palatio ante ido-
„ neos homines, qui ſubter ſcripti ſunt, or-
„ dine convenientiæ juxta legem dedimus, &
„ tradidimus Johanni filius Maraldi Clerici,
„ & Michaëli Clerici filius Sanni Clerici, &
„ Johannes, filius Johanni Judicis, qui ſunt
„ commorantes ex Civitate Liſine, ipſa Ec-
„ cleſia cum ipſo Caſtello, & ipſo Monti-
„ cellu, pertinentem præfati Monaſterii de
„ finibus ex eadem Civitate Liſine ſuper ipſo
„ fluvio Caldole, & cum ipſo fluvio Sangri,
„ cum piſcatione, & pertinentiis, & terris,
„ & vineis ejuſdem noſtri Monaſterii perti-
„ nentibus de finibus ex ipſa Civitate Liſine,
„ & muricetis ſuis, & cum aliis omnibus,
„ aquis, & paſcuis ſuis ejuſdem Monaſterii
„ noſtri pertinentibus de finibus ejuſdem Ci-
„ vitatis, & caſis, & Caſtris, & Caſaline, &
„ foſſe de intus eadem Civitate pertinentes
„ ejuſdem noſtri Monaſterii, quàm & à foràs
„ eadem Civitate Liſine. Tali tenore illud
„ eorum dedimus & tradidimus cum duc
„ mancipie ejuſdem noſtræ Eccleſiæ, nomina
„ illarum Domeneca, & Segarda cum duo-
„ bus filiis ſuis, ut amodo, & uſque decem
„ annos expletos in integrum illud prælegi-
„ tur, ipſum tenere, dominare, & laborare,
„ & ad laborandum daremus, & ipſum reſi-
„ deremus, & omnem ſuam utilitatem illud
„ peragere, & amodo & uſque in eodem
„ conſtitutum quanta piſcatione in ipſo eorum
„ Dominus dederit, totum illud ſibi habeant,
„ & pro cenſu ipſe, atque de molinum, &
„ de rebus, & de ipſæ caſæ, & caſalinæ, &
„ foſſæ, & de ipſæ ancillæ, & ſervis, annua-
„ liter daretis ipſis, & ſuis heredibus, mihi,
„ vel ad ſucceſſoribus meis, aut mandaretis
„ nobis omni anno in Kalendas Januarias
„ quinquaginta ſolidi Conſtantinopolitani
„ boni peſanti, de quibus guadiam nobis de-
„ derunt ſupradicti Johannes, & Michaële
„ Clericus, & Johannes, & mediatore nobis
„ poſuerunt Ajo Diaconus, & Abbas, & Jo-
„ hannes germanis, filii quondam Roffridi,
„ tali tenore, ut ſi ea quæ perlegitur ipſis,
„ & ſuis heredibus, mihi vel ad ſucceſſori-
„ bus meis, ſeu ad partem jam dicti noſtri
„ Monaſterii non adimpleverint, vel ſi hoc
„ qualitercunque ſe retrahere, aut removere
„ quæſierint, centum ſolidos Conſtantinopo-
„ litanos nobis componere obligaverunt, vel
„ illius hominibus à parte ejuſdem noſtri
„ Monaſterii, eorum in cauſatione oſtende-
„ rint, & omnia, ut dictum eſt, per invitis
„ nobis adimplerent, per eandem guadiam,
„ &

Digitized by Google

„ & præfatos mediatores, & obligatione
„ pœna, & antepoſuerint ad pignorandum
„ ad ipſi mediatori noſtri ſinè calumnia, in
„ omni ſua legitima, & inlegitima, & ad
„ completum eodem conſtitutum remitteremus in integrum illud ad partem jam dicti
„ noſtri Monaſterii, cum quæ de eorum
„ emiſimus, atque firmavimus, per eamdem
„ guadiam, & præfatis mediatoribus, &
„ obligata pœna. Actum Beneventi feliciter.
„ Ego Sikelpoſo Cleric. & Notarius interfui.
„ Ego Gaideriſi.
„ Ego Ademari.
„ Ego Adelſe.
„ Ego Dauſeri me ſubſcripſi.

LIBELLUS DE CANUSIA.

Conceſſio Eccleſiæ Sancti Benedicti ſitæ in Civitate Canuſia, facta Dauferio Clerico libellario nomine à Paulo Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCCLXXVI.

„ IN nomine Domini. Septimo anno Imperii Domni Johannis, cum eo regnante
„ Domno Baſilio, & Conſtantino Sanctiſſimis
„ Imperatoribus noſtris, Menſe Februario,
„ Indictione IV. Ideoque ego Dauferi Clericus filius Johannis de Canuſia, qualiter in-
„ tus Canuſia Civitate ante Petrus Judex, C
„ aliiſque nobiliorum hominum, qui ſubter
„ conſcripti ſunt, declaro quia ante hos dies
„ dedit mihi Domnus Paulus gratia Dei venerabilis Abbas Monaſterii Beati Vincentii,
„ quod fundatum vel ædificatum eſt ſupra
„ fontem Vulturni fluminis in partibus Samniæ, hoc eſt ipſa Eccleſia Beati Benedicti,
„ quæ fundata eſt in prædicta Canuſia, quæ
„ eſt erga Sancta Euphemia, & cum Sancto
„ Simeone, & Sancto Baſilio, & cum Sancto
„ Salvatore, ſeu cum vineis, & terris, &
„ cum totæ ipſæ, atque in mare, quàm &
„ cum omnibus ſuis pertinentiis, ſicut Breve
„ noſtrum continet, in XXIX. annos. Et
„ ego qui ſupra Dauferi Clericus ad præſens D
„ prænominatus Abba, quod jam dedit, &
„ mediatorem exinde poſui Samaro filius Bernardi ex præfata Canuſia, hoc ordine, ut
„ annualiter demus cenſum ad ipſum præfatum Monaſterium Beati Vincentii, quatuor
„ Polli Caprinæ calciatæ, & octo ligatura de
„ Sippie ſiccu. Et ſi hoc non adimplevero,
„ & in cauſa miſſos ejus exinde miſerimus,
„ ſpondi eidem Monaſterio ego, vel meos
„ heredes dare decem ſolidos Conſtantinopolitanos, & quæ perlegitur ad ipſum adimpleamus Monaſterium per invitis, per di-
„ ſtricto mediatore. Hunc Brevem ſcripſi
„ ego Falco Diaconus & Notarius in Canuſia Menſe Februario, & inde ſubſcripſi. E
„ Ego qui ſupra Petrus Judex.
„ Ego Vito Clericus.
„ Ego Liutardus Diaconus.
„ Ego Adelgiſi.
„ Ego qui ſupra Johannes Clericus.

(1) Ergo non Anno 962. Paulus Abbas Leoni in Monaſterio Vulturnenſi ſucceſſit, ſed quidem antea, ut ex hac Charta elucere videtur. Et ſiquidem rectè à Librariis conſignata fuit *Indictio III.* vides, Conſtantinum Porphyrogennetam non abiiſſe è vivis Anno 959. ut Pagius cenſuit, ſed quidem Anno 960. Verùm hæc titubans dico & objicio; fortaſſis enim hæc ad alterum Landulfum & Pandul-

A

DE ALARINO.

Conceſſio libellaria, ſive in emphyteuſim, terrarum in Larinenſi agro ſitarum, facta Claffoni Judici à Paulo Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſi. Anno DCCCCLX.

„ IN nomine Domini. Anno XLVIII. Imperii Domni Conſtantini Imperatoris. &
„ anno XXI. Principatus Domni Landolfi
„ glorioſi Principis, & XVII. Anno Princi-
„ patus Domni Pandolfi filio ejus, menſe Fe-
„ bruario, Indictione tertia. Breve recorda-
B „ tionis factum à me Paulus (1) Abbas Cœ-
„ nobii Sancti Vincentii, qualiter in Civita-
„ te Alarino, ante præſentiam Aczoni Judi-
„ cis, & Abbatis, atque bonis hominibus,
„ dedi ego Claffono Judici ipſe territorie de
„ Campora finibus Larinenſis, quæ ſunt per-
„ tinentes noſtri Cœnobii, ut laboraret, &
„ frugiaret ille amodo, & uſque ad annos
„ XXVII. per fines, ſicut hìc dicimus. Ex
„ una pars finis rivus Turture; ex alia parte
„ finis rivus Tanolfi; à tertia parte finis re-
„ bus Claffonis Judicis, & de conſortis ejus,
„ quomodo vadit per ipſam viam, quæ de-
„ ſcendit ad Fontana rotunda; à quarta parte
„ finis via publica, quæ vadit ad Termole.
„ Per hæc verò finis dedi illud ejuſdem Claf-
„ foni Judici amodo, & uſque ad annos XXVII.
„ ſicut ſcriptum ejus continet. At ille gua-
„ diam dedit mihi, & mediatorem poſuit
„ Ercempertus Clericus germanus ſuus, eo
„ tenore, ut annualiter daret mihi meiſque
„ poſteris decem ſolidos ille, & ſuos heredes.
„ Quòd ſi noluerit illud adimplere, & cauſa-
„ tionem, vel intentionem inde nobis emiſe-
„ rit, placito nobis emiſit in ipſa guadia, &
„ ſupradicto mediatore poſitus daret mihi
„ meiſque poſteris ipſe ſupradictus Claffo
„ Judex ſuiſque heredibus viginti ſolidos
„ Conſtantinopolitanos ex auro. & per invitis
„ adimpleret nobis, ſicut ſupra legitur. Pro
„ quibus hunc Brevem ſcripſi ego Befunius
„ Clericus, & Notarius, & ibi fui in civitate
„ Alarino.
„ Ego qui ſupra Claffo Judex.
„ Ego qui ſupra Aczo Judex, & Abbas.
„ Ego Erkembertus Clericus.

LIBELLUS DE LISINE CUM ECCLESIIS SANCTI JOHANNIS, ET SANCTI FOCATI.

Charta libelli, ſive emphyteuſis, de Eccleſia Sancti Johannis, Foce Sancti Focati, & terris ſitis in Civitate & agro Liſinenſi, facta Erderado Caſtaldio à Paulo Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCCLXXV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti;
„ Vigeſimo (2) ſecundo anno Principatus
„ Do-

fum referenda ſunt. Mirum eſt, quantam confuſionem pariant in Hiſtoria Regni nunc Neapolitani tot Landulfi, Pandulfi, Atenulfi &c!

(2) Reſtituo, ſecundùm Epocham hactenus adhibitam, *Trigeſimo Secundo*. Sed cum Annis iſtorum Principum minimè convenit *Indictio VIII.* quare ſcribendum arbitror *Indict. III.*

Digitized by Google

„ Domni Pandolfi, & ſeptimo anno Princi-
„ patus Domni Landolfi glorioſis Principibus
„ menſe Januario, Indictione octava. Ideoque
„ ego Erderado Caſtaldeus filius cujuſdam
„ Caiderradi habitator ſum Civitati Benevен-
„ tanæ, declaro, quia in præſenti menſe, &
„ Indictione Domnus Paulus Domini gratia
„ Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ſitus ſu-
„ per Vulturni fluminis fontem, per ſcriptum
„ convenientiæ dedit & tradidit mihi qui ſu-
„ pra Erderada Caſtaldeus ad poſſeſſionem
„ meam, & meis heredibus, de illis omni-
„ bus, cui per me datum fuerit, amodo, &
„ uſque in viginti annos expletos: hoc eſt,
„ integris omnibus territoriis præfati ſui Mo-
„ naſterii quæ eſſe videtur infra Civitate
„ Liſine, & foràs ipſa Civitate, ideſt per no-
„ men Eccleſiam Sancti Johannis qui dicitur
„ Caldole cum terris, & vineis & muricе-
„ tis ſuis, & ipſa Foce de Sancto Focato cum
„ pertinentiis ſuis & cum piſcationes ſuas,
„ & cum fluvio Sangri cum piſcatione ſua.
„ & pertinentiis ſuis, & cum omnibus aquis,
„ & paſcuis ſuis, & cum Caſtellis & caſis
„ & curtis ſuis, quantæcunque infra ipſa Civi-
„ tate pertinentes ſunt in præfata Cella præ-
„ fati ſui Monaſterii, inſimul & molina ibi-
„ que conſtructa & ædificata, cum integris
„ finibus, & viis ſuis, & cum pratis, &
„ paſcuis ſuis & cum Caſtellis & caſis, &
„ curtis ſuis, atque padulis, tam in montibus,
„ quàm & in planis & cum aquis, & piſca-
„ riis & integris perſonis Scarabajoli, &
„ Magæ uxoris ſuæ, & cum filiis, & filiabus
„ ſuis, & cum omnia, quæ ad ſupradictum
„ Monaſterium ſuum in ſupradicta Civitate
„ Liſine pertinent ſive infra ipſa Civitate, &
„ foràs ſupradicta Civitate, & per tota per-
„ tinentia ejuſdem loci, excepta perſona
„ Stephani Clerici filii Scarabajoli, quem no-
„ bis non dedit Nam alia omnia ſupradicta
„ mihi qui ſupra Erderadi pro convenientiæ
„ ordine dedit & tradidit ad poſſeſſionem
„ meam, & de meis heredibus, & de illis
„ hominibus, cui exinde per me datum fue-
„ rit, & de terris & de illorum heredibus,
„ uſque in viginti anni completi ſicut noſtra
„ chartula continet, quæ apud me firmatam
„ tenet, quæ ſcripta eſt per Sichepertum No-
„ tarium per talia ſicut convenit inter me,
„ & te uſque ſupradictus Domnus Paulus
„ Abbas pro parte prædicti ſui Monaſterii,
„ in præſentia Adelmundi Judicis & alios teſtes
„ guadiam dedi ego qui ſupra Erderadi tibi
„ qui ſupra Domno Paulo Abbati & mediato-
„ rem vobis poſuimus Dauferi filius cujuſdam
„ Sigenolfi tali tenore, ut amodo, & uſque
„ in viginti anni completi, nos, & noſtris
„ heredibus mandare debeamus vobis vel ad
„ ſucceſſoribus veſtris ad prædictum veſtrum
„ Monaſterium auro ſolido ſex bonos Biſan-
„ tos, & bene peſantes, & piſces bonos pi-
„ ſcatos, & ſ.. es centum, & Anguillæ ſiccæ
„ centum, ova tarecca & ſicca paria quin-
„ quaginta, ad veſtram poteſtatem, & facia-
„ mus ipſa cum inſimul cum ipſos ſolidos
„ annualiter vobis, vel ad ſucceſſoribus ve-
„ ſtris, ſeu ad pars veſtri Monaſterii ad ve-
„ ſtram poteſtatem faciendi quod volueritis.
„ Et ſi nos, vel noſtris heredibus, vel illis
„ hominibus, cui exinde dederimus, quod
„ nos recollexerimus, & habuerimus de ſu-
„ pradicta molina, quantus nos, & noſtris
„ heredibus ſuperjungere & mandare debea-
„ mus vobis, vel ad ſucceſſoribus veſtris, ſeu
„ ad pars ſupradicti veſtri Monaſterii inſimul
„ cum ipſis aliis ſex ſolidos annualiter in ſu-
„ pradicto Menſe Auguſto auro ſolidos qua-
„ tuor bonos Biſantos ad veſtram poteſtatem,
„ ut adimpleamus vobis annualiter ſolidos
„ decem bonos Biſantos, quia ita inter nos
„ convenit. Et hoc ſtetit inter nos in ſupra-
„ dicta guadia, & mediatore, aut nos, aut
„ noſtris heredibus faciamus tacere contra te
„ qui ſupra Domnus Paulus Abbas, & cum
„ ſucceſſoribus tuis, & contra pars ſupradi-
„ cti veſtri Monaſterii pro parte & datum
„ contra ipſos habere voluerit de noſtris re-
„ bus, quæ mihi ſupradicta convenientia de-
„ diſtis, ſi ſcriptionem, qua pars ſupradicti
„ veſtri Monaſterii eorum exinde ad compo-
„ nendum venerit, totam & inclitam ipſam
„ nos & noſtris heredibus vobis, & ad pars
„ ſupradicti veſtri Monaſterii ipſas dare de-
„ beamus, quia ſic inter nos convenit Si au-
„ tem ego qui ſupra Erderado Caſtaldeus, &
„ meos heredes non fecerimus, & non com-
„ pleverimus vobis, & ſucceſſoribus veſtris,
„ & ad ſupradictum Monaſterium omnia per
„ ordinem, ſicut ſuperiùs legitur, centum
„ ſolidos Biſantos pœnæ me & meos heredes
„ vobis, & ſucceſſoribus veſtris componere
„ obligavimus, & omnia per ſupradictam
„ guadiam, & mediatorem compleamus, ad
„ pignorandum, ſi opus fuerit, obligamus
„ vobis, & ſucceſſoribus veſtris, & prædicto
„ veſtro Monaſterio omnia ſupradicta uſque
„ ad legem ſupradictam Dauſeri mediatore.
„ Et taliter ego qui ſupra Erderado Caſtal-
„ deus, ſicut ut ſupra inter nos convenit, fe-
„ cimus; & ita te qui ſupra Sichepertum No-
„ tarium ſcribere rogavimus, eo quòd inter-
„ fuiſtis. Actum Capua feliciter. Amen.
„ Ego qui ſupra Adelmundus Judex.
„ Ego Petrus.
„ Ego Petrus.

JUDICATUM DE LISINE.

Charta Placiti & Judicati, in qua Tadi Præpoſitus Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Landulfo Archiepiſcopo Beneventano, præcedente Judicato producto, cauſam obtinet de Eccleſia Sancti Johannis, Caſtellis, & terris ſitis in Civitate & agro Liſinenſi, contra Fulconem filium Dardani Epiſcopi. Anno DCCCCLXXX.

„ IN nomine Domini Amen. Anno XXXVII.
„ Principatus Domni Pandulfi glorioſi Prin-
„ cipis, & XII. Anno Principatus Domni Lan-
„ dolfi magni Principis filii ejus, Menſe Au-
„ guſto, VIII. Indictione. Memoratorium fa-
„ ctum à nobis Tadi Presbytero, atque Præ-
„ poſito Monaſterii Sancti Vincentii ſiti ſupra
„ Vulturni fluminis fonte, mecum habente
„ Audoaldus Advocatorem ipſius Monaſterii,
„ de hoc quod in ſacratiſſimo Archiepiſcopio
„ Sanctæ Beneventanæ Sedis ante præſentiam
„ Domni Landolfi almifici Archiepiſcopi ejuſ-
„ dem Sedis, ubi coram eo præſentia reſide-
„ bat Ludovicus, & Dauferi Caſtaldeus, atque
„ ejuſdem Beneventanæ Civitatis Judex, ibi-
„ que adeſſent Dauferi Caſtaldeus, & Adel-
„ mari Comes, & Radelchis, alioſque nobi-
„ les teſtes, adjunximus nos in judicio cum
„ Falco filio Dardani Epiſcopi, qui & Johan-
„ nes vocatur, commorantes de Civitate Li-
„ ſina,

Digitized by Google

„ ſina ; & dum conjuncti fuiſſemus , ideo
„ oſtendimus ei una ſcriptione, quæ eſt Judi-
„ cato continentes inter cetera , quomodo
„ præſentia Majonis Judicis aderat ante veſti-
„ gia ſupradicti Domni Pandolfi glorioſi Prin-
„ cipis, venerat Domnus Paulus Abbas ipſius
„ Monaſterii , erga ſe habentem Jaquintum
„ Notarium Advocatorem prædicti Monaſte-
„ rii . Ex parte enim altera venerat ipſe præ-
„ nominatus Falco adversùs quem ipſe ſu-
„ praſcriptus Domnus Paulus Abbas cum
„ prædicto ſuo Advocatore , & oſtende-
„ rat ſex Scriptiones ipſius Monaſterii . quæ
„ ſupradicta glorioſa præfata Poteſtas per or-
„ dinem relegere fecerat . Prima ex ipſæ ſcri-
„ ptiones continebat , quemadmodum dictus
„ Domnus Paulus Abbas, unà cum Madelfrid
„ Clericus, & Notarius, atque Scriba Advo-
„ catore præfati Monaſterii in ſacratiſſimo
„ Beneventano Palatio præſentia ſupraſcripti
„ Domni Pandulfi eximii Principis, ubi ante
„ eum aderat Pando Judici, & alios ejus Ma-
„ gnates , conjunxerat ſe ad legem cum ipſo
„ qui ſupra Falco . & Paone germani filii
„ quondam Johannis Epiſcopi , & cauſaverat
„ cum eis , dicendo : ut à plures annos tene-
„ rent ipſis Eccleſia Sancti Johannis in finibus
„ ejuſdem Civitatis Liſine , ubi dicitur Caldo-
„ le cum terris & vineis , & muricetis ſuis,
„ & ipſa Foce de Sancto Focato cum perti-
„ nentiis ſuis , & aliis omnibus aquis &
„ pertinentiis ſuis , & cum Caſtellis , & caſis,
„ & Curtis ſuis , quanta intus eadem Civitate
„ Liſine , aut à foràs eadem Civitate Liſine
„ pertinerent jam dicti Monaſterii ſui ; & cum
„ ipſum Caſtellum , qui eſt ſuprà ipſum mon-
„ tem ſupradictæ Eccleſiæ ſuæ cum perti-
„ nentiis ſuis , qui eſt ædificato in fluvio Cal-
„ dole ; & ille illud eorum contraſſe ; ob
„ quam cauſam ab eis quæſierat reſponſum
„ audire , & legaliter inde cum eis finem fa-
„ cere , eo quòd dicebant per ſcriptiones to-
„ tum illud tenerent à parte ipſius Monaſte-
„ rii . Quod audientes illi reſponderunt illo-
„ rum , & dixerunt . ut oſtenderent eorum
„ ſcriptiones, quas dicebant inde habere , eo
„ quòd jam completum eſſet ipſum conſtitu-
„ tum , quod illis eos tenere debuiſſent . Illi
„ autem dixerunt, ut ipſæ ſcriptiones habere
„ non poterant , ut eis oſtendere valerent . Ad
„ hæc ſupradicta glorioſa Poteſtas dum tali-
„ ter eodem Falconem , & Paonem germani
„ dicentes auditſent , dixit illis , ut guadiam
„ darent inter ſe . & ponerent mediatorem ,
„ ut ubi illi redirent in Civitate Liſine inqui-
„ rerent , & ſi invenire poterint ipſæ ſcriptio-
„ nes, quod exinde dicebant habuiſſe , conjun-
„ gerent ſe cum parte præfati Monaſterii , &
„ ſic facerent inde finem ſecundùm legem .
„ Illi autem dixerunt ut nullo modo ipſæ
„ ſcriptiones habere poterant . Inſuper volun-
„ tariæ ſuæ remiſerunt ad partem jam dicti
„ Monaſterii habendum ſupradicta Eccleſia
„ Sancti Johannis, & Caſtellum , & vineis, &
„ terris , & ipſa Foce de Sancto Focato cum
„ pertinentiis ſuis, & piſcationes ſuas cum
„ ipſo fluvio Sangri cum pertinentiis ſuis ,
„ & cum ipſis omnibus aliis aquis, Curtis ,
„ Caſis, intus eadem Civitate Liſine , & à fo-
„ ràs eadem Civitate pertinentes ejuſdem Mo-
„ naſterii , & ipſis ſervis , & ancillis cum ipſo
„ molino, ſicut illum in integrum remiſerunt
„ ad partem ipſius Monaſterii habendum, quo-
„ modo illud dixerant à parte ejuſdem Mo-
„ naſterii uſque tamdiu tenerent , de quibus
„ per bonam convenientiam obligaverat ſe
„ jam dictus Falco, & Pao cum ſuis heredi-
„ bus ſuperiùs dicto Domno Paulo venerabili
„ Abbate , & ſucceſſoribus tuis , ſeu ad par-
„ tem ipſius Monaſterii , & illius homini, qui
„ à parte ejuſdem inde tenuerit . Quòd ſi ali-
„ quando adveniente tempore ipſi , aut illo-
„ rum heredibus cum eo , aut cum ſucceſſo-
„ ribus ſuis , vel cum parte ejuſdem Mona-
„ ſterii cauſare , aut contendere quæſierint
„ per qualeſcumque inventas rationes, volen-
„ dum eis tollere inde , vel minuare ; aut ſi
„ aliqua intentione inde eis præponere præ-
„ ſumpſerit , vel ſi aliqua ſcriptione inde eis
„ oſtenſerit , trecentos ſolidos Conſtantinos ad
„ parte ipſius Monaſterii componere obliga-
„ vit , & in antea exinde taciti permanerent .
„ Et ipſæ aliæ Scriptiones in ipſo judicio re-
„ lectæ fuerant , ſicut in eodem Judicato con-
„ tinere videtur . Cùm autem Domnus Paulus
„ venerabilis Abbas contra prædictum Falco-
„ nem cauſaverat , dicendo , ut poſtquam cum
„ prædicto Paone germano ſuo ſe manifeſtaſ-
„ ſet , & concluſiſſet de ſupradicta Eccleſia
„ Sancti Johannis, & de omnibus rebus, quas
„ ſupra legitur , poſtea illud contraſſet eidem
„ Domnus Abbas , & ad partem ipſius Mona-
„ ſterii , & unde ipſe Falco manifeſtaverat ,
„ dicendo : ut ea omnia ſupradicta ei , nec ad
„ partem ipſius Monaſterii numquam contraſ-
„ ſe . Inſuper voluntariè ſua cœpit manife-
„ ſtare , & dicere , ut prædictæ Scriptiones ,
„ quæ ipſe Domnus Paulus Abbas oſtenſerat ,
„ in omnibus , ſicut continent , veritoſæ eſ-
„ ſent , & da omnibus ſupradictis rebus , &
„ ſubſtantiis , ſeu de continentiis , & perti-
„ nentiis ſuis , quæ ipſæ Scriptiones continent ,
„ nullam eis pertinerent , & non haberent
„ Scriptionem , & rationem , per quam ille ,
„ vel heredes ſuos de omnibus ſupradictis re-
„ bus cauſare , aut contendere poſſet ; & ob-
„ ligaverat ſe ſemper inde , aut permanerent ,
„ & nec per Scriptiones , nec per hereditatio-
„ nem , nec per poſſeſſionem , nec per ullam
„ inventam rationem adversùs ipſum Domnum
„ Paulum Abbatem , vel ejus ſucceſſoribus ,
„ nec ad partem ipſius Monaſterii inde cau-
„ ſare , non quærerent per pœna obligata ſo-
„ lidos mille Biſanteos , & cetera quæ in eo-
„ dem Judicato legitur , ſcriptum eodem Ju-
„ dicato per Johannem Notarium , qui inter-
„ fuerat in anno XXXIV. Principatus ſupra-
„ dicti Domni Pandulfi glorioſi Principis , &
„ VIII. Anno Principatus Domni Landulfi filii
„ ejus Menſe Septembris , V. Indictione ; &
„ ibi ſunt roborati ſupradicto Majo Judex ,
„ & Audoaldus , & Pandolfus Comes , & Nan-
„ tari .

„ Cùmque jam dicto Judicato oſtenſo , &
„ coram prædicto Landolfo almifico Archie-
„ piſcopo , & coram ipſis Judicibus , ceteriſ-
„ que viris ibi aſtantibus , relectum fuiſſet in
„ auribus præfati Falconis : tunc ego præno-
„ minatus Tadi venerabilis Presbyter , atque
„ Præpoſitus , unà cum præfato Advocatore
„ meo cauſavimus contra eum dicentes , ut
„ vos contradiceretis ipſum Judicatum , &
„ omnia , quæ continet ipſum Judicatum , ut
„ diceretis falſum eſſe , & non veritoſum . Ad
„ hæc interrogavit eum ipſe Domnus Archie-
„ piſcopus , & ipſi Judices , quod inde dice-
„ rent . Ille autem cùm hæc audiſſet , volun-
„ tariè manifeſtavit , & dixit , ut ipſum Judi-
„ ca-

Digitized by Google

„ catum in omnibus ſicut continet veritoſum
„ eſſe, & eum contradicere nullo modo va-
„ leret. Inſuper voluntariè ſe obligavit, &
„ ſuis heredibus, ut ſi aliquando tempore per
„ quodlibet ingenium, aut humana aſtutia
„ ipſum Judicatum irritum facere quæſierit,
„ aut contradiceret omnia, quæ continet
„ ipſum Judicatum, aut ſi hoc retornare, aut
„ removere voluerit, centum libras auri ipſe,
„ & ſuos heredes ad partem ipſius Monaſterii
„ Sancti Vincentii, ejuſque Abbatibus, atque
„ Rectoribus componere obligavit pœnam..
„ ..... ſeu illius homini, qui has Scriptio-
„ nes pro parte ipſius Monaſterii illorum oſten-
„ derit, & in antea omni tempore exinde ta-
„ citi permaneamus. Ego Balſamus Notarius
„ interfui & ſcripſi eodem ſacratiſſimo Ar-
„ chiepiſcopio Beneventano. Ego qui ſupra
„ Ludovicus. Ego qui ſupra Dauferi me ſub-
„ ſcripſi. Ego qui ſupra Radelchis me ſub-
„ ſcripſi. Ego qui ſupra Teudelgrimus....
„ Ego qui ſupra Adelmari Comite. Ego qui
„ ſupra Dauferi. Ego Guitinolfus.... Ego
„ Madelfrit.... Ego Gondelgardus.

LIBELLUS DE ALIFE, ET ECCLESIA SANCTI SALVATORIS.

Conceſſio libellaria, ſive in emphyteuſim, de terris ſitis in Alifenſi agro, facta nonnullis hominibus à Paulo Abbate Vulturnenſi. Anno fortaſſe. DCCCCLVIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Anno XIX. Principatus Domni Landulfi
„ glorioſi Principis, & Anno XV. Principa-
„ tus Domni Pandolfi ejus filio, Menſe Julio,
„ Indictione Prima. Ideoque nos Paulus (1)
„ Domini gratia Abbas Monaſterii Sancti
„ Vincentii ſitus ſupra Vulturni fluminis fon-
„ tem, manifeſtum facimus, quia auxiliante
„ Domino ſuperiùs dictum noſtrum Monaſte-
„ rium multis ditatum eſt rebus, & ſubſtan-
„ tiis, inter quos & habemus terris cultis, &
„ incultis in finibus Alife, & in finibus Pra-
„ ta, quam excolere minimè valemus. Unde
„ conjunctos Fratres & Monachos prædicti
„ noſtri Monaſterii, & inito cum eis conſilio,
„ ne taliter eam terram haberemus, cunctis
„ congruum paruit, ut ſi inveniremus homi-
„ nes, qui eaſdem terras à nobis per conve-
„ nientiam ſecundùm legem recipere vellent
„ amodo & uſque in annos decem expletos,
„ nobiſque, & ad pars ejuſdem noſtri Mona-
„ ſterii per ſingulos annos darent exinde ter-
„ raticum ad pars prædicti noſtri Monaſterii
„ qualiter inter nos convenerit uſque ad jam
„ dictum conſtitutum, daremus eis ipſas per
„ convenientiam ſecundùm legem, & reci-
„ peremus ab eis exinde per ſingulos annos
„ illud, quod inter nos convenit. Sed hoc
„ cùm publicè divulgatum fuiſſet, venerunt
„ Landulfus, & Lando germani filii quondam
„ Atenolfi, & Landemari filius quondam
„ Aczoni, & Athanaſius filius quondam Gre-
„ gorii, qui dixerunt præfatis terris à nos
„ per convenientiam ſecundùm legem recipe-
„ re vellent, & nobis ex ipſo per ſingulos an-
„ nos uſque ad jam dictos decem annos ex-
„ pletos, nobis, & pars præfati noſtri Mona-
„ ſterii in ejuſdem locis quantum frugum in-
„ de tulerit quartam partem. Sed cùm
„ utriuſque congrueret convenientiam iſtam
„ ſecundùm legem fieret, convocavimus in-
„ ter nos Atenolfum Caſtaldeum & Judicem,
„ & ſubſcriptos idoneos homines, qui no-
„ biſcum intereſſe dixerunt, ſicut in lege
„ ſcriptum eſt de convenientia, & ita firma-
„ vimus infra nobis exinde per chartula of-
„ fertionis, & convenientiæ. Idcirco ego jam
„ nominatus Paulus Domini gratia Abbas, unà
„ cum conſenſu Fratrum prædicti noſtri Mo-
„ naſterii, & erga nos habendo Petrum No-
„ tarium Advocatorem præſcripti noſtri Mo-
„ naſterii, per hanc chartulam in conve-
„ nientiæ ordine ſecundùm legem dedi-
„ mus & tradidimus vobis ſupranominа-
„ tis Landolfi, & Landoni germanis, &
„ Laudemari, & Atanaſi integris ſuperiùs
„ dictis rebus jam dicti noſtri Monaſterii,
„ quæ habemus, ut diximus, in finibus
„ Alife, & in Prata, ideſt terris cultis &
„ incultis, amodo, & uſque ad jam dictos
„ decem annos expletos. Quibus una ex ipſis
„ terris videtur in Domo culta, finem habet
„ ex una parte rivus; ex alia parte fine via
„ publica; à tertia parte terra, & Curte de
„ Caſalichi; à quarta parte monte: Alia pe-
„ tia in Limata rotunda, ab una parte flu-
„ vio Vulturno; ex alia parte rivo; à tertia
„ parte terra Eccleſiæ Sancti Salvatoris, &
„ ſubjecta eſt noſtro Monaſterio; à quarta
„ parte terra de Corritu. Tertia petia, quæ
„ dicitur ad Formam; ex una parte terra de
„ ipſis Mauriſci; ex alia parte fluvio Vul-
„ turno; à tertia parte juxta Formam; à
„ quarta parte via, quæ pergit ad.....
„ Quarta petia ſub Claranicu; ex una parte
„ fontana cum aqua viva; ex altera parte
„ Claranicu; à tertia parte fluvio Vulturno;
„ da quarta parte terra Bertefrit. Alium
„ campum dicitur Lectavicu; ex una parte
„ via antiqua, quæ redit de ipſa Cripta; ex
„ alia parte valle; de tertia parte via, quæ
„ eſt ſtrada; & quarta parte monte. Terra
„ de Prata primo campo nomen terra Albola,
„ & nomen campo Becupola, ex una parte
„ ipſa Caoſola; de duo pacte limiti; à quar-
„ ta parte via publica. Alio campo in Pac-
„ ciano, quod nomen ad ipſe Canninate de
„ Andrea Præpoſito; una parte monte; alia
„ parte ipſe Pentomæ, quæ deſcendunt inter
„ hæc terra, & terra Urſi Fuſci, & terra
„ Sanctæ Sophiæ. Simulque & per eadem
„ convenientia dedimus, & tradidimus vobis
„ etiam reliquis omnibus territoriis perti-
„ nentibus jam dicti noſtri Monaſterii de ea-
„ dem finibus Alife, & in finibus Prata, ubi-
„ cunque inde inventum dederit, abſque Ec-
„ cleſia Domini Salvatoris, quæ eſt Cella no-
„ ſtri Monaſterii Sancti Vincentii, & de per-
„ tinentiis ejuſdem, cum viis, & aquis, &
„ anditis ſuis, cum ſepis, & limitibus, &
„ cum pertinentiis ſuis, & cum omnibus in-
„ ferioribus, & ſuperioribus ſuis, ad haben-
„ dum, & poſſidendum, & dominandum, &
„ fruendum ipſa omnia, quæ vobis ſuperiùs in
„ convenientia dedimus & tradidimus vobis,
„ &

(1) Niſi ſit ad alium Landulfum ac Pandulfum referenda hæc Charta, ſpectat ipſa ad Annum 958. quo tamen, ſi Chronographo noſtro acquieſcendum foret, nondum Paulus Abbas ſuum inierat regimen. Vide ſupra alteram ſimilem. Ego in ea ſententia acriùs perſto, citiùs quàm Hiſtoricus noſter cenſuerit, conſignandam eſſe Pauli Abbatis electionem.

Digitized by Google

„ & veſtris heredibus in omnibus veſtræ po-
„ teſtatis, amodo, & uſque in ſupradictos de-
„ cem annos expletos, dare debeatis in eiſdem
„ locis ad Miſſos noſtros de ipſa frugia quar-
„ tam partem, & vos, & veſtris heredibus
„ habeatis exinde partes tres, qualiter inter
„ nos convenit. Unde ea omnia, quæ vobis
„ ſuperiùs per jam dictam convenientiam de-
„ dimus, & tradidimus, nobis, & ſucceſſori-
„ bus noſtris, nec alicui nullam reſervavi-
„ mus, amodo, & uſque ad jam dictos decem
„ annos expletos. Obligamus nos, & ſucceſ-
„ ſoribus noſtris, vobis & veſtris heredibus
„ omnia ſupradicta, quæ vobis per jam di-
„ ctam convenientiam dedimus & tradidi-
„ mus, defendere, & anteſtare ab omni-
„ bus hominibus, ab omnique partibus,
„ pro eo quòd ſic inter nos convenit. Com-
„ pletos verò ſuperiùs dictos decem an-
„ nos omnia ſupradicta, quæ vobis ſuperiùs
„ per jam dictam convenientiam dedimus at-
„ que tradidimus, remaneant ad poſſeſſionem
„ ſuperiùs dicti Monaſterii, & ejus Abbati-
„ bus, & Rectoribus. Nam ſi nos qui ſupra
„ Paulus Abbas vel ad ſucceſſoribus noſtris
„ amodo, & uſque ad jam dictos decem an-
„ nos expletos hac convenientiæ chartula
„ per qualecunque ingenium diſrumpere,
„ aut removere quæſiverimus, aut ſi non fe-
„ cerimus, aut non compleverimus omnia
„ & in omnibus, ſicut ſuperiùs diximus, &
„ inter nos convenit, quinquaginta Bizanteos
„ ſolidos pœna nos, & ſucceſſoribus noſtris,
„ vobis & veſtris heredibus componere obli-
„ gavimus pro eo quòd ſic inter nos conve-
„ nit, & ita inter nos exinde præfatæ conve-
„ nientiæ dedimus, fecimus, & firmavimus.
„ Et taliter nos qui ſupra Paulus Abbas unà
„ cum conſenſu Fratrum & Monachorum
„ prædicti noſtri Monaſterii, & erga nos ha-
„ bendo Petrum Clericum, & Notarium, Ad-
„ vocatorem ejuſdem noſtri Monaſterii, qua-
„ liter nobis congruum fuit ſuam legem fe-
„ cimus & te Petrum Notarium ſcribere ro-
„ gavimus. Ego qui ſupra Paulus Abbas. Ego
„ Bonitius Presbyter, & Monachus. Ego Vi-
„ gibuntius Sacerdos, & Monachus. Ego Pe-
„ trus Sacerdos, & Monachus. Ego Johannes
„ Subdiaconus, & Monachus. Ego Petrus
„ Clericus, & Notarius. Ego qui ſupra Ate-
„ nolfus Caſtaldeus, & Judex. Ego Majo Ca-
„ ſtaldeus. Ego Madelfrit.

DE PRATA CUM ECCLESIA SANCTÆ MARIÆ.

Paulus Abbas Sancti Vincentii Vulturnenſis libellario nomine quibuſdam hominibus concedit terras in agro Pratenſi poſitas unà cum Eccleſia S. Mariæ. An. DCCCCLXXVII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni, Trigeſimo tertio Anno Princi-
„ patus Domni Pandolfi glorioſi Principis, &
„ Quarto Anno Principatus Domni Landolfi
„ filio ejus, Menſe Februario, V. (1) Indi-
„ ctione. Memoratorium factum à me Paulus
„ Dei gratia Abbas Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii ſitus ſuper Vulturni fluminis fontem, de
„ eo quod præſentia Majonis Judicis, & alio-
„ rum teſtium, ego mecum habendo Dauferi

„ Advocatorem præfati noſtri Monaſterii de-
„ claro, quia in præfato Menſe, & Indictione
„ per ſcriptum convenientiæ libellario ordi-
„ ne dedimus Johanni filius Alberti, qui fuit
„ de Balba, & Andreæ filius Johannis de præ-
„ fato loco, & Sicardus filius Petri, & Urſu
„ filius Urſi, & Sabbatinus filius Landonis,
„ qui fuit de Falugrino, amodo & uſque in
„ viginti novem annos expletos, hoc eſt terra
„ jam dicti noſtri Monaſterii, quam habemus
„ in finibus Prata, quæ nominatur Terra Al-
„ bola, & ad Cupola, quæ habet fines: pri-
„ ma parte fine Salini; de ſecunda parte via
„ publica; de tertia parte fine Limite, &
„ qualiter deſcendit uſque ad ipſam fonta-
„ nam; de quarta fine terra de monte.
„ Ideo præfatis terris eis dedimus ad tenen-
„ dum, & laborandum, & excolendum amo-
„ do & uſque in XXIX. annos completos in
„ omni ratione & indictione, ſicut in eodem
„ ſcriptum libellario continere videtur. Ideo
„ pro talia guadiam nobis dederunt ipſi præ-
„ nominati Johannes, & Andrea, & Sicar-
„ do, & Urſo, & Sabbatino, & mediatores
„ nobis poſuerunt pro ſinguli ſe ipſi taliter,
„ quatenus amodo, & uſque in ſupradicti
„ XXIX. anni completi debeant illi, & ſuo-
„ rum heredibus, & homini illi, qui illic
„ voluerint ipſo tempore laborare, cultare,
„ & ad cultum perducere, ſeminare, metere,
„ & tritulare, & vineæ ibidem paſtinare, &
„ ipſa Eccleſia vocabulo Sanctæ Mariæ, quæ
„ ibi conſtructa eſt liceat ipſa illi conciare, &
„ ædificare juxta rationem, & facere ibidem
„ ordinem Sacerdotalem & Dei laudem per-
„ ſolvere, qualiter meruit, & in præfatis ter-
„ ris facere caſa, & vinea, & ortoria, &
„ ibidem facere omnem ſuam utilitatem uſque
„ in ſupradictum conſtitutum, quæ eorum ne-
„ ceſſe fuerit juxta rationem, & conven-
„ tum; & victualium, & vinum, ſeu alia
„ frugia, quæ illis Deus exinde annualiter
„ dederit, dividere debeant pars ipſi jam di-
„ cti Monaſterii noſtri, ſicut ceteris aliis ho-
„ minibus dividunt cum ſuis portionariis, qui
„ in eodem loco terris ſunt, & in parte labo-
„ rant, & ipſa parte noſtra adſignent ad miſ-
„ ſum præfati noſtri Monaſterii ibi in prædi-
„ cto loco, & victualium Adarcara, vinum
„ ad palmentum ibi dividere debeamus; &
„ quale ex vobis, aut ex veſtris heredibus in
„ parte præfati noſtri Monaſterii ſervire vo-
„ luerit ad caballum, liceat eis nobis ſervire,
„ quando nos voluerimus pro frugia ipſa.
„ Ego & poſteros meos, & pars jam dicti
„ noſtri Monaſterii defendamus illis & eo-
„ rum heredibus præfatis terris cum viæ ſuæ
„ intrandi & exeundi ab omnibus hominibus
„ amodo & uſque in præfatum conſtitutum.
„ Et de porci eorum, qui ibidem habuerint,
„ dare exinde debeant annualiter in parte no-
„ ſtri Monaſterii Eſcaticum, ſicut dant Eſca-
„ ticum aliis hominibus, qui ibidem habitant
„ in ipſo Comitatu de prædicto loco Prata.
„ Quippe ſunt completi prædicti anni, liceat
„ eis, vel eorum heredibus exinde berſare
„ ipſæ caſæ eorum & tollere ipſa ligna de
„ ipſæ caſæ, & alia omnia cauſa ſuorum, &
„ de commenditiis, quæ ibi habuerit, & per-
„ gere cum ipſis rebus ſecuriter, ubi volue-
„ rint, abſque omni contrarietate noſtra, &
„ de poſteros noſtros. Si verò ipſis qui ſupra
„ Jo-

(1) Fortaſ. *IV. Indict.* ut ſit Annus 976.

Digitized by Google

„ Johannes, & Andrea, & Sicardo, & Urſo, „ & Sabbatino, & illorum heredibus non„ compleverint nobis, vel ad poſteros noſtros, „ vel ad pars jam dicti noſtri Monaſterii „ omnia, qualiter ſuperiùs legitur, viginti Bi„ ſantos ſolidos pœna ſe, & ſuorum heredi„ bus, nobis, vel ad poſteros noſtros, & ad „ pars jam dicti Monaſterii componere obli„ gaverunt, & omnia nobis complere obliga„ verunt in præfata guadia, & ſe ipſis media„ tores prænominata omnia cauſa ſuorum„ uſque ad legem. Tamen completi ſupradi„ cti anni, in antea ſi voluerint, illi ipſas te„ nere debeant, & laborare in omni ratione „ & ordine, ſicut ſuperiùs legitur. Scripſi „ ego..... Clericus, & Notarius interfui. „ Ego Majo Judex. Ego Petrus Clericus, & „ Notarius. Ego Urſus Notarius. Ego Age„ nolfus.

DE CALINOLE LOCO AQUARU ARPANI.

Charta emphyteuſis nonnullarum terrarum in Comitatu Calinulenſi poſitarum, facta à Paulo Abbate Vulturnenſi. Anno DCCCCLXXVIII.

„ IN nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu „ Chriſti Dei æterni Trigeſimo quinto „ anno Principatus Domni Pandolfi glorioſi „ Principis, & decimo anno Principatus Dom„ ni Landolfi ejus filio Menſe Februario „ VI. Indictione. Breve factum à me Toto „ Presbyter & Monachus, Cuſtos, & Re„ ctor Eccleſiæ Sancti Hilarii ſubdita Mona„ ſterio Sancti Vincentii ſitus ſuper Vulturni „ fluminis fontem, ubi Domnus Paulus Abbas „ regimen tenere videtur, de eo quod præ„ ſentia Adelfridi Clerici, & Judici, & alio„ rum teſtium, mecum habendo Sikinolfus „ Advocator præfati Monaſterii Sancti Vin„ centii, guadiam nobis dederunt unanimiter „ Leo filius quondam Beti, & Johanne filio „ Leoni Balviſi, mediatorem nobis poſuerunt „ ſuper ſe Leonem Balveſe genitorem ipſius „ qui ſupra Johanni, tali tenore, quatenus „ amodo & uſque in annos XXIX. comple„ tos retinere & laborare debeas in parte„ ipſorum qui ſupra Leo, & Johannes, vel „ eorum heredes tres petiæ de terra pertinen„ tes præfato Monaſterio, quæ eſſe videtur „ in finibus Comitátu Calinole, loco ubi dici„ tur Aquaru Arpani quæ habet finis ipſa„ prima petia ab uno latere via, quæ decer„ nit in terra, & terra præfati Monaſterii, „ quam præfatus Johannes in parte retinet à „ pars præfati Monaſterii, & inde habet paſ„ ſus CLVII., & alio latere finem habet ſu„ pradicta terra, & vinea præfati Monaſte„ rii & inde habet paſſus CLXXVI. unum„ caput tenet in via, quæ decernit in terra, „ & terra Spatiani Judici, & inde habet paſ„ ſus LVI. aliud caput tenet in ſupraſcripta „ terra & vinea prædicti Monaſterii, & terra „ ſupraſcripti Leoni & de conſortis ejus, & „ inde habet paſſus CXXVI. Secunda petia, „ ibique eſt vinea poſita, & terra Bacina uno „ ſe tenente; finem habet ab uno latere ſu„ pradicta prima petia, & inde habet paſſus „ CLX. & alio latere finem habet terra ipſius „ ſupradicti Leoni, & terra Leocari, & inde „ habet paſſus LXXXVI. & alio latere & „ quomodo revolvit circa terram ipſius qui „ ſupra Leoni, & de conſortis ejus, habet „ exinde paſſus XXXVI. unum caput tenet „ in via inter hæc terra, & terra ipſius qui „ ſupra Leoni. Tamen ſupradictæ duæ petiæ „ ſunt menſuratæ ad menſuram de paſſu Lan„ doni ſeniori Caſtaldei menſuratu. Quàm & „ de eas in parte retinere, & laborare inclita „ ipſa terra præfati Monaſterii, quæ & quan„ tum alia prædictum Monaſterium in incli„ tum ipſum campum, qui eſt propinquum „ ipſa porta in ipſa Civitate Calinole. Hæc „ autem ſuperiùs de terris & vineis, qualiter „ ſuperiùs legitur, retinere, & laborare ipſos „ debeas in parte ipſe qui ſupra Leo, & Jo„ hannes, vel eorum heredes amodo & uſque „ ad jam dictum conſtitutum, & tempore„ ſuo debeas terris ipſis arare, ſeminare, & „ labores ipſos cultare, & recolligere, & „ dare ad pars præfati Monaſterii exinde grani „ quatuor modia unum in area noſtra. Quàm „ & debeas ſupradicta petia, & ſecunda, & „ tertia arbuſtare juxta rationem per unum„ quemque modium de terra ponat quatuor „ arbores, & tempore ſuo debeas arboribus „ ipſis cultare, & ramare, & vitare, & vitis „ ipſe portare, & propaginare, & zappare, „ ſic & amodo, & uſque in decem anni ſint „ totæ ipſæ ſupradictæ petiæ de terra arbu„ ſtatæ, ut ſint arboribus ipſis viti bene ap„ prehenſi; & amodo in decem anni expleti, „ vinum quæ exinde fecerit, ſuæ habeant po„ teſtati, unde ad pars prædicti Monaſterii „ nullam ſortem, aut partem dare debeatis. „ A completi jam dicti decem anni vinum„ quæ exinde fecerit per ſingulos annos, di„ vidant ipſas cum pars præfati Monaſterii „ æqualiter in palmento ſuo ipſe qui ſupra„ Leo & Johannes, aut eorum heredes, tollat „ exinde inclitam medietatem, & ad pars „ præfati Monaſterii dent reliquam medieta„ tem. Tamen ipſæ vineæ, quæ ſunt infra „ prædictos fines debeas illi laborare, & cul„ tare uſque dum ſurgant ipſi arbores, quæ „ ibidem poſuerint. Jam dum apprehende„ runt ipſi arbores, habeant poteſtatem ca„ pellare ipſæ vineæ exinde, & revocare ipſæ „ terræ arbuſtatæ; nam & amodo, & uſque„ dum ipſæ vineæ capellaverint, vinum, „ quem de ipſæ vineæ fecerint per ſingulos „ annos, dividant cum pars præfati Monaſte„ rii æqualiter in palmento ſuo ipſe qui ſu„ pra Leo, & Johannes, vel eorum heredes, „ tollant exinde inclitam medietatem, & ad „ pars prædicti Monaſterii dent reliquam me„ dietatem. Et cùm venerit ad metendum, „ & terendum, vel vindemiandum per ſingu„ los annos, ſemper faciant illud ſcire ad „ pars præfati Monaſterii, ut illuc miſſum„ ſuum dirigat, qui ſortem ejus recipiat; & „ quamdiu ibidem pro talia ſteterit, miſſis „ præfati Monaſterii ibi debeat manducare, „ & bibere juxta rationem ſecundùm ſuam„ potentiam. Et inclita ipſa Curte, quam „ ad pars prædicti Monaſterii exinde venerit „ per ſingulos annos victualium, & vinum, „ & alia omnia refrugia, qui ſupra Leo, & „ Johannes, vel eorum heredibus illos nobis „ adducant intus Civitate Calinola ad Eccle„ ſiam Sanctæ Mariæ, quæ eſt noſtri Monaſte„ rii, cum omne ſuum ſpennium ſalvum & „ defendamus eorum, vel pars jam dicti Mo„ naſterii inclita ſua jam dicta terra, ſicut „ ſupra diximus, de omnibus hominibus, de „ omnique partibus amodo, & uſque ad jam

„ di-

„ dicti conſtituti, & ſi ante conſtitutum, vel
„ ad completum jam dicti conſtituti jam di-
„ cta terra dimittere voluerit, poteſtatem
„ habeant illos dimittere, quando voluerint:
„ tantùm, quando illos ad dimittendum ve-
„ nerint, faciat illos ſcire illo tempore ad
„ pars præfati Monaſterii, ut ipſos legitimè
„ ad laborandum dare poſſet. Si omnia ſupra-
„ dicta non compleverit ipſis qui ſupra Leo,
„ & Johanne, vel eorum heredibus ad pars
„ præfati Monaſterii per illum ordinem, ſicut
„ ſuperiùs legitur, decem Bizantos ſolidos
„ pœna ſe, & ſuis heredibus nobis, & ad
„ pars jam dicti Monaſterii componere obli-
„ gavit; & hæc omnia ſuperiùs niſi ad pars
„ præfati Monaſterii percompleret, per jam
„ dictum mediatorem ad pignorandum obli-
„ gavit nobis ipſe, qui ſupra Leo mediato-
„ rem, ſi neceſſe fuerit per ea, quæ perlegi-
„ tur per nomen bovi ſui, baccæ, porci, &
„ ſirpas intro caſa, & alia jam uſque ad le-
„ gem. Scripſi ego Marinus Clericus & Nota-
„ rius, & interfui.
„ Ego, qui ſupra Adelfridu Clericus, &
„ Judex.
„ Ego Amundi Clericus.
„ Ego Petrus Clericus & Notarius.
„ Ego Petrus Notarius.

DE CALINOLE.

Toto Monachus & Rector Eccleſiæ Sancti Hilarii in agro Calinolenſi terras quaſdam libellario nomine concedit. Anno DCCCCLXXX.

„ IN nomine Domini Salvatoris noſtri Jeſu
„ Chriſti Dei æterni. XXXVII. anno Prin-
„ cipatus Domni Pandulfi glorioſi Principis,
„ & XII. Anno Principatus Domni Landolfi
„ ejus filio Menſe Julio, Octava Indictione.
„ Memoratorium factum à nos Toto, Pre-
„ sbiter, & Monachus, Cuſtos, & Rector Ec-
„ cleſiæ Sancti Hilarii ſubdita Monaſterio San-
„ cti Vincentii ſito ſuper Vulturni fluminis
„ fontes ubi Domnus Paulus ſummus Abbas
„ regimen tenere videtur, de eo quod præ-
„ ſentia Adelfrid Clericus & Judici, & alio-
„ rum teſtium, mecum habendo Sputianum
„ Judicem Abocatorem præfati Monaſterii,
„ ſicut convenit inter nos, & Angelum, &
„ Joanne germanis filiis quondam Petri, quam
„ & pro eadem convenientia guadiam nobis
„ dederunt ipſis qui ſupra nominati germani,
„ & medietatorem nobis poſuerunt ſe ipſis
„ tali tenore, quatenus amodo, & uſque in
„ annos viginti novem expletos retinere, &
„ laborare debeant in parte ipſis qui ſupra
„ germani, vel eorum heredibus tres petiæ
„ de terris pertinentes præfatæ Eccleſiæ Sancti
„ Hilarii. Qui habet finis ipſa petia ab uno
„ latere via publica, & inde habet per lon-
„ gum paſſus CXX.; ex alio latere finem ha-
„ bet terra prædicti Monaſterii, & inde ha-
„ bet per longum paſſus CVIII. Unu capu te-
„ net in terra præfati Monaſterii, & ſupradi-
„ cta ſecunda petia exinde habet paſſus LV.
„ ſecunda petia ibique conjuncta finis habet
„ ab uno latere via, & terra Cennami, ex
„ alio latere fine habet terra prædicti Mona-
„ ſterii, & inde habet per ſingula terra per
„ longum paſſus LXV. unum caput tenet in
„ ſupradicta prima petia, & inde habet per
„ traverſum paſſus XX. aliud caput tenet in
„ terra, & prata prædicti Monaſterii, & inde
„ habet paſſus XXXV. tertia petia ibique pro-
„ pinquo & nominat eos ad ferrara finis, habet
„ ab uno latere via, quæ eſt cauſa, & inde ha-
„ bet per longum paſſus CXXV de tertia par-
„ te fine habet terra de filiis Muſcardi & inde
„ habet per traverſum paſſus XXXII. ad men-
„ ſura de paſſu Landoni ſeniori Caſtaldei men-
„ ſuratum. Hæc autem ſuperiùs dictæ tres
„ petiæ de terris, qualiter ſuperiùs de fine
„ in finem indicatæ, & menſuratæ ſunt, reti-
„ nere, & laborare debeas ipſis qui ſupra ger-
„ mani, vel eorum heredibus amodo, & uſ-
„ que in jam dictum conſtitutum tempore
„ ſuo debeas terræ ipſæ arare, ſeminare, &
„ laborare ipſi cultare, & recolligere, &
„ dare nobis, vel à parte præfati Monaſterii
„ exinde terraticum, ſicut conſuetudo eſt per
„ locum illum, & ſicut alii homines in eo-
„ dem loco terraticum dant de conſimilibus
„ terris, quem in parte laborant. Et ipſi ar-
„ boribus, qui in eadem terris aſtare videtur,
„ tempore ſuo debeas arboribus ipſis ramare,
„ & cultare, & vitare, & zappare juxta ra-
„ tionem, & ubi neceſſe fuerit in prædictis
„ terris ponere arboribus, & vites, quomodo
„ debeas prædictas terras arbuſtare juxta ra-
„ tionem, ſicut meruerit. Et de ipſis arbori-
„ bus, qui in eadem terra aſtare vitim, vi-
„ num, quod exinde fecerint per ſingulos an-
„ nos amodo, & uſque in jam dictum conſti-
„ tutum, dividamus ipſos inter nobis æqua-
„ liter ibi in palmento vos qui ſupra Toto
„ Presbiter, vel pars jam dicti Monaſterii
„ tollamus exinde inclita medietate, & ipſi
„ qui ſupra germanis, vel eorum heredibus
„ tollat exinde reliqua medietate. Et quando
„ venerit ad metendum, & terendum, vel
„ vindemiandum, per ſingulos annos ſemper
„ faciat illud nobis, vel ad pars jam dicti Mo-
„ naſterii ſcire, ut illuc eamus, vel miſſum
„ noſtrum ibidem dirigamus, qui ſortem no-
„ ſtram recipiat. Et quandiu ibidem pro ta-
„ lia ſteterimus nos, vel miſſus præfati Mo-
„ naſterii, ipſis qui ſupra germanis, vel eo-
„ rum heredibus det nobis manducare & bi-
„ bere juxta rationem ſecundùm ſuam poten-
„ tiam. Et inclita ipſa ſorte, quæ nobis, vel
„ ad pars jam dicti Monaſterii exinde venerit
„ per ſingulos annos, ipſis qui ſupra germani,
„ vel eorum heredes illos nobis adducat intus
„ Civitate Calinola ad Eccleſiam Sanctæ Ma-
„ riæ cum omne ſuum ſtipendium ſalvum.
„ Quàm & debeas ipſis qui ſupra germani ca-
„ ſam facere, & area, & ortum in prædictis
„ terris, ubi eorum congruum fuerit, & ha-
„ bitare ibidem cum uxoribus ſuis, & filiis,
„ & peculiis, & cauſa ſua, & facere ibidem
„ omnem ſuam utilitatem, quæ eorum neceſ-
„ ſe fuerit juxta rationem amodo & uſque in
„ jam dictum conſtitutum, & ipſa ſedilia
„ ſint ad unum modum de terra habente in
„ omni parte in longitudine, & latitudine
„ rationaliter paſſus XXX. ad paſſu juſto men-
„ ſuratum. Unde de præfato Monaſterio de
„ terra nobis nec ad pars præfati Monaſterii
„ nullam ſortem, aut parte dare debeas: tan-
„ tùm per ſingulum annum venientem det
„ nobis vel ad pars præfati Monaſterii tres
„ paria de pulli boni parium unum. Et nos
„ vel pars jam dicti Monaſterii defendamus
„ eorum qui ſupra germanis, vel eorum he-
„ redibus inclite jam dictis terris per ſupra
„ ſcriptis finis, & menſuris de omnibus ho-
„ mi-

„ minibus de omnique partibus amodo, &
„ uſque ad jam dictum conſtitutum. Quan-
„ do exinde voluerint, & jam dictis terris
„ dimittere voluerint, poteſtatem habeant
„ exinde exire, & cum omnem cauſam
„ ſuam, & de amici, & de commenditi, &
„ poſtici ſui, & caſæ, quæ ibidem fecerint,
„ funditus ille exinde verſare, excotere de-
„ beant, & ire ſecuriter cum ipſos omnia
„ ubi voluerint ſinè omni contrarietate no-
„ ſtra, & de pars jam dicti Monaſterii : tan-
„ tùm, quando exinde ad exiendum venerit,
„ faciat nobis illud, vel ad pars jam dicti
„ Monaſterii ſcire ante unum annum. Si om-
„ nia ſupradicta nobis qui ſupra Totoni
„ Presbyteri, & Monachi, & Cuſtodi jam
„ dictæ Eccleſiæ, vel ad pars jam dicti Mo-
„ naſterii non compleverit ipſis qui ſupra
„ germani, vel eorum heredes per illum or-
„ dinem. ſicut ſuperiùs legitur, decem Bi-
„ zanteos ſolidos pœna ſe, & ſuorum here-
„ des, nobis qui ſupra Totoni Presbyteri, &
„ Monachi, & Cuſtodi jam dictæ Eccleſiæ,
„ vel ad pars jam dicti Monaſterii componere
„ obligaverunt, & hæc ſupra nobis omnia
„ percomplere per ſe nobis mediatori, ſi ne-
„ ceſſe fuerit per ea, quæ perlegitur, per
„ nomen bovi ſui, baccæ, porci, & ſtirpas
„ intro caſas, & alias cauſas uſque ad legem.
„ Scripſi ego Jaquintus Notarius, & inter-
„ fui. Ego qui ſupra Adelfridi Clericus, &
„ Judex.

DE ECCLESIA S. MARIÆ IN TIANO AD PORCARI.

Charta convenientiæ, ſive libelli, per quam Paulus Vulturnenſis Abbas Eccleſiam S. Mariæ, & terras in Civitate Teanenſi concedit Sellicto Leonis filio. Anno DCCCCLXXIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Anno XXX. Principatus Domni
„ Pandulfi, & V. Anno Principatus Domni
„ Landulfi ejus filii, Menſe Auguſto, Prima
„ Indictione. Ideoque ego Paulus Domini
„ gratia Abbas Monaſterii Sancti Vincentii
„ ſitus ſupra Vulturno fluvio, declaro, quo-
„ niam præfatus noſter Monaſterius dono Dei
„ omnipotentis per ſingulis, atque diverſis lo-
„ cis plurimis honoribus, & Eccleſiis ibi per-
„ tinentibus, inter quas habet ſibi pertinen-
„ tem Eccleſiam vocabulo Sanctæ Dei Geni-
„ tricis & Virginis Mariæ intro Civitate
„ vetere Teanenſe, & terræ vacuæ, & vineæ,
„ in quo ipſa Eccleſia conſtructa eſſe videtur
„ inſimul conjuncta, quæ eſt petia una, & re-
„ liquis terris in eadem Civitate, quæ fue-
„ runt de Leone filio Melperti, quod vir qui-
„ dam Langobardus nomine Sellicto filio
„ quondam Leoni vult à nobis ipſos per con-
„ venientiam ſecundùm legem recipere uſque
„ ad annos XXIX. expletos ad tenendum, &
„ dominandum, & laborandum ipſe, aut illis
„ hominibus, cui per eum datus paruerit, &
„ illorum heredes, Eccleſiam ipſam regen-
„ dam, & nobis noſtriſque ſucceſſoribus da-
„ re exinde annualiter cenſum pro ipſa Ec-
„ cleſia, & pro terris, quæ idem eorum ad
„ frugiendum dederimus, ciria cubitali du-
„ plici XII. & ſortem de vino, & partem
„ de frugium in omni ratione & ordine, qua-
„ liter hìc inferiùs declaramus. Quæ nobis,

A

B

C

D

E

„ & ad cunctos Fratres noſtri Monaſterii
„ Monachos optima faciendum comparuit.
„ Et dum utriuſque partibus congrueretur,
„ ut convenientia iſta ſecundùm legem fieret,
„ convocavimus infra nos Supponem Judi-
„ cem, & ſubſcriptos idoneos homines, qui
„ ſe unà nobiſcum in hac convenientia inte-
„ reſſe dixerunt, ſicut in lege ſcriptum eſt de
„ convenientia. Et ita fecimus, & firmavi-
„ mus inter nos exinde hoc ſcriptum conve-
„ nientiæ. Idcirco ego qui ſupra Paulus Do-
„ mini gratia Abbas, unà cum conſenſu Fra-
„ trum Monachorum ejuſdem noſtri Mona-
„ ſterii, quàm & erga nobiſcum habendo
„ Peudelgrimi Judicem Advocatorem ſupra-
„ dicti noſtri Monaſterii, per hoc ſcriptum
„ in convenientiæ ordine ſecundùm legem de-
„ dimus tibi qui ſupra Sellicto Langobardi
„ ad tenendum, & dominandum, & laboran-
„ dum in parte amodo, & uſque in XXIX.
„ annos completos. atque Eccleſiam ipſam
„ regendam à vobis illis omnibus, cui per
„ te datus paruerit, & illorum heredes, hoc
„ eſt ipſa jam dicta terra, in qua præfata Ec-
„ cleſia Sanctæ Mariæ conſtructa eſſe videtur,
„ & ipſis reliquis terris qui fuerunt de Leone
„ filio Melperti, quos totum per finis & men-
„ ſuris hìc indicamus. Prima verò petia de
„ terra, ubi præfata Eccleſia conſtructa eſt,
„ & vineæ modò plantatæ, & arbuſta poſita
„ inſimul conjunctum, habet finis ab uno la-
„ tu via antiqua, quæ decernit inter hæc ter-
„ ra, & terra Sancti Laurentii, quomodo
„ ipſa via vadit volvendo, & inde habet paſ-
„ ſus CXL. unum caput fine Silice, aliud ca-
„ put fini parietinæ, quæ decernit inter hæc
„ terra, & terra Sancti Laurentii de filiis
„ Rudelgiſi, & quomodo ſe volvet ipſum pa-
„ rietem, qui fuit de ipſa caſa antiqua, &
„ vadit uſque in terra, qui ſubtus dicimus,
„ qui fuit jam dicti Leoni, & perrexit in ea-
„ dem via, qui eſt de terra Sancti Laurentii;
„ Secunda petia ibi conjuncta, qui fuit iſte
„ Leone habet finis unum latere ſupradicto,
„ terra inde habet paſſus undecim, aliud latu
„ terra, de ipſi filii Radelgiſi, & inde habet
„ paſſus novem, pedes tres, & ſemiſse uno;
„ unum caput fine terra, & Caſalina quæ
„ ſubtus dicimus habet paſſus inde ſex, & pe-
„ des tres, aliud caput via publica, & inde
„ habet paſſus ſeptem, & pedes tres. Tertia
„ petia quæ eſt Caſalina ..... latera, &
„ Caſalina qui fuit Vulprandi per ſingula la-
„ tera habet paſſus octo; unum caput terra de
„ ipſi filii Radelgiſi paſſus II. & pedes IV.
„ aliud caput ſupradicta petia paſſus IV.
„ Quarta petia, ibique ad ipſa cripta habet
„ finis unum latus terra de ipſi filii Radelgiſi
„ inde habet paſſus XXII. pedeſque II. aliud
„ latus fini Macere, & terra quæ retinet ipſi
„ filii Radelgiſi paſſus XVII. inde habet paſ-
„ ſus XIX. amba capita ſimili fini Macera
„ per ſingula capita habet paſſus ſex. Quinta
„ petia ibique habet finis de uno latu terra de
„ ipſi filii Radelgiſi paſſus XVII. pedes II. ...
„ latu terra S. Benedicti paſſus XVII. unum
„ caput tenet ipſa via publica paſſus VIII.
„ aliud caput ſupradicta terra paſſus VI. Sexta
„ petia, ibique in loco foru habet finis uno la-
„ tere terra S. Petri, & inde habet paſſus XXV.
„ unum caput via publica paſſus XIV. aliud
„ caput iterū via inde habet paſſus VII. pedes
„ II. Septima petia, ibique ad ipſum Triciolum
„ habet finis de uno latu ipſa terra S. Petri.

„ Octa-

Digitized by Google

„ Octava petia in Ripola habet finis unum
„ latum terra, quem retinet nepotes siti inde
„ habet passus XLV., aliu latu fini terra,
„ qui fuci Leodegardi passus CXXXVIII. aliud
„ caput fini Frascarietu, qui est super ipsa
„ cava habet inde passus XL., & ipsæ aliæ
„ petiæ duæ de Frascarieta, qui fuerunt Leo-
„ ni, ibique loco Ripola, & sunt mensuratæ
„ ad passus, qui fuit Adelgisi Notarii filio Jo-
„ hanniperti Notario. Hæc autem præfatæ
„ judicatæ terris, qui fuerunt supradicti Leo-
„ ni, quam secunda, tertia, quarta, quinta,
„ sexta, & septima petia cum ipsæ duæ petiæ
„ de Frascarieta, qui sunt ibi loco Ripola,
„ qui & ipse fuerunt ejusdem Leoni, tibi qui
„ supra Sellicti pro eadem convenientia dedi-
„ mus, & tradidimus tibi amodo, & usque
„ jam dicti XXIX. anni completi ad tenen-
„ dum, & dominandum, & frugiandum, tu
„ vel illis hominibus, cui per te datus parue-
„ rit, & illorum heredes, unde nullum cer-
„ tum, vel datum dare inde debeatis ad par-
„ tem nostri Monasterii, excepto quòd non
„ dedimus vobis inde ipsa quarta pars, quod
„ exinde pertinuit Radi Presbyteri filii Adi
„ per datum Fasaret, qui fuit uxor ejusdem
„ Leoni. Simulque & pro eadem convenien-
„ tia insimul dedimus, & tradidimus vobis ad
„ dominandum, & frugiandum vestræ pote-
„ stati amodo, & usque in jam dicti anni com-
„ pleti duabus petiæ de jam dicta prima pe-
„ tia, quæ habet fines. Prima ex ipsæ Petræ
„ latu ipsa Silice, una parte ipsa Silice, alia
„ parte via ipsa, qui est de terra Sancti Be-
„ nedicti, inde habet passus CL. Tertia parte
„ vinea nostri Monasterii, unde sortem dare
„ debetis. Quarta parte alia via de terra San-
„ cti Laurentii inde habet passus LIV. Secun-
„ da petia, quæ est Curte, ubi ipsa Ecclesia
„ constructa est, & Casa vetere fabricata, &
„ subtus ipsa Ecclesia, & Curte vinea plan-
„ tata in unum conjuncta habet finis unum
„ caput via ipsa de terra Sancti Laurentii pas-
„ sus XXVII., & aliud caput via ipsa de ter-
„ ra Sancti Benedicti inde habet passus X., &
„ uno latu pariete de eodem fabricata directè
„ perexiente de via in via, & de aliud latu
„ pariete de ipsa Ecclesia, & inde similiter
„ exiente de via in via. Et hæ verò duæ pe-
„ tiæ, ut diximus simili pro eadem conve-
„ nientia dedimus, & tradidimus vobis ad
„ frugiendum tibi, vel illis hominibus, cui
„ per vos datus paruerit, & illorum heredes
„ amodo, & usque in jam dicti anni comple-
„ ti desuper, & de super quantum frugium,
„ & vinum deinde annualiter dederit: unde
„ nullam sortem, vel datum detis ad partem
„ supradicti nostri Monasterii, sed omnia ve-
„ stræ potestatis ipsos tollere, & habere de-
„ beatis. Et per hoc quod vobis ad frugian-
„ dum dedimus, debeant illis hominibus, cui
„ per te datus paruerit, & illorum heredes
„ in eadem Curte, quæ est ante eadem Eccle-
„ sia, in ipsa casa fabricata vetere residere &
„ habitare cum omni familia sua, & cum sua,
„ & de Amicis, & de Commenditis sui. &
„ liceat illis ibidem facere, & habere usque
„ in jam dictum constitutum. Et jam si illi
„ voluerint, licentiam habeant ibidem ho-
„ mines mittere ad habitandum, & residen-
„ dum, & laborandum. Et in eadem Eccle-
„ sia fieri facere debeant officium Sacerdotale
„ amodo & usque in jam dicti anni completi
„ in ea ratione & ordine, sicut alii Presbyte-
„ ri faciunt in Ecclesiis quæ constructæ sunt
„ ipsa Civitate Teanense vetere; & cuncta
„ offerta, & vetera, quæ quotidie Deus an-
„ nualiter dederit in jam dicta Ecclesia, om-
„ nia eorum sit potestatis, unde nullum da-
„ tum vel censum dare debeant ad partem
„ suprascripti nostri Monasterii: præter per
„ singulos annos dare inde debeant ad partem
„ nostri Monasterii duodecim cirea cubitali
„ duplici, & quando pinnis, vel imbrices se
„ ruperit de eadem Ecclesia, cum omni suo
„ expendio illud rationabiliter reconciare de-
„ beant, semper usque in eodem constituto.
„ Etiam & si ruina cœlesti & maxima pars
„ de eadem Ecclesia ceciderit, medietatem
„ illi debeant conciandum cum omni suo ex-
„ pendio, & medietatem parti nostri Mona-
„ sterii. Et licentiam & potestatem habeant
„ partem præfati nostri Monasterii in ipsa Ec-
„ clesia præfata Curte ante ipsam Ecclesiam
„ facere, & habere casam pro ibidem adli-
„ bergandum nos, & successoribus nostris,
„ vel parte suprascripti nostri Monasterii, &
„ causam suam ibidem reponendum, & ma-
„ nendum ibidem nos, vel Missi nostri, usque
„ dum nobis necesse fuerit; & illi salvam fa-
„ cere debeant ipsam, nam alteri homines in
„ ipsa casa nullatenus eam licentiam dare de-
„ beamus. Et ipsæ vineæ & terra vacua de
„ jam dicta prima petia, excepto ambo ipsæ
„ superiùs dictæ petiæ, quod vobis ad fru-
„ giandum inde dedimus, debeant illis homi-
„ nibus, cui per vos datus ipse paruerit, &
„ illorum heredes laborare, & cultare, &
„ conciare juxta rationem justo & bono or-
„ dine tempore suo. Et quomodo vinea, &
„ terra vacua se meruerit laborare, & cultа-
„ re, & ipsi arbores vitati, qui jam ibidem
„ plantati sunt, quomodo arbores vitati se
„ meruerint cultare, & conciare; & vinum,
„ quod de ipsæ vineæ, & de ipsis arbores Deus
„ annualiter dederit, det inde ad palmentum
„ ad partem suprascripti nostri Monasterii in-
„ clitam medietatem, & de frugium, quod
„ de ipsa terra vaccina Deus annualiter dede-
„ rit, det inde terraticum ad partem supra-
„ scripti nostri Monasterii de tres sorti sor-
„ tem unam; reliqua verò medietatem de
„ ipso vino, & ipsæ duo sorte de ipso frugio
„ tollat ille suæ potestatis amodo. Et præ-
„ sente debeant arbustare integra superiùs di-
„ cta indicata prima petia de terra juxta ra-
„ tionem, & arbores ipsæ vitare vites arbusti,
„ excepta ipsa præfata Curte. Et amodo us-
„ que in decem anni completi debeant assigna-
„ re ad partem suprascripti nostri Monasterii
„ integra jam dicta de terra prima petia arbu-
„ stata rationabiliter, & arbores ipsis vitatos,
„ excepto ipsa præfata Curte, cum ipsis ar-
„ bores in ipsa vinea levaverint, licentiam
„ & potestatem habeant incidere. Etiam in
„ antea vinum, quod de ipsum arbustum
„ Deus annualiter dederit, & frugium de sub-
„ ter dividere debeant cum parte suprascripti
„ nostri Monasterii, ut supra diximus, de
„ ipso vino dare debeant ad partem suprascri-
„ pti nostri Monasterii. Et à completi supra-
„ scripti XXIX. Anni seu antea infra jam di-
„ ctum constitutum da decem anni completi
„ in supra, quale tempore voluerint, licen-
„ tiam & potestatem habeant inde ipsis homi-
„ nibus cui datus paruerit, & illorum here-
„ des, inde foràs exire cum omni familia
„ sua, & cum omni causa sua, & de Amicis
„ suis,

Digitized by Google

„ ſuis, & de commenditis abſque lignamina
„ de caſæ, & Eccleſiæ, de Curte, & ortus, &
„ ire cum ipſos ſecuriter ubi voluerint abſque
„ omni contrarietate noſtra, & noſtris ſuc-
„ ceſſoribus, & de parte ſupraſcripti noſtri
„ Monaſterii. Tantùm per tempus ipſos ſcire
„ debeant facere parti ſupraſcripti noſtri Mo-
„ naſterii, ut ipſos poſſit dare ad laborandum,
„ & dùm perinde ſuper ipſas fruges, & vin-
„ demias annualiter ſteterit miſſus ejuſdem
„ noſtri Monaſterii, dare debeant ei, & ad
„ aliam ejus manducare & bibere rationabili-
„ ter ſecundùm ſuam potentiam. Et à com-
„ pleti jam dicti decem anni, cum ipſum
„ arbuſtum aſſignaverit ad partem ſupraſcri-
„ pti noſtri Monaſterii bene & rationabiliter
„ levatum, & vitatum, ut ſupra diximus,
„ ab inde in antea ſic debeas eundem arbu-
„ ſtum in omnibus annualiter tempore ſuo
„ juſto & bono ordine conciare, & cultare,
„ & vites ibi revolvere, quomodo arbuſto ſe
„ meruerit cultare & conciare; & nos, &
„ ſucceſſoribus noſtris, & partem ſupraſcripti
„ noſtri Monaſterii debeamus eorum; & ad
„ eorum heredes uſque in jam dicti XXIX.
„ Anni completi, jam datis terris, & prædi-
„ cta Eccleſia defendere & anteſtare, ab om-
„ nibus hominibus, ab omnique partibus. Si
„ autem nos qui ſupra Paulus Domini gratia
„ Abbas vel Succeſſoribus noſtris, aut partem
„ ſupraſcripti noſtri Monaſterii infra jam di-
„ ctum conſtitutum hanc convenientiam per
„ qualecumque ingenium dirumpere, vel ſe-
„ movere quæſierimus, aut ſi hoc ſcriptum
„ in quavis parte refutare tentaverimus, &
„ omnia ſuperiùs dicta vobis, vel ad illis ho-
„ minibus, cui per vos datus perveniſſet ad
„ eorum heredes, non compleverimus ipſa
„ ratione quæ ſuperiùs diximus, dent conſo-
„ lidos aureos Bizanteos pœnæ nomine, &
„ ſucceſſoribus noſtris, & partem ſupraſcri-
„ pti noſtri Monaſterii, componere obliga-
„ mus tibi qui ſupra Sellicti, vel ad illis
„ hominibus, cui per vos datus paruerit, &
„ ad eorum heredes, & hæc convenientia
„ qualiter ſecundùm legem ſtare poteſt firma
„ permaneat uſque in jam dictum conſtitu-
„ tum. Et taliter ego qui ſupra Paulus Do-
„ mini gratia Abbas cum omni conſenſu Fra-
„ trum Monachorum ejuſdem noſtri Mona-
„ ſterii, & erga nobiſcum habendo jam
„ dictum Advocatorem ſupraſcripti noſtri
„ Monaſterii, ſicut inter nobis convenit, ſe-
„ cundùm legem fecimus & te Martinum
„ Clericum & Notarium ſcribere rogavimus.
„ Actu Teanenſe. Ego qui ſupra Paulus Ab-
„ bas. Ego vigilantius Presbyter & Mona-
„ chus, ac Præpoſitus. Ego Petrus Sacerdos
„ & Monachus. Ego Johannes Sacerdos &
„ Monachus. Ego Toto Sacerdos & Mona-
„ chus. Ego qui ſupra Suppo Judex. Ego
„ qui ſupra Teodelgrimi Judex. Ego Gari-
„ perto Clericus. Ego Nelgari.

DE SANCTO ROSEO IN SUESSA.

Oblatio Eccleſiæ Sancti Roſei in Sueſſano agro ſitæ facta Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum ab Arderico Epiſcopo Iſernienſe. Anno DCCCCLXX.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Vigeſimo ſeptimo Anno Princi-
A „ patus Domni Pandolfi glorioſi Principis &
„ II. Anno Principatus Domni noſtri Landolfi
„ ejus filio, Menſe Martio, XIII. Indictione.
„ Ideoque ego Ardericus Domini gratia Epi-
„ ſcopus Epiſcopatus Sanctæ Iſernienſæ Sedis
„ divina inſpiratione compulſus pro merce-
„ de, & redemptione animæ meæ, ut de pec-
„ catis meis requiem invenire valeam, per
„ hanc chartulam offerui in Monaſterio San-
„ cti Vincentii ſitus ſupra Vulturni fluminis
„ fontem, ubi Domnus Paulus Domini gra-
„ tia Abbas regimen tenere videtur, hoc eſt
„ integra una Eccleſia mea vocabulo Sancti
„ Roſi, quæ fundata videtur in finibus Sueſſa
„ loco, ubi nominatur Monticella Inſimul
B „ & offerui in eodem Monaſterio terras meas
„ modia XX ubi præfata Eccleſia fundata
„ eſt. Circa ipſa filice, & eſt Agoma per
„ paſſos, ut habeant per ſingulum modium
„ de ipſa terra rationabiliter per ſingula terra
„ in longitudine paſſi triginta, & per ſingula
„ capita per traverſum habentes ſimiliter paſſi
„ XXX. ad menſura de paſſu Landoni Gaſtal-
„ dei menſuratum. Quàm & offerui in Mo-
„ naſterio Sanctæ Crucis, qui fundata eſt in
„ ipſum Montem ſub dicto Monaſterio, quem
„ mihi eſt conceſſum per unum præceptum
„ ſigillato da parte Palatii. Ideo præfata in-
„ tegra Eccleſia jam da XX. modia de terra,
„ & prædictum Montem quæ ſupra diximus
C „ prædicto Monaſterio in integrum offeruit
„ ad poſſeſſionem de prædicta Monaſteria, &
„ de eorum Abbatibus, atque Cuſtodibus ad
„ habendum, & poſſidendum, & faciendum
„ exinde poſt meum tranſitum omnia, quæ
„ pars jam præfato Monaſterio placuerit cum
„ viis, & aquis, & anditibus, cum ſuis li-
„ mitibus, & pertinentiis ſuis, & cum omnia
„ inferiora ſua, cunctum & integrum, ipſos
„ in prædicta Monaſteria offerui pro mercede
„ animæ meæ, ut diximus. Simulque offe-
„ rui, atque remiſi pro ſecuritate de prædi-
„ cta Monaſteria, & de eorum Abbatibus,
„ atque Cuſtodibus, ideſt integræ ipſæ ſcri-
D „ ptiones, & moniminas meas, & præfatum
„ præceptum, per quem mihi præfata Ec-
„ cleſia in jam dicta terra, & ipſum mon-
„ tem, quæ diximus, eſt pertinentes ſimiliter
„ ad poſſeſſionem de præfata Monaſteria, &
„ de Abbatibns, atque Cuſtodibus. Unde de
„ ea omnia, quæ ſuperiùs diximus, quæ in
„ præfata Monaſteria offeruit, mihi qui ſupra
„ Arderici Epiſcopus nec alii cuilibet exinde
„ ullam reſervatis, & integrum ipſos offerui,
„ ut diximus: tantùm dum mihi Dominus
„ ſpatium vitæ largire dignaverit, ſupradicta
„ mea offertione meæ ſit poteſtatis fructuario
„ nomine: nam non commutandi, aut do-
„ nandi, aut in aliis modis tranſmigrandi.
„ Poſt diem verò tranſitus mei integra ſupra-
E „ dicta mea offertione in integrum ipſos de-
„ veniant ad poteſtatem de ambo præfata
„ Monaſteria, ita ut præfata Eccl ſia inſimul
„ cum jam dicta viginti modia de terra ve-
„ niant in poteſtate præfati Monaſterii, cum
„ ſcriptionibus, & moniminas ipſas Sancti
„ Vincentii; & præfato Monte cum jam di-
„ cto præcepto, deveniant in poteſtatem præ-
„ fati Monaſterii Sanctæ Crucis, ut diximus.
„ Et ego obligo me qui ſupra Ardericus Epi-
„ ſcopus & meis heredibus in pars de præ-
„ dicta Monaſteria integra ſupradicta mea
„ offerſione defendere, & anteſtare ſemper
„ ab omnibus, ab omnique partibus, tantùm
„ quan-

Digitized by Google

„ quantum vobis neceſſe eſt, & vobis ipſos
„ ad defendendum devenerimus, & neceſſe
„ fuerint nobis, aut ad illis hominibus, cui
„ per me data paruerint de ipſæ reliquæ ter-
„ ræ, quam jam de Scriptionibus ..... sem-
„ per pars præfati Monaſterii, & eorum Ab-
„ batibus, & Cuſtodibus nobis & à noſtris
„ heredibus oſtendere debeant prædicta ſcri-
„ ptionibus, & moniminas ipſas in publico
„ judicio ad regendum, & finem faciendum
„ cum illis hominibus, cum quo neceſſe eſt;
„ & poſt finem facta, ſalvæ Scriptiones ipſæ
„ pars præfati Monaſterii retineant, quia in
„ tali ratione ipſos offerui. Nam ſi ego qui
„ ſupra Ardericus Epiſcopus, aut meis here-
„ dibus hanc chartulam meam offerſionis ali-
„ quando per qualecunque ingenio dirumpe-
„ re, aut removere quæſiverimus, vel ſi non
„ compleverimus in pars præfati Monaſterii
„ hæc omnia & in omnibus, qualiter ſupe-
„ riùs legitur, centum Bizanteos ſolidos pœ-
„ na me, & meos heredes in pars præfati Mo-
„ naſterii, & de eorum Abbatibus, & Cuſto-
„ dibus componere obligo, & omnia ſupra-
„ dicta eorum compleamus, & hanc chartu-
„ lam offertionis, de quibus continet, ſit fir-
„ mus in perpetuum. Tamen quando dolue-
„ rint pars præfati Monaſterii, ſibi ipſos de-
„ fendere liceat, eis ſibi exinde aſſerere au-
„ ctores, & defenſores cum præfatæ ſcriptio-
„ nes, & moniminas, & jam dictum præce-
„ ptum, & cum aliis ſuis rationibus, quo-
„ modo, vel qualiter potuerint meliùs vici-
„ bus noſtris, quomodo nos nobis ipſi defen-
„ dere debuimus, vel potuimus, quia in tali
„ ratione ipſos offerui. Et taliter ego qui ſu-
„ pra Ardericus Epiſcopus pro mercede ani-
„ mæ meæ feci, & ita te Johanne Notario
„ ſcribere rogavi. Actum Capua. Ego qui
„ ſupra Ardericus Epiſcopus. Ego Aldo. Ego
„ Adelmundus Judex. Ego Godelando,

DE SANCTA MARIA MAGIPERTI.

Donatio terrarum, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ in Agro Calinulenſi, facta Eccleſiæ Sancti Martini ſitæ in Monte Marſico à Dauperto Monacho & Cuſtode ipſius Sancti Martini. Anno DCCCCLXIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Vigeſimo Anno Principatus
„ Domni noſtri Pandulfi, (1) & V. Anno
„ Principatus Domni noſtri Landolfi glorioſi
„ Principis Menſe Januario VI. Indictione.
„ Ideoque ego Dauperto Presbyter & Mona-
„ chus, Senior, & Cuſtos Eccleſiæ Sancti Mar-
„ tini, quæ conſtructa eſſe videtur in monte
„ Marſico ſubjecto Monaſterio Sancti Vincen-
„ tii ſitu ſupra Vulturni fluminis fonte, ubi
„ Domno Paulo venerabilis Abbas præeſt, di-
„ vina inſpiratione compulſus, propter mer-
„ cede & redemptione animæ meæ, ut apud
„ æternum Dominum à peccatis meis requiem
„ invenire valeam, per hoc ſcriptum judica-
„ vi, atque offerui in ſupraſcriptam Eccle-
„ ſiam Sancti Martini, ubi ego ipſe regimen
„ teneo, hoc eſt de terræ meæ, quem ego per
„ chartulæ comparatæ habeo ab Atto filio At-
„ toni, qui fuit habitator in Capua, & da
„ Grimoaldu, qui Sperumu ..... & Adel-
„ pertu, qui..... germani filii Adelperti.
„ Prima ex ipſa petia in finibus Calinolo,
„ loco ubi dicitur Piſamanu, ubi ipſa Eccle-
„ ſia vocabulo Sancta Maria, quem nos labo-
„ ravimus, qui habet finis terra ipſa de uno
„ latu terra ipſa Adelperti, & Grimoaldi
„ venditori, & terra de Lacoſellu, & terra
„ de ſupradicti germani, quem mihi qui ſu-
„ pra Dauperti Presbyteri & Monachi venun-
„ datum habet, quem hìc ſupter in prædicta
„ Eccleſia offerui; alio latu tenet in via, quæ
„ decernit inter ea terra, & terra de ſupradi-
„ cti germani venditori, & per ſingula latera
„ habet in longitudine paſſus CLXXIII. Unum
„ caput tenet in terra ſupradicti germani ven-
„ ditori, qui ipſos venum dederat Maraldi
„ filio Adelbergæ: habet exinde per traſver-
„ ſum paſſus CX. aliud caput tenet Eccleſiæ
„ Sancti Nazarii: habet exinde paſſus LXXIII.
„ ad menſuram de paſſu juſtæ perſonæ homi-
„ ni menſuratum, in omni ratione & ordine,
„ ſicut in ipſa chartula continere videtur,
„ quem ſupradictum Atto nobis facta habet.
„ Secunda petia, ibique in ſupradicto loco,
„ quæ habet finis de uno latu, fine ſupradicta
„ petia de terra, quem in ſupradicta Eccle-
„ ſia, ut ſupra, offeruit; & alio latere terra
„ ſuprapoſitis Parani & Adelberti habet per
„ ſingula latera per longum paſſus XLVI.
„ Unum caput tenet in terra ſuprapoſitæ Ec-
„ cleſiæ Sancti Martini, aliud caput terræ ſu-
„ prapoſiti Grimoaldi, & Adelberti: habet
„ per ſingula capita traſverſum paſſus XIV.
„ ad menſura de paſſu Landoni Gaſtaldei men-
„ ſuratum. Hæ autem ſuprapoſitæ duæ pe-
„ tiæ de terra, qualiter ſuperiùs de fine
„ in fine judicatæ, & menſuratæ ſunt, unà
„ cum arbores, & cum omnia introhaben-
„ tibus, ſubter, & ſuper, & cum viis ſuis
„ intrandi & exiendi, & qualiter in ipſæ
„ duæ cartæ continentur, cunctæ, & integræ
„ ipſæ in ſuprapoſitam Eccleſiam Sancti Mar-
„ tini judico, atque offerui ad poſſeſſionem
„ eidem Eccleſiæ, & de ejuſque Abbatibus,
„ atque Cuſtodibus habendi & faciendi exin-
„ de omnia, quæ in pars ejuſdem Eccleſiæ
„ placuerit, ſimulque offerui in ſuprapoſita
„ Eccleſia Sancti Martini inclitæ ipſæ duæ
„ chartulæ, per quem ego ſuprapoſitæ terræ
„ comparatum habeo cum omni continentia,
„ quantum in præfata chartula continet pro
„ ſecuritate prædictæ Eccleſiæ, & de ejus
„ Cuſtodibus, ea ratione, quatenus amodo, &
„ ſemper firmiter habeant ipſos. & poſſideant
„ ſuprapoſita Eccleſia Sancti Martini, ejuſ-
„ que Cuſtodibus, atque Abbatibus, integra
„ ſupradicta noſtra judicatione, atque offer-
„ ſiones, & ſic ſemper defendat ipſi auctori-
„ bus noſtris, & eorum heredes in pars ſu-
„ prapoſitæ Eccleſiæ integræ ſuprapoſitæ ter-
„ ræ ab omnibus hominibus, ab omnique
„ partibus, ſic quomodo nobis ipſos defende-
„ re debuit, vel poterit, & pars jam dictæ
„ Eccleſiæ ipſos defendere ſibi debeat cum
„ ſuprapoſitæ chartulæ, & cum aliis ration-
„ bus, quomodo meliùs potuerit vice noſtra,
„ & de noſtris heredibus. Tantùm dum ego
„ advixero, integra ſuprapoſita mea offertio-
„ nis meæ ſint poteſtatis, attamen fructuario
„ nomine. Poſt die obitus mei veniant ipſos
„ ad poteſtatem eidem Eccleſia faciendi quem
„ voluerint. Si autem ego qui ſupra Dau-
„ per-

(1) Agitur heic de Pandulfo Caputferreo, ejuſque fratre Landulfo.

Digitized by Google

„ pertus Presbyter, & Monachus hoc scri-
„ ptum judicationis & offertionis per quale-
„ cunque ingenio dirumpere, aut removere
„ quæsierimus, XX. Bisanteos solidos pœna
„ nos in pars supraposita Ecclesia, & de ejus
„ Custodibus componere obligo, & hoc scri-
„ ptum permaneat semper. Et taliter ego
„ qui supra Dauperto Clericus, & Monachus
„ pro mercede animæ meæ feci, & te Er-
„ cempertum Notarium scribere rogavimus.
„ Ego Daupertus Presbyter, & Monachus
„ offerui.
„ Ego Ajoaldo Judex.
„ Ego Sico.
„ Ego Petrus Notarius.

DE TERRA AD PATRE MODIA CCC.

Pandulfus I. & Landulfus III. Principes Capuani Monasterio Sancti Vincentii ad Vulturnum multas terras largiuntur.
Anno DCCCCLXIV.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi.
„ XXI. Principatus Domni Pandolfi, quàm
„ & VII. Anno Principatus Domni Landolfi
„ glorioſis Principibus, Mense Magio, VII.
„ Indictione. Ideoque qui supra nominati
„ Pandolfus & Landolfus, Domini gratia
„ Langobardorum Gentis Principes, & filii
„ bonæ memoriæ Domni Landolphi glorioſi
„ Principis, compulsi sumus Dei omnipoten-
„ tis misericordia pro mercede animæ meæ,
„ ut hìc, & in æterna vita de peccatis nostris
„ requiem inveniamus, per hanc chartulam
„ offeruimus in Monasterio Sancti Vincentii
„ situs super fontem Vulturni fluminis, ubi
„ nunc Domnus Paulus Venerabilis Abbas
„ præest, hoc est trecenta modia de terra
„ ipsa nostra, quæ commune habemus filiis &
„ nepotibus Domni Atenolphi Principis in
„ finibus Patre habente per singulum modium
„ rationabiliter in longitudine passus XXX.,
„ & per singula capita per traversum passus
„ XXX. ad mensuram de passibus Landoni
„ Seniori Gastaldei mensuratos. Quàm & pro
„ anima nostra offeruimus in eodem sancto
„ Monasterio, idest quartam partem de quin-
„ quaginta septem petiæ de terris &c. *se-*
„ *quuntur fines appositi singillatim cuilibet*
„ *campo. seu terræ*. Igitur & pro nostra ani-
„ ma offeruimus in præfato Monasterio media-
„ tatem de sexaginta una petia de terræ no-
„ stræ, quæ habemus in ipsis finibus Liburiæ.
„ Una petia dicitur in Scorupitu &c. *Finium*
„ *descriptio sequitur*.
„ Ad mensuram de prædictis passibus Lan-
„ doni Seniori Castaldei totæ prædictæ terræ
„ mensuratæ sunt. Ideo nos supranominati
„ Pandolfus & Landolfus Domini gratia Prin-
„ cipes integra suprascripta trecenta modia
„ de jam dicta terra, quæ commune habemus
„ cum filiis & nepotes Domni Atenulfi Prin-
„ cipis in finibus Patria per passus mensuratos,
„ ut diximus, habentes per unumquemque
„ modium rationabiliter per singula latera
„ passus XXX., & per singula capita passus
„ XXX. ad mensuram de suprascripto passo
„ mensurato, seu & integram suprascriptam
„ quartam partem. De superiùs dictæ quin-
„ quaginta & sex petiæ de terris, quæ com-
„ mune habemus cum Neapolitanis, sicut su-
„ pra diximus, insimul cum integra supra-
„ scripta medietate de jam dictæ sexaginta &
A „ una petia de terris, qualiter superiùs per
„ fines indicatæ & mensuratæ sunt, unà cum
„ rivis, & aquis, & semitis suis, cum septis,
„ & limitibus, & cum pertinentiis suis, &
„ cum omnia inferiora & superiora sua, cun-
„ ctum, & integrum ipsos in præfato sancto
„ Monasterio Sancti Vincentii offeruimus ad
„ possessionem ejusdem Monasterii, & de ejus
„ Abbatibus atque Rectoribus, habendi, &
„ possidendi, & faciendum exinde omnia quæ
„ eorum placuerint. Uude nec nobis, nec
„ uxoribus nostris, nec alii cuilibet nullam
„ reservavimus, sed cunctum & integrum
„ ipsos in præfato Monasterio offeruimus,
„ sicut supra diximus. Et obligamus nos qui
B „ supra Pandolfus & Landolfus Domini gra-
„ tia Principes nos, & nostris heredibus ad
„ partem prædicti Monasterii, & ad ejus Ab-
„ batibus atque Rectoribus integra suprascri-
„ pta offertiones defendere & antestare sem-
„ per à parte uxoribus nostris, & ab omni-
„ bus illis hominibus & partibus, qui pro
„ parte vel datu nostrum per veracem scri-
„ ptionem exinde aliquod tollere, vel dimi-
„ nuere voluerint, eo quòd tali tenore & ra-
„ tione ipsos in prædicto Monasterio offerui-
„ mus. Unde obligavimus nos qui supra Pan-
„ dolfus & Landolfus Domini gratia Princi-
„ pes nos & nostris heredibus ad partem su-
„ prascripti Monasterii, & ad ejus Abbatibus
C „ atque Rectoribus tali tenore, ut si quocum-
„ que adveniente tempore nos aut nostris he-
„ redibus hanc nostram offertionis chartulam
„ per qualecunque ingenium dirumpere, aut
„ removere quæsierimus; & si non fecerimus,
„ & non compleverimus exinde in eodem
„ Monasterio, & ad ejus Abbatibus atque
„ Rectoribus ea omnia, sicut supra diximus,
„ tunc ubi hæc chartula nobis, & ad nostris
„ heredibus ostensa & relecta fuerit in publi-
„ co judicio usque ad tertiam & quartam vi-
„ cem, & nos in ea antea causando perseve-
„ rare voluerimus, centum Bizantios solidos
„ pœna nos, & nostris heredibus in jam dicto
D „ sancto & venerabili Monasterio, & ad ejus
„ Abbatibus atque Rectoribus, componere
„ obligavimus, & omnia supradicta ibidem
„ nos & nostris heredibus compleamus, &
„ hæc chartula nostris offertionis in omnibus,
„ sicut continet, firma & stabilis permaneat
„ in perpetuum. Et taliter nos qui supra Pan-
„ dolfus & Landolfus Domini gratia Princi-
„ pes pro mercede animarum nostrarum feci-
„ mus; & ita tibi Adenolfo Notario scribere
„ præcepimus. Capua.
„ Ego Adelmundus Judex.
„ Ego Madelmus Imperialis Protospatarius.
„ Ego Petrus Notarius.
„ Ego Jaquintus Notarius.

E

JUDICATUM DE SANCTO MARTINO IN MONTE MARSICO.

Maraldus Judex Civitatis Suessanæ coram Comitibus ejusdem Civitatis dirimit controversiam de terris quibusdam inter Monasterium Marsicanum Sancti Martini, & Bassum, & Marum.
Anno DCCCCLXXVI.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi.
„ Trigesimo tertio Anno Principatus Dom-
„ ni Pandolfi, & octavo Anno Principatus
„ Domni Landolfi ejus filio glorioſis Princi-
„ pi-

Digitized by Google

„ pibus, Menſe Junio, quarta Indictione. Dum nos Maraldo Judex Civitatis Sueſſanæ eſſemus inter ceteros judicandum, & definiendum cauſantibus, die autem quadam ſtetiſſemus ante Domnum Atenulfum, & Landulfum germanis Comitibus ejuſdem Civitatis, tunc in eorum & noſtra vênit præſentia Petrus Presbyter, & Præpoſitus, ſive Cuſtos Monaſterii Sancti Martini ſitus in monte, qui dicitur Marſico, ille erga ſecum habendo Migelpertum Clericum, & Abbatem ipſius Monaſterii. Tamen ipſe Petrus Presbyter & Præpoſitus Miſſus à Domno Paulo venerabili Abbate Sancti Vincentii ſitus ſupra Vulturni fluminis fontes. Ex parte etenim altera vênit Baſſi filius Adelgiſi, & Mari filius Leoni nepotes ejus, qui cùm veniſſent, & pariter in noſtro judicio eſſent reconjuncti, quærebant inter ſe definire cauſationes, quas inter eos exortæ fuerant de terra & monte, quæ dicitur Marſico ſuper ipſa forma. Unde ipſe qui ſupra Petrus Monachus atque Præpoſitus cauſaverat cum ipſis qui ſupra prænominati Baſſi, & Mari, dicendo: ut illi malo ordine tuliſſent frugia de terris de jam dicto Monaſterio de ſuper ipſa forma. Unde illi dixerunt: ut tuliſſent exinde frugia, eo quòd illi ibi haberent terram ſibi pertinentem per hereditatem Avi, & Genitoris ſui. Unde ipſe qui ſupra Petrus Presbyter & Monachus, & Cuſtos, atque Prepoſitus cum jam dicto Abbate ſuo dixerat: ut jam dicta terra, & monte legibus prædicti Monaſterii Sancti eſt pertinentes per poſſeſſiones, & per Præceptum, quem oſtenderat continente inter cetera: quomodo vir glorioſus Domnus Giſolfus ſummus Dux gentis Langobardorum per rogum Godefrit Marepajus, & Aicha-Bajoario, & Gaſindio ſuo firmaverat in Monaſterio Sancti Martini ſitus in monte Marſico, ubi Deo auxiliante Albinus Abbas regimen tenebat, hoc eſt ipſum montem Marſicum, qualiter à Domno bonæ memoriæ Romoaldo genitori ſuo in ipſum ſanctum locum conceſſum fuerat, in ipſa ratione ſicut in ipſum Præceptum ſigillatum continere videtur. Et dicebat ipſe Petrus Presbyter, & Monachus cum jam dicto Abbate ſupraſcripti Monaſterii: ut jam dicta terra, & monte Sancti Martini ipſos per triginta annos legibus ipſos poſſideret, & talem per teſtes poſſet facere conſignationem. Unde nos qui ſupra Judex interrogavimus prænominatum Baſſi, & Mari ſi habeant inde ſcriptiones, vel alias rationes, quomodo de jam dicta terra, & monte ſibi appropriare poſſet. Quibus illi manifeſtaverunt, & dixerunt: ut nullam ſcriptionem, vel aliàs rationes inde haberet, niſi per ſolam hereditationem ipſos ibidem habere vellent. Unde per diſpoſitionem ſupradictorum Comitum & judicium noſtrum qui ſupra Judici vadiati fuerunt cum ipſo Petrus Presbyter Monachus, atque Præpoſitus, erga ſecum habendo prædictum Abbatem, tali tenore ut pariter perjerent ſuper jam dicta terra, & monte, & ipſe Petrus Presbyter & Monachus atque Præpoſitus plicaret ibidem ipſos teſtes ſuos, quem dixit habere, & faceret ipſos teſtes ſuos monſtrare ipſa terra, & monte per finis, & faceret ipſos teſtes ſuos ſingulos ad ſingulos teſtificare dicendo ſic: ipſa terra & monte

A B C D E

„ per ille finis, quæ vobis demonſtravi, triginta annos poſſedit parte Sancti Martini; & firmaret ipſa teſtimonia ſecundùm legem. Et dum pro talia reconjuncti eſſent ad finiendum ipſos inter ſe, ſicut guadiati fuerant, tunc ipſis qui ſupra Baſſi & Mari parati erant ad recipiendam ipſam conſignationem. Et ipſe qui ſupra Petrus Presbyter & Monachus atque Præpoſitus paratus erat cum ipſa teſtimonia, ideſt Rachiſi Clerico atque Notario, & Azzo, & Saſſo. Quem nos interrogavimus, ut ſi proinde venirent ad teſtimonium ipſum reddendum de jam dicta terra & monte. Illi toti quaſi un ore reſponderunt, proinde veniſſent ad conſignationem ipſam faciendam, & tunc uterque partium deprecaverunt me qui ſupra Judicem ut cum eis perjeremus ſuper terram & monte ipſo. Qui dum ſuper terra & monte ipſo reconjuncti eſſemus, ſtatim ipſi qui ſupra Rachiſi Clerico, & Notario, & Azzo, & Saſſo, qui ad teſtificandum venerant, cœperunt monſtrare nobis, & ad ſupradicti cauſatores, terræ, & monte per has fines: ideſt ab uno latere fine ſerra de ipſo monte ſupraſcripti Monaſterii &c. Et cùm taliter monſtratio fuiſſet utriuſque, reverſi fuimus ante jam dictis Comitibus intro jam dicta Civitate, & noſtram qui ſupra Judici præſentiam; & tunc ibi qui ſupra teſtes ſegregavimus eos ab invicem prædicto Saſſo, duci in unam partem jamdictum Azzo, in aliam partem prædictum Rachis Clerico & Notario ante nos ſtare fecimus, quem de Dei timore monuimus, ut quidquid ille exinde veraciter ſciret, ita eos teſtificaret. Quibus ille extenſa manu tetigit ipſum qui ſupra Petrus Preſbyter & Monachus & Cuſtos atque Præpoſitus, & teſtificando dixit ipſorum qui ſupra Baſſi & Mari: ſcio, ille terræ, & monte per ille finis, quæ vobis demonſtravi, triginta annis poſſedit pars Sancti Martini. Deinde eo amoto fecimus venire ſupraſcripto Azzo, quem & ipſum monuimus de Dei timore &c. *ut ſupra*. Cùmque taliter toti & tres quaſi uno ore teſtificaſſent, tunc à parte prædicti Baſſi & Mari poſita Euangelia juraverunt eorum ipſi teſtes, ſingulos ad ſingulos tangendo ipſa Euangelia, & dixerunt per ſacramentum, ut ſic eſſet veritas, ſicut illi de cauſa iſta teſtimonium reddederunt. Deinde juravit ipſe qui ſupra Petrus Presbyter & Monachus atque Præpoſitus cum undecim ſuos ſacramentales legitimos, & ipſi ſingulos ad ſingulos tangendo ipſa Euangelia, & dixerunt per ſacramentum ut ſic eſſet veritas, ſicut ipſi teſtes de hac cauſa teſtificaverunt: & eſt cauſatio iſta finita & deliberata in omnibus.

„ Cùmque nos qui ſupra Maraldo Judex taliter omnia ſupradicta ante nos facta atque perfecta conſpeximus, pro recordando in perpetuum ea omnia ſupraſcripta, ut amodo & deinceps quieto animo habeat & poſſideat pars ſupraſcripti Monaſterii Sancti Martini, & ejuſdem Rectoribus jam dicta terra & monte abſque omni contrarietate cujuſque perſonis, hunc eidem venerabilem locis exinde emiſimus Judicatum, quem tibi Johanni Clerico atque ſcriba ſcribere juſſimus. Actum Sueſſa. Ego qui ſupra Maraldo Judex. Ego Petrus. Ego Garando. Ego Leodelgardus Clericus & Notarius.

Digitized by Google

Hoc tempore corpus Sancti Matthæi Apoſtoli, quod primò apud Æthiopiam, deinde Britanniam, demum apud Lucaniam per diverſa tempora quieverat, ejuſdem Apoſtoli revelatione repertum, atque Salernum translatum eſt.

Tunc temporis Johannes Papa de Roma exiliatus vênit Capuam, & rogatus à Pandulfo Principe, tunc primum Archiepiſcopum in eadem Civitate conſtituit, Johanne ejuſdem Principis fratre inibi conſecrato.

Obiit venerabilis Abbas Paulus ſexto decimo Kal. Martii, Anno Dominicæ Incarnationis nongenteſimo octogeſimo primo, Indictione Nona.

Aligerno verò Abbate in Caſino, triginta ſeptem annis exactis, Manſo ſuccedit.

JOHANNES Abbas Sancti Vincentii ſedit Annis III. Menſibus IV. diebus X. Iſte venerabilis Abbas homines conduxit, & habitare fecit in Caſtro Scappoſi, & in Caſtello de Vantra, quod dicitur Fornellu, per hujuſmodi deſcriptionis textum.

DE CASTRO SCAPPOLI.

Conceſſio libellaria terrarum & Caſtri Scappoli, nonnullis hominibus facta à Johanne III. Abbate Monaſterii Vulturnenſis Sancti Vincentii. Anno fortaſſe DCCCCLXXXII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti „ ..... Anno Principatus Domni Landolfi glorioſi Principis Menſe Julio, X. Indictione. Ideoque ego Johannes Abbas Monaſterii in loco Sancti Vincentii Chriſti „ Martyris in partibus Samniæ ſitus ſupra „ fontes Vulturni fluminis manifeſtum eſt, „ quia ſupradicto noſtro Monaſterio per plurimis locis copioſas habet ſubſtantias, inter quas etiam habemus terram prædicti „ noſtri Monaſterii in loco, qui nominatur „ Scappoli, qui habet finis de uno latere „ monte, qui eſt capite Vulturni, & directè „ pergit in ipſa via antiqua, & quomodo deſcendit in ipſa via antiqua, & venit in ipſa „ Heurella, & quomodo pergit ad ipſum „ Collem Aldoni, & inde venit in ipſe Fulconare, & inde aſcendit in ipſa Forcella, „ quæ eſt ſuper Eccleſia, qui vocatur Sancto „ Petro in Ituco in fluvio Sangro, & quomodo deſcendit in ipſa Littula, & quomodo aſcendit ipſa Littula, & venit in ipſo „ monte, qui eſt ſuper Liceto, & venit in „ fluvio Vulturno; & quomodo aſcendit ipſo „ fluvio, & venit in ipſo rivo de Paſtena, „ & inde pergit in ipſo monte: ut ipſas terras ſinè effectu non haberemus. Unde convocatos Fratres Monachos, & conſilium cum „ eis habuimus, quid de ipſas terras facere „ deberemus, ut ſi haberemus homines, qui „ à nos pro convenientia libellari ordine tollere deberet, & ad cultum perduceret, daremus eas ipſis: quod nobis, & Fratribus „ noſtris rectum comparuit. Unde convocavimus Aifridum Judicem, & ſubſcriptos „ idoneos homines, qui ſe nobiſcum intereſſe „ dixerunt, ſicut in lege ſcriptum eſt de convenientia; & ita firmavimus infra nobis „ hunc ſcriptum convenientiæ libellari. Idcirco prænominatus Domnus Johannes venerabilis Abbas unà cum conſenſu, & largitate Monachorum Fratrum noſtrorum, „ & per eorum conſilium dedimus vobis Lupo „ Magiſtro cum filiis tuis, & Johannes Magiſtro cum filiis tuis Varvatum, & Azzo, „ & Antoni germanis fratribus tuis, damus „ ad poſſidendum vobis, & univerſis heredibus, ideſt jam dictis terris, quomodo per „ finis judicatæ ſunt, vobis omnibus prænominati amodo, & uſque dum vos volueritis habitare, & veſtri heredes, cum familiis, & cauſis veſtris, & Commenditorum „ veſtrorum. Concedimus quoque vobis ibidem facere in ſupra nominatis finis omnem „ veſtram utilitatem, quæ vobis neceſſe fuerit juſta ratione amodo, & uſque dum vos, „ & veſtri heredes volueritis habitare, & de „ ſupranominatis terris liceat vobis laborare, „ & ad cultum perducere, & vineæ paſtinare, „ & conciare tempore ſuo, & vendere, & „ donare, & quomodo vos ad cultum perducere volueritis cultum, victualium, & vinum, & alia frugia, quem Deus vobis dederit, veſtræ ſint poteſtati, unde nec nobis, „ nec ad pars prædicti noſtri Monaſterii ſorte „ dare non debeatis, ſed per ſinguli, quomodo ſupra legitur, vos & veſtri heredes „ detis parte ſupradicti noſtri Monaſterii granum bonum, & bene ſiccum, modium „ unum, & de hordeo modium unum pro „ ipſo terratico; per ſingulas quoque caſas „ quantæ fuerint, menſuratum ad ipſum modium, quod conſuetudo eſt menſurare in „ prædicto loco. De prædictis vineis quod „ inde fecerint, per ſingulas unam tractoriam „ de vino juſtam dare debeant, quantas vineas „ habeant, per ſingulas vindemias vinum „ mundum ante Miſſum noſtrum peſatum „ modia duo, menſuratum ad præfatum modium, quod ſuperiùs diximus, aſſignet illud ad ipſum Miſſum noſtri Monaſterii in „ ipſo Caſtello per ſingulos annos pro parte „ noſtri Monaſterii. Et ſi habueritis caballi, „ faciatis ſervitium ad caballum, ubi vos „ ſcire fecerit prædicti noſtri Monaſterii, „ quia ſic convenit inter nos. Et liceat vobis „ ipſi porci, & animaliis veſtris infra jam „ dictis finis ambulare, & paſcere ubicunque „ eſca in noſtris ſilvis invenerint, & de ipſis „ porci in ſupradicti Monaſterii per ſingulum „ annum rationabiliter de undecim unum „ eſcaticum annualiter. Concedimus vobis „ veſtriſque heredibus infra dicto Caſtello, „ ubi potueritis, juſto ordine caſa facere ad „ habitandum cum familiis, & animalibus, „ & cum omnibus cauſis veſtris, & Commenditorum veſtrorum, & quomodo aliis bonis hominibus per aliis Caſtellis habitant. „ Et quando inde exire volueritis, concedimus vobis, & veſtris heredibus exire cum „ omnibus cauſis veſtris, & Commenditorum „ veſtrorum; quò vultis pergite abſque omni „ contrarietate noſtra, & poſteros noſtros, „ & pars prædicti noſtri Monaſterii, atque „ Rectoribus: tantùm amodo, & uſque in „ tres anni completi aliquid dare non debeatis. Et ſi vobis, & veſtris heredibus neceſſe fuerit venundare de ſupradictis terris, „ aut donare, aut de caſis veſtris, quæ vos „ feceritis, faciatis ſinè ad pars præfati Monaſterii; ſed ſi voluerit ipſas emere ſupradicto Monaſterio, vendatis, quantum per „ tres homines fuerit æſtimatum; & ſi noſtro „ Monaſterio comparare non voluerit; liceat „ vobis vendere, & dare ad ipſos homines, „ quos in ſupraſcripto Caſtello habitant, & „ faciant ipſum ſervitium, ſicut ſupra dixi„ mus.

Digitized by Google

„ mus. Unde taliter obligo me ego Johannes
„ venerabilis Abbas, & Succeſſores meos, &
„ pars prædicti Monaſterii, ut qualiſcumque
„ adveniente tempore per qualecunque inge-
„ nium, vel humana aſtutia hunc ſcriptum
„ libellario ordine dirumpere, aut removere
„ quæſierimus, & non compleverimus omnia,
„ ſicut ſupra diximus, quingentos ſolidos Bi-
„ zanteos Conſtantinos pœna nos, & poſteros
„ noſtros componere obligamus, & omnia
„ vobis percompleamus, & hunc ſcriptum
„ ſecundùm legem ſtare firmum debeat, &
„ ſtabilem permaneat ſemper. Et taliter ego
„ qui ſupra Johannes Abbas te Petrus Nota-
„ rius ſcribere rogavimus. Actum Caſtello
„ Samniæ. Ego qui ſupra Johannes Abbas.
„ Ego Johannes Sacerdos & Monachus. Ego
„ Johannes Sacerdos & Monachus. Ego Be-
„ nedictus Subdiaconus & Monachus.

Hoc tempore Otto Primus Imperator obiit; & Secundus Otto filius ejus Imperium ſuſcepit cognomento Ruffus. Hic Capuam vênit, ubi venerabilis Abbas Johannes diverſa ab eo Præcepta obtinuit de dignitate, & poſſeſſione hujus Monaſterii. Quorum Præceptorum ita textus habetur.

Otto II. Imperator Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum, ejuſque Abbati Johanni III. omnia illius jura & bona confirmat. Anno DCCCCLXXXIII.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Otto Di-
„ vina providente Clementia Romanorum
„ Imperator Auguſtus. Ad hoc omnipotentis
„ Dei miſericordia humanitatem noſtræ fra-
„ gilitatis in tantam culminis excellentiam
„ promovere dignatus eſt. . . . . Eccleſiarum
„ Sanctarum pervigili ſtudio ſollicitudinem
„ gerentes, cultores earum paterno affectu ab
„ omni incurſione & pravitate hominum
„ perverſorum eripere ſtuderemus. Quocirca
„ univerſitatem noſtrorum fidelium latêre no-
„ lumus, qualiter Vir Venerabilis Johannes
„ nomine Abbas Monaſterii Sancti Martyris
„ Vincentii, quod eſt ſitum finibus Benéven-
„ tanis, & penè circumdatum fluvio, qui
„ Vulturnus appellatur, noſtram adiens cel-
„ ſitudinem detulit præcepta Prædeceſſorum
„ noſtrorum, videlicet Regum & Imperato-
„ rum, Principum, & Ducum, per quæ de-
„ tulerunt ex ſuis rebus in præfatum Mona-
„ ſterium, ac confirmaverunt res & poſſeſſio-
„ nes inibi ab Imperatoribus, Principibus,
„ Ducibus, reliquiſque Chriſtifidelibus col-
„ latas. Unde jam dictus Abbas noſtram exo-
„ ravit clementiam, ut eadem præcepta ac
„ legales ſcriptiones, nec non prædia per di-
„ verſos fines Italici Regni conjacentia eidem
„ Cœnobio collata per noſtræ confirmationis
„ pracmaticum in præfatum venerabilem lo-
„ cum concederemus, & confirmaremus. Cu-
„ jus dignis petitionibus faventes, pro Dei
„ amore animæque noſtræ remedio per hoc
„ confirmationis præceptum, pro ut juſtè &
„ legaliter poſſumus, concedimus, & confir-
„ mamus, atque corroboramus in prædicto
„ Cœnobio Sancti Vincentii Martyris omnia
„ præcepta Præceſſorum noſtrorum, Impera-
„ torum, & Regum, verùm etiam omnes
„ res & poſſeſſiones per diverſa loca Regni
„ Italici poſitas per eadem præcepta, vel quo-
„ libet titulo ſcriptionis à Principibus, Du-
„ cibus, reliquiſque Chriſtifidelibus ibidem

A

B

C

D

E

„ collatas. Nam primitus manifeſtamus ipſas
„ hereditates, quæ circumdat jam dictum
„ Cœnobium in Samniæ partibus has fines ha-
„ bentes. *A Sangro* quoque fluvio, & ſic
„ juxta montes, qui publici eſſe videntur,
„ uſque in monte, qui nuncupatur Azze, &
„ ſicut mons ipſe revolvit uſque in fluvium
„ Melſa, & velut decurrit ipſa Melſa uſque
„ ubi conjungitur cum fluvicello, qui dicitur
„ Mellarino, & ex hoc loco uſque in cacu-
„ mine montis, qui de Balbola, & per ver-
„ ticem ejuſdem montis uſque in montem
„ Arcanum, & montem qui dicitur Marthe,
„ & in montem uſque Caſale, eoſque ſcilicet
„ montes exteriùs circundantes uſque unde
„ ipſa oritur Ravennola, & à capite ipſius
„ Ravennolæ venientes juxta alios montes pu-
„ blicos uſque in montem, qui eſt ſuper Be-
„ nafranam Urbem. Eodem verò monte re-
„ volvente uſque in montis verticem, qui ſu-
„ per terram eſt, quæ Adarcora dicitur, quæ
„ eſt hereditas Eccleſiæ Sanctæ Dei Genitricis
„ Mariæ, quæ vocatur ad Olivetum, ſubdita
„ jam dicti Monaſterii. Eodem loco ſimiliter
„ conſtructa eſt Eccleſia Sanctæ Chriſtinæ ſub-
„ dita ejuſdem Monaſterii cum multis ter-
„ ris, & pertinentiis ſuis. Denique ab ipſa
„ terra, quæ dicitur Adarcora, per diverſos
„ fines euntes uſque in fluvio Vulturno. Ex
„ alia verò parte iter incipiunt fines à priori
„ loco ſimul cum Sangro fluvio uſque in lo-
„ cum, à quo rectè aſpicitur Collem Apa-
„ rum, ſicque pergens uſque in rivio, qui di-
„ citur Foruli, & decurrente ipſo rivio in
„ fluvio, qui nominatur Vantra, & qualiter
„ decurrit ipſum flumen in jam dicto fluvio
„ Vulturno, & quemadmodum decurrit ipſum
„ flumen juxta terras prædicti Monaſterii,
„ uſque in prædictis finibus, & Terræ San-
„ ctæ Mariæ. Hæc verò hereditas per ſupra-
„ ſcriptos fines ideo in præfato Cœnobio con-
„ cedimus & confirmamus, quia jam ibi con-
„ ceſſum & confirmatum eſt à Domno Ludo-
„ vico Imperatore, nec non & à Sereniſſimo
„ bonæ memoriæ patre noſtro Ottone piiſſimo
„ Imperatore Auguſto. Ita videlicet non ſo-
„ lùm hæc, verùm etiam omnia, quæ ab ipſis
„ Imperatoribus conceſſa ſunt, & confirma ta,
„ ea videlicet ratione libenter concedimus, &
„ confirmamus: hoc eſt ipſas hereditates ſu-
„ periùs nominatas cum jam dictis finibus ſuis,
„ & cum Caſtellis, Eccleſiis, ſervis, & ancil-
„ lis, ceſpitibus ſuis, montibus, collibus, val-
„ libus, toronibus, aquis, paſcuis, pratis, cam-
„ pis, ſilvis, molendinis, & cum omnibus
„ quæ nominari poſſunt. Inſuper concedimus
„ in eodem Cœnobio montem, qui dicitur Ace-
„ rum cum inclitis finibus ſuis, & ipſam Val-
„ lem Soranam cum omnibus Eccleſiis, mon-
„ tibus, campis, & ſilvis, & omnibus perti-
„ nentiis ſuis, & cum aliis Eccleſiis & terris,
„ quæ ſunt in finibus Soranæ Civitatis, & ſicut
„ præcepta vel ſcriptiones, & offerſiones ejuſ-
„ dem Monaſterii continent. Inſuper conce-
„ dimus & confirmamus in jam dicto Cœno-
„ bio omnia Monaſteria, terras, & Cellas per
„ diverſa loca Regni Italici conſtructa, &
„ omnia, quæ nominatim ſcripta ſunt in præ-
„ cepto Domni Ottoni patris noſtri Sereniſſi-
„ mi Imperatoris. Recepimus præterea præ-
„ taxatum Monaſterium cum omnibus præta-
„ xatis Monaſteriis ac Cellis, rebus quoque ac
„ familiis ibidem aſpicientibus cum Fratribus
„ & Monachis ibidem Deo famulantibus, ſub

Digitized by Google

„ noſtræ tuitionis munburdum. Statuentes, „ ut Abbates, & Præpoſiti ejuſdem loci juxta „ conſuetudinem priſcam ad communem uti- „ litatem Fratrum ſua providentia diſponant „ abſque alicujus contradictione. Præcipien- „ tes itaque jubemus, ut nullus Princeps, Dux, „ Marchio, Comes, Caſtaldio, ſeu quælibet „ Regni noſtri parva magnaque perſona res „ prædicti Monaſterii invadere, ſive homines „ liberos & ſervos diſtringere, pignorare, ſeu „ moleſtare audeant, neque penſionem ab eis „ exigere præſumant. Si quis ergo hujus no- „ ſtri præcepti confirmationem ſive munbur- „ di tuitionem aliquando infringere &c.

„ Signum Domni Secundi Ottonis Romano- „ rum Imperatoris, (*) & invictiſſimi Au- „ guſti.

„ Adelbertus Cancellarius ad vicem Petri „ Epiſcopi & Archicancellarii recognovi & „ ſubſcripſi.

„ Data II. Iduum Novembrium Anno Domi- „ nicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Indi- „ ctione XI. Regni verò Domni Secundi Ot- „ tonis XXVI. Imperii quoque ejus XVI. „ Actum Capuæ feliciter. Amen.

ALIUD PRÆCEPTUM DE TERRIS, ET CELLIS, SEU MOLENDINIS CONSTRUENDIS.

Ottonis II. Imperatoris Privilegium conceſſum Monaſterio S. Vincentii ad Vulturnum, quo omnia illius bona & jura confirmantur. Anno DCCCCLXXXIII.

„ IN nomine Domini Dei æterni. Otto Di- „ vina providente clementia Romanorum „ Imperator Auguſtus. Ad hoc omnipotentis „ Dei miſericordia humanitatis noſtræ fragi- „ litati in tantam excellentiam providere di- „ gnatus eſt, quatenus Eccleſiarum Sanctarum „ pervigili ſtudio ſolicitudinem gerentes, cul- „ tores earum paterno affectu ab omni incur- „ ſione & pravitate hominum perverſorum „ eripere ſtuderemus. Quocirca univerſitatem „ noſtrorum fidelium latêre nolumus, quali- „ ter Vir Venerabilis Johannes nomine Ab- „ bas Monaſterii Sancti Martyris Vincentii, „ quod eſt ſitum in finibus Beneventanis, & „ penè circundatum fluvio, qui Vulturnus „ appellatur, noſtram adiens celſitudinem de- „ tulit præcepta Præceſſorum noſtrorum, vi- „ delicet Regum & Imperatorum, per quæ „ detulerunt ex ſuis rebus in præfatum Mo- „ naſterium, ac confirmarunt res & poſſeſſio- „ nes inibi à Principibus, Ducibus, reliquiſ- „ que Chriſtifidelibus collatas. Unde jam „ dictus Abbas noſtram exoravit clementiam, „ ut eadem præcepta ac legales ſcriptiones, „ nec non prædia per diverſos fines Regni Ita- „ lici conjacentia eidem Cœnobio collata, „ per noſtræ confirmationis pracmaticum in „ præfatum venerabilem locum confirmare- „ mus. Cujus dignis petitionibus faventes, „ pro Dei amore, animæque noſtræ remedio, „ per hoc noſtræ confirmationis præceptum, „ pro ut juſtè & legaliter poſſumus, confir- „ mamus & corroboramus in prædicto Cœ- „ nobio Sancti Vincentii Martyris omnia „ præcepta noſtrorum Præceſſorum Imperato- „ rum & Regum, verùm etiam omnes res „ & poſſeſſiones per diverſa loca Regni Ita- „ lici per eadem præcepta vel quolibet le- „ gali titulo ſcriptionis à Principibus, Duci- „ bus, reliquiſque Chriſtifidelibus ibidem „ collatas nec non Monaſteria, Cellas, & „ Caſtella inferiùs nominata, nominativè in- „ fra hos fines. Terram cultam, & incultam „ poſitam &c. Præcipientes inſuper jubemus, „ ut nullus Rex, Dux, Princeps, Marchio, „ Comes, Vicecomes, Gaſtaldius, Sculdais, „ vel aliquis publicæ rei Exactor &c. nec au- „ deat aliquis ipſos Abbates vel Monachos „ ad ſacramentum invocare, quia contra Di- „ vinam auctoritatem, & contra regulam „ eſt. Dedimus inſuper eiſdem Monachis li- „ centiam, ut habeant poteſtatem molendina „ ædificandi, & alia . . . . . faciendi „ in Vulturno fluvio juxta murum Capuanæ „ Civitatis, & in omni loco præfati fluvii, „ qui juſtè ab eis & legaliter cognoſcitur de- „ tineri. Concedimus quoque & corrobora- „ mus, ut nullus ex ſervis, aut ex familia „ ejuſdem Monaſterii, vel eos Cortiſianos vo- „ cant, inquietare, aut ad publica, vel Co- „ mitum placitum ducere, aut judicare, ne- „ que in domibus vel Caſis ejuſdem Monaſte- „ rii judicium, aut placitum tenere, niſi Ab- „ bas præfati Cœnobii, aut ſuus Miſſus, ante „ cujus conſpectum omnes ſui reſidentes, ſicut „ ante noſtram præſentiam legem faciant, & „ recipiant. Neque placiaticum portaticum, „ pontanicum, caſaticum quiſquam homo, „ aut publicæ rei Exactor tollere aut exigere „ præſumat. Si quis autem, quod non credi- „ mus, &c. Sciat ſe compoſiturum auri opti- „ mi libras mille ; medietatem Cameræ no- „ ſtræ, & medietatem jam dicto Abbati & „ ejus ſucceſſoribus. Quod ut verius creda- „ tur &c.

„ Signum Domni Secundi Ottonis Romano- „ rum Imperatoris & invictiſſimi Auguſti.

„ Adelbertus Cancellarius ad vicem Petri „ Epiſcopi & Archicancellarii recognovi, & „ ſubſcripſi.

„ Datum II. Idus Novembris, Anno Domi- „ nicæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Indi- „ ctione XI. Regni verò Domni Secundi Ot- „ tonis XXVI. Imperii quoque ejus XVI. „ Actum Capuæ feliciter.

Gratiâ autem Sedis Apoſtolicæ à Summo Pontifice Septimo Benedicto Privilegium accepit Venerabilis Abbas Johannes, cujus textus ita habetur.

Benedicti VII. Papæ Bulla, qua Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, ejuſque Abbati Johanni III. privilegia, & jura omnia renovat. Anno DCCCCLXXXII.

„ BEnedictus Epiſcopus ſervus ſervorum „ Dei. Johanni Venerabili Abbati ex Mo- „ naſterio Chriſti Martyris Vincentii, & per „ ſe in eodem venerabili Monaſterio, tuiſque „ ſucceſſoribus in perpetuum. Cum magna „ nobis ſolicitudine cura inſiſtit pro univerſis „ Dei Eccleſiis, ac piis locis vigilandum, ne „ aliquam neceſſitatis jacturam ſubſtineant, „ ſed magis propria utilitate ſtipendia conſe- „ quantur. Ideo convenit nos paſtoralis tota „ mentis integritate eorumdem venerabilium „ locorum maximè ſtabilitatis utilitatem „ pro-

(*) Hoc ſignum vide ad Tabulam quintam figurâ ſignatâ B.

Digitized by Google

„ procurare &c. Igitur quia petiſtis à nobis,
„ quatenus Monaſterium Beati Vincentii Mar-
„ tyris ſitum ſupra fluvium Vulturnum terri-
„ torio Beneventano partibus Samniæ, unà
„ cum ſuis pertinentiis, & Monaſteriis, vide-
„ licet Monaſterium Beati Petri Apoſtoli po-
„ ſitum juxta fluvium Sabbati &c. Et ideo
„ concedimus vobis veſtriſque ſucceſſoribus
„ licentiam Apoſtolicæ Sedis noſtræ, ut quam-
„ libet Chriſtianitatem indigentibus in præ-
„ dicto venerabili Monaſterio, qualis Epiſco-
„ pus vobis ad invitandum ire volueritis, ha-
„ bendi poteſtatem &c., *qualiter legitur in*
„ *ceteris Bullis*.
„ Scriptum per manus Johannis Scriniarii
„ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in Menſe Octu-
„ brio die IX. Indictione XI. Benevalete (*)
„ Datum VI. nonas Octubris per manus
„ Stephani Epiſcopi, & Bibliothecarii San-
„ ctæ Sedis Apoſtolicæ, Anno Deo propitio
„ Pontificatus Domni noſtri Benedicti Summi
„ Pontificis, & univerſalis Septimi Papæ, in
„ Sacratiſſima Sede Beati Petri Apoſtoli Octa-
„ vo, per Indictione præfata XI.

PRÆCEPTUM DOMNI OTTONIS DE S. MARIA DE APINIANICI.

Otto II. Imperator Judicatum confirmat, in quo multa Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum jam occupata reſtituta fuerant. Anno DCCCCLXXXI.

„ IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinita-
„ tis. Otto divina annuente clementia
„ Imperator Auguſtus. Si Eccleſiarum Dei
„ curam habere ſtuduerimus, procul dubio
„ Imperium noſtrum ſtabiliri, & inſuper vi-
„ tam æternam promereri credimus. Quo cir-
„ ca omnium Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium,
„ noſtrorumque præſentium videlicet, ac fu-
„ turorum noverit univerſitas, Johannem vi-
„ rum venerabilem ex Cœnobio Sancti Vin-
„ centii in territorio Beneventano conſtituto
„ Abbatem noſtram imploraſſe clementiam,
„ quatenus pro Dei amore, noſtræque animæ
„ remedio, præceptum ei conſcribi juberemus
„ de omnibus rebus ſuæ Eccleſiæ, cujus con-
„ dignis vocibus aſſenſum præbentes, quod
„ petiit fieri decrevimus, & inſuper noſtrum
„ Miſſum, unà cum ipſo Venerabili Abbate,
„ & ſuo Advocato miſimus, qui terram præ-
„ dicti Monaſterii excuteret poteſtativè, eam-
„ que dominio Abbatis manciparet. Sed cùm
„ noſter Miſſus nonnulla ipſius Sanctæ Eccle-
„ ſiæ perquireret loca, reperit quædam illo-
„ rum quaſi proprietario jure injuſtè detineri
„ ab invaſoribus Eccleſiarum Dei. Cùmque
„ ipſi inimici Chriſti bis & ter admoniti eſ-
„ ſent, ut ad placitum venirent, & ſuæ ma-
„ litiæ finem imponerent, omnino legem
„ ſpreverunt, & ad Placitum venire diſtule-
„ runt. Nos hæc audientes, prædictum Ab-
„ batem, & ſuum Advocatum reſtituimus de
„ omnibus rebus, quæ juſtè, & legaliter præ-
„ dicta Eccleſia Beati Vincentii, & Sanctæ
„ Mariæ de Apinianico aliquo in tempore
„ detinere viſa ſunt, & pro deſtruendis pra-
„ vis loquutionibus iniquorum injuſta quæ-
„ rentium, cauſantium, & defendentium,
„ præſens conſcripta eſt notitia eo modo, quo
„ inferiùs eſt ordinatum. (1)

Petrus Epiſcopus Ticinenſis, & Gribertus Epiſcopus Terdonenſis Miſſi Ottonis II. Imperatoris in Placito Marſicano inveſtiunt de rebus controverſis Johannem III. Abbatem Sancti Vincentii ad Vulturnum, fruſtra citatis ad judicium illius adverſariis. Anno DCCCCLXXXI.

„ IN Dei nomine. Notitia judicatum, qua-
„ liter actum eſt in territorio Marſicano,
„ in ipſo Campo de Sancto Felici, in placito,
„ ubi reſidebat Petrus Epiſcopus de Pavia, &
„ Gribertus Epiſcopus de Derdona Miſſi Sa-
„ cri Palatii, & Rainaldus, & Oderiſi ger-
„ manis Comitibus pro ſingulorum omnium
„ juſtitiam fieri faciendam, vel deliberandas
„ intentiones. Ibique reſidebat cum eis Albe-
„ ricus Epiſcopus Marſicanus, & Ingezo, &
„ Ildeprandus, & Joſeph Judex de Marſi, &
„ Berardus Judex de Valva, & Notuſcheri, &
„ OEbaldus, & Liudini filii quondam Liudini,
„ & Johannes, qui ſupranomen Walatcheri
„ vocatur, cum Luito filio ſuo, & Raymbal-
„ dus cum Oldchive filio ſuo, & Liuto filius
„ quondam Gottefredi cum Milo filio ſuo, &
„ Giſo filius Walterii, & Giſo filius quon-
„ dam Ingillarami, vel reliqui plures circum-
„ ſtantibus, vel reſidentibus. In iſtorum om-
„ nium ſupraſcriptorum præſentiam ſic vênit
„ Johannes Abbas Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii, quod ſitum eſt in partibus Beneventa-
„ nis, unde oritur fluvium Vulturnum, lo-
„ cus, quod dicitur Samniæ, cum Franco Ad-
„ vocato ſuo, & querelam habebat de re-
„ bus proprietatis prædicti Monaſterii, quæ
„ ſubjecta eſt Monaſterio Sancti Vincentii, de
„ rebus quæ ſunt in territorio Marſicano. Et
„ querelam habebat ſupradictus Johannes Ab-
„ bas, & Franco Advocatum ſuum de homi-
„ nibus Marſicanis, qui illi tenebant ad ter-
„ tium placitum, & modò ſumus parati de
„ ipſis hominibns, & habere illi non poſſu-
„ mus. Unde ſupraſcripti Epiſcopi, & præ-
„ dicti Comiti interrogaverunt ſupraſcriptos
„ Judices, qui exinde judicare illi banditi
„ fuerunt, & tertium placitum, & noluerunt
„ venire. Tunc ſupraſcripti Judici judica-
„ verunt, quomodo inveſtire debetis ſupra-
„ ſcriptum Johannem Abbatem, & ſupra-
„ ſcriptum Franco Advocato ſuo de omne
„ rebus proprietatis ſupraſcripto Monaſterio
„ Sancti Vincentii, & ſupraſcripto Monaſte-
„ rio Sanctæ Mariæ, unde querelati ſunt. Et
„ ſupraſcriptus Petrus Epiſcopus, & ſupra-
„ ſcriptus Gribertus Epiſcopus, & ſupra-
„ ſcriptus Raynaldus Comes per unum bacu-
„ lum inveſtivit ſupraſcriptum Abbatem, &
„ prædicto Franco Advocatorem ſuum de
„ omnibus rebus proprietatis, & ſubſtantiis
„ ſupraſcripti Monaſterii Sancti Vincentii, &
„ ſupraſcriptum Monaſterium Sanctæ Mariæ,
„ quæ eſt in territorio Marſicano, & miſe-
„ runt bandum de pars Domni noſtri Impe-
„ ratoris, quicumque de omnibus ipſis ſupra-
„ ſcriptis rebus diſveſtire præſumpſerit ſu-
„ praſcriptum Monaſterium quoquo modo,
„ compoſituri aureos Bizantios centum, ſinè
„ le-

(*) Vide Tabulam quintam figurâ ſignatâ N.

(1) Huic monumento alterum ſubſequens adnectendum continuò, uti & adnectitur in MSto Codice.

Digitized by Google

„ legali judicio ad præfatum Monaſterium. „ Et finita eſt cauſa iſta in iſtorum omnium „ ſupraſcriptorum præſentia. Unde pro ſe„ curitate prædicti Monaſterii hanc notitiam „ judicatum ſcribere juſſerunt Loponi Judici „ & Notario. Quam & ego Lupo Judex & „ Notarius ibi fui in Anno ab Incarnatione „ Domini noſtri Jeſu Chriſti DCCCCLXXXI. „ Regnante Domno Ottone Imperatore Anno „ XIV., & dies Menſis Auguſti, per Indi„ ctione IX. Feliciter.

„ Ego Petrus humilis Epiſcopus, & Archi„ cancellarius.

„ Gribertus Epiſcopus, & Imperatoris Miſ„ ſus interfui, & ſubſcripſi.

„ Ego Albericus interfui.

„ Raynaldus Comes interfui.

„ Ego Oderiſi Comes ibi fui.

„ Ingezo, Ildeprandus, Joſeph Judices ibi „ fuerunt.

„ Quapropter præcipimus, ut nulla noſtri „ Regni perſona jam dictum Monaſterium de „ prædictis terris diſveſtire, moleſtare, in„ quietare præſumat. Si quis ergo hujus no„ ſtri præcepti violator extiterit, ſciat ſe „ compoſiturum auri optimi libras centum, „ medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem „ prædicto Abbati, ſuiſque ſucceſſoribus. „ Quod ut verius credatur, diligentiùſque „ ab omnibus obſervetur, anuli noſtri im„ preſſione ſubter juſſimus inſigniri.

„ Signum † Domni Secundi Ottonis Sere„ niſſimi Imperatoris Auguſti.

„ Johannes Cancellarius ad vicem Petri Pa„ pienſis Epiſcopi Archicancellarii recognovi „ & ſubſcripſi.

„ Data V. Idus Auguſti Anno Dominicæ „ Incarnationis DCCCCLXXXI. Regni (1) „ verò Domni Ottonis Secundi Imperatoris „ Auguſti XIV Indictione IX. Actum (*deeſt „ nomen urbis*) Feliciter.

PRÆCEPTUM MILITUM DE OMNIBUS.

Otto II. Imperator Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum privilegia confirmat. Anno DCCCCLXXXI.

„ IN nomine Dei æterni. Otto divina miſe„ rante Clementia Imperator Auguſtus. Si „ fervore caritatis accenſi de ſtatu & reſtau„ ratione Eccleſiarum Dei diligenti cura & „ indagatione tractamus, Imperii noſtri ſo„ lium ſtabiliri, & feliciter regnare cum „ Chriſto nequaquam ambigimus. Quocirca „ omnium fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, no„ ſtrorumque præſentium ac futurorum devo„ tio noverit, quatenus Johannes venerabilis „ Abbas Cœnobii Chriſti Martyris Vincentii „ ſitum in finibus Beneventanis, & Capuanis, „ noſtram adiens celſitudinem detulit Præcep„ ta Præceſſorum noſtrorum Imperatorum & „ Regum, videlicet Deſiderii, Karoli, Lu„ dovici, atque Lotharii, per quæ contule„ runt ex ſuis rebus in præfatum Monaſterium, „ ac confirmarunt res & poſſeſſiones ibi à „ Principibus, Ducibus, reliquiſque fidelibus „ collatas. Unde præfatus Abbas noſtram exo„ ravit clementiam, ut eadem Præcepta, ac „ legales ſcriptiones, nec non prædia per di„ verſos fines Regni Italici conjacentia eidem „ Cœnobio collata per noſtræ confirmationis „ Præceptum in præfatum venerabilem locum „ confirmaremus. Cujus petitionibus faven„ tes pro Dei amore, animæque noſtræ reme„ dio, hoc noſtræ confirmationis Præceptum, „ prout juſtè, & legaliter poſſumus, confir„ mamus, ac penitùs corroboramus in præ„ dicto Cœnobio Chriſti Martyris Vincentii „ omnia Præcepta Præceſſorum noſtrorum „ Imperatorum, & Regum, videlicet Deſi„ derii, Karoli, Lodovici, atque Lotharii, „ verùm etiam omnes res & poſſeſſiones per „ diverſos fines Regni Italici poſitas per ea„ dem Præcepta, vel quolibet legali ſcriptio„ nis à Principibus, Ducibus, reliquiſque „ fidelibus ibidem collatas, nec non Mona„ ſteria, & Cellas inferiùs nominatas: Mona„ ſterium ſiquidem in honore Beati Petri „ Apoſtoli conſtructum poſitum in loco Trite „ territorio Baluenſe &c. *ut in aliis diploma„ tibus*. Recepimus præterea præfatum Mo„ naſterium cum omnibus prænominatis Mo„ naſteriis ac Cellis, rebus quoque ac familiis „ ibidem aſpicientibus unà cum Fratribus & „ Monachis ibidem Deo famulantibus ſub no„ ſtræ tuitionis munburdio. Statuentes &c.

„ Signum Domni Secundi Ottonis ſereniſſi„ mi Imperatoris & invictiſſimi Auguſti (*)

„ Johannes Cancellarius ad vicem Domni „ Petri Epiſcopi & Archicancellarii reco„ gnovi.

„ Dat. Non. Julii anno Dominicæ Incarna„ tionis DCCCCLXXXI. Indictione IX. Re„ gni Domni Secundi Ottonis XX. Imperii „ verò (2) XIII. Actum in villa Ticliniano, „ feliciter.

Otto II. Imperator Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum per ſuum Diploma multa Monaſteria, Curtes, & terras reſtituenda curat. Anno DCCCCLXXXI.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trini„ tatis. Octo divina favente clementia „ Imperator Auguſtus Si ea, quæ ſanctis ju„ ſtè ſunt oblata, reſtituerimus, ad ſalutem „ animæ noſtræ provenire non diffidimus. „ Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei „ Eccleſiæ, noſtrorumque præſentium, ac fu„ turorum comperiat univerſitas, quòd Mo„ naſterii Sancti Vincentii Johannes venera„ bilis Abbas noſtram adiens clementiam con„ queri & reclamare cœperat, quòd Monaſte„ rium Sancti Vincentii deſtructum à nefanda „ Gente Agarenorum, penè omnibus deſtitu„ tum rebus, & ab inimicis Dei Eccleſiarum „ Deo contrariis injuſtè retineri noſtris tem„ poribus videtur. Scilicet Cellam Sancti „ Donati, & Monaſterium Sanctæ Palumbæ, „ & Sancto Marciano, ab una parte fine „ Acerno, ab alia parte fine Foſſato, alio ca„ pite fine Sancta Juſta, & ab alio capite con„ junctum eſt cum ipſo Monaſterio de Sancta „ Pa-

(1) Deſideratur heic Annus Regni, ex amanuenſium incuria, ut puto. Ex hac autem Charta, & ex ſequentibus Annos habes Imperii Ottonis II. Auguſti ad ejus Chronologiam rectiùs ſtatuendam.

(*) Hoc ſignum vide ad Tabulam quintam figurâ ſignatâ K.

(2) Imo *XIV*. ut reliqua ejuſdem Imperatoris Diplomata produnt. Sunt hæc amanuenſium conſueta ſphalmata, Typographis etiam familiaria.

Digitized by Google

„ Palumba. Simulque Cella Sancti Juliani de
„ Vicoalbo : ab una parte rivus qui pergit
„ per valle de Caſtagnetum; ab alia parte ri-
„ vus, qui dicitur de mala fide; ab alia parte
„ via publica, quæ venit ad Sanctam Mariam,
„ & ab alio capite rivus, qui venit ad fontem
„ Vetula. Curtem Sancti Caſti, & Sanctæ
„ Mariæ, quæ ſunt ad Sanctum Georgium fine
„ fonte Boazoli, & fine valle de vicu, quo-
„ modo in Roſaniſſo vadit, & Sanctum Mau-
„ rum de Anglone cum pertinentiis ſuis. Si-
„ mulque campum Bozzani qui dicitur, qui
„ habet fine ab una parte terra Richardi, &
„ alia parte via publica, à tertia parte fine
„ terra Avelberti, qui Sabinianus vocatur;
„ quarta pars fine terra Sancti Angeli de Ba-
„ regio &c. Hac noſtra Præceptali auctori-
„ tate eidem Monaſterio & Sanctæ Eccleſiæ
„ reſtituimus & reddimus ipſas Eccleſias, &
„ Cellas, & Curtes unà cum omni eorum
„ integritate, terris, vineis, pratis &c. Qua-
„ tenus per hoc noſtræ auctoritatis Præcep-
„ tum habeat ipſum Monaſterium eaſdem
„ Eccleſias & Cellas, & Curtes cum eorum
„ omni integritate, habeantque poteſtatem
„ prænominatus Abbas ſuique ſucceſſores
„ quicquid ad utilitatem Eccleſiæ eis rectum
„ viſum fuerit faciendi, omnium hominum
„ contradictione remota. Si quis verò Dux,
„ Princeps, Marchio, Comes, ſeu aliqua &c.
„ Quod ut verius credatur, & diligentiùs ab
„ omnibus obſervetur, hanc paginam exinde
„ conſcribi. & propria manu roborantes ſub-
„ tus inſigniri juſſimus.
„ Signum Domni Ottonis ſereniſſimi Im-
„ peratoris & invictiſſimi Auguſti.
„ Johannes Cancellarius ad vicem Petri
„ Epiſcopi, & Archicancellarii recognovi &
„ ſubſcripſi.
„ Data VI. Idus Octobris, Anno Dominicæ
„ Incarnationis DCCCCLXXXI. Imperii verò
„ Domni Secundi Ottonis XIV. Indictione X.
„ Actum Beneventi in Palatio in Dei nomine
„ feliciter. Amen.

DEFINITIO JUDICATUS DE SANCTA MARIA DE APINIANICI ACTUM ROMÆ.

Leo Archidiaconus, & Adelbertus Epiſcopus Brixienſis, Miſſi conſtituti ab Ottone III. Imperatore, in Placito adigunt Raynaldum Comitem ad reſtituendum Monaſterium Sanctæ Mariæ Apinianici Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum Anno DCCCCXCVII.

„ IN nomine Domini Dei Salvatoris noſtri
„ Jeſu Chriſti. Anno Deo propitio Ponti-
„ ficatus Domni noſtri Gregorii Summi Pon-
„ tifici, & univerſalis V. Papæ in Sacratiſſima
„ Sede Beati Petri Apoſtoli Secundo, impe-
„ rante Domno (1) Ottone à Deo coronato
„ magno & pacifico Imperatore anno II. Indi-
„ ctione XI., die XXX..... Decretum
„ Judicum ex juſſione Domni Ottonis piiſſimi
„ Imperatoris Auguſti, qualiter eidem ipſe
„ Domnus Imperator proclamationem audi-
„ vit à Johanne religioſo Abbate venerabilis
„ Monaſterii Sancti Vincentii Martyris Chri-
„ ſti ſitum ſuper Vulturni fluminis fontes, ſu-
„ per quendam Comitem Raynaldum de Mo-
„ naſterio Sanctæ Dei Genetricis Mariæ Do-
„ minæ noſtræ, qui nominatur Apinianici,
„ in Comitatu Marſicano eſt conſtructum,
„ quæ eſt Cella prædicti Cœnobii Sancti Vin-
„ centii, quem idem ipſe prædictus Raynal-
„ dus Comes jam per duobus annis invaſit ſu-
„ praſcripto Monaſterio Sanctæ Mariæ cum
„ omnibus ſuis pertinentiis, & uſque hacte-
„ nus vi virtutis retinuit, & violenti manu
„ vindicabit. Unde nutu Dei, ejuſque cle-
„ mentia dum Domnus Imperator in Secreta-
„ rio, qui eſt juxta Baſilica Sancti Petri Apo-
„ ſtolorum Principis, reſideret cum venerabi-
„ libus Archiepiſcopis, & Epiſcopis Ultra-
„ montanis, & Italicis, & Ottoni Ducis, &
„ honoratiſſimis Viris, in quo ſupter mani-
„ bus eorum adnotatur. Tunc ſupraſcriptus
„ Johannes Abbas in medio eorum adiit, &
„ proclamatus eſt, dicens: Domne Sanctiſſi-
„ me Imperator & ſemper Auguſte, quate-
„ nus mihi, & meo denique Monaſterio San-
„ cti Chriſti Martyris Vincentii legem & ju-
„ ſtitiam faciatis, qualiter vim & violentiam
„ paſſus ſum à Raynaldo Comite, videlicet
„ de Monaſterio Sanctæ Mariæ, qui vocatur
„ Apinianici, quæ eſt Cella ſupraſcripti Cœ-
„ novii Sancti Vincentii. Quibus ad hæc pius
„ Imperator miſericordia motus juſſit ſuis Fi-
„ delibus, videlicet Domno Sanctiſſimo Leoni
„ Archidiacono, & Judicem Sacri Palatii al-
„ mifici Imperatoris, ut exinde foràs abirent,
„ & cum eo Domno Adelberto Epiſcopo San-
„ ctæ Brixienſis Eccleſiæ per Deificam legem
„ eos finirent. Et mox inde egreſſi abierunt
„ in dexteram partem hujus Baſilicæ, reſiden-
„ tibus ambobus Judex & Epiſcopus, & plu-
„ rimis viris ibidem conſpectui adſtantibus.
„ Rurſum Johanni Abbati eis reclamavit eun-
„ dem ſupraſcripto ſermone. Tunc prædictus
„ Raynaldus, qui & Comes reſpondit: Noli
„ Deus, ut ſupraſcriptam Cellam, quæ &
„ Monaſterio Sanctæ Mariæ contravi, neque
„ contrare permiſi. Tunc ſupraſcripti Judices
„ judicaverunt, ut prædicto Raynaldo Co-
„ mite refutaret jam dictam Cellam ſupra-
„ ſcripto Abbati, ejuſque Cœnovio Sancti
„ Vincentii. Et mox Raynaldus Comes ap-
„ prehendit virgam manu, & conſona voce
„ refutavit eundem Monaſterium ad ſupraſcri-
„ ptum Abbatem, & ſuis ſucceſſoribus in
„ perpetuum, cum omnibus ſuis rebus, ſer-
„ vis, & ancillis, vineis, & terris, monti-
„ bus, & collibus, planis, & planitiis, rupi-
„ bus, & fontibus, molendinis, & piſcariis,
„ rivis, aquis, aquarumque decurſibus, omni-
„ buſque ſupraſcripto Monaſterio Sanctæ Ma-
„ riæ generaliter, & in perpetuum pertinen-
„ tibus. Et ſuper hæc ſpondeo, polliceor vo-
„ bis, veſtriſque ſucceſſoribus omni tempore
„ ego unà cum heredibus, & ſucceſſoribus
„ meis, vobis, & veſtro Monaſterio ſemper
„ defendere, adjuvare, & in omnibus auxi-
„ liare ſupraſcripto Monaſterio Sanctæ Mariæ
„ co-

(1) Placitum hoc Chronographus noſter ad tempora Ottonis II. Auguſti retulit, ſed perquam ſupinè. Memoratur heic Gregorius V. Summus Pontifex, una cujus mentio ſat apertè monere eum poterat, memorari heic Ottonem III. Auguſtum. Rectè autem procedunt Chronologicæ notæ, ſi Menſam, qui heic deſideratur, Septembrem, aut ſequentes Anni 997 ſubintelligas, tunc enim in curſu **erat** *Indictio XI.* Noſtrum decepit *Johannis Abbatis* mentio; ſed illi animadvertendum **erat**, alterum Johannem Abbatem floruiſſe ſub **Ottone III.** Auguſto, ut infra patebit. *Memoratur* heic *Otto Dux*. Eumdem vide in **Placito Ticinenſi Anno 1001.** ſub eodem **Auguſto Cap. XIV. pag. 125.** Antiquit. Eſtenſ.

Digitized by Google

„ conavero ab omni insurgenti pars homi-
„ num. Et si hoc non fecero ego, vel heredi-
„ bus meis, tunc de auro nos promittimus
„ componere auri purissimi libras centum,
„ medietatem Cameræ Sanctissimi Imperato-
„ ris, & medietatem vobis & Monasterio San-
„ cti Vincentii. Qui verò ibidem vim virtu-
„ tem fecerunt, & ejecerunt Monachos ejus-
„ dem loci foràs jecerunt & suorum filiæ ibi-
„ dem vexaverunt intuiti eos prædicti Judi-
„ ces recompensaverunt dicentes tunc: Cur
„ tam incestam vobis dedit licentiam, ut su-
„ prascripto Monasterio invasissetis & sinè
„ nutu Dei, & voluntate nominati Abbatis
„ Monachos foràs ejecissetis, & velatas mu-
„ lieres introduxissetis? Quibus illi respon-
„ dentes dixerunt: Domine, scimus autem,
„ quia injustè & irritam fecimus; sed si pla-
„ cet vobis hoc, quod injustè fecimus, refu-
„ tamus, & ob hoc suprascriptum pœna
„ obligamus nos nostrisque heredibus. Et sta-
„ tim apprehenderunt virgam manu, & clara
„ voce refutaverunt Monasterio Sanctæ Ma-
„ riæ à suprascripti Judices, & prænominato
„ Abbate, ut numquam ulteriùs exinde alter-
„ care, vel molestiam præparare, aut vim
„ facere maluerimus. Et si autem, quod ab-
„ sit, aliquando in tempore aliquam temeri-
„ tatem, aut violentiam facere conamus, tunc
„ daturi nos per unoquoque, & nostris here-
„ dibus promittimus componere vobis vestris-
„ que successoribus, & partem vestri Mona-
„ sterii auri purissimi libras L. medietatem
„ Cameræ Domni Imperatoris, & medietatem
„ prædicti Abbati, ejusque Monasterii. Unde
„ pro futura memoria futurorumque testimo-
„ nio suprascriptus Leonis Domno Archidia-
„ cono, & Judici Sacri Palatii, Imperatoris
„ missus, Johannes Scriniarins Sanctæ Roma-
„ næ Ecclesiæ scribere præcepit in Mense &
„ Indictione suprascripta XI.

„ Adelbertus gratia Dei Brixiensis Episco-
„ pus, & Domni Imperatoris missus interfui,
„ & subscripsi.

„ Leo Sacrosancti Palatii, & missus Domni
„ Imperatoris interfui, & subscripsi.

„ Signum manu Raynaldi scripsit & con-
firmavit.

„ Signum manu Gisoni scripsit & confir-
„ mavit.

„ Signum manu Donelli scripsit & confir-
„ mavit.

„ Ego Johannes Scriniarius Sanctæ Roma-
„ næ Ecclesiæ, & Scriptor hujus Judicati pa-
„ gina ex jussione Domni Imperatoris feci,
„ complevi, & absolvi.

Hoc denique tempore Otto Imperator Romam vênit, & à Quinto (1) Gregorio Papa Coronam Imperii accepit; & cùm Sarracenis bellum fecit; factâ victoriâ Romam rediit; Ecclesiis Dei plurima bona restituit.

PRÆCEPTUM DOMNI OTTONIS SUPER JUDICATUS DEFINITIONEM.

Ottonis II. Imperatoris Diploma, quo res omnes in Balvensi agro ad Monasterium Vulturnense Sancti Vincentii spectantes confirmat Johanni III. Abbati. Anno DCCCCLXXXIII.

„ IN nomine Sanctæ & Individuæ Trinita-
„ tis. Otto divina favente clementia Im-
„ perator Augustus. Omnibus nostris fideli-
„ bus præsentibus ac futuris sit manifestum,
„ quatenus nos pro Dei amore, nostræque ani-
„ mæ remedio, omnes res, & proprietates
„ Sancti, & Venerabili . . . . . unde noster
„ dilectus fidelis Papiensis Præsul Petrus no-
„ mine, & Comes Oderisi investiverunt Ab-
„ batem Johannem de Monasterio Sancti Vin-
„ centii, sub nostræ tuitionis ac defensionis
„ mundburdium recepimus, ea videlicet ra-
„ tione, ut prælibatus Johannes Abbas suique
„ successores habeant firmiterque possideant
„ omnia, ut investitus Johannes Abbas à no-
„ stris fidelibus fuerat. Præcipientes denique
„ jubemus, ut nullus Dux, Marchio, Epi-
„ scopus, Comes, Vicecomes, nullaque Re-
„ gni nostri parva vel magna persona præfa-
„ tum Abbatem, & suos successores de cun-
„ ctis rebus, videlicet terris, vineis, aquis,
„ pratis, mobilibus & immobilibus, positis
„ in loco, ubi dicitur Balba, molestare,
„ disvestire, inquietare sinè legali judicio
„ audeat vel præsumat. Sed liceat jam sæpe-
„ dicto Abbati, suisque successoribus ipsas res
„ tenere & habere, sicut investitus Johannes
„ Abbas fuit, omnium hominum contradictio-
„ ne remota. Si quis verò hoc non observa-
„ verit, vel hanc paginam violaverit, sciat
„ se compositurum auri purissimi libras cen-
„ tum, medietatem Cameræ nostræ, & me-
„ dietatem ipsi Abbati suisque successoribus.
„ Quod ut verius credatur, diligentiùsque
„ ab omnibus observetur, sigillo nostro hanc
„ paginam sigillare jussimus.

„ Adelbertus Cancellarius ad vicem Petri
„ Episcopi, & Archicancellarii recognovi,
„ & subscripsi.

„ Data IX. Kal. Septembris Anno Domini-
„ cæ Incarnationis DCCCCLXXXIII. Indi-
„ ctione XI. Regni verò Domni Secundi Ot-
„ tonis XXVI. Imperii verò XVI. Actum
„ propè fluvium Ticinum feliciter. Amen.

Roffridus Abbas Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Aluara Principissa Capuana litem de quibusdam terris vincit contra Radelchisum filium Radoaldi. Anno DCCCCLXXXVIII.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei
„ æterni. Sexto Anno Principatus Domni
„ nostri Landinolfi glorioli Principis, Mense
„ Januario, Prima Indictione. Cùm perrexis-
„ set quadam die Domna Aluara glorioſa
„ Principissa in Caldanas de Calatias sui cor-
„ poris perficiendam sanitatem, venerant ibi-
„ dem suo obsequio suprascriptus Domnus
„ Landenolfus gloriosus Princeps, & Domnus
„ Ade-

(1) Deceptus est heic Chronographus noster. Ei sermo est de Ottone II. Imperatore. Gregorius verò V. Papa non huic Ottoni, sed ejus filio Ottoni III. coronam Imperii contulit Anno 996. Eumdem errorem supra, ut vidimus, idem repetivit.

Digitized by Google

„ Adenolfus Archipræſule Sanctæ Capuanæ Ec- A
„ cleſiæ; eorum præſentia aderant Pando Co-
„ mes (1) Marefrais, & Maraldo filius Ma-
„ delfrit, & Landolfus filius idem Landolfi,
„ & Lando frater ejus, & Landenolfus Comes
„ Caſtro Calinolo, & Daoferi, & Daoferio
„ frater Vulturnenſis Comitibus, & Pando,
„ & Auxentio. Nos Adelmundus Judex per-
„ reximus unà cum Domno Roffrido reve-
„ rentiſſimo Habate Cœnobii Beati Vincentii
„ Levitæ & Martyris Chriſti ſitus ſuper Vul-
„ turnii fluminis, ſecum habentes Audoaldum
„ Abocatorem præfati Cœnobii, inſimul per-
„ reximus nos ante conſpectum ſupraſcripti
„ glorioſi Principis per eorum juſſionem finien-
„ dam ac deliberandam intentio, quæ inter B
„ pars jam dictis Monaſteriis, & Radelchiſi
„ filius cujuſdam Radoaldi orta eſt de una pe-
„ tia de Terra, quæ eſſe videtur in eodem
„ loco Cilitias, ubi nuncupatur ad Murice:
„ propter quod ante eos dies in præſentia ſu-
„ praſcriptæ glorioſæ Principiſſæ, ubi coram
„ eorum . . . . . nos qui ſupra Judex
„ cum Landolfo Judice conjunxerat ſe Johan-
„ nes Presbyter & Præpoſitus præfati Mona-
„ ſterii unà cum jam dicto Abocatore cum
„ prædicto Radelchiſi, & oſtenderat ei una
„ ſcriptione, quæ eſt judicato ipſius Mona-
„ ſterii. Quæ relecta continente inter cetera,
„ quomodo Vigilantius Presbyter & Mona-
„ chus atque Præpoſitus ejuſdem Cœnobii per C
„ ſacramentum ſecundùm legem finitionem
„ fecerat cum Petro filio cujuſdam Gualani
„ de ſupraſcripta terra de jam dicto Murice
„ per has fines. De prima parte Monte &
„ Terra &c. Cùm prædicta ſcriptione oſten-
„ ſa & relecta fuiſſet, cauſa vertat contra
„ prædicti Radelchiſi dicendo: ut ille irato
„ animo introivit in Curte, quæ eſt infra jam
„ dicti fines de una terra, quam dicebat eſſe
„ pertinentes prædicto Monaſterio & rapuiſ-
„ ſet eam, & malo ordine tuliſſet inde pan-
„ nos, & ferrum, & ramum, & alia mobilia
„ balientem ſolidos decem, & Caſa, in qua
„ viri habitarent infra eadem Terras, ille
„ eam diſturbaſſet, & foſſata in eadem terra
„ feciſſet, ac terminos antiquos exinde exfo- D
„ diſſet, & ſuper eam palos ibidem fixiſſet,
„ de quia ille dixit: ut teneret & poſſideret
„ terram in eodem loco Murice pertinentes
„ Mariæ uxori ſuæ. Unde illi ei reſponſum
„ dedit, ut ſi ille Terra in eodem loco Mu-
„ rice teneret, & poſſideret, non cuntando
„ exinde quæreret, ſed quæreret eum de præ-
„ dicto per finis indicata & menſurata Terras,
„ de qua contra eum cauſaverant, quem dice-
„ bat . . . . . Ipſe namque Radel-
„ chiſi dixerat, ut neſciret Terras ipſas, &
„ ex juſſione eorum poteſtatis guadiaberat ſe
„ ipſe Johannes Presbyter & Præpoſitus unà
„ cum prædicto Abocatore cum præfato Ra-
„ delchiſi, ut alia aliarum partium pergeret E
„ ſupra jam dicta terra, quem dicebat conti-
„ neret jam dicti ſcriptio, & monſtraret ei
„ Terras ipſas per ſupradictis finis, & menſu-
„ ris, qualiter ipſas ſcriptio continet, &
„ utrumque partium reberteret in eadem Ca-
„ pua. Et ipſe Radelchiſi opligaret ſe & re-
„ ſpondere exinde deberet cum legem de præ-
„ dicta eorum quæſtionem, de qua inter ſe
„ complendum mediatorem exinde inter ſe
„ poſuerant. Et perrexerant ſupradictus Dom-
„ nus Roffridus Abbas unà cum jam dicto Jo-
„ hanne Presbitero & Præpoſito unà cum Lan-
„ do Comes Calatiæ, & cum Unrico, alioſ-
„ que idoneos Viros unà cum prædicti Radel-
„ chiſi ad monſtrandum eique Radelchiſi eaſ-
„ dem Terras per ſupradictis finis & menſu-
„ ris, & quemadmodum inter ſe guadiati fue-
„ rant. Et cùm utrumque partium ſuper ea-
„ dem Terra reconjuncti eſſent, tunc ipſe
„ Johannes Presbiter & Præpoſitus cœperant
„ eique Radelchiſi, ut moſtraret fines eadem
„ Terræ, qualiter jam dictis ſcriptiones con-
„ tenerent, de qua protenus ipſe Radelchiſi
„ eique Abbati, & jam dicti Præpoſiti inten-
„ tionem præpoſuerant, ut non eſſet illa finis,
„ quæ jam dictæ ſcriptiones declarat limite
„ majori de tertia parte, ſicuti ipſa ſcriptio
„ contineret, eo quòd dicebat ibidem limi-
„ tem nunquam eſſet, ſed eſſet ibidem via, &
„ nolebat à præfato Præpoſito eadem fines
„ conſpexita eſſent, ut guadiati fuerat. De
„ qua inter parte præfati Monaſterii, & jam
„ dictum Radelchiſi plurima oreretur inten-
„ tio. Et dum diutiùs inter ſe altercarent, &
„ magnum patientibus laborem, quis inter
„ ſe finitionis eſſent, pervenerant eadem in-
„ tentio ad finiendam ante conſpectu præfatæ
„ glorioſæ Principiſſæ. Et cùm per ordinem
„ eadem intentio in ejus auribus narratum
„ fuiſſet, illico propter Deum, & animæ ſuæ
„ mercedis, præciperat ipſius Domno Abbati,
„ & jam dicti Abocatori, & Radelchiſi, ut
„ cum illa pergerent ad eadem Caldane per
„ ſe ipſa ſuper eadem terra pergerent, & ea-
„ dem intentio inter eis finirent. Nunc his
„ autem dictis glorioſa Principiſſa perrexe-
„ rant ſuper terra ipſa unà cum ſupranomina-
„ tos Magnates ſuos, & per ordinem ſcriptio
„ ipſa relegiſſent, & diligentes fines illas ea-
„ dem terra circundantes perſcrutaverant: ei,
„ & ad omnes, qui cum ea aderant ibi, com-
„ paruerunt, ut illæ eſſent finis de eadem
„ Terra cognitas & veraces, qualiter per di-
„ cta ſcriptio eique Cœnobio continet, & pro
„ quo eadem terræ per jam dictos fines &
„ menſuras parti præfati Monaſterii reſidentes
„ invenerant diſpoſuerant, ut ipſæ Radelchiſi
„ guadiaſſet ſe cum parte prædicti Monaſte-
„ rii ad finiendum inter ſe de eadem terræ ju-
„ ſtà legem, nolebat ipſe Radelchiſi cum
„ prædicta parte Monaſterii exinde guadiaſſet
„ ad faciendam juſtà legem. Et dum eodem
„ Radelchiſi eadem glorioſa Principiſſa taliter
„ agentem conſpexerant, præcipuerat nobis
„ qui ſupra Judici, ut de prædicti finis indi-
„ cata Terra hæc firmitatis ſcriptionem mit-
„ teremus ad partem præfati Cœnobii, ut nunc
„ & deinceps ſinè aliqua moleſtia eique Ra-
„ delchiſi pars prædicti Cœnobii eadem Terra
„ reſideret, & faceret ſuæ poteſtati abſque
„ ſinè legali judicio & per judicium & juſti-
„ tiam ipſe Radelchiſi eadem Terra per ſu-
„ pradicti finis ſua comprobare potuerint.
„ Ita pro recordandum in perpetuum ea ho-
„ mineſque ſuperiùs geſta ſunt, quàm & pro
„ ſecuritate præfati Cœnobii hæc firmitatis
„ ſcriptio in eodem ſancto loco emiſimus,
„ quem tu Johanne Notario per juſſione glo-
„ rioſæ Principiſſæ ſcripſiſtis in eodem loco
„ Caldane.
„ Ego qui ſupra Pando Comes.
„ Ego qui ſupra Adelmundus Judex.
„ Ego qui ſupra Madelfrid.
„ Ego qui ſupra Dauferi Comes.

His

(1) Uti in aliis ſimilibus locis, ſcribendum *Ma-*

repabis.

Digitized by Google

His quoque diebus contentio orta est à Landulfo Græco Iserniensi Comite de terris, & Castellis Sancti Vincentii, cujus finis facta est per hujusmodi descriptionis chartam.

DEFINITIO JUDICATUS CUM LANDULFO COMITE DE CASTELLIS, ET TERRIS.

Placitum coram Ottone II. Imperatore, & nonnullis Episcopis atque Magnatibus habitum, in quo Johannes III. Vulturnensis Abbas sententiam obtinet pro variis terris & Castellis contra Landulfum Comitem. Anno DCCCCLXXXI.

„ EGo Johannes gratia Dei humilis Abbas
„ Monasterii Sancti Vincentii situs su-
„ per Vulturni fluminis, pertinentiis Benevenetanæ Civitatis, ante Domnum Ottonem Imperatorem Augustum, & ante eum residente Domnus Ceso Domini gratia Episcopus, & Domnus Petrus Dei gratia Episcopus Civitate Papiæ, & Domnus Giselvertus gratia Dei Episcopus Pergamo Civitati, & ante eum residente Gunsolino Marchio, & Azzolino Teatino Comitibus, & ceteri sui Magnates ante eum stantes: conjussi me ad legem cum Landulfo Comite filio cujusdam Lannenulfi Comiti ego qui suprascriptus Johannes Abbas, mecum habendo Audoaldum Advocatorem nostri Monasterii, & ostensimus ei ante suprascriptam Potestatem Præcepta sigillata Gisulfi Ducis, & Aregis Principis, quàm & Præcepta Grimoaldi Principis, & Præcepta Sigardi Principis, quàm & Præceptum Domni Ludovici Imperatoris, & Præceptum Domni Pandulfi, & Domni Landulfi glorioſis Principibus, & Præceptum Domni Ottoni Imperatori, quàm & offertiones chartulæ nostri Monasterii, prædicta Præcepta, & scriptiones, & offertiones, inter quas continentes inter ipsas scriptiones pœnâ obligatâ se ipse Landulfus mille aureorum eidem Ecclesiæ refutaverat puplico si in futuro aliquando aliquo conamine eidem deloliretur Ecclesiæ. Unde ipse qui supra Johannes Abbas ante supradictum Ottonem Imperatorem Augustum unà cum Audualdo Advocatore sui Monasterii causaverat adversùs ipsum Landulfum Comitem, ut contrasset ei in parte sui Monasterii terris, quæ pars sui Monasterii possideret pro XXX. Annos, & terris ipsis fuerat cultis, & incultis, montibus & silvis in Samniæ partibus, in qua ipse vetus Monasterii ædificato esse dignoscitur. Unde ipse qui supra Landulfus dixerat eique Abbati, ut contrasset ei præfati sui Monasterii terris & montibus, & silvis ipsis, eo quòd dicebat puplice esset & pertineret pro suo Yserniense Comitatu, cujus finis dicebat prædicta Præcepta, & concessiones, & confirmationes, & Præceptum supradicti Ludovici Imperatoris, & Præceptum supradicti Landulfi, & Pandulfi glorioſis Principibus, quàm & Præceptum Domni Ottoni Imperatoris Augusti. Has fines incipientes primitus à fluvio, qui dicitur Sangro, deinde per montes publicos usque in montem, qui dicitur Acze, & sic revolvente monte eodem usque in fluvio, qui dicitur Melfa, & quemadmodum decurrit ipsa Melfa, usque ubi conjungit se cum parvo fluvio, qui dicitur Mellarino, & abhinc in vertice

A

B

C

D

E

„ montis, qui dicitur Balnola, & sic per
„ alium ejusdem montis, usque in montem
„ Aresanum, & montem Marise, montesque
„ Casale eosque ulteriùs montes extrinsecus
„ circumdantes in orto usque riagine, qui
„ nominatur Ravennola, & à capite ejusdem
„ riaginis venientes juxta montes publicos in
„ montem usque Benafrum, qui est super Urbem; eodem verò revolvente monte usque
„ in cilium montis, qui est super terra, quæ
„ vocatur Arcora, quæ est Ecclesiæ hæreditas
„ Sanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ Oliveto
„ vocatur, subjecta præfati Monasterii, & Ecclesiæ nihilominus Sanctæ Christinæ cum
„ inclitis territoriis suis, & cum reliquis
„ finibus ipsa hereditas circumdata usque in
„ fluvio Vulturno; nam iterum ex alia parte
„ inchoante à prima fine jam dicto fluvio Sangro, ipsoque relinquente quomodo decernit
„ à parvu colle, & pergens usque in rivio,
„ qui dicitur foruli, eodemque decurrente rivio usque in fluvio Vantra, & quomodo
„ decurrit ipsum fluvium in alio flumine,
„ quod Vulturnus vocatur, & quemadmodum ipsum decurtit flumen juxta terram
„ ejusdem monasterii, usque in prædictis finibus, & terris Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, qualiter in eadem Præcepta continere videtur.
„ Quàm cùm & Præcepta concessionis, & jam
„ dictis scriptionibus, & offertionibus ostensæ fuisset, causavimus contra ipsum Landulfum dicendo: ut postquam Præcepta ipsa,
„ & jam dictæ chartulæ, & offertiones, à
„ parte ipsius Monasterii factæ fuissent, postea ipse Landulfus, & filiis omnibus ejus
„ contrasset terris, & montibus, & silvis ipsis à parte ipsius nostri Monasterii, & Præcepta ipsa, & discriptiones & offertionibus
„ ipsius diceretis, ut fallaces essent. Quærebamus exinde audire responsum, & legibus
„ inde cum eo finem facerent. Prædictus Landulfus cùm nos altercantes contra se audisset ex rebus ipsis, cœpit ille dicere coram
„ prædictis Potestas: ut jam dicta Præcepta,
„ & jam dictæ offertiones, & scriptiones,
„ quas nos ei ostensimus, in omnibus sicut
„ continent veritosæ essent, & terris, & montibus, & silvis ipsis per suprascriptas fines
„ ei nullo modo pertineret, nec puplicè partibus pertinentes non est, sed in omnibus
„ ipsos pertinentes essent jam dicti Monasterii, & amodo in antea nec ille, nec ejus
„ heredes, nec quavis homo pro parte & datum ejus exinde contra pars ipsius Monasterii causare non quærat, neque per scriptiones, nec per possessiones, nec per parte
„ publica nec pro alia quavis ratione per
„ pœna obligata auri libras centum ille &
„ ejus heredes nobis, nostrisque Successoribus,
„ & ad partem prædicti Monasterii componendum, & per eadem convenientia voluntariæ suæ ipse qui supra Landulfus Comes,
„ per dispositionem jam facti piissimi Imperatoris Augusti, guadiam mihi Johanni Abbati dedit, & mediatorem mihi posuit
„ seipsum, ut semper ille, & ejus heredes
„ nobis, nostrisque Successoribus, & ad partem prædicti nostri Monasterii, & omnia
„ suprascripta nobis compleat invitis; ita &
„ per eadem guadia, & seipsum mediatorem
„ convenit inter nobis, & ubi nos Johannes
„ Abbas eundem Landulfum scire fecerimus,
„ ut nobis tale firmitatis chartulæ emitteret
„ scripta, & legaliter roborata, & inter die

„ ter-

Digitized by Google

„ tertio illa apud nos non remiſerit firmiſſi-
„ ma, ut dictum eſt, ſupradicta pœna ille
„ ſubjaceat nobis componendum & invitis
„ eos nobis adimpleret, quia ita inter nobis
„ convenit. Factum eſt Placito ipſo die Lu-
„ næ, quinto die intrante Menſe Decembrio,
„ Indictione X. ſuper Salernitanam Civitatem,
„ in qua reſidebat ſupradictum Imperatorem
„ cum ſuis Honoralibus hoſtiliter, Anni Do-
„ mini DCCCCLXXXI. Imperii verò Domni
„ Secundi Ottoni XVIII. (1) Per juſſionem
„ ſupradicti Domni Imperatori ſcripſi ego
„ Johannes Cancellarius.

Ipſe quoque piiſſimus Imperator ſuper hoc ſuum tribuit firmitatis præceptum hujuſmodi.

PRÆCEPTUM DOMNI OTTONIS IMPERATORIS DE EADEM RE SUPER JUDICATUS.

Ottonis II. Imperatoris Diploma, per quod præcedens Judicatum contra Landulfum Comitem confirmat. Anno DCCCCLXXXI.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinita-
„ tis. Otto divina favente clementia Im-
„ perator Auguſtus. Si ea, quæ ſanctis inju-
„ ſtè ſunt ablata, reſtituerimus, ad ſalutem
„ noſtræ animæ provenire non diffidimus.
„ Quapropter omnium fidelium Sanctæ Dei
„ Eccleſiæ noſtrorumque præſentium, ac futu-
„ rorum comperiat univerſitas, qualiter Mo-
„ naſterii Sancti Vincentii Johannes venera-
„ bilis Abbas noſtram adiens clementiam, la-
„ mentari cœperat, quòd Landulfus, qui
„ Græcus cognominatur, tria ſuæ Eccleſiæ
„ invaſerat Caſtella, quæ quondam idem Lan-
„ dulfus in Legali judicio ſub pœna mille
„ aureorum, eidem Eccleſiæ refutaverat pu-
„ blicè, ſi in futuro aliquando aliquo cona-
„ mine eidem moliretur Eccleſiæ ſubtrahere,
„ & nequa in poſterum definitæ litis orire-
„ tur intentio, propria ſcriptione chartarum
„ idem Landulfus dijudicaverat corroboratio-
„ ne multorum, jam dictæ Eccleſiæ pertine-
„ re. Quæ quoniam Caſtella ipſi juſtè cogno-
„ vimus pertinere Eccleſiæ, hac noſtra Præ-
„ ceptali auctoritate eidem Monaſterio, &
„ Sanctæ Eccleſiæ reſtituimus & reddidimus
„ ipſa Caſtella, & Eccleſiam de eis cum
„ omni eorum integritate inveſtimus, ſimul
„ & jam dictum Abbatem. Caſtellum videli-
„ cet de Colle Sancti Angeli, & Caſtellum
„ Vadum Porcinum, & Caſtellum quoque
„ Vantra nominatum unà cum omni eorum
„ integritate, terris, vineis, pratis, paſcuis,
„ ſilvis, piſcationibus, aquis, rivis, molen-
„ dinis, omnibuſque rebus ad ipſa Caſtella
„ pertinentibus & reſpicientibus, quatenus
„ per hoc noſtræ integritatis Præceptum ha-
„ beat ipſum Monaſterium eadem Caſtella
„ cum omni eorum integritate, habeantque
„ poteſtatem prænominatus Abbas, ſuique
„ Succeſſores quicquid ad utilitatem Eccleſiæ
„ rectum viſum fuerit faciendi, omnium ho-
„ minum contradictione remota. Si quis verò
„ Dux, Princeps, Marchio, Comes, ſeu ali-
„ qua noſtri Regni inferior, aut ſuperior per-
„ ſona deinceps præſcripta Caſtella, aut per-
„ tinentias eorum à prælibati Sancti Vincen-
„ tii Cœnobio tollere præſumpſerit, & hoc
„ noſtrum Præceptum infregerit, cognoſcat
„ ſe compoſiturum auri optimi libras cen-
„ tum, medietatem Cameræ noſtræ, & me-
„ dietatem prætaxato Abbati, ſuiſque Suc-
„ ceſſoribus. Quod ut verius credatur, dili-
„ gentiùſque ab omnibus obſervetur, hanc
„ paginam ſubinde ſubſcribi, & propria ma-
„ nu roborantes ſubtus juſſimus inſigniri. Si-
„ gnum Domni Ottonis Imperatoris ſereniſſi-
„ mi & invictiſſimi Auguſti. Johannes Cancel-
„ larius ad vicem Petri Epiſcopi & Archi-
„ cancellarii recognovi & ſubſcripſi. Dat.
„ ſexto Id. Octobris Anno Dominicæ Incarna-
„ tionis DCCCCLXXXI Imperii verò Dom-
„ ni Secundi Ottonis XIV. Indictione X.
„ Actum Beneventi in Palatio in Dei nomine
„ feliciter. Amen.

Diverſos quoque libellos fecit venerabilis Abbas Johannes, ex rebus & poſſeſſionibus hujus Monaſterii in Balvenſi, & Pinnenſi Comitatu, quorum textus ita habetur.

LIBELLUM DE PINNE DE TERRIS, ET ECCLESIA SANCTI PETRI DE BUBETA.

Petitio libellaria & conceſſio terrarum in Pinnenſe agro ſitarum unà cum Eccleſia Sancti Petri, ſub Johanne III. Abbate Sancti Vincentii Vulturnenſis. Anno DCCCCLXXXII.

„ IN Dei nomine. Qualiter nos Johannes,
„ & Ameczo, & Hildeprando, & Majo
„ germanis, filiis quondam Magoni, & Ugo
„ filius quondam Leuteri, petivimus à te
„ Domno Johanne Abbate ex Monaſterio San-
„ cti Vincentii, quod ſitum eſt in territorio
„ Beneventano juxta fluvium Vulturnum in
„ locum, qui nominatur Samniæ, ut vos per
„ conſenſu de primati Monachi, qui præor-
„ dinati ſunt in offertorio Sancti veſtri Mo-
„ naſterii, concedere digneritis nobis, ad filii,
„ & ad nepotibus noſtris, & uſque in XXIX.
„ anni completi, ideſt de rebus proprietatis
„ de ſupradicto Sancto Monaſterio in terri-
„ torio Pinnenſe, ideſt una petia de terra, in
„ loco, qui dicitur Bubeta, ubi iſta Eccleſia
„ Sancti Petri ædificata eſt, & eſt ſupradicta
„ petia de terra per menſura modiorum XL.
„ & ipſa ſupraſcripta Eccleſia cum Cellis,
„ terris, & dotis, & Oratoriis ejus, & in lo-
„ cum, qui dicitur Carpenone, & in colle de
„ Rumuli, & in Canabine, quæ eſt inter terra
„ culta, & inculta per ſingulæ petiæ inſimul
„ faciunt modia L. & ſunt ipſi ſupradicti re-
„ bus infra finis: fine Cerqueto, & in fine flu-
„ vio, & fine Rigo de Tondeliano, & fine
„ Rigo de Caſarico, & ſi amplius fuerit de
„ ſupradictis rebus infra jam dicti finis ſuper
„ ipſi modiorum, quàm ſupra continent, pars
„ de Sancto noſtro Monaſterio nihil reſerva-
„ ſtis, ſed in integrum concediſtis, ſeu ſupra-
„ ſcripto Johanni Abbati nobis ſupraſcriptis
„ nepotibus noſtris, & uſque in XXIX. anni
„ completi. Et quale unum de nobis ante
„ mortuus fuerit, ille qui ſupervixerit, ha-
„ beant omne ſupradicti rebus uſque in XXIX.
„ anni completi. Et cenſum ſolvere, vel dare
„ debeamus nos ſupradicti Johannes, & Amec-
„ zoni, & Hildeprando, & Majo, & Ugo,
„ & filiis, & nepotibus noſtris tibi qui ſupra
„ Jo-

(1) Scribe *XIIII.* Facilè Amanuenſium incuria depravatus fuit hic numerus. Vide etiam ſubſequens Diploma.

„ Johanni Abbati, vel ad posteros succeſſores
„ ſuos, ad veſtros miſſos, aut ad Præpoſitum
„ veſtrum, qui pro tempore cuſtodieritis ipſa
„ Cella Sanctæ Mariæ de Muſano, ſive de
„ argento, ſive de alia noſtra mobilia per
„ omne annuatim balientes ſolidos tres. Re-
„ promittimus, & obligamus nos Johannes,
„ & Ameczo, & Hildeprando, & Majo &
„ Ugo, & filiis, & nepotibus noſtris, ut ſi
„ nos ipſo ſupraſcripto cenſum annualiter non
„ dederimus, & omnia ſic non fecerimus, vel
„ obſervaverimus, qualiter ſuperiùs ſcriptum
„ eſt, componamus tibi ſupraſcripto Johanni
„ Abbati, vel ad poſteros ſucceſſores tuos ar-
„ gentum pœnam Mancoſii octuaginta. Scri-
„ pſi ego Leo Notarius ab Incarnatione Do- B
„ mini noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni DCCCC-
„ LXXXII. & imperante Domnus Otto gratia
„ Dei Imperator Auguſtus, Anni Imperii ejus
„ Deo propitio in Italia XV. & dies Menſe
„ Decembr. per Indictione XI. Actum Pinne.
„ † Signum manu ſupraſcripti Ameczoni,
„ Johanni, & Hildeprandi, & Majoni, &
„ Ugoni, qui hunc libellum ſcribere roga-
„ verunt, & ſignum Crucis fecerunt. Ego
„ Giſo. Ego Teſidio. Ego Silveſter Notarius
„ & Judice rogatus.

DE PINNE CAMBIUM DE TERRIS, ET IN TETE CUM ECCLESIA SANCTI ISANII. C

Concambiatio terrarum inter Johannem Abbatem Vulturnenſem, & Teſidium Teſidii filium. Anno MIV.

„ IN Dei nomine ab Incarnatione Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni Milleſimo
„ quarto, & Menſe Octobris per Indictione
„ III. Ideoque ego Johannes (1) Abbas ex
„ Monaſterio Sancti Vincentii quod ſitum
„ eſt in territorio Beneventano in loco, qui
„ nominatur Samniæ, qui eſt juxta fluvium
„ Vulturnum, unàque per voluntatem, &
„ conſentientes mihi primati Monachi, qui
„ præordinati ſunt in officio de prædicto San- D
„ cto Monaſterio, bona ſpontanea mea volun-
„ tate concambiavimus hac commutatione
„ tibi Teſidio filio Teſidi ad tuam proprieta-
„ tem, tuiſque heredibus poſſidendum, ideſt
„ de res proprietatis Sancti noſtri Monaſterii
„ Pinnenſe in locum, qui nominatur Teleſia,
„ quæ eſt de ipſa res Sanctæ Mariæ de Muſa-
„ no, quæ eſt de prædicto Sancto Monaſterio
„ Sancti Vincentii, quæ eſt una petia de ter-
„ ra culta & inculta pro menſura modiorum
„ CC. & eſt ipſa jam dicta petia infra finis
„ pede fine ipſa via, quæ pergit de Saline, &
„ pergit ad ipſum Tricalium de Cancello, &
„ fine ipſo Vallone de Cancello, pergit in
„ ipſa riagine, & ipſa riagine pergit in ipſo E
„ foſſato de Scripiniano. De uno latu fine
„ ipſo ſupraſcripto foſſato, qui pergit inter
„ Teleſium, & Criſpiniano; de alio lato fine
„ ipſo foſſato de Rigo Contari, da capo fine
„ terra, quæ remanſit ad pars ſuprapoſiti no-
„ ſtri Monaſterii ipſas ſupraſcriptas res per
„ ipſæ nominatæ finis, ſicut ſupra legitur,
„ cum omnibus ſuper ſe, vel infra ſe haben-
„ tes in integrum, concambiavimus, atque

„ commutatione nomine tradidi ego qui ſu- A
„ praſcriptus Johannes Abbas per conſenſum
„ Monachi ſupraſcripti tibi jam dicti Teſidii
„ ad tuam proprietatem, tuiſque heredibus
„ poſſidendum & faciendum omnia de iſtis
„ ſupranominatis rebus CC. modiorum quod
„ volueritis ſinè omni calumnia. Unde rece-
„ pti in cambio, & in commutatione ego ſu-
„ praſcriptus Johannes Abbas meliorata &
„ ampliata res recepi ad proprietatem Sancti
„ noſtri Monaſterii poſſidendum da te jam di-
„ cto Teſidio de rebus proprietatis tuæ, quæ
„ tibi jam dicto Teſidio per conquiſitum ob-
„ vênit. Et eſt ipſa res infra territorio Tea-
„ tino in locum, qui nominatur in Capo de
„ ipſa collina de Sancto Iſanio quæ eſt ipſa B
„ Iſania petia de terra cum arboribus ſuis per
„ menſuram modiorum CCXX. & eſt ipſa
„ jam dicta petia de terra cum arboribus ſuis,
„ infra finis: pede fine ipſo foſſato, de uno latu
„ fine terra Tarifi; de capo fine via; de alio
„ latu fine terra, qui tibi jam dicto Teſidio
„ remanſi. Ipſæ jam ſupraſcriptis rebus, qua-
„ liter ſuperiùs ſcriptum eſt, cum omnia ſu-
„ pra ſe, vel infra ſe habentes in integrum
„ concambiaſti, atque commutatione nomine
„ tradidiſti tu jam dictus Teſidio mihi Johan-
„ ni Abbati ad proprietatem ſupradicto Sancto
„ Monaſterio noſtro poſſidendum. Et quàm
„ iſtum prædictum cambium, atque commu- C
„ tatione factum ambarum rerum directi fue-
„ runt miſſi de pars Regi Giſo Judice unà
„ cum tres homines boni æſtimatores, quo-
„ rum fideliter admittuntur nomina illorum,
„ Coni filio Temmari, & Trasberto filio
„ Sicfredi, & Tioderico filio Johanni. Ipſi
„ ſupraſcriptæ rebus viderunt, & æſtimave-
„ runt, & nobis renuntiaverunt, & dixerunt,
„ quòd meliorata, & ampliata res recepi ego
„ ſupraſcripto Johannes Abbas ad proprieta-
„ tem Sancti noſtri Monaſterii poſſidendum
„ da te jam dicto Teſideo, quàm fuiſſent ipſæ
„ res, quam ſupradictus Johannes Abbas tibi
„ jam dicto Teſidio in iſtum cambium, at- D
„ que commutatione dedimus ad tuam here-
„ ditatem, tuiſque heredibus poſſidendum,
„ promitto & obligo me ego Johannes Abbas
„ per conſenſu de ſupradictis Monaſteriis, vel
„ poſteris, & ſucceſſoribus meis, tibi jam
„ dictus vel à tuis heredibus, ut ipſa eſt ſu-
„ pra res, quod ego ſupradictus Johannes Ab-
„ bas tibi jam dicto Teſidio in iſtum cam-
„ bium dedimus ad tuam proprietatem tuiſ-
„ que heredibus poſſidendum, ab omnibus
„ hominibus antiſtare, & defendere debeamus
„ vobis; & ſi defendere, vel antiſtare non potue-
„ rimus à qualibet homines, aut ſi ego ſupra-
„ ſcriptus Johannes Abbas, vel poſteris ſucceſ-
„ ſoribus meis contra te jam dicto Teſidio, vel
„ contra tuis heredibus, aut contra cauſatione
„ mittere quæſierimus per qualibet hanc char- E
„ tulam concambiationis aliqua ingenium,
„ ut componamus ego ſupraſcriptus Johannes
„ Abbas, vel poſteris ſucceſſoribus meis. Et
„ ſi de noſtris culpa apparuerit tibi jam dicto
„ Teſidio, vel à tuis heredibus, pœna auro
„ Veſantis DC. & poſt pœna ſoluta omnia
„ ipſa ſupradicta res habeatis & teneatis ad
„ proprietatem tui jam dicti Teſidio vel tuis
„ heredibus ſinè omnem calumniam, quia
„ ta-

(1) Mira oſcitantia Chronographi noſtri. Johannem Anno 981. electum Abbatem ſupra ſtatuit; tum Annos tantùm tres ei adſignat; heic verò eumdem nobis exhibet viventem adhuc Anno 1004. Pertinet Charta hæc ad alterum Johannem IV. Abbatem, qui Cœnobio præeſſe cœpit Anno 997. ut infra conſtabit.

Digitized by Google

„ talis fuit noſtra convenientia. Quam verò
„ hanc chartulam concambiationis, atque
„ commutationis rogatus à ſupraſcripto Jo-
„ hanne Abbate per conſenſu de ſupraſcriptis,
„ Monachis ſcripſi ego Mainardus Judex, &
„ Notarius dies iſtius Menſis Indictione ſu-
„ praſcripta. Actum in Teate feliciter.
„ Ego Johannes Abbas.
„ † Ego Aligernus Præpoſitus & Mona-
„ chus.
„ † Ego Raineri Presbyter & Monachus.
„ † Ego .... Præpoſitus & Monachus.
„ † Ego Giſo Judex à ſupraſcriptis roga-
„ tus, & in hac commutatione interfui.
„ Signum manus Trasberti teſtes rogatus à
„ ſupraſcriptis in hac commutatione interfui,
„ & ſignum crucis feci. †
„ Signum manus Leoderici.

LIBELLUM DE VALVA IN LOCO PRATULÆ.

Terrarum conceſſio in emphyteuſim facta à Johanne Vulturnenſe Abbate Alberico filio Tranſarici. Anno DCCCCXCVII.

„ IN Dei nomine ſcriptum Precariæ, ſeu
„ convenientiæ. Qualiter ſteti atque con-
„ veni inter me Albericus filius quondam
„ Tranſarici de Valva, & ego Johannes (1)
„ Vir Venerabilis Abbas de Monaſterio San-
„ cti Vincentii, quod ſitum eſt in partibus
„ Beneventanæ, locus, qui Samnia vocatur,
„ ubi nunc præſenti tempore regimen tenere
„ videtur. Quia dedi ego Albericus in con-
„ venientia de mobilia juſto valientes ſolidos
„ CCC. tibi ſupraſcriptus Abbas, & à prædi-
„ cto Monaſterio tuo; idonei homines in hac
„ convenientia interfuerunt, quomodo in di-
„ cta continet pagina: hæc ſunt nomina eo-
„ rum, Raineri filius quondam Aruini, &
„ Raineri filius quondam Tezzonis, & Aldo
„ filius quondam Caroni. Pro ea verò ratio-
„ ne & convenientia, & per conſenſu, & vo-
„ luntate de primatis Monachis de prædicto
„ Monaſterio tuo ſancto dediſti mihi Alberi-
„ co, vel ad meis heredibus amodo, & uſque
„ in XXIX. annis, hoc eſt de res proprieta-
„ tis prædicti Monaſterii una petia terræ,
„ quæ eſt in territorio Valvenſe in loco, qui
„ Pratulæ vocatur. Eſt menſurata juxta men-
„ ſuram per longum ab uno latu CCLXXIV.
„ per latum à capu CCXXXIV. à pede CCLX.
„ Habet finis da uno latu via, & terra Sancti
„ Pelini; de alio latu fine ipſum fluvium Ca-
„ lido; à capite, & à pede terra de filiis
„ quondam Helperini, cui ſuper nomen El-
„ pezo vocatur. Et ſi amplius inveneris ſu-
„ praſcripta menſura, ibidem ſupra finibus
„ ipſa petia, & de terra ſecus prædicti finis
„ pergunt cum introitu & exitu ſuo, & cum
„ omnia quantum infra ſe, vel ſupra ſe ha-
„ bentes, quia in integrum dediſti mihi,
„ vel ad meis heredibus in completi XX. &
„ IX. annis. In eo verò tenore ad uſum
„ fruendi, lucrandi, agendi, cultandi, labo-
„ randi, regendi, nam non vendendi, nec do-
„ nandi, nec concambiandi, nec in loco pi-
„ gnoris commendandi, nec per nullum in-
„ genium argumentis in alterius poteſtate ad
„ proprietario nomine tranſmigrandi, vel
„ ſubtrahendi, niſi tantùm uſufruendi, & fru-
„ gibus faciendi quidquid ego vel meis here-
„ dibus voluero; & poſt frugibus quod nos
„ exinde lucraverimus, ſic debeamus abſolve-
„ re cenſum omnem annualiter per unum-
„ quodque annum in qualecunque die infra
„ annum de merce ſolidum unum, ego vel
„ meis heredibus, aut noſtris miniſterialis
„ ipſum cenſum omnem annualiter damus ti-
„ bi Joannes Abbas, vel ad tuis ſucceſſori-
„ bus, aut veſtris miniſterialis, quod vos pro
„ cenſum ipſum tranſmittitis. Et ego repro-
„ mitto, & obligo me, vel meos heredes
„ amodo, & uſque in XX. & IX. annis per
„ hunc ſcriptum precariæ tibi Johannes Ab-
„ bas, vel tuis ſucceſſoribus, quòd ſi nos hæc
„ omnia ſic juſtè, & pleniter non conſerva-
„ verimus, & ipſum cenſum annualiter non
„ dederimus, quomodo ſupraſcriptum eſt,
„ nomine pœnæ componere obligamus ego
„ vel meis heredibus tibi ſupradictus Abbas,
„ vel tuis ſucceſſoribus de auro monetato
„ unam libram, & illæ rebus ſalvæ & illæſæ
„ reveniant ad vos, quia inter nos talis fuit
„ convenientia. Quam & per rogum Alberi-
„ ci hac Precaria ſcripſi ego Petrus Judex &
„ Notarius. Scripſi Anno ab Incarnatione
„ Domini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt
„ DCCCCXCVII. & regnante Domno Otto
„ Imperatore, filio quondam Ottonis Imperatoris Auguſti, Anni Imperii ejus II. & dies
„ Menſis Julius, per Indictionem X. Actum
„ in Valva Menſe, & Indictione ſupraſcrip-
„ pta feliciter.
„ † Ego Albericus.
„ † Signum manum Raineri.
„ † Signum manum Teoderici.
„ † Signum manum Johanni.

(1) Iſta quoque Charta extra chorum ab Hiſtorico noſtro locata eſt, Ad alterum Johannem Abbatem, cujus acta inferiùs recurrent, eſt referenda.

LIBELLUM DE MARSI.

Johannes III Monaſterii Vulturnenſis Abbas terras in agro Marſicano poſitas nonnullis hominibus libellario nomine excolendas concedit. Anno DCCCCLXXXIV.

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ, quali-
„ ter ſtetit, atque convenit inter te Jo-
„ hannes Abbas Monaſterii Sancti Vincentii,
„ quod ſitum eſt in partibus Beneventano ſu-
„ pra fluvio Vulturno, locus ubi Samniæ vo-
„ catur, & me Mattefredus filius quondam
„ Luponi de territorio Marſicano, quia dedi
„ ego ſupraſcriptus Mattefredus de mobilibus
„ meis valentes ſolidos XXIV. tibi ſupradi-
„ ctus Johannes Abbas ad opus, & diſpen-
„ dium de ſupraſcripto Monaſterio Sancti Vin-
„ centii, & tu Johannes Abbas à me recipiſti
„ à pars Sancti Monaſterii Sancti Vincentii,
„ & idoneis hominibus in hac convenientia
„ interfuerunt, quomodo in Edicti continet
„ pagina. Nomina eorum, Adenolfus filius
„ quondam Luponi, & Hildeprandus filius
„ quondam Adelperti, & Hildeprandus filius
„ quondam Cupori. Pro eadem verò ratione,
„ & convenientia dediſti tu ſupradictus Jo-
„ hannes Abbas per conſenſu, & voluntate
„ de primatis, & ordinatis Monachis de præ-
„ dicto Monaſterio Sancti Vincentii tibi ſu-
„ pradicti Mattefredi, vel ad meos heredes
„ amodo, & uſque in completis XXIX. an-
„ nis:

Digitized by Google

„ nis : hoc eſt , de rebus proprietatis Sancti
„ Vincentii in territorio Marſicano in loco
„ ubi Vicus vocatur, & in loco , qui voca-
„ tur Marianum ; & ſunt ipſæ rebus infra
„ finibus fines terra Sancti Donati , & fine
„ ipſa Pettila, & fine aqua de Tucinu, & fine
„ Ceſulinu, & fine Rivo Foraneo . Et ſunt
„ collectæ de ſupraſcriptis rebus duæ petiæ
„ de terra, quæ ſunt menſuratæ modiorum
„ XL. omnia, & in omnibus quantum infra
„ finibus ad ipſum Monaſterium Sancti Vin-
„ centii pertinet, vel pertinere debet, caſis,
„ caſilinis, terris , vineis , campis , pratis,
„ paſcuis, vel impaſcuis , ſilvis , ſalectis,
„ pomis, arboribus fructiferis, vel infructife-
„ ris, balignis , limitibus , rivis, vel ſalici-
„ bus , aquis, vel aquarum decurſibus ad
„ Monaſterium Sancti Vincentii pertinet, vel
„ pertinere debet , in integrum mihi ſupra-
„ ſcripti Mattefredi, vel ad meis heredibus
„ uſque in completi XXIX. annis per ſcri-
„ ptum convenientiæ dediſti ad uſum fruendi,
„ agendi, lucrandi , laborandi , præſtandi ,
„ nam non vendendi , nec donandi, nec con-
„ cambiandi , nec in loco pignoris commen-
„ dandi, nec per nullum ingenium argumen-
„ tis in alterius poteſtatem ad proprietario
„ nomine tranſmigrandi , vel ſubtrahendi ,
„ niſi tantùm , ut ſupradiximus, uſufruendi,
„ & de ipſis frugibus faciendi quicquid ego
„ ſupraſcriptus Mattefredus vel meis heredi-
„ bus facere voluerimus. Et pro frugibus,
„ quod nos exinde lucraverimus, ſic debeatis
„ dare & abſolvere cenſum ego ſupradictus
„ Mattefredus , aut qualibet de meis heredi-
„ bus , aut per noſtros Miſſos tibi ſupradicti
„ Johannis Abbas , vel à tuis ſucceſſoribus,
„ aut à quali de veſtris Miſſis omne annuali-
„ ter infra annum qualiſcunque die denarios
„ ſex, aut merces valientes denarios ſex . Et
„ hoc repromitto, & obligo me ego ſupradi-
„ ctus Mattefredus , vel meis heredibus tibi
„ ſupraſcripti Johannis Abbas, vel ad meis
„ ſucceſſoribus, ſi nos hæc omnia ſic pleniter
„ non conſervaveritis , & ipſum cenſum an-
„ nualiter non dederimus , quomodo ſtatu-
„ tum eſt ſupra, pœna componere promitto,
„ & obligo me ego ſupradictus Mattefredus,
„ vel meis heredibus tibi ſupradicti Johannis
„ Abbas , vel à tuis ſucceſſoribus de auro
„ mundo unciæ ſex. Quàm & per rogum ſu-
„ praſcripti Mattefredi hunc ſcriptum Pre-
„ cariæ ſcripſi ego Paulus Notarius in Anno
„ ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Anni ſunt DCCCCLXXXIV., & die Menſis
„ Aprilis, Indictione XII. Actum in Balva
„ Menſe, & Indictione ſupraſcripta feliciter.
„ Ego Mattefredus in hoc Precario à me
„ facto interfui.
„ Ego Aldo rogatus interfui.
„ Ego Anſeranus rogatus interfui.

DE VILLA SANCTI PAULI, ET SANCTI NICANDRI DE VALLE TRITANA, ET CARAPELLE.

Conceſſio libellaria multorum prædiorum in Balvenſi agro ſitorum ad excolendum, facta nonnullis hominibus à Johanne IV. Abbate Sancti Vincentii ad Vulturnum . Anno DCCCCXCVIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum præcario, qua-
„ liter ſteti, atque conveni inter nos Gual-
„ teri filius quondam Teodati , & Temmari
„ Johannis germanis fratribus, filiis quondam
„ Ugo , & Aderici germanis fratribus, filiis
„ quondam Dactonis ; Giſo, Gualteri , & San-
„ toni filiis quondam Triſidii , & GualKeri
„ filiis quondam Erimfredi de Balva , & te
„ Johannes (1) Abbas de Monaſterio Sancti
„ Vincentii, qui ſitum eſt ipſum Monaſterium
„ in partibus Beneventanis ſupra fluvio Vul-
„ turno , locus, qui Samniæ vocatur, ubi nunc
„ præſenti tempore regimen tenere videtur.
„ Quia dedimus nos ſupraſcripti in conve-
„ nientia tibi ſupraſcriptus Johannes Abbas,
„ & ad pars prædicti Monaſterii Sancti Vin-
„ centii de noſtra mobilia valientes libræ
„ VIII. & tu ipſæ octo libræ à nobis recepiſti
„ in convenientia , & idoneis hominibus in
„ hac convenientia interfuerunt , quomodo
„ in Edicto continet pagina . Hæc ſunt no-
„ mina eorum , Frameſitu Vicecomes de Val-
„ va, & Anſeri filius quondam Azzoni , Ge-
„ rardus quondam Gerardi . Pro eadem verò
„ ratione convenientia, quæ & per voluntate
„ & conſenſu de primatis & ordinatis Mona-
„ chis de prædicto Monaſterio Sancti Vin-
„ centii dediſti nobis , vel ad noſtris heredi-
„ bus per ſcriptum convenientiæ amodo &
„ uſque in XX. & IX. annis , hoc eſt de res
„ juris proprietatis de prædicti Monaſterii
„ Sancti Vincentii, qui ſunt in territorio Val-
„ venſe per ſingula vocabula, hoc eſt in pri-
„ mis , medietate de ipſa Curte de Tuſſie,
„ qui eſt de prædicto Monaſterio ſuo, & cam-
„ po de Beltino , & in lapide Rivo , & in
„ Turri, & in Cerule, & in Protorio , & in
„ Probetarini , & in Villa Sancti Pauli , &
„ in Villa Sancti Nicandri, & omnia ipſa me-
„ dietate quantum ad ipſæ Curte de Tuſſie
„ pertinet , vel pertinere debet in territorio
„ Valvenſe in montibus, & in planis, omnia
„ ipſa medietate. Inſuper dediſti nobis de res
„ juris proprietatis de prædicto Monaſterio
„ tuo , qui ſunt in Territorio Valvenſe in
„ Valle Treſana, omnia ipſa medietate, & in
„ Offene , & in Frenge , & in Obino , & in
„ Cerqueta , & in Capo de aque , & in Vo-
„ lumbro , omnia ipſa medietate de ipſæ re-
„ bus proprietates, quæ ſunt de prædicto Mo-
„ naſterio, in infra ſcripta loca dediſti nobis,
„ videlicet fine Barzu , & fine Forca de Be-
„ bolo, & fine Vadu Balgoſu , & fine Forca
„ de Lapide vivo, & fine Turbile, quomodo
„ pergit Habiſtublo , omnia medietate ipſa
„ de ſupraſcriptæ rebus de Monaſterio ſuo in
„ ipſæ ſupraſcriptæ loca dediſtis tu ſupradi-
„ ctus Johannes Abbas nobis ſupradicti , vel
„ ad

(1) Et heic unum pro altero Abbatem accepit Hiſtoricus noſter . Uti ſupra adnotatum eſt, agitur heic de Johanne IV. Vulturnenſi Abbate, quem ignoravit Ughellus in eorumdem Abbatum Catalogo Tom. VI. pag. 488. Ital. Sacræ.

Digitized by Google

„ ad noſtris heredibus , & quantum in antea
„ habuimus per ſcriptum convenientiæ, qua-
„ liter Paulus humilis Abbas omnia ipſa me-
„ dietate de ſupraſcriptis caſis, terris, vineis,
„ campis , pratis, paſcuis, ſilvis , arboribus
„ fructiferis, aquis, aquarumque decurſibus,
„ de ſupraſcriptis Eccleſiis , cum Cellis , &
„ terris, & omnia ſua pertinentia , vel adja-
„ centia ſua, cum cenſis, & datis, nobis om-
„ nia ipſa medietate. Inſuper dediſti nobis in
„ Carapelle, & in Bule, & in Lucelana , in
„ Preſutu, & Mellefractæ, fine Serra de Car-
„ peſco , & fine Cornu , & fine Legella , &
„ fine Terbile, fine Serra de Capranica , fine
„ Roncellone, fine Pometella, fine Forca de
„ Perſo , quantum infra ſupraſcriptæ finis ad
„ ipſum Monaſterium pertinet in montibus,
„ & in planis, omnia ipſa medietate, cum in-
„ troitu, & exitu ſuo , & cum omnia quan-
„ tum infra ſe, vel ſupra ſe habentes ipſa ſu-
„ pradicta medietatem dediſti nobis in eo te-
„ nore uſufruendi, agendi, regendi, cultandi;
„ nam non vendendi , nec donandi , nec con-
„ cambiandi , nec in loco pignoris commen-
„ dandi, nec per nullum ingenium argumenti
„ in alterius poteſtate propietario nomine
„ tranſmigrandi, & pro ipſæ frugibus , quod
„ nos lucraverimus , ſic debeamus abſolvere
„ cenſum annualiter per unumquemque an-
„ num , & in qualicunque die infra annum
„ tibi ſupraſcriptus Johannes Abbas , vel ad
„ tuis ſucceſſoribus inter granum , & hor-
„ deum , & cicera, & legumina, & mel in
„ hac juſta menſura , quæ per illum locum
„ vadit, quindecim modia, & unum agnum, &
„ una libra de Sirrico , & duæ petiæ de caſeo
„ nos ſupraſcripti homines, vel noſtris heredi-
„ bus; & hoc repromittimus, vel obligamus
„ nos vel noſtris heredibus ; quòd ſi nos hæc
„ omnia juſtè pleniter non conſervaverimus
„ quomodo ſupraſcriptum eſt conſtitutum
„ pœna obligamus nos , vel noſtris heredibus
„ de auro monetato libras VI. Hunc ſcriptum
„ Precariæ ſcripſi ego Jezzo Judice & Nota-
„ rio Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti DCCCCXCVIII. Menſe Junio, Indic.
„ XI. Signum manus Gualteri ſcribere roga-
„ vimus.
„ Signum manus Gerardi.
„ Ego Jezzo complevi , & ſubſcripſi.

LIBELLUS DE TERRATICO , QUOD DEBENT DARE HOMINES DE BAJERANO PER OMNES ANNOS.

Conſtitutio terratici , ſive penſionis annuæ , quam homines Bajarani perſolvere debent Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum pro terris , quas colunt , facta à Petro Monacho & Miſſo Johannis III. Abbatis. Anno DCCCCLXXXIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Secundo Anno Principatus Dom-
„ ni noſtri Landenolfi glorioſi Principis, Men-
„ ſe Junio, XI. Indictione. Memoratorium fa-
„ ctum à nobis Petrus Diaconus & Mona-
„ cho, ſeu miſſo à Domno Johannes Domini
„ gratia Abbas Monaſterii Sancti Vincentii
„ ſitus ſuper Vulturni fluminis fontem, de eo
„ quod ante præſentia ſupraſcripti glorioſi
„ Principis, & Domna Aluara glorioſa Prin-
„ cipiſſa, & ibi adeſſent plures nobiliores vi-
„ ros, & ſubſcriptorum teſtibus , ego erga
„ mecum habendo Dualdium Notarium Ab-
„ bocatorem prædicti noſtri Monaſterii, per
„ & juſſione ſupraſcripti glorioſi Principis,
„ & Principiſſæ , voluntariè guadiam nobis
„ dederat , hos homines habitatores de loco
„ Bajerano , ideſt Radi Judex Coluneo , &
„ Gundo, & Dominico filio Petri, Luponi &
„ Freſco filii Lapi, & Johannes filio Bricti,
„ & Conſo filio Lupi , & Beraldo filio Jobi,
„ & Iſo filio Baſſi , & Ingo filio Homari , &
„ Petri filio Leoni, & Aifrit filii Aifredæ. &
„ Petrus Clericus filio Roſſi, & Lupo filio
„ Jennari. Iſti hominibus ſupranominati gua-
„ diam nobis dederunt pro vice ſua, & parte,
„ & vice de aliis hominibus omnibus habita-
„ tores de prædicto Bajerano, qui terræ præ-
„ dicti noſtri Monaſterii in parte tenent , &
„ laborant , mediatorem nobis poſuerunt, &
„ exigerunt pro vice eorum , & ſua, & præ-
„ dictis aliis hominibus ipſis, taliter quatenus
„ amodo, & dum illi prædictis terris jam di-
„ cti noſtri Monaſterii in parte tenent, & la-
„ borant medietatem, illi & eorum heredibus
„ debeat ſe obligare annualiter , & dare no-
„ bis in parte prædicti Monaſterii , vel ad
„ miſſi noſtri Monaſterii debeant terraticum
„ tempore ſuo de victualium & fruges ac de
„ omnia, quæ exinde fecerint ipſos, nobiſcum
„ dividere debeant . & in tres partes exinde
„ tollant illi parti duo & pars ſupraſcripti
„ Monaſterii tollamus exinde partem meam
„ unam , quæ eſt tertia parte ad poteſtatem
„ prædicti noſtri Monaſterii, & facere , &
„ complere nobis in parte noſtri Monaſterii
„ obligaverunt omnia, & in omnibus, quali-
„ ter conſueti fuerunt facere & complere de
„ antea in parte ſupradicti noſtri Monaſte-
„ rii , permaneant guadiam , & jam dictis
„ mediatoribus . Si verò ipſi qui ſupra
, omnes ſupranominati , vel eorum heredi-
„ bus , & prædicti hominibus , qui de jam
„ dictis terris noſtri Monaſterii de prædicto
„ loco Bajerano in parte tenent, & laborant,
„ non fecerint, & non compleverint nobis in
„ parte ſupradicti noſtri Monaſterii, compo-
„ nere obligaverunt ea omnia ſuprapoſita no-
„ bis pro complere, obligare per ſupraſcri-
„ ptam guadiam, & jam dictam medietatem,
„ ad pignorandum obligamus nobis ipſis qui
„ ſupra prænominati neceſſe eſt, vel ad aliis
„ Miſſis prædicti Monaſterii per nomina bu-
„ bli, & baccæ, & porcis ſuis ..... intro
„ caſis, & alia cauſa uſque ad legem.
„ Scripſi ego Johannes Notarius.
„ Ego Majo.
„ Ego Pando.
„ Ego Johannes Notarius.

DE PINNE IN LAURETO CUM ECCLESIA SANCTÆ MARIÆ.

Emphyteutica conceſſio terrarum cum Eccleſia Sanctæ Mariæ in agro Pinnenſi, facta à Johanne III. Vulturnenſi Abbate. Anno DCCCCLXXXIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum libellum de
„ convenientia, qualiter ego Johannes Ab-
„ bas ex Monaſterio Sancti Vincentii , quod
„ ſitum eſt in territorio Beneventano juxta
„ fluvium Vulturnum, in loco, qui nomina-
„ tur Samnia, unàque per voluntate, & con-
„ ſentientem mihi primati Monachi, qui præ-
„ or-

„ ordinati sunt in officio prædicto nostro Monasterio, concedo vobis Bernardo, & Guidalso germanis, filiis quondam Liuduni, ac filiis, & nepotibus vestris ad libellario nomine amodo, & usque in XXIX. anni completi. Idest de res proprietatis prædicti nostri Monasterii; & est ipsa res in territorio Pinnæ in locum, qui nominatur Laureto, cum ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ subjecta est prædicto nostro Monasterio Sancti Vincentii, & est ipsa res per mensuram modiorum LXXX., & habet finis capo fine Forca de Casale, & via quæ pergit de Tricalio de Masine, & pergit in fluvio Tabe: pede, & uno latu fine Fonte Lauretina, qui pergit in rigo Latico. Ipsa suprascripta res per ipsæ nominatæ finis, sicut supra legitur; & si amplius fuerit de ipsa res infra finis nulla reservatione ad manum nostram fecimus; sed omnia, & in omnibus, infra, vel supra se habentes in integrum concedo ego suprascriptus Johannes Abbas per consensum de suprascripti Monachi vobis antefati germanis, vel vestris heredibus, usque in supradicti XX. & IX. anni completi, in eo tenore laborandum, exfructandum, cultandum, nam non bindendum ipsa suprascripta res, nec donandum, nec cambiandum, neque per nullum ingenium in alterius potestate ad proprietatem alienandam, vel subtrahendam da pars nostro Monasterio, nisi, ut diximus, res ipsæ usufruendum, & exfructandum debeatis, & ad proprietatem prædicto nostro Monasterio conservandum. Tantum faciatis de ipsa fruges, & fructus omnia quod volueritis usque in suprascripti XX. & IX. anni completi sinè omne calumnia de parte nostra. Et suprascripti germanibus, vel vestris heredibus censum persolvere debeatis, vel dare pro ipsa supradicta res per vos, aut per Missos vestros mihi suprascripti Johannes Abbas, vel ad successoribus meis, aut ad Missi nostri, vel Præpositi dare ipsum censum, seu aurum, vel argentum, aut alia mobilia valientes solidos tres omne; annualiter infra Mense Novembri detis ipsum censum. Pro ea verò ratione ad usufruendum dedimus vobis supradicti germanibus, vel ad vestris heredibus usque ad ipsi supranominati XXIX. anni completi, quia vos dedistis mihi suprascripti Johannes Abbas pro hac causa in ista convenientia de vestra mobilia valientes solidos LX. quod nos suprascriptus Johannes Abbas recepimus ad pars nostri Monasterii restaurandum. Et hoc repromittimus ego Johannes Abbas per consensu de prædicti Monachi, & obligo me, vel successores meos vobis suprascriptis germanis, vel ad vestris heredibus, si vos ipsa suprapositа res ad proprietatem prædicto nostro Monasterio conservaveritis, sicut superiùs scriptum est; & si ego Johannes Abbas, vel successoribus meis, vobis suprascripti germanis, vel ad nostris heredibus de ipsa suprascripta res aliquid retollere quæsierimus, aut contenderimus, aut foràs mittere præsumpserimus per quolibet ingenium, ut componamus ego supradictus Johannes Abbas, vel Successoribus meis, vobis supranominatis germanibus, vel ad vestris heredibus de ipsa suprascripta res aliquid retollere quæsierimus, aut contenderimus, cui ex nostra cul-

A „ pa claruerit, auri mancosi quinquaginta, „ quia inter nobis tale stetit convenientia. „ Quem verò hunc scriptum libellum, seu „ convenientia rogatus à suprascripto Johan„ ne Abbati per consensu de præfati Mona„ chi scripsi ego Lupo Notarius. Ab Incarna„ tione Domini nostri Jesu Christi sunt anni „ DCCCCLXXXIII. Imperante Domno Otto „ gratia Dei Imperator Augustus, Anni Im„ perii ejus Deo propitio XV. & Mense No„ vembri per Indict. XI. Actum in Pinne fe„ liciter.

„ Ego Johannes Abbas.

„ † Ego Roffridus Diaconus & Monachus.

„ Ego..... ac Presbyter.

B „ † Ego Aczo Presbyter & Monachus.

„ Ego Petrus Diaconus & Monachus.

LIBELLUM DE PINNE LOCO CONTINIANO.

Scriptum precariæ sive convenientiæ de terris in agro Pinnense positis, quas Johannes III. Vulturnensis Abbas in emphyteusim quibusdam hominibus concedit. Anno DCCCCLXXXII.

C „ IN Dei nomine. Scriptum libellum, seu „ convenientia, qualiter nos Petrus, & „ Mango, & Johannes germani, filii quondam „ Mangoni per hunc scriptum libellum seu „ convenientia usufruendi precavimus tibi Jo„ hannes Abbas ex Monasterio Sancti Vincen„ tii, quod situm est in territorio Beneventa„ no juxta fluvium Vulturnum, in locum, qui „ nominatur Samnia, ut aliquid de rebus supra„ scripti vestri Monasterii nobis suprascriptis „ germanis, aut filiis, aut nepotibus nostris, „ & usque in XXIX anni completi per con„ sensu Monachis Congregationis supradicti „ vestri Monasterii, & ex de rebus supradicti „ vestri Monasterii in territorio Pinnense, in „ locum, qui nominatur Continiano, quod „ est terra, & vinea, & terra culta, & in„ culta per mensura in uno se tenentes mo„ diorum CCCC. & omnia est ipsa su„ prascripta res infra finis à capo fine „ ipso Tricalio de Ceneto à pede limite de „ uno latu fine fossato de Canneto, de „ alio latu fine ipso fossato de Ponzano, „ & fine ipsa Riagine, quæ pergit ad ipsam „ ripam de Continiano ad ipsam ripam de „ Alie. Supradictæ res per ipsæ nominatæ fi„ nis, sicut supra legitur, cum vinea, & po„ mis, & arboribus suis, & cum omnia su„ prascripta rebus super se, & infra se haben„ tes, in integrum, & si amplius fuerit de „ ipsæ suprascriptæ rebus infra prædicta supra „ ipsi suprascripti modiorum, quàm supra „ continet, ad manus vestras, nullam exinde „ fecistis reservationem, sed omnia in omni„ bus in integrum per hunc scriptum livel„ lum concedisti tu suprascriptus Johannes „ Abbas per consensu Monachorum Congre„ gationis supradicti vestri Monasterii nobis „ suprascriptis germanis, & ad filii, & nepo„ tibus nostris amodo & usque in XXIX anni „ completi, in eo tenore usufruendi, laboran„ di, cultandi, fruendi, bibendi, nam non ben„ dendi, nec donandi, nec concambiandi, „ neque per nullum ingenium argumentis in „ alterius potestate ad proprietatem alienan„ di, nisi usufruendi, & nos ipsæ fruges ha„ bendi, & faciendi inde omnia quod volue„ rimus

D

E

Digitized by Google

„ rimus sinè calumnia, & ipsæ rebus ad pro-
„ prietatem suprascripti hujus Monasterii con-
„ servandi. Et annualiter quod de ipsæ rebus
„ habuerimus, sic debemus reddere censum
„ suprascripti germanis, & filiis. & nepoti-
„ bus nostris amodo, & usque in XXIX. An-
„ nos completos tibi Johannes Abbas, vel ad
„ posteros successores tuos, vel ad unum
„ Præpositum, qui pro tempore fuerit in
„ ipsa vestra Cella Sanctæ Mariæ de Musano
„ per omnes annualiter in mense Decembri,
„ sive de argentu, sive de alia nostra mobilia,
„ balientes solidos tres., & omnia nostra
„ pars pleniter permanentes. Per ea verò ra-
„ tione & convenientia dedisti tu supradictus
„ Johannes Abbas nobis germanis, ac filiis,
„ & nepotibus nostris, & usque in XXIX.
„ Anni completi, ipsæ rebus, pro qua dedi-
„ mus vobis, vel ad pars vestro Monasterio de
„ nostra mobilia balientes solidos CCCC; quod
„ ad opus, & dispendio, vestro Monasterio re-
„ staurandum recepistis, & apud vos habuistis.
„ Et hoc repromittimus, & obligamus nos
„ germanis, & filiis, & nepotibus nostris
„ amodo, & usque in XXIX. Anni completi
„ tibi Johanni Abbati, vel ad posteros suc-
„ cessores tuos, quòd si omnia, quod superiùs
„ scriptum est, non observaverimus, & ipsum
„ jam dictum censum annualiter pleniter non
„ dederimus, & non fecerimus omnia, qua-
„ liter superiùs scriptum est, ut componа-
„ mus vobis, cui hoc fecerimus. & nostra cul-
„ pa claruerit, pœna aurum Mancosi L. &
„ omnia ipsæ rebus recolligatis ad pars ve-
„ stro Monasterio, quia talis fuit nostra con-
„ venientia. Quem verò hunc scriptum li-
„ bellum rogatus à suprascriptis germanis
„ scripsi ego Ayfredo Notarius & Judex ab
„ Incarnatione Domini nostri Jesu Christi
„ sunt Anni DCCCCLXXXII. Imperante
„ Domnus Otto gratia Dei Imperator Augu-
„ stus Anni Imperii ejus Deo propitio XIV.
„ mense Decembri, per Indictione XI. Actum
„ in Pinne feliciter.
„ Signum manus suprascripti germani per
„ hunc scriptum scribere rogaverunt.
„ † Ego Tusani rogatus.
„ † Ego Temmari rogatus fui, & sub-
„ scripsi.
„ † Ego Johannes rogatus ac subscriptus.

DE CALINOLE LOCO LAMPONIANI SANCTI HILARII.

Charta concessionis libellariæ de terris in Comitatu Calinolensi sitis, facta à Flondengardo Præposito Sancti Vincentii Vulturnensis. Anno fortasse DCCCCLXXXIII.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi.
„ Primo Anno Principatus Domni Landolfi
„ (1) glorioſi Principis, Mense Februario
„ XIII. Indictione. Memoratorium factum à
„ nobis Flondengardus Presbyter & Mona-
„ chus, seu Præpositus Monasterii S. Vincen-
„ tii situs supra Vulturnensi fluminis fontem,
„ ubi Domnus Johannes Abbas præest, seu
„ missо supradicto Domno Johanni Abbati,
„ præsentia Friderici Judici, & aliorum te-
„ stium, sicut convenit inter nos, & Summu
„ Petri, & Leone germanis, filii quondam
„ Johanni habitatori de finibus Calinolu, &
„ tunc per eadem convenientia voluntariæ suæ
„ guadia nobis dederunt ipsis suprascriptis ger-
„ manis, ego erga nobiscum habendo Majo-
„ nem Advocatorem prædicti Monasterii, &
„ mediatorem nobis exposuerunt se ipsis ta-
„ liter, quatenus amodo, & usque ad annos
„ XXIX completos tunc ipsis qui supra Sum-
„ mum, & Petri, & Leo, vel eorum heredi-
„ bus debeant tenere & laborare in parte in-
„ ter nos, & eis integræ sex petiæ de terræ
„ pertinentes Ecclesiæ Sancti Hilarii Cella
„ prædicti nostri Monasterii, quæ esse videtur
„ in finibus Comitatu Calinolo, loco, qui vo-
„ catur Lamponiano. Prima petia de terra,
„ quæ habet finis ab una parte fine via publi-
„ ca, quæ est à parte Occidentis, & inde ha-
„ bet passus CLX. de secunda parte terra præ-
„ dictæ Ecclesiæ, quæ est à parte Septentrio-
„ nis, & inde habet passus XC. de tertia par-
„ te fine terra prædictæ Ecclesiæ Sancti Yla-
„ rii, quæ est à parte Orientis, & inde habet
„ passus CXLII. de quarta parte iterum finc
„ terra prædictæ Ecclesiæ, quæ est à parte Me-
„ ridie, & quomodo vadit usque in eadem
„ terra habet exinde passus L. & qualiter re-
„ volvit ipse inter sico circa terra prædictæ
„ Ecclesiæ, & pergit usque in Ajellano habet
„ exinde passus XLVIII. & quomodo vadit
„ ipse Ajellano, & pergit usque ad prædictis
„ via habet exinde passus CVIII. Secunda pe-
„ tia ibique propinqua finis habet de uno latu
„ fine via, quæ decernit inter hæc terra, &
„ fine suprad. terra. Alio latu fine terra Petri,
„ & Adelchisi habet per singula latera in lon-
„ gitudine passus XXX. uno capu tenet in
„ terra prædictis Ecclesiæ S. Ylarii, alio capu
„ tenet in terra Petri, & Adelchisi, & de
„ consortibus eorum, habet per singula capita
„ per traversum passus XXVIII. Tertia petia
„ ibique habet finis per amba latera fine su-
„ prapositi Petri, & Adelchisi, & de consor-
„ tibus eorum habet per singula latera in
„ longitudine passus CLVII. uno capu tenet
„ in via publica per traversum passus XXII.
„ quarta petia ibique habet finis de amba la-
„ tera terra S. Petri, & Adelchisi & de con-
„ sortibus suis habet per singula latera in
„ longitudine passus L. unu capu tenet in via
„ publica, aliu capu tenet in terra S. Petri,
„ & Adelchisi, habet per singula capita passus
„ XX. Quinta petia ibique finis habet de uno
„ latu fine via publica, quæ decernit inter
„ hæc terra, & terra Sanctæ Ecclesiæ Sancti
„ Ylarii, aliu latu fine terra Sancti Petri, &
„ Adelchisi habet per singula latera in longi-
„ tudine passus XXXVIII. unum caput tenet
„ in supradicta via publica, quæ decernit in-
„ ter hæc terra, & terra, quæ dicitur de
„ Campora, habet inde passus XIII. aliud ca-
„ put tenet in terra Sancti Petri, & Adelchisi,
„ habet exinde passus XVII. Sexta petia ibi-
„ que habet finis, de duo latera, & uno Capu
„ terra Sancti Petri, & Adelchisi, habet per
„ singula latera per longitudiuem passus LVI.
„ aliud caput tenet in via publica, habet per
„ singula capita passus XXXII. ad mensuram
„ de passu Landonis seniori Castaldei mensu-
„ ra-

(1) Quum Johannes III. Abbas ab Anno 981. usque ad 984. Monasterio præfuerit, nullus alius eo tempore ex Principibus mihi succurrit, nisi *Landenolfus*, qui Anno 982. Capuano Principatui præesse cœpit. Ejus ergo nomen pro *Landolfi* heic restituendum censeo, uti etiam consignandam *Indictionem XI.* pro *XIII.*

Digitized by Google

„ ratum. Hæ autem jam dictæ ſex petiæ de
„ terræ, qualiter ſuperiùs de fine in fine judi-
„ catæ, & menſuratæ ſunt, tunc ipſis germa-
„ nis, & ſuorum heredibus debeant tenere, &
„ laborare in parte inter nos & eis, ararc_,
„ ſeminare, laborare ipſi, cultare, metere, &
„ terere per annos ſingulos veniente tempore
„ ſuo juxta rationem, & ubi neceſſum fuerit,
„ in eadem petiæ de terræ debeas ibidem po-
„ nere arbori, & bites juxta rationem, & ar-
„ bori, & bites, quem ibi ſunt, & quem ibi
„ poſueritis, debeatis ipſi tempore ſuo dirra-
„ mare, bites ipſæ potare, & propaginare,
„ & à pede zappare per annos ſingulos venien-
„ te tempore ſuo juxta rationem. Et quantu-
„ cunque victualium, ſeu alia frugia vobis
„ Dominus per ſingulos annos de jam dictæ
„ petiæ de terræ de ſupraſcriptis dederit, divi-
„ datis ipſos nobiſcum, ſic quomodo dividunt
„ alii portionarii cum ſuos conſortes, qui
„ terræ alienæ in conſimili loco tenent, &
„ laborant. Vinum verò, quod de totæ exie-
„ rit, & feceritis, dividatis ipſos nobiſcum_
„ peræqualiter, ibique in palmento vos tol-
„ latis inde medietatem. Et quando veneri-
„ tis exinde ad metendum, & terendum, ſeu
„ ad vindemiandum per ſingulos annos, ſem-
„ per faciatis ſcire ad partem ſupraſcripti
„ Monaſterii, ut ibidem miſſum noſtrum di-
„ rigere debeamus, qui ſortem noſtri Mona-
„ ſterii recipiat. Et quando ibidem miſſus
„ prædicti Monaſterii ſteterit, vos, qui ſu-
„ pra germanis, & veſtris heredibus debeatis
„ eis dare manducare & bibere juxta ratio-
„ nem ſecundùm veſtram potentiam, & incli-
„ ta ipſa ſorte de ipſo victualio & vino, quod
„ exinde ad pars prædicti Monaſterii venerit.
„ Et vos qui ſupra germanis, & veſtris here-
„ dibus portare debeatis intus Civitatem Ca-
„ linolo ad Eccleſiam Beatæ Mariæ cum om-
„ ne veſtrum diſpendio ſalvum. Quàm & de-
„ beatis in prædicta terra unum de vos qui
„ ſupra germanis in prædicta terra reſidere_,
„ vel habitare cum familia, & animalia, &
„ alia omnia cauſa veſtra, & de Amicis, &
„ de Commenditis veſtris, & heredibus, ibi-
„ dem caſa, & area, & hortum, & facere_
„ omnia veſtra utilitate, quod vobis neceſſe
„ fuerit, juſta ratione, amodo, & uſque in ſu-
„ praſcripti anni completi. Et ipſa ſedilia_
„ ſit ad unum modium de terra granum ſemi-
„ nationis ad modium juſtum, unde ad pars
„ ſupradicti Monaſterii nullam ſortem, aut
„ partem dare non debeatis, niſi præter tan-
„ tùm per ſingulos annos veniente dare de-
„ beatis vos & veſtri heredes pulli boni paria
„ tres, ideſt in feſtivitate Sanctæ Mariæ pulli
„ boni parium unum, & in Nativitate Do-
„ mini pulli boni parium unum, in Paſcha_
„ majore, quæ eſt Reſurrectio Domini Salva-
„ toris, pulli boni parium unum. Et nos qui
„ ſupra Johannes Abbas, & poſteros noſtros,
„ & pars prædicti Monaſterii defendere de-
„ beamus vobis qui ſupra germanis, & ad
„ veſtris heredibus integræ jam dictæ petiæ
„ de terræ cum viæ ſuæ ibidem intrandi &
„ exiendi ab omnibus hominibus, & ab om-
„ nibus partibus, amodo, & uſque in ſupraſcri-
„ pti anni completi. A completi verò ſupra-
„ ſcripti anni, & ſive infra ipſi anni, quando
„ vos, vel veſtros heredes inde exire, & tol-
„ lere, & excutere, & inde ipſa lignamina_
„ de ipſa caſa, vel de teboria, & alia omnia
„ caſa veſtra, & de Amicis, & de Commen-
„ ditis veſtris, & pergatis cum ipſos ea om-
„ nia ſecuriter ubi volueritis abſque omni
„ contrarietate noſtra, & de poſteris nõſtris,
„ & de pars ſupraſcripti Monaſterii. Tamen
„ faciatis ipſos ſcire ante unum medium an-
„ num, quia ita nobis convenit. Si autem_
„ ipſe qui ſupra Summo, & Petri, & Leo,
„ vel eorum heredibus non fecerit, & non_
„ compleverit nobis, & ad pars prædicti Mo-
„ naſterii ea omnia per ipſum ordinem, ſicut
„ ſuperiùs legitur, decem Bizanti ſolidi pœ-
„ na ſe illi nobis, & ad pars prædicti Mona-
„ ſterii componere obligamus, & omnia ſu-
„ pradicta nobis, & ad pars ſupradicti Mo-
„ naſterii componere obligaverunt per ſupra-
„ ſcriptam guadiam, & ſe ipſos mediatores
„ ad pignorandum obligaverunt nobis ſupra-
„ ſcripti ſe, & ſuos heredes, ſi opus fuerit bo-
„ vi, baccæ, & porci, & alia cauſa ſua uſque
„ ad legem.
„ Scripſi ego Lando Clericus & Notarius,
„ & interfui.
„ † Ego qui ſupra Friderifi Judex.
„ † Ego Johannes Notarius.
„ † Ego Petrus Notarius.

Obiit autem prædictus Venerabilis Abbas Johannes III. Idus Julii, Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXXXIV. Indict. XII.

ROFFRIDUS Abbas Sancti Vincentii ſedit annis XIV. Iſte conduxit homines, & habitare fecit in Colle Sancti Angeli, & in Baccaritias & in locum ubi dicebatur ad Ficum, & in_ Cerrum. Villas quoque in Calvo, ubi Eccleſiam ædificavit vocabulo Sancti Vitaliani, ubi plures recollegit hereditates per has ſcriptiones.

DE CASTRO COLLI.

Roffridus Abbas Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum concedit libellario nomine quibuſdam hominibus Caſtellum Collis Sancti Angeli, & terras eidem pertinentes. Anno DCCCCLXXXVIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti.
„ Sexto anno Principatus Domni Landolfi
„ (1) glorioſi Principis, Menſe Martio, Pri-
„ ma Indictione. Memoratorium factum à me
„ Roffridus Domini gratia Abbas Monaſterii
„ Sancti Vincentii ſitus ſuper Vulturni flumi-
„ nis fontem, qualiter pro futuris tempori-
„ bus recordandum, vel definiendum, ante_
„ præſentia Roczone Judice, & aliorum te-
„ ſtium habuit petitionem à me Martinus
„ filius quondam Hermoni, & Johanne, Her-
„ mo, Leo, & Aczo, germanis fratribus,
„ Dominicus, Benedictus, Ilmeris, Andrea,
„ Johannes, Aſclano Gizzo, Franco, Johan-
„ ne, & Walderamius germanis fratribus,
„ Bonzo, & Deodatum germanis fratribus,
„ Gizzo, Johanne, Lambertum, Johanne ger-
„ manis fratribus, Johanne, & Petro germa-
„ nis fratribus, Johanne, Deusdedit, Ilmeri-
„ cus, Lupo, Aldo, Majo, germanis fratri-
„ bus, Andrea, Guinelapu germanis fratri-
„ bus, Giczo, Johanne, Petro, Majo, Johan-
„ ne, Lupo, Alepertu, Lupo, ante præſen-
„ tiam Roczonis Judicis, & aliorum teſtium,
„ tali

(1) Nullus tunc Landulfus Capuæ Princeps. Igitur ſcribendum reor *Landenolfi*, ſeu *Landi-*
nolfi, uti nos quoque docent aliæ ſubſequentes Chartæ.

Digitized by Google

„ tali tenore, ut uſque in XXIX. annos com-
„ pletos, & alii XXIX. annos poſteros ve-
„ ſtros habitare, & reſidere in ipſum Caſtel-
„ lum, qui dicitur Colli Sancti Angeli, &
„ de ipſis terris pertinentes noſtro Monaſterio
„ longè jam dictum noſtrum Monaſterium in
„ partibus Samniæ ſitum, qui habet finis ſu-
„ pradictæ terræ ipſæ, & de Caſtellum, qui
„ ibidem ædificatum eſt prima pars rivo, qui
„ dicitur Claro, & pergit uſque in fluvio
„ Vulturno, & quomodo aſcendit per fluvium
„ Vulturnium, uſque ad rivo, qui dicitur
„ S.Petri, & pergit per ipſum rivo uſque ad
„ Montem, qui dicitur Scappelli, & venit uſ-
„ que ad macula Johanni Ateſſani: & quomo-
„ do vadit directè ad ipſum Clarum, & de alia
„ parte flumine Vulturno fine rivo de Valle,
„ qui dicitur Cerru, & pergit in flumine Vul-
„ turno, & fine via Foroniſca, & quomodo per-
„ git in rave Sicca, & quomodo pergit directè
„ in flumine Vulturno. Dedimus & tradidimus
„ ad ſupradictis hominibus, & eorum heredi-
„ bus ad poſſeſſionem ſuam, amodo, & uſque
„ in XXIX. annos, & alii XXIX annos po-
„ ſteros veſtros ad laborandum, & vineas pa-
„ ſtinandum, & omnes boni arbori ibidem
„ plantandum, & caſæ ibidem ædificandum,
„ & reſidere cum animalia, & familia, &
„ ibidem facere omnem ſuam utilitatem, quæ
„ eorum neceſſe fuerint juſta ratione, & ſu-
„ praſcriptæ terræ, quem cultæ habueritis, &
„ ad cultum potueritis perducere, ubi bene
„ apparuit, laboratæ, & plantatæ vineis, &
„ arboribus fructiferis, & omnibus laboribus
„ eorum, qui ibidem fecerit, liceat vos, &
„ veſtris heredibus vineam vendemiare tem-
„ pore ſuo, & cunctos victualium, & vinum,
„ & alia frugia, quem Dominus vobis dede-
„ rit, veſtræ ſit poteſtatis, & veſtris heredi-
„ bus, unde nobis, nec pars prædicti noſtri
„ Monaſterii, nec poſteros noſtros ſortem
„ dare non debeatis. Liceat vos habere, &
„ tenere ipſæ ſupraſcriptæ terræ, & ipſa fru-
„ gia, quem vobis exinde Dominus dederit,
„ amodo, & uſque in XXIX. annos expletos,
„ & alii XXIX. annos poſteros veſtros, & li-
„ ceat veſtris animalibus in ſupraſcriptis fini-
„ bus ambulare, & paſcere. Et dum ibidem
„ habitaveritis, detis in parte prædicti noſtri
„ Monaſterii, per ſingulos annos vos, & ve-
„ ſtris heredibus uſque ad conſtitutum per ra-
„ tionabiliter unum modium de grano, &
„ unum de ordeu ad modium juſtum. Et ubi
„ apparuerit habeatis una tractoria de vino,
„ detis in pars prædicti noſtri Monaſterii duo
„ modia de vino ad modium juſtum; & de
„ porcis veſtris, quem vos habueritis, detis
„ vos, & veſtris heredibus de undecim porci
„ majori unum, de XX. minore unum. Et
„ de ſupraſcriptæ terræ, quem diximus, ſi ne-
„ ceſſe fuerit concedere, aut donare, faciatis
„ ſcire ad ipſum noſtrum Monaſterium ad
„ tantum pretium, quantum tertium homi-
„ nem juſtè fuerit æſtimatum, tantum vobis
„ damus. Et ſi noſtro Monaſterio comparare
„ noluerit, liceat vobis vendere, & donare
„ ad ipſis hominibus, qui in ſupraſcripto ha-
„ bitant, & faciant nobis ipſum ſervitium,
„ quod vos feceritis. Et ſi volueritis exire,
„ liceat vos & veſtris heredibus inde exire
„ cum omnia cauſa veſtra, & de Commendi-
„ tis veſtris abſque contrarietate noſtra, &
„ poſteros noſtros, & pars prædicti noſtri
„ Monaſterii, ad ſecuriter ubi vos volueritis.

A „ Et obligamus nos ſupraſcripti homines, ſi
„ non compleverimus omnia, ſicut ſupra di-
„ ximus, nos & noſtris heredibus centum ſo-
„ lidos Bizanteos pœna nos obligamus, &
„ omnia vobis compleverimus. Et te Lam-
„ bertus Notarius ſcribere rogavimus. Actum
„ Caſtello Samniæ.
„ † Ego Roczo Judex.
„ † Ego Aſclano.
„ † Ego Andrea.
„ † Ego Johanne.
„ † Ego Epifanius Decanus.

DE BACCARITIA.

B *Charta Roffridi Vulturnenſis Abbatis, qua nonnullis hominibus in emphyteuſim concedit terras in Baccaritia poſitas. Anno DCCCCLXXXV.*

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Tertio Anno Principatus Domni
„ noſtri Landenolfi glorioſi Principis, Menſe
„ Julio, XIII. Indictione. Ideoque ego Roſ-
„ fridus Domini gratia Abbas Monaſterii San-
„ cti Vincentii, quod ſitum eſt in partibus
„ Samniæ ſupra Vulturni fluminis fontem,
„ manifeſtum facio, quia ſupradicto Monaſte-
„ rio per plurimis locis copioſas habet ſub-
„ ſtantias, inter quod etiam habemus terram
„ prædicti noſtri Monaſterii non longè à no-
C „ ſtro Monaſterio in locum, qui dicitur Bacca-
„ ritia, quæ habet fines, transipſa fine via anti-
„ qua, ubi dicitur Lamentine de Scripto, quod
„ habet Furcomini, & pergit in torrente,
„ qui vadit ad Caſaline Johanni Caſtoni, &
„ pergit uſque ad limitem, quod venit in
„ limitem, quod habuit piſcinæ de veteri
„ tempore ad caput de terræ Fuſconi, & de
„ nominati Johanni Caſtoni, & venit uſque
„ ad Morella de Vaccaritia ſicuti deſcendit
„ per ipſo, quod vadit ad Colle ad viam an-
„ tiquam, uſque ad Lamitine de Via, quod
„ habuit juſta ſcriptum de bonis hominibus,
„ qui habuit Caſtellani ut ipſe. ... Unde con-
„ vocatos Fratres Monachos prædicti Mona-
D „ ſterii, & conſilium cum eis habuimus pro
„ eadem terræ facere deberemus, ut ſi inve-
„ niremus homines, qui per convenientia li-
„ bellario ordine tollere voleret, & ad cul-
„ tum perducere, daremus eos ipſos, quod
„ nobis, & Fratribus rectum comparuit.
„ Unde convocavimus infra nobis Roczo Ju-
„ dice, & infraſcriptos idoneos homines, qui
„ ſe nobiſcum intereſſe dixerunt, ſicut in
„ lege ſcriptum eſt de convenientia; & ita
„ firmavimus infra nobis hunc ſcriptum con-
„ venientiæ libellario. Idcirco ego jam no-
„ minatus Roffridus Abbas, unà cum conſenſu
„ Fratrum, & ſubſcriptione Monachorum,
„ erga nobiſcum habendo Dominicum Advo-
E „ catorem noſtri Monaſterii, per ſuum conſi-
„ lium dedimus vobis Leoni, & David, &
„ Majo, Alberico, Aczo, & Garipaldo, ad
„ poſſeſſionem veſtram, & veſtris heredibus,
„ ideſt jam dictis terris, quomodo per finis
„ judicatæ ſunt, vobis omnibus prænominatis
„ amodo, & uſque dum vos, & veſtrorum
„ heredibus volueritis habitare cum familia,
„ & animalia, & cum omnia cauſa veſtra, &
„ de Commenditis veſtris; & liceat vobis ibi-
„ dem facere omnem veſtram utilitatem, quæ
„ neceſſe fuerit, juſta ratione, amodo, & uſque
„ dum vos, & veſtris heredibus volueritis

Digitized by Google

„ habitare, & de nominatis terris laborare, A
„ & ad cultum perducere, & vineæ paſtinare,
„ & conciare tempore ſuo, & vendere quan-
„ tum vos ad cultum laborare potueritis ; &
„ cunctos victualium, & vinos, & alia fru-
„ gia, quem Deus vobis exinde dederit, ve-
„ ſtræ ſint poteſtatis, unde nobis, nec ad pars
„ noſtri Monaſterii ſorte dare non debeatis,
„ niſi tantùm dum ibidem habitaveritis, de-
„ tis de ſupraſcriptis ſemper unum modium
„ de grano, & unum de hordeo ad modium
„ juſtum pro ſinguli, quomodo ſupra le-
„ gitur. Et ſi apparuerit de vos omnibus
„ prænominatis, ut habueritis caballi, fa-
„ ciatis ſervitium cum caballo, ubi vos
„ ſcire fecerit à parte prædicti veſtri Mo- B
„ naſterii, quia ſic convenit inter nobis.
„ Et liceat ipſi porci, & animaliis veſtris infra
„ jam dictis finis andare, & paſcere ; & detis
„ in pars nominati Monaſterii per ſingulum
„ annum per rationabiliter de XX. porci
„ unum. Et liceat vobis, & veſtris heredi-
„ bus infra prædicto Caſtello juſto ordine ha-
„ bitare cum familia, & animalia, & omni
„ cauſa veſtra, & de Commenditis veſtris,
„ quomodo habitant boni homines, qui in
„ nominato Caſtello habitant. Et quando
„ exire exinde volueritis, liceat vobis & ve-
„ ſtris heredibus inde exire cum omnia cauſa
„ veſtra, & de Commenditis veſtris, & per-
„ gere ſecuriter ubi volueritis abſque omni C
„ contrarietate noſtra, & poſteris noſtris, &
„ pars prædicti Monaſterii, atque Rectori-
„ bus : tamen amodo & uſque in tres anni
„ completi pergere non debeatis. Et ſi vobis
„ vel veſtris heredibus neceſſe fuerit vendere
„ de nominatis terris, aut donare de caſis
„ veſtris, quæ vos feceritis, faciatis ſcire ad
„ pars noſtri Monaſterii ; & ſi voluerit ipſos
„ emere noſtro Monaſterio, debeatis ipſos
„ dare quantum pro tertio hominem juſtè
„ fuerit æſtimatum. Et ſi noſtro Monaſterio
„ comparare noluerit, liceat vos vendere,
„ aut dare ad ipſis hominibus, qui in nomi-
„ nato Caſteilo habitant, & facere nobis ip-
„ ſum ſervitium, ſicut ſupra diximus. Unde D
„ obligo me ego Roffridus Abbas, & poſte-
„ ros meos, & pars prædicti noſtri Monaſte-
„ rii tali tenore, ut quocunque adveniente
„ tempore per qualecunque ingenium hunc
„ ſcriptum libellarium dirumpere, aut remo-
„ vere quæſierimus ; & ſi vobis non comple-
„ verimus omnia, ſicut ſupra diximus, CC.
„ ſolidos Bizanteos nos, & poſteros noſtros
„ componere obligamus & omnia vobis per-
„ compleamus, & hunc ſcriptum, ſecundùm
„ legem ſtare poteſt, firmiter permaneat ſem-
„ per. Et taliter ego qui ſupra Roffridus
„ Abbas te Notarium Dominicum ſcribere
„ rogavimus. Actum de Caſtello Samniæ.
„ Ego qui ſupra Roffridus Abbas. E
„ Ego Maraldus Monachus.
„ † Ego Petrus Diaconus & Monachus.
„ † Ego Ildeprandus Sacerdos & Monachus.
„ † Ego Roczo Judex.

DE CASTRO PESDU.

Roffridus Vulturnenſis Abbas quibuſdam hominibus terras in emphyteuſim concedit. Anno DCCCCLXXXV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti....
„ Anno (1) Principatus Domni Landolfi
„ glorioſi Principis. Menſe Aprili. VIII. Indi-
„ ctione. Memoratorium factum à me Rof-
„ fridus Domini gratia Abbas Monaſterii San-
„ cti Vincentii ſitus ſuper Vulturni fluminis
„ fontes, voluntariæ ſuæ Alipertu filius Ale-
„ prandi, & Leo filius Grimaldi, & Johannes
„ Termulenſe, & ſuis germanis fratribus, à
„ nobis eadem terris per ſcriptum libellario
„ ordine tollere volunt in ipſo loco, ubi di-
„ citur ad Ficus, quæ ſunt ſubjectæ prædicti
„ noſtri Monaſterii, ad tenendum, & exco-
„ lendum, & ibidem ad habitandum, & re-
„ ſidendum cum familiis & animaliis, & cum
„ cauſa ſua, ut amodo, & uſque dum ibi habita-
„ re volueritis, ego qui ſupra Roffridus Domi-
„ ni gratia Abbas dedimus, & tradidimus vo-
„ bis prænominatis hominibus ipſæ ſupra-
„ ſcriptæ terræ ſubjectæ noſtri Monaſterii,
„ quæ habet finis à pede flumine Vulturno,
„ & de una pars rivo de Valle de Cerro,
„ quomodo vadit directè uſque in colle, qui
„ dicitur Aparum, & quomodo vadit directè
„ in Rigo de Forule, & ipſum rivum quo-
„ modo vadit in flumine de Vantra, & ipſa
„ Bantra quomodo deſcendit in flumine Vul-
„ turno. Dedimus, & tradidimus vobis præ-
„ nominati hominibus, & veſtris heredibus,
„ uſque dum ibidem habitare volueritis, &
„ prædictæ terræ, quæ diximus laborare, &
„ ad cultum perducere, quantum potueritis
„ juſta ratione, & omnes labores, quæ ibi-
„ dem habueritis, veſtræ ſit poteſtati, unde
„ ſorte dare non debeatis amodo & uſque in
„ V. anni completi. Completi verò V. anni,
„ uſque dum ibidem habitaveritis, & labora-
„ veritis, annualiter detis in pars prædicti
„ noſtri Monaſterii duo modia de vino ad mo-
„ dium juſtum, & de porcis veſtris detis
„ Eſcaticum in pars prædicti noſtri Monaſte-
„ rii de XI. porci majori unum, & de XI.
„ minori alium. Et liceat veſtris animalibus
„ infra prædicti finis andare, & paſcere. Et
„ ſi amodo & uſque in VI. anni alii homini-
„ bus ibidem ad habitandum venerit, liceat
„ vos recipere in ipſum ordinem, & faciant
„ nobis ipſum ſervitium quomodo vos fece-
„ ritis in pars prædicti noſtri Monaſterii. Et
„ quando inde exire volueritis & ipſos di-
„ mittere, liceat vos, veſtriſque heredibus
„ caſæ verſare, & facere omnia quando vo-
„ lueritis, & omnia cauſa veſtra, & de Com-
„ menditis veſtris, qui ibidem habueritis, &
„ pergere cum ipſos ſecuriter ubi volueritis,
„ abſque omni contrarietate de pars prædicti
„ noſtri Monaſterii : tamen faciatis ſcire no-
„ ſtro Monaſterio. Et ſi de ipſæ terræ neceſ-
„ ſe fuerit vendere, faciatis ſcire noſtro Mo-
„ naſterio ; & ſi noſtro Monaſterio comparare
„ voluerit, liceat vos vendere ad tantum
„ pretium, quantos per bonos homines fuerit
„ æſtimatum. Et ſi noſtro Monaſterio nolue-
„ rit

(1) Excidit numerus. Mea ſententia ſcribendum eſt heic, uti in antecedenti Charta, *Tertio Anno*. Tum pro *Landolfi*, quem Librariorum incuria huc invexit, reſtituendum *Landenolfi* nomen. Porrò nulla *Indictio VIII.* regnante Landenolfo decurrit ; ſcribantur ergo *XIII. Indictione* ; nam facilè V. pro X. irrepſit.

Digitized by Google

„ rit comparare, liceat vos vendere ad ipſis
„ hominibus, qui in eodem loco habitant, &
„ faciant nobis ipſis ſervitium, quomodo ille
„ fecerit, & ipſæ terræ ſemper in poteſtate
„ noſtri Monaſterii permanere debeant. Et
„ obligamus nos prænominatis hominibus, &
„ noſtris heredibus, & ſi non compleverimus
„ omnia, & in omnibus, ſicut ſuperiùs legi-
„ tur, nos & noſtris heredibus componere
„ obligamus L. ſolidos Bizanteos pœna nos,
„ & noſtris heredibus à pars prædicti Mona-
„ ſterii, & omnia vobis compleamus pro in-
„ vitis. Et te Ummo Notarium ſcribere ro-
„ gavimus. Actum de Caſtello Samniæ.
„ Ego Johannes Judex.
„ † Ego Franco rogatus.

DE CASTRO CERRU.

Charta libellaria de Terris in loco Cerro poſitis, facta nonnullis hominibus à Petro Præpoſito Monaſterii Vulturnenſis Sancti Vincentii. Anno DCCCCLXXXIX.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei
„ æterni. Septimo Anno Principatus
„ Domni noſtri Landenolfi glorioſi Principis,
„ Menſe Martio II. Indictione. Memorato-
„ rium factum à nobis Petrus Diaconus &
„ Monachus, ſeu Præpoſitus Monaſterii San-
„ cti Vincentii ſitus ſuper Vulturni fluminis
„ fontes, ubi Domnus Roffridus Domini gra-
„ tia Abbas præeſt de eo quod præſentia Fri-
„ deriſi Judici, & aliorum teſtium, declaro,
„ quia in præſente Menſe & Indictione ſupra-
„ poſita, libellario ordine ſecundùm legem
„ dedit ad tenendum, & laborandum, & ex-
„ colendum de Curtis, & terris, & montibus,
„ & vallibus, & habitandum, & vineæ pa-
„ ſtinandum, amodo & uſque ad annos XXIX.
„ expletos, pertinentibus noſtro Monaſterio,
„ quæ ſunt videlicet in fontibus Samniæ, loco
„ ubi dicitur ad Cerrum, Johanni, & Audal-
„ dum germanis, filii quondam Vineri, &
„ Grimoaldus filius Martini, Salomon filius
„ Pirri, & Dominicus Presbyter filius Saxi,
„ & Urſo filiis Johannis habitatores de loco
„ Carmiliano, & Petrus Orbino de noſtro
„ loco, & Johannes filius Leoni, & Domini-
„ cus, & Lando figuli, & ad germani eorum,
„ & Lando filius Genuari, & Landuli filius
„ Laurentii Clerici, & Dominicus filius
„ Unoaldi, & Petrus, & Conſtantius filius
„ Aldi, inter hæc fines incipientes ab uno
„ latere fine ipſa Xettola, & quomodo pergit
„ ipſum foſſatum, & venit in ipſa Forcella,
„ & inde pergit per ipſum rivulum, qui dici-
„ tur de Foruli, & intrat in ipſa Vantra, &
„ quomodo ipſa Bantra intrat in ipſo fluvio
„ Vulturno, & quomodo aſcendit per ipſum
„ flumen Vulturnum uſque in rivo, qui dici-
„ tur Merdaro, & abinde per ipſam viam de
„ ipſa Portella uſque in ipſo Campo de Lan-
„ cro, & directè pergit in ipſa Xittola: in-
„ fra prædicti finis, & judicationibus quan-
„ tum illi cum ſuis conſortibus laborare, &
„ excolere potuerint, & Caſtellum ibidem
„ facere debeant, & habitare in omni ratio-
„ ne. & ordine, qualiter jamdicto eorum
„ ſcripto libellario ordine continere videtur,
„ qui ſcriptus eſt per Johannem Notarium.
„ Ideo pro talia guadia nobis dederunt ipſe
„ qui ſupra Johannem Venerii, & Johannem
„ filium Leonis, nos erga nobiſcum habendo
„ Audoaldum Abbocatorem noſtri Monaſterii,
„ illi pro vice ſua, & parte & vice prædi-
„ ctis ceteris aliis omnibus hominibus con-
„ ſortibus ſuis, & mediatorem nobis poſue-
„ runt per ſinguli ſe ipſis, taliter quatenus
„ amodo, & uſque in XXIX. annos expletos,
„ ipſis omnibus ſupranominatis, & heredibus
„ eorum, & ſilvis, & vallibus noſtri mona-
„ ſterii infra prædictæ finis, quantum exinde
„ laborare, & excolere potuerint, uſque ad
„ numerum conſtitutum, ita ut debeant de
„ jam dictis terris illi vel eorum heredibus
„ laborare, & excolere, & ad cultum per-
„ ducere, arare, ſeminare, & labori exinde
„ recolligere, & tritulare, & debeant ibidem
„ vineæ paſtinare, quantæ potuerint, & ipſæ
„ conciare, & vindemiare; & ubi eorum ap-
„ tum fuerit, debeant ibidem facere Caſtel-
„ lum, & ibidem caſa facere, & habitare,
„ vel reſidere cum familiis, & animaliis ſuis,
„ & cum cauſa ſua, & de Commenditis ſuis,
„ & ibidem faciant, & habeant omnem ſuam
„ utilitatem, quem eorum neceſſe eſt juſta
„ ratione. Et cunctum victualium, & vinum,
„ ſeu alia fruges, quæ Dominus exinde dede-
„ rit amodo & uſque ad annos tres expletos,
„ ſuæ habeant poteſtati ipſi, unde eorum for-
„ te tollere non debeamus; & expleti tres
„ anni, in antea uſque ad prædictum conſti-
„ tutum, victualium, & vinum, ſeu fruges,
„ quæ exinde annualiter fecerint ſuæ habeant
„ ipſos poteſtati, unde eorum forte tollere
„ non debeamus: tantùm per ſingula æſtate
„ veniente dent nobis in parte prædicti noſtri
„ Monaſterii granum bonum, & bene ſiccum
„ modium unum, & hordeum bonum modia
„ duo, & vinum bonum modium unum ad
„ poteſtatem prædicti noſtri Monaſterii, vel
„ ad miſſum noſtrum, ad talem modium
„ quale nobis dant de ipſis partibus noſtris
„ vinum, quod exinde faciunt ipſis aliis ho-
„ minibus, qui de terris noſtri Monaſterii in
„ ipſis finibus laborant. De porcis ſuis dare
„ nobis debeant eſcaticum, ſicut ceteri alii
„ hominibus nobis dant de ipſis partibus no-
„ ſtris. Vinum, quod exinde feceritis per
„ ſingulæ caſæ una tractoria de vino veſtra
„ habeatis poteſtati, unde nobis forte tollere
„ non debeamus, & à quo inde feceritis præ-
„ dictam tractoriam de vino, detis annuali-
„ ter prædicto vino in ſupradicta ratione, qua
„ ſuperiùs legitur. Et quale ex vobis nobis
„ ad caballum ſervitium facere volueritis,
„ & nos voluerimus de dandum nobis prædi-
„ ctum victualium, & vinum, ſolutus ma-
„ neat; & quale ex vobis de prædictis terris
„ venundare aut alienare, & dare, & ille,
„ qui ex vobis ipſos tuleritis, facere, & per-
„ ſolvere debeant ipſum datum, & ſervitium
„ in parte noſtri Monaſterii, quæ ſuperiùs
„ modò dare debuerint, eo quòd ſic conve-
„ nit nobis, & pars nominata noſtri Mona-
„ ſterii defendamus vobis eadem terris, &
„ ſilvis, & montibus, & vallibus, ſeu Ca-
„ ſtello, cum viis ſuis intrandi & exeundi,
„ ab omnibus hominibus amodo, & uſque
„ ad nominatum conſtitutum, & quando inde
„ exire volueritis, liceat vos, & veſtris he-
„ redibus exinde verſare ipſæ caſæ veſtræ, &
„ tollere inde ipſa lignamina, & alia omnia
„ cauſa veſtra, & de Commenditis, qui ibi
„ habueritis, & pergere cum ipſos omnia
„ ſecuriter ubi volueritis abſque omni con-
„ tra-

Digitized by Google

„ trarietate de parte noſtri Monaſterii, ejuſ-
„ que Abbatibus, & Cuſtodibus: tantùm fa-
„ ciant nos ipſos ſcire ante unum annum. Et
„ da completi nominati anni, ſi illi volue-
„ rint, & convenerint, liceat eis, vel eorum
„ heredibus ibidem habitare, & eadem terris
„ tenere in ſupradicta ratione in antea ad alios
„ uſque in XXIX. anni completi, eo quòd
„ ſic convenerit inter nobis. Si verò ipſis qui
„ ſuper, vel eorum heredibus non fecerint,
„ & non compleverint nobis, & ad pars præ-
„ dicti noſtri Monaſterii, & omnia per ipſum
„ ordinem, qualiter ſuperiùs legitur, centum
„ Bizanteos ſolidos pœna ſe nobis in parte
„ noſtri Monaſterii obligaverunt, & omnia
„ nobis percompleant per ſupraſcriptam gua-
„ diam, & ſe ipſis mediatoribus ad pigno-
„ randum obligaverunt nobis ipſis qui ſupra
„ mediatoribus, & ſuis heredibus, ſi neceſſe
„ eſt, per nominativè bovi, & baccæ, & por-
„ ci ſui, & ſcripta intro caſis, & alia cauſa
„ ſua, uſque ad legem. Scripſi ego Johannes
„ Notarius, & interfui.
„ † Ego qui ſupra Friderifius.
„ † Ego Majo.
„ † Ego Sico.

Poſſeſſiones quoque plurimas acquiſivit per diverſa loca venerabilis Abbas, ſicut hìc habetur.

OFFERSIO DE REBUS DE YSERNIA.

Donatio Curtis & aliarum rerum in agro Æſernienſi, à Janiperto facta Monaſterio Sancti Vincentii, ejuſque Abbati Roffredo. Anno DCCCCLXXXV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti
„ Dei æterni. Anno Quarto Principatus
„ Domni Landenolfi glorioſi Principis. Menſe
„ Decembrio, XIV. Indictione. Ideoque ego
„ Janiperto filio quondam Teodelgafi, nati-
„ vo & habitator de Civitate Yſernienſe,
„ declaro, quoniam habemus pertinentem re-
„ bus, & ſubſtantiis in finibus Yſerniæ, &
„ preſæ intro Civitate Yſerniæ, quæ fuit, &
„ pertinuit quondam Gaffiuli filius Traiſi, &
„ Altrudæ uxori ejus, filia Blandoni, per he-
„ reditationem Avii, & genitori, quem pro
„ ſalvatione animæ noſtræ offerre volumus
„ in Monaſterio Sancti Vincentii, quod ſitum
„ eſt in Vulturni fluminis fonte, in quo modò
„ Deo auxiliante Vir beatiſſimus Domnus
„ Roffridus Abbas curam de eo regimen te-
„ nere videtur. Idcirco ego qui ſupra Jani-
„ perto divina inſpiratione compulſus, pro
„ remedio animæ meæ, ut hìc, & in futuro
„ Seculo apud omnipotentem Deum de pec-
„ catis meis indulgentiam accipere valeam,
„ per hanc chartulam offero in ipſo jam dicto
„ Monaſterio Sancti Vincentii, hoc eſt inte-
„ græ ipſæ preſæ, & caſæ media Civitate ipſa
„ Yſernia, & integris ipſis omnibus rebus, &
„ ſubſtantiis foràs ipſa Civitate, quæ ſunt &
„ pertinent ſuperiùs dicti Graffoli, & ſupra
„ Adeltrudæ uxori ejus, quemadmodum nobis
„ eſt pertinentes, ut diximus, per hereditа-
„ tionem Avii, & genitori noſtri, inſimul
„ cum ipſæ quinque Scriptionibus, quæ inde
„ apud nos firmatæ tenemus. Primitus quo-
„ que hìc indicamus territoriis ipſis & Cur-
„ tem ipſam, quæ eſt, ut diximus, in finibus
„ Yſerniæ, ubi nominatur Urgi, in qua Ec-
„ cleſia Sanctæ Mariæ fundata eſſe videtur.

A „ Finis habet de duabus partibus ſine noſtri
, Monaſterii, & Sancti Benedicti: & de alia
, parte ſine fluvio, qui dicitur Cenglone, &
, de alia parte Serra, de monte, & de alia
„ parte ſine finita Arepaldeſca; & una ex ipſæ
„ preſæ, & caſæ intus ipſa Civitate Yſerniæ,
„ finis habet de amba dua latera terra, &
„ caſæ, quæ fuerunt quondam Radolfi; unum
„ caput terræ, & caſa Leoni; aliud caput te-
„ nente ipſa corte, finis habet de uno latu, &
„ uno capu terra, & caſa Leoni, & aliud ca-
„ put terra, & caſa Radolfi, & ipſa alia cur-
„ te, & terris iſta parte ipſo fluvio Cinglone,
, finis habet de uno latu via antiqua, quæ de-
„ currit in ipſo fluvio, & perexiente per ipſi
B „ Peſcli in ipſa terra; aliu latu fine terra mea,
, quod per iſtam cartulam in eodem Mona-
„ ſterio offerui; unum caput fine Dominica,
„ aliu capu in ipſo jam dicto fluvio, qui va-
„ dit infra hac terra, & curte, & infra hac
„ terra, ipſa ſuperiùs dicta curte, in qua ipſa
„ jam dicta Eccleſia S. Mariæ fundata eſt,
„ prædictæ verò preſæ, & caſæ, & jam dictæ
„ indicatæ territoriis, & Curtis cum integris
„ aliis rebus, & ſubſtantiis ipſis, quæ fuerunt
„ Graffuli, & ſupradictæ uxori ejus in finibus
„ Yſerniæ, in ipſo jam dicto Monaſterio
„ Sancti Vincentii offeruimus, cum viis ſuis,
„ & aquis, & anditis ſuis, cum ſepis, & li-
„ mitibus, & cum pertinentiis ſuis, & cum
C „ omnia inferiora, ac ſuperiora ſua ad poſ-
„ ſeſſionem veſtri Monaſterii, & de ejus Ab-
„ batibus, atque Rectoribus, excepto illa
„ quarta parte, quam inde legibus pertinet
„ Mundæ uxori meæ, filia quondam Aderici
„ Diaconi, qui Monderico clamabatur. Seu
„ & ego mulier nomine Munda uxor ſupra-
„ ſcripti Janiperti, ac filia Deoderici Dia-
„ coni, divina inſpiratione compulſa, pro re-
„ medio animæ meæ, conſenſu, & voluntate
„ ſupraſcripti Janiperti viri, & mundoaldi
„ mei, in cujus mundium me eſſe agnoſco,
„ per hanc chartulam offero in ipſo jam di-
„ cto Monaſterio Sancti Vincentii integra
„ ipſa quarta pars mea, quem mihi legibus
D „ pertinet de integris ipſis omnibus in dictis
„ rebus, & ſubſtantiis, qui fuerunt, & per-
„ tinuerunt ſupraſcripti Graffoli, & ſupradi-
„ ctæ uxori unà cum viis, & aquis, & andi-
„ tis ſuis, cum ſepis, & limitibus, & cum
„ pertinentiis ſuis, & cum omnia inferiora
„ ac ſuperiora ſua ad poſſeſſionem ipſius Mo-
„ naſterii, & de ejus Rectoribus inſimul, &
„ ipſam quartam partem meam, quæ mihi
„ pertinet de ipſæ jam dictæ quinque Scri-
„ ptionibus, unde nobis nec viri, nec conju-
„ gi, neque ad noſtris heredibus, nec aliis
„ cuilibet nullam reſervavimus ei rationem,
„ ut amodo, & ſemper ipſæ jam dicto Mona-
„ ſterio, & ejus Abbatibus, atque Rectoribus
E „ firmiter habeant, & poſſideant integra ipſa
„ ſupraſcripta noſtra offerſione, & obligamus
„ nos qui ſupra Janiperto, & Munda, vir,
„ & conjux, nos, & noſtris heredibus, Ego
„ quæ ſupra mulier cum conſenſu, & volun-
„ tate ſupraſcripti viri, & mundoaldi mei
„ tibi ſupraſcriptus Domnus Roffridus Abbas,
„ & ad Succeſſoribus tuis, & ad partem ſu-
„ praſcripti noſtri Monaſterii amodo & ſem-
„ per defendere, & anteſtare vobis integra ipſa
„ jam dicta noſtra offerſione ab omnibus illis
„ hominibus, vel partibus, cui, vel ubi per
„ nos, aut per noſtris heredibus ipſos verаci-
„ ter datum, vel alienatum paruerit, ab aliis

„ ve-

Digitized by Google

„ verò hominibus, vel partibus, vicibus nostris licentiam, & potestatem habeatis vos, „ & vestris successoribus à parte suprascripti „ vestri Monasterii, fieri vobis inde auctori, „ & defensatori per ipsam chartulam, & cum „ ipsæ jam dictis scriptionibus, & per aliis „ vestris rationibus, ut melius potueritis, „ & scieritis. Nam si nos, vel nostris „ heredibus hanc offersionis chartulam per „ quocunque ingenium dirumpere, vel remo„ vere quæsierimus, & omnia superiùs dicta „ vobis non compleverimus, L. solidos aurei „ Visanteos per nos, & nostris heredibus, vo„ bis, vel ad successoribus vestris, aut ad „ partem vestri Monasterii componere obli„ gamus, & omnia suprascripta vobis com„ pleamus, & hæc charta, de quibus conti„ net, firma permaneat in perpetuum. Et ta„ liter nos qui supra vir & conjux communi„ ter pro salvatione animæ nostræ fecimus, „ & te Martinum Clericum & Notarium scri„ bere rogavimus.

„ Actum Teanense.

„ † Ego Suppo Judex.

„ Ego Litelfridus.

„ Ego Dodo Clericus.

OFFERSIO LANDONIS COMITIS DE TIANO.

Charta Landonis Teanensis Comitis, per quam Monasterio Sancti Vincentii Vulturnensis multa donat in eodem Teanensi agro. Anno DCCCCLXXXVI.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi „ Dei æterni. Quinto Anno Principatus „ Domni Landenolfi gloriosissimi Principis, „ Mense Novembri, XV. Indictione. Ideoque „ ego Lando Comes ex Civitate Teanense „ filius bonæ memoriæ Domni Atenulfi Co„ mitis, declaro me iter facere in oratione „ ad Ecclesiam Beati Michaëlis Archangeli, „ quæ sita est in Monte Gargano, ut per ejus „ intercessionem apud omnipotentem Domi„ num de peccatis meis indulgentiam accipe„ re valeam. Ideoque testamentum feci ex „ omnibus rebus, & substantiis meis, & di„ vina inspiratione compulsus, pro remedium „ animæ meæ, per hanc chartulam judico in „ Monasterio Sancti Vincentii situs supra Vul„ turni fluminis fontes, ubi nunc Deo favente „ Vir beatissimus Domnus Roffridus Abbas „ præest, hoc est terra mea, quam habeo in „ finibus ejusdem Civitatis Teanensis infra „ fines de loco Bairanu, propinqua loco Cor„ nelianum, ubi vocatur Ducenta, & campo „ Exagonia, modia de terra trecenti infra fines, „ quæ subtus dicimus; da una parte rivo, „ unde per tempus aqua decurrit, qui descen„ dit subtus Pontem marmoreum, & ut redit „ in limite, quæ est terra de hominibus de„ Corneliano, & ut vadit in fluvio Vulturno; „ da alia parte eodem fluvio; da tertia parte „ fine terræ meæ qui supra Landoni Comitis, „ & de Nepoti meæ, quem genitor meus „ per convenientiam multam habuit da pars „ Episcopio Teanensi; de quarta parte fine „ via, quæ vocatur Traciſca, qui vadit per „ eodem ponte marmoreum, ut se junget hæc „ finis ad prædictum pontem cum ipso rivio, „ qui est priore finis; infra hos fines indicatæ „ judico in jam dicto Monasterio CCC. mo„ dia de terra in adunatum à quale parte illud

A „ voluerit tollere, & habere pars prædicti „ Monasterii passiatum rationabiliter ad pas„ sum, qui fuit Landoni seniori Castaldei, ha„ bente per unumquemque modium per qua„ tuor partes singuli parti passus XXX. Hæc „ autem terra infra jam dicti finis, qualiter su„ periùs diximus cognitum, cum ipso fluvio „ per ipsa exagonia, ut diximus, modia de„ terra CCC. in jam dicto Monasterio judi„ cavi, atque dispositi, cum arboribus, & „ omnia inferiora ac superiora sua, & cum „ via sua intrandi & exiendi, ad possessionem „ jam dicti Monasterii, & de ejus Rectoribus. „ Unde mihi nec ad meis heredibus, nec alii „ cuilibet homini nullam reservavi, nisi tan-

B „ tummodo cunctis diebus vitæ meæ ipsa„ „ præfata terra in omnibus meæ sit potestati „ ad fruendum nomine, & ex ipsa frugia fa„ ciendum omnia, quæ mihi placuerit: nam„ „ non vendendi, nec donandi, nec ullis mo„ dis ipsas alienandi. A die autem obi„ tus mei integra ipsa prædicta terra ve„ niant ad potestatem suprascripti Monaste„ rii, & de ejus Rectoribus ad habendum, „ & possidendum, & frugiandum; ita ut „ semper ipsa prædicta terra sit in potesta„ te de illis Monachis, qui quotidie laus „ Deo canunt, & officiant ipsum Monaste„ rium Sancti Vincentii de Monte; & frugia, „ quæ inde Deus annualiter dederit, eorum„

C „ sit potestati, & non habeat potestatem Ab„ bas, vel Rector ipsius Monasterii prædicta „ terra in ullis modis dare, aut alienare, & „ si per eis datum, aut alienatum apparuerit „ in quacumque modum, & non illud tenue„ rit, & dominaberit, atque frugiaberit ipsas „ illis Monachis, qui in ipso Monasterio San„ cti Vincentii de Monte, & quotidie servie„ rint, quatenus à præsente integra ipsa præ„ dicta CCC. modia de terra veniat ad pote„ statem Sellectæ, & Gemmæ Sorori meæ, „ vel ad eorum heredibus ad faciendum om„ nia, quæ eorum placuerit, absque omni con„ trarietate vestri Monasterii, & de ejus Re„ ctoribus, & charta ista sit disrupta, & ba-

D „ cua & nullum roborem in se habeat, quia „ in tali ratione, in eodem Monasterio judi„ cavi. Ea enim ratione, ut à die obitus mei, „ in antea semper pars suprascripti Monaste„ rii, & ipsis jam dictis Monachis, in ipsa„ „ ratione, quæ supra diximus, firmiter habeant „ & possideant integra ipsa jam dicta terra„ „ per ipsa numeratione. Et obligo me, qui „ supra Lando Comes, & meos heredes tibi „ qui supra Domni Roffridi Abbatis, & ad „ ipsis suprascriptis Monachis, & ad pars su„ pradicti Monasterii defendere, & antestare „ integra ipsa prædicta terra, quæ in eodem „ Monasterio judicavimus ab omnibus homi„ nibus, ab omnibusque partibus; & quando

E „ volueritis vos & successoribus vestris, seu „ pars vestri Monasterii vices nostras, licen„ tiam & potestatem habeatis fieri vobis inde „ auctori & defensori per istam chartam, & „ per aliis vestris rationibus, ut melius po„ tueritis, & scieritis. Si autem ego vel meos „ heredes aliquando in tempore hanc judica„ tionis chartam per quoquumque ingenium„ „ dirumpere quæsierimus, & non vobis de„ fensaverimus, & non compleverimus vobis „ ea omnia, & in omnibus, quemadmodum „ superiùs legitur, CC. solidos aurei Vizan„ teos pœnam me & meos heredes componere „ obligo tibi qui supra Domno Abbati „

„ vel

Digitized by Google

„ vel ad ſucceſſoribus tuis, & ad pars ſupra-
„ ſcripti veſtri Monaſterii, & omnia ſupra-
„ ſcripta vobis compleamus, & hæc charta
„ de quibus continet firma permaneat ſemper
„ in iſta ratione. Et taliter ego qui ſupra
„ Lando Comes feci, & te Martinum Cle-
„ ricum & Notarium ſcribere rogavimus.
„ Actum Teanenſe.
„ † Ego Adelgiſi Judex.

DEFINITIO JUDICATUS DE ECCLESIA SANCTI VINCENTII IN LECTO TERRITORIO PINNENSI.

Atto & Olderiſius Comites, & Helmepertus Miſſus Hugonis Ducis in Placito Balvenſi, Roffrido Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum adjudicant Eccleſiam Sancti Vincentii in Pinne, ei à Sanſone filio Remedii occupatam Anno DCCCCXCV.

„ IN Dei nomine. Notitia Judicatum qua-
„ liter pro futuris temporibus memoria
„ recordandi, qualiter actum eſt in Balba in
„ primo Campo in placito, ibique reſidebat
„ Atto Comes, & Oderiſius Comes, & Hel-
„ mepertus Epiſcopus Miſſus Domni Ugonis
„ Dux, Marchio, pro ſingulorum hominum
„ juſtitia faciendum vel deliberandum inten-
„ tione. Et ibi cum eis reſidebat Obertus Epi-
„ ſcopus de Rete, & Monoaldus Comes de
„ Spoleti, & Felice, & Johannes Judices, &
„ Benedictus, & Giſo Judices de Pinne, &
„ Giſo filius quondam Geſoni, & Rocco, &
„ Albericus filius quondam Tranſarici, & Yl-
„ perinus, & Otto, & Quido, & Farolfus,
„ & Sanxo filius quondam Remedii, vel re-
„ liqui plures circumſtantibus & reſidentibus.
„ In iſtorum omnium præſentia ſic vênit Do-
„ mnus Roffridus Abbas de Monaſterio Beati
„ Sancti Vincentii, quod ſitum eſt in partibus
„ Samnii ſuper fluvium Vulturnum, unà cum
„ Giſo Advocatore ſuo, & dicebat: quia San-
„ ſon filius quondam Remedii tulit mihi ipſa
„ Eccleſia Sancti Vincentii, quæ eſt in Pinne,
„ in lectu Sancti Vincentii ſuper rium Can-
„ didi; Tum ſupraſcripti Comitibus, & ſu-
„ praſcripti Epiſcopis, & prædictis Judices,
„ dum taliter viderunt & audierunt ſupra-
„ ſcripti Roffridus Abbas, & Giſo Advoca-
„ torem ſuum, & dicentes rectè eorum com-
„ paruit eſſe: ita & reinveſtiverunt ſupradi-
„ ctus Roffridus Abbas de ipſa Eccleſia Sancti
„ Vincentii, & de ipſa rebus, quæ ad ipſam
„ Eccleſiam pertinent, & vandum miſerunt
„ ei, ut ſi qualecumque hominem eum diſ-
„ veſtiſſet, aut ipſe rebus invaſiſſet ſinè legali
„ judicio quoquo modo, compoſuiſſet de au-
„ ro mundo libras decem ad pars prædicti
„ Monaſterii Beati Vincentii. Hoc factum eſt
„ in iſtorum omnium ſupraſcriptorum præ-
„ ſentia, & ex dicto de ſupraſcripti Comiti-
„ bus, & Epiſcopis, & Judices, & prænomi-
„ natis bonis hominibus in notitia Judicatum
„ ſcripſit in anno ab Incarnatione Domini no-
„ ſtri Jeſu Chriſti anni ſunt DCCCCXCV., &
„ dies Menſe Julius, per Indictione Octava.
„ Actum in Balva Menſe & Indictione ſupra-
„ ſcripta feliciter. Amen.
„ † Ego Elmepertus Epiſcopus ibi fui.
„ Ego Oderiſius Comes ibi fui.
„ Signum manus Monualdi Comitis.

(1) Id factum Anno Chriſti 993.

A Hoc tempore Landenolfus Princeps occiſus (1) eſt à Langobardis intus Civitate Capua; & ipſa Civitas magna peſtilentia afflicta eſt, ut vix tertia pars populi in ea remaneret. Luna obſcuratur; fame, & terræmotu tota Italia dolet. Hugo Marchio Capuam obſedit, quam clandeſtino conſilio capere quærit. In quo conſilio fuerunt Yſimbardus Archiepiſcopus. Roffridus Abbas inter procellas & turbines ex eodem Monaſterio fugit per ipſum fluvium Vulturnum. Hugo verò Marchio cum ſuis Comitibus diſceſſit citò. Tunc ſurrexit quidam filius iræ & maledictionis, qui dicebatur Coppari de Sancto Benedicto, &
B mercatus pretio prædictum Cœnobium obtinuit per decem menſes, multaque prædia, ſervos & ancillas diſtraxit malignè. Monachi verò in tantis tribulationibus gementes, Monaſterium reliquerunt, & erant ſicut oves non habentes Paſtorem. In his diebus Otto Tertius Romam veniens coronatus eſt Imperator, ad quem Venerabilis Abbas Roffridus profectus, & honorificè ſuſceptus omnem ſui Monaſterii querelam exponit. Reſtitutus dehinc ejus juſſu ſuæ Abbatiæ, lætus revertitur, & cunctis gaudentibus ſub pio Paſtore diſperſus grex colligitur. Quo adveniente ſubruus ille invaſor, qui ſolus erat habitator, pavore actus, Monaſterio relicto, ſemetipſum dedit per occultas cavernas.

C Placitum quoque habuit cum Abbatiſſa Adelberga de Monaſterio Sanctæ Mariæ in Apinianici Venerabilis Abbas Roffridus, ſuper cujus definitionem præceptum accepit ab eodem piiſſimo Imperatore Ottone hujuſmodi.

PRÆCEPTUM SUPER PLACITUM.

Theophania Imperatrix Ottonis III. mater Monaſterio Sancti Vincentii confirmat Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Apinianici. Anno DCCCCLXXXX.

D „ THeophanu divina gratia Imperatrix,
„ Auguſta. Notum volumus eſſe omni-
„ bus fidelibus Dei, quòd nos divina pietate
„ commoti, Eccleſiæ Sancti Vincentii Marty-
„ ris. ejuſque Monaſterio in partibus Samniæ
„ ædificatum, per hanc noſtram ſcriptionem
„ ſecundùm præceptum confirmationis bonæ
„ memoriæ ſenioris noſtri Imperatoris Otto-
„ nis, & ejus genitoris, confirmamus, & cor-
„ roboramus Eccleſiam Beatæ Mariæ de
„ Apinianici cùm Sancto Sebaſtiano de valle,
„ & omnibus aliis Eccleſiis, & omnibus per-
E „ tinentiis ad eandem Eccleſiam Beatæ Mariæ
„ pertinentibus in Comitatu Marſicano, eo
„ ordine quatenus idem Monaſterium Sancti
, Vincentii, unà cum Monachis, & Abbate
„ Roffrido, ejuſque Succeſſoribus eandem Ec-
„ cleſiam Beatæ Mariæ ſupra nominatam cum
„ omnibus ejus pertinentiis ſecundùm præ-
„ cepta confirmationis, quæ inde habere vi-
„ dentur, habeant, teneant, firmiterque poſ-
„ ſideant in perpetuum, omnium hominum
„ contradictione remota. Si quis igitur hanc
„ noſtram confirmationem infringere tentave-
„ rit, ſciat ſe ſibi, & nobis compoſiturum
„ trecentas libras auri. Quod ut verius cre-
„ datur hanc paginam ſigillo noſtro juſſimus
„ ſigillare. Adelbertus Cancellarius ſcripſi.
„ Data Quarto Non. Januarias, Anno Domi-
„ nicæ

Digitized by Google

„ nicæ Incarnationis DCCCCXC. Indictione
„ II. (1) Anno verò Regni Tertii Ottonis
„ regnantis III. Actum Romæ.

Libellum quoque fecit idem Venerabilis Abbas Roffridus Comiti Attoni de medietate Curtis, de Moſiano in Comitatu Pinnenſi, unde accepit ſolidos quingentos, & iſte libelli ejuſdem textus habetur.

LIBELLUM DE PINNE DE IPSA CURTE DE MUSIANO MEDIETATE INTEGRA.

Roffridus Vulturnenſis Abbas Attoni Comiti dimidium Curtis de Muſiano, ſitæ in agro Pinnenſe in libellum concedit. Anno DCCCCLXXXIV.

„ IN Dei nomine. Scriptum convenientiæ,
„ qualiter ego Roffridus Abbas Monaſte-
„ rio Sancti Vincentii, quod ſitum eſt in
„ finibus Beneventanis in locum, quod voca-
„ tur Samniæ, quod eſt juxta fluvium Vul-
„ turnum, unà per voluntate & conſenſu
„ primatis Monachis, qui præordinati ſunt
„ in officio de prædicto ſancto noſtro Mona-
„ ſterio, per hunc ſcriptum convenientiæ
„ concedo tibi Attoni Comiti filius quondam
„ Attonis Comitis, & ad filii, & ad nepoti-
„ bus tuis, & uſque in tertia tua legitima
„ generatione, ideſt de res juris ſancti noſtri
„ Monaſterii infra territorio Pinnenſe, ideſt
„ integra medietate de omnia ipſa Curte de
„ Muſiano cum medietate de omnibus ejus
„ pertinentiis, vel ſubjectis, vel adjacentiis
„ ſuis, excepto ipſa Eccleſia, quæ ibi ædifi-
„ cata eſt in honore Sanctæ Mariæ, cum alia
„ medietate, quod in noſtra reſervavimus po-
„ teſtate ad proprietatem de ſancto noſtro
„ Monaſterio poſſidendum. Et eſt ipſa ſupra-
„ ſcripta medietate, quod tibi ſupraſcripto
„ Attoni Comiti per hunc ſcriptum concedi-
„ mus, infra finis: à capo fine fluvio Maone
„ juxta radice Montis Corvi, aliis quod ſibi
„ juncti uſque ad capud fluvii finis; à pede
„ uſque Atrie; ex alia parte quomodo Maone
„ deſcendit in Gomano, uſque in Bedea pede
„ Atrie. Eſt prædicta medietate omnia ipſa
„ jam dicta Curte, cum medietate de omni-
„ bus ſuis pertinentiis, vel adjacentiis, cum
„ vineis, & pomis, & arbcribus ſuis, &
„ cum omnia, & in omnibus, quantum
„ ipſa jam dicta medietate de ipſa ſupraſcri-
„ pta res infra ſe, vel ſuper ſe habentes, in
„ integrum per hunc ſcriptum convenientiæ,
„ qualiter ſupra legitur, ſic concedo ego ſu-
„ praſcriptus Roffridus Abbas tibi ſupradicto
„ Attoni Comiti, & ad filiis, & ad nepoti-
„ bus tuis, & uſque in tertiam generationem
„ tuam legitimam, in eo tenore meliorandum, & fruendum; nam non vendendum,
„ nec donandum, nec concambiandum, nec
„ in loco pignoris aliquo modo dandum, ne-
„ que per nullum ingenium in alterius pote-
„ ſtatem ad proprietatem alienandum, vel
„ ſubtrahendum, niſi tantùm uſus fruendum,
„ & ad proprietatem de ſupraſcripto noſtro
„ Monaſterio conſervandum. Et frugis quod
„ de ipſæ ſupraſcriptæ rebus habueritis, fa-
„ ciatis exinde omnia, quod volueritis ſinè
„ omnem calumniam. Pro ea verò ratione
„ dedi ego qui ſupra Roffridus Abbas ipſa
„ jam dicta res per hanc convenientiam ad ex-
„ fruendum tibi ſupraſcripto Attoni Comiti, &
„ ad ſupraſcriptam tertiam tuam generationem
„ legitimam, pro quia dediſti tu Atto Comes
„ in iſta convenientia de tua mobilia in hac
„ pretium valientes ſolidos quingentos, quod
„ nos recepimus ad opus, & diſpendio à pars
„ noſtri Monaſterii reſtaurandum, & idonei
„ homines interfuerunt in iſta convenientia:
„ nomina eorum Ceno filio Temmari, &
„ Berteramo filio Richardi, & Bezzo filio
„ Ricconis. Et cenſum ſolvere, vel dare de-
„ beatis tu Atto ſupraſcripto Comes, vel ipſam
„ ſupraſcriptam tertiam tuam generationem
„ legitimam, mihi ſupradicto Roffridi Abbas,
„ vel ad poſteris meis ſucceſſoribus, aut ad
„ noſtros miſſos, qui ad vos veniant, aut ad
„ noſtrum Præpoſitum, qui à nobis fuerit or-
„ dinatum in ipſa ſupraſcripta Eccleſia Sanctæ
„ Mariæ de Muſiano per omnes annualiter, ſi-
„ ve argentum, ſive alia veſtra mobilia va-
„ lientes ſolidos quindecim. Et hoc repro-
„ mitto, ego ſupraſcripto Roffridus Abbas,
„ & obligo me vel poſteris ſucceſſoribus meis
„ tibi ſupraſcripto Attoni Comiti, vel ad
„ aliam ſupraſcriptam tertiam tuam legiti-
„ mam generationem. Quòd ſi de omnia,
„ quod ſupraſcriptum eſt, aliquid exinde re-
„ tollerimus, aut contemnerimus, vel foràs
„ ejicere præſumpſerimus, tam per nos, vel à
„ nos ſubjecta aut ſuppoſita perſona per quod-
„ libet ingenium vel intentionem, niſi quod
„ ſupra ſcriptum eſt, ut componamus ego ſu-
„ praſcripto Roffridus Abbas, vel poſteris
„ meis ſucceſſoribus, tibi ſupradicto Attoni
„ Comitis, vel ad tertiam tuam generatio-
„ nem legitimam pœna auri libræ X. Et tu
„ vel ſi tertia tua generatio ſupraſcripta
„ unumquodque per ſingulum annum non
„ reddideritis ſupraſcripta penſione, cadatis
„ in legali pœna, quia inter nos ſic ſtetit &
„ talis fuit noſtra convenientia. Quem verò
„ hunc Scriptum convenientiæ rogatus à ſu-
„ praſcripto Roffridus Abbas per conſenſum
„ de prædictis Monachis ſcripſi ego Giſo No-
„ tarius & Judex, ab Incarnatione Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti ſunt anni DCCCCLXXX-
„ IV. Temporibus Domni Tranſemundi Dux,
„ & Marchio, & Ducatu ejus Anno Secundo,
„ & dies Menſe October, per Indictione
„ XIII. Actum in Capua feliciter. Ego qui
„ ſupra Roffridus Abbas.
„ † Ego Vigilantius Presbyter & Mona-
„ chus, ac Præpoſitus.
„ † Ego Agxo Presbyter & Monachus ac
„ Præpoſitus.
„ † Ego Toto Presbyter & Monachus.

Aliud quoque libellum fecit de rebus infra territorio Pinnenſe in locum, qui nominatur Bliſano, ubi ædificata eſt Eccleſia S. Vincentii, terra culta & inculta pro menſura modiorum CCCC. fine Rigo Candidi, & fine Riagine, quæ pergit intus Cozola, & fine Riagine, quæ pergit intus Madici; & ſunt ipſæ res Monaſterii Sancti Vincentii: unde accepit ſolidos XL. & cenſum annualiter denarios XXX.

Aliud verò libellum fecit de Valle de Flaturno, ubi Eccleſia Sanctæ Mariæ ædificata eſt; ſimiliter quoque & Eccleſia Sancti Vincentii.

DE

(1) Annus 990. expoſcit heic *Indictionem III.* & *Annum VII.* Regni Ottonis III. Non ſunt ejuſmodi vitia nævi Chartarum, ſed Librariorum errores manifeſti, aut ex incuria, aut ex facili numerorum commutatione nati.

Digitized by Google

DE FLATURNO IN MARSI TOTA VALLIS.

Charta precariæ, ſive convenientiæ, per quam Roffridus Abbas Vulturnenſis Tranſmundo Marſicano in emphyteuſim concedit terras in Valle Flaturni ſitas. Anno DCCCCXCVI.

„ IN Dei nomine. Scriptum precariæ, ſeu
„ convenientiæ, qualiter ſteti, atque con-
„ veni inter me Tranſmundus filio quondam
„ Tedemari de Marſi habitator in Valva. &
„ te Roſſridus humilis Abbas ex Monaſterio
„ Sancti Vincentii, quod ſitum eſt ipſum Mo-
„ naſterium in partibus Samniæ juxta fluvium
„ Vulturnum, ubi nunc præſenti tempore re-
„ gimen tenere videtur. Primò dedi ego ſu-
„ praſcriptus Tranſmundus in convenientia
„ tibi Roffridus Abbas de mobilia mea juxta
„ valientes ſolidos CCC. ad opus, & diſpen-
„ dium de ipſo Monaſterio Sancti Vincentii,
„ & Sanctæ Mariæ de Apinianici, quæ eſt
„ ſubjecta & Cella S. Vincentii; & tu Roſ-
„ fridus humilis Abbas ipſi CCC. ſolidi, unà-
„ que per voluntate & conſenſu de primatis,
„ & ordinatis Monachis Sancti Vincentii, à
„ me recepiſti, & apud vos teſtatum eſt re-
„ ceptum te habere; & in hac convenientia
„ interfuerunt tres idonei homines, ſicut in
„ Edicti continet pagina: Nomina eorum
„ ſunt hæc, Andaldus filius quondam Gaima-
„ ri, & Dodo filius quondam Cudoini, &
„ Raimundus filius quondam Dodoni Per ea-
„ dem verò ratione, & convenientia, nemine
„ te cogente, nec aliquid per vim patientes,
„ niſi tantùm ſana mente, & ex ſpontanea
„ tua bona voluntate, unàque per voluntate
„ & conſenſu de primatis Monachis de Mo-
„ naſterio S. Vincentii dediſti mihi Tranſ-
„ mundo, vel ad meis heredibus amodo &
„ uſque in XXIX. annis per hunc ſcriptum
„ convenientiæ, hoc eſt de res juris proprie-
„ tatis de ipſo Monaſterio veſtro Sanctæ Ma-
„ riæ de Apinianici, quod pertinet ad ipſum
„ Monaſterium Sancti Vincentii, quod eſt in
„ planis, quod ſunt duo parti de omne juris
„ quod pertinet Sanctæ Mariæ de Apinianici
„ infra finis, & loco definitæ in Flaturno, &
„ per ejus vocabula fine Cruce, fine Serra de
„ ipſo monte de Pile, & fine Lacu de.....
„ & fine Furca Caroli, & fine Serra de Roſ-
„ fine, & fine monte Fortinoſu, quod per
„ ipſa Serra deſcendit flumine Frigida, &
„ quod aſcendit in ipſo monte de Poniu, &
„ fine Treſeli, quod revertit ad Cruce: om-
„ nia & in omnibus quantùm infra ſupraſcri-
„ ptæ finis de ipſo duæ partis pertinet ad
„ ipſa Eccleſia Sanctæ Mariæ de Apinianici,
„ dediſti tu ſupraſcriptus Roſſridus Abbas per
„ ſcriptum convenientiæ mihi ſupraſcripti
„ Tranſmundi, vel ad meis heredibus amodo
„ & uſque in completi XXIX. annis dediſti
„ duo parti de omne rebus, & duæ aliæ par-
„ ti jam antea dediſti Donnelli per ſcriptum
„ convenientiæ, & illa quinta pars ad veſtras
„ reſervaſti poteſtates, omnia & in omnibus
„ duo parti de rebus juris Sanctæ Mariæ de
„ Apinianici, quæ ſunt infra ſupradictæ finis
„ in ſupraſcripta Valle de Flaturno, & quem
„ ego ille teneo, ideſt in primis ipſa ſupra-
„ ſcripta ſubſtantia quondam Petri Gualde,
„ & ipſa ſubſtantia Gentili miniſteriali, &
A „ ipſa ſubſtantia Amiconi, & ipſa ſubſtantia
„ Johanni de Macrano. Ipſæ ſunt ſubſtantiæ
„ de ipſæ duæ parti, quod tu mihi dediſti
„ per ſcriptum convenientiæ, cum omnia adja-
„ centia, & pertinentia de ipſæ rebus, quæ
„ ille infra ſupraſcripti finis ego teneo, quod
„ ad ipſum Monaſterium pertinet: nam alia
„ omnia, & in omnibus ipſæ ſupraſcriptæ
„ duo parti, quem ille ego modò teneo infra
„ ſupraſcriptæ finis, & quem pertinet ipſæ
„ duæ parti de omnia ſupradictis rebus San-
„ ctæ Mariæ, ſicut ſuperiùs legitur, dediſti
„ tu ſupraſcriptus Roffridus humilis Abbas
„ per voluntate & conſenſu de Monachi ve-
„ ſtri Monaſterio Sancti Vincentii mihi ſu-
B „ praſcripti Tranſmundi, vel ad meis here-
„ dibus per ſcriptum convenientiæ amodo &
„ uſque in completi XXIX. anni, ideſt caſis,
„ caſalinis, terris, vineis, campis, pratis,
„ paſcuis, vel impaſcuis, ſilvis, ſalectis,
„ pomis, arboribus fructiferis, vel infructife-
„ ris, valiginis, limitibus, & piſcinibus,
„ ſalicibus, aquis, aquarumque decurſibus,
„ cultum, vel incultum, de ſupraſcriptis Ec-
„ cleſiis cum Cellis, & dotis, & cum omni-
„ bus adjacentiis ſuis, & de omnia & in om-
„ nibus, ſicut ſuperiùs legitur. Et quem duo
„ parti tu modò tenes de ſupraſcriptis rebus
„ Sanctæ Mariæ in ſupraſcriptæ finis dediſti
„ tu ſupradictus Roffridus humilis Abbas mihi
C „ ſupraſcripti Tranſmundi, vel ad meis he-
„ redibus amodo, & uſque in completi
„ XXIX. anni per ſcriptum convenientiæ in
„ uno tenore ad uſum fruendi, laborandi, re-
„ gendi, & gubernandi; nam non vendendi,
„ nec donandi, nec concambiandi, nec in lo-
„ co pignoris commendandi, nec per ullum
„ argumentum, ingenium, in alterius poteſtate
„ ad proprietario nomine tranſmigrandi, vel
„ ſubtrahendi, niſi tantùm, ut ſuperiùs dixi-
„ ſti, uſum fruendi, & de frugibus faciendi
„ exinde quidquid ego voluero, vel meis he-
„ redibus, amodo & uſque ad præfinitum
„ tempus. Et pro frugibus, quod nos exinde
„ lucraverimus, ſic debeamus ego ſupraſcri-
„ ptus Tranſmundus, aut quilibet de meis
„ heredibus tibi ſupraſcripti Roffridus Abbas,
D „ aut à tuis ſucceſſoribus, aut à veſtro Mi-
„ niſteriali, qui pro tempore in ipſa Eccle-
„ ſia Sanctæ Mariæ fuerit, aut in ipſa Eccle-
„ ſia, aut ante ipſa Eccleſia, per nos, aut
„ per noſtros miſſos, dare, & abſolvere cen-
„ ſum omne annualiter per unumquoque
„ annum qualem diem de argento ſolidos II.
„ Et hoc repromitto, & obligo me. Ego
„ ſupraſcriptus Tranſmundus, vel meis here-
„ dibus per ſcriptum Precariæ, ſeu conve-
„ nientiæ tibi ſupradicti Roffridi humilis Ab-
„ bas, vel ad tuis ſucceſſoribus, ego ſupra-
„ ſcriptus, vel meis heredibus, tibi ſupra-
E „ ſcripti, vel ad tuos ſucceſſores hæc omnia,
„ quod ſupra ſcriptum eſt, ſic conſervaveri-
„ mus, & ipſum cenſum annualiter non de-
„ derimus, quod ſupra ſcriptum eſt, vobis, vel
„ ad veſtris ſucceſſoribus pœna obligata com-
„ ponere promittimus, & obligamus de ar-
„ gento monetato libræ XCVI. quia talis fuit
„ noſtra convenientia. Quàm & per rogum
„ ſupraſcripti Tranſmundi hoc ſcriptum Pre-
„ cariæ, ſeu convenientiæ ſcripſi ego Dodo No-
„ tarius & Judex in Anno ab Incarnatione Do-
„ mini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt DCCCC-
„ XCVI. ſeu & imperante Domnus Otto Di-
„ vina ordinante Providentia gratia Dei glo-

„ rio-

Digitized by Google

„ rioſus Imperator Auguſtus, ab Imperio ejus
„ in Anno Primo, & dies Menſis Junius per
„ Indictione Nona. Actum in Marſi, Menſe,
„ Indictione ſupraſcripta feliciter. Ego Tranſ-
„ mundus in hac precaria ſubſcripſi. Ego
„ Dodo interfui. Ego Raimundus interfui.
„ Ego qui ſupra Dodo Notarius & Judex
„ complevi, & finivi.

DE MARSI CERBARIANO, ET FELIMINI.

Roffridus Vulturnenſis Cœnobii Abbas multos ſervos, eorumque familiam, & peculium, in emphyteuſim concedit Raynaldo Comiti. Anno DCCCCLXXXVIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ, ſeu
„ convenientiæ, quæ dum ab omnibus non
„ eſt incognitus, ſed à pluribus eſſe videtur,
„ & eſt manifeſta cauſa, qualiter ſtetit, atque
„ convenit inter me Roffridus Venerabilis Ab-
„ bas ex Monaſterio Sancti Vincentii, quod
„ ſitum eſt in partibus Samniæ ſuper fluvium
„ Vulturnum, ubi nunc præſenti tempore
„ regimen tenere videtur, & te Raynaldus
„ Comes filius quondam Berardi Comiti ex
„ natione Francorum, & modò habitator in
„ Ducatu Spoletino, ut aliquid de rebus pro-
„ prietatis noſtri Monaſterii tibi dediſſem, vel
„ ad tuis heredibus, uſque in completi **XXIX.**
„ anni, quia dediſti tu ſupraſcriptus Raynal-
„ dus Comes per ipſam convenientiam de
„ mobilia tua juſta valientes libræ octo de
„ argento pro reſtaurando noſtro Monaſterio,
„ & quod ego ſupraſcriptus Roffridus Vene-
„ rabilis Abbas cum primatis & ordinatis
„ Monachis de Monaſterio noſtro ipſa mobi-
„ lia à vos recepimus, & in præſentia de tres
„ bonos homines. & ſunt nomina eorum
„ Guerizzo filio quondam Mirandi, in illo-
„ rum præſentia ipſa mobilia à te recepimus,
„ & apud nos receptum teſtamus habere. Pro
„ eo verò tenore & convenientia petitione
„ tua noluit denegare, ſed libenti animo pro-
„ prio, & ex ſpontanea mea bona voluntate,
„ & de cuncta Congregatione ſupradicti no-
„ ſtri Monaſterii Sancti Vincentii dedi tibi
„ Raynaldi Comiti, vel ad tuis heredibus
„ uſque in completi jam dicti XXIX. anni,
„ hoc eſt de rebus juris proprietatis Monaſte-
„ rii noſtri, quæ eſt de ipſo Monaſterio de
„ ipſa Villa de Cerbariana, & ſunt nomina
„ Lupo, & Dodatu germanis fratribus, filii
„ quondam Leoni cum uxoribus ſuis, & filii,
„ & filiæ, & nepotibus eorum, quanti modò
„ nati ſunt, & in antea naſcuntur, & cum
„ omne rebus & ſubſtantiæ, quantæ illi tenue-
„ runt, ex pars noſtri Monaſterii, & alius
„ ſervus Ponzulu filio quondam Urſuli cum
„ uxore ſua, cum filii, & filiæ ſuæ, & nepo-
„ tibus ſuis, quanti modò nati ſunt, & in an-
„ tea naſcuntur, & cum omne rebus & ſub-
„ ſtantiæ, quantum illum habuit, & tenuit de
„ pars noſtri Monaſterii, & aliæ rebus, quan-
„ tæ de noſtro Monaſterio pertinuit in ſupra-
„ ſcripta Villa de Cervariana, videlicet Fe-
„ lemini. Inſuper dedi tibi ſupradicto Ray-
„ naldo Comiti, vel ad tuis heredibus uſque
„ in completi **XXIX.** anni, hoc eſt ipſæ ſub-
„ ſtantiæ, quæ ſunt quondam Teoprandi, &
„ Badeperti de Villa Petelline, & eſt ipſæ ſu-
„ praſcriptæ ſubſtantiæ ibidem in Petelline,
„ vel per ſingula vocabula, & aliæ rebus,
„ quantæ infra ipſa pertinentia de Petelline
„ inventæ fuerit, quæ ſunt de noſtro Mona-
„ ſterio. Ipſi ſupraſcripti ſervi, vel ancillæ
„ dedi tibi Raynaldi Comiti, vel ad tuis he-
„ redibus uſque in completi jam dicti XXIX.
„ anni, & ad ſerviendum, & ad diſtringen-
„ dum, & omne impoſita faciendum. Et ſi
„ tibi Raynaldi Comiti, vel ad tuis heredibus
„ fugam fecerint, licentiam & poteſtatem ha-
„ beatis, ubicunque fuerint inventi, repre-
„ hendere, diſtringere, & per ligamen in tuo
„ ſervitio replicare. Ipſæ ſupraſcriptæ ſub-
„ ſtantiæ, & ſupraſcriptæ rebus, cum caſis,
„ terris, vineis, campis, pratis, paſcuis, vel
„ impaſcuis, ſilvis, ſalectis, pomis, arbori-
„ bus fructiferis, vel infructiferis, aquis, vel
„ aquarum decurſibus, cultum, vel incultum,
„ omnia, & in omnibus, ubicunque de ipſæ
„ inventæ fuerint, & ipſi ſupraſcripti ſervi,
„ dedi tibi ſupradicti Raynaldi Comiti, vel
„ ad tuis heredibus, uſque in completi XXIX.
„ anni. In eo verò tenore ad laborandum, re-
„ gendum, & gubernandum, uſus fruendum,
„ agendum cultandum, nec non vendendi;
„ nec donandi, nec concambiandi, nec in
„ loco pignoris commendandi, vel ſubtra-
„ hendi, niſi tantùm, ut dixi, vobis uſufruen-
„ di, & de ipſæ frugibus faciendi quidquid tu
„ volueritis, vel ad tuis heredibus, uſque
„ in completi **XXIX.** annis, & pro ipſo ſer-
„ vitio de ipſi ſupradicti ſervi. Et quæ ipſæ
„ frugibus, quod vos exinde lucraveritis, ſic
„ debeatis vos dare, & abſolvere cenſum
„ mihi ſupraſcripti Roffridi Venerabilis Ab-
„ bas, vel ad meis ſucceſſoribus per unum-
„ quemque annum in qualecunque die infra
„ annum denarios **XII.** Et hoc repromitto, &
„ ſic expopondo, & obligo me Roffridus Ab-
„ bas, vel meis ſucceſſoribus, quòd ſi vos
„ omnia ſic juſtè pleniter conſervaveritis, &
„ ipſum cenſum dederitis, quod ſupra ſcri-
„ ptum eſt; & ſi ego, vel meis ſucceſſoribus
„ ante præfinitum tempus de omnia aliquid
„ retollere, ſeu contrariare, aut ampliùs cen-
„ ſum imponere præſumpſerimus, niſi tan-
„ tum quantum ſupra ſtatutum eſt, aut ſi ab
„ omnibus homines defenſati non fuerimus,
„ nomine pœnæ nos vobis componere pro-
„ mittimus de auro libras III. & poſt pœnam
„ ſolutam nunquam mihi Roffridus Venera-
„ bilis Abbas, vel meis ſucceſſoribus liceat
„ nolle quod ſemel volui, ſed omnia à me
„ facta, ſalvo nomine, firmiter, atque inviolabi-
„ liter conſervare promittimus perennis tem-
„ poribus. Et pro ſtabilitate veſtra Rachiſi
„ Clerico & Notario ſcribendum rogavi in
„ Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu
„ Chriſti Anni ſunt DCCCCLXXXVIII. & die
„ Menſe Novembri, per Indictione II. Actum
„ in Marſi.
„ Ego qui ſupra Roffridus Abbas.
„ Ego Adeodatus Præpoſitus.
„ Ego Pandolfus Monachus.
„ Ego Piſcarius Sacerdos & Monachus.
„ Ego qui ſupra Rachiſi Clericus & No-
„ tarius complevi, & reddidi.

NOMINA SERVORUM DE FLATURNO.

Catalogus Servorum ſpectantium ad Monaſterium Sanctæ Mariæ de Apinianici conſcriptus Anno DCCCLXXIV.

„ IN nomine Domini. Temporibus Ludo-
„ vici Lotharii filii, Anno in Dei nomine
„ Imperii ejus XXV. & III. die Nonas Mar-
„ tii per Indictione VII. & temporibus Dom-
„ næ Ermengundæ Abbatiſſæ de Monaſterio
„ Sanctæ Mariæ de Apinianici, unàque per
„ voluntate Petri Præpoſiti breviaverunt ipſi
„ Servi, qui pertinentes ſunt de ipſa Cella
„ Sanctæ Mariæ de Flaturno. In primis de
„ Villa Salectu Lanfredus, Toſpaldus, Gua-
„ lepertus, Lupus, Anſalinu, Lupola, & Urſi-
„ pertu, Anſalinu, Maynoſum, Gaidepertu,
„ Adelpergula, Aguſtinu, Guarnulu: omnes
„ iſti ſupraſcripti Servi. Teudemari, & Teu-
„ daldu, Godeprandu, Berneardu, Urſu fer-
„ rarius, Gunpulu, Ripeniſca, Majorinula,
„ Urſu, Larinu, Godo, & Teuderamu, Teu-
„ depertu, Camerimu, Magipertus, Adelper-
„ tus, Giſolu, Carillus, Gaidepertus nanus,
„ Valerinus, Sinderadus, Guileramus, Lupus
„ filius Muſculi, Aroaldus, & Dovilla, Ma-
„ ceranu, Adolus, Lupus Taurellus, Guile-
„ prandus, Johannellus, Opſule, Leulu, So-
„ mella, Gualepertus, Guilzu, Ludipertus
„ Squallatus, Urſu de Ateze, Alo, Urſu Preſ-
„ biteri de Ateze. Item de Villa Cenei Pa-
„ lumbulus, Martinus, Razulus. Item de
„ Fofile Hildeprandus Presbiter, Aldolus,
„ Ajolus, Hermolus, Petrus filius Aſolfi, Her-
„ mepertu, Filepertus, Goderade, Aldollus,
„ Decanus, Lupolus, Calatroſus, Arolus,
„ Leolus, Maximianus, Marolfus, Merolus,
„ Opſepertus, Maximiſcu, Johannes filius
„ Rodi, Sinderadus, Felectulus, Johannes
„ filius Sindole, Johannes filius Teupoli, Ur-
„ ſulu, Brocculu, Bonipertu. Item de Cam-
„ piclu Lupus Diaconus, & Gualega Maria
„ Chartulati Sanctæ Mariæ: ſunt omnes de
„ Campula ſervi, vel ancillæ Sanctæ Mariæ.
„ Item ad Ceſa locus, ubi dicitur Caſa Maura,
„ de Cella Sanctæ Mariæ fuit Valeri, Her-
„ molus filius Anſepertu; Lupolus caprarius,
„ Ferrandos, Guadolus, Aidepertus, Atrolus,
„ Malefredus, Jannulus, Autecari, Vadoſu,
„ Aidepertus, Andolfus filius Lucepergæ, Ur-
„ ſepertus, Verbella, Liſulu, Urſu, Sangui-
„ narius, Audepertus, Paulianus, Lampolus
„ filius Radovi, Adelpertu hortulanus, Ri-
„ mepertus Præpoſitus, Deodatus, Donatus.
„ Item de Buxi Rimulus, Majolu, Audeper-
„ tus, Johannulu filius Paſarlæ. Urſolu filius
„ Fridolæ de Mebio, Lampolu filius Damulæ,
„ Vadoaldus, Giſolu Aydoaldus: omnes iſti
„ ſupraſcripti ſunt Servi, & ancillæ de ipſa
„ ſupraſcripta Cella Sanctæ Marię de Flaturno.

DE MARSI IN MELONGE ET IN PREZOLU.

Charta Precariæ, ſive convenientiæ, & emphyteuſis de nonnullis terris conceſſis Benedicto filio Urſi à Roffrido Abbate Vulturnenſi. Anno DCCCCLXXXIX.

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ, ſeu
„ convenientiæ: Dum ab omnibus non eſt
„ cognitum, ſed à pluribus eſſe videtur, &
„ eſt manifeſta cauſa, qualiter ego Benedictus
„ filius quondam Urſi, qui ſum habitator in
„ locus, ubi Rateraria vocatur, Marſicano ter-
„ ritorio, habui petitionem à te Roffridus
„ Venerabilis Abbas ex Monaſterio Sancti
„ Vincentii, quæ conſtructa eſſe dignoſcitur
„ ſuper fluvio Vulturno, ubi nunc præſenti
„ tempore regimen tenere videtur, ut ali-
„ quid de res juris proprietatis tui Monaſte-
„ rii Sanctæ Mariæ de Apinianici, qui ſubje-
„ ctus eſt tui Monaſterii mihi ſupraſcripti
„ Benedicti, vel ad meis heredibus per ſcri-
„ ptum convenientiæ dediſſetis uſque in com-
„ pletis XXIX. annis, pro eo quòd ego ſu-
„ praſcriptus Benedictus dedi tibi ſupraſcripti
„ Roffridus Abbas, & pars jam dicti tui Mo-
„ naſterii de res mobile meo juſto valiente
„ libra una pro reſtaurandum prædictum tuum
„ Monaſterium, quod apud te recipiſti, &
„ receptum teſtaſti habere, & in ipſa noſtra
„ convenientia interfuerunt tres idoneos no-
„ biliores homines, quorum nomina ſunt
„ Majo, Pando, & Landolfo. Propterea pe-
„ titionem meam denegare noluiſti, ſed li-
„ benti animo, bona & ſpontanea tua volun-
„ tate, unàque per conſenſu, & voluntate de
„ cunctos Fratres tuos tuique Monaſterii, de-
„ diſti mihi ſupraſcripti Benedicti, vel ad meis
„ heredibus uſque in completi XXIX. annis:
„ hæc ſunt de res juris proprietatis prædicti
„ Monaſterii. Prima petia de terra eſt in Me-
„ longia ubi Pratu vocatur, & eſt menſurata
„ manibus ad virga publica: per longum de
„ una parte virgæ XLVI. poſita eſt à capu in
„ via à pede, & de ambæ parte terræ Sanctæ
„ Mariæ. Secunda petia à capu in via à pede,
„ & de ambæ parte terræ Sanctæ Mariæ. Se-
„ cunda petia eſt ibidem ſuper ipſa via à
„ pede, & de ambæ terræ Sanctæ Mariæ præ-
„ dictæ terræ Sanctæ. Tertia parte eſt ibi-
„ dem, ubi Fundolla vocatur, & eſt per lon-
„ gum da una parte Virgæ CLXXVIII. à capu
„ XLIX. de alia parte per longum Virgæ
„ CXCII. à pede Virgæ LIV. fine habentes de
„ duo parti rivus, à capu terra Temmar, &
„ de conſortibus ſuis, à pede terra Sanctæ
„ Mariæ. Quarta petia eſt ibidem, ubi Ca-
„ cajanu vocatur, & eſt per longum da una
„ parte Virgæ X. poſita eſt de duæ parti via,
„ & de tertia parte rivo, de quarta parte ter-
„ ra Sanctæ Marię. Similiter dediſti mihi ſupra-
„ dicti Benedicti ulteriùs ad meis heredibus per
„ ſcriptum convenientiæ uſque in completi
„ XXIX annis, & ſunt aliæ rebus proprie-
„ tatis prædicti tui Monaſteri Sanctæ Mariæ;
„ Prima petia eſt in Pzolu, & eſt menſurata
„ manibus ad Virga publica: per longum de
„ una parte Virgæ LXXXIX. à capu Vir-
„ gæ XLI. de alia pars per longum Virgæ
„ LXXXVII. & per medium Virgæ LXXV.
„ fine habente à capu via publica, de una par-
„ te terra Sanctæ Mariæ, à pede terra Com-
„ mentale & de alia parte terra Azzoni. Ter-
„ tia petia dicta terra eſt ibidem, quod eſt
„ ortale & eſt per longum de ambæ parti Vir-
„ gæ XIV. per latum à capu & à pede Virgæ
„ XIV. per latum à capu & à pede Virgæ VI.
„ fine habente, da una parte terra Sanctæ Ma-
„ riæ, de alio latere à capu terra Sanctæ Ma-
„ riæ, & pede terra Commentale. Alia pe-
„ tiola ad ortale eſt ibidem, & eſt per lon-
„ gum de ambæ parti Virgæ XX. per latum,
„ per latum à capu, & a pede Virgæ VI.
„ fine,

Digitized by Google

„ fine, à pede Virgæ III. & dimidio, fine ha-
„ bentes, à capu Virgæ VI. à pede Virgæ III.
„ de alia parte terra, quæ fuit quondam Lan-
„ dulini, à pede terra Commentale. Insuper
„ dedisti mihi Benedicti, vel ad meis hæredi-
„ bus usque in completi XXIX. annis totam
„ & integram quartam partem de rebus pro-
„ prietatis, & de . . . . . fuerunt quæ Gui-
„ nuli, quondam ipsa habuit, & tenuit in
„ Gzolu, & infra cuncto territorio Marsicano,
„ fine Ferrati, fine Peselu de Ottonie, & fine
„ Petrapositoria, & fine Manzanea: omnia,
„ & in omnibus ubicunque de ipsæ suprascri-
„ ptæ rebus proprietatis inventæ, atque in-
„ junctæ fuerit, ipsa quarta parte cum omnia
„ quæ superiùs legaliter dedisti mihi, vel ad
„ meis heredibus per hunc scriptum conve-
„ nientiæ, cum casis, casalinis, terris, vineis,
„ campis, pratis, pascuis, silvis, vel impascuis,
„ salectis, pomis, arboribus fructiferis, vel in-
„ fructiferis, aquis, aquarumve decursibus, cul-
„ tum, vel incultum, omnia, & in omnibus, quo-
„ modo, aut qualiter superiùs legitur, in inte-
„ grum dedisti mihi Benedicti, vel ad meis
„ heredibus usque in completi XXIX. annis
„ in tali tenore ad usum fruendi, agendi,
„ cultandi, laborandi; nam non vendendi,
„ nec donandi, nec concambiandi, nec in
„ loco pignoris commendandi, nec per nul-
„ lum ingenium in alterius potestate ad pro-
„ prietario nomine transmigrandi, vel sub-
„ trahendi, nisi, quod supra dictum est, usu-
„ fruendi, & de ipsæ frugibus faciendi qua-
„ liter nos voluerimus absque omni contra-
„ rietate tua, & ad posteros tuos successores.
„ Et pro frugibus, quæ nos jamdicti lucra-
„ verimus, sic debeamus nos, & nostros here-
„ des censum dare, & absolvere tibi Roffri-
„ dus venerabilis Abbas vel ad tuis successo-
„ ribus, aut ad Missum vestrum, & nos, aut
„ nostros heredes abducamus in ipso vestro
„ Monasterio omne annualiter per unumquo-
„ que annum de siricu bonu libram unam.
„ In tali attamen tenore hoc repromitto, &
„ per hunc scriptum Precariæ obligo me ego
„ Benedictus, vel meos heredes tibi Roffridus
„ Abbas, vel ad tuis successoribus, quòd si
„ ego, vel mei heredes non compleverimus
„ omnia, & in omnibus, aut ipsum censum
„ annualiter non dederimus, quomodo supra
„ scriptum est, nomine pœnæ me, & meos
„ heredes tibi Roffredi Abbati, vel ad tuis
„ successoribus componere promittimus de
„ argento monetato solidos centum. Quam
„ & per rogum de Benedicto scripsi ego Sta-
„ gnus Clericus, Scabinus, & Notarius in
„ Anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu
„ Christi Anni sunt DCCCCLXXXIX. & die
„ Mensis Augusti, per Indictione II. Actum
„ Capua, Mense, & Indictione suprascripta
„ feliciter.
„ Signum manus suprascripti Benedicti per
„ hanc precariam scribere rogavit.
„ † Signum manus Gumberti rogatus à
„ supradicto Benedicto.
„ Ego qui supra Stagnus Clericus & No-
„ tarius complevi, & finivi.

Post multos labores Venerabilis Abbas Roffridus suæ sortis mercedem accipiens, obiit III. Idus Augusti, Anno Dominicæ Incarnationis (1) DCCCCXCVIII. Christus autem habeat commendatum.

JOHANNES Abbas Sancti Vincentii sedit an. IX. Ipse Basilicam mirificam, quam Venerandus Presbyter Josue construxerat, & à Sarracenis quidem incensa, non tamen funditus fuerat eversa, magno labore restauravit, & Fratres ibi quamplurimos congregavit. Etenim usque ad illud tempus, apud Ecclesiam Domini Salvatoris consistebant, ubi satis arduè, pro ut poterant, vivebant. Præceptum quoque obtinuit à Domno Ottone Imperatore Tertio de omnibus possessionibus Monasterii hujus. Diversa quoque libella contulit de diversis rebus diversis hominibus pro restauratione prædicti Monasterii.

DE MARSI, BALVA, ET ALIZE.

Concessio libellaria terrarum in agro Marsicano, nonnullis hominibus facta à Johanne Abbate Vulturnensi. Anno DCCCCXCVIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ. Dum
„ ab omnibus non est cognitus, sed à plu-
„ ribus esse videtur, & est manifesta causa,
„ qualiter quidem nos Aczo filio quondam
„ Leoni, & Dodo filio quondam Lioduni, &
„ Albertu, & Beraldus germani, filii quondam
„ Adelberti, habitatores sumus nos prædicti
„ in territorio Marsicano in locus, ubi Api-
„ nianici vocatur, habuimus petitionem no-
„ stram à te Domnus Johannes Venerabilis
„ Abbas ex Monasterio Beati Vincentii, quod
„ situm est in partibus Benevento super flu-
„ vio Vulturno, ubi nunc præsenti tempore
„ regimen tenere videtur. Unde tu Domno
„ Johannes Venerabilis Abbas pro consensu
„ de primatis & ordinatis Monachis de præ-
„ dicto vestro Monasterio petitionem nostram
„ noluisti denegare, sed libenti animo, &
„ propria tua bona voluntate, dedisti nobis,
„ & usque in completi XXIX. annis, quia
„ dedimus nos in convenientia tibi Johanni
„ Venerabili Abbati prædicti vestri Monaste-
„ rii de mobilia nostra justo valientes solidos
„ XXX. pro restaurandum aliqua ex vestro
„ Monasterio, & quod tu Johannes Abbas à
„ nos recepisti, & in præsentia de tres & ido-
„ neos homines de territorio Marsicano: hæc
„ sunt nomina illorum, Donnelli filius quon-
„ dam Temmari, & Bernardus filius de su-
„ prascriptu. In illorum præsentia ipsa mo-
„ bilia à nos recepisti, & in hac convenien-
„ tia interfuerunt, sicut in Edicti continet
„ pagina. Pro eo verò tenore, & convenien-
„ tia petitionem nostram denegare noluisti,
„ sed libenti animo, & ex propria tua bona
„ voluntate, & per consensu de ordinatis
„ Monachis dedisti, & exaudisti nobis Aczo-
„ ni, & Dodoni, Alberti, & Bernardi vel ad
„ nostris heredibus per scriptum convenien-
„ tiæ, usque in completi XXIX. annis, hoc
„ est de res juris proprietatis prædicti vestri
„ Monasterii in territorio Marsicano, quod
„ est de ipsa Ecclesia vocabulo Sancti Petri,
„ quæ in Monasterio vestro pertinet. Hoc

„ sunt

(1) Dum nullum heic interceſſerit Librariorum mendum, fallitur Chronographus noſter. Nam ante Annum 998. jam è vivis exceſſerat Roffridus Abbas, & Cœnobio præerat Johannes IV. Abbas, cujus ſupra attulimus, & infra adferemus Chartas ante Menſem Auguſtum Anni 998. conſcriptas. Johannes autem iſte IV. excidit Ughellio in Italia Sacra Tom. VI. pag. 488. Noſter verò Hiſtoricus cum antecedenti Johanne III. Abbatem hunc incaute confudit, ut ſupra jam prodidimus.

Digitized by Google

„ ſunt ipſæ rebus in Bezzano, & in Apinianici, & in campo de Papule, & in Perniame, & per omni vocabula, in montibus, & in planis, & una petia de terra veſtri Monaſterii in Melonie in campu de Azzanu, qui habet finis ab uno latu terra Martini, & de ſecundo latu juſtà terra S. Mariæ; à capu via, à pede ſecus rivulu de ipſæ rebus, quæ infra iſtæ parte finis continet, vel deſignatæ loca, quæ ſunt veſtri Monaſterii, dediſti nobis Sancti ipſæ duæ parti, & illa tertia parte pro convenientia data habetis Anirozi filio Girardi conſortibus noſtris; inſuper dediſti nobis per ſcriptum convenientiæ de rebus juris proprietatis prædicti veſtri Monaſterii in territorio Valvenſe in locus ubi Cozzanu vocatur. Ipſæ rebus ſine habentes ſine flumen Frigidu, & ſine Aqua-viva, &: ſine Alezze, & ſine flumen Calidu, & ſine Majanu, & ſine Villa de Parezza. Inſuper dediſti nobis per ſcriptum convenientiæ de rebus juris proprietatis prædicti veſtri Monaſterii in territorio Valvenſe in locus, ubi Cozzanu vocatur; de ipſa quarta parte de ipſæ rebus de Cerule, & de territorio Valvenſe, & de territorio Marſicano, quod ſitum eſt, & quomodo deſignatæ finis continet duæ parti dediſti tu Johannes Abbas pro conſenſu deordinatis Monachis, quantum de prædicto veſtro Monaſterio nobis Actoni, & Dodoni Abbati, & Bernardi, & ad noſtris heredibus per ſcriptum convenientiæ, uſque incompletis XXIX. annis. Exceptuaſti exinde ipſa Eccleſia vocabulo Sancti Stephani, quæ poſita eſt in Apinianici ſub ipſa via, ſub Eccleſia Sanctæ Mariæ, quæ nobis non dediſti. Nam ipſæ aliæ rebus cum introitu, & exitu ſuo, & cum omnia infra ſe, & ſub ſe habentes, dediſti nobis uſque in jam dicti XXIX. annis completi. In eo verò tenore ad laborandum, regendum, & gubernandum, uſufruendi, cultandi; nam nonvendendi, nec donandi, nec concambiandi, nec in loco pignoris commendandi, nec per nullum quolibet ingenium, vel argumentum ad alterius poteſtatem ad proprietario nomine tranſmigrandi, vel ſubtrahendi, niſi tantùm uſufruendi, & de ipſæ frugibus faciendi quidquid voluerimus, vel noſtris heredibus uſque in completi XXIX. annis. Et ipſi nos ſupraſcripti, quod in poſterum fuerit debeamus dividere: una parte habeat Aczo, & alia Dodo, & alia tertia parte habeamus inter Adelbertu, & Bernardu germanis. Et pro frugibus, quod nos exinde lucraverimus, ſic debeamus nos dare & abſolvere cenſum tibi Johannis ſupraſcripti Abbati, vel ad tuos ſucceſſores, aut ad Monachos veſtros per unumquemque annum, in qualicunque trimiſſi duos, & denarios IV. In talis autem tenore obligamus nos ſupraſcripti, vel noſtris heredibus, quòd ſi nos omnia ſic juſtè pleniter non conſervaverimus, & ipſum cenſum annùaliter non dederimus, quod ſupra ſcriptum eſt, nomine pœnæ nos vobis Johanni Abbati, vel ad veſtros ſucceſſores componere promittimus auri Bizantei XXX. & ipſæ rebus ſalvæ & illæſæ redeat ad vos, quia inter nos tale fuit noſtra convenientia. Unde pro ſtabilitate veſtra me Anſarius Notarius ſcribendum rogavit in Anno ab Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti Anni

A „ ſunt DCCCCXCVIII. Anni Imperii Magni „ Ottoni filii quondam Ottoni Imperatori „ Auguſto in anno II. & die Menſe Junius, „ per Indictione XI. Actum in Marſi, Menſe, „ & Indictione ſupradicta.

„ Ego Aczo in hac precaria à nos facta „ ſubſcripſi.

„ Signum manus Johannis rogatus.

„ † Signum manus Sinioretti rogatus.

„ Ego qui ſupra Anſarius Notarius com„ plevi.

DE CERVARIANO, FELIMINI, ET PETELLINO.

B *Teuza Abbatiſſa Monaſterii Sanctæ Mariæ de Apinianici, Servos quoſdam ſui juris in emphyteuſim concedit Raynaldo Comiti. Anno DCCCCXCVIII.*

„ IN nomine Domini. Scriptum convenientiæ, qualiter ego Raynaldus Comes, filius „ quondam Berardi Comitis ex natione Francorum, qui ſum modò habitator in Pago „ Marſorum, habui petitionem meam à te „ Teuza Venerabili Abbatiſſa ex Monaſterio „ Sanctæ Mariæ, quod ſitum eſt in territorio „ Marſicano in locus, ubi Apinianici vocatur, ut aliquid ex rebus juris proprietatis „ prædicti noſtri Monaſterii mihi ſupraſcripti C „ Raynaldi Comiti dediſti per conſenſu, & „ voluntate Domni Johanni Venerabilis Abbati ex Monaſterio Sancti Vincentii, cui „ ſubditum eſt ipſo veſtro Monaſterio Sanctæ „ Mariæ, dediſti mihi ſupraſcripto, & uſque „ in completi XXIX. annis in prædicto per „ ſcriptum convenientiæ, quia dedi ego Ray„ naldus Comes in ſtipendiis tibi Teuzæ Ve„ nerabilis Abbatiſſa de mobilia mea valien„ tes de argento libræ VIII; pro eo tenore „ & convenientia petitionem meam noluiſti „ denegare, ſed libenti animo, & ex propria „ tua bona voluntate, & per conſenſum ſu„ praſcripti Johanni Venerabili Abbati, de„ diſti mihi, vel ad meis heredibus in com„ pleti XXIX. annis, hoc eſt de res proprie„ tatis veſtri Monaſterii Servos, & Ancillas „ de Cervariana, & in Felimini, & in Villa „ Petellinæ, cum omnibus rebus, & ſubſtan„ tiis ſuis, cum filiis, & filias, & nepotibus „ ſuis, ad regendum, gubernandum, & uſu„ fruendi; nam non vendendi, nec donandi, „ nec cambiandi, nec per nullum ingenium „ in alterius poteſtate tranſmigrandi, ſed „ tantùm uſufruendi, & de ipſæ frugibus fa„ ciendi quidquid exinde voluero, vel meis „ heredibus, uſque in completi XXIX. annis, „ Et pro frugibus, quod nos exinde lucrave„ rimus, ſic debeamus nos dare, & abſolve„ re cenſum tibi Teuzæ Abbatiſſæ, vel ad E „ tuas ſucceſſores denarios XII. aut in merces „ valientes denarios XII Et hoc repromitto, „ & obligo me Comes Raynaldus, vel meis „ heredibus uſque in XXIX. annis completi, „ quòd ſi nos ſic juſtè pleniter non conſerva„ verimus, & cenſum annualiter non dederi„ mus, quod ſupra ſcriptum eſt, nomine „ pœnæ nos vobis exponere, & componere „ promittimus de auro libras III. & hunc „ ſcriptum Precariæ uſque ad præfinitum „ tempus conſiſtat firmitate. Unde pro ſta„ bilitate veſtra me Anſericus Notarius ſcri„ bendum rogavi in Anno ab Incarnatione „ Domini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt „ DCCCC-

Digitized by Google

„ DCCCCXCVIII. Anni Imperii Magni Ot-
„ tonis filii quondam Ottoni Imperatoris
„ Augusti in Anno II. dies Mensis . . . . .
„ per Indictione XI. Actum in Mirsi.
„ † Signum manu Raynaldi Comitis in
„ hac precaria à me facta subscripsi.
„ † Signum Jovoni rogatus.
„ Ego qui supra Ansericus Notarius com-
„ plevi, & subscripsi.

DE CARAPELLE.

Charta Precariæ, sive emphyteusis, per quam terras in agro Valvense positas Johannes IV. Abbas Monasterii Vulturnensis concedit Transmundo cuidam. Anno fortasse MIII.

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ. Dum
„ ab omnibus non est incognitus, sed à
„ pluribus esse videtur manifesti causa, quia
„ per hunc scriptum convenientiæ dedisti tu
„ Johannes Dei gratia Abbas de Monasterio
„ Sancti Vincentii, quod situm est in territo-
„ rio Beneventano in partibus Samniæ juxta
„ fluvio Vulturno, unàque per voluntate &
„ consensu de primatis & ordinatis Mona-
„ chis de vestro Monasterio, concedisti tu
„ Johannes Abbas mihi Transmundi filio....
„ & ad meis heredibus amodo, & usque in
„ XXIX. annis completis, hoc est de res pro- C
„ prietatis de vestro Monasterio, quod est
„ infra territorio Valvense, in Valle Tritana.
„ Prima petia de terra, est in vocabulo de
„ Crutta lupardi quod habet per mensu ra-
„ mod. XL. habet finis de uno latere fine ter-
„ ra de singulis hominibus; à capu, & à pede
„ fine via alia est in vocabulo de Cara-
„ pelle, & in Ceretu, & in Bolubbro, & in
„ Efrate, & in Felicule, & in Limite, & in
„ supradictæ rebus designatæ, fine furca Ur-
„ suli, & fine Serra de Pometella, & fine via
„ quæ pergit ad ipsa Tricalia de Carpenetu,
„ & quomodo pergit ad ipsa maccla de Bute,
„ & quomodo pergit ab ipsa via antiqua de
„ Felicula ad ipsum Armarium, & fine Serra D
„ de Turbile, & fine Roncellone, & quo-
„ modo pergit ad priore fine. Alia res est in
„ loco de Bute, à capu fine ipsum colle de
„ Bute & fine via Plagia, & de alio latu fine
„ via, quæ pergit ad ipsa Cervaria ipsa res de
„ Bute, & de ipsæ Cesæ longæ missi data est
„ alia res in vocabulo de Calasso, & est infra
„ fini fine ipsa valle de Crapile, & de alia
„ latu fine maceræ longè pergit ad ipsa Petra
„ rubea, à pede fine via, à capu fine ver-
„ tice montis. Alia res est in supradictu Ca-
„ lasu tres prædicti. Alia res est in vocabulo
„ de Presutu ad ipsum campum Monacesum,
„ quod est infra fine, fine terra Transmun-
„ di, & de alio latu fine Vadu de Tolove, E
„ à pede fine via antiqua, à capu fine verti-
„ ce montis ipsa res tres prædicti. Alia res
„ est in vocabulo de Luclanie est infra finis
„ fine Maceras, fine Pareti, à capu, & à pede
„ fine Serra de ipsa res de Carapelle, plagi,
„ & modia mille omnia, & in omnibus,
„ quantum ipsæ suprascriptæ rebus super se,
„ vel infra se habentem in integrum, conce-
„ disti tu suprascriptus Johannes per consensu
„ de Monachis mihi supradicto Transmundi,
„ similiter ad meis heredibus usque in com-
„ pleti XXIX. annis infrascripto tenore con-
„ cedisti tu suprascriptus Abbas ad haben-

„ dum, laborandum, & fruendum: nam non A
„ bindendum, nec donandi, nec concambian-
„ di, nec per ullum ingenium in alterius po-
„ testate ad proprietate alicujus alienandum,
„ nec subtrahendum, nisi tantùm, ut diximus,
„ usufruendi, & defruandum; & de fruges,
„ quod exinde nobis Deus dederit, faciamus
„ exinde quod voluerimus sinè omni calumnia
„ in completi anni. Pro eo verò ratione de-
„ disti Johannes Abbas mihi Transmundi, &
„ ad meis heredibus, quia dedi ego Trans-
„ mundi tibi suprascripto Johanni Abbati, ad
„ opus & ad dispendium de vestro Monaste-
„ rio, de nostra mobilia valiente solidos CLX.
„ quod vos recepisti ad opus de vestro Mo- B
„ nasterio: idonei homines interfuerunt, no-
„ mina eorum Guido, Aldroni, & Johanni.
„ Et censum dare, & solvere debeamus nos
„ Transmundus, vel meis heredibus tibi su-
„ prascripto Johanni Abbati, vel ad vestris
„ succesforibus de nostra mobilia per omne
„ annualiter sex solidos. Et hoc repromitto,
„ & obligo me Transmundo, vel meis here-
„ dibus tibi Johannes Abbas, vel ad posteris
„ succesforibus tuis, & ipsæ suprascriptæ res
„ subtrahere, aut minuare præsumpserimus.
„ & ipsum censum omne annualiter non de-
„ derimus, componamus nos Transmundus,
„ vel meis heredibus tibi suprascripto Johan-
„ ni Abbati, vel ad posteri tuis pœna auri,
„ idest Mangosi CCCCC. quia inter nos sic C
„ stetit, & tale fuit nostra convenientia.
„ Quam & per rogum de suprascripto Trans-
„ mundo scripsi ego Johannes Judice, & No-
„ tario. Anno ab Incarnatione Domini nostri
„ Jesu Christi Anni sunt M.... & dies men-
„ sis Octobris per Indictione II. feliciter.
„ Actum in Valva.
„ Signum Transmundi.
„ Signum Guidoni.
„ Signum manu Johanni.

DE VADU PASCHALI, ET MARSI.

Johannes IV. Vulturnensis Cœnobii Abbas varias Monasterii sui terras in Valvensi Comitatu positas concedit in emphyteusim Attoni & Girardo fratribus. Anno DCCCCLXXXXVII.

„ IN Dei nomine. Scriptum precariæ, qua-
„ liter steti, atque conveni inter nos Atto,
„ & Girardo germanis fratribus, filii quondam
„ Girardi de Valva habitatori in loco, qui
„ dicitur Palazzu, & Johannes venerabilis
„ Abbas de Monasterio Sancti Vincentii,
„ quod situm est in partibus Beneventanis su-
„ per fluvio Vulturno, locus qui nominatur
„ Samniæ, ubi nunc præsenti tempore regi-
„ men tenere videtur; videlicet quia dedi-
„ mus nos Girardus, & Atto pro convenien-
„ tia tibi Johannes Abbas de nostra mobilia
„ valiente solidos XL. & tu Johannes Abbas
„ ipsi XL. solidi à nos Atto, & Girardo rece-
„ pisti ad opus & dispendium de prædicti Mo-
„ nasterii tui, & idonei homines interfuerunt
„ quantum in Edicti continet pagina: hæc
„ sunt nomina eorum Johannes Loci positum
„ de Valva, & Adenolfus filius quondam
„ Johannis & Petrus Judice de Valva, quia
„ dedisti tu Johannes Abbas in convenientia
„ per consensu, & voluntate de primatis &
„ ordinatis Monachis de prædicto Monasterio
„ suo nobis Atto & Girardo, vel ad nostris

„ he-

Digitized by Google

„ heredibus amodo & uſque in completi
„ XXIX. annis, hoc eſt de res juris proprieta-
„ tis de prædicto Monaſterio tuo, quæ ſunt
„ intus territorio Valvenſe per ſingula loca,
„ vel vocabula. Prima petia de te terra eſt
„ in locus, qui Vadu Paſchali nominatur &
„ eſt menſura per longum CCXXXIII. pro
„ latu à capu CCXLIII. à pede LXVI. habet
„ finis de uno latu terra de prædicto Mona-
„ ſterio, de alio latu terra de filiis quondam
„ Liuſoni, & de ſuis conſortis, à capu limite,
„ à pede via Tertia petia eſt in campuli, &
„ eſt infra fine de ambe latere, à capo via, à
„ pede terra noſtra Adtoni. & Girardi, &
„ terra, & vinea Urſi, & Martini. Quarta
„ petia de terra, eſt in locus, qui Cozza vo-
„ catur, habet finis de uno latu via, de alio
„ latu via, & terra de ſingulis hominibus.
„ Sexta petia de terra eſt in locus, qui Colo-
„ nella vocatur, habet finis de uno latu, & à
„ capu de alio latu, & à pede terra Sanſoni.
„ Inſuper dediſti omnia ipſa quarta parte de
„ omnibus terris veſtris de ipſæ rebus pro-
„ prietatis, quæ ſunt in Colenianu, quæ eſt
„ de ipſa Eccleſia Sancti Petri de Trite quæ
„ eſt cella de ipſo veſtro Monaſterio, omnia
„ ipſa quarta parte dictæ Sanctæ rebus, quæ
„ ſunt in Colenianu in Montibus, & planis,
„ terra culta, & inculta per ſcriptum conve-
„ nientiæ dediſti nobis Addoni, & Girardo.
„ Inſuper dediſti nobis ſupraſcriptæ rebus
„ quantum nos in antea per ſcriptum conve-
„ nientiæ habuimus à Johanne Abbate, fine
„ fluvio Frigido, & fine Aqua-viva, &
„ fine ..... fine Alozze, fine Rajamo, fine
„ flumine Calido, ubicunque inventa, vel
„ injuncta fuerit de ſupradictæ rebus per nos
„ in antea per ſcriptum convenientiæ habui-
„ mus da ſupradictu Johannes Abbas in terri-
„ torio Valvenſe, in planitiis, & in monti-
„ bus per ſcriptum convenientiæ dediſti no-
„ bis, inſuper dediſti tu Johannes Abbas no-
„ bis ſupradictis hoc eſt tertia parte de juris
„ proprietatis de ipſa Eccleſia Sancti Petri,
„ quæ eſt Cella de Monaſterio Sancti Vincen-
„ tii in territorio Marſicano, locus, qui vo-
„ catur Apinianici, omnia in omnibus ſupra-
„ ſcripta pars. Tertia de rebus, quæ perti-
„ nent ad ipſa Eccleſia Sancti Petri, dediſti
„ nobis Tranſmundo, & Girardo, & ſunt res
„ ipſæ in Bezzano, & in Apinianici, in Cam-
„ pu de Ample, & in Berniano, & per om-
„ nia vocabula, in montibus, & in planis,
„ & ipſæ res habentes fine in vallis Nocellitu,
„ fine flumen Rotundulu, fine ipſa via, quæ
„ pergit ſuptus ipſæ ſ. lectæ de Apinianici de
„ ſuptus ipſum Monaſterium, & fine Malia-
„ nu, & fine Boforula. Inſuper dediſti nobis
„ tertia pars de una petia de terra, quæ eſt
„ in Melonie, in Campu de Aczanu: habet
„ finis de uno latu terra Martini, & Ami-
„ coni, de alio latu terra prædicti Mona-
„ ſterii veſtri, à Capo via, à pede rivum,
„ in integrum dediſti tu Johannes Abbas no-
„ bis ſupraſcripti omnes terræ, quod ſupra
„ ſcriptum eſt, cum introitu, & exitu ſuo, &
„ cum omnia, quantum infra ſe, vel ſuper ſe
„ habentes in integrum dediſti tu Johannes
„ Abbas nobis ſuprad. omnes terræ, quod no-
„ bis, vel noſtris heredibus uſque in com-
„ pleti XXIX. Annis. In eo verò tenore ad
„ uſum fruendi, laborandi, lucrandi, regen-
„ di, gubernandi, agendi; nam non binden-
„ di, nec concambiandi, nec in loco pigno-
„ ris commendandi, nec per nullum inge-
„ nium argumenti in alterius poteſtate ad pro-
„ prietario nomine tranſmigrandi, vel ſubtra-
„ hendi, niſi tantùm, ut dixiſti, nobis uſu-
„ fruendi, & de frugibus faciamus quidquid
„ nos, vel noſtris heredibus voluerimus; &
„ pro ipſis terris, & pro frugibus, quod nos
„ exinde lucraverimus, ſic debeamus nos ab-
„ ſolvere cenſum vobis, vel ſucceſſoribus ve-
„ ſtris omne annualiter in qualecunque die
„ infra annum libram de Sirico I. aut merces
„ juxto valientes trimiſſe unum tibi Johannes
„ Abbas ad tuis ſucceſſoribus, aut à veſtris
„ hominibus, qui hìc tranſmittitis, ipſum
„ cenſum nos ſupraſcripti, vel noſtris heredi-
„ bus, amodo, & uſque in completi XXIX.
„ Annis. Et obligamus nos Acto, & Girardo,
„ vel noſtris heredibus amodo & uſque in
„ completi XXIX. Annis, & obligamus nos,
„ quòd ſi nos hæc omnia ſic juxtè pleniter
„ non conſervaverimus & ipſum cenſum om-
„ ne annualiter non dederimus, quod ſupra
„ ſcriptum eſt, nomine pœnæ nos vobis com-
„ ponere obligamus nos, vel noſtris heredi-
„ bus tibi, aut tuis ſucceſſoribus, de auro
„ monetato unciæ XL. & illæ rebus ſalvæ,
„ & illæſæ reveniant ad vos, quia inter nos
„ tale fuit noſtra convenientia. Et per roga-
„ tum ſupradicti Adtoni, & Girardi hunc ſcri-
„ ptum præcariæ ſcripſi ..... ab Incarna-
„ tione Domini noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt
„ DCCCCXCVII. ſed & regnante Domnus
„ Ottoni Imperator, filio quondam Ottoni
„ Imperatoris Auguſti, Anno II. dies Menſis...
„ per Indictione X. Actum in Valva Menſe
„ Indictione ſupraſcripto feliciter.
„ † Ego Atto in hac precaria à nos facta
„ me ſubſcripſi. Signum manu Girardi.
„ † Signum manu Berardi.

DE CARAPELLE.

Charta Precariæ, ſive Emphyteuſis, per quam Johannes IV. Vulturnenſis Abbas terras in Villa Carapellæ poſitas concedit Sanſoni filio Remedii. Anno DCCCCXCVIII,

„ IN Dei nomine. Scriptum Precariæ, ſeu
„ convenientiæ, qualiter ego Sanſoni filio
„ quondam Remedii rogo à te Johannes Ab-
„ bas de Monaſterio Sancti Vincentii, quod
„ ſitum eſt in Samniæ partibus ſuper fluvio
„ Vulturno in territorio Beneventano, unà-
„ que per voluntate & conſenſu de ordinatis
„ Monachis de veſtro Monaſterio Sancti Vin-
„ centii, concediſti mihi Sanſoni, vel meis
„ heredibus uſque in completi XXIX. annis,
„ hoc eſt de res juris proprietatis ſupradicti
„ Monaſterii, & eſt ipſa res juſtà territorio
„ Valvenſe. Primá petia de terra eſt in locus,
„ ubi Ceſæ vocatur, ad illum Tricalium, quod
„ eſt pro menſura ad eſtrum Campanitium
„ per longum CCLVIII., & per latum CCXXII.
„ habet finis à Capu, fine terra, quæ mihi San-
„ ſoni, & Emerelmi, & Staniu, à pede in via.
„ Et de ambe latere fine terra de ipſo ſupra-
„ dicto noſtro Monaſterio per antea Eraſmo,
„ & filius ſuper ſcriptum convenientiæ te-
„ nent. Inſuper & concedo tibi Sanſoni, vel
„ meis heredibus, & uſque in XXIX. annis
„ completi tota integra medietate de omni-
„ bus proprietatis, quomodo, aut qualiter
„ pertinet ad ipſum Monaſterium in Villa
„ Ca

Digitized by Google

„ Carapelle, & fine Cerreto, & Villæ, nelle
„ Fracte, & in Bolubro, & in Felicula, &
„ in Superiori, & in limiti, & ſunt ipſæ ſu-
„ praſcriptæ res veſtra proprietas infra fines,
„ vel loca definitè, fine Furca Urſuli, & fine
„ Serra de Pometella, & fine ipſa Furca Ur-
„ ſuli, & via, quæ pergit ad Valle Pagana,
„ quæ pergit ad ipſum Tricalium de Car-
„ peno, & quomodo pergit per ipſa Macla
„ de Bute ad illum Perum, & quomodo per
„ ipſa via pergit de Roncellone pergit per
„ ipſa Serra de Cerreto, quo ſe conjungit in
„ Furca Urſuli, omnia & in omnibus ipſæ
„ rebus, quo deſignatæ ſunt, cum omnia, & in
„ omnibus, quantum ipſe jam dictæ rebus in-
„ fra ſe, vel ſuper ſe habentes, in integrum
„ per hunc ſcriptum convenientiæ qualiter
„ perlegitur. Sic concedo, tibi Sanſo vel ad
„ tuis heredibus uſque in completi XXIX.
„ annis in eo tenore, laborandum, & fruen-
„ dum, gubernandum; nam non bindendi,
„ nec donandi, nec concambiandi, neque per
„ nullum ingenium argumentis in alterius po-
„ teſtate, ad proprietatem alienandi, vel ſub-
„ trahendi, niſi tantùm uſufruendi, & ad pro-
„ prietatem de veſtro Monaſterio, & conſer-
„ vandum; & fruges, quod de ipſa ſupra-
„ ſcripta habuero, facio exinde quod voluero
„ ſinè omne calumnia. Pro ea verò ratione
„ dedi ego Sanſo tibi ſupraſcripto Johanni
„ Abbati, & ad pars de ſupraſcripto veſtro
„ Monaſterio, de mobilia mea juſta valientes
„ ſolidos XL., quod vos recepiſtis ad opus
„ de veſtro Monaſterio, & de meis homini-
„ bus interfuerunt in hac convenientia, quod
„ in Edicti continet pagina: nomina eorum
„ Liuduini, & Ildiczo, & Berardo viris ger-
„ mani, filii quondam Amecczoni Et cenſum
„ ſolvere, vel dare ego, vel meis heredibus
„ amodo, & uſque in completi XXIX. annis
„ tibi Johanni Abbati, vel ad tuis ſucceſſo-
„ ribus, aut ad veſtros Miſſos, qui ad vos ve-
„ niunt per omne, annualiter, ſive argentum,
„ ſive alia noſtra mobilia valientes denarios
„ VI. Et hoc repromitto & obligo me ego
„ ſupraſcripto Sanſo, vel meis heredibus amo-
„ do, & uſque in XXIX. annis tibi Johannes
„ Abbas, vel ad tuis ſucceſſoribus ipſum cen-
„ ſum omne annualiter non dederimus, &
„ omnia ſic non obſervaverimus, ſicut ſupe-
„ riùs legitur, ut componamus ego ſupra-
„ ſcripto, vel meis heredibus uſque in ſupra-
„ ſcripti anni culpabilis appareamus, tibi jam
„ dictus Abbas, vel ad tuis ſucceſſoribus ar-
„ gentum monetatum ſolidos VIII. & ipſam
„ rem recolligatis ad proprietatem de præ-
„ dicto veſtro Monaſterio, quia tale fuit no-
„ ſtra convenientia. Quem verò hunc ſcri-
„ ptum Precariæ rogatus ab ſupraſcripto San-
„ ſo ſcripſi ego Laſeri Notarius & Judex ab
„ Incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti An-
„ ni DCCCCXCVIII. Regnante Domno Otto
„ Imperator Auguſtus Anno III. & dies Men-
„ ſis Septembris Ind. XII. Actum in Balva.
„ † Ego Sanſo.
„ † Signum manu Liuduini.
„ † Signum manu Liuduini rogatus.

Obiit verò Johannes Abbas IV. Kal. Maji Anno Domini MVIII. Indict. V. Manſo verò apud Caſinum poſt annos XV. mortuo Johannes ſubſtituitur.

MARALDUS Abbas Sancti Vincentii ſedit annis III. Ipſius tempore mulier quædam obtulit in hoc Venerabili Monaſterio Eccleſiam Sancti Apollinaris in Bojano ad MaclamGodoni cum omnibus ſibi pertinentibus per hoc ſcriptum.

OFFERSIO SANCTI APOLLINARIS.

Oblatio Eccleſiæ Sancti Apollinaris facta Monaſterio Sancti Vincentii Vulturnenſis à Maria Roffridi Comitis filia. Anno MIII.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Anno XXII. Principatus Domni Pandolfi
„ glorioſi Principis, & (1) VII. Anno Prin-
„ cipatus Domni Landolfi filii ejus, Menſe
„ Novembri, Secunda Indictione: Ideoque
„ ego mulier vidua nomine Maria filia bonæ
„ memoriæ Roffridus Comes, & relicta Po-
„ tefrid filii bonæ memoriæ Magenolfi Co-
„ miti, declaro me ex cauſa viri mei habere
„ res infra finibus Bojani in Caſtello qui vo-
„ catur MaclamGodoni, & in aliæ partibus
„ per illum meum ſcriptum originale, quod
„ apud me firmatum reteneo, quando ille
„ quondam me ſibi in conjugio ſociavit, ad
„ habendum confirmavit, ideoque per ipſum
„ Morgincaph, & per aliis rationibus, quod
„ apud me firmatum reteneo, video me habere
„ Eccleſiam S. Apollinaris Martyris in prędicto
„ loco MaclaGodoni cum terris quantæcumq;
„ cultæ, & ſilvis per ipſum meum ſcriptum
„ Morgincaph pertinet, & totæ ipſæ nomina
„ quantæcunque apud me exinde firmitatem
„ reteneo de ipſa ſupraſcripta Eccleſia, &
„ totæ ipſæ terræ, ſicut ipſæ nomina conti-
„ nent, cum omnibus eorum pertinentiis, ſi-
„ cut mihi aptum & congruum eſſe videtur,
„ bona etenim mea voluntate, & pro firma
„ ſtabilitate interreſſet Acto Judice, & alio-
„ rum teſtium: pro Chriſto Domino Deo
„ meo, pro redemptione animæ meæ, & pro
„ redemptione Potefrid, qui fuit vir meus,
„ atque redemptione ſupradicti Domni Ma-
„ genolfi, qui fuit ſocerus meus. Ideo pro
„ ſtabilitate hujus Chartulæ mecum manum
„ ponentes Domnus Landolfus Comes, ut ad
„ hoc perficiendum eſſet caſus, quia propter
„ nullum opus hoc facere cupio, ſed pro re-
„ demptionem meam, & Viri mei, & Soce-
„ rus meus, ſicut ſupra legitur, per hanc ac-
„ ceptam licentiam ab eodem Judice, & me-
„ cum manum ponentes ipſum Domnum Lan-
„ dolfum, ut ad hoc eſſet perficiendum caſus,
„ per hanc quoque videlicet chartulam obtuli
„ Deo, & in Eccleſia Beati Vincentii Levitæ
, & Martyris Chriſti, cujus domus, ſuique
„ Cœnobii dedicatus eſſe dignoſcitur ſuper
„ fontes Vulturni fluvii, in qua vir Reveren-
„ tiſſimus..... inſtitutionis Beati Vincentii,
„ Domnus Maraldus Abbas præeſt: hoc eſt
„ enim integra ipſa Eccleſia Sancti Apollina-
„ ris Martyris, & omnibus rebus, quæ ſunt
„ terris cum totæ ipſæ nomina continente,
„ velut ſuperiùs declaravimus, & uno Caſile
„ infra ipſo Caſtello de MaglaGodoni, quæ eſ-
„ ſe videtur inter hæc finis, & menſuris. Pri-
„ ma parte da ipſa platea publica habet pe-
„ des XX. Secunda pars parte de ipſa platea
„ publica, deſuper terra, quam nobis reſerva-
„ vimus, habet exinde pedes XLII. & reco-
„ njungentes ſe in priores fines, & toti ipſi
„ pedes juſti ſunt menſurati. Hæc autem om-
„ nia

(1) Fortaſſe ſcribendum *& XVII.*

„ nia quæ ſuperius legitur, nec mihi, nec
„ cuicunque exinde aliquod reſervavimus ad
„ habendum, ſed integrum illud cum infe-
„ rius, ac ſuperius, cum optimæ viæ ſuæ in-
„ trandi & exiendi, atque cum omnia ſua
„ pertinentia, pariterque cum eadem Eccle-
„ ſia, & cum totæ terræ, & cum omnia no-
„ mina ideo continentem integrum illud, pro
„ meæ ſalutis animæ & pro eodem Potefrit
„ Vir meus, & pro Domno Magenolfus, ideſt
„ ſupraſcripta Eccleſia Sancti Vincentii, of-
„ ferui ad ſemper habendum, & poſſiden-
„ dum. Ea itaque ratione, ut amodo, &
„ ſemper à pars ejuſdem Eccleſiæ, & Recto-
„ ribus ejus eadem noſtra offertione per or-
„ dinem, ſicut in ſe nomina continuit, & ipſo
„ Caſale de Caſtello ipſo per jam dictis finis,
„ & menſuris ſecuriter habeat & poſſideat
„ ſinè contradictione mea, & meis heredibus,
„ & ſinè cujuſcunque requiſitione, de quibus
„ obligo me, & meis heredibus à parte ejuſ-
„ dem Eccleſiæ, & ejus Rectoribus prædi-
„ ctam meam offertionem ab omnibus homi-
„ nibus, ab omnique partibus anteſtare, &
„ defendere; quòd ſi illam defendere nolue-
„ rimus, aut forſitan tollere, aut ſubtrahere
„ quæſierimus, ante omnia quæſtio, & cauſa-
„ tio noſtra inanis, & vacua remaneant, &
„ inſuper quinquaginta libræ ex auro in ea-
„ dem ſupraſcripta Eccleſia Sancti Vincentii,
„ & ad ejus Rectoribus componere obligo; &
„ tacere debeamus inde pro invitis. De col-
„ ludio autem ſi nos pulſati fuerimus, ad Dei
„ Evangelia nos vobis ſatisfaciamus, ita verò
„ ut quando volueritis, ut illum nobis defen-
„ damus, ideo per vicem quem fuerit opor-
„ teat, mittite apud nos, vel apud noſtros
„ heredes ipſæ monimina ante Judice non ſit
„ caſſatæ, nec falſatæ, & nos, & noſtris he-
„ redibus illud antiſtare, & defendere ſupra-
„ ſcriptæ Eccleſiæ Sancti Vincentii, & ad
„ ejus Rectoribus, ſicut ſupra repromiſimus,
„ & obligati ſumus. Poſt finem exinde facta
„ per omnem vicem chartulæ ipſæ in eodem
„ ſupraſcripto loco, & ad ejus Rectoribus
„ remittere debeamus, qualiter illæ nobis de-
„ deritis. Et ſi per vos ipſos exinde auctores
„ & defenſores fieri volueritis, ideo firmam
„ tribuimus licentiam, ut poteſtatem habeat
„ ipſa ſupraſcripta Eccleſia, & ejus Rectori-
„ bus, quod oportuerit cum ſupraſcripta
„ chartula vice noſtra, & noſtra eadem of-
„ ferſione cauſare, & cum veſtris cauſatori-
„ bus inde contendite, & omnem definitio-
„ nem inde faciatis, ſicuti nos facere debui-
„ mus, & ſecuriter poſſidete per eadem obli-
„ gata pœna, & hanc chartulam offerſionis in
„ eo tenore firmam & ſtabilem permaneat in
„ perpetuum. Et omnia prædicta pro ſalva-
„ tione animæ meæ, & pro remedio animæ
„ Potefrid Vir meus, & Domni Magenolfi
„ Socerus meus libenti animo fecimus, & in
„ eodem modo te Johannes Clericus, atque
„ Notarius ſcribere rogavimus. Actum in
„ Bojano feliciter.
„ † Ego qui ſupra Aczo Judex.
„ † Ego Triſigio Judex.
„ † Ego Mainardo.
„ † Ego Adenolfus.

Hic etiam plures hereditates hujus Monaſterii recollegit. Obiit II. Kal. Decembr. Anno Dominicæ Incarnationis MXI. Indict. IX. Otto III. Imperator obiit. Henricus Dux Conſobrinus ejus fit Rex. Hoc tempore Monaſterium Sanctæ Trinitatis apud Salernum à tribus Eremitis inhabitari cœpit. His ergo ita decurſis, quaſi jam peracto diei ſpatio, ac redeuntibus tenebris, hujus laboris onera deponamus, & ad reliqua, quæ agenda ſunt, futuræ lucis ſubſidia requiramus, & hic Quartus Liber erit conſummatus.

Explicit Liber Quartus.

INCI

Digitized by Google

INCIPIT LIBER QUINTUS CHRONICÆ HUJUS.

UT in Cœli firmamento intellectuales Creaturas, ſive præclara luminaria, conſtituit Creator, ita nunc ſub firmamento, ut producerent aquæ reptile animæ viventis, & volatile ſuper terram, imperavit. Cæte quoque grandia, & omne volatile, quod produxerant aquæ, in ſpecies ſuas, & ſecundùm genus ſuum creavit. Diximus in principio Libri. Nam Creaturarum jus dignè continet ipſe Creator, cùm non ſolùm animalia, quæ in aquis vivunt, ſed & quæ in aëra volitant, de aquis eſſe dicantur, certum eſt aërem iſtum nebuloſum & humidum, in quo aves volant, cum aquis deputari; concreſcit enim, & efficitur exhalationibus & vaporibus maris, ac terræ, ut & ipſo humore pingueſcens volatus avium poſſit portare, ideo & per noctes ſerenas rorat, cujus roris guttæ inveniuntur in herbis. Quoniam tamen multa creavit Deus, quæ hominibus, non ſolùm inutilia, ſed & pernicioſa eſſe videntur, ſciendum eſt, quoniam hujus mundi Conditor, & adminiſtrator, omnia in menſura & pondere diſpoſuit. In quibuſdam exercemur, in quibuſdam terremur, in quibuſdam punimur: omnia tamen in ſuo genere ſpecioſa eſſe videntur. Ideo uſurpanda ſunt utilia, cavenda pernicioſa, relinquenda ſuperflua. Verùm hac quinta die pulchrè novimus quinque ſenſus in corpore hominis, & in quinque Libris Moyſi, cœli, & terræ creationem, hominum generationes, præteritorum & futurorum omnium ſecretorum ſignificationes, Synagogæ, & Eccleſiæ myſteria pleniſſimè contineri. Ter quinque gradus Templi Domini; ter quinta die primi Menſis Paſchæ ſolemnitatem altiſſimo Domino celebrari; de quinque panibus hordeaceis à Domino quinque millia homines ſatiari. A quo & nos, ne deficiamus in hoc deſerto, piè reficiamur & vires ab eo accipiamus, ut hoc opus ſtrenuè perficere valeamus.

HILARIUS Abbas Sancti Vincentii ſedit annos XXXIII., menſes XI., dies XII. Hic venerandus Vir multis pollens virtutibus, præcipuè omnium matre plenus exſtitit caritate. Nam Civis fuit Materæ Urbis, qui divina vocatione adiit hujus limina Cœnobii præcipui Martyris Vincentii, & ex divina gratia omnium Fratrum electione ſanctæ iſtius Congregationis conſtitutus eſt Abbas, in animabus colligendis perfectus. Iſte Privilegium accepit à Domno Sergio Quarto Papa hujuſmodi.

Sergii IV. Papæ Bulla, qua Hilario Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum omnia bona, immunitates, ac privilegia confirmat. Anno MXII.

„ SErgius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei.
„ Hilario Venerabili Abbati ex Monaſterio Chriſti Martyris Vincentii, & per te in eodem Venerabili Monaſterio, tuiſque ſucceſſoribus in perpetuum. Cum magna nobis ſollicitudine cura inſiſtit pro univerſis Dei Eccleſiis ac piis locis vigilandum, ne aliquam neceſſitatis jacturam ſuſtineant, ſed magìs propria utilitate ſtipendia conſequantur. Ideo convenit nos paſtorali tota mentis integritate eorundem venerabilium locorum maximè ſtabilitatis integritatem procurare, & ſedulè eorum utilitati ſubſidia conferre, ut Deo noſtro omnipotenti id quod pro ejus ſancti nominis honore, etiam ad laudem, atque gloriam ejus Divinæ Majeſtatis venerabilium * noſtrorum etiam contulere locis, ſitque acceptabile nobis, quod ad ejus locum * pleniſſimam miſericordiam dignum hujuſmodi operis pii in ſidereis artibus conferatur remunerationem. Igitur quia petiſtis à nobis, quatenus Monaſterium Beati Vincentii Martyris ſitum ſupra fluvium, quod dicitur Vulturnum, territorio Beneventano, partibus Samniæ, unà cum ſuis pertinentiis, & Monaſteriis, videlicet Monaſterium Beati Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvium Sabbati, territorio Beneventano, ſed & Monaſterium Sanctæ Dei Genetricis Mariæ in loco, qui dicitur Loco Sano. Ita Monaſterium Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, quod poſitum eſt in Alife, nec non & Monaſterium in honorem Sanctæ Mariæ, ædificatum videlicet in territorio Marſicano loco Apinianici, &c. concedamus, ut ſub jurisdictione ſanctæ noſtræ, cui Deo auctore deſervimus, Eccleſiæ, vobis attinendum nullius alterius Eccleſiæ jurisdictionibus ſubmittantur. Pro qua re piis deſideriis faventes, hac noſtra auctoritate quod expoſcitur mancipamus. Et ideo concedimus vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Abbatibus licentiam Apoſtolicæ Sedis noſtræ, ut quamlibet Chriſtianitatem indigentibus in præfato venerabili Monaſterio qualis Epiſcopus vobis ad invitandum ire volueritis, habendi poteſtatem omnimodo concedimus ad Eccleſias confirmandas, ſeu Abbatem conſecrandum. Etiam ſimiliter ordinationem de Subdiaconibus, & Diaconibus, ſeu Presbyteris per temporа faciendum, & de omnem gradum Eccleſiaſticum ibidem in tempore adimplendum. Proteſtamus etiam, nullus Epiſcopus exinde debeat Subdiaconum, aut Diaconum, ſeu Presbyterum, vel Monachum nullo modo judicare vel excommunicare.

„ Volumus etiam, & Apoſtolicam injungimus auctoritatem vobis, veſtriſque ſucceſſoribus Abbatibus, qui ibidem in tempore præordinatus fuerit, de qualiſcunque Eccleſiæ Sacerdos vel Clerici venerit ad habitandum aut in converſatione Fratrum, ſive Monachicum ſuſcipiendi habitum ſe contulerit, ſtatim recipiendi. Chriſma verò, & Oleum Sanctum à quali Epiſcopo vobis voluntas fuerit impetrandi, liceat ſemper, & ſecundùm, ut diximus, ſub Apoſtolicam noſtram poteſtatem, & omnem cujuslibet Eccleſiæ Sacerdotem in præfato venerabili Monaſterio jurisdictionem quamlibet habere hanc auctoritatem præter Sedem Apoſtolicam prohibemus. Ita ut niſi

Digitized by Google

„ ab Abbate Monaſterii fuerit invitatus, nec
„ Miſſarum ſolemnitatem quiſpiam celebrare
„ præſumat. Statuentes Apoſtolica inſuper
„ cenſura ſub divini judicii obteſtationibus,
„ & validis atque atrocibus anathematis in-
„ terdictionibus, ut nullus unquam præſumat
„ quiſpiam alius cujuſcumque dignitatis præ-
„ ditus poteſtate, vel etiam in eodem vene-
„ rabili Monaſterio, vel ejus cauſis incumbe-
„ re, aut de rebus & poſſeſſionibus vel Eccle-
„ ſiis ſubjectis, vel quicquid de his exinde
„ ineſſe videtur, quoquo modo auferre aut
„ alienare, propter quamlibet malitiam, aut
„ jacturæ moleſtiam ibidem, ſive pacis, ſive
„ barbari temporis quoquo modo inferendum,
„ dum præfatum perenniter, ut dictum eſt,
„ tam pacis, quàm barbarici temporis firma
„ ſtabilitate decernimus ſub jurisdictione San-
„ ctæ Eccleſiæ noſtræ permanendum.

„ Promulgantes namque & hac auctoritate
„ Beatorum Apoſtolorum Principis coram
„ Deo, & terribili ejus examine futuro per
„ hujus noſtri Apoſtolici privilegii, atque
„ conſtituti paginam ſancimus, atque decer-
„ nimus, ut loca, quæ Abbatibus cujuslibet,
„ quæ vobis in eodem præfato venerabili Mo-
„ naſterio Sancti Vincentii Martyris commu-
„ tata, vel etiam conceſſa ſunt, nec non &
„ alias locorum poſſeſſiones, quæ à Regibus,
„ ac Ducibus, vel Caſtaldeis, & univerſis
„ Chriſtianis in eodem Sancto loco largita,
„ atque oblata ſunt, aut in poſterum illic
„ conceſſa fuerint, firma ſtabilitate juri ipſius
„ præfati venerabilis Monaſterii exiſtenda,
„ atque in perpetuum permanenda ſtatuimus.
„ Nec licentia ſit, ut dictum eſt, & ejus vel
„ omnibus eidem Monaſterio pertinentibus,
„ cuiquam magnæ parvæque perſonæ auferre,
„ aut præfato juxta id quod ſubjectum eiſdem
„ venerabilibus locis Apoſtolicis conſtitutis,
„ atque privilegiis conſiſtat inconcuſſum per-
„ maneat. Et liceat eoſdem Monachos de ſua
„ Congregatione Abbatem ſemper eligere.
„ Et liceat ipſum Abbatem, qui fuerit, ſuos
„ judicare Monachos, non ſolùm virile Mo-
„ naſterium, ſed etiam muliebre Monaſterium
„ ſibi ſubjectum. Si quis autem, quod non
„ optamus, nefario auſu &c.

„ Scriptum per manus Benedicti Notarii
„ Regionarii, & Scriniarii Sanctæ Romanæ
„ Eccleſiæ in Menſe Februario, Indictione X.
„ BENE VALETE. (*)

„ Data quinto Kal. Martii per manus Petri
„ Domini gratia Epiſcopi Sanctæ Præneſtinæ
„ Eccleſiæ, & Bibliothecarii Sanctæ Apoſtoli-
„ cæ Sedis. Anno Deo propitio Pontificatus
„ Domni noſtri Sergii Sanctiſſimi Quarti Pa-
„ pæ ſedente anno Tertio, Indictione ſupra-
„ ſcripta Decima.

Præceptum quoque accepit Venerabilis Hilarius à Domno Henrico Imperatore pio hujuſmodi.

Henricus inter Imperatores Primus Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum omnia bona & privilegia confirmat. Anno MXIV.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis.
„ Heinricus divina favente Clementia Ro-
„ manorum Imperator Auguſtus. Si fervore
„ Caritatis accenſi de ſtatu ac reſtauratione

(*) Vide Tabulam quintam figurâ ſignatâ M.
(**) Vide Tabulam quintam figurâ ſignatâ A.

A „ Eccleſiarum Dei diligenti cura & indaga-
„ tione tractamus, Regni noſtri ſolium ſtabi-
„ liri, ac feliciter regnare cum Chriſto ne-
„ quaquam ambigimus. Quocirca omnium
„ fidelium Sanctæ Dei Eccleſiæ, noſtrorum-
„ que præſentium ac futurorum devotio no-
„ verit, qualiter Hilarius venerabilis Abbas
„ Cœnobii Chriſti Martyris Vincentii ſitum
„ in Territorio Beneventano ſuper fluvium
„ Vulturnum, noſtram adiens celſitudinem,
„ detulit præcepta Præceſſorum noſtrorum
„ Imperatorum, & Regum, videlicet Deſi-
„ derii, Caroli, Lodovici, atque Lotharii,
„ per quæ contulerunt ex ſuis rebus in præfa-
„ tum Monaſterium, ac confirmationes & poſ-
B „ ſeſſiones ibi à Principibus, Ducibus, reli-
„ quiſque fidelibus collatas. Unde præfatus
„ Abbas noſtram exoravit clementiam, ut ea-
„ dem præcepta, ac legales ſcriptiones, nec
„ non prædia per diverſos fines Regni Italici
„ conjacentia eidem Cœnobio collata per no-
„ ſtræ confirmationis præceptum in præfatum
„ venerabilem locum concederemus, & con-
„ firmaremus. Cujus petitionibus faventes,
„ pro Dei amore animarumque noſtrarum
„ remedio per hoc noſtræ confirmationis præ-
„ ceptum, pro ut juſtè, & legaliter poſſu-
„ mus, concedimus, & confirmamus, ac penitùs
„ corroboramus in prædicto Cœnobio Marty-
„ ris Vincentii omnia præcepta Præceſſorum
C „ noſtrorum Imperatorum & Regum, vide-
„ licet Deſiderii &c. verumtamen omnes res
„ & poſſeſſiones per diverſos fines Regni Ita-
„ lici poſitas per eadem præcepta, vel quasli-
„ bet legales ſcriptiones à Principibus, Duci-
„ bus, reliquiſque fidelibus collatas, nec
„ non Monaſteria & Cellas inferiùs nomi-
„ natas, primitus videlicet declarantes ipſas
„ hereditates, quæ circundant ipſum Monaſte-
„ rium per hos quoque fines. Incipiente ita-
„ que à flumine, qui dicitur Sangro, deinde
„ per montes publicos, uſque in montem qui
„ dicitur Azæ. &c. Præcipientes inſuper ju-
„ bemus ut nullus Rex, Dux, Princeps, &c.
„ Si quis igitur hujuſmodi noſtri præcepti
D „ inſtitutionem, & confirmationem, ſeu Mun-
„ burdi tuitionem aliquando infringere ten-
„ taverit, ſciat ſe compoſiturum auri optimi
„ libras duo millia, medietatem Cameræ no-
„ ſtræ, & medietatem parti veſtri Monaſterii.
„ Quod ut verius credatur, diligentiùſque ab
„ omnibus obſervetur, manu propria robo-
„ rantes anulo noſtro inſigniri juſſimus.

„ Signum Domni Heinrici Sereniſſimi &
„ Invictiſſimi Imperatoris Auguſti. (**)

„ Heinricus Cancellarius vice (1) Eipran-
„ di Epiſcopi & Archicancellarii recognovit.

„ Datum anno Dominicæ Incarnationis
„ MXIV. Indictione XII. anno Domini He-
„ inrici Imperatoris Auguſti Regni XII. Im-
E „ perii ejus I. Actum Romæ feliciter. Amen.

Denique hoc tempore Henricus Imperator Romam vênit, & de manu Benedicti Papæ Octavi Imperii Coronam accepit. At cùm Apuliæ fines peragraret, Beneventum vênit, ubi venerabilis vir Domnus Hilarius Abbas ad eum acceſſit, & pro neceſſariis hujus Monaſterii rebus ejus clementiam humiliter exoravit, à quo honorificè ſuſceptus, juſtitiam pleniſſimè adeptus eſt, ſicut hic ſcriptum eſt.

JU-

(1) Scribe *Everardi*.

Digitized by Google

JUDICIUM DE PINNE APRUTIO, TERMOLE, ET TETE.

Henricus I. Imperator Placitum habens in territorio Beneventano, Attonem Comitem cogit restituere multas Curtes & Ecclesias Hilario Abbati Sancti Vincentii ad Vulturnum. Anno MXXII.

„ IN Dei nomine. Notitia Judicati, quali-
„ ter pro futuris temporibus memoriæ re-
„ cordandum; idest in territorio Beneventa-
„ no in locum, qui nominatur ad Campum
„ de Petra; ibique in præsentia Domni Hen-
„ rici serenissimi Imperatoris, & erant cum
„ eo Theiricus Cancellarius, & summus Con-
„ siliarius Domni Imperatoris, & Leo Epi-
„ scopus Vercellensis, & Oldericus Episco-
„ pus Tridentinus, & Comite Bezelino, &
„ Aldegisi Judice: aderantque cum eis bonis
„ hominibus: nomina eorum: Benedictus
„ filius Luponi, & Girardus filius Johannis,
„ & Atifredus filius Farolfi, & Bernardo filius
„ Aresidii, & Arno filius Johannis, & Ro-
„ dolfo filius Johannis, & Transmundus filius
„ Gaidoni, & alii plures boni homines. Ibi-
„ que ante præsentiam Domni serenissimi Im-
„ peratoris, & suprascripto Cancellario, &
„ Episcopis, & Comite, & Judice, & bonis
„ hominibus, vênit Hilarius venerabilis Abbas
„ Monasterii Sancti Vincentii, quod situm
„ est in Samniæ partibus in territorio Bene-
„ ventano juxta fluvium Vulturnum, & ipse
„ suprascriptus venerabilis Abbas reclamavit
„ se ad Domnum sanctissimum Imperatorem
„ & Dixit: Domine Domne serenissime Im-
„ peratore, facite nobis legem & justitiam
„ de rebus Sancti nostri Monasterii Beati Vin-
„ centii, idest in Comitatu Aprutiense, &
„ sunt ipsæ rebus per loca nominandæ, idest
„ ipsa Curte de Arole cum ipsa Ecclesia, quæ
„ in ipsa Curte dedicata est in honore Sanctæ
„ Mariæ, & in territorio Pinnense per locis
„ & vocabulis nominandæ, idest ipsa Ecclesia
„ Sanctæ Mariæ de Musano, quæ subjecta est
„ Monasterii Sancti Vincentii cum pertinen-
„ tiis suis, & ipsa Curte de Stapelliano, &
„ ipsa Curte de Oviano cum ipso Castello,
„ qui ibidem ædificatum est, & ipsæ valles
„ & in Caprigza, & ipsa inclita Curte de
„ Telesia, & ipsa Curte de Fabale cum ipsa
„ Ecclesia Sancti Ansuini, quæ ibidem dedi-
„ cata est, & in Sancto Angelo, & in Care-
„ niano, & ipsa Curte, quæ vocatur valle,
„ cum Ecclesia Sancti Petri, quæ vocatur
„ Cuculine, & ipsa Curte de Ruzzano, &
„ ipsa Curte de Colle de Rode, & ipsa Cur-
„ te de Romeliano, & Imiciliano, & Imma-
„ croniano, & in Salcueri, & in Colle Fol-
„ loni, & in casa Marana, & in Marcianello,
„ & in Plano de Sancto Angelo, & ipsa Cur-
„ te de Feronia. Totæ istæ Curti sunt in Co-
„ mitatu Pinnense. Et sunt aliæ rebus in Co-
„ mitatu Teatino per locas, & vocabulas: idest
„ ipsa Cella Sancti Angeli de Salabento, quæ
„ subjecta est nostro Monasterio cum suis per-
„ tinentiis, & ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ in
„ duas Basilicas, cum castellis, & pertinen-
„ tiis, vel subjacentiis suis, & cum cespiti-
„ bus suis. Et sunt aliis rebus in Comitatu
„ Termolense, idest ipsa Cella Sancti Bartho-
„ lomæi cum suis pertinentiis, quæ est sub-
„ jecta nostro Monasterio cum omnibus ipsis
„ suprascriptis rebus per suprascriptis vocabu-
„ lis, quomodo superiùs scriptum pertinet ad
„ supradicto Monasterio: tantum judicate no-
„ bis, quod vobis placet. Dum talia audivit
„ Domnus serenissimus Imperator, interrogavit
„ Atto Comes, si fuisset veritas, aut non. Tunc
„ suprascriptus Atto Comes statim ante eorum
„ præsentiam manifestavit & dixit: Domne se-
„ renissime Imperator, & Cancellarius, & Epi-
„ scopi, & Comites, & Judices, & boni homines,
„ certè veritatem vobis dicimus de omnibus
„ ipsis suprascriptis rebus infra suprascripta
„ Comitata, cum ipsæ suprascriptæ Sanctæ
„ Ecclesiæ, & cum illorum Cellis sic pertinet
„ ad ipsum prænominatum Monasterium, sicut
„ ipse venerabilis Abbas vobis dicit. Dum
„ tali manifestatione audivit dicere Domnus
„ serenissimus Imperator cum ipso prænomi-
„ nato Cancellario, & Episcopis, & ipso
„ prænominato Comite, & Judice, & bonis
„ hominibus, rectum illorum comparuit esse,
„ & ita judicaverunt: ut omnes ipsæ præno-
„ minatæ rebus cum suprascriptæ Castella, &
„ cum ipsæ Ecclesiæ, & cum illorum perti-
„ nentiis habeant, & teneant ipso prænomi-
„ nato Sancti Vincentii, & ipse venerabilis
„ Abbas, vel posteriores suos securiter ha-
„ beant, & possideant. Et cùm tali judicio
„ factum fuit, libenti animo dixit Domnus
„ Henricus serenissimus Imperator Attoni Co-
„ miti: si meam gratiam vis habere, & vul-
„ tis quòd ego pro vobis faciam omnia, ipsæ
„ suprascriptæ rebus cum suprascriptæ Eccle-
„ siæ cum supradictæ Castella facietis reddere
„ ad ipsum suprascriptum Monasterium, &
„ ad ipsum venerabilem Abbatem, & ad suc-
„ cessoribus suis. Statim ipso Domno serenis-
„ simo Imperatore apprehendit ipsum vene-
„ rabilem Abbatem per dexteram manum
„ suam, & commendavit eum in manu Attoni
„ Comitis, ut si tempore illi justitiam faciant,
„ sicut eis præcepit Domnus serenissimus Im-
„ perator. Et statim investivit Domnus sere-
„ nissimus Imperator ipse venerabilis Abbas
„ de omnia ipsis supradictis rebus cum supra-
„ scripta Castella, & cum prædictę Ecclesiæ,
„ & posuit bannum super caput ejus, ut si
„ quis quocunque tempore de omnia jam su-
„ prascriptæ rebus, sicut superiùs scriptum
„ est, aliquid exinde tollere, aut invadere
„ præsumpserit sinè legali judicio, ut compo-
„ nat auri optimi libras mille, medietatem à
„ pars de suprascripto Monasterio, & de ipso
„ venerabilis Abbas, & successores suos, &
„ medietatem ad parte Domni serenissimi Im-
„ peratoris. Finita est causa qualiter actum &
„ dictum fuit unde pro securitatem de supra-
„ scripto Monasterio notitia Judicati scripsi
„ ego Agzo Notarius & Scabinus de dicto
„ Domni serenissimi Imperatoris, & de supra-
„ scriptorum Cancellario, Episcopis, & Co-
„ mitibus, & Judice, & bonis homines, &
„ de ipso venerabilis Abbas, & successores
„ suos, & pro in posterum recordandum hanc,
„ & ibi fui. Anno ab Incarnatione Domini
„ nostri Jesu Christi sunt MXXII. & Imperan-
„ te Domno Henrico serenissimo Imperatore
„ Augusto, anno Imperii ejus Deo propitio in
„ Italia Octavo, & dies mense Februarii per
„ Indictione IV. Actum in territorio Benevên-
„ tano feliciter. Amen.
„ Theiricus Cancellarius interfui & sub-
„ scripsi.

„ Leo

„ Leo *servus Eusebii*.
„ Eusebius Episcopus & missus Imperato-
„ ris affuit, decrevit, & in æternum valere
„ præcepit.
„ Signum manu Bezelini Comitis ibi fuit.
„ Signum manu Arnonii qui ibi fuit.
„ Adelgisi Judice ibi fuit.
„ Signum manu Attoni Comitis qui ibi fuit.
„ Signum manu Benedicti qui ibi fuit.

Præterea Hilarius Presbyter beatus plures Ecclesias, possessiones, & prædia supradicto Monasterio acquisivit, & quæ perdita fuerant, recollegit, silicet in Termole, in Balva, in Telesia in Tete, in Pinne, in Abrutio, in Amiterno, in Apulia, in Benevento, in Lisine, in Alifis, in Tiano, in Neapolim, in Calinole, in Suessa, & in pluribus aliis locis, sicuti hìc declaramus per hujusmodi scriptiones.

OFFERTIO TRANSMUNDI COMITIS DE TERRA MODIORUM CC.

Transmundus Comes, filius Transmundi Ducis & Marchionis, terras in agro Termolensi positas offert & donat Monasterio Sancti Vincentii Vulturnensis, ejusque Abbati Hilario. Anno MXI.

„ IN Dei nomine. Ab Incarnatione Domini
„ nostri Jesu Christi sunt Anni MXI. Men-
„ se Novembris, per Indict. IX. Ideoque ego
„ Transmundus Comes filius quondam Trans-
„ mundi Dux, & Marchio, bona & ex spon-
„ tanea mea voluntate per hanc chartulam
„ dono, & trado, atque concedo pro anima
„ mea, & pro quia Dominus noster Jesus
„ Christus indulgentiam habeat de peccatis
„ meis, & omni tempore pro animæ mercede,
„ & pro anima quondam Attoni Comitis Avo
„ meo, & pro anima quondam Adelgardæ
„ Comitissæ Avæ meæ, & pro anima quon-
„ dam Transmundi, qui fuit genitor meus,
„ & pro anima Sikelgardæ, quæ fuit geni-
„ trice meæ, & pro anima quondam Attoni
„ Comitis germano meo, & pro anima Ma-
„ rottæ Comitissæ, quæ fuit conjux mea, seu
„ & pro anima Attoni, & Landolfi Comiti-
„ bus prolibus meis, vel pro anima Bertæ
„ Comitissæ conjuge mea, & pro anima ex
„ generatione mea legitima masculina nati
„ fuerint incessanter exorent: sic trado, do-
„ no, atque concedo in ipso Monasterio San-
„ cti Vincentii Levitæ & Martyris, situm est
„ ipsum prædicto Monasterio infra territorio
„ Capuæ in locum, qui nominatur Samniæ,
„ pro anima mea, seu parentum meorum de
„ rebus meæ proprietatis, qui mihi ad meum
„ quisitum obvenerunt infra territorio Ter-
„ molense, in locum, qui nominatur Serra
„ mala, idest una petia de terra per mensura
„ modiorum ducentorum, & habet finis cam-
„ po, fine terra suprascripti Monasterii, pede
„ fine Rigo Placzese, de uno latu fine terra
„ Gizoni, quod ego supradicto Transmundo
„ Comitis antea per chartula deligavit, & de
„ alio latu fine terra Raynaldi, & Gisoni,
„ quod ego suprascripto Transmundo Comi-
„ tis antea per chartulam deligavit. Omnia
„ ipsa suprascriptæ res per ipsæ nominatæ
„ finis, sicut supra legitur, cum pomis, &
„ arboribus suis, & cum omnia ipsa supra-
„ scripta res super se, & infra se habentes in
„ integrum, sic trado, dono, atque concedo
„ pro anima mea, seu & parentum meorum,
„ in ipso suprascripto Monasterio ad proprie-
„ tatem possidendum. Et concedo ego supra-
„ dicto Transmundo Comes tibi Domne Hi-
„ larie Abbas, & tibi Aczoni Præposito, qui
„ es Custos Sancti Bartholomæi, vel ad po-
„ steris, succesforibusque tuis, & concedo ego
„ suprascriptus Transmundus Comes, & pro
„ anima mea, & pro anima Attoni Comitis,
„ qui fuit Avo meo, & pro anima Adelgardæ
„ Comitissæ, quæ fuit Ava mea, & pro ani-
„ ma Transmundi, qui fuit genitor meus, &
„ pro anima Sikelgardæ Genitricis meæ, &
„ pro anima Attoni Comitis, germani mei,
„ & pro anima Marottæ conjugi meæ, & pro
„ omnibus generationibus meis masculini tibi
„ Domne Hilarie Abbas, & tibi Aczoni Præ-
„ posito, & ad posteris succesforibus vestris,
„ qui pro tempore ipso Monasterio Custodes
„ erunt, habeatis, teneatis, & possideatis, &
„ faciatis de ipsa supradicta res quidquid vo-
„ bis opportunum fuerit, & ad conservandam
„ in ipsa Ecclesia Sancti Bartholomæi Apo-
„ stoli, quæ est in ipsa pertinentia de Terra
„ Mala. Et hoc repromitto & obligo me
„ ego suprascripto tibi Hilarie Abbas, vel
„ ad posteris succesforibus tuis, ut ipsa su-
„ prascripta mea donatione ab omnibus ho-
„ minibus antestare & defendere debeamus ad
„ ipsum suprascriptum Monasterium, & ad
„ ipsum Abbatem, vel Præpositum, & ad
„ succesforibus vestris, qui pro tempore
„ ipsa Ecclesia custodes fuerint. Et si ad qua-
„ libet homine antestare & defendere non po-
„ tuerimus, aut noluerimus, aut si exinde re-
„ tollere, vel minuare quæsierimus, ut com-
„ ponam ego suprascripto Transmundo Co-
„ mite, vel meis heredibus, seu genere he-
„ redumque nostrorum in ipso Monasterio,
„ & tibi prædicte Hilarie Abbas, & Aczoni
„ Præposito, vel ad succesforibus vestris, cui
„ ex nostris culpa claruerit, pœna aurum li-
„ bræ viginti, & chartulam istam donatio-
„ nis, seu concessionis, omnique tempore
„ semper firma & stabile permaneat. Quam
„ verò hanc chartulam donationis, seu con-
„ cessionis rogatus à suprascripto misso ego
„ Joseppo..... Ego Giso rogatus à supra-
„ scripto misso.

OFFERTIO SANTTI BARTHOLOMÆI IN SERRA MALA.

Donatio Ecclesiæ Sancti Bartholomæi unà cum terris in agro Termolensi, facta à filiis Hildeprandi & Alboni Monasterio Sancti Vincentii ad Vulturnum Anno MXIV.

„ IN Dei nomine. Ab Incarnatione Domini
„ nostri Jesu Christi anni sunt MXIV. &
„ Mense . . . per Indictione XIII. Ideoque ego
„ Leoderico, & Odemundo germani, filii quon-
„ dam Hildeprandi, & Leoderado, & Teo-
„ baldo germani, filii quondam Alboni, de-
„ claramus enim, sicut in Edicto Langobar-
„ dorum continet pagina, quia Domnus Liu-
„ prandus Rex in suo Capitulo sic adfixit:
„ *Si quis Langobardus habens, statum huma-*
„ *næ fragilitatis recogitans, pro salute animæ*
„ *suæ de rebus suis chartulæ donationis quolibet*
„ *facere voluerit, absolutè faciat unusquisque*
„ *de rebus suis quod velit, & noverit*. Modò
„ verò

„ verò in ea ulteriori ratione, & ego jam di-
„ ctus Leoderico, & Odemundo germani, &
„ Leoderado, & Teobaldo germani pro re-
„ demptione & ſalute animæ noſtræ, & pro
„ anima quondam Mauri Avo noſtro, & pro
„ anima Bodæ Abiæ noſtræ, & pro Hilde-
„ prandi, & Alboni germani genitori, & pro
„ anima quondam Borgæ, & Bonofilgæ Ge-
„ nitrice noſtra, quàm & pro anima noſtræ
„ generatione legitimæ, qui deinceps nati
„ fuerint, inceſſanter exorent, ut nobis Do-
„ minus noſter Jeſus Chriſtus veniam retri-
„ buere dignetur, & ad ſuam ſanctam gloriam
„ revocare dignetur, ut cùm venerit dies il-
„ lius judicium futurum, veniam recipere-
„ mereamur. Propterea nos jam dicti Leode-
„ rico, & Odemundo germani, & Leodera-
„ do, & Teobaldo germani, vel pro jam di-
„ ctis parentibus noſtris, donamus, & tradi-
„ mus, atque concedimus in ipſo Monaſterio
„ Sancti Vincentii Levitæ & Martyris, quod
„ ſitum eſt in territorio Samniæ, & tibi Hi-
„ larie venerabilis Abbas, hoc eſt de rebus
„ proprietatis noſtræ, quod nos ſupraſcripti
„ Leoderico, & Odemundo germani, & Leo-
„ derado, & Teobaldo germani habuimus in
„ Comitatu Termolenſe, qui nobis in hereditatem habemus; & eſt ipſa terra in Serra
„ mala, ubi ædificata eſſe videtur ipſa Eccle-
„ ſia Sancti Bartholomæi Apoſtoli, & terra
„ in circuitu ejuſdem Eccleſiæ per menſuram
„ modiorum ſeptuaginta & tres, & ſtaria
„ quatuor, & habet finis Calvotia, & terra
„ tua Sancti Vincentii, quæ Tranſmundo Co-
„ mes per chartulam deligavit, & de una latu
„ Vallone, & terra Giſoni, quæ Tranſmundo
„ Comes per chartulam deligavit, & pede ſe
„ conjungunt ipſi Valloni. Et donavimus,
„ atque concedimus tertia parte ipſa jam di-
„ cta Eccleſia Beati Bartholomæi Apoſtoli
„ cum omni regimine, & ſubſtantia ſua, de
„ quantum nobis pertinet, vel pertinere debet
„ infra ipſa jam dicta finis. Sic donamus at-
„ que concedimus nos ſupradicti Leoderico,
„ & Odemundo germani, & Leoderado, &
„ Teobaldo germani in ipſo jam dicto ſancto
„ Monaſterio poſſidendum tibi Hilarie vene-
„ rabilis Abbas, qui in prædicto Monaſterio
„ regimen tenere videtur, ad proprietatem
„ ſupraſcripto ſancto Monaſterio poſſidendum,
„ vel ſemper habendum, & faciendum tu ſu-
„ praſcripto ſancto Monaſterio Hilarie vene-
„ rabilis Abbas, vel poſteris, ac ſucceſſoribus
„ tuis de omnia ipſa dictæ res, & de prædi-
„ cta Eccleſia Beati Bartholomæi Apoſtoli.
„ Et nos ſupradicti Leoderico, & Odemundo
„ germani, & Leoderado, & Teobaldo ger-
„ mani ſic dedimus pro anime noſtræ, vel pro
„ jam dictis parentibus noſtris quidquid uti-
„ litatem fuerit in ipſo jam dicto Monaſterio,
„ & tibi Hilarie venerabilis Abbas, vel po-
„ ſteris ſucceſſoribus tuis. Quòd ſi omnia ſu-
„ praſcripta res in ipſo Monaſterio donamus
„ & concedimus, ab omnes homines antiſta-
„ re & defendere debeamus in ipſo jam dicto
„ Monaſterio. Et ſi ab omnes homines anti-
„ ſtare, & defendere non potuerimus, aut no-
„ luerimus, aut ſi exinde aliquid retollere,
„ vel minuare quæſierimus, tàm per nobis,
„ vel ad noſtri ſubmiſſaque perſona; ſi quis
„ auſus & temerarius extiterit, qui de ipſa
„ jam dicta noſtra donatione ſeu conceſſione,
„ minoratione, ſeu moleſtatione, vel invaſione
„ facere præſumpſerit, aut diſturbationem

„ quæſierit, qui de ipſa generatione, quàm-
„ que qualicunque perſona, ſicut ſe in tre-
„ mendi juſti Judicis examine cauſam vo-
„ biſcum dicat, atque per hoc in ira ſummæ
„ & individuæ Trinitatis incurrat, & deſcen-
„ dat ſuper eum paternarum ſuarum maledi-
„ ctionum, & habeat partem cum Juda Tra-
„ ditore, qui ab Apoſtolico agmine ſegrega-
„ tus eſt, & cum impiis ſacrilegis ſequeſtra-
„ tus, pars illius in ſtagnum ſit ignis ardentis,
„ & ſulphuris. Inſuper repromittimus, &
„ obligamus nos jam dicti Leoderico, & Ode-
„ mundo, & Leoderado, & Teobaldo, vel
„ noſtris heredibus, ſeu de noſtris heredum-
„ que noſtrorum in ipſo jam dicto Monaſte-
„ rio, & tibi prædictus Hilarius venerabilis
„ Abbas, vel poſteriſque ſucceſſoribus tuis,
„ cui ex noſtris culpa claruerit, pœnæ auri
„ decem, & chartula iſta donationis, ſeu con-
„ ceſſionis, omnique tempore ſemper firma
„ & ſtabile permaneat, manente chartula iſta
„ in ſua firmitate. Quam verò hanc chartula
„ iſta donationis ſeu conceſſionis rogatus à ſu-
„ praſcripto Leoderico, & Odemundo ger-
„ mani, & Leoderado, & Teobaldo germani,
„ ſcripſi ego Petrus Judice Notario die iſtius
„ Menſe, & Indictione ſupraſcripta. Actum
„ in Termole feliciter Amen.

„ Signum manu Leoderici, & Odemundi
„ germani, & Leoderadi, & Teobaldi ger-
„ mani, qui in hac chartula fieri rogavi, ac
„ ſubſcripſi, & ſignum Crucis fecimus.

„ † Signum manu Guidonis qui teſtes ſum
„ rogatus, ac ſupraſcripſi, & ſignum Crucis
„ feci.

„ † Signum manu Amicohi, qui teſtes ſum
„ rogatus à ſupraſcripto, ſignum Crucis feci.

„ † Signum manu Giſelberti, qui teſtes ſum
„ rogatus à ſupraſcripto, & ſignum Crucis
„ feci.

JUDICIUM DE ECCLESIIS DE BALVA.

Ambroſius Henrici I. Imperatoris Cappellanus, & Berardus, & Theodinus Comites, Miſſi ipſius Auguſti, in Placito Balvenſi decretum emittunt pro tutela multarum Eccleſiarum ſubjectarum Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum Anno MXXII.

„ IN Dei nomine. Notitia Judicatum, qua-
„ liter pro futuris temporibus memoriæ
„ recordandum, qualiter actum eſt in plano
„ de Balva in locum ubi Campilianum voca-
„ tur, in Placido ubi reſidebat Domnus Am-
„ broſius, qui eſt miſſus & Capellanus Dom-
„ ni Henrici Imperatoris Auguſti, & Berar-
„ dus, & Theodinus Comitibus de Balva per
„ ſingulorum hominum juſtitia fieri facien-
„ dum, & deliberandum intentione. Et cum
„ eis reſidebat Ingezo Judice, & Lodolandus
„ Judice & notarius de Balba, & Adam Vi-
„ cecomes de Balba, & Rocco cum Arde-
„ mando fratre ſuo, Maifriddus, & Aczo filii
„ Raineri, Adelbertus filius quondam Odoni,
„ & Lupo filius quondam Ranardi, & Oderiſi
„ filius quondam Loſoni, & alii plures. In-
„ iſtorum omnium de ſupraſcriptorum præ-
„ ſentia ſic venit Petrus, qui & Monachus &
„ Præpoſitus de ipſo Monaſterio Beati Vin-
„ centii, quod eſt in partibus Beneventanæ in
„ locum ſupra fluvio Vulturno, ubi Samniæ
„ vocatur, ubi nunc Hilarius Abbas regimen

„ te-

„ tenere videtur; & querelam habebat prædictus Petrus Monachus & Præpositus, & Johannes qui erat suus Advocatus: Domne Ambrosi, & prædictis Comitibus facite legem & justitiam ad prædictum Monasterium Sancti Vincentii de ipse rebus, quæ sunt in Territorio Balvense de prædicto Monasterio Beati Sancti Vincentii, quia per multos dies & annos reclamationem fecimus de ipsæ rebus Beati Vincentii, quæ sunt in territorio Balvense, quæ sunt sublatæ & subtractæ de ipsa venerabilia loca Sancti Beati Vincentii, & sunt ipsæ rebus in ipsæ vocabula, quod est ipsa Ecclesia Sancti Marcelli, quæ est in Floria, cum omnia sua pertinentia, & de ipsis Ecclesiis Beati Sancti Cometii, quæ est in Pectoranu, cum suis pertinentiis, & ipsa Ecclesia Beati sancti Leopardi, quæ est in Pacentru cum suis pertinentiis, & ipsa Ecclesia Beati Vincentii, quæ est ad Selomona, cum suis pertinentiis, & ipsa Ecclesia Beati Ruffini, quæ ast in Arcole, cum omnia sua pertinentia &c. *sequuntur multæ Ecclesiæ*. Et dixerunt ipsi prædicti Petrus Monachus, & Præpositus cum prædicto Johanne Advocato suo. Domne Ambrosi & prædictis Comitibus pro Dei amore facite veram justitiam de omnibus ipsis suprascriptis rebus & de ipsæ Sanctæ Ecclesiæ ad prædictum Monasterium Beati Sancti Vincentii. Tunc prædictum Domnum Ambrosium, & prædictis Comitibus interrogaverunt prædictos Judices, quæ exinde lex est. Tunc prædicti Judices judicaverunt, quòd ipse Domnus Ambrosius, & prædictos Comites se reinvestire & prædictum Petrum Monachum, & Præpositum cum suo Advocato ad opus de prædicto Monasterio. Et prædictum Domnum Ambrosium, & prædictos Comites de omnibus ipsis suprascriptis Ecclesiis & de omnibus suprascriptis rebus, quomodo suprascriptus est & legaliter. Et bandum earum exinde miserunt quicumque ipsum prædictum Monasterium de ipsæ suprascriptæ rebus suæ divestire præsumpserint sinè legale judicium, sciat se componiturum auri libræ centum, medietatem Regi, & medietatem ad prædictam Ecclesiam Sancti Vincentii, & Abbatibus, & Præpositis, & ad Monachis, & ad servientibus, & custodientibus, qui in ipso suprascripto Monasterio sunt præordinati. Et hoc factum est in istorum omnium desuprascripti præsentia, quàm & ex dicto de suprascripto Domno Ambrosio, & Comitibus, & Judicibus, & bonis hominibus. Hac notitia Judicatum scripsi ego Deodatus Judex & notarius. Actum in Balva feliciter in Anno ab Incarnatione Domni nostri Jesu Christi Anni sunt MXXII. & dies mense Martio per Indictione IV. ..... feliciter Ambrosius Cappellanus missus Domni Henrici Augusti fieri decrevit & suprascripsit.

„ Rocco, Aczo, & Adelbertus subscripsit.

„ Lupo subscripsit.

JUDICATUM SANCTI VINCENTII IN TELESIA.

Hilarius Abbas Monasterii Sancti Vincentii ad Vulturnum in Placito Beneventano coram Leone Vercellensi Episcopo, aliisque Missis Imperialibus, causam obtinet de multis rebus ad suum Cœnobium pertinentibus, sibi occupatis ab Adelberto Abbate Monasterii Beneventani Sanctorum Lupuli & Zosimi. Anno MXXII.

„ IN nomine Domini. Anno MXXII. ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, & IX. Anno Imperii Serenissimi Henrici Augusti in Italia, & XXXV. Anno Principatus Domni Landolfi magni Principis, & XI. Anno Principatus Domni Pandolfi gloriossimi Principis, filii ejusdem Landolfi, Mense Aprilis, Indictione V. Quadam namque die dum essemus nos Leo Episcopus Vercellensis, & Einricus Episcopus Marmensis, & Adericus Castaldeus, & Judice præordinatos missos à præclara potestate Serenissimi Einrici Augusti, in Territorio Beneventano juxta Ecclesiam Sancti Petri Apostoli situs propinquo hanc Beneventi Civitatem trans fluvio Sabbatum ad unicuique hominum audiendas, judicandas, vel definiendas causas, ubi unà simul nobiscum aderant plures nobiliores homines. Tunc nostram quidem præsentiam vênit Hilarius Venerabilis Abbas Monasterii Sancti Vincentii, secum habentem advocatorem Falcone Diacono jam dicti Monasterii Sancti Vincentii, qui ædificatum est super Vulturno flumine fonte intus Civitate Capuana. Et reclamabat se dicendo vellet recipere legem, & justitiam, unde vim patiebat ab Adelberto Abbate Monasterii Sanctorum Lupoli, & Zosimi, qui constructum esse dinoscitur intus hanc novam Beneventi Civitate, de causationes, & intentiones, quod ipse Hilarius Venerabilis Abbas ante hos dies ante præsentiam nostram excitaverat adversùs eodem Adelberto Abbate, dicendo: ut malo ordine & contra legem teneret, & dominaret, atque frugiaret rebus prædicti Monasterii Sancti Vincentii, quod legibus est pertinentes ipsius in finibus Telesia, in his locis: idest locum ubi dicitur Monte Calbellu, & ubi vocatur Aretu Rubellu, & ubi nominatur Rivo Pretusu, nec non & ubi constructæ sunt Ecclesiæ pertinentes ipsius Monasterii, una ex ipsa Ecclesia vocabulo Sancti Angeli, & alia vocabulo Sancti Vincentii. Er unde ipse Adelbertus unà cum Jaquinto Advocatore suo responderunt, & dixerunt, ut haberet prædicto Monasterio Sanctorum Lupoli, & Zosimi rebus in finibus Telesia, sed nesciret de qua re eum quæreret. Quærebat eodem Adelbertus Abbas cum jam dicto suo Advocatore, ut monstraret, aut faceret monstrare ipse Hilarius Abbas ipsi Adelberti Abbati, & ad missum ejus ipsæ rebus, unde eum quærebant. Et sic reversi ante nos, ut staret ante nos ad legem inter se, ipse nominatus Hilarius Abbas responsum dedit dicendum, ut ita faceret. Cùm nos superiùs dictis Episcopos, & Judice per partes dicentes illos audivimus, inter eos judicavimus, & guadiare illos fecimus tali tenore,

„ ut

Digitized by Google

„ ut ipſe Hilarius Abbas,aut miſſum ejus mo-
„ ſtraret rebus ipſæ, unde intentionem habebat
„ ipſi Adelberti Abbati, aut ad miſſum ejus;
„ & ſic reverſi ante præſentia noſtra ſtaret
„ exinde ad legem, & mediatores inter ſe
„ poſiti abierunt. In conſtitutum namque in-
„ ter ſe poſitum ante nos ſunt replicati, &
„ per partes narrabant nobis, quomodo Præ-
„ poſitus ſupraſcripti Monaſterii Sancti Vin-
„ centii miſſus à ſupradicto Domno Hilario
„ Abbate rebus ipſa, unde iſdem Ilarius Ab-
„ bas cauſationem excitaverat adversùs præ-
„ dictum Adalbertum Abbatem, ipſi Adel-
„ berti Abbati eam monſtraſſet, & ipſe Adel-
„ bertus manifeſtaverat dicendo: ut rebus ipſa
„ vidiſſet. Ad hæc nos ſuperiùs dictis Leo, &
„ Henrico Epiſcopos, & Adaricus Caſtaldeus
„ & Judex interrogavimus ſupradictum Adel-
„ bertum Abbatem, quid ad iſta reſpondere
„ vellet. Ipſe autem reſpondit cum prædicto
„ ſuo Advocatore, & dixerunt: ut ipſa re-
„ bus, quod jam dictus Præpoſitus monſtrave-
„ rat, pars exinde jam dicti ſui prænominati
„ Monaſterii eſſet pertinentiis, & rationem
„ partem ejuſdem ſui Monaſterii haberent.
„ Iterum interrogavimus eodem memoratus
„ Hilarius Abbas cum prædicto ſuo Advoca-
„ tore, quid de hoc dicerent. Ipſis verò re-
„ ſpondentibus & dixerunt: ut prædictæ re-
„ bus de prædictis Caſis cum prædictæ Eccle-
„ ſiæ, quæ ibidem conſtructæ ſunt, de jam dicto
„ Monaſterio legibus eſſent pertinentes, &
„ rationes exinde haberet. Cùmque nos ſu-
„ pradictis Epiſcopis, & Judices dum taliter
„ nos ipſis prædictis Abbatibus, & ſuos Ad-
„ vocatores altergantibus, atque dicentibus
„ audivimus, ſtatim inter eos judicavimus,
„ & per noſtrum judicium illos inter ſe gua-
„ diare fecimus tali tenore ut pariter cum
„ Judice, & bonis hominibus pergerent ſu-
„ per ipſas rebus, unde inter ſe intentiones
„ habebant. & per partes inter ſe ibidem ſuæ
„ rationes oſtenderet, & ſicut lex, & ratione
„ decernunt; & ſic ſe exinde ſecundùm legem
„ faceret finem, & mediatorem me ipſum
„ Leo Epiſcopus interpoſuerunt, & abierunt.
„ Et ideo nominatus Hilarius Abbas per plu-
„ res vicibus ſe ante præſentia ſupramemora-
„ tus Sereniſſimus Imperator reclamabat pro
„ quo ipſe cauſationes, & intentiones ad le-
„ gem, & juſtitiam perducere volebat, &
„ jam per multas vices ipſe memoratus Sere-
„ niſſimus Imperator ipſum Adelbertum Ab-
„ batem requirere faciebat, & ille fuga pe-
„ riit, & minimè ante ſuis veſtigiis habere
„ potebat. Cùmque hæc omnia, ut dictum
„ eſt, dictus Domnus Sereniſſimus Imperator
„ Einricus Auguſtus à Deo conſtitutus audiſ-
„ ſet, & cognoviſſet, ideo miſericordia mo-
„ tus præcepit nobis, ut poneremus bannum
„ ſuper caput ipſius Hilarii Abbatis, & ad
„ jam dictum Advocatorem ſuum, & inveſti-
„ remus eum de integra jam dicta rebus de
„ prædictis locis, & quod munimina prædicti
„ Monaſterii Sancti Vincentii continent, ad
„ ſemper eodem Hilarius Abbas, & ejus ſuc-
„ ceſſoribus habendum, & poſſidendum, &
„ omnia quod voluerint exinde faciendum,
„ ſinè uniuſcumque requiſitione. Denique nos
„ his dictis Epiſcopis ſecundùm juſſionem Se-
„ reniſſimi Imperatoris Auguſti poſuimus ban-
„ num ſuper caput ipſius Hilarii Abbatis,
„ & jam dictum ſuum Advocatorem, & in-
„ veſtivimus illos de jam dictis locis monte
„ Calbello &c. & de quantùm quantoque mo-
„ nimina ipſius Monaſterii Sancti Vincentii
„ continet,ſecuriter illos pars jam dicti Mona-
„ ſterii habeant & poſſideant &c. Unde per-
„ petualiter ſecuritate ſupradictus Domnus
„ Hilarius venerabilis Abbas, & ejus ſucceſ-
„ ſores, ut in poſterum recordentur, ideo ad
„ parte ſupradicti Monaſterii Sancti Vincen-
„ tii hunc Judicatum fieri juſſimus, & tibi Ful-
„ coni Clerico & Notario nos Leo & Hein-
„ ricus Epiſcopus, & Adericus Caſtaldeus &
„ Judex taliter ſcribere fecimus, pro eo quòd
„ interfuiſti in ſupradicto Territorio juxta
„ prædicta Eccleſia Sancti Petri Apoſtoli fe-
„ liciter. Amen.

JUDICATUM EJUSDEM IN TELESIA.

Charta concordiæ de terris quibuſdam contro-verſis inter Aldemarum Comitem filium Aldemari Comitis, & Hilarium Abbatem Monaſterii Sancti Vincentii ad Vulturnum. Anno MXXII.

„ N nomine Dei. Anno Nono Imperii Do-
„ mni Heinrici Sereniſſimi Imperatoris
„ Auguſti & XXXV. anno Principatus Domni
„ Landolfi Magni Principis, & XI. anno Prin-
„ cipatus Domni Pandolfi Sereniſſimi Princi-
„ pis filii ejus, Menſe Martii, V. Indictione.
„ Ego Aldemari Comes filius idem Aldemari
„ qui fuit Comes, clarè facio, quatenus exor-
„ ta fuit intentio inter me, & partem Mona-
„ ſterii Sancti Vincentii, quod ſitum eſt ſu-
„ per Vulturno flumine fontis, ubi nunc Deo
„ tuente Domnus Hilarius venerabilis Abbas
„ eſſe videtur, de rebus illa de finibus Tele-
„ ſia, locum, ubi nominatur Jubiniola, ubi
„ conſtructa eſt Eccleſia vocabulo Sancti Vin-
„ centii, & in locum ubi dicitur Monumen-
„ ta. Et hoc declaro, quia Johannes Diaco-
„ nus, atque Monachus, Præpoſitus ſupradi-
„ cti Monaſterii miſſus ſuperiùs dicti Domni
„ Hilarii Sereniſſimi Abbati ante ſubſcriptos
„ teſtes, & ſecum habentem Falconem Dia-
„ conum Advocatorem ſupradicti Monaſterii,
„ per pars ejuſdem Domni Abbatis, cauſave-
„ runt mecum dicentes, ut jam ego, quàm &
„ meis heredibus de prædictis rebus præfati
„ Monaſterii in eiſdem locis, ego & ſervi
„ mei, & Miſſi mei me ſciente frugium inde
„ tuliſſemus plus valiente viginti ſolidos Con-
„ ſtantinopolitani, & per virtutem Miſſi præ-
„ dicti Monaſterii exinde expelleremus, unde
„ ipſe Præpoſitus Miſſus memorati Monaſte-
„ rii, ideſt Miſſus ipſius Domni Abbatis, unà
„ cum præfato ſuo Advocatore quærebat exin-
„ de mecum finem facere. Quo ego taliter
„ ipſum Præpoſitum Miſſus nominati Domni
„ Hilarii Venerabili Abbati cum prædicto
„ Advocatore ſuo dicentes audivi reſponſum,
„ dedi illis dicendo: ut de prædictis rebus,
„ & locis Jubiniola, & Monumenta, ego &
„ ſervi mei, & mei Miſſi malo ordine frugium exinde non tuliſſemus; ſed ſubjunxi
„ dicendo: ut prædictis rebus ego tenere, &
„ dominare, & frugium exinde tollere non
„ malo ordine, ſed pro quo rebus ipſa à parte præſcripti Monaſterii illud tenuiſſe, &
„ dominaſſe, & nullam rationem ego haberem per quod rebus ipſa mihi legibus pertinere deberet. Et ſtatim Præpoſitus ille
„ Miſſus Domni Hilarii Sereniſſimi Abbatis
„ cum

„ cum præfato Falcone Advocatore ſuo quæ-
„ rebant à me talem ſecuritatem pro parte
„ ſupradicti Monaſterii habere, ut rebus
„ ipſa temper in eodem Monaſterio debeat
„ permanere ſinè contradictione mea, & de
„ meis heredibus, & ſinè cujuſcunque à parte
„ noſtra aliqua contradictione. Ego autem
„ dixi: ut ita facerem. Quapropter ego ſu-
„ periùs dictus Aldemari Comes ideo dum
„ mihi congruum eſſe videtur, bona etenim
„ mea voluntate ante idoneos homines ſub-
„ ſcriptos teſtes, per hunc quoque videlicet
„ ſcriptum ordine convenientiæ juxta legem
„ trado, atque remitto ad partem præfati
„ Monaſterii, ubi nunc Deo tuente ſupradi-
„ ctus Domnus Hilarius Abbas eſſe dinoſci-
„ tur, integra ſupradicta rebus de jam dictis
„ locis Jubiniola, & ubi prædicta Eccleſia
„ Sancti Vincentii conſtructa eſſe videtur, &
„ de eodem loco, ubi Monumenta nuncupa-
„ tur, & quod continent monimina ex ipſis
„ rebus pertinentes, & continentes, ad ſem-
„ per habendum, & poſſidendum præſcripto
„ Monaſterio ſinè contradictione mea, & de
„ meis heredibus, & ſinè cujuſcumque requi-
„ ſitione. De quibus ego jam dictum Alde-
„ mari Comes ordine convenientiæ juxta le-
„ gem obligo me, & meis heredibus tibi præ-
„ ſcripto Domno Hilario Venerabili Abbati,
„ & ad tuis ſucceſſoribus, ſeu cum pars jam
„ dicti veſtri Cœnobii de prædictis rebus, de
„ jam dictis locis, & quod monimina veſtra
„ exinde pertinentes, aut continentes quomo-
„ documque, aut per quacumque ratione cau-
„ ſare, aut contendere præſumpſerimus, aut
„ ſi aliqua intentione per nos aut per ſuppoſi-
„ ta perſona per quodcunque ingenium, aut
„ humana aſtutia vobiſcum aut cum tuis
„ ſucceſſoribus per videlicet jam ex dictis
„ eiſdem rebus aliquam intentionem propo-
„ ſuerimus, aut ſi illud, aut exinde aliquid
„ de veſtra proprietate ſubtrahere voluerи-
„ mus, vel ſi aliquid exinde tollere, aut con-
„ trare voluerimus aut ſi illud vobis veſtriſ-
„ que ſucceſſoribus ab omnibus hominibus,
„ vel partibus, cui à nos datum aut obliga-
„ tum, vel per quolibet titulum alienatum
„ eſſe paruerit, non defenſaverimus, mille
„ ſolidos Conſtantinopoli ego vel meis here-
„ dibus vobis veſtriſque ſucceſſoribus pars
„ veſtri prædicti Monaſterii, vel illius ho-
„ minibus hunc ſcriptum nobis oſtenſerit com-
„ ponere obligamus pœnam. Quod taliter te
„ Falconem Clericum & Notarium ſcribere
„ rogavi. Actum Beneventi feliciter.
„ † Ego Rauferi.
„ † Ego Rodegari Clericus & Notarius
„ me ſubſcripſi.
„ † Ego Dauferius Sacerdos.

OFFERTIO PANDOLFI COMITIS DE TERRA MODIORUM DL. IN ECCLESIA SANCTI ANGELI.

Paldo Comes filius Tranſmundi Comitis multas terras in agro Theatino poſitas donat Monaſterio Sancti Angeli, Anno MXXIII.

„ IN Dei nomine. Ab Incarnatione Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti ſunt Anni MXXIII.

A „ Imperante Domno Henrico gratia Dei di-
„ vina providentia Imperator Auguſtus, Anno
„ (1) Imperii ejus Deo propitio XI. & men-
„ ſe Januario per Indictione IV. Ideoque ego
„ Paldo Comes quondam filius Tranſmundi
„ Comes hodierna die, propria & ſpontanea
„ mea bona voluntate declaro enim, ut ſicut
„ in Edicti Langobardorum continet pagina,
„ pro quia Domnus Liuprandus Rex ſic in
„ ſuo Capitulo inſtituit: *Et ſi quis res ſuas*
„ *pro anima ſua in loca Sanctorum ſeu in Sy-*
„ *nodochia donaverit, ſtabile debeat permane-*
„ *re*; & quia Domnus Carolus Imperator in
„ ſuo Capitulo ſic affixit: *Siquis Langobar-*
„ *dus habet, ſtatum humanæ fragilitatis reco-*
B „ *gitat, pro ſalute animæ ſuæ vel parentum*
„ *ſuorum de rebus ſuis chartula donationis*
„ *cuilibet facere voluerit, abſolutè faciat unuſ-*
„ *quiſque de rebus ſuis quod velit*. Modò verò
„ in ea ulteriori ratione ego Paldo Comes
„ pro redemptione & ſalvatione animæ meæ,
„ & pro anima Abbatiſſæ Comitiſſæ, quæ eſt
„ conjux mea, & pro anima Bonæ Comitiſſæ,
„ & pro anima Tranſmundi Dux, & Mar-
„ chio, & pro anima Sigelgardæ, & Adel-
„ gardæ, ut mihi, & ipſis ſupraſcriptis pa-
„ rentibus meis Dominus noſter Jeſus Chri-
„ ſtus veniam retribuere dignetur, & ad ſuam
„ gloriam revocare dignetur, ut cùm venerit
„ diem Judicii illius futura miſericordia Dei
C „ à Domino recipi mereamur. Propterea ego
„ ſupraſcriptus Comes pro anima mea vel
„ jam dictis parentibus meis ſic dedi, atque
„ concedi in ipſo Monaſterio Sancti Angeli,
„ qui ſitum eſt in territorio Teatino, & in
„ loco qui dicitur Salevento, quæ eſt Cella
„ Sancti Vincentii, & eſt de rebus proprieta-
„ tis meæ, quæ mihi obvênit in hereditatem
„ de ſupraſcripto genitore meo, & eſt ipſa
„ res infra Comitatu Teatino in loco voca-
„ bulo, Salevento, ideſt terra mea, quæ eſt
„ pro menſura modiorum DL. & ſunt infra
„ finis de ipſa Mualeta: de capu, & uno latu
„ fine terra, quæ mihi ſupraſcriptus Pandolfi
„ Comes remanſit, à pede fine littore maris,
D „ cum aqua ſua, & piſcatione ſua; & de alio
„ latere fine ipſa terra de ipſo Monaſterio
„ Sancti Angeli. Et prædicta res infra præ-
„ dictæ finis cum omnia infra ſe, vel ſuper ſe
„ habentes, in integrum & in omnibus ſic
„ donavi, atque conceſſi in ipſo Sancto Mo-
„ naſterio, & ad proprietatem poſſidendum,
„ & ſemper habendum, & de omnia ſupra-
„ poſitæ res, quæ omnia ego ſupraſcriptus
„ Comes pro anima mea & parentum meo-
„ rum donavi & conceſſi, quod utilitate fue-
„ rit de ſupraſcripto Monaſterio. Quòd ſi
„ omnia ſupraſcriptæ res, quas ego ſuprapo-
„ ſitus Comes judicavi atque conceſſi, ab om-
„ nes homines anteſtare & defendere debea-
E „ mus, ego, vel meis heredibus ſi ab omnes
„ homines anteſtare, & defendere non potue-
„ rimus, aut noluerimus, aut ſi exinde ali-
„ quid retollere, aut minuare quæſierimus,
„ tam per nos, aut per ſubmiſſam perſonam,
„ ſi quis auſus fuerit, aut temerarius extiterit
„ de ipſa mea donatione, ſeu conceſſione mi-
„ norare, ſeu moleſtare, vel invaſionem fa-
„ cere præſumpſerit, aut diſturbare quæſieri-
„ mus, tam de mea generatione, vel quale-
„ cumque perſona, ſciat ſe in tremendi Ju-
„ dicis

(1) Depravarunt Librarii hos Chronicos characteres. Annus 1023. expoſcit Indictionem *VI.* & Januario Menſe fluebat Annus *IX.* Heinrici I. niſi fuit huic Notario alia computandorum annorum ratio.

Digitized by Google

„ dicis examine cauſam vobiſcum dicere, &
„ per hoc in iram ſummæ Trinitatis incurrat.
„ Inſuper promitto ego Paldo, & obligo me,
„ vel meis heredibus, quomodo ſuperiùs ſcri-
„ ptum eſt, aut ſi exinde aliquid tollere, vel
„ minuare, ut componamus ego, vel meis
„ heredibus, ſeu generatione heredumque
„ meorum in ipſo Monaſterio Sancti Angeli,
„ cui ex noſtri culpa claruerit, pœna auri li-
„ bræ quingenti, & chartula iſta firma & ſta-
„ bile permaneat, manentem chartula iſta ſua
„ firmitate. Quam verò chartulam conceſ-
„ ſionis, ſeu donationis rogatus à ſupraſcri-
„ pto Comes ſcripſi ego Benedictus Judex
„ & Notarius, ſupraſcripti Menſis, per Indi-
„ ctione ſupradicta. Actum in Tete feliciter.
„ † Signum Paldolfi Comitis.
„ † Ego Giſo rogatus, & ſignum Crucis
„ feci.
„ † Ego Oderiſi rogatus.

OFFERTIO SANCTI LIBERATORIS IN CAPITE PISCARIÆ.

Oblatio Eccleſiæ Sancti Liberatoris ſitæ in agro Balvenſi, facta à Johanne Tedaldi filio Monaſterio Vulturnenſi S. Vincentii fortaſſe Anno MXXXI.

„ IN Dei nomine. Ab Incarnatione Domini
„ noſtri Jeſu Chriſti Anni ſunt (1) MXXXI.
„ & dies Martii IX. per Indictione VI. Ideo
„ conſtat me Johannes filius quondam Tedaldi
„ ab hodierna die propria & ex ſpontanea
„ mea voluntate, tractante & conſiderante
„ me Dei omnipotentis magna miſericordia,
„ & remedium ſalutis animæ meæ, & pro
„ anima Tedaldi, qui fuit genitor meus, &
„ pro anima Jederadæ, quæ fuit genitrice
„ mea, ut quando nos in æterno ſeculo veni-
„ remus ad illam vocem deſiderabilem, ubi
„ dicitur: *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi*, quòd ibi nos pius Dominus
„ peccata noſtra minuare dignetur, ad gra-
„ tiam Dei altiſſimi revocare dignetur. Pro-
„ pterea ego jam nominatus Johannes judico
„ atque offero in Monaſterio Beati Vincentii
„ Levitæ & Martyris Chriſti, quod ſuper ri-
„ pas Vulturni fluminis ſitus eſt in vocabulo
„ Samniæ, in quo Domnus Hilarius Abbas
„ præeſt, hoc eſt integra Eccleſia mea voca-
„ bulo Domini Salvatoris Sancti Liberatoris,
„ qui eſt in territorio Balvenſe, in loco, qui
„ dicitur Caput Piſcariæ, quæ ædificata eſt
„ ſuper ipſum lacum, inſimul cum integræ
„ tribus partibus de integra Eccleſia Beati Fla-
„ viani, quæ ædificata eſt in loco, qui dicitur
„ Campum, una cum cunctis territoriis, &
„ vineis, & molina cum formæ, & ſediæ, &
„ cum cunctibus aquis ejuſdem Eccleſiæ per-
„ tinentibus, atque cum omnia pertinentia
„ præfatæ Eccleſiæ Sancti Liberatoris, unà
„ cum integræ tribus partibus de prædicta
„ Eccleſia Sancti Flaviani, ego Johannes in
„ prædicto Monaſterio judicabi ſimul cum
„ omnibus territoriis ejuſdem Eccleſiæ perti-
„ nentibus, cultis, & incultis, pratis, paſcuis,
„ aquis, paludibus, ſilvis, ſalectis, pomis,
„ arboribus fructiferis vel infructiferis, aquis,
„ & molendinis, aquarumque decurſibus, &
„ cum Libris, & Campaneis, & cum omni-
„ bus mobilibus, & ibi manentibus, undecun-
„ que, vel quomodocunque eidem Eccleſiæ
„ pertinet, vel pertinentes fuerit per quocun-
„ que modum. Verumtamen infra has fines
„ videtur eſſe de terris ipſis, ideſt à capu pri-
„ ma fine Caput Piſcariæ, & quomodo vadit
„ directè uſque in Senſanum, & fine Caili,
„ & qualiter deſcendit in fluvio uſque in Pi-
„ ſcaria ipſa, quæ eſt fine. Et ad poſſeſſionem
„ præfati Monaſterii, & de ejus Abbatibus,
„ & Cuſtodibus, atque Rectoribus, ea omnia
„ præfata judicavi, atque offerui, unde nihil
„ mihi, nec meæ conjugi ſervavi. Et omnia
„ omnibus, ſicut ſuperiùs legitur, in prædi-
„ cto Monaſterio judicabi, ea ratione ut nul-
„ lo adveniente tempore, nullus Abbas, nul-
„ luſque Præpoſitus, vel qualibet ordinatus
„ præfati Monaſterii non habeat licentiam de
„ Eccleſia ipſa, vel terris, ut quocunque mo-
„ dum dare in aliis partibus tranſactivè, abſ-
„ que meum, vel de meis heredibus conſilium
„ tranſactare, & alieno dominio dare, niſi ad
„ me. vel meis heredibus. Obligo me ego
„ ſupraſcriptus Johannes, & meis heredibus,
„ in præfato Monaſterio integra me judica-
„ tione defendere ab omnibus hominibus, &
„ ..... habeat inde cauſandi ejus Abbati-
„ bus, & Cuſtodibus, atque Rectoribus;
„ quòd ſi noluerimus ipſos defendere in præ-
„ fato Monaſterio, aut ſi nos exinde diminue-
„ re quæſierimus præfati Monaſterii, vel ſi
„ hanc chartulam in quacunque parte per
„ quodlibet ingenium irritam vel vacuam fa-
„ cere tentaverimus ac quæſierimus, duplam,
„ ac melioratam omnia ſuprapoſita mea judi-
„ catione de meis propriis rebus ibidem in
„ conſimili loco ad proprietatem præfati Mo-
„ naſterii reſtaurare obligamus. Per talem
„ firmiſſimam ſcriptionem ad ſemper præfato
„ Monaſterio, & ejus Abbatibus, & Cuſtodi-
„ bus defenſatos ipſum habeat per me & meos
„ heredes ad ejus homines, & omnia ſupra-
„ poſita in præfato Monaſterio percompleamus, & hæc chartula ſit firma in ſempiter-
„ num. Et ſi quis umquam ſubtrahere quæ-
„ ſierit de præfato Monaſterio, ea præfata
„ omnia, habeant partem cum Juda Tradito-
„ re, Anna, & Caipha, in ſeculo illo. Per
„ rogitum ſupraſcripti Johannis hanc chartu-
„ lam ſcripſi ego Johannes Judice & Nota-
„ rio, Indictione ſupraſcripta feliciter. Amen.

OFFERTIO SANCTI MARCI, ET SANCTI LAURENTII IN CAMPO FRIGIDO.

Donatio Eccleſiarum Sancti Marci, & Sancti Laurentii, facta à Lupo Presbytero, & Johanne Judice, Monaſterio Vulturnenſi Sancti Vincentii. Anno MXXIX.

„ IN nomine Domini. Anno .....
„ Principatus Domni Landulfi glorioſi
„ Principis, & XVIII. Anno Principatus
„ Domni Pandolfi filii ejus excelſo Principe,
„ Menſe Julius, XII. Indictione. Ideoque nos
„ Lupo Presbyter filio quondam Mainoni, &
„ Johannis Judice filio quondam Luponi, qui
„ ſumus habitatori in Bainolum, ſicut nobis
„ aptum & congruum eſſe videtur, bona ete-
„ nim noſtra voluntate, & per firma ſtabili-
„ tate, intereſſet Lupo Judice, & aliorum
„ te-

(1) Corruptæ fuerunt ab amanuenſibus hæ notæ Chronologicæ: ideoque Annus incertus. Anno 1031. decurrebat Indictio XIV.

„ teſtium , pro Chriſto Domino Deo noſtro,
„ pro redemptione animæ noſtræ , & genito-
„ ris, & genitricis noſtræ , pro Sikelgaita,
„ & Vilia, & pro filiis noſtris, qui nati ſint,
„ & naſcere debent, per hanc videlicet char-
„ tula obtulimus Deo , & in Eccleſia Beati
„ Vincentii Levitæ, & Martyris, quod ſitum
„ eſt ipſum prædictum Monaſterium infra
„ territorio Capuano in locum , qui nomina-
„ tur Samnia , hoc ſunt integræ duobus Ec-
„ cleſiæ cum eorum pertinentiis . Prima Ec-
„ cleſia vocabulo Sancti Marci Apoſtoli &
„ Evangeliſtæ, & alia Eccleſia vocabulo San-
„ cti Laurentii, quæ ædificatæ ſunt in locum,
„ qui vocatur Campum-frigidum . Et ipſæ
„ petiæ de rebus habet hæc finis ; in primis
„ à capite habet finis via publica , & habet
„ exinde paſſus triginta tres, à tertia parte à
„ pede habet finis terminum habet Petri poſ-
„ ſeſſori, & rebus ſupranominati Lugoni Pre-
„ sbyteri , & habet exinde paſſus LXXX. à
„ quarta verò parte habet finis rivus hiber-
„ nale , & aſcendentes uſque in priore finis,
„ & habet exinde paſſus XXXV. Et alia petia
„ de rebus, quæ ibidem propinquæ ſunt , in-
„ tegra eſſe videtur infra hæc finis . In pri-
„ mis habet à capite terminum Petri poſſeſ-
„ ſori , & rebus de ipſis Cordeviſi , & habet
„ exinde paſſus XCVI. à tertia parte à pede
„ habet finis rivo uno , & habet exinde paſ-
„ ſus LI. à quarta verò parte , à latere habet
„ finis rivo hibernale , & aſcendentia uſque
„ in priores fines , & habet exinde paſſus
„ CXVIII. & tertia parte de rebus, quæ ſunt
„ ad ipſam Ciſteniam , quæ habet finis ; in
„ primis à capite habet finis una fontana viva,
„ & vadit in ipſo rivo vivo, & habet exinde
„ paſſus XXXVI. ex varicante ipſo rivo uſque
„ in alium terminum Petræ-poſitæ , & habet
„ exinde paſſus XII. A ſecunda parte à latere
„ habet finis terminum Petræ-poſitæ, & rebus
„ Vitali , & habet exinde paſſus XIII. A ter-
„ tia parte habet finis rivo hibernale , & ha-
„ bet exinde paſſus XIII. uſque in ipſo rivo
„ vivo & deſcendente per eodem rivo , uſ-
„ que in alium terminum Petræ-poſitæ , &
„ habet exinde paſſus XL. A quarta verò par-
„ te . à latere habet finis rivo hibernale , &
„ habet exinde paſſus XXI. A tertia parte à
„ pede habet finis terminum Petræ-poſitæ , &
„ habet exinde paſſus CLI. A quarta verò par-
„ te habet finis rivus hibernale , & vadit in
„ priores fines , & habet exinde paſſus XVII.
„ Quinta verò Petra de rebus, quæ habet hæc
„ finis : in primis à capite habet finis rebus
„ Sancti Marci, & terminum Petræ-poſitæ &
„ habet exinde paſſus ibi . . . . à ſecunda par-
„ te à latere habet finis rivo hibernale , &
„ ſunt exinde paſſus XLIII. A ſecunda parte à
„ pede habet finis terminum Petræ-poſitæ, &
„ de rebus filii Urſæ , & habet exinde paſſus
„ LXXIII. Secunda pars à latere habet finis
„ terminum Petræpoſitæ, & rebus Sancti Mar-
„ ci, & habet exinde paſſus CI. A tertia par-
„ te habet finis terminum Petræ-poſitæ, & de
„ rebus filii Uſi, & habet exinde paſſus LV.
„ A quarta verò parte habet finis terminum
„ Petræ-poſitæ & rebus Liutardi, & habet
„ exinde paſſus LXXXV. finis priorem ſeptima
„ petia in primo Capite habet finis rebus San-
„ cti Marci, & ſunt exinde paſſus XX. A quar-
„ ta verò parte habet finis terminum Petræ-
„ poſitæ, & rivo hibernale, & ſunt inde paſ-
„ ſus XX. Et octava petia de rebus, ubi eſt
„ conſtructa ipſa ſuprapoſita Eccleſia , voca-
„ bulo Sancti Laurentii, quæ habet hæc finis;
„ à prima parte de ſupter fine habet termi-
„ num Petræ-poſitæ , inde ſunt paſſus CCX.
„ A ſecunda parte à latere habet finis rebus
„ ſupranominati Johanni , inde ſunt paſſus
„ CCCCC. A tertia parte deſuper finis habet
„ ipſæ Cinaciæ de Civitate Trivento , & ha-
„ bet exinde paſſus DLVII. A quarta verò par-
„ te à latere habet finis terminum Petræ-
„ poſitæ, & habet exinde paſſus CCC. A ſe-
„ cunda parte à latere habet finem terminum
„ Petræ-poſitæ , & quomodo deſcendit per
„ ipſa Riagine hibernale , quæ eſt ſupra re-
„ bus ſupranominati Johannis , & habet exin-
„ de paſſus CCL. A pede habet finis via an-
„ tiqua , & habet exinde paſſus CCCLXX. A
„ quarta verò parte habet finis terminum
„ Petræ-poſitæ, quæ ſunt juxta rebus ſupradi-
„ cti Johannis , & aſcendente in priorem
„ finem, & habet exinde paſſus CCC. Et quæ
„ rebus per circuitum ad paſſum juſtum men-
„ ſuratum infra has ante finis , & menſuris,
„ nec nobis , nec cuiquam exinde aliquid re-
„ ſervavi ad habendum . ſed in integrum il-
„ lud cum inferius & ſuperius ſuis, atque cum
„ viæ & anditæ ſuæ in integræ illæ , pro no-
„ ſtræ ſalutis animæ, in eadem Sancta Eccle-
„ ſia offerui , cum ipſis Ordine Beati Marci,
„ quæ eſt una Homelia, & unus Liber Comi-
„ tum , & una campana, cum omnibus ordi-
„ nibus ſuis, omnia ſemper habendum , &
„ poſſidendum ea itaque ratione, ut amodo &
„ ſemper à pars ejuſdem Sanctæ Eccleſiæ , &
„ ad ejus Rectoribus , eadem rebus ſecuriter
„ habeatis & poſſideatis ſinè contradictione
„ noſtra, & de noſtris heredibus , & ſinè cu-
„ juſcunque requiſitione, de quibus obligabi-
„ mus nos & noſtris heredibus à parte ejuſ-
„ dem Sanctæ Eccleſiæ , & Domno Hilario
„ venerabili Abbate, veſtriſque heredibus de
„ præfatis rebus ab omnibus hominibus , ab
„ omnique parte anteſtare , & defendere .
„ Quòd ſi illud defendere noluerimus, aut
„ forſitan illud inde tollere , aut ſubtrahere
„ quæſierimus , ante omnia quæſtio & cauſa
„ noſtra inde inanis & vacua remaneat, & in-
„ ſuper centum ſolidos Conſtantinos pœna in
„ eadem Sancta Eccleſia, & ad ejus Rectori-
„ bus componere obligamus , & tacere de-
„ beamus inde pro invitis . Tantùm ſi illud
„ defendere non potuerimus, tunc aliæ tantæ
„ & tales res ſubhaſtatione bonorum omnium
„ in eodem ſancto loco reſtituere debeamus
„ cum omnibus ſuis ædificiis & remeliora-
„ tionibus per eadem obligationis pœna , &
„ hanc chartulam offertionis in eo tenore de
„ qualiter continet , firmam ſtabilem perma-
„ neat in perpetuum . Et te Guinifius Nota-
„ rius ſcribere rogavimus in Caſtro Baniolum
„ feliciter Amen.
„ † Ego qui ſupra Lupo Judice.
„ † Ego Johannes Judice.
„ † Ego Petrus Judice.

.OF-

Digitized by Google

OFFERSIO SANCTÆ MARIÆ IN TIANO, ET SANCTI ANGELI IN CENTEMARU.

Petrus Siconis filius Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Angeli in Civitate Teanensi offert, & donat Monasterio Vulturnensi Sancti Vincentii. Anno MXXVIII.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei
„ æterni. XIII. Anno Principatus Domni
„ Pandolfi, & IX. Anno Principatus Domni
„ Paldolfi ejus filio glorioſis Pincipibus, nec
„ non & Primo Anno Principatus Neapolita-
„ norum ipſorum glorioſorum Principum,
„ Menſe Aprilis XI. Indictione. Ideoque ego
„ Petrus filius quondam Siconi ex Civitate
„ Teano habitator, divina inſpiratione, pro
„ mercede, & redemptione animæ meæ per
„ hanc chartulam offero in Monaſterio San-
„ cti Vincentii Levitæ, & Martyris Chriſti
„ ſitum ſuper Vulturni fluminis fontes, ubi
„ Domnus Hilarius Venerabilis Abbas eſſe
„ videtur, ideſt Eccleſia mea integra, vocabu-
„ lo Sanctæ Mariæ conſtructa, integra hac
„ dicta Civitate à quondam Arechiſi Judice,
„ & relicta herede ſua cum integra terra
„ etiam prædicta mea, in qua eadem Eccle-
„ ſia conſtructa eſt, & integris quinque petiis
„ de terris meis, quæ videntur eſſe quatuor
„ & ipſæ in iſto loco Cintinaru, & quinta
„ eſſe in loco, qui dicitur ad Sanctum Ruffi-
„ num, pertinentes mihi omnia ſupraſcripta
„ per meis rationibus, quæ habet finis terra,
„ & ipſa de prima parte fine . . . hujus Ci-
„ vitatis prædictæ. De ſecunda parte fine
„ terra Gariti. De tertia parte fine via com-
„ munale. De quarta parte fine terra, qui fuit
„ quondam Aniſſoni, & ipſa petia de terra,
„ in qua eadem Eccleſia Sancti Angeli con-
„ ſtructa eſt, finis habet inde tres partes, fine
„ via; de quarta parte fine terra de herede
„ primo Licti. Petia ſecunda & ipſa quoque
„ petia de terra, quæ eſſe videtur in iſto lo-
„ co Centinaru, quæ eſt arbuſto, hæc habet
„ finis de duæ parti viæ; de tertia parte rivo,
„ de quarta parte Riagine; Secunda petia
„ de terra finis habet de duæ parti via, de
„ tertia parte terra de herede Purpuri, &
„ terra de herede Conſtantini; de quarta
„ parte terra, quæ fuit Epiſcopio Sancti Te-
„ rentiani. Tertia petia de terra finis habet
„ de prima parte fine Termolæ de molino,
„ qui fuit quondam Domni Paldolfi Princi-
„ pis; de ſecunda parte terra de Ermoni
„ Presbyteri; de tertia parte fine terra fuit
„ ſuprapoſiti Domni Paldolfi Principis, de
„ quarta parte rivo. Quinta petia de terra,
„ quæ illa eſt de ſuprapoſito loco, ubi dici-
„ tur ad S. Juſtinu, finis habet de prima par-
„ te, via, & terra, quæ retinet nepos Sikel-
„ giſi Presbyteri. De tertia parte terra, qui
„ fuit ſuprapoſiti Amiſſoni, & terra Maroſiæ,
„ & Riagine; de tertia parte rivu, & via;
„ de quarta parte fine terra, quem retinet
„ nepos ſuprapoſiti Sikelgiſi Presbyteri, cun-
„ ctis & integris jam dicta terra & preſa, &
„ petiæ de terris, ut ſupra leguntur, ego qui
„ ſupra Petrus in ſupradicto Monaſterio offe-
„ rui hanc cum integra ſupradicta Eccleſia
„ Sanctæ Mariæ, & cum integra Eccleſia San-
„ cti Angeli, & cum omnia in jam dicta
„ terra, & preſæ, & jam dictis terris omni-
„ bus prænominatis, intro habentibus ſub-
„ ter & ſuper, & cum viis ſuis ibidem in-
„ trandi & exiendi, atque cum univerſis per-
„ tinentiis ſuis, ſimulque & cum omnibus
„ mobilibus, quantis partem de ipſis ambo-
„ bus Eccleſiis habere, & poſſidere videntur,
„ ceteriſque omnibus earum pertinentiis, ad
„ poſſeſſionem ſupraſcripti Monaſterii Sancti
„ Vincentii, ejuſque Abbatibus, atque Re-
„ ctoribus ad habendum & poſſidendum, &
„ faciendum exinde omnia, quæ eis placuerit.
„ Simulque offerui in eodem Sancto Monaſte-
„ rio integra una charta mea donationis mihi
„ emiſſa à ſupraſcripta Maroccia, quæ fuit
„ filia ſupraſcripti Marechiſi Judici, cum
„ omnia ejus continentia, quod ibidem con-
„ tinere videntur, ſimiliter ad poſſeſſionem
„ prædicti Monaſterii, & de ejus Abbatibus,
„ atque Rectoribus ad habendum, & poſſi-
„ dendum, & faciendum exinde omnia, quæ
„ eis placuerit. Unde ea omnia ſupraſcripta,
„ quæ in eodem Sancto Monaſterio offerui,
„ nec mihi, nec alicui nullam exinde reſer-
„ vavi, ſed cunctum, & integrum ipſos of-
„ ferui ibidem, ut ſupra dixi, ea ratione, ut
„ amodo, & ſemper pars ſupradicti Mona-
„ ſterii, ejuſque Abbatibus atque Rectori-
„ bus firmiter habeant, & poſſideant integra
„ mea offerſione, & faciant exinde omnia,
„ quæ eis placuerint. Et obligo me, & meos
„ heredes ad partem ſupraſcripti Monaſterii,
„ ejuſque Abbatibus, atque Rectoribus inte-
„ gra prædicta mea offerſione defendere, &
„ anteſtare amodo, & ſemper ab omnibus il-
„ lis hominibus, vel partibus, qui pro par-
„ te, vel datum meum, vel de meos heredes
„ ipſos, vel exinde eis tollere, vel diminua-
„ re, ſeu contrare quæſierint. Ab aliis verò
„ hominibus vel partibus defenſatum habeant
„ ipſos per ipſa Maroccia, & per ejus here-
„ des, ſicut continet in prædicta charta do-
„ nationis. Et quando voluerint, licentiam
„ habeant pars ſupraſcripti Monaſterii per ſe
„ exinde auctores, & defenſores eſſe vicibus
„ noſtris cum iſta chartula offerſionis, &
„ cum aliis noſtris, vel ſuis rationibus. Et ſi
„ noluerit cum prædicta chartula offerſionis,
„ & cum aliis noſtris, vel ſuis rationibus, &
„ ſi noluerit cum prædicta chartula donatio-
„ nis, quomodo, vel qualiter meliùs potue-
„ rint, & voluerint, quicquid exinde facere
„ potuerint, & voluerint, ſuorum ſint pote-
„ ſtati, & quomodo voluerint defenſatum ha-
„ beant ipſos, ut perlegitur. Si autem ego
„ qui ſupra Petrus, vel meos heredes ad par-
„ tem prædicti Monaſterii componere me
„ obligo, & omnia ſupradicta eis percom-
„ pleamus, & hæc chartula offertionis de
„ quibus continet, firma permaneat ſemper.
„ Et taliter ego qui ſupra Petrus, ſicut mihi
„ congruum fuit, pro mercede & redemptio-
„ ne animæ meæ feci, & te Andreas Subdia-
„ conus & Notarius interfuiſti, ſcribere ro-
„ gavi. Actum Teani.
„ † Ego Adenolfus Judex.
„ † Ego Johannes Subdiaconus.

OF-

Digitized by Google

OFFERTIO DE TERRIS IN TERRITORIO TEANENSE PETIÆ XXIII.

Ildecardus Gisolfi filius, Monasticam vitam amplexus, sive amplexurus, terras multas in Civitate, & agro Teanensi positas unà cum Ecclesia Sancti Petri donat Monasterio Vulturnensi Sancti Vincentii. Anno MXXVIII.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi Dei
„ æterni. XIII. Anno Principatus Domni
„ Paldolfi, & IX. Anno Principatus Domni
„ Paldolfi ejus filio glorioſis Principibus, &
„ Primo Anno Ducatus Neapolitanorum ipſo-
„ rum glorioſorum Principum, Menſe Mar-
„ tio, XI. Indictione. Ideoque ego Ildecardo
„ filio quondam Giſolfi, qui ſum habitator
„ infra fines Teanenſe Civitate, declaro me
„ eſſe abſque filium, & filiam, & timeo ne
„ mors mihi ſubitanea veniat, & rebus mea
„ injudicata remaneat. Ideo divina inſpira-
„ tione compulſo, pro Dei omnipotenti amo-
„ re, & Sancti Vincentii Levitæ, & Marty-
„ ris Chriſti, ubi Monaſterium conſtructum
„ eſſe videtur ſupra Vulturni fluminis fontem,
„ ubi Domnus Hilarius gratia Dei Abbas eſſe
„ videtur, in qua ſpero, & fiduciam habeo
„ apud omnipotentem Dominum, & apud
„ Sanctum Vincentium Levitam & Marty-
„ rem Chriſti, ubi Monaſterium conſtructum
„ eſt, cujus ego peccator ſervus ſum, & in
„ omnibus Sanctis ejus miſericordiam, & re-
„ ferre accipere valeam de peccatis meis. In-
„ ſuper inſpiravit me omnipotens Deus, ut
„ hoc mundum derelinquam, & tundam ca-
„ put, & barbam meam, & veſtem ſanctam
„ Monachilem induam me ad eos habendum,
„ & cuſtodiendum diebus vitæ meæ, ſicut in
„ ſancta Regula admonet, velut à Sancti Be-
„ nedicti Confeſſori Chriſto decretum eſt, ita
„ ut cunctis diebus vitæ meæ habeam, & cu-
„ ſtodiam ipſos ad omnem obedientiam fa-
„ ciendum, & obſervandum, ſicut eadem
„ ſancta Regula continet. Et ideo ego qui
„ ſupra Ildecardus ante ſupradictum Domnum
„ Hilarium gratia Domini Abbas, & ante
„ Adenolfum Judicem de prædicta Civitate
„ Teanis, & Advocatorem ſupraſcripti Mo-
„ naſterii, ſicut mihi congruum eſt, mea bo-
„ na voluntate per hanc videlicet chartulam
„ offerui in jam dicto Monaſterio Sancti Vin-
„ centii inclitis omnibus rebus, & ſubſtantiis
„ meis, & inclitæ ipſæ preſæ, & caſæ meæ,
„ quæ habeo intus Civitate Teanis, loco, ubi
„ nominatur Pirulitu, ſeu & de foris eadem
„ Civitate in ſingulis ſubſcriptis locis, in pla-
„ no, quàm in monte illo, qui dicitur Romani,
„ qui eſt ſupra loco, qui dicitur Centinaru,
„ inſimul cum aquis, & paludis, & limite,
„ & de molino illo, qui ibidem in eodem
„ Saone ædificatos eſſe videntur, qui vadit
„ ſub eodem loco Fargnitu. Et de Eccleſia
„ illa, quæ vocatur Sancta Petru, ibique con-
„ ſtructa in Torone illo, quæ eſt infra eodem
„ loco Fargnitu, & de earum pertinentiis,
„ inclitam ipſam ſortem, & pertinentiam
„ meam, qui eſt de tribus ſorti unam ſortem
„ de omnibus rebus, & ſubſtantiis ſupraſcri-
„ pti Giſolfi genitori meo, qui mihi pertinet
„ ad hereditandum à parte ſupraſcripti geni-
„ tori meo, ſeu per qualeſcunque meis ratio-
A „ nibus, integram illam offerui in jam dicto
„ Monaſterio Sancti Vincentii ad ſemper ha-
„ bendum. Et ſunt de ipſis terris in aliquan-
„ tæ, quæ fuerunt ſupradicti genitori mei in-
„ fra eodem loco Fargnitu, & infra ejus fini-
„ bus per has finis: De prima parte via com-
„ munale, habet inde paſſus XVIII. minùs
„ inde brachium unum. De ſecunda parte
„ fine terra, qui fuit Adilgari Clerici thio
„ meo, & inde habet paſſus XVIII. De tertia
„ parte via ſub limite, qui eſt de terra Petri
„ Amati, & inde habet paſſus XIX. De quar-
„ ta parte ſimiliter fine terra ſuprapoſiti Pe-
„ tri Amati, uſque in jam dicta via, qui eſt
„ priore fine, & inde habet paſſus XX. Se-
B „ cunda petia, ibique qui eſt Fundo, qui fuit
„ ſupradicti Adelgardi Clerici, & qualiter
„ vadit uſque in ipſa via, qui eſt ſupra ipſum
„ molinum Communis, & inde habet paſſus
„ LI. De alio latu terra, & arbuſta, qui fuit
„ ſupradicti Adelgardi Clerici, qualiter vadit
„ uſque in præfatu Communi, & ſicut vadit
„ per ipſa interficu ſuo, & inde habet paſſus
„ XXI. De alia parte caput eadem via, &
„ inde habet paſſus II. Tertia petia ibique,
„ qui eſt fundo habet finis: de uno latu fine
„ terra, qui fuit ſupradicti Adelgardi Cleri-
„ ci, qui eſt deſuper, & inde habet paſſus L.
„ de alio latu terra Communis, quæ eſt in-
„ fra hæc terra, & ſubſcripta terra, & inde
C „ habet paſſus LXII. uno capu prædicta via,
„ & inde habet paſſus X. de alio latu terra,
„ qui fuit prædicti Adelgardi Clerici inde
„ habet paſſus XV. Quarta petia, ibique ſedi-
„ bilia, ubi modò habitat Unoaldo cognato
„ meo: habet finis de uno latu terra ſupraſcri-
„ pti Petri Amati, & inde habet paſſus XIX.
„ & quomodo advolvente per ipſum . . . . . .
„ juxta terra ſupraſcripti Petri uſque in via,
„ & inde habet paſſus XXVIII qui faciunt
„ inſimul paſſus LII. unum caput ſupradicta
„ via, & inde habet paſſus XVI & quomodo
„ vadit per terra, qui fuit ſupradicti Adel-
„ gardi Clerici, uſque in ſupradicta via, &
„ inde habet paſſus L. qui faciunt inſimul paſ-
D „ ſus LXVI. Quinta petia ibique habet finis:
„ de uno latu terra ſuprapoſiti Friſi, & inde
„ habet paſſus XLVI. de alio latu terra, qui
„ fuit ſuprapoſiti Adelgardi Clerici, & inde
„ habet paſſus XLVII. uno capu via, & inde
„ habet paſſus X. alio capu terra, qui fuit
„ ſupradicti Friſi, & inde habet paſſus ſimili-
„ ter X. Sexta petia, ibique cum arbuſto finis
„ habet: uno latu terra cum arbuſto ſuprapo-
„ ſiti Friſi, & inde habet paſſus XVII. & me-
„ dium, & abinde quomodo abvolue per ip-
„ ſum interſicu juxta terra ſupradicti Petri
„ Amati, & inde habet paſſus XVI. & iterum
„ bolue, & vadit circa terra ſuprapoſiti Petri
„ habet paſſus XXVI. qui faciunt inſimul paſ-
E „ ſus LIX. unu capu fine terra Petri Salviæ,
„ & inde habet paſſus XXX. de alio capu
„ terra, qui fuit ſupradicti Adelgardi Clerici,
„ & inde habet paſſus XXI. de alio latu ter-
„ ra, qui fuit ſupradicti Adelgardi, & inde
„ habet paſſus XXVIII. uno capu terra Petri
„ Salviæ, & aliquantulum terræ, qui fuit
„ Urſi, & inde habet paſſus XIV. aliu capu
„ fine terra, qui fuit ſupradicti Adelgardi Cle-
„ rici, inde habet paſſus XI. Octava petia,
„ ibique finem habet paſſus XIII. de alio latu
„ terra, qui fuit ſupradicti Adelgardi, & inde
„ habet paſſus XIV. de alia capita fine terra,
„ qui fuit ſupradicti Adelgardi per ſingula
„ ca-

Digitized by Google

» capita habet paſſus XI. Nona petia de terra
» ibique finis habet: uno latu fine terra, qui
» fuit & inde habet paſſus XXXVI. de aliu
» latu fine terra qui fuit ſupradicti Adelgar-
» di, & inde habet paſſus XV. de alio capu
» medio formale, unde decurrit aqua de ipſo
» molinu cõmunis, & inde habet paſſus XXIII
» Decima petia ibique cum arbuſto, finis ha-
» bet: de uno latu fine terra, quæ fuit ſupradi-
» cti Adelgardi fine medio formale de ipſo
» molinu communis habet inde paſſus XIV.
» Undecima petiola, qui eſt interſico, habet
» finis: da uno latu fine terra ſupradicti Petri
» Amati, per ſingula latera habet paſſus XXI.
» uno capu fine terra, quæ fuit ſupradicti
» Adelgardi paſſus IX. alio capu ſupradicti
» Petri habet inde paſſus IX. Duodecima pe-
» tia ibique cum arbuſto habet finis: uno latu
» fine terra Guiſenolfi, & inde habet paſſus
» XLII. alio latu fine terra Radi, & Petri, &
» ſupra terra & inde habet paſſus XLII. uno
» capu via de ſupraſcriptus, & inde habet
» paſſus XV. aliu capu fine Radi, & Petri
» Germani, filii Miri habet paſſus XV. &
» medium de iſtu vero. Decimatertia petia
» infra ſuprapoſitæ finis, & menſuris offerui-
» mus ibidem in jam dicto Monaſterio incli-
» tam terram ſortem. Decimaquarta petia
» ibique conjuncta habet finis: uno latu fine
» terra ſuprapoſiti Radi, & Petri, aliu latu
» fine terra Gaidolæ, per ſingula latera habet
» paſſus LVIII. uno capu fine terra Algrimi,
» & inde habet paſſus X. aliu capu fine terra
» Guiſenolfi habet paſſus inde IX. Decima-
» quarta petia, ibique habet finis de. . . . la-
» tera fine terra ſupradicti Adelgardi Clerici,
» de uno latu habet paſſus XXIV. & alio latu
» habet paſſus XXI. uno capu terra ſupradicti
» Petri Amati habet paſſus inde XXI. alio capu
» fine terra Landeradi Judici, inde habet paſ-
» ſus XIX. Decimaquinta petia, cum arbuſto,
» & caſtanieto, ibique loco finis habet: de
» prima parte, terra ſuprapoſiti Petri Ama-
» ti, & Petri germani ſupradicti Radi, & An-
» geli Presbyteri, & inde habet paſſus LII.
» de alia parte fine terra ſupradicti inde ha-
» bet paſſus XLII. da tertia parte rivu per
» planu deſuper menſurando, & inde habet
» paſſus LI. da quarta parte fine terra, qui
» fuit ſuprapoſiti Adelgardi Clerici, inde ha-
» bet paſſus LX. Decimaſexta petia Adiellu
» habet finis: uno latu terra communis habet
» paſſus XXIV. de alio latere terra Petri Sal-
» viæ, inde habet paſſus XXIV. unu capu ſu-
» pradictu Riellu, aliu capu fine terra, qui
» fuit ſupraſcripti Adelgardi Clerici, per ſin-
» gula capita habet paſſus XI. Decimaſeptima
» petia ad Campu de Arca fine habet: unu
» latu fine terra, qui fuit ſupradicti Adelgar-
» di Clerici, habet inde paſſus XIII. & quo-
» modo volvet per ipſu interſicu juxta ean-
» dem terram, & inde habet paſſus LXX. &
» iterum volve, & vadit per terram filii Do-
» nadei habet paſſus XVI. qui faciunt inſimul
» paſſus XCIX. de alia parte via publica, qui
» decernit inter hæc terra, & terra Beleradi,
» & Aderici, habet inde paſſus XC. de tertia
» parte terra, qui fuit ſupradicti Adelgardi
» Clerici, habet paſſus XII. Decimaoctava
» petia ad ipſu Sorbu habet finis unu latu,
» fine terra Petri Salviæ, habet inde paſſus
» XCII. de alio latere fine terra, qui fuit
» Adelgardi Clerici habet inde paſſus XLVII.
» & quomodo advolvet, & vadit per terram,

A B C D E

» qui fuit Roffridi Judici, uſque in rivum
» inde habet paſſus C. unum caput eodem ri-
» vio, habet inde paſſus XV. de alio capite
» fine jam dicta via, qui decernit inter hæc
» terra, & terra ſupradicti Belleradi, & Ade-
» rici, & inde habet paſſus XXVIII Deci-
» manona petia ibique ad Ponteſano finis ha-
» bet de . . . . . latera fine terra, qui fuit ſu-
» pradicti Adelgardi, ut volve ibi interſicu,
» da unu latu habet paſſus LXXXIII. de
» alio latere cum ipſo interſicu habet paſ-
» ſus CV. uno capu fine terra ſupraſcripti
» Petri Amati, habet inde paſſus XII. & me-
» dium; aliu capu via publica, habet inde
» paſſus XIX. Vigeſima petia ibique loco
» habet finis uno latu fine terra, qui fuit
» ſupradicti Adelgardi, & ſubſcripta ter-
» ra uſque in via habet paſſus LXXIV. &
» medium; de alio latere, fine terra, qui
» fuit ſuprapoſiti Adelgardi Clerici, habet
» inde paſſus XI. & medium. Vigeſima prima
» petia Caſtanieto, ibique loco habet finis:
» unu latu fine terra, qui fuit ſuprapoſiti Rof-
» fridi Judici, uſque in jam dicta via, habet
» inde paſſus XXXXIV. & medium, de alio
» latere fine ſupradicta terra, & ſupradicta
» terra inde habet paſſus XXVIII. de alio ca-
» pite fine terra, quæ fuit ſupradicti Adel-
» gardi, habet inde paſſus XXVI. Vigeſima-
» ſecunda petia, ibique habet finis: unu latu
» ſupraſcripta via, habet paſſus CXXVI. de
» alio latere fine terra, Eccleſia Domini Sal-
» vatoris de Tiano habet paſſus CXXI. unu
» Capu ſupradicta terra, & toru, qui dicitur
» Piſanu, de alio capite fine terra ſupradicti
» Aderici, per omnia capita habet paſſus
» XIV. Vigeſimatertia petia, qui eſt toru
» Giſuni habet finis: de uno latu fine terra
» qui fuit ſupraſcripti Roffridi Judici, habet
» inde paſſus LXXXIV. uſque in Padule, de
» alia parte jam dictæ Padulæ, & medio For-
» male, da ipſu molinu da acimentu, & re-
» linquam te eodem Formale, & ſedimen de
» ipſu molinu, & vadit circa dicta terra ſu-
» prapoſiti Monaſterii Sancti Vincentii, qui
» fuit Archiſi Judici qui eſt toru, & inde
» habet paſſus CIV. De quarta parte fine terra
» Eccleſia Domini Salvatoris de Tianu habet
» paſſus XLII. menſuratæ ſunt totæ iſtæ pe-
» tiæ de terris ad menſura de paſſu Landoni
» Seniori Caſtaldei. De hoc autem ſupra-
» ſcriptæ petiæ de terris, qualiter ſuperiùs de
» fine in fine judicatæ & menſuratæ ſunt cum
» omnia inferiora ac ſuperiora ſua, unà cum
» arboribus, & viæ ſuæ in ſingulæ petiæ in-
» trandi, & exiendi, & cum omnia ibidem
» intro habentibus ſubter, vel ſuper integra
» tertiam partem, quæ eſt de tribus ſorti:
» unam ſortem, quæ eſt ſorte mea, in inte-
» grum ipſos in jam dicto Monaſterio Sancti
» Vincentii pro mea anima offerui ad poſſeſ-
» ſionem ipſius Monaſterii, & de ejus Abbati-
» bus, atque Rectoribus ad ſemper haben-
» dum. Iterum offerui in ipſo jam dicto Mo-
» naſterio inclita ipſa ſorte mea, quæ eſt ter-
» tia pars de omnibus aliis rebus, & ſubſtan-
» tiis ſupradicti Giſolfi genitori meo, ubi-
» cumque exinde inventus dederint, ſeu in
» plano, ſeu in monte illo, qui dicitur de Ro-
» mani, qui eſt ſupra Cintinaru, inſimul
» aquis, & paludis, & de molino illo, quod
» ibidem ædificatum eſſe videtur in eodem
» Soane, qui vadit ſub eodem loco Fargni ru, &
» & de Limate, & Formali, & alveum,
» cur-

Digitized by Google

„ curſus ipſius aquæ, & de ſedimen, & de
„ alia pertinentia ipſius molini, & omnem
„ partem, & pertinentiam meam de ipſa
„ jam dicta Eccleſia Sancti Petri, quæ ibidem
„ in eodem loco conſtructa eſt, & de ſuis per-
„ tinentiis, integrum ipſos qualiter legitur,
„ & qualiter ipſos mihi pertinet, ſive per ſu-
„ pradictum Genitorem meum, ſive per qua-
„ leſcunque meis rationibus, aut per Geni-
„ tricem meam, ubicunque exinde inventus
„ dederint, & hereditatem ſupradicti Geni-
„ tori meo, & de inclitæ preſæ, & caſæ, quæ
„ ſunt intus eamdem Civitatem in Bicu iſtu,
„ qui fuit ſupradicti Genitori meo, & omnem
„ partem, & pertinentiam, & meam de om-
„ nibus Scriptionibus, & moniminas illas,
„ quo continent ipſis jam dictis omnibus ter-
„ ritoriis, & ſunt preſæ, & caſæ de jam di-
„ cta Eccleſia Sancti Petri, & de ipſo moli-
„ nu, & de omnibus eorum pertinentiis, qui
„ fuerunt, & pertinuerunt ſupradicti Genito-
„ ri meo. Integrum ipſos, ut ſupra legitur,
„ & ubicunque de ipſæ ſcriptionibus, & mo-
„ niminas illas..... potueritis, omnes illos
„ in jam dicto Monaſterio pro anima mea
„ offero ad poſſeſſionem ipſius Monaſterii, &
„ de ſuis Abbatibus, atque Rectoribus ad
„ ſemper habendum, & faciendum exinde
„ pars ſupraſcripti Monaſterii omnia, quæ
„ eis placuerit. Unde mihi qui ſupra Ilde-
„ gardo, nec ad meis heredibus, nec ad nul-
„ lis hominibus, vel partibus nullam exinde
„ reſervavi, vel dico remanere, ſed integra
„ omnia ipſos, qualiter ſuperiùs legitur, in-
„ ipſo jam dicto Monaſterio offero ad ſemper
„ habendum, & obligo me ego qui ſupra
„ Ildecardo, & meos heredes ad pars jam di-
„ cti Monaſterii, & ad ejus Rectoribus, &
„ Abbatibus, & ad illius homini, cui iſta
„ charta offerſionis pro Dei amore in manu
„ poſuerit, integra eà omnia, quæ & qualiter
„ ſuperiùs in eodem Monaſterio offerui, qui
„ continentes ſunt jam dictis terris, & preſæ,
„ caſæ, & ipſa jam dicta Eccleſia Sancti Pe-
„ tri, & ipſum jam dictum Monaſterium, &
„ cum aliis veſtris, ſeu noſtris rationibus in
„ omnibus, pro ut meliùs potueritis, quia
„ omnem vigorem cauſandi, & loquendi
„ exinde dedi & tradidi ad pars ſuprapoſiti
„ Monaſterii, & ad ejus Abbatibus atque Re-
„ ctoribus, ſicuti ego, & meos heredes inde
„ facere, & perſolvere debuit, ſic exinde in
„ omnibus faciatis, & perſolvatis. Nam ſi
„ ego qui ſupra Ildecardus, vel meos heredes
„ hanc offerſionis chartulam, de quibus con-
„ tinet, aliquando per qualecunque ingenium
„ dirumpere, vel removere, ſeu retornare quæ-
„ ſierimus, & omnia iſta ad pars ſuprapoſiti
„ Monaſterii non compleverimus per illum
„ ordinem, qualiter ſuperiùs legitur, vel ſi
„ hanc chartam offerſionis, cui in manu pa-
„ ruerit, in qualecunque parte refutare tenta-
„ verimus, centum ſolidos auri Bizantei pœ-
„ na me, & meos heredes ad pars ſupradicti
„ Monaſterii, & ad ejus Abbatibus, atque
„ Rectoribus, & ad illius hominis, cui iſta
„ charta in manu paruerit, componere &
„ dare obligamus, & omnia ſuprapoſita per-
„ con p'eamus ad pars jam dicti Monaſterii.
„ Et taliter ego qui ſupra Ildegardus divina
„ inſpiratione compulſus pro Dei omnipoten-
„ tis amore, & Sancti Vincentii Levitæ &
„ Martyris Chriſti, cujus ego minimus ſervus
„ ſum, ut hæc & in futuro de peccatis meis
„ indulgentiam accipere valeam, ſicut mihi
„ congruum fuit, libenti animo feci; & An-
„ dreas Subdiaconus & Notarius, qui inter-
„ fuiſti, ſcribere rogavi. Actum Teanis.
„ † Ego qui ſupra Adelgiſo Judex.
„ † Ego Laſſo Subdiaconus.
„ † Ego Johannes Subdiaconus.

Mortuo igitur Henrico Imperatore pio, Conradus Nepos ejus factus eſt Imperator. Hic Romam veniens Coronam accepit à Benedicto Papa Nono. Inde Capuam ingreditur, ubi eo reſidente venerabilis Abbas Hilarius ad eum vênit, & honorificè ſuſceptus hujuſmodi præceptum ab eo ſuſcepit.

Chonradi I. Imperatoris Diploma, quo omnia jura & bona confirmat Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum. Anno MXXXVIII.

„ IN nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus divina favente clementia
„ Romanorum Imperator Auguſtus. Omnium
„ Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelium noſtrorum,
„ præſentium ſcilicet ac futurorum univer-
„ ſitas noverit, quòd Hilarius Abbas Cœno-
„ bii Chriſti Martyris Vincentii, ſiti in ter-
„ ritorio Beneventano ſuper fluvium Vultur-
„ num, noſtram adiens celſitudinem, detulit
„ præcepta Præceſſorum noſtrorum Impera-
„ torum & Regum, per quæ contulerunt ex
„ ſuis rebus in præfatum Monaſterium, ac
„ confirmaverunt res & poſſeſſiones ibi à Prin-
„ cipibus, Ducibus, reliquiſque Fidelibus
„ collatas. Unde præfatus Abbas nos exora-
„ vit, ut eadem præcepta, ac legales ſcri-
„ ptiones, nec non prædia per diverſos fines
„ Regni Italici conjacentia eidem Cœnobio
„ collata per noſtræ confirmationis præceptum
„ in præfatum locum concederemus, & con-
„ firmaremus. Cujus petitionibus faventes,
„ ob interventum Gislæ Imperatricis noſtræ
„ dilectæ contectalis, ac Regis Henrici noſtri
„ amantiſſimi filii, per hanc præceptalem
„ confirmationem, pro ut juſtè & legaliter
„ poſſumus, concedimus, & confirmamus, ac
„ penitùs corroboramus in prædicto Mona-
„ ſterio omnia præcepta præceſſorum noſtro-
„ rum Imperatorum, & Regum, videlicet
„ Deſiderii, Karoli, Lodoici, atque Lotha-
„ rii, atque Imperatoris Henrici; veruntamen omnes res & poſſeſſiones per diverſos
„ fines Regni Italici poſitas per eadem præ-
„ cæpta, vel quaslibet legales ſcriptiones à
„ Principibus, Ducibus, reliquiſque fidelibus
„ ibidem collatas, nec non Monaſteria & Cel-
„ las inferiùs nominatas. Primitus videlicet
„ declarantes ipſas hereditates, quæ circun-
„ dant ipſum Monaſterium per has quoque
„ fines; incipientes itaque à fluvio, qui dici-
„ tur Sangro &c. Præcipientes itaque jubemus
„ ut nullus Rex, Dux, Princeps, Marchio &c.
„ Si quis igitur &c.
„ Signum Domni Conradi Romanorum Im-
„ peratoris Auguſti. (*)
„ Kadelous Cancellarius vice Hermanni Ar-
„ chicancellarii recognovi.
„ Datum III. Kal. Junii, Anno Dominicæ
„ Incarnationis MXXXVIII. Indictione VI.
„ Anno Domni Chonradi Regni XIV. Impe-
„ rii XIII. Actum in vetere Capua feliciter.
„ Amen.

OF-

(*) Vide ad Tabulam quintam figurâ ſignatâ P.

Digitized by Google

OFFERTIO SANCTI PETRI AD PEULE TERRITORIO SORANO.

Donatio Ecclesiæ Sancti Petri in agro Sorano, facta Monasterio Vulturnensi Sancti Vincentii à Rachisio & Johanne fratribus. Anno MXL. aut MXLI.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi. „ Ab Incarnatione ejus Anno MXLI. & III. „ Anno Principatus Domni Guaimari Princi- „ pis Capuæ, Mense Augusti, VIII. Indictio- „ ne. Ideoque ego Rachisi & Johannes filii „ cujusdam Guidoni de Civitate Sorana, toti „ communiter bona & spontanea voluntate, „ divina inspiratione compulsi sumus pro- „ pter mercedem & redemptionem animæ „ meæ, & de conjux nostræ, & de filiorum „ nostrorum, & genitori, & genitricis nostræ, „ ut hìc, & apud altissimum Dominum Re- „ gem misericordiam invenire valeamus, of- „ ferimus, & per præsentem tradimus in Mo- „ nasterio Sancti Vincentii, qui esse videtur „ super ripa Vulturni fluminis territorio Be- „ neventano in loco, qui vocatur Samnia, „ ubi Deo auxiliante vir Venerabilis Domnus „ Hilarius Abbas præesse videtur, & in Ec- „ clesia Sanctæ Columbæ Cella prænominati „ Sancti Vincentii, qui esse videtur in terri- „ torio Sorano in loco, qui nominatur Bus- „ situ, & Domno Deodati Sacerdos, & Mo- „ nachus, & Præpositus de prædicta Ecclesia „ Sanctæ Columbæ, secum habendo Aboca- „ torem suum, nomine Rodoaldu, filio Bene- „ dicti Judicis de Civitate Sorana, hoc est „ una Ecclesia in honore Sancti Petri dedica- „ ta, quæ videtur esse in locum, qui nomi- „ natur à Peule territorio Sorano, & unum „ librum comitem, & paramentum, & ca- „ licem, & thuribulum, & una bacca, cum „ terris super se habentes, & cum viis suis „ intrandi & exiendi cum aquis, & paludis, „ & sepis, & limitibus suis, & pratis, pascuis, „ atque paludis, omnia, & in omnibus, quan- „ tum ad ipsa præfata Ecclesia Sancti Petri „ pertinet, vel pertinentes fuerint, ad pos- „ sessionem ejusdem Sancti Vincentii, & San- „ ctæ Columbæ, & de ejus Abbatibus, atque „ Rectoribus, & Custodibus ejus in sempiter- „ num, unde per supradicta nostra offersio- „ ne nec nobis suprascripti Rachisi, & uxor „ Offengardæ, videlicet Rachisi, quæ per con- „ sensu viri mei Domni Rachisi feci, quàm „ & ego suprapositus Johannes, nec nobis „ suprascriptis, nec aliis cuilibet hominibus „ nulla exinde reservavimus, nec dicimus re- „ manere, sed semper vel dictæ, vel supra- „ nominatæ sunt dictæ Ecclesiæ Sancti Vin- „ centii, & Sanctæ Columbæ, ejusque Abba- „ tibus, atque Rectoribus, & Custodibus, fir- „ miter habeant atque possideant, pro quibus „ obligavimus nos suprapositi Rachisi, & ego „ supraposita Offengarda, unàque pro comiato „ de suprapositus vir meus, & ego suprascri- „ ptus Johannes obligavimus nos suprascri- „ pto, vel nostris heredibus, à parte præfatæ „ Ecclesiæ, & ad ejus Abbatibus, atque Re- „ ctoribus, & ad posteros ipsorum, ut amo- „ do, & semper defendere, & antestare. in- „ tegra jam dicta nostra offersione ab omnibus „ hominibus, omnibusque partibus. Si nos „ supra nominati Rachisi, & Offengarda, & „ Johannes, vel nostris heredibus hanc no- „ stram offersionem, defendere, & anti- „ stare non potuerimus, aut si hanc char- „ tulam in quavis parte refutare tentave- „ rimus, & omnia superiùs dicta non com- „ pleverimus, aut per qualicunque ingenium „ dirumpere, vel removere quæsierimus, „ in eodem Sancto Monasterio, & ad ejus Ab- „ batibus, atque Rectoribus, & Custodibus, „ qualiter superiùs legitur, componere, & „ dare obligamus centum solidos Bizanteos „ auri purissimi in eodem Sancto Monasterio, „ & ad eorum Abbatibus, atque Rectoribus, „ & Custodibus, & hanc chartulam offertio- „ nis de quibus continet, firma & stabile per- „ maneat in perpetuum. Et anathemate po- „ nimus, nos suprascripti ad nostris heredi- „ bus, vel qualecunque hominibus, qui hanc „ chartulam dirumpere, vel minuare volue- „ rit, partem habeat cum Anna, & Caipha, „ & non habeat partem ex suis resurrectio- „ ne novissima. Et taliter nos suprascripti „ Rachisi, & Offengarda & Johannes pro „ mercede, & redemptione animæ nostræ, & „ Genitoris, & Genitricis nostræ, & filio- „ rum nostrorum fecimus, & te Alchisi No- „ tarium scribere rogavimus. Actum Sora, „ Mense, & Indictione supradicta feliciter. „ † Signum manu qui supra Rachisi, & „ Offengardæ, quæ hanc chartulam scribere „ rogavit. „ † Ego Alferi Judex. „ † Ego Alchisi Notarius scribere rogatus, „ & complevi, & reddidi.

LIBELLUS DE VALLE MAURA PER FINES LOCA, ET VOCABULA DIVERSA.

Concessio libellaria terrarum in Valle S. Mauri, & agro Teanense, facta nonnullis hominibus à Petro Præposito Monasterii Sanctæ Mariæ, & Sancti Vincentii, siti in Civitate Teanensi. Anno MXLI.

„ IN nomine Domini nostri Jesu Christi „ Dei æterni. XXIV. Anno Principatus „ Domni Guaimari glorioli Principis Salerni, „ quàm & IV. Anno Principatus ipsius glo- „ rioli Principis Capuæ, & III. Anno Ducatus „ ejus Amalfi, & Consul Surrenti, Mense „ Octobris, X. Indictione. Breve factum à „ me Petrus Presbyter, & Monachus, atque „ Præpositus Monasterii Sanctæ Mariæ, & „ Sancti Vincentii constructos intus Civitate „ Teanense, juxta muros de eadem Civitate, „ supra formam, quæ est de foràs Civitate. „ Ego enim erga mecum habendo Deusdedi „ Abbocatorem supradicti Monasterii, de eo „ quod ante præsentia Almundi Judici, & An- „ dreas Subdiaconus & Notarius, & ante vi- „ ros, sicut convenit inter nos, & inter Do- „ lecti filio quondam Benedicti, & Benedi- „ ctum filio quondam Dominici habitatores „ infra finis ejusdem Teanensis loco Vallc „ Mauri, ubi vocatur ad Cerritu planu, ipse „ qui supra Dolecto pro vice sua, & pro „ parte, & pro vice Petri germani sui, & „ ipse qui supra Benedictus pro parte sua, & „ pro vice & parte Siconi, & Martini ger- „ mani sui. Ego enim qui supra Petrus „ Presbyter, & Monachus, atque Præpositus „ ejusdem Monasterii Sanctæ Mariæ, & San- „ cti Vincentii subditos Monasterio Sancti

Digitized by Google

„ Vincentii ſitus ſupra Vulturni fluminis fon-
„ tem, in quo Domnus Hilarius Abbas mo-
„ dò præeſt, & ego ſum Miſſus ejus, & pro
„ parte & vice jam dicti Monaſterii, & tunc
„ per eandem convenientiam dederit mihi
„ guadiam ipſi prænominati Dolecto, & Be-
„ nedicto ante Judice jam dicto, & præfato
„ Andrea Subdiacono & Notario pro vice
„ ſua, & pro parte & vice de prædicti ger-
„ mani ſui, eo tenore & ordine, quatenus
„ ipſi prænominati, & ſuorum heredibus amo-
„ do, & uſque ad viginti anni completi de-
„ bent retinere, & laborare in parte pro par-
„ te ſupradicti Monaſterii, & Domni Abbati,
„ & pro ejus ſucceſſoribus inclitæ Curtis, &
„ terris ſupraſcripti Monaſterii pertinentes,
„ quæ eſſe videntur in jam dicto loco Valle
„ Sancti Mauri infra finis, & menſuris quan-
„ tum retinuit & laboravit in parte Petri ſu-
„ pradicti, à parte ſupraſcripti Monaſterii,
„ quæ eſt continentes, & terris de Valle San-
„ cti Mauri, & prædicta Eccleſia ſubjecta, &
„ pertinentes ſupradicti Monaſterii, quæ eſt
„ per has finis, & menſuris: De primo lato,
„ fini foſſatu, qui deſcendit da Capu de ipſæ
„ ripæ da Fau, & deſcendit ipſe ſurgente, &
„ deſcendit ipſe foſſatus uſque in mediu Sa-
„ cone, ſunt inde paſſus DCXL. De ſecunda
„ parte, fine via de Fau, & vadit per via
„ ipſa in ſurgente, ad Cerritu planu, & inde
„ habet paſſus DXXX. De tertia parte fine
„ alia via, qui decernit inter hæc terra, &
„ terra de Cerritu planu, & relinquente ea-
„ dem via, & vadit in foſſatu, ubi per tem-
„ pus aqua decurrit, & mittit in medio Sao-
„ ne de Turanu, ſunt inde paſſus DCLX. De
„ tertia parte de ipſa via, qui decernit inter
„ hæc terra, & terra de Cerritu planu, unde
„ pars ſupradicti Monaſterii canſationem ha-
„ bet: habet numeros ſupradicta paſſus DCLX.
„ De quarta parte fini mediu ipſum jam di-
„ ctum Saonem, qui venit de Turanu, & qua-
„ liter vingit in priore fine, & inde habet
„ paſſus MCLXIII. menſuratum, & ad paſſum
„ Landoni Seniori Caſtaldei. Infra hæc verò
„ finis, & menſuris judicatum inde tenuit, &
„ laboravit de ipſis terris in parte ad labo-
„ randum ſupradicti Petri filii quondam An-
„ dreæ à parte ſupradicti Monaſterii, tandem
„ verò exinde & ipſos dedi ego eis in par-
„ te ad laborandum pro parte ſupradicti Mo-
„ naſterii, & ipſus Domnus Abbas amodo,
„ & uſque ad jam dicti anni completi in ſu-
„ praſcripta ratione, & ipſis prænominatis,
„ & ſuorum heredibus, qualiter inter ſe vo-
„ luerit, debeant in eadem Curte, & terris,
„ quæ ipſe Petri ſupraſcripti filius Andreæ
„ in parte retinuit, & laboravit à parte ſu-
„ praſcripti Monaſterii, ubi eorum aptum
„ fuerit, facere ibidem Caſa de ipſa..... &
„ lignamina, quod ibidem habet, & ſi eis
„ viſum fuerit neceſſe alia lignamina, quod
„ ibidem habet: Et ſi eis viſum fuerit, de
„ ipſa Silva de eadem Curte, & facere ibidem
„ Caſa bona legitima, & ibidem habitare
„ cum hominibus, & familia ſua, & cum
„ cauſa ſua, & de Amici ſui, & de cogniti
„ ſui, & facere & habere ibidem omnem
„ ſuam utilitatem, qualiter eis neceſſarium
„ fuerit juxta ratione, & dedit eis in benefi-
„ cium, ubi faciat area, & hortu, quale me-
„ ruerit juxta ipſa Caſa, quantum eis neceſ-
„ ſarium fuerit. Et à præſente debeant iidem
„ facere ipſas caſas, ſicut ſupra diximus, &
„ ibidem habitare, & terris ipſis annualiter

A „ laborare, & cultare amodo, & in antea uſ-
„ que ad jam dicti anni completi, tempore
„ ſuo juſto & bono ordine, ſicut meruerit. Et
„ de omnem victualium, quod inde fecerint, an-
„ nualiter debeant dare inde terraticum ad pars
„ ſupradicti Monaſterii in omnibus, ſicut de ipſe
„ aliæ terræ, & Curtis de eodem loco, quod
„ inde retinuit, & laboravit ſupraſcripto Pe-
„ tro filio Andreæ à pars ſupradicti Monaſte-
„ rii, & de omne vinum, ſive mundum, vel
„ aquaticum, ibique ad palmentum medieta-
„ tem: reliqua medietate debent tollere inde
„ ipſis prænominati eorum poteſtati haben-
„ dum. Et quando venerit tempore æſtatis
„ metendum, & triturandum, & victualium,
B „ ipſum conciandum; & tempore vindemiæ
„ vindemiandum, debent ipſi ſcire facere ad
„ pars ſupraſcripti Monaſterii, ut ibidem di-
„ rigamus miſſos ejuſdem noſtri Monaſterii
„ pro ipſa pars noſtri Monaſterii recipienda,
„ & diem quando ibidem ſteterit, debeant eis
„ dare manducare & bibere ſecundùm ſuam
„ potentiam juxta rationem. Et ubi neceſſe
„ fuerit ibidem arbores ponere, & viti, de-
„ beant ibidem & viti bonæ arbuſti tempore
„ ſuo, ſicut meruerit; & cultare, & ſtudere
„ ipſis in omnibus, ſicut meruerit. Et qua-
„ cunque frugium, de ipſa fructora habere
„ potuerit, quod ibidem habet per tempus,
„ quando habuerit, & paruerit; quod inde
C „ repoſuerit, debeant inde dare ad pars ſu-
„ pradicti Monaſterii medietatem, & illi de-
„ bent inde tollere medietatem. Et omni
„ anno dent inde ad pars ſupradicti Monaſterii
„ cenſum pro ipſa Curte, & terris, quod
„ inde obvenerit in parte ad laborandum à
„ parte ſupradicti Monaſterii, ſicut ſupra le-
„ gitur, uſque ad ſupradicti anni completi,
„ de æſtate parium de pulli bonum unum,
„ & in Nativitate Domini traginum bonum
„ unum, & de porcina bona una, qui eſt ad
„ ſpatula de Majale bonu. Et à completi
„ ipſi anni, ſeu antea, quale tempus illi, vel
„ illorum heredibus voluerit, de eadem Cur-
„ te, & terris dimittere ad laborandum, &
D „ de ipſa Curte de habitandum poteſtatem
„ habeant inde ire de ipſæ caſæ ad habitan-
„ dum, & dimittere terris ad laborandum
„ cum omnia, & de Amici, & de Commen-
„ diti ſui, & ire ubi voluerit abſque omni
„ contrarietate ſupradicti Monaſterii, & de
„ miſſis ſuis, & aſſignare ad parte ſupraſcri-
„ pti Monaſterii ipſas caſas, quod ibidem
„ fecerint, bene conciata, & cooperta, &
„ clauſa ſua ſicut meruerit. Et faciant ipſos
„ ſcire antea ad pars præfati Monaſterii ad
„ laborandum quando venerit, quòd inde
„ exire per tale velint tempus, ut poſſit dare
„ pars Monaſterii ad laborandum, ſicut di-
„ ctum eſt, quia ita convenit inter nobis.
E „ Et ſi omnia iſta non compleverint ad pars
„ noſtri Monaſterii per ipſum ordinem, qua-
„ liter ſuperiùs legitur, quinque ſolidi auri
„ Bizantei pœna ſe ipſi nominati, & præfatis
„ heredibus ad pars noſtri Monaſterii compo-
„ nere obligarunt, & ſupraſcripta percom-
„ pleat pro invitis ad pars noſtri Monaſterii.
„ Et ad pignorandum obligarunt ſe ipſi qui
„ ſupra nominati, & ſuorum heredibus ad
„ pars noſtri Monaſterii de eorum uſque ad
„ legem, & per nomen boves, baccæ, porci,
„ caballi, & mobiles, vel immobiles. Scripſi
„ ego qui ſupra Andreas Subdiaconus & No-
„ tarius, & interfui. Actum Teanenſe.

OF.

Digitized by Google

OFFERSIO SANCTI EUSANII IN UNIANO.

Donatio Eccleſiæ Sancti Euſanii in agro Pinnenſe, facta à Remedio filio Sanſonis Monaſterio Sancti Petri ſito in eodem Pinnenſi Comitatu. Anno fortaſſe MLXIV.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. „ Anno Incarnationis ejus MLXIV. (1) „ & dies Menſis Maji, per Indictione XIV. „ Ideo conſtat me Remedio filio Sanſonis bo- „ na & ſpontanea mea voluntate dono, trado, „ atque concedo pro Dei amore, & abſolu- „ tione, & redemptione animæ meæ tibi Beate „ Sancte Petre, qui eſt Cella Beati Sancti „ Vincentii, quod ſitum eſt ipſum Monaſte- „ rium Sancti Petri infra territorio Baluenſe „ in Valle Tritana, juxta fluvium Umbrium, „ ad veſtram proprietatem poſſidendam infra „ territorio Pinnenſe in vocabulo de Uniano „ cum dote, & Oratorio, vel de mobilia „ Eceleſiarum, cum omnia in omnibus, quan- „ tum ad ipſam ſupradictam Eccleſiam perti- „ net, & pertinere debet de intus, & de fo- „ ris, de introito, & exitu ſuo. Et eſt præ- „ dicta Eccleſia, cum vinea, pomis, & arbo- „ ribus ſuis, & cum omnia in omnibus quan- „ tum ad ipſam Eccleſiam ſupradictam perti- „ net, & pertinere debet, intus, & de foris. „ Quem infra ſe, & ſuper ſe habentem inte- „ grum ego ſupradictus Remedius per hanc „ chartulam conceſſionis, qualiter perlegitur, „ ſic dono & concedo tibi Beate Petre omnia, „ ut facias de ſupraſcriptam Eccleſiam quod „ volueritis ſinè alicujus contradictione, & „ ſinè omni calumnia apud me habere. Ea „ videlicet ratione amodo, & ſemper habea- „ tis, teneatis, poſſideatis ipſa ſupraſcripta „ res. Promitto, & obligo me ſupraſcripto „ Remedio, vel meis heredibus ab omnes ho- „ mines anteſtare, & defendere; & ſi ab om- „ nes homines anteſtare, & defendere non „ potuerimus, aut ſi exinde aliquid retollere, „ vel minuare præſumpſerimus, ira Dei de- „ ſcendat ſuper illum, & non habeat partem „ in poſtrema reſurrectione cum juſtis, & „ conjunctus & ſociatus ſit cum Juda, & An- „ na, & Pilato in Infernum: fiat, fiat: & ipſa „ ſupraſcripta res dupla & meliorata reſtituat „ ad ipſum Monaſterium ſupraſcriptum, at- „ que obligo me. Per rogitum ſuprapoſito „ Remedio ſcripſi ego Johanne Judice & No- „ tario Menſe, & Indictione ſupraſcripta. „ Actum in Balva feliciter. Amen.

„ Signum manu Remedii.

„ † Signum manu Lidolfi rogatus ac ſub- „ ſcripſi.

„ Signum manu Gualderii rogatus ac ſub- „ ſcripſi.

(1) Decurrebat hoc Anno Menſe Majo Indictio II. quare hæc minimè cohærent. Si Annum MXLIV. heic reſtituere velis, quod poſcere videtur rerum ſeries, eo Anno Indictio XII. erat in curſu. Ergo tempus incertum ex Librariorum incuria.

LIBELLUS DE FORULI.

Charta convenientiæ, ſive libelli, per quam Hilarius Abbas Monaſterii Vulturnenſis Sancti Vincentii quibuſdam hominibus in emphyteuſim concedit terras poſitas in agro Forulenſe. Anno . . . .

„ IN Dei nomine. Scriptum convenientiæ „ amodo, & uſque in completi XXIX. „ anni, & alii XXIX. Dum ab omnibus non „ eſt cognitus, ſed à pluribus eſſe videtur, & „ eſt manifeſta cauſa, qualiter ſtetit, atque „ convenit inter me Hilarius Vir Venerabilis „ Abbas ex Monaſterio Sancti Vincentii, qui „ ſitum eſt in partibus Beneventanis ſuper flu- „ vium Vulturnum, locus ubi Samnia voca- „ tur, ubi nunc præſ nti tempore regimen „ tenere videtur, & vos Azzo, Corvino Pre- „ sbyter, & Maifredo, Petri, & Merco, & „ Benedicto, Leto, Petrus, Dominico, Mar- „ tino, Guateri, Adamo, Petri. Joanne Fico, „ Joanne Dominico, Azzo Martino, Joanne „ Martino, Ingo Azzo, Giſo, Joanne Pezzo „ Petri Dominici, Joanne, Lupo, Benedicto, Be- „ nedica, Deodatus, qui ſumus habitatores in „ Foruli, quomodo habuiſtis petitiones ve- „ ſtras à me ſupradicto Hilario Abbati, & à „ primatis & ordinatis Monachis de prædi- „ cto noſtro Monaſterio, ut aliquid de rebus „ proprietatis noſtri Monaſterii nobis in præ- „ ſtitum, & per Scriptum convenientiæ de- „ diſtis amodo, & uſque ad annos ſupraſcri- „ ptos in convenientia XXIX. anni, & aliis „ XXIX. quia obligaſtis vos ſupraſcripti in „ convenientia, ut omni tempore uſque com- „ pleti anni, in parte prædicti noſtri Mona- „ ſterii annualiter unum modium de grano, „ & unum de hordeo, & duo de XX. & de „ XI. porci unum, & unum parium de ſpa- „ tule, aut de pulli; & qui habent caballum, „ ſervitium faciant. Et idem in præſentia de „ tres idoneos homines de territorio San- „ cti Vincentii. Ego ſupraſcriptus Hilarius „ Abbas à vobis recepi . . . . . ideo libenti „ animo, & ſpontanea mea voluntate pro con- „ ſenſu de primatis Monachis de prædicto Mo- „ naſterio dedi vobis, & veſtris heredibus „ amodo, & uſque in completi XXIX. anni, „ & alii XXIX. hoc eſt ipſæ terræ in finibus „ Foruli, cultæ, & incultæ, cum omnia infra „ ſe, & ſuper ſe habentes, cum introitu, & „ exitu ſuo. Dedi vobis, & veſtris heredibus „ cunctæ integræ in tali tenore ad uſum fruen- „ di, regendi, cultandi, gubernandi, & la- „ borandi; nam non vendendi, nec donandi, „ nec cambiandi, nec loco pignori commen- „ dandi, nec per nullum ingenium in alterius „ poteſtate tranſmigrandi, vel ſubtrahendi, „ niſi tantùm uſufruendi, & faciatis de ipſis „ frugibus, quidquid vos, vel veſtri heredes „ facere volueritis, & pro ipſis frugibus, quas „ lucraveritis, ſic debeatis vos, vel veſtri he- „ redes ſervitium facere, quod ſuperiùs legi- „ tur, & ſolvere mihi ſupraſcripto Hilario „ Venerabili Abbati, vel ſucceſſoribus meis, „ aut ad miſſum noſtri Monaſterii omnem an- „ nualiter perſolvatis. Et per hunc ſcriptum „ convenientiæ ſic ſpondeo, & obligo me ſu- „ pra-

Digitized by Google

„ præscriptus Hilarius Abbas, vel meos succes-
„ sores vobis, vel vestris heredibus, quòd
„ si vos omnia hæc pleniter & justè conser-
„ vaveritis, & ipsum servitium feceritis,
„ quod supradictum est, si ego, vel mei suc-
„ cessores ante completos XXIX. annos ali-
„ quid retollere, vel minuare, aut amplius
„ censum superimponere præsumpserimus, &
„ ab omnes homines antestare, vel defendere
„ non potuerimus, aut noluerimus, initium
„ pœnæ nos vobis componere promittimus,
„ & obligamus auri Bisantei quinquaginta, &
„ post pœna soluta, numquam liceat nulla,
„ quod semel volui, sed hæc omnia firmiter
„ conservare promittimus usque in completi
„ anni, quia inter nos talis fuit convenientia.
„ Unde pro stabilitate vestra Indolfum Cle-
„ ricum & Notarium scribere rogavimus.
„ In atrio Sancti Vincentii in Castello Sa-
„ mniæ.

Hic venerabilis Pater conduxit homines, & habitare fecit in Castro Licenoso, & in Colle Stephani, & in Cerru. Restauravit verò Ecclesias infrascriptas Sanctæ Mariæ, quæ major dicta est, Sancti Petri, & Sancti Michaëlis, & Ecclesiam Sancti Vincentii, quam Johannes Abbas reconciliaverat, totam mirificè depingere fecit, ante quam Campanarium excelsum ædificavit; ornamenta, & libros Ecclesiæ perfecit. In Cœnobio Capuano titulum Ecclesiæ, Secretarium, & Campanarium excelsum mirificè ædificavit. Hujus temporibus cùm quædam gens corpus Confessoris Christi Martini ex Marsico monte vellet auferre, illuc cum Fratribus perrexit, & eum de sepulcro auferens tam secretè recondidit, ut usque hodie ubi sit repositum, ab omnibus ignoretur. Hoc tempore quidam milites de Comitatu Balvensi, qui dicebantur filii cujusdam Anseri, venientes prædicto Abbati se & sua in famulatum tradiderunt, à quo libellario ordine acceperunt Alfedenam, Montem nigrum, & terram, quæ juxta Sangrum est. Similiter Ecclesiam Sanctæ Mariæ in duas Basilicas cuidam Tresidio dedit in eodem Monasterio, cum duo millia modia de terra libellario ordine.

Inter hæc Normanni Italiam venientes, cum Melo Duce Apuliam expugnare cœperunt. Henricus Imperator Italiam vênit, & super Trojam exiens, Pandolfum Principem Capuanum, qui multas tribulationes intulerat Monasterio Beati Vincentii, & Sanctissimi Benedicti, vinctum secum portavit ultra montes, Pandolfum Principem constituens Comitem Teanensem. Mortuo verò Henrico Imperatore, Pandolfus de custodia fugiens Capuam revertitur; Sed cùm à Capuanis non reciperetur, vênit in montanis istis, & undecunque sibi potuit cœpit colligere milites, qui adjuvarent eum. Jam tunc, ii, qui dicebantur filii quondam Borelli, cœperant habitare juxta Sangri fluvium. Habuerant & isti originem ex Balvensi Comitatu. Quibus junctus, multa dona, quæ non debebat, promittens, die quadam incumbentibus tenebris aggressi sunt claustrum Monasterii hujus, & Fratres exterriti omnes dispersi sunt. Illi verò Monasterium omne deprædantes, epulabantur per aliquot dies. Tunc venerabilis Abbas Hilarius, hoc audito, Capuæ magnis precibus obtinuit à Domno Guaimario Principe, qui direxit illuc Rainulfum Comitem, conductis Normannis, & Capuanis. Quibus cum prædicto Abbate A venientibus prædicti sacrilegi raptores fugati & dispersi sunt. Non certè contigerat huic Monasterio similis tribulatio à tempore Sarracenorum.

Conradus Rex Italiam vênit, & Romæ coronam accepit. Iste Capuam veniens prædictum Pandolfum iterum exiliavit, & illustrem virum Guaimarium Capuæ & Salerni Principem ordinavit, qui multa bona Ecclesiis Dei contulit.

Obiit autem Venerabilis Pater Hilarius post multa bonorum operum certamina III. Kalendas Octobris Anno Dominicæ Incarnationis MXLIV. Indic. XIII. Cujus corpus sacrum ante Ecclesiam Domini Salvatoris pretioso sepulcro locatur. De hoc venerabili B Patre diversa miracula scripta reperimus; quædam etiam oculis nostris vidimus, cùm ad ejus corpus plurimi sanarentur diversis ægritudinibus.

In Casino verò Johanne duodecim annis peractis Atenolfus præficitur.

DE SANCTO BONO MONACHO.

COngruum quoque mihi videtur hoc loco annectendum ea, quæ de venerabili Dei Servo, meritis & nomine Bono, hujus sacri Cœnobii Monacho, in Sanctæ Religionis cultu degente, ferme nostris temporibus à probatissimis didici senioribus; & quamquam multa nobis habeantur incognita, tamen quicquid C illud est, quod recta fide percepimus, præsentibus, & futuris, amore sanctæ pietatis commendata reliquimus, ut noverint & in hoc loco devotissimos Christi servos his enituisse temporibus, quod nobis illos sequendos firma cordis stabilitate proponimus.

Hunc verò Patrem venerabilem digno sacri Presbyterii honore fulsisse percepimus, quem dignis quoque adæquabat moribus, ut lucerna super candelabrum posita in domo Domini luceret omnibus. Denique cùm in lege Domini meditaretur sedulus, esseteque jam illius conversatio in cœlestibus, die quadam sedente illo super ripam fluminis, cum Divinæ D laudis Psalmodiam, ut illi semper consuetudo erat, intentus perageret, & esse aliquantulum in his suspensior videretur, hostis humani generis Diabolus antè eum visibiliter apparens, cœpit præstigiis, & figmentis quibusdam intentionem animi ejus velle abrumpere; sed cùm diutius nullo modo posset illudere, dolens se ab eo ita contemni, adeò se protervè ingerere ausus est, ut arreptum de illius sinu Psalterium, illico in flumen projiceret. Sed vir Dei pro hoc, non solùm non de loco assurgere, verùm nec suorum oculorum obutu eum aspicere dignatus, divina, quæ cœperat, carmina sedulus decantabat. Confusus in his Diabolus, mox cum fœtore nimio, & magnis stridoribus, de conspectu illius ausugit. Haud E mora: vir sanctus reductis ad sinum oculis, Librum, quem Diabolus in flumen projecerat, repentè ante se reductum reperit, versis foliis eo loco, quo ab eo cœpta oratio decurrebat. Ex eo igitur tempore ille Dei famulus ita sibi contra Diabolum à Deo datam victoriam adeptus est, ut nulla ejus luctamina deinceps expertus sit. De quo & percepimus, multa post suum obitum beneficia sanitatum contulisse fidelibus, plures Energumenos, & febricitantes suis salvasse meritis, & orationibus: quod & hodie dignè petentes accipiunt. Tran-

situs

Digitized by Google

ctus verò ejus à Seculo Quinto decimo, Kalendas Octobris.

DE SANCTO LANDULFO MONACHO

ALium etenim in eodem loco virum æquè venerabilem Landulfum nomine fuisse comperimus, quem ita Deo dilectum fuisse famulum manifestis cognovimus assertionibus, ut & modernis temporibus plures Energumenos ad ejus tumulum curatos audierimus. Quod si nos non vidimus, tamen illos, qui viderunt, vidimus, quique nobis referre soliti erant. Et quia ejus nomen, & sepultura incognita haberentur, Dæmoniacus quidam ad Sancti viri Dei superiùs dicti Domni Boni sepulcrum ductus, ut ejus meritis, & precibus à Domino de tam horrendo exitio liberaretur, repentè per os ejus magnis clamare Diabolus vocibus cœpit, & istius nomen, locumque sepulturæ monstrare, illorum se meritis, non alicujus dicens se posse fugari. Tunc omnibus Deum rogantibus, idem patiens pavimento prostratus, qui illuc usque fuerat vexatus, illico virtute divina salvatus, ab illius Sancti Dei famuli sepulcro surrexit sanus; moxque Gloria in excelsis Deo ab omnibus decantatur. Hujus depositionis dies colitur Quarto Kal. Septembris.

Conradus Imperator obiit, & Henricus filius ejus fit Rex.

Post mortem igitur Domni Hilarii Abbatis, quidam Lando Clericus Capuanus thesauro avaritiæ & maledictionis mercatus Ecclesiam Sancti Vincentii in Capua à Capuanis, tenuit illam per annos tres. Sed cùm Henricus Rex Romæ coronam Imperii suscepisset, & Capuam venisset, idem Lando fuga lapsus est. Tunc Imperator à cunctis Fratribus rogatus Domnum Liutfridum Abbatem dedit, qui erat genere Teutonicus. In Casino quoque Cœnobio Richerius constitutus est Abbas, postquam Athenulfus aliquot præfuerat annis. Jam filii Borrelli super filios Anserii perrexerant, & uno occiso per fraudem, aliis fide captis, Alfedenam, Montem nigrum, & alias terras hujus Monasterii abstulerunt, & cetera invadere cœperunt, Buscurri, Mala Coclaria, Riguneru, Cerrum cum Spinoli, & Aqua viva Lenzunusu, Licenosum, Collem Stephani, & ceteras terras.

LIUTFRIDUS Abbas Sancti Vincentii sedit annis septem. Iste Privilegium accepit Domno Leone Nono Papa Sancto de Sancta Maria in Castanieto hujusmodi.

Liutfridus Monasterii Vulturnensis Sancti Vincentii Abbas coram Leone IX. Papa causam obtinet contra Albertum Monachum usurpatorem tituli Abbatis in Cella Sanctæ Mariæ de Castanieto. Anno ML.

„ IN nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Anno Domni Leonis Noni Summi Pontificis, & venerabilis Papæ II. Indictione VI. (1) Mense Junio, die X. Cùm idem Pontifex Beatissimus Apuliæ fines pergens, vel intra Beneventanum Principatum in loco Sale juxta Bifernum fluvium consiste„ ret, & ab invasoribus gravia & injusta incommoda patientes æqua justitiæ lance judiciali moderamine severissimè liberans sublevaret, advênit Domnus Liutfridus Monasterii Sancti Vincentii super Vulturni fluminis fonte dedicati Abbas, ac lamentatus conquestus est, Ecclesiam, ac Cœnobium prædictum sibi commissum injustitiam pati ab Alberto Presbytero & Monacho de Cella Sanctæ Mariæ sita in Castanieto, ubi præfatus Albertus sibi Abbatis nomen usurpans contra æquitatis justitiam sui ordinis modum excesserat. Itaque vocatus affuit; interrogatus, justam causam sibi suæque præsumptionis faventem ostendere nequivit. Denique judicialibus scriptis jam dictus Domnus Liutfridus Abbas ostendit, qualiter temporibus Domni Henrici Secundi Imperatoris ejusdem..... & eadem Cella litem & omnem factionem direpserint, seu diffinierint inter Domnum Hilarium, ejusdem Sancti Vincentii Monasterii venerabilem Abbatem, ac Magenolfum Adelferii Comiti filium, ubi evidentissimè cernebatur de proprietate & justitia Sancti Vincentii Martyris de supradicta Sanctæ Mariæ Cella in Castanieto posita, quam prædicto Hilario Abbati præfatus Magenolfus refutans, in perpetuum se, suosque filios obligavit sub pœna auri Mancosos mille, ut si aliquando eam retrahere, vel quocunque modo alienare ab Ecclesia & Monasterio jam dicto Sancti Vincentii tentaret, præfatam pœnam persolveret, medietatem Monasterio ejusdem, & medietatem Palatio nostro. Igitur assidentibus pluribus tam Ecclesiastici Ordinis, quàm & Secularis potestatis, idest Domno Humberto Sanctæ Ecclesiæ Silvæ-Candidæ Episcopo; & Domno Petro Amalfitano Archiepiscopo, nec non & Domno Amalguino Cenetensis Ecclesiæ Episcopo & Huoldarico tunc noviter Beneventi Electo Archiepiscopo, & Federico Diacono, Sanctæ Romanæ Sedis Bibliotecario & Cancellario, atque Adenolfo Cajetano Duce, & Lando Comite de Aquino, & Landulfo Comite de Tiano; sed & Oderisio Burelli filio, nec non & Roffrido de Guardia, & alio Roffrido de Lusensa, & aliis multis majoribus, & minoribus: prænominatus Domnus Liutfredus Abbas contra prædictum Albertum Monachum & Presbyterum est conquestus de Cella Sanctæ Mariæ Castanieto posita, „ sicut superiùs est prædictum. Itaque diligentissimè à Domno Leone Summo Pontifice res hæc exquisita, atque ventilata, dum „ prænominato Alberto nulla justitiæ pars saveret, totaque judicialis sanctio legaliter „ Monasterio Sancti Vincentii pretiosissimi „ Martyris, ejusque Rectoribus & Abbatibus, ideo in perpetuum uniendam atque „ confirmandam adjudicaret judicialis sententia, & Canonica prænominatus Albertus „ Presbyter Ecclesiam, seu Cellam Sanctæ „ Mariæ cum nomine & officio Abbatis refutavit in manu Domni Leonis Papæ, qui „ Monasterium Sancti Vincentii, ejusque Abbatem Domnum Liutfridum ex prædicta „ Sanctæ Mariæ Cella in Castanieto posita „ cum omnibus suis pertinentiis investivit, „ & in perpetuum ita valere constituit. Poe„ nam

(1) Scribendum censeo *Indictione III.* quam numeralem notam amanuensis oscitanter convertit (quod facilè est) in *VI.* Eo certè Anno Sanctus Leo IX. Apuliam peragravit.

Digitized by Google

„ nam etiam omnibus temeratoribus à Nun-
„ tiis Imperatoris Henrici præfixam confir-
„ mavit, & ſub anathemate perpetuo alli-
„ gavit.
„ Ego Leo Sanctæ Romanæ Apoſtolicæ Se-
„ dis Præſul confirmavi.
„ Ego Humbertus Sanctæ Eccleſiæ Silvæ
„ Candidæ Epiſcopus interfui, cognovi, &
„ ſubſcripſi.
„ Ego Fredericus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ
„ Bibliothecarius, & Cancellarius interfui,
„ & ſubſcripſi.
„ Ego Petrus Sanctæ Amalphitanæ Eccleſiæ
„ Archiepiſcopus confirmavi, & ſubſcripſi.

Multas quoque poſſeſſiones Monaſterii ſuo ſtudio recollegit idem Presbyter Liutfridus. Et quando hìc illum multæ Tyrannorum perſecutiones manebant multis . . . . . Fratribus pleriſque ſequentibus, hac habitatione relicta, pro quiete pacis, & reſtauratione Monaſterii Capuæ morabatur, unde quoque ibi habitantibus Fratribus victus & veſtimentorum ſubſidia delegavit. Ibi quoque vitæ ſuæ terminum fecit. Obiit autem in pace Tertio Kalendas Auguſti Anno Dominicæ Incarnationis MLIII. Indict. III.

In Caſino verò Richerio poſt annos ſeptem defuncto, Petrus ordinatur; quo poſt annos duos expulſo, quia nimis ſimpliciſſimus, Fridericus fit Abbas, qui & Stephanus Papa dictus eſt. Quo poſt annum mortuo, Deſiderius factus eſt Abbas, qui fuit Monachus Monaſterii Sanctæ Sophiæ Beneventanus, & idem poſtea Papa dictus eſt Victor. Guaimarius Princeps, & Bonifacius Marchio interficiuntur.

Sanctus Leo Papa Nonus cum Normannis dimicavit juxta Civitatem Beneventi. Poſt mortem Domni Liutfridi Abbatis ſupraſcriptus Lando iterum mercatus Eccleſiam Sancti Vincentii in Capua à Civibus Capuanis, tenuit illam annis tribus. Unde relatione facta à Monachis, excommunicatus eſt à Sancto Leone Papa. Obeunte verò eodem Pontifice, vocatus ad Synodum ab ejus Succeſſore Domno Papa Stephano, ire contempſit. Unde iidem ipſi Cives Capuani cum illo excommunicati ſunt. Coacti ergo ob hoc literas renuntiatorias cum prædicta ſupplicatione Papæ miſerunt, vitæ ſubſidia poſtulantes pro eo. Accepto ergo conſilio Fratres, ut ab illius poſſent evadere vanitate, pro ſuis ſtipendiis largiti ſunt illi Monaſterium Sanctæ Crucis ſitum in Marſico monte, ubi & vitæ terminum fecit. Nam ut ſuperiora ſibi acquirere poſſet, Borrelli filiis libellum de Caſtro fecerat Licenoſo. In illis ergo diebus, licèt paucis manentibus vacua domus videbatur, & infeliciter viventibus nequaquam victus neceſſaria parabat. Ipſi enim Borrelli filii Villas, Caſtella, vel alia quæ eſſe poterant, ſibi diviſerant; & non habentibus Paſtorem facti erant ſibi mali dominatores. Quorum facta, quia diu latêre non poterant, pulſati tantis perſecutionibus Fratres, tantæ pravitatis calamitatem ferre non valentes, cœperunt ſibi quærere Abbatem, & quærentes invenerunt virum idoneum & prudentem Domnum Johannem, qui fuerat genere Marſicanus, & nutritus in hoc Monaſterio pretioſi Chriſti Martyris Vincentii.

JOHANNES Abbas Sancti Vincentii ſedit annis XXII. Menſibus IV. diebus XV. Iſte Sancti Vincentii Eccleſiam, quæ major dicta eſt, pavimento, trabibus, & tectis, pulchroque tabulato Templi mirificè reſtauravit; ornamenta Eccleſiaſtica, Libros, Cruces argenteas, Altaris Ciburium, & tabulam argento veſtitam, Calices, thuribula perfecit. Clauſtrum interius, & exterius Capitulum, Dormitorium, Refectorium, & reliqua domus neceſſaria ſtudioſiſſimè præparavit; Fratres plurimos congregavit. Cum Tyrannis, qui terram invaſerant, ut agnus cum lupis habitavit. Sed quia illorum nequitiam diu ferre non poterat, eo quòd ſibi omnia in ſortem ſuo pede diviſerant, nec aliquid magnum, vel exiguum Eccleſiæ Dei dimiſerant, quoſdam Fratres, quorum cor Deus roboraverat, accivit, iique conſilio accepto, corpora ſua propter Deum ad ſupplicia tradentes, arduum iter aſſumpſerunt, & longo itinere profecti apud Apoſtolicæ Sedis Summum Pontificem Nicolaum, & magnum Imperatorem Henricum magno mœrore querelam depoſuerunt. Quorum precibus annuentes, decrevit Deo acceptiſſimus Pontifex per ſemetipſum ſacrum viſitare Cœnobium. Ergo cum maxima multitudine equeſtrium & pedeſtrium adveniens, & cum religioſorum catherva Clericorum, ſuſceptus cum magna lætitia populorum, multas gratias egit omnipotenti Domino, & ejus pretioſo Martyri Vincentio. *Verè*, inquit, *locus iſte Sanctus eſt, & à Deo conſtitutus.* Igitur ſacrilegos Tyrannos Apoſtolica auctoritate ſuæ poteſtatis ſubegit, Caſtella, Villas, & diverſas Monaſterii poſſeſſiones auferens, ipſius juri reſtituit, videlicet Caſtrum Scappuli, Foſſam . . . . . ſervientes, Collem Sancti Angeli, Caſtrum Vadum Porcinum, & Caſtrum Fornellum. Reliqua ſibi, ideſt Licenoſum, Collem Stephani, Tenzunuſu, Cerrum cum Spina, & Aqua viva, Riuneru, Montenoru, Maladeclaria, & Alfedenam ſub tali conditione dimiſſis, exhibitis ſecuritatibus, & ſe ipſos obligantes, quoque tempore in Valeriæ partibus ſibi receptum acquirere potuiſſent, iſta omnia integra reddituros eſſe Monaſterio. Fratres denique illi, quorum ſtudio & labore iſta facta ſunt, hujus Monaſterii habitationem deferentes, unus ex eis, qui Atto dictus eſt, in Monaſterio Sancti Martini Marſici montis; alius verò Placidus nomine in Monaſterio Beati Petri in Valle Tritenſi vitam degentes, finem fecerunt: fuerunt quippe magnæ Religionis.

Tunc temporis ab hoc Beatiſſimo Papa privilegium accepit, venerabilis Abbas Johannes hujuſmodi.

Nicolai II. Summi Pontificis Bulla, qua Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum, & Johanni IV. ejus Abbati omnia illius bona, & jura confirmat. Anno MLIX.

„ NIcolaus Epiſcopus ſervus ſervorum
„ Dei. Dilecto filio Johanni Abbati
„ Venerabilis Monaſterii Chriſti Martyris
„ Vincentii ſuper ipſum fontem Vulturni
„ fluminis conſtructi, & per eum cunctis ſuc-
„ ceſſoribus ejus regulariter ad regimen pro-
„ movendis in perpetuum. Et ſi omnibus ſo-
„ licitudinem noſtram, & Apoſtolicæ Sedis
„ munimentum protendere debemus, piis ta-
„ men locis, & præcipuè Religione Monaſti-
„ ca pollentibus, abundantiùs quidquid pieta-
„ tis & utilitatis poſſumus, quatenus ex pia
„ proviſione Cœnobitarum in futuro plenam
„ mer-

„ mercedem eum eis, & pro eis Deo miſe-
„ rante mereamus. Proinde benivola conden-
„ ſcenſione annuentes petitionibus tuis, Ka-
„ riſſime fili, & Abba Johannes per hanc
„ Apoſtolicæ auctoritatis decretalem pagi-
„ nam, ſecundùm quod tuis anteceſſoribus
„ noſtri feciſſe noſcuntur, concedimus, &
„ confirmamus tibi, tuiſque ſucceſſoribus
„ poſt te regulariter promovendis in perpe-
„ tuum præfatum Monaſterium Beati Vin-
„ centii Martyris ſitum ſuper ipſum fontem
„ Vulturnum in territorio Beneventano in
„ partibus Samniæ cum omnibus ſuis perti-
„ nentiis, & Cellis, videlicet Monaſterium
„ Beati Petri Apoſtoli poſitum juxta fluvium
„ Sabbati, Monaſterium quoque Sancti Adeo-
„ dati intra Beneventum, & Eccleſiam Sancti
„ Stephani. Cellam Sanctæ Mariæ in loco Sa-
„ no, &c. Concedimus licentiam vobis, ve-
„ ſtriſque poſteris ad altaria conſecranda, &
„ Clericos in quolibet gradu ordinandos in-
„ vitare quem volueritis Epiſcopum. Inter-
„ dicimus etiam, ne quis Epiſcoporum ex
„ eodem Monaſterio Abbatem vel Monachum
„ audeat ad ſuam Synodum provocare, vel
„ excommunicare. Jubemus quoque conce-
„ dendo vobis cujuſcumque Eccleſiæ Cleri-
„ cum, ſi venerit ad converſionem, ut reci-
„ piatis ſecundùm Monaſticam diſciplinam
„ . . . . . Chriſma, & Oleum Sanctum acqui-
„ ratis à beneplacito vobis Epiſcopo &c. Si
„ quis autem, quod non optamus &c.
„ Scriptum per manus Octaviani Scriniarii
„ S. R. E. Notarii, Menſe Martio, & Indi-
„ ctione XII. BENE VALETE.
„ Datum Spoleti VI. Nonas Martii Anno
„ Jeſu Chriſti MLIX. per manus Humberti
„ Sanctæ Eccleſiæ Silvæ-Candidæ Epiſcopi,
„ Anno I. Pontificatus Domni Papæ Nicolai
„ Secundi, Indictione XII.

Reſtitutio Cellæ Sanctæ Mariæ in Caſtanieto facta ab Alberto Monacho, & Roffrido Comite, Monaſterio Sancti Vincentii ad Vulturnum coram Nicolao Papa in Synodo Beneventana. Anno MLIX.

„ IN nomine Sanctæ & Individuæ Trini-
„ tatis. Anno Dominicæ Incarnationis
„ MLIX., Menſe Auguſto initiante, Indictio-
„ ne XII. currente, Domno quoque Venera-
„ bili, ac Beatiſſimo Papa Nicolao II. in Sa-
„ croſancta Beati Apoſtolorum Principis Se-
„ de, Anno Primo Pontificatus ſui præſidente.
„ Quoniam ſcimus humanas mentes concupi-
„ ſcibilis eſſe naturæ, nec non obliviſcibilis,
„ nec ita tenacis memoriæ, ut non egeant
„ recordatione, dignum duximus conſulere
„ concupiſcibili, & providere obliviſcibili,
„ quatenus & meta imponatur ambitioni, &
„ locus prorſus auferatur oblivioni. Scriptis
„ videlicet . . . . . hominum acta vel
„ dicta, ne quandoque aliter procedant, quàm
„ rei veritas dictat. Unde quæ acta ſunt inter
„ Johannem Venerabilem Abbatem Monaſte-
„ rii Sancti Vincentii ſuper Vulturni flumi-
„ nis fontes ſiti, & Albertum Monachum,
„ atque Roffredum quondam Roffredi Comi-
„ tis filium, huic chartæ tradidimus, quia
„ neutrum eorum à ſubjectæ rei veritate de-
„ viare volumus. Igitur cùm prædictus
„ Domnus Nicolaus Papa apud Beneventum
„ extra ipſam Civitatem intra Eccleſiam Bea-
„ ti Petri juxta fluvium Sabbati Synodum ce-
„ lebraret, & eò nonnulli Archiepiſcopo-
„ rum, Abbatum, Monachorum, & totius
„ Eccleſiaſtici Ordinis, atque Laicalis non
„ parva multitudo reſideret; in primis Do-
„ mnus Humbertus, Bonifacius, Johannes
„ Cardinales Epiſcopi, Deſiderius Abbas &
„ Presbyter, Ildeprandus Subdiaconus, item
„ Cardinales. Voadalricus Beneventanus, Pe-
„ trus Amalfitanus, Alfanus Salernitanus, Ser-
„ gius Neapolitanus, Johannes Surrentinus
„ Archiepiſcopi, Hieronymus, Albertus,
„ aliique quamplurimi Epiſcopi. Landulfus
„ Beneventanus Princeps, Robertus, Petrus,
„ Gerardus Comites, & alii quamplures: aſ-
„ ſurgens Johannes præfati Monaſterii Abbas
„ conqueſtus eſt ſuper denominatum Alber-
„ tum Monachum dicens: Obſecro, Domini,
„ miſericordiam veſtram, & omnium, qui
„ huic Sanctæ Synodo interſunt, ut faciatis
„ mihi juſtitiam de Alberto Monacho, qui
„ Cellam Sancti Vincentii, Sanctam Mariam
„ in Caſtanieto Monaſterio noſtro ſubripuit,
„ ibique ſibi nomen & ſpecimen officii Abba-
„ tis uſurpatum, & in præſentia Sanctiſſimi
„ Papæ Leonis refutatum, ac ſub interpoſitio-
„ ne perpetua anathematis contradictum, te-
„ ſtantibus Venerabilibus Viris Humberto
„ Cardinali, Petro Amalfitano, Voadalrico
„ Beneventano Archiepiſcopis, nunc iterum
„ temerario auſu uſurpavit, & ipſam Cellam
„ jam dicto Monaſterio violenter contendit.
„ Ipſo verò Alberto aſſurgente, & ſe per Co-
„ mitem, cujus vi hoc egerat, defendere ni-
„ tente, dum nulla pars juſtitiæ ſibi faveret,
„ literis diffinitionis, & conſtitutionis ſæpe-
„ dicti ſemperque dicendi beatæ memoriæ
„ Domni Papæ Leonis recitatis, & ſacro
„ ſigillo munitis, atque teſtamento prædicto-
„ rum Venerabilium Archiepiſcoporum con-
„ firmatis, judicio totius Synodi eſt defini-
„ tum: præfatum Albertum debere nomine,
„ & officio malè arrepto privari, & Mona-
„ ſterium Beati Vincentii perpetualiter inve-
„ ſtiri de jam dicta Cella, omnibuſque ſuis
„ pertinentiis, quod & factum eſt. Ipſe nam-
„ que Albertus Monachus, dictus Abbas, no-
„ men, & officium Abbatis, atque Cellam,
„ per virgam in manu Papæ refutavit; &
„ quia erat anathematizatus, & ab omni Al-
„ tacis miniſterio depoſitus, in poteſtatem
„ Abbatis eſt ad regulam corrigendus datus.
„ Prænominatus verò Roffredus Comes, dum
„ vellet ſibi jus ſupraſcriptæ Cellæ vendicare,
„ relatis literis Domni Papæ Leonis, annotata
„ nuntiorum Imperatoris Ottonis, teſtimo-
„ nioque prædictorum Archiepiſcoporum,
„ Humberti videlicet, Petri, atque Voadalri-
„ ci convictus, nec non & anathematis, pœ-
„ næque mille aureorum mancuſorum reus
„ adjudicatus, præfatam Cellam in manu Pa-
„ pæ refutavit, ſeque, ſuoſque heredes quòd
„ per . . . . . contra Monaſterium Beati Vin-
„ centii aliquo modo non agerent, perpetua-
„ liter ſub præſcripta pœna obligavit. His
„ ita geſtis, Reverentiſſimus Papa Johannem
„ Abbatem Sancti Vincentii ex eadem Sanctæ
„ Mariæ Cella, in perpetuum inveſtivit.
„ Omnes hujus inveſtitionis, ac conſtitutionis
„ violatores cum prænominata pœna perpe-
„ tuo anathemate obligavit. Quod ut verius
„ credatur huic paginæ manu propria ſub-
„ ſcripſit, & ſua bulla inſigniri juſſit.
„ † Ego Nicolaus Sanctæ Romanæ &
„ Apo-

Digitized by Google

„ Apoſtolicæ Sedis Præſul confirmavi.
„ † Ego Humbertus Epiſcopus Sanctæ
„ Eccleſiæ Silvæ Candidæ interfui cognovi,
„ & ſubſcripſi.
„ † Ego Alfanus gratia Dei Salernitanus
„ Archiepiſcopus interfui, & ſubſcripſi.
„ † Sergius Archiepiſcopus Neapolitanus.
„ † Ego Johannes Archiepiſcopus Surren-
„ tinus.
„ † Ego Bonifacius Epiſcopus Sanctæ Ec-
„ cleſiæ Albanenſis interfui.
„ † Ego Gualdaricus Dei gratia Benevен-
„ tanus Archiepiſcopus interfui.
„ † Ego Petrus gratia Dei Amalfitanæ Ec-
„ cleſiæ Archiepiſcopus interfui.

Ab hoc quoque tempore Normanni Capuam obſidentes, finitima quæque acriter devaſtare cœperunt. Tunc quoque venerabilis Abbas Johannes, homines circa Eccleſiam Sanctæ Mariæ, quæ dicitur Oliveto, aſſumens, Caſtrum conſtituit in monte, quod nunc eſſe videtur; à quibus hominibus pactum ſponſionis firmiſſimum accepit pro decimis, ſervitiis, & redditionibus, quæ jure Sancto Monaſterio perſolvere deinceps debuiſſent, per hujuſmodi ſcriptum.

Bectiſus Præpoſitus Sancti Vincentii ad Vulturnum quibuſdam hominibus in emphyteuſim concedit terras in agro Venafrano poſitas. Anno fortaſſe MLIX.

„ IN nomine Dei. Sexta die ſtante Menſe
„ Julio, XII. Indictione. Hos tales ho-
„ mines, ideſt Aczifalde, & Johannes filios
„ quondam Toti, & Johannes, Fuſane No-
„ tarius, & Johannes filius Riccardi, & Pipo
„ filius Piponi, & Johannes filius Amiconi,
„ nos toti habitatores de loco Sanctæ Mariæ,
„ qui dicitur Olivetum, qualiter in præſen-
„ tia Radchiſi Judicis, & Johanne Judice
„ de ſupradicta Sancta Maria, & alios teſtes,
„ ſicut convenit inter nobis, & Bectiſus Presby-
„ ter, & Monachus, atque Præpoſitus Mona-
„ ſterii Sancti Vincentii, ſitus ſuper Vultur-
„ ni fluminis fontem, ubi Domnus Johannes
„ venerabilis Abbas præeſt, ille erga ſecum
„ habendo Bonella Abocatorem Cœnobii San-
„ cti Vincentii, & tunc per eadem convenien-
„ tia voluntariè noſtram guadiam dedimus,
„ nos Raimundus, & Lando Inguæ, & fide-
„ juſſores nos ei poſuimus per ipſam conve-
„ nientiam nos ipſi ſupraſcripti, quatenus qui
„ ſupra Aczo, & Johannes arti, Johanne Fa-
„ ſare; Johanne Ingue; & Johanne Riccardi,
„ & Pipo, & Johanne Amiconi, vel noſtris
„ heredibus debeamus tenere, & laborare, &
„ fruere terris, quæ ſunt infra Comitatu Be-
„ nafro, propinquæ ſupraſcripta Eccleſia San-
„ ctæ Mariæ, & propinquæ Eccleſia Sanctæ
„ Chriſtinæ, & Sancti Quirici, quæ ſunt ipſæ
„ Eccleſiæ intus ipſis terris, & ſunt pertinen-
„ tes prædicti Monaſterii; & victualium, &
„ vinum, ſeu alia qualiter fruges ibidem Do-
„ minus dederit annualiter, noſtræ habeamus
„ poteſtati; unde decimam partem debeamus
„ dare ad Abbatem, vel Succeſſores, atque
„ Rectores ſupraſcripti Monaſterii de fruges
„ illas, qualiter hic legitur, ideſt de grano,
„ de hordeo, de milium, vel de faros, aut can-
„ naba, aut ſicima; & de vinum, quod inde
„ exierit, ſimiliter decimam portionem, &
„ ducere totum nos iſtum aſſignatum ſalvum
„ intus area, quæ eſt intus ipſis terris ædifica-
„ ta; & in Nativitate Domini debeamus nos
„ dare ſpallam boni porcini, ad partem ei-
„ dem Monaſterio, & eſcaticum demus eis nos
„ de omnes porcos majores decimum. Et ſi
„ hæc taliter, qualiter unde ſupra legitur,
„ ducentos Bizanteos ſolidos aureos bonos
„ pœna nos componere obligamus ad partem
„ eidem Monaſterio, & omnia, qualiter per-
„ legitur, percompleamus. Unde ſi neceſſe
„ fuerit ad pignorandum obligamus nos qui
„ ſupra dictus Aczo Johannes Toti, Jo-
„ hannes Faſanæ, Johannes Inguæ, Johannes
„ Riccardi, & Pipo, Johannes Amiconi, pro
„ nos ipſis fidejuſſoris ad Abbatem, vel ſuc-
„ ceſſores, jam prædicti Monaſterii, aut cui
„ hoc ſcriptum, pro parte ſupraſcripti Mo-
„ naſterii, per nomen bovi, & baccæ, ju-
„ mentæ, caballi, porci, & de aliis rebus
„ noſtris uſque ad legem.

Hoc tempore Deſiderius Abbas cœpit renovare Monaſterium Sancti Benedicti in Caſino. Domnus Nicolaus Papa obiit, & Domnus Alexander Papa conſtitutus eſt Anno Incarnationis Dominicæ MLXXI. Richardus Capuam intravit; & primus ex Normannis illic factus eſt Princeps Robertus.

Huc uſque Chronicon Cœnobii Sancti Vincentii prope Vulturnum Fluvium.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX FRAGMENTORUM AD CHRONICON MONASTERII VULTURNENSIS.

Donatio Monaſterii Sanctæ Columbæ facta à Berardo Johanni V. Abbati Sancti Vincentii. Anno MLXX.

„ IN nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni. Ab ejus Incarnatione. Anno Milleſimo ſeptuageſimo, Menſe Februario, Octava Indictione. Ideoque ego Berardo filius quondam Johannis, qui modò ſum habitator in „ Caſtro Petra Abundanti in territorio Beneventano, bona etenim mea voluntate, quàm „ & pro firma ſtabilitate intereſſet Petrus Judex, & aliis bonis hominibus, & ſubſcriptos teſtes: per hanc quoque videlicet „ chartulam pro redemptione animæ meæ, „ & de filiis meis, atque pro Adeltruda uxore mea offero Monaſterium Sanctæ Columbæ quod ſitum eſt in territorio de Friſolone, cum Eccleſia Sancti Donati, & alia „ Eccleſia Sancti Nicolai, & Sancti Germani „ cum eorum pertinentiis, & ſubſcriptionibus in Monaſterio Sancti Vincentii, quod „ ædificatum eſt ſuper Vulturni fluminis fonte, ubi Domnus Johannes venerabilis Abbas „ ad regimen tenere videtur. Hæc autem rebus, unde nos jam ſupra diximus, cum „ prædictæ Eccleſiæ, & cum ſuis ſcriptionibus, & pertinentiis, omnia infra ſe, vel „ ſupra ſe habentes, tota & integra offeruimus in præfato Monaſterio Sancti Vincentii, & ad ejus Rectoribus, ad habendum „ & poſſidendum, & faciendum exinde omnia, „ quæcunque volueritis, & neque ad me ego „ qui ſupra Berardo, neque ad filiis meis, nec „ quartula uxori meæ, nec alicui alteri hominibus nulla exinde reſervavimus portionem requirendi, ſed quomodo ſupra „ legitur ſinè contradictione mea, & de meis heredibus, & ſinè cujuslibet requiſitione: ea ratione, ut amodo & ſemper ad pars ejuſdem Eccleſiæ, & ad „ ejus Rectoribus jam dicta mea offerſione „ ego qui ſupra Berardus, & meis heredibus omni tempore defendere obligamus. „ Et ſi aliquo tempore, ego Berardo, vel „ meis heredibus ad pars prædicti Monaſterii „ aut ejus Rectoribus per qualecunque rationem, aut ingenio cauſare, aut contendere „ præſumpſerimus de ſupraſcripta offerſione, volendo exinde aliquid tollere, aut „ contrare, vel minuere, ſeu de proprietate „ ejuſdem Eccleſiæ, vel ad ejus Rectores ſubtrahere quæſierimus, vel retornare, aut removere, aut quodlibet ingenium, vel humana aſtutia: tunc ante omnia quæſtio & „ cauſatio noſtra inanis & vacua ſit, & quadringenti ſolidi Conſtantini boni pœna ego „ qui ſupra Berardo, & meis heredibus adversùs prædictum Monaſterium, & ad ejus „ Rectoribus componere obligamus, vel illius hominis, qui hanc chartulam nobis in „ cauſatione oſtenderit pro pars ejuſdem Eccleſiæ, & in antea omni tempore exinde adversùs præfatam Eccleſiam, & ad ejus Rectoribus taciti ejus Eccleſiæ, aut ejus Rectoribus, & quieti maneamus. Et qui ſub „ jure Eccleſiæ, aut ejus Rectoribus voluerit „ ſe parare, ſciat ſe perpetuis ſubdere flammis, & pœnali compede ligari cum Juda. „ Et ſi (quod abſit) nos, aut noſtros heredes „ hæc præſumimus, eadem pœna feriamur. „ Et ſi ultores exinde nos, & noſtri heredes „ non fuerimus ante omnes Judices, vel Po„ t ſtates ad . . . . . eas ſicut ibi nobis com„ paruerit, etiam ſtatuimus in ſempiternum „ ſimiliter, & ſperamus, tuæque Eccleſiæ „ Rectores, & de noſtris rebus proprietatis „ duplæ, & melioratæ, tuæque Eccleſiæ reſtaurare promittimus. Inſuper etiam obligo me ego Berardo, & meis heredibus ad „ pars prædicti Monaſterii, & ejus Rectoribus eadem offertione, quod ſupra legitur, „ integra defendere ego, & meis heredibus, „ ab omnibus hominibus, ab omnique partibus, cum omnibus ſuis pertinentiis in integrum, ſecundùm jus Langobardorum gentis „ legem obligata pœna. Hanc chartulam offerſionis ejuſdem Eccleſiæ ſcripſi, de quibus continet, firmam & ſtabilem permaneat „ in perpetuum, ego Bonohomo rogatus à „ ſupradicto Berardo, & filiis ſuis. Actum in „ Petra Abundanti feliciter.

„ Ego Oderiſi Comes ſignum Crucis feci.

„ Ego Borello ſignum Crucis feci.

„ Ego Bonohomo Judex.

Domnus AMICUS Monachus, & Abbas Sancti Vincentii, mox ab Urbani II. Papa circa Annum Chriſti MXC. creatus Presbyter Cardinalis Sanctæ Crucis in Hieruſalem, poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Archipresbyter ſub Paſchali II. Gelaſio II. & Caliſto II. Obiit pridie Nonas Januarii Caſini, ut ex ejus Bibliothecæ Kalendario habuimus.

Conſecratio Eccleſiæ Sancti Vincentii per Paſchalem II. Papam. Anno MCXV.

ANno Dominicæ Incarnationis Milleſimo centeſimo quinto decimo, venerandæ memoriæ Domnus Paſchalis Papa Secundus hanc Eccleſiam conſecravit ad honorem Summi Dei, & vocabulo ejus pretioſi Martyris Vincentii, in qua honorificè ſuis manibus ipſius Beatiſſimi Vincentii Martyris, & aliorum Sanctorum, ferè quinquaginta, ſacras Reliquias collocavit. Quo die cum eodem Beatiſſimo Papa affuerunt Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates ducenti viginti, quorum conſilio pro honore prædictorum Sanctorum ſtatuit, ut quicunque per Quadraginta dies, ad ipſius dedicationis ſolemnia devotè adveniſſet, centum trium annorum remedio veniam ſuorum acciperet peccatorum. Futuris quoque temporibus per ſingulos annos advenientibus quadraginta dierum Indulgentiam conceſſit. Cui Sanctæ Eccleſiæ perpetuam pacem habere do-

Digitized by Google

donavit, & ſuo decreto, cunctorumque præſentium Cardinalium, & Epiſcoporum firmavit, ut infra terminos conſtitutos ab ipſis, ideſt uſque ad pontem, qui dicitur Marmoreus, & uſque ad pontem, qui dicitur Ciſterna, & uſque ad rivum, qui dicitur Cauſa, & uſque ad ipſum fluvium Vulturnum, loco ubi dicitur Caſtanea quicunque prædam de rebus ipſius Monaſterii facere præſumpſiſſet, ſeu hominem comprehenderet, amicum, ſive inimicum, Dei, & omnium Sanctorum, ſua, & Epiſcoporum ſententia ſe maledictum & excommunicatum eſſe ſciret uſque ad dignam emendationem, & ſatisfactionem.

Nos autem hæc omnia ſcientes, & intelligentes, & Divina auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adjuti precibus & meritis, iſtorum ſequentes veſtigia præcedentium Patrum noſtrorum, quorum maledixerunt, maledicimus; quorum benedixerunt, benedicimus. Qui verò fecerint quæ pacis ſunt, miſericordiæ, & benedictionis gratiam conſequi mereantur à pio Domino cum omnibus Sanctis. Suppliciter deprecamur, & optamus.

Vos ergo, Fratres, qui hodie ad tanta ſolemnia dedicationis Sanctæ hujus Eccleſiæ devotiſſimè adveniſtis, ut peccatorum veſtrorum Indulgentiam accipere poſſitis, date confeſſionem Domino Deo noſtro. Tunc Diaconus dicat alta voce omnibus: *Dicite omnes: Confiteor Deo omnipotenti, & omnibus Sanctis ejus, & tibi Pater; mea culpa, mea culpa, mea culpa. Peccavimus in cogitatione, locutione, deleſtatione, conſenſu, & opere. Peccavi in avaritia, gula, & vanagloria, peccavi in rapina, in furto, & ſacrilegio; peccavi in ſuperbia, invidia, odio, ira, & homicidio; peccavi in mendacio, detractione, falſo teſtimonio, & perjurio. Peccavi in luxuria, adulterio, immunditia, & fornicatione. Peccavi in prævaricatione legis Dei, & omnium mandatorum ejus. Peccavi in omnibus vitiis, & peccatis corporalibus, & ſpiritualibus, in quibuſcunque humana fragilitas contaminari poteſt: mea culpa, mea culpa, mea culpa. Precor piiſſimam Dei Genitricem, & Virginem Mariam, & Sanctos Angelos, & omnes Sanctos, & Sanctas Dei, & te Pater, orare pro me peccatore ad Dominum Deum noſtrum.*

Tunc Sacerdos: *Precibus & meritis Beatiſſimæ Dei Genitricis, & Virginis Mariæ, & Beatorum Angelorum, & Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apoſtolorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginum, & Omnium Sanctorum, miſereatur veſtri Omnipotens Deus, & dimittat vobis omnia peccata veſtra, liberet vos ab omni mala, conſervet, & confirmet in omni opera bono, & perducat ad vitam æternam. Amen.* Sequitur: *Benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti deſcendat ſuper vos, & maneat ſemper. Amen.*

Decretum Monachorum Sancti Vincentii pro conſervandis prædiis, & facultatibus Cœnobii ſui. Anno MCCLX.

„ Anno MCCLX. Menſe Junio, III. Indictione. Pro illicitis conceſſionibus Eccleſiarum, & indebitis collationibus beneficiorum, pro multis donationibus, & alienationibus poſſeſſionum, nec non feudorum, & .... excuſationibus diverſis modis, ac temporibus, quandoque Monachorum conſenſu, multoties extra eorum aſſenſum ab Abbatibus dolosè perpetratis, Monaſterium Sancti Vincentii de Vulturno, à ſtatus ſui dignitate miſerabiliter corruens cum poſſeſſionum amiſſione etiam bona temporalia perdens, jacet nunc multis ruinis, & calamitatibus oppreſſum, & quod ſuper omnia Monaſteria, quæ in circuitu ejus ſunt, olim gloria vigebat & nobilitate, amodo, noſtris exigentibus commiſſis, bonis omnibus ferè deſtitutum, ignobilitati ac verecundiæ tenetur præ cunctis obnoxium; & cujus præconium per cunctorum ora ſolitum erat volitare, nunc re in deteriùs verſa omnibus ejus ruinam ſcientibus habetur in deriſum, & contemptum. Cujus ſiquidem lugendæ calamitati, licèt ſera poenitudine, nos Monachi prædicti Monaſterii viribus totis obviare volentes, mandato ac licentia Domni Placidi Venerabilis Abbatis dicti Monaſterii, univerſi à junioribus uſque ad ſeniores, mera & ſpontanea voluntate juravimus ſuper Sancta Dei Evangelia, quòd deinceps non erimus in facto, neque in conſenſu, quòd alicui ex Fratribus noſtris ante profeſſionem Canonicam aliqua de Eccleſiis dicti Monaſterii aliquatenus concedatur, aut Clerico Seculari, quod conſueverat gubernari per Fratres noſtros, & ..... noſtri Monaſterii aliquomodo excuſentur, aut alicui ſinè angaria tribuantur, vel franchitia in aliquo fiat. Poſſeſſiones quidem præſcripti Monaſterii non alienabimus de demanio dicti Monaſterii; Feudum de novo non faciemus; decimarum, ſeu terraticorum, ſive debitorum redditiones nemini ad habendum concedemus in perpetuo ad ſuos uſus. Tenimenta verò, quæ quolibet modo vacabunt, in angaria, non ad cenſum, prout melius valebimus, dabimus. Quod utique factum, ut perpetuò irrefragabiliter à nobis, & noſtris ſucceſſoribus conſerveturcum cereis accenſis, & in aqua extinctis, & pulſatis campanis, fecimus excommunicationem, anathematizantes eos, & in perpetuo maledicentes, niſi reſipuerint, qui ſalubre ſtatutum quolibet modo evacuare tentaverint. Fecimus enim hoc prudentiori conſilio, quatenus hujus facti fama ad omnium aures percurrat, & deſinant amodo bona Monaſterii ad ſanctos uſus quærere, in quorum proventibus Monachi, qui in lege Domini meditantur, ſemper debeam ſuſtentari.

Quod

Digitized by Google

QUod jusserat Illustrissimus idemque Clarissimus Cæsar Cardinalis Baronius, in Vaticano Palatio Apostolico ab originali characteribus Langobardicis exarato majori ex parte, manu propria descriptum Pater Constantinus Cajetanus Abbas Sancti Baronti, Congregationis Casinensis Sancti Patris Benedicti, præsens Chronicon Monasterii olim sacratissimi celeberrimique Sancti Vincentii de Vulturno ad XV. millia passuum Casino distantis, voluit libentissimè Anno Christi MDCXII. ne exemplar originale unicum periret, ut forte periit.

D. CONSTANTINUS CAJETANUS ABBAS.

PRope finem Chronici Sancti Vincentii de Vulturno sunt aliquæ paginæ ..... charactere descriptæ, virorum ignorantia effractæ, ex quibus hæc colligere potui.

SERIES CONTINUATA ABBATUM SANCTI VINCENTII.

RAynaldus. XVII. Kalendas Aprilis obiit. Domnus Raynaldus Abbas Sancti Vincentii. *Kalendarium montis Casini.*

Johannes.

Odericus montis Casinensis.

Placidus Monasterii Casinensis.

Nicolaus de Ordine Murroni agente Cœlestino Papa V. Anno MCCXCIV.

N. de Aquino Monasterii Casinensis.

Petrus de Cerro hujus Monasterii Monachus.

Nicolaus de Frachura Monasterii Casinensis. Hic Decretorum Doctor fuit. Obiit MCCXCIX. Exposuit Regulam Sancti Benedicti.

Gregorius de Musellulo Monasterii Casinensis. Pridie Nonas Augusti obiit.

Domnus Gregorius Sacerdos & Monachus, Abbas Sancti Vincentii de Vulturno. *Ita Kalendarium Casinense.*

Pater Simon Monachus Pomposianus, magnus Doctor Decretorum.

Johannes de Valle Monachus Sancti Martialis Lemovicensis Decretorum Doctor.

Angelus de Rocca.

Guillelmus de Volta.

Johannes.

Thomasius.

Donatus de Tocco.

Alia Fragmenta addenda ad Chronicon Sancti Vincentii.

..... longus de majori Ecclesia Monasterii Sancti Vincentii; nam antea XXIX. columnæ, & hoc actum est, ampliores, & formosiores efficerentur, ruinæ .... damna essent .... istius Basilicæ cum anteriori absida habet passus justos mensuratos .... latitudo pedem habet cum ambabus .... partis passus XII. Itaque trabes ipsius Ecclesiæ sunt passus VII. in altitudine sunt passus X. paradisus ante portas ejusdem Ecclesiæ, in quadro habet passus XVIII. Idem verò venerabilis Abbas Gerardus, imperfectum opus relinquens, diem clausit extremum. Huic Dei voluntate & Fratrum omnium concordi electione Benedictus nomine & opere in regimine successit, qui infra duos annos maximam partem columnarum erexit, ac parietes optimos super eas exstruxit, ad dexteram scilicet partem cum fronte ejusdem Ecclesiæ ferè murum ..... medios passus labore variis coloribus, & ratus per quemdam Francigenam, pavimentum scilicet expolitis lapidibus, Altare venerandum ex marmoribus perpolitis statuit ad modum Arcæ mu . . . in honore Salvatoris, & ejus Genitricis Mariæ, & vocabulo pretiosi Martyris Vincentii ordinavit. Denique universa hujus Monasterii ædificia à tribus Abbatibus videlicet per Gerardum, qui magis in opere desudavit, per Venerabilem Benedictum ..... Hactenus ex fragmentis de Ecclesiæ Sancti Vincentii descriptione. *Nunc sequuntur & alia, de Regni Neapolitani motibus, Romanorum, & Regis Rogerii tempore* ..... prædictus Rex ex uterino, prœlia multa cum Comitibus... Regni committere maximo duce, qui à Romano Pontifice, & Alexio Imperatore totius Apuliæ acceperat, ut eidem Rogerio Regi fortiter quandoque esset suis viribus ... superabat prædictus Dux & Robertus filius ejusdem mulieris ..... quod venenum super sellam equitaturi Ducis inunxerat, ut tacta à Duce sella, manus per faciem deduceret, extincti sunt. Illis verò taliter obeuntibus, prædicta nostrarum omnium fœminarum crudelissima, quæ pro tantorum nece virorum aliquod magnum expectabat, à Rege præmium non dissimile, quod quondam de morte Saulis Amalechita accepit meritum; nam ille jussu David Sanctissimi Regis capite truncatur, & ista non fuit digna feriri gladio, sed jussu benigno Regis Rogerii igne crematur .... *deest pagina* requisitione, & voluntate ..... Capuæ venerabilis, at infirmitate gravatus. Sed eodem anno obiit. Tunc qui præerant, onus curantes solicitè agebant .... potestatis Virum, ab eis honori ..... potuisset. Credebant enim, sicut aliàs proprio ore promiserat, esse venturum. Sed non; imo secus accidit, nam eadem nocte, per nuntium accepit, quòd Apostolicus in prædicto Castro Galluzo à suis custodia detinebatur, nec aliquomodo exinde evadere poterat. Quod Rex ut audivit, eadem nocte à Castro Tenzunuli re-

Digitized by Google

ceſſit & properans Galluzum adiit Caſtrum, ubi ipſe Rex à Romano Pontifice, quidquid voluit accepit, ſive extorſit, cùm in ſua eum poteſtate detineret. Nam inibi primum tunc Privilegium ex Apuliæ Ducatu, & Capuano Principatu, omnique Regno ſuo ſecundùm ſuam voluntatem accipiens, fidelitatem . . . *reliqua deſiderantur*.

Communi omnium Monachorum voluntate Domnum Johannem elegerunt virum omni ſapientia, divina lege, Monaſtica diſciplina . . . . . Ut moris eſt, eum à Capitulo cum hymnis & laudibus in Eccleſiam deducentes . . . ut omnia . . . . . Poſtquam verò Judex non ut putabat, factum vidit, Anatholicum aſcendit, dicens: Literas Principis filii Regis de Abbatis electione audite. Monachi verò omnes, & Laici, qui convenerant, ei dixerunt: Iſta priùs dicere debuiſti, & non modò; quia nos apoſtatare non decet, factumque in irritum revocare. In brevi igitur conſecratus, factus eſt Abbas. Obierat enim Amicus Abbas in Octavis Innocentum, & Johannes eligitur in Vigiliis Epiphaniæ; & licèt non nequiſſimè à Fratribus, ſed purè & ſimpliciter factum fuerit, tamen minus cautè hac noſtra de cauſa Regis . . . . . & ut mitigare poſſent animi furorem aliquo modo, quibuſdam . . . & ut cuncta Fratrum Congregatio ad ſupplicandum Regem, pro Monaſterio pergeret: quod & factum eſt. Quibus poſt ſalutationem Rex ait: *Propoſueram quidem vos, & Eccleſiam veſtram ad viſendum venire, ſi non egreſſi fuiſſetis veſtri Monaſterii clauſtrum. Multa jam ædificia proſpexiſſemus. Quod invenire debuimus, modò videmus.* Et cùm ab Abbate, & Fratribus rogaretur venire, noluit. Diſplicuerat enim non modicum, Univerſitatem Fratrum Domino Regi ex Monaſterii clauſtro egredi, quod apud Deum, & homines deſpicabile fuit, & valde reprehenſibile. Cunctis igitur in Monaſterio iſto commorantibus, ſemper hoc eſſe debet in exemplum . . . Capſas argenteas . . . . quæ omnia maximum pondus habebant. Hæc omnia, quæ prædiximus, Rogerius apud Panormum deportari fecit, & unam magnam argenteam tantùm his dimiſit habentem libras XXXII., quam Helias Abbas Andreæ Comiti dedit.

Ex ſequenti fragmento nil aliud colligi poteſt, quàm quòd Comes theſaurum Eccleſiæ, & Monaſterii hoſtiliter abſtulit, & Caſtra invaſit. Quo loci cùm alearum intentus ludis, aliiſque nefandis ſceleribus detineretur, Dei judicio, inaudito frigore arripitur; idemque oculorum lumine privatur. Qua de cauſa omnia Monaſterio reddi juſſit, ab omnipotenti Domino veniam petens.

Epiſtola Anaſtaſii IV. Papæ ad Abbatiſſam Sancti Deodati, ut Abbati Vulturnenſi obedientiam præſtet. Circiter Annum MCLIV.

„ ANaſtaſius Epiſcopus Servus Servorum „ Dei A. Abbatiſſæ Sancti Deodati.
„ Dilectus filius noſter Elias Abbas Sancti „ Vincentii, illam obedientiam, quam ante„ ceſſores ejus in commiſſa tibi Eccleſia ſem„ per habuiſſe noſcuntur, & quam tu ipſa „ olim dependiſti, à te (unde miramur) ſibi „ aſſerit denegari. Quoniam igitur nos eidem „ Abbati, tamquam ſpeciali filio noſtro, jura „ ſua illibata volumus, per præſentia tibi „ ſcripta, mandamus, quatenus debitam obe„ dientiam & reverentiam, quam illæ, quæ „ ante te commiſſæ tibi Eccleſiæ regimen te„ nuerant, anteceſſoribus ejus exhibuerunt, „ & quam tu ipſa ei, & anteceſſoribus ejus „ exhibuiſti, Caritate ſervata, eidem ſemper „ exhibeas, & de jure ſuo aliquid ſubtrahere „ non præſumas.

Alexandri III. Papæ literæ, quibus Abbatiſſam Sancti Victorini Beneventani monet, ut Abbati Vulturnenſi obedientiam præſtet. Circiter Annum MCLXVIII.

„ ALexander Epiſcopus Servus Servorum „ Dei, dilectis in Chriſto filiabus Abba„ tiſſæ, & ſororibus Sancti Victorini Bene„ ventan. ſalutem, & Apoſtolicam benedi„ ctionem.
„ Dilectus filius noſter Abbas Sancti Vin„ centii de monte tranſmiſſa nobis conque„ ſtione monſtravit, quòd cùm ei obedien„ tiam & reverentiam teneamini exhibere, „ nec inconſulto Abbate, qui pro tempore „ fuerit in præſcripto Monaſterio, in domo „ veſtra aliqua debeat in Abbatiſſam aſſumi, „ eidem Abbati præſcriptam reverentiam & „ honorem contra juſtitiam ſubtraxiſti; & „ cùm debeatis, ei, & ſervientibus, vel nun„ tiis ejus euntibus & redeuntibus pro multis „ poſſeſſionibus ipſius, quas tenetis, procura„ tionem præſtare, id facere contemnitis, „ licèt ſuper his omnibus pactum interceſ„ ſiſſe dicatur. Quoniam igitur indecens eſt „ profeſſioni Monaſticæ aliorum jura turbare, „ nec nos id in patientia ſuſtinere poſſumus, „ vel debemus diſcutere: vobis per Apoſtoli„ ca ſcripta mandamus, quatenus debitam & „ conſuetam reverentiam, & honorem præ„ dicto Abbati ſinè contradictione qualibet „ impendatis, ita quòd ipſe querelam repli„ care non debeat, & nos denuo propter hæc „ ſcribere non cogamur Dat. Laterani X. Ka„ lendas Aprilis.

Alexandri III. Literæ ad Epiſcopos Teanenſem, Sueſſanenſem, & Cajacenſem, pro recuperandis juribus Monaſterii Vulturnenſis. Circiter Annum MCLXX.

„ ALexander Epiſcopus Servus Servorum „ Dei venerabilibus fratribus, Teanenſi, „ Sueſſanenſi, & Cajacenſi Epiſcopis ſalutem, „ & Apoſtolicam benedictionem. Significa„ vit nobis dilectus filius Abbas Sancti Vin„ centii de monte, quòd magna tenimenta „ prædeceſſores ſui ſinè fratrum conſilio di„ ſtraxerunt, licèt ad menſam Monachorum „ ſpecialiter pertinerent. Unde quomodo of„ ficio noſtro congruit, & ſaluti Eccleſiarum „ in ſuis juſtitiis præſtare auxilium pariter & „ favorem: fraternitati veſtræ per Apoſtolica „ ſcripta mandamus, cùm propter hoc fue„ ritis requiſiti, Capuam accedentes, ſi qui „ tenimenta ipſa detinere fortè voluerint „ cauſam inter eos, & prædictum Abbatem „ diligentiùs audiatis, & rei veritate pleniùs „ inquiſita, eamdem cauſam concordia non „ diffidatis, vel judicio terminare Dat. Tuſculani II. Idus Auguſti.

Epi-

Digitized by Google

Epistola Alexandri III. Summi Pontificis ad Episcopum Frequentinensem, atque ad Abbatem Sanctæ Sophiæ, ut Abbatissam Sancti Victorini Beneventani compellant ad præstandam obedientiam Abbati Sancti Vincentii Vulturnensis. Circiter Annum MCLXX.

„ ALexander Episcopus Servus Servorum
„ Dei. Venerabili fratri Episcopo Fre-
„ quentinensi, & dilecto filio Abbati Sanctæ
„ Sophiæ, salutem, & Apostolicam benedi-
„ ctionem. Ex transmissa conquestione dilecti
„ filii Abbatis Sancti Vincentii accepimus,
A „ quòd Abbatissa Monasterii Sancti Victorini
„ de Benevento ei reditus consuetos non sol-
„ vit, & inobediens esse penitùs & rebellis
„ præsumit. Unde quoniam non decet quem-
„ que jure suo fraudare, discretioni vestræ,
„ per Apostolica scripta mandamus, quatenus
„ prædictam Abbatissam moneatis, & aucto-
„ ritate nostra, si opus fuerit, cogatis, ut
„ præscripto Abbati constitutos & consuetos
„ reditus solvat, & obedientiam, & reveren-
„ tiam impendat, sicut hæ, quæ eam præces-
„ serunt, impendisse noscuntur, aut in præ-
„ sentia vestra plenam super his justitiam non
„ differat exhibere. Dat. Tusculani, tertio
„ Idus Augusti.

Inci-

Digitized by Google

Incipit Quintus Liber Chronicorum Abbatiæ Sancti Vincentii apud Vulturni fontem, Cæsare Costa Juris-Consulto, & hujus Monasterii Abbate Auctore.

CUm Monasterium glorioſi Martyris Vincentii apud fontem Vulturni, longè latèque vigeret, & plerique in eo vitæ exemplo, & literarum doctrina insignes florerent, Pastorum absentia, seu direptionibus latronum, seu injuria temporum graviſſima detrimenta sustinuit, ut hodie hujus Monasterii Commendatario, licèt indigno, ex Pii V. concessione, & Caroli Borromæi Cardinalis liberalitate ac præsidio, vix vestigia liceat intueri. Quamobrem non alienum putavi, si superiorum temporum historiam contexerem, & quibus gradibus ex tam alto fastigio delapsum ad hanc perniciem pervenerit, literis mandarem, non quòd lucis aliquid afferre Monasterio sperem, sed ut successores ad scribendum excitem, & superiorum exemplo à desidia deterream. Jacent enim nunc diruti Monasterii parietes, & deformata ruinis hærent sola Sanctorum Patrum Cœnobia, ut nemo sit tam impius, qui siccis oculis possit aspicere. Quibus ego lacrymis tantam hujus Monasterii calamitatem deplorare, quibus vocibus liberè vociferare possum? Dies me, vox, lateraque deficerent, si ea enumerare vellem, quæ Prælatorum absentia & negligentia irrepserunt incommoda. Ubi tot Monachorum greges, tot præclaræ constitutiones, tot prædia liberalitate Religioſorum Principum donata conferantur, antiquæ Saracenorum hujus Monasterii vastationes, tot Tyrannorum direptiones, cum Prælatorum hujus Monasterii desidia & negligentia, ab illis vix læsum Monasterium, à suis eversum judicabitur. Quòd si illi primi hujus Cœnobii reviviscerent Patres, quorum pari Sanctitate, & industria, tot parta prædia, & Castra olim fuerunt, qui nunc meliore vita fruuntur, sic sanè agerent, sic loquerentur: Idcircone nos laboravimus, & hæc admiranda templa, & ædificia construximus, ut non minùs vestra desidia, quàm temporis vetustate collaberentur? Ideone has vobis divitias reliquimus, ut his non ad hospitia pauperum, alimenta Religioſorum, instaurationem Ecclesiarum, sed ad explendam libidinem, & avaritiam vestram uteremini? ut inde peccandi nascereturoccasio, unde vobis æterna Regna parandi facultas tradebatur? Hæc illi Succeſſoribus dicerent. Tu quæso glorioſe Christi Athleta Vincenti, vosque præclara hujus Cœnobii lumina, Paldo, Taso, & Tato, quibus ducibus jacta sunt hujus loci fundamenta, quorum probitate, precibus, & impensis tot ædificiorum moles extructæ sunt, quarum nunc vix cerni possunt reliquiæ, in hoc instituto menti meæ lucem præferatis, ne aut inanis noster labor sit, aut langueſcat industria, sed ut vobis auspicibus, & me restituente abjectum hoc Monasterium sese erigat, & suæ calamitatis memoria me scribente posteritati mandetur.

Deinceps cùm Carolus Rex Secundus per omnes Regni fines diligenter inquireret quinam ad Regis obsequia, & Regni, ut ajunt, servitia tenerentur, proposito edicto, missisque ministris, & inquisitione habita, invênit Abbatem, qui eo tempore huic Cœnobio præerat, Castra, & Feuda, quæ possidebat à Regibus in feudum non habere, nec eorum nomine Abbatem ad servitia Regibus præstanda teneri: quæ inquisitio in hunc ferme modum sese habet..... (*desideratur*).....

Multorum annorum memoriam hujus Sacri Monasterii silentio præteream neceſſe est injuriâ temporum. Nam cùm in Eccleſia mos commendandi Cœnobia irrepisset, paulatim observantia regularis remissa est, nec tam studium scribendi Historias, quàm avaritiæ cupiditas exarsit, & à Pastoribus non minùs ferro & igne, quàm collecta prædonum manu, sacrum hoc Monasterium quotidie vastabatur inflammabaturque. Ideo ad postremam superiorum temporum perniciem, & calamitatem, quam nemo satis deplorare posset, contento studio & cursu veniamus.

Cùm Eugenius Pontifex illius nominis quartus..... & Basilienſi Synodo versaretur, Italiaqu omnis bellis inteſtinis, maximèque Neapolitanum Regnum ex Reginæ Johannæ, & Alphonſi Regis Aragonum dissensionibus exarderet, Caldorarum familia in Samniæ partibus opibus & potentia vigebat, in qua Jacobus Caldora, Antonius quoque ejusdem familiæ, summi quidam belli Duces, sed ab omni honestate, & religione alieni, Castra Monasterii finitima cernentes, cùm sæpe spe & cogitatione devorasſent, vi tandem potiti sunt. Quod Venafranus Comes Franciscus Pandonus intuitus, ægrè tulit, cùm ipse Alfonſi partibus faveret, & Jacobus Reginæ causam defenderet; neque enim ferendum judicabat, adversarii potentiam Monasterii opibus augeri. Castra ergo, & Feuda invadens ab adversariorum manibus extorsit; cùmque videret, se nullo jure, nullo colore, sed prædonis more, ea, quæ ad Monasterium pertinerent, occupasse, à Johanne de Comitibus nobili Romano in Emphiteusim obtinere tentavit, & Neapolitano Archiepiscopo res cognoscenda commissa fuit, an in utilitatem Eccleſiæ alienatio cederet, ut ex Eugenii literis constat, in hunc modum conceptis. (*desideratur*) .....

Sed cùm hæc concessio, reclamante Commendatario, obtineri non potuisset, prædictus Comes Castrorum possessionem à Commendatario censuris Apostolicis extorsit..... quæ liberè à Commendatario per annum possessa fuerat, ut in sequentibus Nicolai literis nar-

Digitized by Google

narratur. Quo tempore immunitas hæc Vaſ-
A ſallo, ut vocant, ob benemerita conceſſa
fuit, Nicolao Romanæ Eccleſiæ gubernacula
regente . . . . . .

Sed cùm Nicolaus V. precibus victus Johannem Commendatarium rogaſſet, ut emphiteuſi, ſeu feudo Caſtrorum aſſentiretur, conſenſit ille; & Franciſcus Pandonus pro ſe, & heredibus ex ſuo corpore deſcendentibus, conceſſionem, ſeu alienationem Apoſtolicæ Sedis aſſenſu accedente, obtinuit ſub annuo cenſu florenorum auri octoginta.

LIBRI SEXTI FRAGMENTA.

INſtituenti mihi noſtrorum temporum Hiſtoriam Monaſterii contexere, & mandare huic Sexto Libro, laborum recordatio veterem animi curam, ſolicitudinemque renovavit. Quis enim non doleret, ac vehementer angeretur, conſiderans nobiliſſimi Monaſterii vaſtitatem, & in eo loco deſertas ſolitudines, ubi ſacrorum ſolemnia, & divinus cultus immortali Deo, tanta Religioſorum & frequentia, & præſentia exhiberi conſueverat, & referta latronibus, viatorumque ſpoliis ea loca, in quibus agitatis humanis fluctibus viris jucunda quies, & peregrinantibus feſſis tutiſſimum erat hoſpitium? Madebant pavimenta vino, ubi bonarum Artium ſtudia colebantur; rugiebant armenta, ubi pſallebant Deo Angelorum ad inſtar Monachorum chori. Amens ſim, & mentiar, glorioſiſſime Martyr Vincenti, cui hoc templum, ſacrumque Monaſterium, Paſchale Pontifice Maximo auctore, conſecratum fuit, ſi negem, me, cui tenues erant copiæ, mediocris rerum uſus, ſinè tuo auxilio, & precibus inermem potuiſſe prædonum vim, ferrum, redemptioneſque Piratarum exemplo execrandas effugere, ut me, cui tamquam ſaxum Tantalo, impendebat quotidie mors, munitum tantùm ope tua, nec Tyrannorum minæ, nec latronum inſidiæ, nec ſceleratorum hominum fraudes, aut læſerint, aut de mea ſententia, atque inſtituto dimoverint.

Quis tui Sanctiſſimi Corporis Reliquias abſtruſas in tenebris, quæ tamdiu latuerint, à me diligentiſſimè perquiſitas, niſi te duce, & auſpice, invenire potuiſſet, & quas nec immanium beſtiarum feritas lacerare, nec vaſti maris obruere fluctus, nec Deciani Tyranni crudelitas extinguere potuit, apud templum tuo honori nominique dicatum perpetua celaſſet oblivio? Quis Monaſterii Bibliothecam ex antris erutam, & è Cimmeriis tenebris
B eductam tibi reſtituiſſet, niſi internis ſignificationibus monuiſſes? Qua ratione ego, cui prope erat . . . . . mœnia Sarracenorum manu ambuſta tot . . . . . reſtituere potuiſſem, & antiquiſſimum Librum hujus Monaſterii theſaurum ab interitu ferè vendicaſſem, totque Romanorum Pontificum Privilegia, tot diſtantibus locis ſparſa, & diſſipata collegiſſem, & Paſtoralem baculum, ſacrilega manu ſubtractum, occupaſſem, niſi actionibus noſtris non ſolùm adfuiſſes, verùm etiam perpetuò præfuiſſes?

Caroli Regis Tertii tempore cùm Ludovicus Galliarum Regis filius primus Andegavenſium Dux non ſolùm Neapolitani Regni cupiditate ductus, ſed etiam ut Urbanum Pontificem maximum de Pontificatu dejiceret, magno exercitu Italiam ingreſſus eſſet, ab ejus exercitu funditus Monaſterium Sancti Vincentii deletum fuit. Quod Caroli ejuſdem Regis tempore ab Abbate Johanne de Arca reparatum fuit, ut ex quibuſdam antiquis Inſtrumentis collegimus in hunc ſanè modum. Anno Domini MCCCLXXXIII. regnante Sereniſſimo Domino Carolo Secundo inclitiſſimo Rege Siciliæ, Frater Johannes de Arca nonnulla prædia vendidit pro reparatione Monaſterii Vulturnenſis penitùs combuſti per infideles & rebelles Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Sacræ Regiæ Majeſtatis.

C Tempore Ferdinandi Regis cuidam Camillo Pandono Conſiliario Regio fuerunt vendita ab ipſo Rege Ferdinando infraſcripta Caſtra Abbatiæ Sancti Vincentii, tamquam ad Regiam Curiam devoluta, & pertinentia. Videlicet Caſtra Sancti Vincentii, Scapuli, Caſtilioni, Piczoni, Caſtri novi, Rovetæ, Collium, & Cerri habitata, nec non Terræ Sancti Pauli, Janniæ, & Vallis porcinæ inhabitatæ pro pretio ducatorum ſexmillium de Carlenis argenti, reſervato annuo cenſu octoginta florenorum auri pro Abbate Monaſterii Sancti Vincentii,

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

SPICILEGIUM
RAVENNATIS HISTORIÆ,
SIVE
MONUMENTA HISTORICA
Ad Eccleſiam & Urbem Ravennatem ſpectantia,

NUNC PRIMUM EDITA EX MANUSCRIPTO CODICE

BIBLIOTHECÆ ESTENSIS,

Cum altero MSto Ravennate collata,

ADJECTIS ALIQUOT ANIMADVERSIONIBUS

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IN SPICILEGIUM RAVENNATIS HISTORIÆ.

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

LIbrum *Pontificalem Eccleſiae Ravennatis*, ſive Ravennatium Antiſtitum Vitas ab Agnello conſcriptas complectitur Tomus II. Is inter ejus Urbis Scriptores, quorum Libri ſuperſint, ſi Jordanem excipias, omnium vetuſtiſſimus. Codici autem MSto Bibliothecae Eſtenſis debet Literaria Reſpublica, quod labore Agnelli frui ac uti jam libere poſſit; ſed & eidem debitura eſt monumentum hoc alterum, quod heic inſerendum volui inde exſcriptum. Nempe complectebatur idem Codex *Vitas priorum Epiſcoporum Ravennatium*, tum Opuſcula polemica de loco, ubi *Sancti Apollinaris* oſſa quieſcunt. Accedebant & alia *de aedificatione Templi S. Johannis Evangeliſtae*, & *Claſſenſis*; denique monumenta quaedam ad *Secularem Hiſtoriam Ravennatem* haud inutilia. Omnia haec tenebris erepta volui; neque porro hujuſmodi beneficio indigna mihi viſa ſunt, ac potiſſimum quod Hieronymus Rubeus, egregius ille Ravennatis Hiſtoriae Scriptor, eadem prae oculis habuit, atque iis ad ſua contexenda eſt uſus. Sed jam perconteris, cur locum faciam inter Italicas res hiſce lucubrationibus, quae priores Ravennae Epiſcopos, aut Placidiae Auguſtae acta reſpiciunt, ac propterea quingenteſimum Aerae Chriſtianae annum praecedunt, quem terminum Collectioni huic jam ante praefixeram? Sed quum Agnellum Lectores habeant Tomo ſupradicto, de iiſdem diſſerentem rebus, cuinam quaeſo moleſtum & grave ſit, imo quis non gaudeat, haec etiam congeri, unde major lux & Urbi celeberrimae, & antiquo Scriptori affulgeat? Adde, in his quidem agi de vetuſtiſſimis rebus, ſed ſimul miſceri acta poſt Seculum Quinctum, eaque omnia proficiſci ab Auctoribus, qui longe ſerius, atque poſt ipſum Agnellum in vivis fuere. Hinc autem intelligas, quae poſterioribus Seculis fama ac traditio foret de primis nobiliſſimae Civitatis Epiſcopis. Atque in primis animadvertas, velim, vulgo ibidem creditum, *Spiritum Sanctum* ſub viſibili *Columbae* ſpecie priores duodecim Epiſcopos indicaſſe a Clero & Populo eligendos. Equidem perſuaſionem hanc iis eripere mihi non eſt animus. Attamen ſuſpicari non deſino, an invaluiſſe potuerit hujuſmodi opinio ex pictura aliqua veteri male intellecta. Quum enim Epiſcoporum olim electio ab ejuſdem Cleri & Populi votis penderet, atque in ipſam influere, & quidem merito, putaretur Divini Spiritus ſecreta motio, ac praeſertim quoties in Sanctos Viros electio cadebat, Pictores illorum Epiſcoporum imaginem efformantes, ſupra eorum caput Paracletum, ſub *Columbae* ſpecie appingebant, ut ſenſibile oculis exhiberetur, quod inviſibili tantum actione peractum fuerat. Proinde ignarum vulgus ſubſequentium Seculorum accipere facile potuit typum pro Hiſtoria, & fictionem Pictori licitam tamquam rem certam. Ita vulgus tot Martyres poſt abſciſſam cervicem non ſine ingenti prodigio ſupervixiſſe, ſuumque caput propriis manibus alio detuliſſe, ſibi perſuaſit hac una ratione, quod eos in pictura caput ſuum manibus geſtantes adſpexiſſet, quum tamen Pictores nihil aliud ſignificare voluerint, niſi Martyres illos capitis diminutione mortem pro Chriſto ſuſtinuiſſe. Sunt & ſexcenti hujuſmodi errores, ſive opiniones male ſuffultae, quibus tantum originem dedit Pictorum licentia, perperam a poſteris accepta atque explicata. Liceat Ravennatibus traditionem ſuam mordicus tueri; ſed & mihi licuerit dubitationem meam hoc in loco exerere.

Quod etiam perpendas velim, Sanctorum *Aderiti*, *Eleucadii*, *Caloceri*, & *Proculi* Vitae (ſi tamen eo nomine donandi ſunt Sermones, quales revera ſunt ejuſmodi narrationes) aut argutiis, aut parergis piis ita expediuntur, ut quando ad finem veneris, praeter Epiſcoporum nomen vix aliud certi de illis aſſequare. Nimirum hic rudium Seculorum mos fuit. Laudandus erat Vir Sanctus, cujus acta nulla ſupererant? Tunc autem oratoriis verbis pingebatur, qualis putabatur fuiſſe, ac eſſe debuerat; aut inanibus verbis, ac allegoriis contortis tota auditorum expecta-

Digitized by Google

tio pascebatur. Proinde ego nonnulla heic resecanda censui, ne legentium patientia nimium abuterer; sed reliqua retinui, ut majorum nostrorum ingenium ex his etiam deprehendatur, quorum tamen mores, si verum dicere amamus, nondum ita ejuravimus, ut non interdum similia nostris quoque temporibus audire cogamur. Occurrent insuper lepidae quaedam fabellae in Libello *de origine Civitatis Ravennae:* quae merces olim avidius interdum, quam ipsa veritas, excipiebatur ab indocto popello. Ceterum in Vita *Sancti Probi*, atque in iis, quae translationem *Sancti Apollinaris* nobis edifferunt, imo & in ceteris fragmentis sive Ecclesiasticae, sive Secularis Historiae Ravennatis, quaedam reperies, quae neque supervacaneum fuerit edidisse, neque injocundum legisse. Quum vero in obscura quaedam aut vitiata forte incurres, memineris, non ex editoris incuria, sed ex ipso Codicis MSti sinu haec proficisci, quem videlicet imperitus amanuensis olim exaravit. Mihi unus ad aliquot menda tollenda praesto fuit doctissimus aeque ac humanissimus Vir Domnus Seraphinus Justinianus, Benedictinus Monachus, in Ravennate Coenobio Sancti Vitalis nunc Sacrae Theologiae Professor, qui ex altero Codice MSto varias Lectiones suppeditavit ad castiganda Opuscula duo, quae heic habentur *de aedificatione Templi Sancti Johannis Evangelistae*. Utinam hanc omnibus hisce Opusculis medicinam adhibere potuissem. Erant in Estensi MS. Notae veteres aliquot. Eas omnes edendas curavi ad calcem cujusque pagellae more nostro suis locis distributas. Praeterea loca aliquot Notulis ego aspersi, aut lucis, aut emendationis gratia, moniturus praesertim Tirones, ut sibi a fictis ac ineptis caveant, & ubique consectentur oculis intentis verum, quod inter falsa confictaque discernere non omnium est.

SPICI-

Digitized by Google

SPICILEGIUM
RAVENNATIS HISTORIÆ,
SIVE
MONUMENTA HISTORICA
Ad Eccleſiam & Urbem Ravennatem ſpectantia.

cipit Vita (1) Beati Apollinaris (2) Martyris Archiepiſcopi Ravennatis Eccleſiæ.

N diebus Claudii Cæſaris veniens B. Petrus Apoſtolus ab Antiochia in urbem Romã, multi cum eo Chriſtiani adminiſtrantes ei Romam venerunt. Qui ſtatim ad Hebræorũ Synagogam endens, dedit eis notitiam Petrus, dicens, od & ipſe Hebræus eſſet, & ad eoſdem pter fraternam caritatem adveniſſet. Quum ò multis diebus ſermocinaretur cum Jus, introducebatur de nomine Jeſu, qui veſſet Dei Filius, qui ſalvum fecit omne ge hominum, indicans illis, quantas operaes & virtutes in Hieruſalem feciſſet ſecun Propheticas voces. Multi verò ex Jus agentes pœnitentiam pro ignorantia ſua, lebant in Jeſum prædicante Petro. Et non ſolùm Judæi, ſed etiam Romani ſuſcipientes verbum, gaviſi ſunt, quòd viſitatione viſitaſſet Deus genus hominum, mittens Filium ſuum renovare mundum; & credentes in Jeſum, baptizabantur. Poſt multum verò tempus ait Beatus Petrus Apollinari Diſcipulo ſuo: *Qui ſedes nobiſcum, ecce eruditus es de omnibus, quæ fecit Jeſus. Surge, & accipe Spiritum Sanctum, ſimulque Pontificatum, & perge ad Urbem, quæ vocatur Ravenna. Multitudo Populi illic. Prædica eis de nomine Jeſu, & ne formidaveris. Conſtat enim apud te, quis verè ſit Dei Filius, qui mortuis vitam reddidit, & ægris porrexit medicinam.* Et poſt multa dans orationem Beatus Petrus Apoſtolus, ponenſque manum ſuper caput ejus, ait: *Mittat Dominus noſter Jeſus Chriſtus Angelum ſuum, qui præparet iter tuum, & quæ poſtulaveris, annuat.* Et oſculans eum miſit à ſe. Quumque perveniſſet Beatus Apollinaris non longè ab urbe Ravenna, manſit apud quemdam Militem Aſiaticum, nomine Irenæum. Cui indicans unde adveniſſet, aut quid ageret, ait ad eum ille Miles: *Hoſpes, filius meus excœcatus eſt. Sed ſi qua virtus prædicationis in te, adhibe medicinam, ut videat & ſequatur Deum credens in eum.* Quem puerum alacriter Beatus

Hæc eadem Acta edidit Surius ad diem XXIII. Julii; ſed pro ſuo more verba & phraſes interdum immutavit, ut Linguæ conſuleret: quam licentiam nemo laudet, imò neque ferat. Qualia ego inveni in Codice Eſtenſi, eadem & profero. *Muratorius.*

De nomine Apollinaris interpretatio.

(2) Apollinaris, ideſt Probatus, vel à Populo Legatus nationibus rixoſis, vel apportans Legem nationibus rectæ ſalutis, vel Apparens Lux. *Ex MSto Eſtenſi.*

Digitized by Google

tus Apollinaris ad se perduci jussit. Et videntibus cunctis, qui aderant, nihil aliud quàm signum Crucis super oculos cœci facientem, dixit: *Deus, qui non localiter, sed ubique es, tu intromitte cognitionem Filii tui Domini nostri Jesu Christi, in istam Civitatem, ut non solùm istos oculos corporales illumines, sed etiam interiores oculos gentium commorantium in loco isto aperias, ut celeriter agnoscentibus Jesum Christum Filium tuum suum esse Deum, locus mihi tribuatur prædicationis cum magno effectu.* Expletis his sermonibus vidit cœcus provolutus ad pedes Beati Apollinaris, & unà cum parentibus credentes in Christo baptizati sunt in fluvio non longè ab urbe Ravenna. Matrona verò cujusdam Tribuni militum nomine Thecla per annos plurimos gravissima tenebatur infirmitate, quam nullus medicorum poterat curare. Factum est ut Miles Christianus adstaret ante Tribunum, & ortâ fabulâ Tribuni de conjuge infirma, ait Miles: *Est apud me quidam Peregrinus provecta ætate, qui etiam filium meum cœcum absque ullo medicamine illuminavit. Si permittis mox illam videri, convalescet.* Ait ei Tribunus: *& hic unde advenit?* Qui respondit: *ab urbe Roma.* Tribunus dixit: *ergo Romanus genere est.* Respondit: *nescio; plus tamen Græcus esse videtur.* Dicit ei Tribunus: *secretè perduc eum in domum meam, ut cognoscam vera esse, quæ dicis.* Quumque ingressus fuisset urbem Ravennam Beatissimus Apollinaris, cruce signans se, dixit: *Deus, qui operatus es cum Petro magistro meo, operare mecum, ut clarificetur nomen tuum, & fiat voluntas tua.* Et ingressus domum Tribuni, officiosissimè susceptus est. Ait ad eum Tribunus. *Bene advenisti, Medice, & quid dulcius æstuanti frigidâ aquâ?* Cui Beatus Apollinaris respondit: *Requiescat pax Domini & Dei nostri Jesu Christi.* Tribunus ait: *Quis est, de quo dicis?* Sanctus Apollinaris respondit: *Filius Dei vivi, qui Seculum perditum renovavit.* Tribunus ait: *Ut video, tu Galilæus es.* Sanctus Apollinaris respondit: *etiam.* Tribunus dixit: *nosti curationes?* Sanctus Apollinaris respondit: *nihil sinè nomine Jesu.* Ait Tribunus: *Et quæ virtus est in Jesu?* Sanctus Apollinaris respondit: *Convoca adhuc milites tuos, & cunctis videntibus cognosces virtutem Jesu, quòd ipse sit Deus vivens, & nullus præter eum alius.* Tribunus ait: *veniant principia, ut cognoscamus virtutem Jesu.* Quumque adstarent, ait Tribunus: *ecce mulier mea lecto tenetur infirma annis plurimis, cui omnis medicina contraria exstitit.* Cui respondit Beatus Apollinaris: *Aperiat Deus oculos cordis vestri, ut videntes mirabilia ejus, credatis Jesum Christum Deum esse.* Tunc apprehendens manum mulieris, ait: *Surge in nomine Domini, & Dei nostri Jesu Christi, & crede in illum, & ne ampliùs dixeris, quòd alius similis sit illi.* Statim surgens mulier descendit sana de lectulo, clamans, & dicens: quòd non sit alius Deus præter Jesum, quem prædicat Apollinaris. Videns verò Tribunus & milites obstupuerunt, dicentes, quia verè hic est Deus, qui talia facit; potest enim iste, si diligatur, etiam inter bella præstare auxilia. Interea ipse Tribunus cum uxore & filiis, & familia sua credentes in Jesum baptizati sunt; sed & milites multi ex Paganis, qui interfuerunt, receperunt Fidem Jesu Christi.

Habitavit interea in domum Tribuni intra Urbem Ravennam Sanctus Apollinaris, & quotidie veniebant multi ex Populo, & docebat eos secretè, dicens: *Credite in Jesum, quoniam ipse est Deus cœli & terræ.* Et credentes baptizabantur. Multi verò Nobiles dabant filios suos Beato Apollinari, ut ab eodem sacris literis erudirentur. Iis verò, qui jam Christo credebant, Missas & Baptismata in domo Tribuni Beatus Apollinaris agebat cum discipulis suis. Itaque intra duodecim annos duos Presbyteros Aderitum, & Calocerum, Martianum nobilissimum virum, & Eleucadium Philosophum Diaconos fecit. Sex enim Clericos statuit, cum quibus die noctuque Psalmos Domino canebat. Quumque crescceret opinio Beati Apollinaris de prædicatione Jesu Christi, & multitudo Populi creviset in Fide Christi, jam non poterat latêre, nuntiatum est Duci Saturnino; qui ducens eum statuit ante Pontifices Capitolii Ravennatis & interrogans eum Dux, quid vellet esse. Qui respondit libera voce: *Christianus sum.* Dux ait: *Quis est Christus?* Sanctus Apollinaris respondit: *Filius Dei vivi, per quem omnis creatura vivit, quæ in cœlo & in terra & in mari est.* Cui Dux ait. *Et te ipse misit ad nos, ut evacues culturas Deorum nostrorum? An ignoras sacrum nomen Jovis, quia magnum est, qui est habitator Capitolii hujus Civitatis, cui te oportebit humiliari?* Sanctus Apollinaris respondit. *Quis sit habitator, ignoro, & quale Templum possideat, non vidi.* Ajunt Pontifices: *veni, & vide magnum Templum, & mirè exornatum; ubique cernes simulacrum invictissimi Jovis.* Quumque introisset Capitolium Beatus Apollinaris, subridens ait Pontificibus: *Ista tanta ornamenta & aurea & argentea melius poterant pauperibus erogari, quàm ante conspectum Dæmonum appendi.* Tunc irruentes Pontifices Paganorum cum Populo super eum, nimia eum cæde mactaverunt, & ejicientes eum ad mare, semivivum reliquerunt, quem colligentes discipuli ejus absconderunt in quadam domo mulieris Christianæ viduæ, adhibentes ei curam.

Et post sex menses nobilissimus vir nomine Bonifacius Civis Classis subitò obmutuit. Cui dum plurimi Medicorum nihil prodessent, indicatum est ei, quòd famulus Dei Apollinaris viveret, & apud quamdam viduam lateret. Mittens ad eum conjux ejus obsecravit, ut viro ejus visitationem suam impenderet. Quumque perveniset ad domum ejus, puella de domo habens spiritum immundum exclamavit, dicens: *Recede hinc Serve Dei vivi, nam faciam te pedibus ligatum de hac trahi Civitate.* Cui ait Sanctus Apollinaris: *Obmutesce Diabole, & exi ab ea, & ne ultra in omnibus loquaris;* qui statim recessit ab ea. Ascendens verò vir Beatissimus domum Bonifacii, vidit eum jacentem mutum, & ait: *Domine Jesu Christe, qui clausisti os istius hominis, ne ampliùs invocaret Idola in auxilium suum, aperi continuò os ejus, ut tuum nomen, quod est benedictum, invocet, & credat quòd tu es Deus vivens in secula seculorum.* Quumque à Christianis dictum fuisset *amen*, eâdem horâ soluta est lingua ejus, & laudabat Dominum dicens: *Non est alius Deus, quàm hic, quem Beatissimus prædicat Apollinaris.* In eadem die plusquam quingenti homines crediderunt in Jesum, gratias agentes Deo, & Apollinari famulo ejus, per quem illuminati sunt. Non post multos dies inflammati quidam Paganorum à spiritu immundo, suas facientes voluntates tenuerunt eum,

Digitized by Google

eum, & diutiùs cæsum fustibus prohibebant ne de nomine Jesu mentionem aliquam faceret. Qui jacens in terra clamabat, quòd *vere ipse est Deus, qui sponte pro omnium hominum salute corporaliter pati voluit*. Non ferentes Pagani hoc testimonium, nudis pedibus Beatum Apollinarem super prunas stare fecerunt, quem ampliùs Christo testificantem Pagani ab Urbe Classe eum projecerunt, dicentes ei: *Quamvis curationes facias, Urbem noli ingredi & vives*. Erat enim beatissimus jacens foris muros, & prædicans de nomine Jesu incessanter. Veniebant autem ad eum multi de Civitate, timentes Deum, & ministrabant ei. Non enim parva erat Plebs Christianorum, & maxime nobilium. Habebant enim Christiani tugurium non longè à muro, ubi Missas faciebant; Beatus Apollinaris baptizabat autem in mari in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

Post plurimos annos Beatissimus Apollinaris ad Æmiliam perrexit, docendo secretè Populos, quos poterat trahere verbo. Interea Calocerus Presbyter gubernabat Ecclesiam, quæ erat Ravennæ, latenter faciens multas virtutes in nomine Christi. Non post multum tempus ingressus est ab Æmilia Beatus Apollinaris, & à Christianis cum omni gaudio susceptus est. Eodem tempore Ruffus (3) Patritius Exconsul Ducatum agebat Ravennæ, cujus unica filia infirmabatur. Indicatum est ei de nomine Apollinaris Sacerdotis, quem mox jussit ad domum suam adduci, ut visitaret filiam ejus. At ubi ingressus est domum cum Clericis suis, statim defuncta est puella. Quumque lamentationes audisset Sanctus Apollinaris, cognovit quia transisset, & descendens increpabat eum Ruffus Patritius cum lacrymis dicens: *Atque utinam domum meam non introisses. Dii enim magni indignati sunt, & noluerunt filiam meam salvare. Tu verò in quo poteris eam salvare?* & omnes, qui aderant, flebant cum eo. Cui Beatus Apollinaris ait: *Fiducialiter age, Patrici, & jura mihi per salutem Cæsaris, quia permittis puellam sequi Salvatorem suum, & modò cognosces virtutem Domini nostri Jesu Christi*. Ruffus Patritius respondit: *Scio, quia mortua est puella, & non vivit; tamen si videro eam stantem & loquentem, laudabo virtutem Dei tui, & non prohibebo puellam sequi Salvatorem suum*. Tunc universa multitudine flente, ipse verò fiduciam habens in Jesu accessit ad puellam, & tetigit puellam, dicens: *Domine Jesu Christe, Deus meus, qui magistro meo Petro Apostolo tuo dedisti locum impetrandi apud te quæ desiderat, tu suscita hanc puellam, quia tua est creatura, & non est alius Deus præter te*. Et respiciens ad puellam, ait: *Quid jaces? surge: confitere Salvatorem*. Quæ statim surrexit, & loquebatur vociferans & dicens: *Magnus est Deus, quem prædicat Apollinaris famulus ejus, & nullus est alius præter eum*. Factum est in illa hora gaudium coram omnibus Christianis, quia magnificatum est nomen Domini Jesu Christi. Baptizata est puella cum matre & familia, & promiscui sexus animæ CCCXXIV. Sed & multi alii ex Paganis crediderunt in Christum. Ruffus verò Patritius, timens Cæsarem, diligebat occultè Beatum Apollinarem, & ministrabat ei. Filia verò ejus consecrata est Christo, & permansit virgo.

Nuntiatum est hoc Cæsari à Paganis, quòd quidam vir veniens ab Antiochia magicis incantationibus nomen Jesu Christi induxit in Urbem Ravennam, & magna multitudo obedivit illi, etiam domus Ruffi Patritii. Cui Cæsar mittens successorem scripsit ad Vicarium nomine Messalinum, ut præsumtorem hujusmodi aut Diis inclinaret, aut longè in exilium mitteret. Accersivit itaque Messalinus Vicarius Beatum Apollinarem in prætorio suo, & ait ei coram Sacerdotibus Capitolii. *Quis diceris tu?* Respondit: *Apollinaris*. Messalinus dixit: *Unde huc venisti?* Sanctus Apollinaris respondit: *ab Antiochia*. Messalinus dixit: *quam artem agis?* Sanctus Apollinaris respondit: *Christianus sum, & discipulus Apostolorum*. Vicarius dixit: *Quis est Christus?* Sanctus Apollinaris respondit: *Filius Dei vivi, qui fecit cœlum & terram, mare & omnem animam viventem*. Messalinus dixit: *Tu de illo Christo dicis, qui ante paucos annos, dum Filium Dei se diceret, à Judæis interfectus est? Utique, si Deus esset, hic non mori poterat, nec contumeliis affligi; sed superbè agens, injuriatus est, & morti traditus est. Hunc tu qua ratione in numerum Deorum computes ignoramus*. Sanctus Apollinaris respondit: *Hic, de quo loquimur, Jesus erat Deus, & est in æternum; sed volens genus hominum à servitute Dæmonum eripere, exinanivit semetipsum, & incarnatus est per Spiritum Sanctum, natus est de Virgine, quæ virum non cognovit umquam*. Vicarius dixit: *Auditum est hoc apud nos, sed difficile credi potest*. Sanctus Apollinaris respondit: *Audi Judex quæ dico viriliter. Deus erat manens in corpore; mundo faciebat mirabilia insignia. Qui autem à Judæis tentus est sive crucifixus, caro quæ ex Virgine sumta est, patiebatur. Deus enim impassibilis permansit & immortalis; qui etiam carnem suam tertia die excitavit, apparens multis, ascendit in cœlum, unde descenderat. Deus enim tantam tribuit potestatem in se credentibus, ut in nomine ejus Dæmonia ejiciantur, infirmi convalescant, mortui resurgant*. Vicarius dixit: *Tu mihi persuadere non potes, ut ego sequar Deos ignotos, qui à Senatu recepti non sunt. Sed ista postposita accede ad Capitolium, & manibus tuis pone thura magno Deo Jovi tonanti, ut possis vivere. Nam per salutem Cæsaris verberatum te diversis pœnis exilio dirigam*. Sanctus Apollinaris respondit: *Jam perductum ad Capitolium existimato; securus esto, quia manibus meis thura non ponam Dæmoniis, sed Domino meo Jesu Christo incensum offeram laudis & suavitatis*. Et exclamantes Pontifices dixerunt: *Ignoras Judex? Hic sibi nomen posuit, Pontifex, ut sub nomine nostro seducat turbas; sed examina eum de præsumtionibus suis*. Vicarius dixit ad officium suum: *Exuite eum: & cædentes dicite; rescipisce & immola Diis*. Quumque cæderetur, clamabat, dicens: *Christianus sum; fac quod tibi videtur*. Dum hæc circa famulum Dei geruntur, unus de Pontificibus Dæmonum dixit ad Vicarium: *Equuleo appendatur, ut tortus diutiùs det honorem Diis immortalibus*. Beatus Apollinaris respondit: *Dominum Jesum Christum vivum esse confiteor, & aliud non dico*. Messalinus

(3) De isto Ruffo habetur in Martyrologio Usuardi Monachi, cujus legitur quotidie una lectio ad Primam. *VI. Kalendas Septembris apud Capuam Natale Sancti Ruffi Martyris, quem docuit Beatus Apollinaris Petri Apostoli discipulus; quum esset idem Ruffus Patritiæ dignitatis*. Ex MSto.

linus Vicarius dixit : *dic mihi peſtifer ; quæ remuneratio erit tibi pro his pœnis*. Sanctus Apollinaris reſpondit : *Si quis perſeveraverit uſque in finem in Chriſto, hic ſalvus erit ; & ſi mortuus fuerit, vivet. Hæc eſt remuneratio Chriſtianorum*. Tunc univerſi Chriſtiani, qui aderant, audientes hæc glorificabant Deum cœli, quia fortior erat Beatus Apollinaris, dum patereretur iis, qui miniſtrabant tormenta. Judex dixit : *denuo verberetur, & ſuper plagas bulliens aqua mittatur. Hinc ſub præcone ad navem perducatur, & cum gravi pondere ferri in exilium ad partes Illyrici relegetur*. Quidam verò, qui fævior erat in famulum Dei, arreptus à dæmonio ſubitò expiravit. Quumque elevatus fuiſſet à terra Beatus Apollinaris, ait ad Vicarium : *impiiſſime, quare non credis in Jeſum Filium Dei, ut evadas tormenta æterna ?* Tunc indignatus Judex juſſit ſaxo os ejus contundi. Videntes autem Chriſtiani tantam impietatem, commoti ſunt, & irruentes ſuper Paganos, tanta alliſio facta fuit, ut ſubitò amplius quàm CC. homines impios interficerent. Sed & Vicarium perimere cogitabant, qui Beatum Apollinarem cum graviſſimo pondere ferri juſſit in carcere horrifico claudi, cum ligno pedes ejus extendi, & nihil illi miniſtrari, ut deficeret. Angelus autem Domini veniens ad eum nocte videntibus Cuſtodibus pavit eum, & confortans abiit. Quarto igitur die cognovit eum Judex adhuc vivere, qui ſecretè catenatum in nave poſuit, & in exilium direxit.

Interea Eccleſia, quæ erat Ravennæ, gubernabatur per Presbyteros & Diaconos, creſcente numero Chriſtianorum. Quumque litora Corinthii maris navigarent, ſubitò nata eſt tempeſtas, & data navis in ſicco comminuta eſt, & ejecti ſunt in litore Beatus Apollinaris cum Clericis ſuis & duobus militibus : ceteri verò mortui ſunt in mari. Ajunt ad eum milites : *Domine pater, quo ibimus ? quid faciemus ?* Quibus ait : *baptizamini in nomine Jeſu, & vivetis*. Qui ſtatim renuntiantes Idolis baptizati ſunt in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Tunc cœperunt pergere de loco in locum, & pertranſierunt prædicantes verbum Dei, & nemo eos recipiebat. Cujuſdam primi & magni viri frater leproſus effectus eſt, & à beatiſſimo Apollinare viſus eſt, cui & dixit. *Vis fieri ſanus ?* Qui ait : *volo*. Sanctus Apollinaris dixit : *Crede in Dominum Jeſum Chriſtum*. Qui reſpondit : *Si me ſanum fecerit, ipſe eſt Deus*. Invocans Beatus Apollinaris nomen Domini Jeſu tetigit eum, & ſtatim ſanus factus eſt. Qui & ipſe renuntians ſimulacra, credidit in Jeſum, & baptizatus eſt, & manſit apud eum diebus plurimis. Et inde tranſivit ad ripam Danubii, & multos ſociavit ad Dominum. Quumque innotuiſſet, quòd inimicus eſſet Idolorum, volebant eum Pagani occidere, qui fugiens, deſcendens ad partes Thraciæ, manſit ibi diebus plurimis. Erat enim in Civitate Templum Serapis, qui in ipſis diebus nullum reſponſum ſuis dare volebat. Sed dum multa illi offerunt, vix tamdem ſpiritus Dæmonum loquutus eſt, dicens : *Neſcitis, quia diſcipulus Petri Apoſtoli Jeſu Chriſti à Roma huc venit, & ligavit me prædicans Jeſum eſſe Filium Dei ? Hic ſi expulſus non fuerit ab his locis, nos vobis reſponſa dare non poſſumus*. Facta itaque inquiſitione inventus eſt Beatus Apollinaris, quem diſcutientes, quid faceret in finibus eorum, narravit eis, *quia Chriſtianus ſum, & pro Chriſti nomine ab Urbe Ravenna huc in exilium miſſus ſum*. Qui exuentes eum diutiùs fuſtibus cæſum uſque ad mare perduci fecerunt. Rogaverunt itaque Rectorem Provinciæ, ut in ſuam navem currentem ad Italiam Beatum Apollinarem cum ſuis hominibus ſuperimponeret, dicentes : *meliùs nobis eſt, ut illic, unde venit, habitet, & ſubvertat Populum, quàm heic evacuet culturas Deorum noſtrorum*.

Itaque poſt tertium annum Ravennam ingreditur, quem ſuſcipientes Chriſtiani gaviſi ſunt gaudio magno, glorificantes Deum, qui eis ſuum patrem & Doctorem revocaverat. Multa enim mirabilia Dominus in litore Dalmatiarum, dum regrederetur, operatus eſt. Contigit poſt multum tempus, dum Chriſtiani Miſſam tenerent in Suburbano Cyrenæi Senatoris, ſubitò ſeditio orta eſt in Civitate à Paganis de nomine Beati Apollinaris. Et irruentes Populi ſuper eum, ligatum ad forum perduxerunt, cædentes & vulnerantes eum, quem videntes Pontifices Capitolii indignati ſunt dicentes : *Non eſt dignus iſte præſentari magno Deo Jovi, quia frequenter eum illuſit, ſed ducatur ad Templum Apollinis, ibique cognoſcat virtutem Deorum immortalium*. Quumque perductus fuiſſet, multi nobiles viri tam Pagani, quàm Chriſtiani unà cum Populo ſequuti ſunt eum. Dicebant Pagani : *Videamus, ſi homo iſte jam reſipuit*. Et dum veniſſet ad Templum, & vidiſſet ſimulacrum Apollinis, ait Sanctus Apollinaris adſtantibus : *Iſte eſt Deus, in quo auguriatis ?* Reſponderunt Pagani ; *etiam. Ipſe eſt primus inter Deos, & cuſtos ipſe eſt Civitatis*. Sanctus Apollinaris reſpondit : *Numquam ſit huic bene ; ſed hoc deſtructo erit cuſtos Chriſtianorum commorantium in loco iſto Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui verè eſt Deus*. Et dando orationem, ſimulacrum diſſolutum eſt, & Templum Diaboli deſtructum eſt. Pagani verò videntes quæ facta ſunt, clamabant, dicentes : *Senex impius interficiatur, per quem omnia diminuta ſunt*. Chriſtiani verò gratias referebant Deo, dicentes ; quòd *verè ille eſt Deus, qui talia per patrem noſtrum operatur*. Commota eſt pars Paganorum, & tradiderunt eum Judici, cui nomen erat Taurus, ut eum interficeret, qui congregans omnem nobilitatem Urbis in prætorio ſuo, his verbis cœpit alloqui : *Rogamus te, prode nobis in qua virtute tanta exerces, aut ubi facis congregationem & ſignum, ut tanta turba te ſequatur*. Sanctus Apollinaris reſpondit *Virtus alia non eſt, quàm Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Domum ejus in cordibus noſtris habemus : tamen ſi fabricam quæris, non longè ab Urbe illic Chriſtianis eloquia tradimus divina*. Taurus Judex dixit : *Sunt tibi aliqui adjutores ?* Reſpondit : *etiam, plurimi*. Taurus dixit : *Et ubi ſunt modò ?* Sanctus Apollinaris reſpondit : *In hac Ravennatum Urbe conſiſtunt*. Taurus dixit : *Eſt in te aliqua virtus divinitatis ?* Beatus Apollinaris reſpondit : *Jam tibi dixi : virtus eſt ſuperna Domini noſtri Jeſu Chriſti*. Taurus Judex dixit : *Ecce apud me eſt filius naturalis cœcus. Invocato nomine iſtius, quem crucifixum à ſuis aſſeris, aperi oculos ejus, & credimus, quia verè eſt Deus ipſe. Sin aliàs, igni te trademus ad comburendum pro ſceleribus tuis*. Sanctus Apollinaris reſpondit : *Veniat in medium cœcus*. Quumque veniſſet, ait ad eum Beatus Apollinaris : *In nomine Jeſu Chriſti crucifixi aperi ocu-*

Digitized by Google

oculos tuos, & vide. Qui ſtatim aperiens oculos, recepit Baptiſmum. Stupefactus omnis potentatus, qui præſentes erant, dicebant: quòd *verè hic eſt Deus verus, qui talia operatur*. Multi ex eis crediderunt in Jeſum. Tunc Taurus Præſes ſecretè eruit eum de Populo, & miſit illum nocte in prædium ſuum quaſi ad cuſtodiendum eum, & manſit ibidem annis quatuor. Erat enim ab urbe milliario ſexto, ubi occurrebant ad eum omnes Chriſtiani, & docebantur ab eo. Quicumque ad eum æger perductus fuiſſet, ſanus revertebatur, quacumque fuiſſet infirmitate detentus.

In diebus Veſpaſiani Cæſaris tam invidioſa zelatio Pontificum Capitolii Ravennatis, qui erant ſuper trecentas aras, cucurrit Romam adversùs Beatum Apollinarem, ut dicerent: *Si hunc ſeductorem Apollinarem non mortificaveritis, qui contraria Regni veſtri & contra ſalutem Reipublicæ prædicat, Romanas cæremonias in exterminium tradet. Non enim parva multitudo ab eodem ſeducta quotidie in iniurias Deorum immortalium debacchantur. Iſte enim magicis artibus Templum deſtruxit; & neceſſe eſt, ut ſolius Apollinaris incurvata ætas vita privetur, & ut nomen Romanorum permaneat*. Direxit itaque Imperator talem juſſionem: *Ut Diis ſacratiſſimis qui temerario ore injuriam inferret, per ipſam patientiam Deorum aut ſatisfaciat Diis, aut Urbe privetur: non enim juſtum eſt vindicemus, ſed ipſi de inimicis ſuis ulciſci poterunt, ſi iraſcuntur. Bene valete*. Mox enim data juſſio percurrit ad Demoſthenem illuſtrem virum atque Patritium, ſed omni modo paganiſſimum, qui miſſa exequutione Beatum Apollinarem ſibi exhiberi præcepit, quique quum jam incurvatus præ nimia etate & diverſa paſſione adſtaret in conſpectu Judicis, clamatum eſt à Paganis: *Nihil ab eo inquiras, Judex. Omnes ſcimus quia Chriſtianus eſt, & deſtructor Templorum. Aut puni eum, aut projice ab hac urbe, ne pereamus*. Demoſthenes Patritius vir dixit: *Dic mihi, antique ſeductor, cujus religionis es?* Sanctus Apollinaris reſpondit: *Non denego gloriæ veſtræ, ſed verum dico: Chriſtianus ſum, & eruditus ab Apoſtolo Petro, & ab ipſo in hanc feliciſſimam directus ſum urbem, ut per nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti ſalutem conſequi mereantur credentes in eum, hujus habitatores*. Demoſthenes Patritius dixit: *quid multa? tempus eſt, ut à vanitate recedens ſatisfacias Diis*. Beatus Apollinaris reſpondit: *Sacrificium me ipſum offero pro ſalute filiorum meorum, quos acquiſivi. Si quis non receſſerit à cultura Dæmonum, & non adoraverit Dominum Cœli, qui cum Domino Jeſu Chriſto, & Spiritu Sancto regnat in æternum, erit conſumtus igne perpetuo. Qui autem crediderint, & baptizati fuerint, habebunt requiem & divitias immutabiles*. Tunc Judex accenſus furore tradidit eum in cuſtodia cuidam Centurioni, qui & ipſe Chriſtianus erat occultus, cogitans quibus cruciatibus eum ageret. Accipiens eum Centurio duxit eum ad Claſſem in domum ſuam. Poſt aliquot dies ait Centurio Beato Apollinari: *Domine pater, noli tam citò morti te tradere, quia vita tua nobis neceſſaria eſt. Sed egredere noctu & vade in Vicum, ubi infirmi habitant, donec fruor Populi conquieſcat*; & medio noctis laxavit eum. Quumque cognitum fuiſſet à Paganis, ſequuti ſunt eum, qui apprehenſus non longè à porta, tamdiu cæſus eſt, quamdiu exiſtimatus mortuus relinqueretur. Exinde ante lucem collectus eſt à diſcipulis ſuis, & perductus in Vicum, ubi leproſi morabantur. Et ibi inter Chriſtianos jacens, ſeptem dies ſupervixit, admonens Eccleſiam ſuam, ne à Fide Chriſti diſcederet, annuntians eis, quòd multæ eſſent perſequutiones pro nomine Jeſu Chriſti, ſed poſt has plurimas tempeſtates etiam Principes denuntians ad Fidem Chriſti accedere, & omnia nomina Dæmonum evacuari, & liberè in toto orbe terrarum hoſtias a Chriſtianis Deo vivo offerri. Si quis autem permanſerit in Fide Jeſu Chriſti, vita vivet & non morietur. His & aliis multis expletis eloquiis defunctus eſt Beatiſſimus Apollinaris Martyr & Epiſcopus, & ſepultus eſt foris muros Claſſis (4) in Arca ſaxea à diſcipulis ſuis. Quæ Arca ſub terra miſſa eſt propter metum Paganorum. Gubernavit autem Eccleſiam ſuam annis XXIX. & menſe I. & diebus IV. Martyrizatus eſt autem Beatiſſimus Apollinaris Sacerdos & Martyr Chriſti in Civitate Ravenna ſub Veſpaſiano Cæſare, die X. Kalendarum Auguſtarum, regnante verò Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Incipit Hiſtoria (5) translationis Beati Apollinaris, quæ celebratur XVII. Kalendas Auguſti.

INter Chriſtianæ Fidei Latinas Provincias Ravennatum glorioſa Eccleſia, ſicut narrant Hiſtoriæ, ſecundum à Romana Sede obtinuit principatum. Nam univerſali Arianorum hæreſi ferè toto orbe prævalenti Imperator Romanus conſenſit, Orien⁊, Occidenſque ſubſcripſit. Ravennas orthodoxa Sedes inconcuſſa permanſit. Quid dicam de illa Byzantii Chriſtianiſſima urbe? quid de illa Petri Alexandrina Sede referam? quæ quidem quum omni floruiſſent religione, hæreticas Neſtorii pravitates ſumſerunt, Origenis & Ebionis ſcimpio dogmati miſcuerunt. Ravenna à Chriſti diſciplina numquam Chriſti Catholica veneratione receſſit. Quare, athleta Chriſti Beate Martyr Apollinaris, tua ſunt iſta merita, tua credenda ſunt eſſe beneficia. Tu ſanguinem tuum pro Civitate tua fudiſti, animam tuam pro redemtione ſua dediſti, & in cœleſtibus cum Chriſto regnas, & pro eis orare non deſiſtis. Tuis orationibus Populus liberatur, Fides firmatur, Civitas floret ac roboratur. Ait namque Dominus in Evangelio. Quia *majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis*. Paulus Apoſtolus Co-

(4) Idem habemus in Legenda Beati Severi, in Capitulo *ſicut enim narrando audivi*. Et ibi ex illo textu & iſto probari poteſt, quod Monaſterium Claſſis non erat in Civitate Claſſis, ſed extra; quia locus, ubi fuit ſepultus Beatus Apollinaris primò, qui vulgariter nunc appellatur *L'arcbivolto de'Chiaſſi*, erat extra Civitatem Claſſis. Et ex illo textu §. *Sicut enim* conſtat, quòd Eccleſia Sancti Severi erat infra Civitatem Claſſis. Quòd tamen Eccleſia Claſſenſis eſſet in Civitate Claſſis, habemus in hiſtoria Theodori Peſſimi. *Ex MSto.*

(5) Si quid conjicere heic licet, conſcripta videtur ante Annum 1137. quo Camaldulenſes Monachi in Claſſenſe Cœnobium fuere primùm invecti. Tunc enim ii adversùs rumorem & Libellos afferentes inde ſublatum Sancti Apollinaris corpus ita inſurgere cœperunt, ut contra hiſcere nemo exinde ſit auſus. Vide infra. *Mur.*

Digitized by Google

Corinthiorum Ecclesiam sibi despondit, dicens: *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo*. Petrus quoque Apostolus hanc sponsam Beato Apollinari per Spiritum Sanctum desponsavit, quam quidem sermone suo docuit, sanguine consecravit. Et in cœlesti receptus gaudio ad se sponsam clamare non desinit: *Veni de Libano sponsa, soror mea sponsa, veni de Libano, & coronaberis de capite Amana: veni per fidem; veni per operationem; veni; intra in gaudium Domini tui*. Inde est, quòd illa beata Civitas glorioſi Apollinaris Christianissima Sedes in electione Pontificum Columbarum Præsulum prærogativis coruscavit miraculis, atque orthodoxorum Principum ac Reginarum ditata beneficiis, universum orbem superat in Ecclesiis. Hinc enim aureæ rotæ dependent; hinc spatiosæ latitudinis & longitudinis tabulæ; hinc Cruces miris lapidibus exornatæ; Civoria cum columnis argenteis splendent; parietes porphyreticis nitent: pavimentorum materiam & opus advenientes stupent: Ecclesiarum laquearia, parietes, interiora tecta instar cœli se habentia, in auri multitudine radiantia, jam ipsam cœlestem gloriam in ipso introitu repræsentant. Verè in ea completur quod per David Prophetam longè ante prænuntiatur: *Nimis honorati sunt amici tui, Deus; nimis confortatus est principatus eorum*. Unde & Beati Apollinaris Basilica in loco, qui Classis dicitur, mirificè, plusquam plenariè dici possit, constructa, Paradisi amœnitatem iis, qui ingrediuntur in eam, in hac vita præsenti propinat. Cujus quidem super altare, sicut in veteribus Libris accepimus, glorioſæ memoriæ Johannes Septimus præfatæ Christianissimæ Urbis Archiepiscopus Tigurium auro argentoque mirificè jussit fieri, Cruces eorumdem metallorum specie magnas, magnificisque ingeniis fabricatas præcepit associari, sicut in ejusdem pariete lacrymoso tumulo sæpiùs fuisse lectum antiquitas referebat. Præterea verò miraculorum multitudine, Ecclesiæ ipsius speciositate, thesaurorum plurima quantitate orbem fama circumvolat. Noverunt Reges, audieruntque Provinciæ, Apollinarem tam glorioso solio, tam gemmato & aureo consistorio præsidere. Catholici gaudent. Christianæ Fidei inimici invident, qualiter possint Martyris cultum extinguere, thesauros rapere, Basilicam deturpare cogitationibus perstudent.

Facta igitur post multum temporis aquarum inundatione, & tam bellatorum instantia, quàm aëris intemperie illius Civitatis, quæ Classis dicebatur, Populi multitudine decedente, pretiosum illud oraculum, & cœlestis gloriæ quoddam mysterium, quasi in quadam solitudine incidit, & superstes Populus ad urbem Ravennam, quæ nonnisi tribus milliaribus distat, se recepit. Celebris ille locus cum Clericis ibi devotissimum servientibus in desertum abiit. Exstante itaque sanctæ memoriæ Domno Johanne (6) Archiepiscopo in Beati Apollinaris Palatio juxta prædictam Basilicam, Agareni per mare illi loco contiguum in manu forti ex inspérato venerunt; mirificum altare, ciborium confregerunt; omniaque ex auro, & argento, ac gemmis composita asportaverunt. Qua in re, Fratres, pensandum est, quòd pretiosus Martyr hoc fieri non ab re permisit. Primùm quidem quòd dum Ravennates Cives eo inreverentiæ tamdem venerant, quòd illum, qui proprio sanguine illos Domino consecravit, in deserto reliquerant, ac ideo quia tantum thesaurum, unde perpetuum dolorem incurrerent, per Agarenos amittere poterant, voluit pigros eorum animos hoc modo solicitare, atque permisit, illos metalla rapere, ut prævideront Cives, quòd possent Agareni, portando Martyrem, perpetuùm lacrymis urbem affligere. Quare benigne Pastor, ò Pontifex implorande, qui non solùm pro filiis in cœlestibus oras, verùm & ne in hac vita lacrymis crucientur provides & exploras..... Qui demum præfidebat, ut diximus, Sancti Apollinaris Palatio, Domnus Johannes Archiepiscopus, piratæ (7) adveniunt, intrant, pretiosa quæque frangunt, dilacerant: ruinæ in Basilica personant. Attonitus Pontifex quidnam sit rei, per proprium Diaconem velociter accurrentem explorat. Vehitur equo Diaconus in Ecclesiæ medium, stupefactus metuit, cognitumque periculum Præsuli patefacit. Res lacrymosa nuntiatur. Apollinaris dejicitur. Honor Martyris in auro, argento, gemmis, & porphyreticis nervatur. Præsul, qui cœlesti devotione hæc pretiosa construxerat, mœrore conficitur; in se ipso deficit: zelo Martyris cruciatur. Tunc extemplo ad Urbem Ravennam mittitur prædatio, nuntiatur nomen Martyris; fletibus & immensis clamoribus Populi ore omnium acclamatur; mira velocitate ut piratas præveniant, mare præveniunt; prædones alta pelagi jam tenentes cum pretiosis spoliis fugiunt; Ravennatum oculis evanescunt. Multitudo ad Basilicam congregatur. Tristis exspoliatio cernitur. Lacrymosis in cœlum clamoribus totus aër afficitur. Omnis sexus ætas ululat; Principes se se manibus plectunt, crines & vestes scindunt; Nobiles conjugatæ viduitatis vestes induunt. Virgines aurea frixia, & inaurata pallia deponunt. Viduæ carnes suas ciliciis affligunt. O fides sacrati Populi orthodoxa! O felix urbs verè Christianissima, quæ suum Martyrem tanta thesaurorum quantitate fundavit! Quæ zelo patroni sui Apollinaris deductis spoliis tantam tristitiam germinavit! Sed quid multis? In amore Civitas ita solicitata ad contrarium tota convertitur. Signis, tubis, & tintinnabulis totus ad concionem Populus invitatur. Scrutatur quare Beatus Apollinaris permisit talia fieri. Rhetores in verba prorumpunt. Oratores blando sermone tristem Populum consolantur; Beatum Martyrem ad urbis cautelam hæc nuntiant permisisse. *Quum enim*, inquiunt, *decessu habitatorum Civitas Classis redacta sit in solitudinem, non debuit tantus Pater tam stulta securitate deseri, quem quidem contingere poterat à prædonibus asportari, sicut & ipsum contigit propria*

(6) Significat Johannem VIII. Ravennatem Antistitem, qui Anno 856. Ecclesiam illam regebat. *Octavum* dixi, Rubeum & Scordillam sequutus. Sed is jam appellatus est, & infra appellatur *Septimus* huic Scriptori, & fortassis ita appellandus. *Mur.*

(7) Super Civorium ipsius Ecclesiæ Classensis leguntur hi versus. Et primo à latere dextro sic legitur:

Argenti quoddam constructum ritè decore
Barbara destructum sustulit ausa manus.

A latere sinistro.

Basilicum munus Martyr ne despice verax,
Imo labens aula cede manere tua.

A parte post.

Ante priùs statuit opus sublime Johannes
Hunc mediocre sacer Dominicus refecit.

Ex MSto.

Digitized by Google

pria pulcritudine denudari. Voluit igitur Pater tali flagello pigritiam noſtram ſolicitare, ne ulteriùs ſolitudini corpus ejus præſumamus relinquere. Utque relatione Scriptorum veterum legitur, providit Dominus ſibi in poſterum. Populi multitudo ab omni hoſtili metu tam inſtantium quàm futurorum pretioſum theſaurum infra urbis viſcera, infra tutiora mœnia transferre diſpoſuit. Sed certum locum, in quo Martyr Chriſti ſplendidè collocetur, multa indagine exquiſivit. Demum autem de cœlo accepto conſilio, ſolemni reperto Oraculo, non ſinè lacrymis, non abſque vigiliis & jejuniis, non ſinè terroribus & prodigiis, pretioſum Corpus Beatus Johannes Septimus timoratus accepit, in urbem attulit, pretioſam Baſilicam mirificè fabricatam, quæ nomine Beati Martyni dedicata *Cœlum aureum* vocabatur, Martyris cultui deſtinavit. Cujus (8) altario prædictus Pontifex auream tabulam in modum menſæ appoſuit, miris lapidibus exornatam, & alias tres argenteas, operis ſubtiliter materiam ſuperantes, eidem altario præſignavit. Vocabatur autem Baſilica *Cœlum aureum*, eo quòd ſuperior pars Eccleſiæ in latum & longum quaſi quoddam cœlum aureo ſplendore contextum fulgebat. Quapropter Civitas tota jucunditate repletur, floribus coronatur; ſecurior Martyr in Civitate, ſecurior Civitas in Martyre ſuo redditur. Vocatur nunc *Eccleſia Sancti Apollinaris novi*, non quia de novo ſit tempore ædificata Baſilica, ſicut in ſequentibus liquebit, ſed eo quòd noviter ſuæ translationi ſit dedicata. Remanet autem in ſolitudine Claſſis, venerabilis illa glorioſi Apollinaris Eccleſia, quæ ſua egregia venuſtate & materiæ ſuæ vel arcus comparatione cunctis adhuc videtur Eccleſiis imminere & velut quidam ſolis radius de longinquo proſpectans in ipſa ſolitudine præfulgere, atque in eam ingredientibus cœleſtem beatitudinem videtur repræſentare. Per eam Metropolitanam Eccleſiam nunc quoque celebris urbs Ravennæ Metropolis appellatur, Secunda Roma vocatur. Per eam venerandam Patriarcha tenes Liguriam, cogis Æmiliam, & imperas univerſis. *O turris fortitudinis à facie inimici*, in medio ſolitudinis inſtar purpuratæ Reginæ conſiſtis! O princeps Cathedra raro habitatore munita, quæ luces in tenebris, & tenebræ neſciunt te comprehendere! Quanta privilegia tua! quanta dominatio tua! quantæ ſunt vires tuæ! Præterea Baſilicam illam, ad quam, ſicut è Libris accepimus, Beatus Martyr voluit ſe transferri, Imperator Theodericus fundavit.

Poſt multum verò temporis præſidente Ravennati Eccleſiæ Agnello, ſanctæ memoriæ Archiepiſcopo, Juſtinianus rectæ Fidei Imperator Auguſtus omnes Gothorum ſubſtantias non ſolùm in Urbes, ſed & in ſuburbanis Villis, & viculis etiam, arces, & templa, ſervos, & ancillas, & quicquid ad jus, & ad ritum Paganorum pertinuiſſe dignoſceretur, omnia Archiepiſcopo Agnello, & ſuæ Ravennati Eccleſiæ donavit, conceſſit, & per privilegium confirmavit. In quo privilegio ex parte ſic continetur: *Sancta Mater Ravennas Eccleſia, verè mater, verè orthodoxa ſemper exſtitit. Nam non veræ Eccleſiæ propter metum & terrores Principum falſam ſuperinduxere doctrinam. Hæc verò & veram & unicam Catholicam Fidem non deſeruit, numquam mutavit, numquam fluctuavit, hac tempeſtate quaſſata immobilis perſeveravit.* Igitur reconciliavit Catholicæ Fidei Beatus Præſul Agnellus infra Ravennatem urbem Eccleſiam Sancti Martini, quam Rex Theodericus fundaverat, & in Arianorum parte ceſſerat, quæ *Cœlum aureum* ob prædictam cauſam vocitabatur. Tribunal Eccleſiæ, & utroſque parietes de Martyrum, Virginumque imaginibus teſſellis aureis decoravit; ſuffixa metalla & gypſea deauravit; diverſis lapidibus & præclaris parietes exornavit. Pavimenta lithoſtrata mirè compoſuit. In ipſius fronte Eccleſiæ, ſi diligenter conſiderabitis, Juſtiniani Auguſti effigiem, & Agnelli Pontificis invenietis auratis decoratam teſſellis. In tribunali verò ſi bene attendetis; ſuper feneſtras ita ſcriptum lapideis literis invenietis: *Theodericus Rex hanc Eccleſiam in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti à fundamentis fecit.* Nulla Eccleſia in laquearibus ſive trabibus invenitur per omnia ſimilis. Quomodo autem mirabilis illa compoſitio divino miraculo ſit devaſtata, & tam in porphyreticis quàm in marmoribus velut à malleatoribus tota videatur confracta, & comminuta, antequam Beatus Martyr Apollinaris ad eam deportaretur, ſicut audivimus, ſcripto quæ percepimus enarramus. Erat quidam Rex Wandalorum minus Orthodoxus, qui

(8) Contra hoc, quod heic dicitur, habes in Eccleſia Claſſenſi ante altare ſuper linea marmorea ſic ſcriptum & ſculptum: *Operis bujus machinam cerne quiſquis devotè vitæ ſuperna, gloriamque factam poſt Chriſti ortum beatum. Eſt quidem, quum revelatur Martyris corpus Apollinaris athletæ Omnes poſt iſtud plenum videte. Anno Milleno addito curſu verò Centeni Tertii quoque Septuageni tempus notate.* Ante altare, ubi oſculatur, ubi ſunt rotæ rotundæ, vel ſphærica ſigna, ſic legitur: *Chriſto dilecte Apollinaris à Petro miſſe, quem veneraris, Ravennam intrans urbem beatam Chriſti virtute te firmans, te ſacer oſtendis; paſſus pro Chriſto Præſul benigne ſuſtines pœnam plagis & igne, noſtra ſalute; membra committens primo juri, Chriſto adbæres, numquam telluri. Gaudes in cœlo, cujus bìc corpus nunc revelatur. Alexandri juſſu mandatur Tertii Papæ.* Item & legitur: *Siquidem Ildebrandus Theodino præſente Cardinali Gerardo Præſule conſiſtente, cum Pontificum turba ſacrum corpus levavit, ſancto Papa jubente, ac cunctis adorandum, multa turba fluente, reverenter monſtravit. Federico Imperatore regnante, Alexandriam quoque expugnante, eſt factum hoc Opus prece Gulielmi humillimi Fratris ingenio, ac illis viris..... pro quibus orate.* Iſte Gerardus Archiepiſcopus fuit poſt iſtum Johannem Septimum, qui tranſtulit, XXV. vel XXVI. Archiepiſcopus hujus Eccleſiæ. Quòd Corpus tamen ſit in Eccleſia Beati Martini, ſeu Apollinaris novi eſt..... Nam tempore Fratris Apollinaris de Guachis Abbatis Monaſterii prædicti Sancti Apollinaris, idem ipſe Abbas fregit Arcam, quæ eſt ſubtus altare majus, & ibi reperit capſam, & quoddam corpus, ſub cujus capite eſt tabula plumbea, in qua ſic legitur: *In hoc ſarcophago requieſcit Corpus ſanctiſſimi ac beatiſſimi Martyris Chriſti Apollinaris, depoſitum à Johanne Archiepiſcopo.* Codex tamen Pontificalis non dicit, hunc Johannem Septimum tranſtuliſſe dictum Corpus, ſed Johannem Nonum. Omnipotens, piiſſimus, ac miſericors Deus hanc dubitationem decidat, & determinet clementia ſua. Hodie ſi vis videre veritatem hujus rei, ubi ſcilicet quieſcat Corpus beatiſſimi Martyris prædicti Apollinaris, vide infra in Hiſtoria Inventionis ipſius Corporis in Tractatu Domni Rodulphi, venerabilis Prioris Camaldulenſis, in Capitulo, quod incipit: *Quum in Perſidem ducerentur.* Ex MSto.

Digitized by Google

qui ex ipsa Ecclesia voluit pavimenta eruere, & ad sedem propriam deportare. Quumque prædones parati fuissent ad evellendum, dies tenebrosus magno turbine fuit; nocte ipsius subsequente diei ventus validus per ipsam Ecclesiam sonuit, mugitus validos secum ferens, & velut quadam tempestate Ecclesiam replens, unde omnes lapides & marmora tamquam à malleatoribus confracta sunt & comminuta. In parietibus tamen adhuc duæ Civitates factæ deprehenduntur: Urbs Ravenna, & Classis (9). Hæc est itaque memoria beatissimi Apollinaris Martyris in Ecclesia Sancti quondam Martini, quæ supradicto nomine *Cœlum aureum* antiquitus vocabatur, nunc autem nomine ejusdem sacratissimi Martyris *Apollinaris novi Basilica* nuncupatur, eo quòd novo tempore, scilicet glorioso Domno Archiepiscopo, ista pretiosa sacrosancta Basilica, sicut ex scriptis accepimus, sit suo sanctissimo nomini atque corpori dedicata; quatenus Civitas sit securior in suo Martyre, & Martyr securior in sua Civitate, & ablato omni hostili metu honoretur, & immensis laudibus glorificetur qui vivit & regnat in secula seculorum, amen.

Incipit Tractatus Domni Rodulphi (10) *venerabilis Prioris Camaldulensis, Doctoris eximii, de inventione Corporis Beatissimi Apollinaris.*

QUum in Persidem ducerentur patres nostri, qui Dei cultores erant, acceptum ignem de altari occultè in puteo alto & sicco contutati sunt. Quum verò de transmigratione Deo miserante rediissent, curaverunt requirere ignem, & ignem utique non invenerunt, sed aquam crassam, qua Nehemia jubente perfuderunt sacrificium, & statim succensus est ignis tam copiosus, ut etiam ligna superposita consumsisset, admirantibus & orantibus universis. Factam ergo purificationem Templi scripserunt fratribus in alienis provinciis commorantibus, ut se ad hujusmodi purificationem præpararent, diemque ignis inventi vel recuperati festivum ducerent. In hujus historicæ narrationis exordio duo nobis occurrunt: scilicet ædificationis exemplum, & stupor admirationis. Quis enim non ædificetur ad fidem? quis ad imitandum non animetur, quum tam plena devotio Populi, tam fervida caritas proponatur? Non quæsisse aurum, non argentum, non diversas supellectiles obtulisse describitur, quibus indiguisse probatur, utpote qui de postliminio rediens, premebatur inopia; sed quòd ignem sacrificii, cultum Dei, acceptæ Legis obsequium. Siquidem in Lege statutum fuerat: *ignis semper ardeat in altari: nutriat eum Sacerdos, subjiciens ligna*. Hunc ergo quæsivit, hunc omnibus, quæ desiderari poterant, præferre curavit. Nostra desidia reprehenditur; nostra pravitas heic increpatur, quòd divina negligimus sacrificia, qui quælibet mundi lucra divinis operibus præponere non erubescimus. Et hæc quidem admiratio-

A

B

C

D

E

nis (11) exemplum pro compendio sufficiant. Ad exequutionem verò admirationis qualiter ista pertineant, evidenter apparet. Quis enim non admiretur, quis non obstupescat, quum ignis in aquam, aqua in ignem converti legatur? Hæc quippe non solùm diversa, sed & adversa vel contraria probantur elementa, adeò videlicet ut invicem sibi peremtoria videantur; & imò nulla ratione naturali possunt in se transformari, quum nullum sit eis communis materiæ subjectum. Quorum namque nulla est communis materia, ipsa in se invicem commutari non possunt. Non possunt utique de proprietate naturæ, quum possint id virtute divinæ potentiæ. Nam quum sit natura informatio cujusque rei per proprias differentias, juxta quod levia sursum, gravia deorsum ferri, aqua humectare, ignis urere dicuntur, qui tales differentias Jesus Christus indidit, eas, quum vult, facilè auget, & minuit, mutat, & alterat. Unde in camino ardenti sic mutata est proprietas ignis, ut in medio ejus pueri cantarent illæsi. Dicitur etiam natura ignis artifex occulta vi procedens ad res sensibiles procreandas; siquidem caloris vivacitate dicunt Physici omnia procreari. Meritò ergo dicitur artificium naturæ, qui condidit naturam. Nam cujus est condendi, ejus est mutandi potestas. Quum ergo tam gloriosa sint quæ historicè considerantur, quàm gloriosiora putamus quæ allegoricè vel tropologicè possunt investigari? ut sicut fundamentum ædificii admiramur, multo magis fabricam mysterii & moralis picturæ ornamenta miremur. Laudamus Populum antiquum sub umbra Legis militantem, qui tanto opere curavit invenire ignem sacrificii, in cujus inventione solemnitatem celebrandam esse constituit.

Nec minus laudabilis est Populus iste novus sub veritate ambulans Evangelii, qui sacrum Corpus Beati Apollinaris studuit quærere, quæsitum invenire, inventum venerari. Sed quid (inquies) Beati Apollinaris Corpus, quamvis venerabile, ad ignem holocausti, quum quasi nulla videatur comparatio? Audi prudenter: diligenter attende; sapienter intellige. Beatum Apollinarem glorificasse & portasse Deum in corpore suo, indubitatæ fidei est. Habuit enim thesaurum istum in vase fictili, quia vas suum custodivit in omni sanctificatione & honore, ut audimus dicentem Scripturam: *quia Deus noster ignis consumens est*. Hunc ignem in corpore Beati Apollinaris effulsisse consequentia miræ fragabilitatis est: effulsisse dicamus, an effulgere? Si diligenter attendimus, & effulgere dicimus, & effulsisse. Numquid ignis divinus viventem in corpore Beatum Apollinarem illustravit, morientem verò deseruit? Absit. Scriptum est enim: *quum dederit dilectis suis somnum, hæc est hereditas Domini*. An fortè dicendum est, quòd animam à corpore discedentem comitatus est ignis iste. corpus verò terræ commendatum, sinè divino igne, vel absque gratia divina remansit? Et hoc absit. Non deseruit vas sibi consecratum: non dereliquit templum sibi ad-

(9) Hæc est Glossa, quæ vadit & sic dicit: *Ante frontem Civitatis Ravennæ in dicta Ecclesia, ubi est Porta habens introitum aureum, est ibi Palatium ad modum Ecclesiæ, & ibi in fronte dicti Palatii sic legitur scriptum*: Palatium Theoderici Regis. *Et supra Civitatem Classis legitur*: Civitas Classis; *usque in hodiernum diem*. Ex MSto.

(10) Siquidem sequens narratio *de Inventione corporis Sancti Apollinaris* ad hunc ipsum Rodulphum Priorem Camaldulensem pertineat, ut puto, certa illic argumenta occurrunt, ipsum floruisse circiter Annum 1173. ideoque hoc ejus Opusculum non parvi faciendum, uti à synchrono Scriptore profectum. *Mur.*

(11) Al. *ad imitationis*. Ex MSto.

Digitized by Google

adſcriptum. Nam quòd Sanctorum Corpora Dei ſint habitacula, teſtatur Apoſtolus. *An neſcitis, inquit, quòd corpora veſtra templa Dei ſunt, & non eſtis veſtri?* Eſt igitur cum anima in cœlo, nec defuit eſſe cum corpore in terra. Quatuor autem modis dicitur eſſe Deus in creatura: per eſſentiam majeſtatis: per abundantiam pietatis: per humanitatem perſonæ, vel myſterium incarnationis: per efficacem oſtenſionem virtutis. Primo ſiquidem ubique eſt, teſtante Propheta: *Si aſcendero in cœlum, tu illic es; ſi deſcendero in infernum, ades*, & reliqua. Secundo autem in ſolis electis eſt: unde dicitur: *Qui habitas in cœlis, miſerere nobis*. Tertio quoque modo in ſolo aſſumto eſt homine, ſicut ait Apoſtolus: *Deus erat in Chriſto, mundum reconcilians ſibi*. Quarto denique modo in ſubjecta creatura frequenter apparet, ſicut in rubo Sinæ combuſtione ardenti, aliiſque ſignis & virtutibus ſæpiſſimè ſuam demonſtrat potentiam, oſtendit claritatem, gratiam patefacit. Primo, & ſecundo, quartoque modo tam in corpore, quàm in mente ſanctiſſimi Apollinaris ignis inflammatio hujus fuiſſe, vel etiam eſſe, indubitanter creditur & agnoſcitur. Qualiter enim in ſacratiſſimo ejus corpore ſit hujus ignis præſentia, & per abundantiam benignitatis, & per efficaciam virtutis, evidentia ſigna ſeu miracula, quæ circa inventionem facta ſunt, manifeſtè declarant.

Quis enim alius illuminavit cœcos, erexit eliſos, proſtravit elatos, apparuit per Columbam, redoluit per fragrantiam, niſi ille, cujus ignis eſt in Sion, & caminus in Hieruſalem? De hoc igne craſſa proceſſit aqua, pinguis devotio, abundantia pietatis, compunctionis infuſio. De hac ſiquidem aqua tam copioſus eſt ignis accenſus, ut omne ſacrificium illuſtraret, univerſa ligna conſumeret, & cunctos in admirationem excitaret. Siquidem ex deſiderio pietatis effluxit irrigatio compunctionis; ex compunctione verò flamma tam perfectæ caritatis, qua in mentibus fidelium & accenſus eſt affectus ſanctitatis, & conſumta eſt duritia pravitatis. Unde factum eſt, ut qui ſolebant impugnare veritatem, jam defenderent, & Eccleſiæ Claſſenſi præſtarent obſequia, qui parare conſueverant impedimenta. Concaluit enim cor eorum intra ſe, & in meditatione eorum exarſit ignis divini amoris, ubi priùs exarſerat ardor æmulationis. Currite igitur, dilectiſſimi, currite ad hunc ignem, feſtinate ad ſalutiferam flammam, ad ſuave incendium caritatis. Ad illuminationem ſapientiæ accedite, illuminamini, *ne umquam dormiatis in morte, ne quando dicat inimicus, prævalui adversùs eum*. Veneramini, Ravennates egregii, ſolemnitatem Doctoris veſtri, cujus ſacris artubus longè pluſquam mundanis opibus eſtis inſignes, cujus documentis magìs quàm mundi ornamentis micatis illuſtres. Colite Templum illius, diligite decorem domus ipſius, & locum habitationis gloriæ ejus. *Conſtituite diem ſolemnem in condenſis*, in frequentatione copioſa, in devotione fructuoſa, uſque ad cornu altaris, uſque ad eminentiam altæ intentionis, *ſapientes quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram*. Altare quidem ab eo, quod eſt altum, appellatur. Sic enim in cœlis erit converſatio veſtra, ſi non declinetur in terra intentio veſtra. Eja igitur age, o Ravenna urbs Metropolis, proceribus illuſtris, Civibus eximia, Eccleſiis inclyta, Civitatum moderatrix, domina Populorum: Age, in-

A quam, recognoſce, perpende, honora eum, à quo tantam poſſides gloriam, tanta gloriaris excellentia, ut ſicut per munificentiam Dei & Beati Apollinaris gratiam magnum poſſides Exarchatum in mundo, ita & per eamdem maximum poſſideas principatum in cœlo. Vobis, dilectiſſimi Fratres Claſſenſis Eccleſiæ cultores, qui tam pretioſi theſauri præſentia honoramini, vobis potiſſimùm eſt neceſſarium fabricam mentis veſtræ pingere moribus, decorare virtutibus, Sanctorum exemplis ornare. Ignem ſpiritualem curam præcipuam habeatis nutriendi, reparandi, & omni devotione venerandi. Quid prodeſt ſacri Corporis inveniſſe theſaurum, illuſtrari præſen-
B tia, ſi ejus amoris eſtis expertes, ſi ſpiritualis gratiæ igne caretis? Ignis iſte aliquando nutritur, aliquando minuitur. Nutritur doctrinis Scripturarum, vel Sanctorum exemplis, tamquam lignorum additamentis; ſicut enim ſcriptum eſt: *Ignis ſemper ardeat in altari*, in ara videlicet cordis. *Nutriat eum Sacerdos, ſubjiciens ligna*, ideſt animus ſacer ipſum foveat, ſubdens documenta ſalutis & pietatis exempla. Attenuatur autem peccati delectatione, ſopitur conſenſu, extinguitur impietate, reaccenditur pœnitentia. Ignis utique Sancti Spiritus non ſolùm inextinguibilis, ſed etiam invariabilis & indeficiens eſt. Sed niſi poſſet in nobis extingui, Apoſtolus non dice-
C ret: *Spiritum nolite extinguere*. Nam & Aſmodæus ille perſequutor fidelium legitur in Tobia ſeptem viros Saræ interemiſſe; ſiquidem gratiæ ſpiritualis ſeptiformis affectus, qui viri cujuslibet fidelis animæ ſunt ad propagandam prolem boni operis ſibi deputati, frequenter interficit, ſi eis negligenter vel inſipienter utatur. Regnante igitur & prævalente Nabucodonoſor, Sennacherib, ſcilicet principibus tenebrarum dominantibus, in captivitatem vitiorum ducitur animus, trahitur mens, & ignis ſuperni amoris occultatur; ſed utinam non extinguatur. Nam quum dominatur iniquitas, in puteo vitiorum conſopita jacet pia voluntas. Conſopita quidem,
D ſed non extincta, niſi fiat deſperationis mole depreſſa. Quum verò per pœnitentiam hoſtilis captivitatis dominatio ſolvitur, jugum Diabolici oneris abjicitur, & ſceptrum exactoris ejus ſuperatur. Mox pia compunctio naſcitur, illico inundatio lacrymarum quaſi aqua craſſa exoritur. Sic tamdem reparatur ignis, reſtituitur calor, & aperta Sancti Spiritus reaccenditur inflammatio, unde ſic ex pio affectu naſcitur compunctionis infuſio, ex infuſione verò exemplorum illuſtratio, & oblatio fervidæ caritatis, quatenus *lux veſtra luceat coram hominibus, ut videant opera veſtra bona, & glorificent Patrem veſtrum, qui in cœlis eſt*.

E Aliter etiam de igne aqua naſcitur, & aqua poſtmodum in ignem reciprocatur. Nam divina inflammatio noſtræ voluntatis affectum, & per gratiam inſpirantem prævenit, & per adjutricem proſequitur. Inter creaturas univerſas nulla eſt Creatori ſimilior igne, nec ad Spiritus Sancti figuram aliquid invenitur accommodatius. Siquidem & ſeptiformem habet ignis naturam juxta ſeptemplicem Spiritus Sancti gratiam, & tripartitam qualitatem, ſcilicet Trinitatis fidem, aut trium Virtutum, Fidei ſcilicet, Spei, & Caritatis ſignificationem. Habet enim naturam calendi, lucendi, coquendi, urendi, purgandi, liquandi, & in-

Digitized by Google

durandi. Calet utique per amorem Sapientiæ. Lucet ſplendore Intelligentiæ. Coquit maturitate Conſilii. Comburit ardore Fortitudinis. Purgat Scientia compunctionis. Mollificat lenitate Pietatis. Indurat aut ſolidat pondere Timoris. Calefacit ergo ad amorem Caritatis, dum repellit incendium libidinis, quia Sapientia, quæ de ſurſum eſt, primùm quidem pudica eſt, deinde pacifica. Illuminat per puritatem Intelligentiæ, dum extinguit ſuperfluitatem, & ille qui ſobrietatem ſequitur, rectè ſuperna contemplatur. Coquit per gravitatem Conſilii, quia nil crudum remanet per inconſultam vanitatem, ubi cuncta ſolida fiunt per providam liberationem. Urit ſecularem triſtitiam per Fortitudinis conſtantiam, quia non contriſtabit juſtum, quicquid acciderit. Purgat iracundiæ vitium moderamento Scientiæ, quoniam qui zelo juſtitiæ indignatur, contra æquitatem non iraſcitur. Nam in multa ſapientia multa eſt indignatio non furoris, ſed ſervitutis. Liquefacit duritiam odii aut invidiæ per gratiam Pietatis, quia compaſſionis affectus extenditur & dilatatur, qui per livorem aut odium non contrahitur, non induratur. Indurat aut ſolidat vitium elationis pondere divini Timoris, ut dum formidine ſupplicii animus premitur, irrogatione timoris non extollatur, dicens intra ſe: *quid inanè lutum extolleris?* vel ſi recuſat ſolidari per humilitatem, induretur per divinam ultionem, ſicut induratum eſt cor Pharaonis. Siquidem ignis iſte quum non ſit in ſe diversus, diverſa tamen operatur in diverſis; nam ceram liquat, lutum indurat: quæ tamen induratio non ad naturam indurantis pertinet, ſed ad indurati naturam. Quòd emollitus, ſupernæ miſerationis eſt, & tuæ obedientiæ. Quòd induratus, divinæ æquitatis eſt, tuæque malitiæ. Nam & inter prodigia Beati Apollinaris, quæ circa inventionem ſui Corporis oſtenſa ſunt, complures & penè omnes ejus devotionis affectu ſunt emolliti, pauci tantùm ad ſtudium invidendi ſunt indurati. Sed hoc ſibi debent imputare indurati, qui noluerunt intelligere, ut bene agerent, non divinæ debent adſcribere juſtitiæ ipſos induranti; quæ lutum infidelitatis & invidentiæ, non ceram humilitatis, & benivolentiæ in eis inveniſſe probatur. Recurrite quæſo, recurrite ad ignem divini amoris, ad Beati Apollinaris gratiam, ad inflammationem cœleſtis miſericordiæ. Deponite lutum: adhibete ceram. Recurrite, inquam, ad ignem ſuavem & glorioſum, ad flammam inſecabilem, ſublimem, & communicabilem, inſecabilem utique per fidem & patientiam, ſublimem verò per ſpem & intentionem, communicabilem quoque per benivolentiam & caritatem. Si quidem ignis omnem refugit ſectionem; ſuperiora naturaliter petit, unde ſedes ejus in æthere dicitur eſſe. Participabilis ideo eſt, ut quum ſit diviſus in plurimis, mutuati tamen luminis detrimenta non ſentit. Sic & Fides per hæreſes non ſecatur. Spes ad ſuperna ſemper erigitur. Caritas generali communicatione per univerſos dilatatur. O ignem participabilem! ò divinæ illuſtrationis abundantiam omnibus communicabilem! O Beati Apollinaris, aliorumque Sanctorum gratiam univerſis erogabilem! Ad hanc ergo qui ſtuduerit toto recurrere corde, poterit non ſolùm prædictorum chariſmatum ſeptiformia dona conſequi, ſed & ſeptemplicia vitiorum procedentium monſtra vitare. Poterit & individuæ Trinitatis Fidem inconcuſſam ſervare, atque virtutum præmiſſarum tripartitum affectum ſuſcipere.

Anno Milleno Centeno Septuageno
Terno poſt gratam ſobolem de Virgine natam,
Paſtor Alexander quum Ternus in orbe micabat,
Schiſmata quæ dira, & quæ vera Sophia probabat,
Indiciis claris Corpus patet Apollenaris.
Lucis in exemplo Claſſenſis ſupplice Templo,
Pluribus & dignis micat hæc patefactio ſignis.
Quum Simonis feſtum Judæque micare honeſtum,
Feſta ſacris vẽbris celebrãtur Quinto Novẽbris.
Tu Plebs Ravennæ jam munus adepta perenne,
Munus conſervæ cum te comitante caterva;
Quo meritis claris tibi Metropolim tuearis,
Ut ſis in cœlis proprio cum Præſule felix.

Præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Incipit Prologus de Inventione Corporis Beati Apollinaris Martyris.

EXimiæ pietatis affectu diligentia Patrum ea, quæ operatus eſt Deus in diebus antiquis, futuræ generationi deſcripſit, *nota facere ea filiis ſuis, ut non obliviſcantur operum Dei, & mandata ejus exquirant*. Iis enim quaſi quibuſdam ſideribus illuſtrata fulget Eccleſia, ne velut in hujus Seculi nocte profunda tenebrarum denſitate caliginis lædatur ab iis, *qui ſagittant in obſcuro rectos corde*. Hoc exemplo, licèt ſimus ſcientia & ratione puſilli, ex his, *quæ auribus noſtris audivimus, quæ oculis noſtris vidimus, & manus noſtræ tractaverunt*, de Corpore Beatiſſimi Apollinaris, quod apud Ravennam *in Claſſenſi Monaſterio* (12) *nuper inventum eſt*, & mirabilia ejus, quæ fecit, ſummatim quædam ſtatui ſtilo qualicumque deſcribere, & ad poſterorum notitiam demandare, *ut cognoſcantur hæc in generatione altera, & Populus, qui creabitur, laudet Dominum*. Non erubeſcimus in domo Domini offerre modica, quia magna non poſſumus. Scimus enim, quòd in conſtructione tabernaculi Bethſaleel ille peritiſſimus artifex inter divitum pretioſa donaria & pauperum munuſcula non deſpexit, & de pauperculæ farinula parvulum & ſubcinericium panem Propheta Helias acceptavit. Sed noſter Bethſaleel, imò longè pluſquam Bethſaleel, qui ſub umbra manus ſuæ nos protegit, ſiquidem *umbra Dei* Betſaleel interpretatur, qui eſt & verus Helias Propheta, potens in opere & ſermone, non oblationis cenſum, ſed offerentis affectum pro libamine penſat. De cujus pietate confidimus, quòd hydriæ noſtræ farinula, modicumque lecyti oleum tam ſufficienter augebitur, quòd ſub faucibus edentium, non minùs quàm apud Sareptanam viduam, ſalutaris eſca ſuccreſcat, & in tanta materia opportuna nobis facundia non deficiet.

In Civitate Ravenna, quæ inter Italicas urbes nobili prærogativa micat inſignis, quoddam Monaſterium ſitum eſt, quod *Sancti Apollinaris Novi* appellatione cenſetur, ad diſtinctionem cujuſdam antiquioris Eccleſiæ, quæ juxta

(12) Hæc ergo à coævo Scriptore literis conſignata fuere. *Mur.*

Digitized by Google

juxta eamdem Civitatem *Sancti Apollinaris Veteris* vocabulo nominatur. Ibi Monachorum manet congregatio, quæ licèt regulari professione polleret, quondam tamen præsumsit illicita, unde licitis etiam carere deberet, juxta regulam, qua dicitur: *Privilegium meretur amittere, qui concessa abutitur potestate.* Nam per aviditatem plus appetendi, totius debiti summa evacuatur. Quum enim sufficeret ei, quòd tanti Patris meritis & vocabulo celebris esset, cœpit tamen gloriari, & per Populos rumores spargere, quòd sacri Corporis ejusdem præsentia locum illum decoraret. Asserebat itaque ipsum à piæ memoriæ Johanne Archiepiscopo de Classensi Cœnobio illuc esse translatum; & quidem non diffitemur, ipsum Patrem aliqua Sanctorum Corpora quadam cautissima stropha, sanctaque calliditate transtulisse. Cujus translationis talis causa extitisse probatur. Istria Provincia quædam est in partibus Illyricis, cujus incolas Beatus Apollinaris, quum ibi exularet, ad Fidem Christi Evangelica prædicatione convertit. Unde in eadem Provincia celeberrimus est, & quasi ejus regionis Apostolus summa devotione venerabilis. Nam & Classensis Ecclesia in eisdem partibus quondam amplissimas habuit possessiones, & per singulos annos copiosos exinde reditus percipiebat. Siquidem lapis in eodem Monasterio magni ponderis est, ad cujus pensum metalla inde allata trutinari solebant. Solebant etiam ipsius Cœnobii officia per Monachos & familiares ejusdem Provinciæ administrari. Accidit autem, ut quidam accepta contumelia ex eodem loco discessissent. Reversi ergo ad propria, collecta multitudine piratarum, ad suprascriptam Ecclesiam nocturni depopulatores accesserunt, & arreptis omnibus, quæ invenerant, etiam Ciborium argenteum, quod altari superpositum erat, asportaverunt. Minabantur etiam repetita infestatione Corpus Beati Appollinaris se translaturos.

Audiens hæc præfatus Johannes Archiepiscopus quædam, ut diximus, prudenti consilio Corpora transtulit, ut auditis his gens illa contra Classense Cœnobium sub hac occasione non ultra sæviret; æstimans etiam Beati Apollinaris Venerabile Corpus esse translatum. Sicque factum est, ut ipsa remaneret illusa, dum conaretur illudere, & intra Classensem Ecclesiam tam pretiosum thesaurum conservari illæsum. Hac occasione factum est, ut de Corpore Sancti Apollinaris apud quosdam oriretur dubitatio, quam non de probabili ratione, nec de opinione verisimili, sed de crassa & supina ignorantia, vel, quod deterius est, de artificiosa malitia processisse, manifesta veritate cognoscimus, & multiplici ratione probamus. Jam præfatus Archiepiscopus Johannes etiam post ipsam, quam dicunt Translationem, talia dixit, & scripsit, quibus ipsius figmenta falsitatis facilè convincuntur. In aurea tabula, quam Classensi Cœnobio contulit, & loco Ciborii argentei, quod prædictæ gentis perfidia inde rapuerat, collocavit, talia scripta reliquit.

Ex opibus Venerande tuis hæc offero Præsul
Classensi Templo, quo tua membra jacent.

In extremo autem illic corporis sui sepulturam eligens voluntate hujus certitudinis validum dedit argumentum Archiepiscopus, more & nomine Honestus (13), qui tantæ sanctitatis fuisse fertur, ut sibi ad eamdem Ecclesiam sæpe nudis pedibus venienti valvæ Monasterii nutu divino paterent. Hoc ipsum dictis, & scriptis, suæque sepulturæ postrema ibidem electione, irrefragabili argumento probavit. Idem etiam plurimos ex successoribus scripsisse atque fecisse hodierna monumenta declarant. Sed Beatus Gregorius, incomparabilis facundiæ Doctor, summusque Sedis Apostolicæ Pontifex, qui hanc Ecclesiam possessionibus ampliavit, & honoravit adventu, hujus fidei, validum dedit indicium, sicut in ejus, aliorumque sibi succedentium Privilegiis evidenter apparet. Præterea solemnis illa processio, quam Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopus cum venerabili & glorioſa Episcoporum & Cardinalium caterva, & multigena Cleri Populique frequentatione per singulos annos celebrare consuevit, huic argumentationi adstipulatur. Non enim ob aliud in eadem Ecclesia tam singularis solemnitas ab adjacenti Provincia colitur, nisi quòd ibidem sacratissimum Corpus Beati Apollinaris requiescere constat. Postremò Beati Romualdi eximii Confessoris assertio mirifica id ipsum affirmat, qui pariter cum quodam venerabilis vitæ Converso Beatum Apollinarem de sub Altari, quod est in medio ejusdem Ecclesiæ juxta crucem porphyreticam prodeuntem usque tertiò vidit, agnovit, & credidit, & omnipotenti Deo gratias agens ad frugem melioris studiumque sanctitatis transivit. Et quotiens hujusmodi fieret inquisitio, constantissimè asseverabat, sicut beatæ memoriæ Petrus Damianus de ipso testatur, non alibi, quàm in ipso Classensi Monasterio præfati Patris glorioſum Corpus requiescere. Sicque fit, ut non solùm humanis testimoniis, sed divinis etiam oraculis, hujus veritatis certitudo probetur, ut non possint objicere calumniantes quòd secularibus tantùm adminiculis, vel emendicatis suffragiis ista firmentur. In ala Classensis Ecclesiæ Beatæ Feliculæ venerabile Corpus, jubente Sancto Gregorio Papa, collocatum est, in quadam videlicet Basilica, brevi quidem, sed decoro ambitu fabricata. Cui etiam prædia non modica deputata sunt. Hanc quum quidam de Cardinalibus Ravennensis Ecclesiæ à Monasterio suscepisset, unde humiliari debuerat, cœpit intumescere. Nam sub hac occasione ipsum Monasterium tyrannica dominatione premebat. Unde factum est, ut per industriam ejusdem Abbatis ab hujus dominatu Cardinalis ille cum innumera ..... pelleretur. Expulsus itaque vehementer æstuabat, qualiter suum furorem in ruinam ipsius Monasterii extingueret. Studuit igitur per Populos rumorem spargere, sacrum Corpus de Classensi loco translatum esse. Quod mendacium non distulit Omnipotens Deus ulcisci, misericorditer adhibens temporalem severitatem, ne justè inferret etiam æternam. Siquidem elefantiæ morbo illico Cardinalis ille percussus est justo judicio Dei, ut qui de Corpore Beati Apollinaris falsitatis maculam sparserat, in suo etiam Corpore maculosus appareret. Mox verò ad se reversus suum correxit errorem, ut quod simplici sermone protulerat, juratoria protestatione negaret, asserens se in concilio multorum fuisse mentitum. Factus est ergo prædicator veritatis, qui falsitatis

(13) Archiepiscopus Ravennas, antea Classensis Monasterii Abbas. Ad eam Sedem adlectus est Anno 970. *Mur.*

Digitized by Google

tis fuerat assertor. Et quum se Deo, & Beato Apollinari vovisset, & Monasticæ conversationis in Classensi Monasterio spopondisset obsequium, continuò liberatus est, & in eadem Classensi Ecclesia religiosè vixit, & migravit ad Dominum. O mira Dei virtus, mira sapientia! quæ causam fecit luminis de materia cœcitatis; nam unde caligo emerserat erroris, inde veritatis lumen effulsit. Sed jam tamdem ad ea propositionis argumenta properandum est, quibus Omnipotens Deus nostris temporibus tam evidenter, tam gloriosè id approbavit, nebulamque dubitationis tam patenter absterſit, ut penitùs *obstruatur os loquentium iniqua, & muta fiant labia dolosa*. Nam per argumenta eorum, qui contra veritatem nitebantur, veritatis patuerunt indicia, & de conatu calumniantium certitudinis indago declarata est. Ille igitur ut verus est Dominus, qui etiam malis bene utens, utilia per eos frequenter operatur, ille sapiens est medicus, qui de veneno pravitatis adimplet medicamenta salutis. Quum ergo Monachi præfati Monasterii *Sancti Apollinaris Novi* figmenta suæ machinationis vellent pro argumento producere veritatis, ausi sunt locum quemdam infra dictum Cœnobium clanculo & quasi furtivè infringere, & Corpora, quæ illic latebant, quadam temeritate detegere. Et ut faciliùs possent suæ cupiditatis adimplere propositum, Domnum Gerardum (14) Ravennatum Archiepiscopum adeuntes, quæ invenerant, notificare cœperunt, & importunis precibus, atque suasionibus blandis aures illius inclinare. Ipse verò quamquam mira sapientia, & honestate præditus esset, citiùs fortè quàm decuerat se accommodavit, & auditum inclinavit, assensum etiam impendit. Quo id zelo fecerit, nescimus. Unum tamen scimus, quòd tunc temporis Ecclesiam Classensem obliquo sidere, quamquam non manifesta occasione, respiciebat. Accedens itaque ad Monasterium *Sancti Apollinaris Novi*, quod factum erat publicè prædicavit & approbavit in Populo, Classensis Abbatiæ Monachis constantissimæ prohibentibus, & Apostolicam solemniter appellantibus Sedem, ne de Corpore Beati Apollinaris tam nova, tam falsa sententia teneretur.

De auctoritate Domini Papæ Alexandri, & Cardinalium.

QUo audito Dominus Papa Alexander (15), cujus virtus & sapientia in camino Schismaticæ persequutionis, tamquam aurum in fornace, probata, cujus maturitas & industria huic operi non sinè cœlesti providentia servata est, graviter doluit, tum pro enervata Sedis Apostolicæ appositione, tum pro auctoritate præfati Pontificis tantæ levitati tam velociter inclinata. Et convocatis Apostolicæ Curiæ Senatoribus, factaque deliberatione, auditæ temeritatis cassavit audaciam, reprobavit figmenta, damnavit errores. Scripsit itaque Ravennati Archiepiscopo, & de Pontificali maturitate minùs servata hunc, pro ut decuit, increpavit, præcepitque, ut præfatis corporibus in loco proprio reconditis accensos in Populo rumores extingueret, & de Corpore sacro Beati Apollinaris non aliter permitteret teneri, quàm per Millenos annos fuerat approbatum. Sed ne fortè contingeret id neglectum iri, scripsit Domno Ildebrando (16) Cardinali Legationis officio in ejusdem partibus fungenti, qui cognominatur *Crassus*, non tam pro pinguedine corporis, quàm pro ubertate honestatis & sapientiæ; ut Episcoporum & Abbatum, aliorumque fidelium copiosa convocata multitudine calumniantium illicitos compesceret ausus, & de corpore Beati Apollinaris antiquam mutari sententiam sub Apostolica excommunicatione vetaret. Quòd si aliter fieri non posset, sacrum Corpus in conspectu Plebis invenire curaret, inventum publicè demonstraret. Accidit autem eodem tempore, ut Domnus Theodinus, (17) vir magnificæ virtutis & industriæ, de Gallicanis regionibus, ubi Apostolica vice functus fuerat, reverteretur, qui prædicto Patri verè opportunus collega sociatus est. Quod non sinè divina constat factum esse providentia, ut dum tantorum Patrum geminaretur auctoritas, maturior fieret in eodem facto celebritas. Convenientibus in unum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Legatis cum venerabili Archiepiscopo Ravennæ apud Classense Cœnobium, cum Suffraganeis & Cardinalibus suis, tanta illic multitudo Cleri Populique subitò confluxit, ut incredibile putaretur auditui, nisi oculorum id comprobasset aspectus. Interfuit etiam Domnus Ildebrandus Camaldulensis Congregationis probabilis vitæ gubernator, ad cujus dispensationem & providentiam idem quoque Monasterium spectat, cum venerabili Abbatum & Monachorum caterva, cum quo & quidam singularis constantiæ Monachus & Eremita ductus est, nomine Johannes, de cujus sinceritate tantum præsumebatur, ut ei potissimum sacra membra contrectare liceret. Erat enim canitie venerabilis, sobrietate abstemius, innocentia mitis, vultu venerabilis, ut ad ejus aspectum catervatim concurrerent universi. Stabilito igitur consilio requirendi, quæsitum à Patribus est, si quis esset, qui hujus secreti aliquam haberet notitiam. Inventi sunt duo bonæ opinionis Fratres, qui dicerent, sibi hoc sub juratoria cautione commissum esse arcanum, ut sinè Apostolicæ auctoritatis jussione nullis revelaretur. Data ergo à Cardinalibus licentia, quæ ab ipso quoque Apostolico fuerat impetrata, per Johannem Ravennatem Civem miræ industriæ virum pretiosum thesaurum sub majori ejusdem Ecclesiæ altari præfati Fratres declaraverunt esse reconditum. Sed & omnium Patrum, qui aderant circa eumdem locum, suspensa erat æstimatio. Aderant autem inter agmina fidelium etiam plerique adversantium, qui explorandæ veritati objicere summopere parabant. *Exacuerunt* enim *ut gladium linguas suas, intendentes arcum rem amaram, ut sagittarent in occultis immaculatos*. Iis ergo data est scrutandi licentia, ne qua illis remaneret occasio suspicandi sinistrum.

Accedentes igitur ad locum, tanto scrutinio cœperunt exquirere, ut nec aliqua ibi possent

(14) Hic Anno 1171. Ravennatem Cathedram Archiepiscopus electus ascendit. *Mur.*

(15) Nempe Tertius, qui tunc ex ingenti procella assurgebat, quam teterrimum Ecclesiæ Schisma commoverat. *Mur.*

(16) Bononiensis natione fuit, & Presbyter Cardinalis titulo Basilicæ XII. Apostolorum. Ejus nomen occurrit in Bulla Hadriani IV. Papæ data Anno 1157. Vide Bullar. Casin. ut alia Monumenta omittam. *Mur.*

(17) Et ipse Cardinalis Sancti Vitalis, ac postea Episcopus Portuensis, cujus mentio apud Baronium, ac in aliis Seculi XII. monumentis. Hæc autem peracta fuere Anno 1173. *Mur.*

Digitized by Google

fent reptilia latêre. Et quum penitùs nihil artificioſæ calliditatis inveniſſent, *defecerunt ſcrutantes ſcrutinio*, unde obmuteſcere compulſa ſunt ora eorum, *& infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum*. Factum eſt ergo per providentiam Dei, ut non minùs livore perſequentium, quàm diligentium favore declarandæ veritati præſtaretur obſequium. Sic nimirum Herodiana perſequutio Innocentibus parvulis plus profuit odio, quàm prodeſſe potuiſſet obſequio. Adſcitis itaque foſſoribus injuncta eſt cura fodiendi, ſub cautiſſima videlicet diligentia. Erat enim non parva formido, ne tam venerabile altare, quod à Beato Maximiano, aliiſque ſanctis Patribus conſecratum fuerat, in cujus anniverſaria dedicatione ſolemnis annorum ſtatuta eſt Indulgentia, contingeret violari; ſed per miraculum Dei illæſum permanſit. Quum igitur uſque biduum foderetur, ventum eſt ad locum, ubi duo reperta ſunt ſepulcra. In uno quidem, quod inferius videbatur, non dubium erat, A Sanctorum Martyrum Abdon & Senen Corpora requieſcere. In ipſo autem, quod eminebat, ſpes & fiducia erat quæſitum inveniendi theſaurum. Accerſito itaque Johanne præfato Eremita Camaldulenſi, cui hæc licentia conceſſa erat, hic quum viſione præſtaret, aperto ſepulcro cœpit introſpicere, & ſive virtute divina, ſive propria trepidatione ita territus eſt & ſtupefactus, ut velut in extaſi poſitus videretur. Admonitus autem à venerandis Cardinalibus, iterum introſpiciens videt, credit, agnoſcit mirabilia Dei, tam per eximium candorem ſacrati Corporis, quàm per ſuavitatem miri odoris, omnium aromatum fragrantiam ſuperantis, qui cunctorum nares ita B perfudit, ut omnes renovati, omnes refecti, omneſque lætificati apparerent. Et quum extendiſſet manum ad caput ejus, laminam invenit, argenteâ quidem materiâ, ſed argento & auro pretioſiora continentem. Siquidem hujuſmodi ſcriptum repræſentabat:

HIC REQUIESCIT CORPUS BEATISSIMI APOLLENARIS PONTIFICIS ET MARTYRIS ET EPI QUOD HIC DEEST IN EADEM ECCLESIA PP. MAGNA CAUTELAM OPIFI REPOSITUM EST.

His completis & cognitis clamor Populi attollitur, ſigna pulſantur, gaudium cunctorum lacrymis & vocibus declaratur. Mox egregiè ſapiens Ildebrandus Cardinalis, cui præcipuè commiſſa eſt iſta legatio, tribunal aſcendit, & adſtanti Populo pateſactam veritatem prædicavit & docuit, atque ſub Apoſtolico anathemate prohibuit, aliud de cetero credi vel teneri, quàm quod in præſentiarum fuerat mirabiliter declaratum. Iterum Archiepiſcopus Miſſarum ſolemnia celebrat, & quum perveniſſet ad locum prædicandi, quod inventum fuerat, uberi affabilitate commendat, ſuamque ignorantiam, pro eo quòd aliter prædicarat, eleganter excuſat. Nemo etenim tam profundæ ſapientiæ, tam circumſpectæ D cautelæ, qui ſubreptitiis verbis falli, vel fallere non poſſit.

„ *Fallere vel falli modico diſcrimine diſtant,*
„ *Quæ duo prudentes ſimili conamine vitant.*

Omnium tamen habere memoriam, & in nullo peccare, non humanitatis, ſed divinitatis eſſe probatur. Interea calumniatores inſibilare cœperunt, dicentes: unam laminam ad teſtimonium tantùm non ſufficere, quum in ejus Hiſtoria tribus laminis ipſius opera ſcripta legantur. Hinc etiam & Plebs univerſa tumultuabatur, dicens: ſe adhuc quodam ſcrupulo moveri, niſi oſtendatur oculis, quod auribus fuerat intimatum. Certior enim in viſu habetur notitia, expreſſius argumentum, experientia verior. Quo audito Pontifices graviter æſtuant. Verebantur enim tam ſacrata membra contingere, & de loco, ubi tam de- E

C center locata fuerant, atque per tot annorum ſpatia quieverant, facili occaſione levare, præſertim quum Populus docendus ſit, non ſequendus. Quid plura? non aliud licuit, niſi quod Populus Deo inſpirante coëgit. Inſpiraſſe quidem hæc Deus non immeritò creditur, ut per hanc occaſionem pateſacta veritas validiùs ſolidaretur. Nam hujuſmodi dubitatio ſolidandæ fidei certum & incredibile demonſtravit argumentum. Sic omnis tarditas Thomæ plus profuit ad Fidem Chriſti, quàm Diſcipulorum facilitas; ita dubietas obſtrepentium magis, quàm favor obſequentium huic notitiæ adſtipulatur. Accedens itaque ad locum ſæpedictus Eremita, cunctorum juſſione Patrum, cum timore & tremore ſacra membra contigit, & in quadam capſula decentiſſimè præparata componit. Cui mox craticula quædam ferrea cancellatis virgulis fabrefacta ſuperponitur, ut exinde ſacrum Corpus & videri poſſit, & tangi non poſſit. Taliter enim hanc diligentiam præparaverat Wilielmus Claſſenſis Monaſterii Abbas, cujus maturitas & induſtria, cujus liberalitas & ſapientia licèt aliàs evidenter apparuerat, in his tamen operibus evidentiùs effulſit. Quum igitur hæc agerentur, duæ in eodem ſepulcro inveniuntur argenteæ laminæ, quæ Pontificibus porrectæ, quum legerentur, ortum, paſſionem, & tranſitum Beatiſſimi Apollinaris ſub quodam compendio repræſentabant. Nam in prima legebantur iſta. ORTUS AB ANTIOCHIA BEATUS APOLLENARIS A SUMMO APOSTOLORUM PRINCIPE RAVENNAM MIS-

Digitized by Google

MISSUS EST PRÆDICARE BAPTISMUM POENITENTIÆ IN REMISSIONEM PECCATORUM. IBIQUE PER EUM DOMINUS VIRTUTES MULTAS OPERATUS EST. NAM COECOS ILLUMINAVIT PARALYTICOS CURAVIT. MUTOS LOQUI FECIT. DÆMONES FUGAVIT. MORTUOS SUSCITAVIT. LEPROSOS MUNDAVIT. SIMULACRA ET IDOLORUM TEMPLA DISSOLVIT. HIC FUSTIBUS CÆSUS EST. DIUTIUS SUPER PRUNAS STETIT NUDIS PEDIBUS. EQUULEO APPENSUS. DENUO VERBERATUS, SUPER PLAGAS AQUAM RECEPIT FERVIDAM. CUM GRAVI PONDERE FERRI IN EXILIUM RELEGATUS ORE SAXO CONTUSO. DEFUNCTUS EST SUB VESPASIANO CÆSARE AUGUSTO. X. KALENDARUM AUGUSTARUM. REGNANTE DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO CUM PATRE ET SPIRITU SANCTO IN SECULA SECULORUM. AMEN.

Quibus auditis, visis, & cognitis Fideles unanimiter exultant in Deum vivum, & facta est lætitia magna in Populo, tantaque jubilatio sequuta est, ut nec posset ore exprimi nec corde teneri. *Beatus Populus qui scit jubilationem*. Nam & qui solebant super iis calumniari & deridere Fideles, Fidelium tunc congratulationi videntur applaudere, veritati favere, consentire rationi; & licèt numquam nescit tacere iniquitas, etiam quum hanc cogit obmutescere veritas, tamen contra tantam evidentiam non audebat os aperire, &..... gloriam Beati Apollinaris, & Classensis Ecclesiæ laudes æmulatio calumniantium ferre non potuit, auferre nequivit, sed calumniando fecit glorioſiorem. Cui dum pararet obstaculum, obsequium præstitit. His ita peractis, congregati Patres statuerunt hujus mentionis diem per singulos annos celebrari Quinto Novembris Calend. annuam concedentes Indulgentiam omnibus circa hunc terminum usque ad quadragesimum diem cum fructu devotionis Classense Monasterium visitantibus. Quorum consilio missa est Epistola per adjacentium Provinciarum Ecclesias, & sub auctoritate Apostolica mandatum est Fidelibus, ut circa Classensem Ecclesiam studeant servare & præstare devotionem, & de Corpore Beati Apollinaris non aliud credant, quàm per tot seculorum spatia fuerat creditum, & in præsentiarum constat evidentissimè declaratum. Et qui aliam sententiam tenere præsumserit, noverit se Apostolici anathematis nexibus innodatum, ut ruinæ suæ dolore prosternatur quisquis Apostolicis decretis contemserit obedire. Per omnia benedictus Deus *qui exaltavit filios pauperum, & humiliavit calumniatorem; qui superbos dispersit, & erexit humiles, esurientes implevit bonis, & claros dimisit inanes*. Circa inventionem sacri Corporis Beati Apollinaris in Classensi Ecclesia per misericordiam Dei, & ipsius eximii Patris visitari cœpit locus ipse, coruscare miraculis, illustrari prodigiis, & tantis claresccre signis, ut si cetera probationis deessent indicia, sufficerent testimonia signorum. Horum verò summa & maxima esse probantur, quæ superiùs prælibata sunt, videlicet miri fragrantia odoris, & admiranda candoris species, quæ in ejus corpore cognita est. Quid enim mirabilius est, quid in hac vita glorioſius, quàm inde fragrantiam effluere, unde solet fœtor exalare, & ibi candidam apparere speciem, ubi miseranda consuevit horrere deformitas? Humana quippe natura post corruptionem corporis, multis repleta miseriis, quid aliud quàm putredines, fœtores, & vermes solet ostendere? *Putredini dixi: pater meus es, & mater mea, & soror mea vermibus*. Siquidem de illa concipimur, ab illa nascimur, cum istis conversamur, & in istis dissolvimur. Quid est homo, nisi putredo, & filius hominis nisi vermis?

„ *Vermibus esca sumus, misero post corpore fumus.*

Sed omnipotens Deus, *qui facit mundos de immundo conceptos semine*, in Corpore glorioſi Martyris naturæ mutavit usum, reparavit originem, alteravit proprietatem, ut pro fœtore fragraret odor, qui omnia vinceret aromata; pro deformitate appareret candor, qui auri & argenti speciem superaret. Quantum putamus esse gloriam sibi in cœlis, qui tam glorioſus micat in terris? Taceamus interim de secretis hujusmodi, quæ non solùm loquendi usum, sed etiam facultates cogitandi excedunt, & ad ea, quæ subdenda sunt, festinemus.

Quum ad inveniendum sacrum Corpus fodiendi cura impenderetur, erat quidam defactione insidiantium invidia durus, obstinatione acer, contumacia protervus, qui gravissimè deridebat inquirentes, & dum à fidelibus increparetur, sibi taliter est imprecatus. *Si hoc*, inquit, *quod quæritis, vos invenire contigerit, decidam in hoc loco, ut exire non valeam*. Quod dictum mox divina ultio sequitur. Nam illico ad terram tam graviter lapsus est, ut penè videretur exanimis. Sicque factum est, ut alienis educeretur manibus, qui propria temeritate intraverat, & divino judicio percussus est, qui fideles præsumserat irridere, ut unius ruina multorum cautela existeret. Quo præmisso statim quoddam cœleste apparuit signum, ut exeunte malitia, innocentia subintraret. Nam columba quædam nive candidior apparuit, & usque ad locum Sancti Sepulcri tertio volatu processit, tamquam Beati Viri Corpus patenti monstraret indicio. Meritò columbæ monstratur indagine, qui columbina vixerat simplicitate, quia fellea caruit amaritudine, qui Spiritus Sancti septiformi charismate fulsit juxta columbinæ naturæ septenarias proprietates. Quum hæc agerentur, Abbas Sancti Johannis Evangelistæ, meritis & officio venerabilis, tanto languore gravabatur, ut nulla posset remedia invenire, nulla tranquillitate quiescere. Quum igitur audisset quæ apud Classim gerebantur, votum fecit Deo & Beato Apollinari, quòd si de hac molestia per misericordiam ejus convalesceret, ipsius Ecclesiam, Sanctumque Corpus visitaret. Quo proposito confestim somnus, quo diu caruerat, sequitur, somnumque protinus plena sospitas comitatur. Surgens itaque sanus & incolumis ad Ecclesiam Classensem festinat, sacrati liberatoris Corpus honorat, persolvens Deo vota sua, quæ distinxerunt labia sua. Quod miraculum tam evidens fuit, ut latère non possit. Siquidem amplitudo urbis, personarum celebritas, evidentia signa, quod factum est, occultari non permittit. Erat in eadem Civitate Presbyter quidam nomine Petrus, qui Ecclesiam Sanctorum Simonis & Judæ strenuè gubernabat. Hic in Monasterio Clas-

Claſſenſi maximam ſolebat habere fidem plenamque devotionem. Sed quum audiſſet ea, quæ in Monaſterio *Sancti Apollinaris Novi* facta fuerant, à priori loco cœpit fidem avertere, ſtolidaque pœnitentia a priſtino fervore tepeſcere. Qui ſtatim divina increpatione correctus in lecto decubuit, & tam gravi languore afflictus eſt, ut de vita deſperaret. Audiens autem multitudinem apud Claſſem congregatam ad Sacri Corporis præſentiam requirendam, cœpit aliquantulum ad priſtinam recaleſcere fidem, & ad priorem devotionem paulatim animum revocare. Mox nimium in modum ad incrementa piæ fidei & devotionis ſequebantur etiam augmenta ſalutis. Quum ergo audiſſet ſacrum Corpus eſſe inventum, illico factus incolumis, fide ad integrum reparata ſurrexit, & accedens ad medicinas, ferreum candelabrum cum denis ramuſculis emit, totidemque ſuperpoſitis cereis ad Eccleſiam Claſſenſem devotiſſimè properans, tam ſolemnem tam publicam oblationem obtulit, non minùs affectu, quàm cenſu, Deo & Beato Apollinari acceptam. Sicque contigit, quòd non ratio ſola, ſed etiam vexatio intellectum daret auditui.

Mulier quædam cujuſdam Civis nomine Sinicoli, relicta, infamis vitæ, quæ per plurimos annos ſinè pœnitentiæ remedio ſteterat, quum vellet ſacrum Corpus contingere, divino judicio ſemel & iterum intrare Baſilicam impediebatur. Quoties enim tentabat ingredi, occulta virtute duro angebatur cruciatu. Quid plura? monita à circunſtantibus, ut revelaret Domino viam ſuam, quum ſe præmiſſa confeſſione per pœnitentiam correxiſſet, tertiò acceſſit, & ad ſacrum Corpus cum ceteris fidelibus ſinè difficultate pervênit. O mirum & velocem pœnitentiæ fructum, quæ iram cœleſtem ſinè tarditate placat, ſinè dilatione indulgentiam impetrat, virtutem meretur & præmia! Quidam Cives apud Ravennam de præſentia ſacri Corporis graviter contendebant. Unus aſſerebat, idem apud Claſſem requieſcere, alter inficiabatur: *Vade*, inquit qui fideliter ibi certabat, *ad Cœnobium Claſſis, & quum redieris, niſi fidem, quam teneo, & tu ſponte tenueris, ſequar fidem tuam*. Ivit, rediit, & tam conſtanter fidem, quam impugnaverat, tenere cœpit, ut concertatorem ſuum in fervore hujus fidei ſuperaret. Factus eſt ergo veritatis aſſertor, qui fuerat impugnator. *O verè mutatio dexteræ Excelſi*, quæ meritis Beati Apollinaris de infideli fidelem, de perſecutore defenſorem fecit! In territorio Populienſi erat quidam nomine Prudentius, qui graviſſimè languens, quum in extremis laborare videretur, venerabilem illius loci Epiſcopum vocavit, & ab ipſo pœnitentiam cum ſacroſancta Euchariſtia ſuſcepit. Hunc ergo ſequenti die præfatus Epiſcopus, quum ad Claſſenſe Cœnobium pro inſtanti negotio veniſſet, apud eumdem locum incolumem reperit, & vehementer obſtupuit, nam quod non ſperabat poſſe fieri, miratus extimuit factum. Apud Oppidum Cæſenæ quidam illuſtris erat, qui vocabatur Ugo de Manfredo. Hic quemdam filium habebat à nativitate cœcum, ſuper cujus calamitate graviter amaricabatur. Qui ad Eccleſiam Claſſenſem ductus, quum ad ſepulcrum Beati Apollinaris, & ad Corpus illius accederet (res mira, & à ſeculo poſt Chriſtum inaudita!) illico lumen, quod natura negaverat, gratiâ recuperavit. Quis enim audierat, quis viderat, ut oculos cœci nati aliquis aperiret, præter illum, quem ſputo & luto id egiſſe Judaica quoque teſtatur & admiratur invidia? Scriptum quippe legitur:

„ *Quod natura negat, reddere nemo poteſt.*

Sed nemo reddit, quia non tantùm eſt homo qui reddit, imò Creator, & Dominus hominis, Conditor naturæ, ut ab iſto repararetur, quod ab illa ſubtrahitur. Non enim alligatur legibus naturæ qui fecit naturam. Nam & temporalium legum Conditores leges quidem obſervant auctoritate impetendi, non neceſſitate obſervandi. Unde quidam eorum dicunt: *Legibus quippe ſoluti ſumus, ſed legibus vivimus*. In eiſdem partibus mulier quædam erat, quæ diutiùs clinica jacuerat. Hæc quum plena fide ad dictum Sanctumque Apollinarem preces & vota fudiſſet, illico manus diſſolutas & genua debilia erexit, & in omni compage corporis priſtinam ſoſpitatem recepit. Præterea alia quædam mulier in Villa, quæ dicitur Taybana, cujuſdam viri nomine Barotis filia, ultra triennium contracta & muta jacuerat. Quumque pater illius cum eadem puella Deo, & Sancto Apollinari & preces, & vota obtuliſſet, fructumque devotionis Claſſenſi promiſiſſet Eccleſiæ, mox loquendi & ambulandi, omniumque membrorum recuperavit officium per merita Sanctiſſimi Patris, illo videlicet auctore, qui erigit eliſos, illuminat cœcos, per quem obſoluta fiunt ora mutorum. Quidam quoque manum habens aridam de parte Ficolentiæ, ad Corporis ſacri præſentiam veniens, quum obtuliſſet imaginem ceream, confeſtim ſoſpitate recuperata debitas grates exſolvit. De Galiata quoque quidam ad ſacrum Corpus acceſſit, vota perſolvit, preces & oblationes obtulit, pro eo quòd à ſui corporis cœcitate, quam longo tempore ſe paſſum fuiſſe teſtabatur, per miſericordiam Dei, Sanctique Apollinaris merita liberatus eſt.

Denique illud prætereundum non eſt, quod quidam Artifex de Civitate Ravennæ, ætate ſenex, ſed maturitate ſenior, frequenter enarrare ſolebat. Referebat enim Beatum Apollinarem ſibi aliquando apparuiſſe narrantem ei, quæ paſſus fuerat, quum à Beato Petro Ravennam mitteretur. Oſtendebat etiam ſibi unam de tibiis vulneratam & ſciſſam, quod in ipſo itinere ſibi acciderat, quum ab obviantibus diutiſſimè cæderetur. Unde factum eſt, ut quum ſacrum Corpus fuiſſet inventum, in ipſius cruce fiſſura eadem reperta eſt, ut illius aſſertionis probatio viſionis eſſet experimentum, quod incredibilibus viſum eſt, quòd ſimplex & mitis vir ille fuiſſe referebatur. Scimus enim, quia cum ſimplicibus ſermocinatio eſt Dei & confabulatio Sanctorum. Quidam de Ravennæ Eccleſia Clericus, nomine Cornubius, genere Comes, & officio Cardinalis, gravem & duriſſimam patiebatur inteſtinorum moleſtiam. Hic igitur ſacro Corpore jam invento, inter Miſſarum ſolemnia ſuo Archipræſuli neceſſitate officii ſui aſſiſtens, per miſericordiam Dei, & Beati Apollinaris inclyti Patris meritum, ab omni moleſtia ſenſit ſe abſolutum, gratias agens patri miſericordiarum & Deo totius conſolationis. Quod licet non poſſit aliorum atteſtatione probari, tamen auctoritas perſonæ, celebritas officii, reverentia loci magnum promiſſionis præſtat argumentum. Idem Wilielmus ejuſdem loci venerabilis Abbas,

Digitized by Google

bas, de cujus industria & maturitate, de cujus sapientia & liberalitate plura dici possent, nisi ejus humilitas recusaret, multas & magnas in hoc negotio expertus est efficacias. Nam, ut de plurimis eligamus unum, quum ad partes Lombardiæ, ad præsentiam videlicet Cardinalium, per eamdem viam festinaret, accidit, ut in ipso itinere ram graviter caderet, equo desuper ruente, ut totum corpus, præcipuè brachium collisum sentiret, & quum nulla sibi surgendi supperet virtus, ad misericordiam Dei, Sanctique Apollinaris meritum tota fiducia mentem erexit. Mirabile dictu & factu! mirabilis illico cum tanta sospitate surrexit, ut robustior & alacrior solito viam suam perageret. Quanta denique discrimina rerum, quas asperitates temporum, quales in itineribus sæpe difficultates, quantasve insidias calumniantium in virtute Dei, & inclyti Martyris auxilio mirabiliter evaserit, quis enarrare sufficiat?

Postremò qui scripsit hæc, nonnullas in hujusmodi negotio admirationes comprobavit. Nam quum ad partes Balnei festinasset, ad visitandum scilicet beatæ memoriæ (18) Rolandum Cardinalem in extremo tunc laborantem, sperans se in crastinum reversurum, nimia temporum asperitate diutiùs in partibus illis coactus est remorari. Interim accensum est in animo suo desiderium Classense Monasterium visitandi, ut si vera essent, quæ dicebantur, evidentiùs ibi agnosceret. Nam usque ad id temporis super iis quædam dubitationis nebula tangebatur, ut in hac parte neque calidus, neque frigidus esset. Quum igitur hæc conviatori suo retulisset, invênit eum eodem affectu flagrare, quem invitum putaverat. *Quiescamus*, inquit, *usque ad sequentem diem, exspectantes beneplacitum Dei, & hoc nobis erit signum; ut si crastina serenitas hodiernam temporis inclementiam subsequatur, firma spes erit, quòd prosperum iter facit nobis Deus salutarium nostrorum*. Surgens itaque summo diluculo, quum serenitatem vidisset optatam, fidentior factus iter arripuit. Et quum plura in itinere formidarentur obstacula, fluviorum videlicet inundatio, viarum asperitas, occursus hostium, omnia pertransivit illæsus. Quumque perveniisset ad locum, plura, quàm audierat, vidit, credidit, & agnovit: sicut Reginæ Sabæ de sapientia Salomonis legitur accidisse. Hunc igitur Abbas & Fratres affectuosiùs solito suscipientes, optatò dicunt adveniisse, quoniam ejus præsentiam adscire cupiebant. Celebrantes itaque Capitulum, cœperunt ab eo scilicet Abbas & Fratres instanter exigere, ut quæ fuerant facta, stilo dictandi narraret. Quo audito miratus est valde, ipsos tanta instantia id exposcere, quod ipse statuerat spontanea devotione pro reverentia Beati Apollinaris offerre. Quis ergo existimet, sinè Dei providentia, Sanctique Apollinaris merito factum esse, ut tam subita, tamque improvisa fieret tam diversarum voluntatum concordia, tamque dissimilium chordarum in uno concentu armonia? Quis inquam putet, ut sinè dispositione divina tanta fieret prosperitas itineris, serenitas aëris, unanimitas voluntatum? Nam in redeundo ampliùs, quàm in eundo subsequuta est optata commoditas. Fiducialiter igitur ad scribendum de misericordia Dei confisus accessit, non tamen solus, quia venerabilium Fratrum, Abbatum videlicet & aliorum, qui super hoc negotio ceteris interfuerant, est adjutus meritis, roboratus testimoniis, doctrina instructus. Triduo huic Operi deputato exaravit hæc.

Iis ita præmissis, libet erga te, o Urbs insignis, aliquantulum rhetoricari, non quasi dubia persuadendo, sed quasi certa persuasibiliter insinuando. Eja igitur age, o Ravenna, Urbs Metropolis, mater Civitatum, domina Populorum, sedes Regni, Proceribus gloriosa, mœnibus inclyta, Civibus illustris, opibus insignis, situ inexpugnabilis, terra marique fœcunda. Dic quæso, unde tibi recognoscis hæc omnia? Ista equidem, & alia gloriosa dicta sunt de te, quæ temporaliter prædicantur de te. Sed si attendas ad ea, quæ spiritualia sunt, glorioſiora, & quasi quadam singulari præeminentia inveniuntur in te. Nam in præcedentibus plurimæ urbes tibi vel æquipollent, in sequentibus verò rara, vel nulla æquipollere, vel præpollere tibi probatur, scilicet in Sanctorum meritis, in Templorum ædificiis, in virtutibus signorum, in electionibus Patrum. Quæ nimirum Civitas, quæ præter te urbs ab ultima Thule usque ad novissimum sinè umbra flexura sic ne invenitur? Apud quam duodecim Patres continuis successionibus columbina indagine, non ab homine, neque per hominem, sed per Spiritus Sancti revelationem sint electi? Non Roma, caput Mundi, non Byzantium, sedes Imperii, non Antiochiæ Ecclesia primitiva. Tibi, o Ravenna, hoc dedicatum est privilegium: tibi hæc servata est dignitatis prærogativa. O si servasses, o si non repugnantibus meritis à tam felicissimo degenerasses honore! Adhuc tamen tantarum gemmis dignitatum non es omnino privata. Quædam utique tibi remanserunt de tanta felicitate reliquiæ, quæ te in præsentiarum faciunt celebrem, & in posterum, si recognoveris, beata societate perennem. Sed unde tibi hæc obsecrata gloriosa æstimas emanasse? De quo fonte tantæ fluenta parvitatis effluxisse cognoscis? An de qualitate meritorum tuorum? Hoc nemo vel desipiens putat. Vis audire, de quo fonte profluxit? Hæc inventio salutaris, *sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion*. A Christo igitur in Petrum, velut in primam barbam, à Petro in Beatum Apollinarem, tamquam in secundam barbam, ab Apollinari in præfatos Patres, quasi ad montem Sion, & sic tamdem in oram vestimenti, ideſt usque ad novissima membra Ecclesiæ irrigatio supernæ benedictionis infusa est. *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum*. Nusquam tamen tanta effusio cœlestis unctionis post primitivam Ecclesiam legitur emanasse, quanta in præfatis Patribus effluxisse cognoscitur. O velox magisterium Spiritus Sancti! O subita mutatio dexteræ Excelsi, qui ad momentum in ictu oculorum ministravit peritos, roborat in-

(18) Nescio an heic indicetur Rolandus olim Abbas Dolensis, postea Sanctæ Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis, cujus mentio est in monumentis Veronensibus ad Annum 1185.

Certè non longè ab inventione corporis Sancti Apollinaris accidisse hæc Scriptori nostro quisque intelligat. *Mur.*

Digitized by Google

infirmos, nobilitat ignobiles, contemtibiles honorat, lanarios exaltat, *ut collocet eos cum principibus*, & folium gloriæ teneant, & fiat quod ſcriptum eſt : *Stulta mundi elegit Deus, ut fortia deſtruat*. Vides ergo, quòd hæc beneficia non tam merito, ſed de gratia Salvatoris ſuſcepiſti à Beato Apollinare diſcipulo Chriſti, aſſecla Petri, fundatore tuæ Fidei, diverſarum provinciarum Doctore, Synchrono Apoſtolorum, Diſcipulorum Symmiſta. Hic eſt prædicator veritatis, Doctor ſalutaris, Paſtor & gubernator tuus. O Ravenna perquam multa portio * ſumſiſti dona tua quàm per Principes ſeculi, qui turribus & muris, rerumque opulentia te illuſtraſſe leguntur? Fertur ab antiquis Patribus, qui nec fallere nec falli noverunt, iſtum paſtorem de numero ſeptuaginta fuiſſe Diſcipulorum : & de ipſo in Evangelio dictum eſſe teſtantur: *eſt puer unus heic, qui habet quinque panes, & duos piſces*. Qui ergo tunc de paucis panibus & modico piſce multa hominum millia ſatiavit, innumeram multitudinem Populorum ex adipe frumenti, & medulla tritici, ex piſcibus illius fluminis, *cujus impetus lætificat Civitatem Dei*, poſtmodum pia adminiſtratione refecit. De hujus miniſterio etiamtu. Ravennatum Eccleſia, non deficiente, non deficis.

„ *Creſcit in ore cibus, ceu virtus creſcit edentis.*
„ *Sic eſt eſca Dei : ſic ſunt pia dogmata mentis.*

Cur ergo pateris tantum Patrem laniari? cur de præſentia ſui Corporis commenta recipis falſitatis? ut quid ſacratiſſimum ſuæ paſſionis, & locum habitationis gloriæ ſuæ ſuſtines ab aliquibus contemni? An ignoras, Claſſenſem domum per divinam revelationem conſtructam, à Sanctis Patribus conſecratam, Beati Apollinaris tam corporali præſentia, quàm ſpirituali cuſtodia decoratam? De cujus fundatione divina diſpoſitione facta ſcio te frequenter audiſſe. Nam Patres tui annuntiaverunt tibi, Majores tui dixerunt tibi, quæ ſi non recolis, reddimus tibi quod accepimus à te.

Ædificatio Eccleſiæ Claſſenſis.

QUum Juſtinianus (19) glorioſiſſimus Imperator graves apud Conſtantinopolim inſidias pateretur, fugiens periculum, Ravennam divertit, & apud Julianum Præfectum benignè receptus, & diu ſuſtentatus eſt. Cœpit ergo loca Sanctorum religioſo viſitare affectu, præſertim ubi Beatum Apollinarem per martyrii palmam audierat ad Cœlum migraſſe, nam præſentiam ſui Corporis nondum agnoverat. Hic itaque quum frequenter oraret, adſtitit ei Beatus Apollinaris in vultu angelico, amictu venerabili, qui loco ſui ſacrati Corporis oſtenſo, taliter hunc monuiſſe perhibetur : *Confortare*, inquit, *& eſto fidelis. In proximo reſtituetur tibi optata felicitas. Quo adimpleto, curæ ſit tibi talem mihi fabricare Baſilicam, qua divina dignè veneretur majeſtas, & mei Corporis membra decenter aptentur*. Poſt paucos itaque dies in ſolio ſuo glorioſiſſimè reſtitutus, monitoris & auxiliatoris ſui cœpit non immemor apparere. Præcepit itaque præfato Juliano Præfecto, ut de reditibus Imperii, largiſque ſumtibus Templum Deo, & Beato Apollinari decentiſſimum fabricaret : Collectis itaque de diverſis Provinciis lapidibus pretioſis, congregatis latomis, diverſorumque generum adſcitis artificibus, Baſilicam conſtruxit eximiam, quam non eſt opus vobis commendare, vel ſtilo laudare ſcribendi. Nam per ſe ſatis apparet aſpectibus oculorum. Scimus enim, quòd expreſſior eſt in viſu, quàm auditu notitia, & plus habet vigoris oculorum conſideratio, quàm ſonus aurium, vel præſentatio lectionum. Mirentur itaque alii pulchritudinem lapidum, picturarum ſpeciem, venuſtatem pavimenti, ceteraque naturæ opera, vel artificum ingenia, & quaſi alterius Bethſeleel, aut Choliab, & Hiram amicabilem ſagacitatem commendent. Mihi verò divina potentia, & Sanctiſſimi Patris Apollinaris gratia mirabilis tantùm apparet, per quam ſolam præfata Baſilica ſæpe coruſcat miraculis, plurimiſque virtutibus crebrò præfulget. Nam ut de ceteris interim taceamus, quæ innumera ſunt, quis non obſtupeſcat ad ea, quæ de glorioſa facie cujuſdam Iconæ in medio aurata tribunæ ipſius Eccleſiæ apparentis frequentiſſimè referuntur? Hanc enim Angelica manu depictam fuiſſe tam antiquorum profeſſio, quàm efficacia ſignorum, & ipſius incomparabilis forma teſtatur. Si mihi non creditis, operibus & oculis credite, ipſorumque atteſtationibus, qui de multis terræ mariſque periculis ad ejus memoriam ſe fuiſſe liberatos, verbis & donariis profeſſi ſunt. Perhibent enim, quòd quando aurifex tribunam ipſam muſivis ornabat auratis, in ipſius tribunæ loco medioximo, ceteris jam depictis faciem Salvatoris venuſtiùs formare decreverat. Quum autem ad horam refectionis deſcendiſſet, habens in propoſito mox poſt reverſionem ipſam depingere, hanc Iconam longè mirabiliorem, quàm ſua, vel aliorum ingenia pingere valuiſſent, formatam invênit. Mirantibus itaque cunctis & obſtupeſcentibus, nemini vênit in dubium, hanc divina virtute tam velociter, tamque decenter eſſe compoſitam. Sic nimirum rationis ordo poſcebat, ut tam divinum, tam mirabile Templum inde conſummationem reciperet ornamenti, unde fundamenti ſumſit exordium; ut cœleſti operatione perficeretur, quod ſuperna revelatione fuerat inchoatum. Quid ad hæc, inquies? Ecce livor, & obſtinata malitia an adhuc detrahes Templo Chriſti Sacratiſſimo, Spiritus Sancti, & Beati Apollinaris pio habitaculo? O impudendæ frontis . . . . . Davidico lapide cum fundali ſtridore conterenda! O duræ cervicis pertinacia, inſtar Goliæ proprio enſe jugulanda! Nam eodem argumento propriam gloriam mereretur amittere, quo alienam nititur uſurpare. Conceſſa quidem debet perdere quiſquis inconceſſa præſumit ambire. Ergone adhuc ſibilas lingua viperea? & quum præciſa putaris, multiformis velut Hydra reſurgis? Sed huic Herculi eſt ſubjiciendum incendium, cum plurima lignorum congerie, ideſt vivacitas rationum cum crebra exemplorum auctoritate. An non recolis quod cuidam prædeceſſorum tuorum accidiſſe audiſti? Recolis quidem, ſed fateri vel ignoras, vel erubeſcis.

Fuit

(19) Sub Juſtiniano I. quidem exſtructum eſt Claſſenſe Templum Sancti Apollinaris à Juliano Argentario circiter Annum 545. ipſo probante Auguſto. At Juſtinianus numquam Ravennam divertit. Neque hæc Juſtiniano Rhinotmeto aptari poſſunt. Itaque veritati fabulæ heic intermixtæ. *Mur.*

Fuit enim in ipso Monasterio *Sancti Apollinaris Novi* quidam in officio Prioratus, qui acriter contendebat, Corpus Beati Apollinaris ibidem esse reconditum, quam contentionem hujusmodi fine claudebat. *Utinam*, inquiens, *non alibi liceat mihi mori, vel sepeliri, nisi ubi Corpus illud requiescit*. Quid plura? Egressus Civitatem pro necessitate sui Monasterii, tanta, quum rediret, inclementia temporis est occupatus, ut ad Classis Ecclesiam divertere cogeretur. Ibi ergo gravi præventus ægritudine, vitam eadem nocte finivit; ibidemque sepulturam accepit. Sic omnipotentia summæ pietatis, quæ humanæ saluti potiùs quàm voluntati solet providere, citra intentionem illius Fratris adimplevit votum suæ salutis. Impletum est ergo in bonis desiderium suum, & præter propositum suum, & absque merito suo, quia *non volentis, neque currentis, sed Dei miserentis* fuit, ut in morte linguam corrigeret. quam in vita non correxit. Apud Ferrariam quidam fuit habens sindonem tam pretiosam, ut nollet illam humanis usibus applicari. Quum ergo quid inde agendum esset animo hæsitaret, apparuit ei quidam venerando habitu, dicens: *in altari Beati Apollinaris illum appone*. Mox Ravennam veniens Clericis Metropolitanæ Sedis ea referebat. Ipsi verò, ut plerisque moris est quæ sua sunt quærere, monebant illum, ut in eodem altari eumdem imponeret, quod ad Sanctum Apollinarem pertinere dicebant. Audiens hæc beatæ memoriæ Gualterius (20) Archiepiscopus, qui Classense Cœnobium per Camaldulensium Congregationem reformavit; *vade*, inquit, *ad Ecclesiam Classis, ibique verum Beati Apollinaris altare invenies, ubi sacrum Corpus requiescit, & in eodem juxta præceptum Domini tuæ devotionis vota persolve*. Sicque impleta est jussio Salvatoris & devotio viri. Non absurdum debet videri, quòd prima novissimis, & antiqua modernis complere videamur, qui non de nostra industria, sed de naturali ordine per ipsum, qui *Alpha & Ωmega, principium & finis*, constat pervenisse, ut talis orbita, & ad idem rediens rotunditas fieret, repeteretque suos recursus: singula suo reditu gaudent. Stabilis ordo non manet ulli, nisi qui fini junxerit ortum, stabilemque sui fecit orbem. Dic age obsecro quisquis es, qui zelo contabescis iniquo, *qui sedens adversùs fratres tuos loquebaris, & adversùs filios matris tuæ ponebas scandalum*, tuæ professionis consortes calumniando: Dic, inquam; Quid contra tanta evidentia veritatis objicies? quam calliditatis viam ultra invenies? Excluſa sunt argumenta tergiversationis tuæ, tuæque versutia cavillationis ad nihilum redacta est. Dicite quæso fabricatores mendacii, & cultores perversi erroris. Quid profuit vobis voluisse publicare mendacium, occultare veritatem, opprimere justitiam, invidentiam prodere? Ecce Classensis Ecclesia, quam suffocare conati estis, vestra persequutione fit clarior, vestra æmulatione illustrior. Ejus quippe gloriam ferre non potuistis, lædere non valuistis, sed infectando & invidendo clariorem feciſtis. Ova aspidum erumpere feciſtis, telas araneæ texuistis, sed muscas, non aves, potuistis involvere. Qui comederit ex ovis hujusmodi, morietur, & quod confotum est ex eis, erumpit in regulum, ut de radice pestilenti prodeant pestilentiora. Sicque fiat, ut tam decepti, quàm decipientes, nisi resipuerint, pari deputatione perdantur; siquidem insidiis suis capiuntur iniqui. Et sicut simplicitas justorum dirigit eos, ita supplantatio perversorum vastabit illos. Dicitis, ut fertur, quod de inventione sacri Corporis factum est, humanæ quidem industriæ, opulentiæ, vel potentiæ fore deputandum. Sed numquid ad humanam potentiam vel industriam deputare audebitis cœcos illuminatos, paralyticos curatos, & alia, quæ præmissa sunt, & longè plura, quæ prætermissa sunt, divina virtute patrata, & mirabilia? Apostolicæ Sedis auctoritatem spernentes, sententiam ejus surdis auribus auditis, sicut aspides surdæ obturantes aures suas, *ut non exaudiant vocem incantantis sapienter*. Num & divinam sententiam similiter despicietis? *Ergo ne gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea?* An ignoratis, quàm durum sit contra stimulum calcitare? Sagitta in lapide missa non infigitur, sed potiùs novo recursu contra mittentem retorquetur. Lapis in altum jactus reciproco ictu percutit jacientem. Contra Monasterium Classis excitastis Proceres, solicitastis Cives, Patres armastis. Sed iis armorum generibus vosmetipsos jaculatos esse cognoscitis, ipso clariùs emicante. Sic Golias proprio gladio jugulatur, Plebe Israëlitica triumphante. Sic & Aman suæ domus trabe suspenditur, Mardocheo & Ester cum ceteris gloriantibus. Cesset ergo machinatio invidendi, deficiant commenta fallendi; non patrocinante mendacio, sed obsequio promerente veneratur Deus; non invidentia, sed innocentia honoratur summus. Audite igitur consilium, si vultis invenire auxilium. Accedite ad venerabilem locum. Accedite, festinanter festinate humiliter ad præsentiam sacratissimi Corporis, quod in Classensi Ecclesia requiescere & humana devotio, & divina omnipotentia fide indubitabili, operatione mirabili probat. *Accedite, inquam, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur*, sicut hactenus confusæ probantur. Accedentes autem majora poteritis experiri miracula in mentibus vestris, quàm illi, qui experti sunt hæc in corporibus suis. Siquidem plus est intrinsecus illustrari, & perfectius est cordis intuitum, quàm corporis recuperare aspectum. Plura super iis dicenda fuerant contra calumniatores, imò pro calumniatoribus. Non enim persequutores, sed ad bonum zelatores eorum sumus: Sed ideo calamum temperavimus, quia non tam invectivarum, quàm inventi jam veri exequutores sumus.

DEO GRATIAS. AMEN.

Incipit Vita Sancti Aderiti Archiepiscopi II. Ravennatis. Primo de nomine, & interpretatione ejus.

ADeritus, idest ad Deum revocans, vel juxta Dei rectitudinem intrepidus stans, vel associatus electis Dei vel rectis.

Hodierna festivitas, Fratres carissimi, geminum sanctæ devotionis vestræ, imò nostræ gaudium cumulat. Quia dum Reverendi Confessoris Aderiti solemnia celebramus, necessariò mox etiam triumphatore Christo Beati Apollinaris ad memoriam præclara gesta reduci-

(20) Sublatus est è vivis hic Archiepiscopus Ravennas Anno 1144. Primus ille in Classense Monasterium Camaldulenses Monachos invexit, Anno videlicet 1137. *Mur.*

Digitized by Google

eimus. Quia ut Salomon ait, *gloria patri eſt filius ſapiens*. Sic alterius cauſa pendet ex altero, ut quiſquis unius laudes dignè retulerit, alterius etiam inſigne præconium tacere non poſſit. Et quia Veritas dicit; *non poteſt filius facere, niſi quod viderit Patrem facientem*, ſic iſte Beatus alumnus quum ſequutus eſt paterna veſtigia, ita veræ Fidei prædicando rectam tenuit lineam, ſicut religiosè vivendo ſancto Præceptori conſonam exhibuit clientelam, ut ei meritò ſuccederet in regimine, cujus imitator exſtiterat ſanctitate. Sicut enim Beatus Petrus Princeps Apoſtolici Senatus tres inter ceteros eminentiores cognoſcitur habuiſſe diſcipulos, qui ſibi poſtmodum in Pontificatus arce per ordinem ſucceſſerunt; primò videlicet Linus, deinde Cletus, tertius Clemens, ita nihilominus & Beatus Apollinaris tres egregios diſcipulos habuit poſt felicem martyrii ſui gloriam, ſibimet in Eccleſiaſtico regimine ſuccedentes: iſtum ſcilicet Beatum Aderitum, Eleucadium, poſtremò Calocerum. Planè poſtquam navicularis pelagi Claviculatius conſtitutus eſt in Cœlis, diſcipuli piſcatoris facti ſunt Magiſtri oratorum, & ſapientia mundi victa eſt à ſimplicitate Chriſti. Quia hac ſimplicitate Paulus, qui ſe judicat inter Corinthios *nihil ſcire, niſi Chriſtum Jeſum, & hunc crucifixum*, ſuperavit Dionyſium Areopagitam apud Athenas. Hac ſimplicitate concluſit Sanctus Apollinaris Beatum Aderitum in urbe Ravenna, quod & ipſe conſultus de curationum peritia, reſpondit, nihil ſe ſcire ſinè nomine Jeſu. Verumtamen utrique huic prudenter ſimplici Beatus Petrus ſapientiæ perhibet teſtimonium. Nam de Paulo ait: *ſicut cariſſimus frater noſter Paulus ſecundùm datam ſibi ſapientiam ſcripſit nobis*. Apollinari verò dicit: *ecce eruditus es de omnibus, quæ fecit Jeſus*. Sed qui Deo ſapientes erant, mundo ſe velut fatuos exhibebant. *Stulta ſiquidem mundi elegit Deus, ut confundat ſapientes*. At ut magis ſtupeas, ipſos in parte ſapientes à vano ſuperbæ ſapientiæ ſuæ tumore dejecit, ac deinceps in auctores liberæ prædicationis erexit. Id ipſum poſtmodum conſtanter adſtruit, quod anxiabat antea crudeliter impugnare. Quod Moyſes tunc myſticæ figuravit, quum arripuit vitulum aureum, igne combuſſit, ad pulverem uſque contrivit, fluctibuſque conſpargens, Iſraëlitico Populo propinavit. Quid eſt enim per figuram vitulus ille conflatilis, &c. (*Quæ ſequuntur amputavi, nugas nempe hominum loqui volentium, & nihil quod loquerentur pro re propoſita habentium*). Beatus igitur Aderitus tamquam aureus vitulus contritus eſt malleo prædicabundus, & transfuſus eſt in membra corporis Chriſti, ſecundus ſcilicet à Beato Apollinare in ordine diſcipulatus, ſecundus etiam nihilominus in arce Pontificatus. Et perſonarum quidem ordo productus, ſed eadem Fidei puritas, quæ Chriſto ſummo & originali fonte proceſſerat, per devexam alvei ſeriem decurrebat. Nam à Chriſto in Petrum, à Petro in Apollinarem, ab Apollinare in Aderitum, cœleſtis eloquii fluvius emanavit, ut illud Pſalmiſtæ impleatur: *qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo ejus*. Beati denique cultores & adjutores Chriſti Apollinaris & Aderitus, pater videlicet & filius, Magiſter atque Diſcipulus, cujus operis myſterium unius, ut ita loquar, agri fundum, unius ſuſceperunt vineæ colonatum. Ille nimirum, ut obſcura ſilvarum condenſa ſuccideret, iſte verò, ut reſiduos arbuſtorum truncos, ut areſcentium veprium dumeta radicibus extirparet. Ille, ut acuto verbi vomere dura & ſqualentia rura proſcinderet; iſte, ut nihilominus ſanctæ prædicationis ſarculo tumentium vitiorum poſt eum glebas effringeret, & bonorum operum frugibus novalia diligenter exculta veſceretur. Ille, ut cum Paulo plantaret, iſte, ut cum Apollinare rigaret. Atque ut altiùs repetam, ille cum Moyſe Populum Domini diviſo mari Rubro in deſerta tranſpoſuit, iſte cum Joſue magiſtro ſuccedens enumerandum Populum in terra promiſſionis primus introduxit. Ille docuit, qualiter Ægyptum Iſraël recedens ſperneret; iſte verò, qualiter terram lactis & mellis irriguam diſtributis invicem ſortibus poſſideret. Alter edocuit colla de jugo Pharonis excutere; alter admonuit triumphatricibus plantis devictas hoſtium calcare cervices. Alter douuit ſervitutis obbrobrium quamceleriter fugere; alter autem ipſos libertatis titulos quamcautiſſimè cuſtodire.

Neque verò credendum eſt, fratres mei, Beatum Aderitum, dum adviveret, Martyrii caruiſſe laboribus, etſi non fuerit Martyrio conſummatus. Videbat nimirum Gentilitatis nuper extinctæ nonnullas adhuc ſupereſſe reliquias. Dolebat in Populo ſibi commiſſo vel externa ſuperſtitioſi ritus veſtigia remanſiſſe, atque ideo, licèt perſequentium manus gladios non exerceret, cruciabatur anima ſancta pii zeli ac paternæ compaſſionis incendio concremata. Quid enim prodeſt, ſi quiſquam Catholicè credat, & Gentiliter vivat? aut quomodo credulitas recta cum vita concordat Hæretica? Quid enim juvat, ſi Fides adſit Apoſtolica, ubi converſatio ducitur Ariana? De iis etenim, qui Catholicè credunt & Hæreticè vivunt, conqueritur Beatus Apoſtolus, dicens: *confitentur ſe noſſe Deum; factis autem negant*, quum ſive credendo, ſive vivendo Deum negare nihil aliud ſit abſque dubio, quàm perire. Quapropter Pontifex Aderitus non contemnendum protulit in ipſa Eccleſiæ pace Martyrium; quoniam quidem & ſi non cum perfidè credentibus, ſed perversè viventibus, inſœderabilem probatur habuiſſe conflictum, & attamen in Fidei doctrina deſudaſſe eum non ſinè ratione colligimus, quum omnium Ravennati Metropoli adjacentium Diœceſum Civitates & Oppida nullos penè recondere Martyres agnoſcamus. Unde Beati Apollinaris quanta gloria, quanta ſit excellentia, mirari ſatis dignè non poſſumus. Cujus Martyrium quum per viginti novem annorum curricula, & innumerabilia fuiſſet tormenta productum tantùm ſolus elaboravit, quod alter quiſpiam, qui in totis ferè illis partibus pro teſtimonio Fidei potuiſſet occumbere non invenitur. Si quid autem fortè ſuperfluit, diſcipulorum ejus ſucceſſio veneranda ſupplevit. Inter quos nimirum Beatus Aderitus velut aureum ſidus emicuit, qui tamquam vir juſtus & timoratus, ut in priſcorum invenitur apicibus exaratum, fuit à Beatiſſimo Apollinare Presbyter ordinatus, & ut ſapiens architectus ſupra fundamentum ſui Magiſtri utiliter ædificans, pro ſuis ovibus inceſſanter, ut à cultura Idolorum diſcederent, & ut Deum vivum, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum confiterentur, Dominum exorabat. In cujus temporibus multi poſt tempeſtatem perſequutio-

Digitized by Google

tionis sacramentum Baptismatis humiliter susceperunt, quos postea ad Dominum sociavit. Cujus quidem intervenientibus meritis, ejusque virtutum excellentiis, Spiritus Sancti appatenti vocatione, & spirituali promotione, in columbæ speciem (21) descendentis à Domino archisterio Ravennate meruit sublimari, & inter Sanctos Archipræsules Ravennates columbæ electione benignè assumtos Primicerius appellari.

Quapropter cavendum est, Fratres mei, istius Sanctissimi Confessoris Aderiti informati exemplo, ne qua nos vitiorum nigredo dedecoret, qui candidi in Christi militia duces habemur; periculosè nimirum rerum species fluctuat, ubi cum ducibus subsequentibus exercitus insignia non concordant. Beati siquidem Patres nostri promtos se exhibebant ad perferenda supplicia. Nos autem dum à proximo lædimur, compescamus saltem animos à vindicta. Moyses nempe ad ultionis judicium descendens de monte cornutus apparuit. Super Dominum autem in mansuetudinis spiritu columba descendit. Illi decreverunt pro Christo propria cuncta contemnere: nos autem discamus saltem, quæ aliena sunt non ambire. Præsenti necessitati hodierna cura sufficiat, ne diem crastinum solicitudinis rancor anticipet. Et numquam timeamus illud negotium constanter ac fiducialiter aggredi, in quo nos speramus sive pro divinis obsequiis, sive pro salute superna pressuris atque diversitatibus fatigari. Fugiatur honor, gloria, divitiæ, omnisque dignitas temporalis. Labor obedientiæ, paupertatis angustia, & quietudo Caritatis, quæ nos exerceant, appetantur. Redemtorem quippe nostrum Plebs Judaica, quum esset satiata panibus, in Regem voluit constituere. Sed testante Johanne, ne reperiri potuisset, aufugit in montem. Quum autem quæreretur ad Crucem, ultro se non cognoscentibus obtulit, dicens: *quem quæritis?* Quibus utique perhibentibus *Jesum Nazarenum*, illico respondit: *ego sum*. Quid enim est, quòd mediator Dei & hominum ad Regnum promovendus evasit, ad mortem verò se ultroneum quæsitus ingessit, nisi ut nos admoneret, mundi hujus gloriam devitare, tribulationes autem pro Deo, & laborum dolorumque pressuras gratulanter expetere? Paulus autem, quum esset miles, * & hos sibimet obsequentes aspiceret, ita ut Lucas in Actus Apostolici Libro perhibeat, quia *descendente Paulo magnus fletus est omnium, & procumbentes super collum ejus osculabantur eum*. Ipse autem Hierosolymam passurus tamquam epulaturus avidissimè festinabat, dicens: *ecce*, inquit, *alligatus ego spiritu vado in Hierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans, nisi quod Spiritus Sanctus per omnes Civitates protestatur mihi dicens, quoniam vinculæ, & tribulationes me manent. Sed nihil eorum vereor, nec facio animam meam pretiosorem, quàm me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium, quod accepi à Domino, testificari Evangelium gratiæ Dei*. Ecce vallatus turba Gentium minimè flectitur; delinitus osculis, blanditiis, obsequiis ad sui misericordiam non movetur; sed lætus ad vincula & tormenta festinat, tamquam si ad nuptiale convivium pransurus accedat. Nos etiam, dilectissimi, imitatores Christi sequentes exempla, fugiamus blanditias seculi, ad adversa quælibet pro Deo perferenda lumbos mentis nostræ viriliter accingamus. Et quia ad hereditatem filiorum, quæ est in patria, tendimus, in exilio positi servorum injurias æquanimiter toleremus, quatenus supernus inspector & arbiter noster considerans nos suæ jussionis imperio minimè reluctantes, quanto nunc conspicit oppressos in pœna, tanto postmodum remuneretur feliciores in gloria. Migravit autem ad Dominum beatissimus Pater noster Aderitus in Civitate Classis V. Kalendas Octubris, & in Basilica Sancti Probi sepultus est, ut quidam asserunt, non longè ab Ecclesia Sancti Apollinaris, quasi stadio uno. Quod hodie venerabiliter collocatum manet, ejusque beneficia florent, cum multis sacris Corporibus Sanctorum in nostra Ecclesia Ursiana, in altari, quod *Arca Sanctorum* communiter nominatur; ad laudem & gloriam Salvatoris nostri, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Incipit Vita Beati Eleucadii Archiepiscopi Ravennatis & Confessoris. Et primo de nomine.

ELeucadius, idest bonum cantans diutius; vel bonum enuntians; vel electum vas splendoris divini; vel edens, seu componens utriusque Legis codices diversos: vel electione vocatus custos.

Sanctissimus ac beatissimus Apollinaris natione Antiochenus, Græcis & Latinis literis eruditus, cum Apostolo Petro, cujus discipulus exstitit, in urbem Romam pervênit, qui post plurimum tempus eum Pontificem ordinavit, eique per impositionem manus Spiritum Sanctum tribuit. Cui osculum pacis gratia caritatis tribuens, ab Urbe Roma quasi per dena milliaria communiter veniens, ad prædicandum Domini fidem Ravennam eum direxit. Itaque beatissimus Apollinaris, accepto prædicationis officio cum virtutum signis, infra & extra Civitatem Ravennam, in qua plurimas peregit virtutes, Presbyteros, & Diaconos ordinavit, multos ad Fidem Sanctæ Trinitatis sua prædicatione ac virtute convertit. Igitur Aderitus vir sanctus & timoratus ab almifico Pontifice ordinatus est Presbyter, & ut sapiens architectus super fundamentum sui Magistri & Doctoris non casuras arces ædificans, pro suis ovibus incessanter Deum deprecabatur, ut à cultura Idolorum discederent, & Deum vivum, Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum confiterentur. Quapropter multi in ejus temporibus post tempestatem & persequutionem Baptismum perceperunt, & multos Domino acquisivit. Hoc notandum est, fratres carissimi, quia per omnia discutere nequivimus, quanta & qualia ipse vel alii glorioſi Sancti Fideles Dei fecerunt, convertamus causa prædicandi atque loquendi articulum ad sanctissimum & lucidissimum Eleucadium. Hic Beatus Eleucadius (22) ordinatus Diaconus à Beato Apol-

(21) Nota, quòd in electione istorum Patrum Archiepiscoporum Ravennatum columba cœlitus emittebatur. Idem habemus infra in Historia Severi §. *Ille autem* &c. *Ex MSto*.

(22) De isto Eleucadio Petrus Damianus, Doctor Ecclesiæ, facit unum pulchrum Sermonem moralem, quem habes in Historiali Libro Passionario Ecclesiæ Ravennæ, qui incipit: *A Festo Sancti Sebastiani*. Quæ Vita hujus Beati Eleucadii, & dictus Sermo sunt in dicto Libro, Capitulo XLIV. & ibi vide. Et istius Corpus requiescit in Civitate Papiensi, ut habemus infra in Historia Beati Probi. *Ex MS.*

Digitized by Google

linare. Eleucadius, cujus nomen *Candidus* interpretatur. Hic vir mitis & prudens fuit: verè mitis, eoque sequutus est vestigia Salvatoris, ut ipse ait: *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Et super quem requiescam, nisi super humilem & quietum, & trementem verba mea?* Verè mitis & prudens Beatus Eleucadius fuit, sicut ait Evangelista: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*: Qui divinæ prudentiæ lumine accensus, ad prædicandum constans & efficax fuit. Qui tanta Philosophiæ doctrina & peritia fuit instructus, ut plurimos de Novo & Veteri Testamento libros conderet, & de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, atque illius Passione volumina exararet. Post obitum Sanctissimi Aderiti ab omni Populo laudatus & ordinatus est Pastor, qui rectè credentes in Dei opere firmavit; dubii idest non rectè credentes in trinum & unum Deum, per exemplum illius Pastoris ac prædicationem, ab Idolorum cultura recedere cœperunt, & ad ejus prædicationem conversi, ad sacrum Baptismum concurrebant, & refutabant simulacra surda & vana atque muta, & credebant pariter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, ac baptizabantur.

Istius sanctissimi Antistitis etiamsi velimus componere nomen, *Eleu*, *e* conversa in *u*, & *u* in *o*, & addita *s*, fit *Elios*: *chadus* Græcè, Latinè *Vas*: idest Eleucadius intelligi comprobatur *lucidum vas*. Fuit enim vir prudens, ut superiùs dictum est, unde in Passione pro Christo Apollinaris Eleucadium Philosophum Diaconum fecit. Philosophia enim sapientia, inde Philosophus idest sapiens. Namque iste Beatus, plenus sapientia fuit non hujus mundi, quia illa *stultitia est apud Deum*. Et in alio loco: *væ vobis, sapientes hujus mundi*. Heic etenim sapientes & prudentes hujus seculi relinquunt sua, nihil portantes secum præter peccata. Et item sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nesciunt. Sed illius Sancti viri sapientia ita inventa est in seculo, ut semper in ea permaneret cum Domino. Quia deditus die noctuque jejuniis & orationibus, vigiliis, eleemosynis, solicitudinibus Clericorum, ac Laicorum, Orfanorum, & Pauperum, erat sicuti bonus Pastor. Unde Beatus Evangelista Johannes inquit de Domino Jesu Christo: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis*. Qui dum ad æternam vitam omnes elegit tam Judaici quàm Gentilis populi, ad ovile primùm oves vocando deducit; de quibus profectò ovibus rursum dicit: *Oves meæ vocem meam audiunt, & ego Dominus agnosco illas, & sequuntur me, & vitam æternam do eis*. De quibus dicitur: *Per me si quis introierit, salvabitur*; & ingredietur, & regredietur à fide ad spem, à credulitate ad contemplationem. Pascua autem inveniet in æterna refectione, dum sinè fine mens vitæ cibo satiatur, nec cum defectu supernæ patriæ gaudio pascitur. In istis pascuis de æternitatis societate lætati sunt quicumque jam laqueos voluptuosæ temporalitatis evaserunt. Ibi hymnidici Angelorum chori cum Beato Eleucadio exultant: ibi societates supernorum civium: ibi dulcis solemnitas peregrinis ab hujus vitæ labore ad patriam redeuntibus: ibi Prophetarum chori: ibi judex Apostolorum numerus: ibi innumerabilis Martyrum victorum exercitus, tanto illic lætior, quanto heic duriùs afflictus. Ibi Beatus Eleucadius Confessor constantissimus præmii sui perceptione consolatus: ibi Sancti Episcopi, Diacones, Clerici, pueri, juvenes, senes, atque mulieres, virgines, & viduæ, omnesque beatæ oves cum Beato Pastore Eleucadio in cœlis lætantur. Iste verò vitæ semitam gentibus prædicavit, & in Ecclesia Christi oleo pietatis perunctus, quasi lucernæ lumen effulsit, spargens virtutum fragrantiam operibus sanctificationis in Populum Dei. Namque edoctus à Pastore Ecclesiæ, cui Dominus sub trina interrogatione Ecclesiam regendam commisit, quidquid injunctum à Christo Jesu Magistro suo Petro fuisse didicerat, ab eo Ravennam transmissus lampade prædicationis Populo vitiorum tenebris incluso plenissimè transfudit. Gaudeamus, fratres, gaudeamus de tam sancta festivitate. Quæramus ergo hæc pascua, quibus cum Angelorum spiritibus ac agminibus exultemus, præcipuè notitiam facientes Sanctæ individuæque Trinitatis, quæ unus Deus perennis vivit, & regnat per infinita secula seculorum. Amen. Defunctus est autem Sanctissimus Eleucadius (23) XVI. Kalendas Martias, & sepultus est extra muros Classis, ubi usque hodie, ad laudem nominis ejus, Ecclesia ædificata & Deo consecrata est, cum quo vivit & regnat sinè fine permanens in secula seculorum. Amen.

(23) Istius Eleucadii Corpus requiescit in Civitate Papiensi, & ibi portatum fuit ab Aistulpho

Incipit Vita Beati Caloceri Archiepiscopi Ravennatis Ecclesiæ. Et primò de nomine.

CAlocerus, idest calcans otia vana; vel caritate locupletans; vel caliginem obscuratis removens vitæ sanctitate; vel carus omnibus auditione; vel evidentia sanctitatis.

Quamquam deceat Sanctos quoslibet honorare, eorumque gloriam enarrare, atque magnis præconiis exaltare, eorum tamen præcipuè est laudibus insistendum, quorum ab ipsis in nobis permanent munera & virtutes, qui etiam nos in Christo per Evangelium genuerunt. Quòd si patribus carnis, quos pro paucorum dierum tempore eruditores habuimus, reverentiam exhibemus, quanto magis hos laudare debemus, à quibus doctrinam accepimus sanctitatis? *Laudemus* ergo *viros gloriosos*, genitores nostræ Sanctæ Ecclesiæ Ravennatis, qui *magna virtute & prudentia præditi, in præsenti Populo imperantes, verba sanctissima nuntiaverunt*. Hi namque quamquam pauperes spiritu, tamen *virtute divites, internæ pulchritudinis studium habuerunt, pacem in suis domibus possidentes. Viri quippe misericordiæ, quorum pietas semper manet, & cum eorum semine bona virtutum hæreditas perseverat*. Eorum igitur gratiam sapientem, & gloriam in æternum manentem, enarrent Populi universi. Sed ipsorum laudem magnificæ vitæ meritis respondentem modulationibus, hymnis, sonitibus, gaudiisque festivis hodierna die Sancta mater Ecclesia Ravennas cordi nuntians jubilat. Igitur Beatus Calocerus, cujus hodie solemnia celebramus, Revennatum Archipræsul à Beato Apollinare in Pontificatus ordine quintus, natione Syrus, à beatissimo triumphatore jam dicto, cujus discipulatus

Rege Italorum, ut habemus infra in Legenda Beati Probi. *Ex MSto.*

Digitized by Google

scipulus fuit, exstitit Presbyter ordinatus, ut in ipsius triumphatoris Vita plenius continetur. Nam dum istius glorioſi Confessoris solemnia celebramus, Pontificis & athletæ Christi Apollinaris laudum præconia cogimur non tacere. Ille namque perfectus esse discipulus comprobatur, qui ad culmen sui Magistri dignoscitur attigisse. Ideoque de ipsius laudibus & progressibus aliqua in medium proferamus, ut è fontis dulcedine rivuli bonitas innotescat, ut ex rectitudine gloriæ regulæ alterius gloriari appareat rectitudo, ex ordinatione principii præcedentis eluceſcat sequentis vita moribus ordinata.

Sanctus itaque Apollinaris; natione Antiochenus, Græcis & Latinis literis eruditus, Apostoli Petri Discipulus, cum eo ad urbem Romam pervênit, qui post plurimum tempus eum in Pontificem ordinavit, atque per impositionem manus Spiritum Sanctum tribuit, & osculum illi dedit, & ab urbe Roma quasi terdenis milliariis cum eo venit ad quemdam locum, ubi situm est Monasterium Beati Petri Apostoli, quod vocatur *ad Janiculum*, ibique Christi Apostolus oravit, & apponente ibi genu lapis mollis apparuit, ut cera ab igne, & in modum ejus genu lapis concavus est. Et aliud Monasterium ipsius Apostoli, quod vocatur *ad ultimum*. In ipsa nocte pariter sopiti sunt; & apparent fossæ in illo lapide, ubi caput, terga, atque nates, & crura tenuerunt, usque in hodiernum diem. Et post hæc eum Ravennam direxit, & ipse beatissimus, antequam in urbem Ravennæ ingrederetur, Hereni filium cœcum illuminavit. Et demum ipsam Civitatem ingrediens in ea plurimas peregit virtutes, infirmos sanavit, mortuos suscitavit, Dæmones effugavit, leprosos mundavit. In Bedente fluvio, & in mari multos baptizavit. In Basilica Beatæ Euphemiæ, quæ vocatur *ad arietem*, primitus Baptismum fecit, & ubi pedibus stetit, liquefactus est ille lapis, & vestigia quasi signum ibidem impressa sunt. Beatissimus itaque post prædictas virtutes & immania tormenta, quæ sustinuit, cum ingenti pondere ferri in carcerem missus est, non longe à Capitolio istius Civitatis, in quo circumspicientibus custodibus victum ei cœlestem Angeli ministrabant. Deinde extra Civitatem projectus est, & captivus ductus ad Illyrici partes. Et transeunte ipso per Assalonam, Pannoniam, & Danubii ripam, Thraciam usque in litore Corinthi, fecit Dominus mirabilia multa per eum. Rursus post tres annos Ravennam remeavit, & à fidelibus suis filiis Sacerdotibus cum magna lætitia est susceptus. In quem sævientes Pagani, post diutius cæsum, nudis pedibus super prunas stare fecerunt, & alia multa tormenta exercuerunt in eum. Præ nimia igitur dierum plenitudine curvus effectus est. Et temporibus Vespasiani Cæsaris est martyrio coronatus, veneranda ejus successione relicta, scilicet Beatorum Aderiti, Eleucadii, Martiani, atque Caloceri, cujus dies festus hodie, ut dictum est, agitur. Ad quorum quidem sanctitatis & felicis eorum posteritatis vocem, & sui Magistri maximè præexcelsi, Templa corruunt, simulacra fugiunt, consternantur aræ, cadunt Idola, cæduntur luci, Dæmonum potestas ex antiquis & veteribus sedibus suis gemens & tremens & ejulans effugatur. Commutantur in Ecclesias delubra, in altaria vertuntur aræ, & abominabiles victimarum in sacram & salutarem cordis hostiam transferuntur.

Hic itaque pater noster Calocerus, sicut nomine, ita vitæ sanctimonia æmulator sui Pastoris Apollinaris, namque quasi *A*, & *pollens*, & *aris*, quasi pollens virtutibus nominatur, quibus videlicet virtutibus bonitas in animo conservatur. Calocerus autem bonum tempus interpretatur. Quod quidem bonum tempus dicitur virtuosum. Nulla quippe bonitas in hominis tempore sinè virtutibus invenitur. Et si fortè *C.* in *I.* vertatur, & *jeros* dicatur, senior intelligitur, vel Sacerdos, sive Dominus. Quod certè ab alia Apollenaris interpretatione non videtur in aliquo discordare. Nam Apollinaris alia nominis interpretatione dicitur ab Apollo, qui & Deus dicebatur, & mirabilis interpretatur juxta fabulas Poëtarum. Et iste vir Dei venerabilis Calocerus pater noster provectæ ætatis exstitit & grandævus, per quem Dominus magna & stupenda mirabilia in Populo ministravit, ut verè à nostro Apollinare Dominus & mirabilis ab omnibus cognoscatur, non secundùm fabulæ fictionem, sed secundùm Fidei veritatem. Ipse enim more pastoris super gregem sibi commissum solicitè vigilantis non solùm dudum acquisitas oves cœlesti Domino conservavit, verùm etiam majori numero ampliavit, ut Populus Deo serviens tam numero, quàm merito augeretur, robur Dæmoniorum evellendo ex Gentilium animabus, & per sanctum fontem Baptismatis spiritualiter recreando, omni erroris vetustate repulsa, omne etiam quod ad rationalem * persequutionis, & antiquæ infidelitatis, quod post Beati Apollinaris occultum remanserat, pertinebat. Hoc discipulorum succeſſio veneranda viriliter impugnavit, Christi munimine insignita, nobilis & indefessæ militiæ vicem gerens; nec non & radicitus exstirpavit, functus officio agricolæ sapientis, qui à * mentibus pestiferis & nocivis fructifera introducit, atque totaliter abolevit, vim assumens aquæ fluminis impetu decurrentis, quæ sordes diluit defluendo, nulla majori violentia resistente. Talem & tam præclaram discipulorum succeſſionem mirabiliter adjutricem optabat Apollinaris, Christi discipulus venerandus, ad Plebis suæ tutelam & regimen pervenire, ut ejus doctrinis imbuta, discipulatus moribus informata, regulis erudita, mereretur Christi collegio sociari, atque in ejus nomine insigniri, ut à Christo Christiani vocati semper cum Domino permanerent. Nam à Christo in Petrum, à Petro in Apollinarem, ab Apollinare in istam præclaram Archipræsulum succeſſionem cœlestis eloquii fluvius emanavit, ut illud Psalmistæ præconium impleretur: *Qui emittit eloquium suum terræ; velociter currit sermo ejus*. Hoc non est solum per universa temporum intervalla; sermo namque divinus Apostolorum ministerio in fines orbis terrarum velociter præcucurrit, superante fluvio cœlestium gratiarum, quem emisit Deus Pater discipulorum eloquio usque in posteras nationes, perseverante gratia vivæ aquæ, scilicet Fidei, quæ nequit deficere, sed indesinenter emanat, Verbo increato cum fidelibus permanente, donec seculum consummetur. O verè stupenda sapientia gubernantis, quæ tam miris variisque & exquisitis modis, locis omnibus, temporumque momentis assistit singulis, providet universis! Sic pater ille familias, ut agrum mundi excoleret, Filium emisit, nuntium Petrum Apostolum delegavit, Apolli-

naa-

narem militem deſtinavit, & ſervos fideliſſimos ſucceſſione temporum jam direxit, tamquam prædicti viri Dei Apollinaris liberiſſimos ſucceſſores. Mortuus eſt enim hic Pater Apollinaris, & quaſi non eſt mortuus, qui poſt ſe bonos filios & ſimili ſimiles dereliquit; qui quod ab ipſo granditer fuerat inchoatum in Fidei doctrina, ad perfectum pleniùs perduxerunt. Sic per ſucceſſionem temporum ſuſcepit omnis ſapientia incrementum, & ſcientia, quæ à præcedentibus ſubtiliter invenitur, à ſequentibus lucidiùs declaratur, & quæ perfici non potuerunt ab uno priſtino inventore propter vitæ & temporum brevitatem, complevit ſucceſſio poſterorum.

Ita certè Apollinaris venerabilis primus pater Eccleſiæ Ravennatis in ipſa ſparſit ſemina ſapientiæ ſalutaris, quam prædicta Præſulum ſucceſſio ampliavit. Ille velut ſapiens architectus poſuit Fidei fundamentum, ſuper quod illa Sanctorum ſucceſſio ceterarum virtutum omnium conſtruxit ædificium ſtabile in æternum. Iſte verbo Domini acutiſſimo, efficaci, & vivo, dura corda Gentilium penetravit, inde informavit, ruſticana ad urbanitatem perduxit, atque ab omni infidelitate penitùs ſeparavit gladio ſpiritus uſque ad dilectionem animæ & ſpiritus pertingente. Iſta Patrum ſancta ſucceſſio nihilominus, verbo Domini, velut caritate, igne fervido corda frigida inflammavit, tepiditate remota, variis tumentia vitiis malleo petras duriſſimas conterente ad virtutis medium coæquavit, depoſito monte ſuperbiæ arrogantis, atque bonis operibus illuſtravit luce ſanctæ prædicationis, fugatis operibus tenebrarum. Ille cum Paulo plantavit Eccleſiam Ravennatis plantationis, cœleſtis patris vinculo radicatam. Rigavit illam ulteriùs cum Apollo imbre prædicationis, nec non rore Spiritus Sancti dilatavit. Dominus autem virtutum incrementa contulit, & donorum. Ille alter Moyſes cum Populo Dei per deſertum pœnitentiæ ambulavit, diviſa magnitudine, dulcorata amaritudine, ſopita inquietudine peccatorum, velut mari rubro à cordibus impiorum, in quibus tamquam in mari quietem nequivit invenire. Iſta Sanctorum Præſulum ſucceſſio veneranda cum Joſue ſpiritu ſapientiæ adimpleta, Magiſtro manum munificam imponente, ſuſcepit officium præcedentis, & eumdem Populum in cœleſtem Patriam promiſſam patribus introduxit. Ille docuit, qualiter Iſraëliticus Populus, Deum ſequens Fide plena, tenebras Ægyptiacas mundialium ſperneret voluptatum. Iſte verò, qualiter terram cœleſtis patriæ, nitidam puritate, melle ſapidam veritatis, ſole candidam caritatis, & bonorum omnium affluentia decoratam, ſecundùm exigentiam meritorum, quaſi diſtributis invicem ſortibus, poſſiderent. Neque verò credendum eſt, Fratres mei, hanc venerandam ſucceſſionem martyrii caruiſſe laboribus, etſi non fuerit martyrio coronata. Videbat nimirum Gentilitatis nuper extinctæ nonnullas adhuc reliquias ſupereſſe. Dolebat in Populo ſibi commiſſo vel extrema ſuperſtitioſi ritus veſtigia remanſiſſe. Atque ideo licèt perſequentium manus & gladios non exerceret, cruciabatur tamen

A pii zeli ac paternæ compaſſionis incendio concremata. Et verò ii inſuper meritò dici poſſunt victores, quando labruſcas eradicaverunt, & pietatis ſemina plantaverunt, & illis abeuntibus corpore, vinea, ideſt Sancta Mater Eccleſia, nunc floreſcit, & botros affert. Fuerunt etiam columnæ, quoniam virtute ipſorum Eccleſiæ robur firmamentum eſt. Hujus ergo tam venerandi, tamque præclari collegii Pontificum meritis, ipſorumque præſentia ſanctitatis, Sancta noſtra Mater Ravennas Eccleſia electorum floribus fœcundata, poſſidet in pace lilia, rubentes roſas nihilominus & in bello, quatenus ex hoc eorum precibus Omnipotens Dominus per mundam conſcientiam nos inveniat candore niveo liliatos, &
B per paſſionis tolerantiam in certamine ſancto, quum opus fuerit, colore roſeo rubricatos.

Et licèt apud noſtrates cujuslibet ſingillatim Sanctorum Patrum Archipræſulum Ravennatum, quorum meritis & patrociniis Sancta Eccleſia noſtra fulget, non (24) inveniantur fortè Vita & Actus, quibus ad Cathedram qualiter aſſumti fuerunt benigna & apparenti Spiritus Sancti viſitatione, atque viſibili operatione, in Columbæ ſpecie deſcendentis, & ſuper caput electi requieſcentis, ut hoc exaratum fore non ambigitur de pleriſque. Attenta autem tamen aure audiamus, quid ſuper hoc invenitur à priſcis Sanctorum Patrum
C traditionibus declaratum. Igitur poſtquam præamantiſſimns Athleta veritatis Apollinaris, ſicuti ante ſecula divina prædeſtinavit providentia, ab Apoſtolorum Principe ordinatus eſt Pontifex, ad prædicandum ubique verbum Dei, & claves Regni Cœlorum idoneus & per omnia probatiſſimus accepit, Ravennam mox nobiliſſimam Italiæ Civitatem, & multarum Metropolim Urbium, ac ſecundam Romam, in Apoſtolatu ſibi adſcivit. Hanc ſiquidem urbem meritis præcipuis ejuſdem ſui triumphatoris clemens & pius Rex
D Chriſtus præ ceteris de mundo inſignivit, ut poſtquam ille miles felix laureatus corona Martyrii intravit in gaudium Domini ſui, inſtar duodecim Apoſtolorum apicis, duodecim (25) illi ſucceſſores per varia annorum curricula ſuppleret, non humana electos induſtria, ſed potiùs ſuperna accitos clementia, ſuper quorum capita cœlitus emiſſa requievit Columba. In quorum numero duodenario felix iſte Calocerus invenitur, qui non voluntate præſumente attentavit ſibi honorem aſſumere dignitatis, ſed divina gratia ordinante ab ipſo Deo eligitur, tamquam Aaron aſſimilatus. Per hoc nihilominus Verbo diutiùs incarnato, quòd Paulo atteſtante *non ſemetipſum clarificavit, ut Pontifex in Populo haberetur*, ſed
E ſpiritu in ſpecie columbæ deſcendente, & paterna voce altiùs intonante, filius dilectus & proprius nominatur. Iſte Sanctus perpetuò, & dignè in hominum memoria permanſurus, in ore Gedeonis ſacrificium offerentis, columba, tamquam igne de cœlo cadente, à Domino approbatur, contra hoſtium cuneos bellaturus, ipſe hodie ſpiritu adimpletus, igne miſſo cœlitus * ſuum ſacrificium, conſumto Baal, & omnium Idolorum primitus, Sacerdotes Populo Dominum Deum apertis vocibus

(24) Nota heic, quòd non omnium iſtorum Archiepiſcoporum electorum per Spiritum Sanctum Vita poteſt reperiri, ut apparet ex hoc textu. *Ex MSto.*

(25) Nota, quòd ex iſto duodecim fuerunt Archiepiſcopi electi per Columbam poſt Beatum Apollinarem, quum tamen fama non habuerit, niſi undecim; & quòd fuerunt duodecim, probatur in Legenda Proculi. *Ex MSto.*

Digitized by Google

bus excelsisque clamoribus confitentes, ipse vice Salomonis templum Domini dedicavit, per ignem Spiritus consecratum cunctum Ravennatum Clerum, & cœtum fidelium benedicens. Itaque quum hic venerandus Antistes electus sic à Domino fuerit, vox Clericorum ac Laicorum in Dei laudibus prorupit, omnesque Deum Patrem laudaverunt, qui numquam in se sperantes deseruit, & à se auxilium impetrantibus nequaquam aures avertit. Lætabatur cuncta Civitas pro Pastore à Domino sibi dato. O beata illa Civitas, in cujus electione Pontificis Spiritus Sanctus in columbæ specie descendebat, & quem fungi tanto Sacerdotio volebat, per semetipsum monstrare dignabatur! O beatum Populum, qui tanta talique visione dignus erat, sed & ipse Populum sanctum, & Sacerdotium dignum faciebat, qui se eorum postea aspectibus demonstrabat! Denique post felices ejus actus & progressus, quibus in Episcopatu se sanctissimè exhibuit, anima sancta ejus de corpore egressa, & ab Angelis suscepta, ab eis in cœlestem Hierusalem est delata. Et licèt ejus Sanctissimum Corpus tunc in Basilica Beati Probi Confessoris sepultum fuerit, ut quidam ajunt, IV. Idus Februarii: ipsum tamen venerandum Corpus de prædicti Sancti Probi Ecclesia cum nonnullorum aliorum Sanctorum Corporibus translatum non tam solemniter, quàm etiam reverenter collocatum hodie manet in nostra Sancta Matre Ecclesia. Ursiana, quæ *Agia Anastasis* pariter nuncupatur. Ad laudem, & gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Incipit Vita Sancti Proculi Archipræsulis Ravennatis. Primò de nomine.

PRoculus, idest probitate cultor, vel pius rector, vel præcellens luce sanctitatis, vel prohibens cultum vanæ sapientiæ, vel providens cunctis volentibus legem supernæ vitæ.

Celebrantes hodierna die, Fratres carissimi, Sanctissimi Patris nostri Proculi reverenter solemnia, eo quòd dignè & miraculosè præfuit in hoc ævo, ac per hoc quòd duplici honore in terra pariter & in cœlo ejus excellentiam, & meritorum suorum exigentiam à Domino meruit sublimari, tanto ex hoc debemus spiritualem assumere grandem materiam gaudiorum, quanto sub ejus nominis umbra salus nostra est directa, & in Domino roborata. In terra quidem fuit divina providentia exaltatus, dum Sancti Spiritus operatione visibili, Cathedræ prærogativam sibi divina gratia tribuente, misericorditer fuit ad Pontificatus apicem sublimatus. In cœlo verò glorioſus à Domino honoratus quum in cœlesti patria susceptus feliciter inter Sanctorum consortia Confessorum, atque Beatorum Angelorum agmina collocatur, ubi & juxta Apostolicam veritatem ob merita præcedentis prælationis, qua bene præfuit in hoc mundo, honore duplici dignus coronatur, ut non solùm suorum mercedem recipiat meritorum, sed etiam propter subditorum merita certa, quos verbo & doctrina solicitè pavit. Fuit enim sponsus Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ, tanquam illius fortissimæ mulieris, quam sapiens Salomon commendavit. Cujus omnes domestici duplicibus vestiuntur, Dei scilicet, & proximi Caritate, ne ab Inferni frigoribus pertimescat. Fuit & discipulus Helisæi, cui cum Heliæ pallio duplex conceditur spiritus, quia sedulò Domino ministravit, ut possit innumera agere, & futura spiritu prophetico demonstrare. Et illius Job socius patientiæ, cui ob merita, & laborem omnia duplicia tribuuntur. Pensate, fratres, quanta sit liberalitas Salvatoris, qui semper addit ad merita cumulum præmiorum, & qui pro labore, quo Dei famulus tempore modico in Dei servitio desudavit, concessit ei requiem Beatorum infinitam. Facit enim passiones hujus temporis, sinè quibus non potest vita præsens de facili pertranſire, non esse condignas merito, vel æquales ad futuram gloriam, quæ à fidelibus exspectatur. Post excessum igitur glorioſum Confessoris atque Pontificis Caloceri, & pretioſi corporis ejusdem inclytam sepulturam, Clericorum pariter & Laicorum Ravennatum cœtibus, sicut tunc moris erat, ad eum devotè concurrentibus, denique in oratione & jejunio suppliciter exorantibus, ut sibi & suæ Ecclesiæ providere de Pastore misericorditer dignaretur, cœlitus emissa Columba super ipsius glorioſi Confessoris caput requiescens, ipsum dignum fungi tanto Sacerdotio demonstravit. Ipsa namque Ecclesia, ad quam taliter pro impetrando sibi Pastore cœlitus à Domino concursus Clericorum & Laicorum ex more fiebat, Sancti Theodori Ecclesia communiter nominatur; quæ, ut hodie cernitur manifestè sita est inter muros Civitatis Ravennæ, ubi hæc miraculosa & mirifica semper in electionibus Ravennatum Pontificum à glorioſo transitu Beati Apollinaris usque ad Beati Severi Antistitis ejusdem Ecclesiæ tempora, qui à Beato Apollinare in Pontificatus ordine duodecimus (26) fuit, gerebantur, pro ut ista habet traditio nunc communis, & satìs certa assertio personarum. In cujus quidem devotionem Venerabilis Pater Domnus Philippus (27), hujus Sanctæ Sedis olim Antistes, ex frequentibus visionibus, instantibus apparitionibus, & spiritualibus admonitionibus excitatus pariter & pulsatus, quartâ feriâ immediatè post Pentecostem jam dictam Ecclesiam annuatim à toto Clero & Populo ad honorem Sancti Spiritus, qui sui doni copioſa & affluenti largitione huic Civitati Ravennæ tam excellentem & singularem gratiam facere est dignatus, instituit processionaliter ac solemniter visitandum, ibique Missarum solemniis celebratis, proposito verbo Dei, unumquemque cum gaudio ad propria remeare. Cujus Antistitis institutio usque hodie observatur.

Tali namque modo, ut non fiat digressio ab incœpto, electus fuit ad Archisterium Ravennatem Sanctissimus Proculus pater noster; ex cujus quidem electione non tam Spiritus Sancti præsentia, quàm ejus solo ministerio celebrata, tota Civitas lætabunda efficitur, Deumque Patrem exultantibus animis glorificaverunt, qui numquam in se sperantes deseruit, nec ad ipsum clamantibus aures claudit. Videre igitur possumus, fratres mei, qualis & quantus fuerit iste Sanctus, qui à Domino ad

(26) Ex hoc textu habes, quòd duodecim fuerunt Patres electi per Columbam. *Ex MSto.*

(27) Nempe Archiepiscopus Ravennas Anno 1249. ad eam Cathedram designatus, qui postea in expeditione contra Eccelinum Tyrannum grande sibi nomen acquisivit. *Mur.*

Digitized by Google

ad talem & tantum gradum assumi dignatus est, quoniam nec sibi tunc temporis inventus fuit similis vel æqualis in omni Populo Ravennati. Neque enim alicui dubium esse debet, quin in se habuerit, vel collatum sibi excellentissimum fuerit quidquid requiritur in electo. Est enim datus ab eo, cujus voluntatis arbitrium non potest decipi vel errare; qui non vultum hominis aut staturam corporis, sed cordis faciem intuetur; qui pauperes in mundo elegit in fide divites & in regno heredes; qui stulta mundi elegit, ut confundat Seculi sapientes; & infirma mundi elegit, ut vincat quoslibet fortiores; & ignobilia & contemtibilia elegit, ut destruat omnium vanitates, ne quis in alio, quàm in Domino glorietur. Isto modo olim David eligitur minimus inter fratres, de pascendis ovibus assumitur ad Regiam dignitatem, omnibus fratribus suis majoribus derelictis. Per hunc modum dimittuntur maximi Oratores, & eliguntur Apostoli, piscatores, literarum scientiam non habentes, atque igneis linguis roborati linguarum omnium scientia edocentur. Ista est lux cœlica, quæ Paulum antea Christianum Populum persequentem subitò circumfulsit, atque amota rubigine peccatorum, per universum mundum Vas electionis purissimum destinavit. Iste est splendor ille gloriæ, & divinus radius veniens de superiùs, cujus sors cadens super Mathiam, discipulum ipsum inter Apostolos duodecim numeravit. Sic etiam iste vir Dei Proculus venerandus inter duodecim Archipræsules Ravennates à Domino eligitur per Columbam, ex quo ejus vitæ sanctitas multipliciter commendatur, ut verè regula illa Apostolica, quæ ad Timotheum describitur, & in eligendo requiritur, in ipso ampliùs & perfectiùs cognoscatur. Speculetur quisque in hoc speculo, & ad Pontificatus arcem ascendat intrepidè, qui ascendit primo tali duce, ac securè insuper sacra mysteria administret, qui alto Dei consilio, ejusque sacro inspirante Spiramine ita quidem tanto solio præsidet. Sed attendat reverenda sinceritas vestra, fratres carissimi, quòd communem legem non faciunt privilegia singulorum: ideoque pensandum est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, & rectè vivens qualiter doceat, & rectè docens, infirmitatem suam quotidie attenta consideratione cognoscat. Quoniam nullam artem quis doceri præsumitur, nisi in tanta priùs meditatione discatur. Ab imperitis ergo Pastorale magisterium qua temeritate suscipitur, quando ars artium est regimen animarum? Sunt tamen nonnulli, qui per speciem regiminis gloriam affectant honoris, & transcendere ceteros concupiscunt, atque ideo susceptum curæ Pastoralis officium ministrare dignè tanto magis nequeunt, quanto ad humilitatis magisterium ex sola electione pervenerunt. Et sunt nonnulli, qui solerti cura spiritualia perscrutantur, sed quæ intelligendo penetrant, vivendo conculcant; repentè docent quæ non opere, sed meditatione didicerunt; & quod verbis prædicant, moribus impugnant. Unde fit, ut quum Pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ducatur. Nemo quippe ampliùs in Ecclesia nocet, quàm qui perversè agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque quum redarguere nullus præsumit, & in exemplum cura vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis & dignitatis peccator honoratur.

Sed non sic, Fratres carissimi, non sic est de glorioso Confessore nostro atque Pontifice Proculo sentiendum: quoniam dum vita præsens ejus artus corporis vegetavit, pius fuit, prudens, & humilis, & pudicus, & ideo à Domino sic electus, propter quod ejus vita gloriosa nobis apparuit, tamquam lucidissimum speculum & exemplum. Hic verò Sanctus à Beato Apollinare athleta in Pontificatus ordine sextus fuit: qui cum suis ovibus ita se habuit, velut pater cum filiis, & plures ad Ecclesiastica crebrò viscera complexus est, ac suæ prædicationis dulcedine, velut mellis esum populis tribuebat. nec non lactis sitientibus pocula ministrabat; neque correptionem filiorum negligens, ut de Eli scribitur Sacerdote, quinimo ligans eos in unum vinculo Caritatis, exemplo Job, qui per singulos filios holocausta & sacrificia offerebat; fultus caterva virtutum, atque columbinam vitam simplicitate ducens, in senectute positus, canitiei gratia repletus, Sacerdotium cum vita finivit, ejusque sancta anima de ergastulo corporis educta, prævio eo duce, qui eum elegit pariter & direxit, in cœlestem Hierusalem est delata, in Sanctorum gloria cum omni honore & gloriæ eminentia perenniter regnatura. Et quoniam dignum valde est, quòd non solùm istius glorioſi Archipræsulis Confessoris Proculi localis dormitionis, verùm & aliorum Sanctorum, quorum Corpora sunt apud nos, notitia ignorantibus plena detur, nomina ipsorum almorum Pontificum, & aliorum Sanctorum, quorum præsentia coruscat sancta Mater Ecclesia Ursiana, & quæ atriis suis servat, tamquam thesaurum pretiosissimum, & margaritas incomparabiles, hodie reverenter præsenti Opusculo ad perennem memoriam duximus exprimenda, quæ quidem sunt hæc. Aderitus; Calocerus; Probus; Datus; Liberius; Agapitus; & Marcellinus; quorum catalogo, & sarcophago adscribitur iste Proculus Confessor almus. Quæ procul dubio pretiosa Corpora de Beati Proculi Ecclesia translata fuere ad Ecclesiam Ursianam, & collocata manent venerabiliter in sacrophago & altari, quod *Arca Sanctorum* hodie communiter nominatur, ubi Sanctorum similiter Barbatiani Sacerdotis & Confessoris præclari, nec non & Ursicini, felici ac glorioso martyrio coronati, pretiosa Corpora pariter requiescunt. Sanctissimum verò Antistitis & Confessoris Ursi, à quo sancta Ravennas Ecclesia denominationem assumsit, ex eo quòd ipse eam construxit, & in die Sanctæ Resurrectionis pariter dedicavit, ipsoque die spiritum reddente, venerandum Corpus ante altare majus subtus prophyreticum lapidem, ubi Pontifex stat, quando Missa canitur, secundùm priscam traditionem quorumdam collocatum venerabiliter fore constat. Quorum beneficia & merita florent usque in hodiernum diem, quorumque assiduæ protectionis munimine urbs in Dei laudibus Ravenna defenditur ab omni alienigenarum insidioso & perverso conamine; ipso Domino & Salvatore nostro præstante, qui vivit & regnat in secula seculorum; Amen.

Inci-

Incipit Vita (28) *Beati Probi Archiepiſcopi Ravennatis ; & primò de nomine.*

PRobus, ideſt pro bonis vigilans ſemper: vel pius rector in omnibus bene viventibus, vel omnibus bonam vitam ſervantibus: vel protector bonus : vel procurator beneficiorum veræ ſalutis : vel probatus vitæ ſanctitate.

Probus, ſeptimus Ravennatum Præſul, mitis & pius, clarus in ſpecie, fulgidus in opere, ſapiens eloquiis, prudens corde, plenus gratia Spiritus Sancti. Quicumque languidus ad eum venire potuiſſet, ſuis orationibus ſalvus revertebatur, quacumque fuiſſet infirmitate detentus. Et ſpiritus immundos expulit, atque catervatim corpora ſauciata vel diſſoluta ſolidabat. Poſtquam ſuæ ad occaſum vitæ Angelica conſpexit agmina, ſtatim elapſa eſt de corpore anima, IV. Idus Novembris. Deinde cunctus lugendo Populus cum nimia Corpus ejus reverentia ſepelivit, & ſepulcrum illius apud nos veneratur uſque in præſentem diem. Illius verò Eccleſia ſita eſt in partibus Orientis, & in nullis Eccleſiis infra Civitatem Ravennæ, & Claſſim, Miſſa ſuper Populum celebratur niſi in iſta ſola. Ædificata eſt jam verò dicta Baſilica juxta ardicam Beatæ Euphemiæ, quæ vocatur ad mare, quam nunc demolitam eſſe videmus. De tanti autem gloria viri, ut ejus meretur dignitas, noſtra exigua ad ipſius magnitudinem non ſufficit facultas : illius ſiquidem inenarrabilis, ut inferiùs Chriſto largiente patebit, jugiterque patet, bonitas noſtram expergefaciet deſidiam atque veridica os implebit facundia. Beati igitur Antiſtitis Eccleſiam Probi, ſuo quam ipſe ſancto celebrem in corpore ſtatuit, venerabilis Pontifex (29) Maximianus devotiſſimè ejus honore conſtruxit, devotoque apparatu muſivi exteriùs decoravit; ibique ſub altare ejus ſarcophagum ſtatuit, additis ipſius duobus ordine ſociis, quos unà cum eo, ut oportuerat, decenter tumulo poſuit ; ſed ut nemo præterea ſolicitetur ad inde, quòd aliunde eorum ſtudiosè Corpora Sanctorum ſuſtulit, eaque una ſub omnipetentis Dei ara ut prædiximus, collocavit ; ſed de ſociis ambigitur ſpecialiter, quo, dum viverent, fungerentur nomine. Pro certo tamen creditur, quòd ex ejus omnimodo ordine extiterint. Autumant denique nonnulli, Aderitum fore, & Calocerum, quos nempe ut venerabilem Probum veneramur. Utrum ipſi ſint, nec ne, nec inficimus, nec affirmamus. Alius, quem prædiximus, Pontifex Maximianus ad Sanctorum celebranda nomina celeberrima ſtatuit indefeſsè diverſorum Clericorum agmina, eorum quatenus obſequiis Sancti pro delictis exorarent Dominum, quibus geſtis plurimi ſalutem à diverſis languoribus eorum precibus ſunt adepti.

Interea ſuccedentibus aliquantis poſt Maximianum temporibus, Præſules divino nutu fuere, quouſque ad benignum ventum eſt Sergium (30), virum popularem, qui ſummi Sacerdotii infulas ex alto ſuſcipiens divina tamen præcepta pura ſinceraque cuſtodivit voluntate. Hic tamdem in Beati Apollinaris Eccleſia Monachorum Ordinem, quæ Canonicorum priùs conſtabat, cum Cœnobitarum officinis ſtatuit, multaque ibidem prædia cum utriuſque ſexus familiis reliquit. Sed nobis abſurdum quidem permiſceri Canonicorum Ordinem videtur, qui activam ſummo tenus peragunt vitam, cum Cœnobitis, qui cœnoſam, videlicet mundanam, ſpernentes vitam, ſi veri Cœnobitæ ſunt, contemplativam cœleſtem amplectuntur, ſcilicet properant ſummis ad patriam ſtudiis. Eo tamen tempore uterque Ordo ſedulas laudes conditori noſtro dignè efferebat Deo. Ad Beatorum igitur Probi ac Eleucadii Eccleſias Canonicorum indefeſſis Ordo excubiis divina impendebat officia, ſimulque etiam cum Cœnobitis Dei ſeorſum peragebat obſequia in Beati Eccleſia Apollinaris. Protelante verò per curricula tempore labentia Valerius (31) primi apicis Ravennatis Eccleſiæ ſuſcepit officia, qui ſuper aram ſanctiſſimi Civorium, ut ipſius meretur Probi dignitas, fieri juſſit, atque diverſis p..... variis coloribus decoravit, & utraque ſcilicet Cœnobitarum, Canonicorumque inſtaurans officia fideliter ſuo tempore Deo ubique annuente diſpoſuit cuncta. Ad probra tamdem, lubricaque utrique tempore delapſi vergente Ordines, Deum exorabilem reddiderunt inexaudibilem. Sancta nempe ſtatuta à priſcis Patribus edita profanando, dilectionem odio, pacem jurgio, caſtitatem nefario conjugio, largitatem tenacitatis vinculo; prædia ad peregrinorum ſuſtentationem largita turpiſſimis ſcortis, eorumque natis diverſis ingeniis largiendo, Deum, ut diximus, exorabilem cum prædeceſſoribus noſtris, eorumque ſequentes nequitias, reddidimus inexaudibilem. Tunc Agarenorum gens à ſuis elapſa finibus, ſive Sclavinorum, ut plerique ajunt, Sancti Beati Apollinaris cuncta conculcantes, argenti tam Confeſſionis, quàmque Civorii ornamenta auferentes, omnia annullantes, ad propria repedarunt. Poſt hos ſævi cernentes ſancta profanari, Chriſtiana prædia, quæ inopum alimentis largita fuerant, demſerunt, reliquaque jugiter vaſtantes, omnia ad nihilum redegerunt. In his enim preſſuris atque anguſtiis nullus ex omnibus ſe toto niſu conamineque Deo adhæſit, ſed magìs magìſque ad pejora delapſi, publicè cuncta ſunt illicitè perpetrati. Cœnobitæ, qui Monaſterium floccipendentes, mulierum conſortiis utentes, quæque poterant, à Fratribus Monaſterii auferentes, nefariis illicitiſque natis conſortiis etiam ſibi caris ferebant latenter. De (32) noſtro etiam magìs ſilendum fore reor Ordine, quàm aliquid proferre, ut..... cum in eodem ſe ſe nequiter luto voluti.... inſerit ſedulè. Interea ipſa, quæ verbo tenus ore latrante officia agere ſoliti erant, diei noctiſque per hebdomadas ſæpe deſerentes, negotiis & opibus ſecularibus operam dantes, extra ſe Eccleſias cum Monaſterio dimittentes, redactæ ſunt ut (pro dolor!) piratarum ſpeluncæ. Interim hoc adolevit flagitium, ut Monaſterii officinæ fierent caulæ pecudum, San-

(28) Conſcripta ab Anonymo, qui Ravennatis Eccleſiæ Canonicus fuiſſe videtur, & circiter Annum 963. florebat. *Mur.*

(29) Hic Pontificalem Ravennæ Cathedram aſcendit Anno 545. vel 546. *Mur.*

(30) Qui Archiepiſcopus Ravennas circiter Annum 752. adlectus. *Mur.*

(31) Quem *Valerianum* corrupto nomine Ughellus appellat. Hic circiter Annum 794. Archiepiſcopatu Ravennate donatus eſt. *Mur.*

(32) Ergo hic inter Canonicos Ravennates Deo militabat. *Mur.*

Digitized by Google

Sanctorum denique multodudum à Chriſtianis venerata ſtudio Corpora, ab incolis aliquando forent ſpreta. Poſtmodum indocti & neſcii infra eorum ſepta ſternebant cubilia, ſectatoreſque ferarum ſecum illic accubare faciebant canum, permittentibus cuſtodibus præfectiſque ſævis, agmina. Per omnia ab incolis Eccleſia Beati Probi devenerat oblita ſtatutis obſequiis, numquam privata tamen divinis. Inter hæc ſæva portenta nonnulli conati ſunt auferre Sanctorum Corpora. Sed omnipotens Deus non permiſit ab eiſdem fruſtrari urbem Ravennæ, quæ quidem non propriis meritis, ſed eorum ſervatam precibus Sanctorum non ambigo, imò firmiter credo, malè illos ad ipſius tutelam manere urbis, ubi gemitus & halitus ad poſtremum ſpiritum exaltati, ſi illic officia ſunt dignè ſuggeſta, illic, quam alicubi, à quoquam deferri.

Hoc autem junior Quartus curriculo temporum Apoſtolorumque * utebatur Antiſtes nomine Petrus (33) Ravennatum Pontificalem Præſulum regebat Eccleſiam. Hic ſæpiùs Abbatem cum ſubditis monuit Monaſterii Beati Apollinaris, ut Sanctorum Eleucadii, & Probi Eccleſiis ſtatuta inferrent officia temporibus ſingulis. Hos quoque nec blandimentis ad hoc ſtudium provocare valuit, nec terroribus ſæpe cum flagris inclinavit. Idem talia cernens, adhibito Clericorum optimatumque urbis conſilio, niſus eſt Beati Probi Corpus, ut Deo annuente perfecit, infra urbis deferre Eccleſiam. Nonnulli tamen quaſdam opponentes iis, qui talia geſſiſſent, contrarietates, Antiſtes tactus formidine, iis negotiis noluit intereſſe, quas ideo ne tœdium auditoribus inferrent, omiſimus referre inclyta narrationis magnæ prolixitate. Non ſolùm ſe, ſed alios, quos magno opere firmabat, diligenter Antiſtes ſubtrahere voluit. Sed Dei prædeſtinatio omnipotentis in his geſtis & omnibus prævaluit. Igitur Pridie Kalendas Februarii, quibus hoc Deus, quod geſtum eſt, dignatus eſt pandere, aliquanti ex omnibus penè Ordinibus Cleri ad Eccleſiam ut ambigui devenere Beati Apollinaris, ab eiſdem ibi multa cum gemitibus & lamentis fuſa prece, hoc concepto vigore ad Sancti Probi Eccleſiam permanere. Hi dum irent, quidam Monachorum retulit uni Nathinæorum, quam vidit, viſionem. Ajebat enim, vidiſſe hunc in ſomnis nocte ad Eccleſiam Sancti noſtri inſtitutoris Apollinaris venire, & ab eadem tres ingentes libros magnis apicibus exaratos auferre; ſed aliquantos ibi ſinebat librorum apices. Quod ut Nathinæus audivit, magno tripudio exultavit, ſecum tamen referens multumque volutans quod à Monacho audiverat: *Confido*, inquit, *in Domino, quod hodie noſtrum ad effectum perveniet votum*. Non mediocriter hic ſatagebat Nathinæus Sancti Probi ut infra mœnia duceretur Corpus, fidens quia erat labore pro hoc ab eo conſequuturus emolumentum. Ad eamdem autem jam ſæpedicti Beati Probi Eccleſiam devotiſſimè quum venimus, (34) humo proſtrati multas Domino preces obtulimus, ut dignaretur complere, ſi ſibi libitum noſtrum foret votum. Erecti tamen multa inter nos contulimus, quid gerendum eſſet de tam tremendo actu, ignorantes ubi ſacrum Corpus jaceret humatum. Ajebant quidam, quòd non talia auderent inchoare, quia cæmentariorum ignorabant artes, ne dum incautè lapides tractarent, magìs ad damni cumulum, quàm ad augmentum eſſet. Idem, qui ſupra, concito curſu equitem pro cæmentario Nathinæus direxit, ſocioſque tantum circumquaque fodiendo incitavit, ut deſiderabilem Deus ſuis donaret theſaurum famulis. Arrepto itaque quidam imbecillium Sacerdotum ſarculo, circa aram circumquaque pergebat fodiendo. Alii lapides miræ magnitudinis digno elevabant ſtudio; ſed minimè reperiebant cupitum theſaurum. Is autem, qui ſarculum parvitate virium geſtabat, Sacerdos, circumquaque, ut diximus, circa aram fodiebat, laterinum lapidem percutiens, exiguum latenter ſub altare foramen aperuit arcæ. Quo viſo altaris menſam cum Sacerdotibus quibuſdam renitentibus ſubmovimus magno lætantes gaudio. Inferiorem cum columnellis, quibus menſa fulciebatur, lapidem ſuſtulimus: ad arcæ operimentum Sanctorum nomina invocantes devenimus. Quod ingens operimentum inſcia mens hominum non æſtimabat ſinè diſcrimine elevari poſſe per hos qui intererant, homines, à decem viris Deo alubeſcente ſublevatum eſt facilè.

His geſtis Omnipotentis munere, induſtria ſinè cæmentariorum, adeſt præ magnitudine imbrium humidus Magiſter latomorum, qui talia ab inſciis imbecillibuſque etiam geſta cernens viris, unà nobiſcum Dei magnalia glorificavit. Cernuo univerſi, qui aderant, intro vultu aſpicientes, viderunt vas ligneum jam in inferiori parte in aliquantis carie præ vetuſtate conſumtum, ſuperiore tamen integrum. Quod apertum, tria ibi humata cernunt Corpora Sanctorum; duo ſimul, tertium ligni interpoſitione ſequeſtratum. Inter ſe quoque innumera agitantes, quia nihil adnotationis, vel inſcriptionis repererunt, qui eſſent, quove nuncuparentur in ſeculo, dum adviverent, nomine. Æſtimabant tamen qui aderant, ſequeſtratum Beatum fore Probum, unitos Sanctos Aderitum, & Calocerum. Summa igitur cum devotione Sanctorum Corpora ex arca ſuſtulerunt cum ligneo vaſe. Ibi aliquanta reliquerunt ex Beatorum cadaveribus ob illorum commemorationem. Linteamina circum vas cupitumque theſaurum diligenter, ut competebat, nectentes inſtitis repoſuerunt omnia ſuper Sedem Antiſtitis. Viſio tunc, quam Cœnobita Nathinæo retulerat, ad liquidum eſt completa. Illico, ut diximus, quia enormitas erat nimia imbrium, cœli ſerenitas emicuit ad purum. Hoc pius Dominus oſtendere dignatus eſt pro ſuis Sanctis primum fidelibus miraculum. Tanta denique inundatio fuit præterito pluviarum menſe, ut penè omnis ad morem amnis inundaretur Eccleſia; ſed mox ut foris delata ſunt è tumulo Corpora Sanctorum, ſerenitate perſpicua, ut exaratum eſt, emicuit cœlum. Quidam nimia febre corripitur Moyſes nomine, Monachorum mox hortatu plurimorum, noſtrorumque, ut Sanctorum ferculum (35) ad geſtandum tetigit, omnium membrorum ſanitatem recepit. Deo noſtro laudes, Sanctiſque, voce, ut competebat, extulit. Tunc cum hymnis laudibuſque fa-

(33) Anno 923. Ravennatem Sedem eſt conſequutus. *Mur.*

(34) Ergo narrationis hujus Auctor eo ipſo tempore floruit, reique geſtæ interfuit, ſcilicet circiter Annum 963. Id ex aliis quoque ejuſdem verbis conſtat. *Mur.*

(35) Ita olim appellata ſella geſtatoria. *Mur.*

Digitized by Google

sacris Beatorum Corpora ad Sancti Apollinaris delata sunt Ecclesiam. Illic à discipulis digna cum fletibus ac lamentis modulata sunt carmina. Inde ad comparem Beatum Severum, cujus sequenti festa die irradiabant, cum ingenti properavimus lætitia. Paratis rite Missarum solemniis, ac vespertinis ob laborem refocillata sunt corpora cibis. Sed ne à clandestino quid fure reparetur de Sanctorum cadaveribus, debito custodita sunt honore a Christianis fidelibus. Vergente quoque sole stellis fulgentibus dedit indicium, quod per magna horarum spatia dignè Deo, Sanctisque ejus modulantes insomne deduximus. Titane denique radiante, peracta sacra Missarum solemnitate, Sanctorum sublata sunt Corpora, quæ digno cantico cum obsequio cordeque trito pergebant Ravennam. Occurit omnis Populus ad tantum spectaculum; veste clarus fulgida gestabat luminaria. Adolescentum cuneus discretè cum juvenibus, seorsum & fœmineus aderat sexus; plurimorum hos cum singultibus subsequebatur, ut mos est, turba senilium; chorus namque Sacerdotum dignè laudabat Deum. Suffusa Præsul facie retro lacrymis, tegmine indutus vênit, ostendens quanta gerebat in mente; dapsilis cibi inopum tribuendo munusculum, affuit quoque ipse tunc levamen pauperum. Stravit se totum illico cernua mente in humo. Effusis dignis precibus supplex surrexit protinus. Tunc imperat, ut ardua sonent voce micantia excelsi poli sidera dulcisona per carmina. Interea cœpto, ut Præsul dixerat, cum carminibus itinere, per diversos Civitatis concurrebat uterque sexus additus summa cum devotione. Quantus illic lacrymarum excreverit ex fausto omine rivus, sermo nequibit centeno explicare gutture humanus.

Ad Ursianum igitur quum omni perveniſſet devotione Ecclesiam, ut destinaverat, Sanctorum ibi Præsul jussit reponi Corpora. Sic tamdem universi ad singula redierunt hospitia. Refectis denique cibo corporibus, qui supra reversus est ad instantem præfatam Ecclesiam Nathinæus, Sanctorum cernens, ut decebat, locata Corpora, missus est cum quodam Sacerdote, transferre, ubi sibi visum melius fuerat. Sed quum levare ea conatus est; sed vires, quia non decenter, ut oportuerat, egit, corpora defecere. Qui meliori roboratus igitur consilio semetipsum redarguit. Cum prædicto Sacerdote spiritalia Deo, Sanctisque suppliciter carmina cecinit. Talia tamdem dum agerent, Sanctorum prece vires corporis rediere, sicque illorum sublata ab eis Corpora, ut vix pondus sentirent mole ex pristina. Eodem quippe momento quædam mulier, Perpetua nomine, oleum cum vitreo vase eisdem misit, ob immensum, quem patiebatur, corporis languorem: cui mox præstiterunt validissimam ex corporis incommodo sanitatem. Si cuncta, quæ præstiterunt, sanctitatis indicia referre cupimus, nox citius extremum telluvi officium reddet, quam ordinabiliter ea referamus. Quanti vero à febribus, quantique ab adversis corporis languoribus eorum precibus sanitati sunt restituti, eloqui non valemus. Communi namque Præsulis ac omnium decreto ex proconisis illis est constructum lapidibus in præfate dudum Ecclesia Mausolæum, quod dum strueretur, nostri quidam sanguinis particeps quum immensum pateretur febrium ardorem, nihil hæsitans, sed firmiter credens, venit. Cœmentarios, quibus indigebant, ministravit: finito opere ab infirmitatis onere se ob illorum merita sanum erexit. Tertio autem Martii Nonas illorum felicissimo pro honore à Bononiense Præsule dedicantum est studiosissimè perfecteque altare, ubi eorum suffragia suppliciter ab omnibus cernua exposcuntur mente. Quia extrinsecus collata beneficia à Sanctis retulimus, quæ intrinsecus nobis largitâ sunt, silere non debemns. A caris videlicet viris cernitur, quid de perceptis beneficiis gratis ministrantibus nobis Deus largitur. Decimo Kalendas Majas languor aurium me immensus irrepsit, non dolorem intulit, auditum sed pæne exemit. Magis enim verba ex oris cognoscebam figmento, quam aurium attributo officio. Et si fortè auribus ejus, qui circa me loquebatur, verba sensissem, ita mihi videbatur, ut paries muri à me divideret loquentem. Nocte igitur sequentis diei ad Sanctorum Corpora exiguo cum munere me totum detuli; quibus egebam, devotissimè rogavi. Ad ipsius diei horam tertiam adhibito hirundinum medicamine, ipsis intervenientibus, aurium officia recepi ex integro. Domino mox laudes, ipsisque mente cernua detuli, ac postremum me in illos totum injeci, itaut nullus, dum advixero, præteriet dies, quin cupiam memet ab eisdem meo studio faciente fulciri. Post chorum quarto vel quinto die curationem Sanctorum nostro cuidam viri quidam Urbano adstitit, honorabilis vultu, canitie decoratus visu, qui dictis eumdem informaverat talibus: *Satis planè peregistis justè, qui Sanctorum non permisistis esse Corpora divisa sine factione; quinque sed alios sevistis; ibique non ab eis, quos detulistis, existunt inferiores.* Hæc, quæ prædiximus, Urbanus quum retulisset, Præsulis pervenerunt multorum relatione ad aures, secumque volvere cœpit, qui essent, quos Deus taliter decrevit manifestare.

Accitis Ecclesiarum Ordinibus, quid de prædicto sentirent scisitatus est visu. Sed per jam sæpiùs nominatum Nathinæum intellexit, Beati Apollinaris fore Discipulos, sicut in gestis repererat Ravennatum Præsulum. Præcipue tamen hæc seriosè asserebat, quod in Beatissimi agone Appollinaris viderat exaratum esse quod Aderitum & Calocerum prædictus Pontifex & athleta Fresbyteros ordinasset; Martianum & Eleucadium Philosophum Diacones statuisset. Sex etiam Clericos promovisset, cum quibus die noctuque Domino psalmos caneret. Martianus vero post Pontificalem insulam Ecclesiæ Ravennatis tamdem martyrio coronatus est. Eleucadius autem ab Italorum Rege Aistulpho ad Ticinensem delatus est Civitatem. Ex qua re manifeste colligitur, quod ex decem prædictis Discipulis octo apud Ravennates Corpora remanserunt, quorum nomina hæc sunt: Aderitus, Calocerus, Proculus, Probus, Datus, Liberius, Agapitus, & Marcellinus. Quibus Præsul cognitis eumdem Nathinæum cum primatibus quibusdam, illiusque affinibus Civitatis, ad horum Corpora indaganda direxit. Quæ strenue inquirentes in prædicta sæpius Beati Probi Æde, duo multo tamdem sudore sepulcra repererunt, diversoque cum studio latentia, ingeniosèque aperta, & in altero horum tria, in altero duo humata videre Corpora. Hæc autem ex ligneis, quia admodum vetustæ erant, capsis abstrahentes, & in sindone condien-

Digitized by Google

dientes, Ravennam detulerunt multis cum hymnis, magno gaudio exultantes. Sed quia erat dies secundus Rogationis ante celebritatem Dominicæ Ascensionis, tota Plebs cum ipso Præsule, ut prædiximus, obviam vênit nobis. Tunc quidam infirmitate arctatus, quam Medici maniam vocant, dum Sanctorum Corpora ad Ursianam gastarentur Ecclesiam, à suis filiis valde furibundus ipse est delatus, quos, ut ei erat possibile, vorare morsu nitebatur. Sic tamen coactus usque ad præfatam Ecclesiam cum eisdem est perductus, istisque ac tribus prioribus multa vi est suppositus; quamquam non illico, suo præpediente delicto, esset à languore ereptus, tamen non diu illorum precibus protelatum est tempus, quòd sanitati est redditus; quem nos satis modestum postmodum ac devotum ad prædictorum Corpora Sanctorum supplicantem vidimus. Hunc quoque, si bene valeret, percontati sumus: ita se reponebat Sanctorum, non suo merito, prece, verecunda facie, Deo favente, sanum esse, ut nihil de præteriti languoris imbecillitate sentiret. Horum sed denique quinquè Corpora Sanctorum nondum condita sunt humo. Adhuc enim sindone manent super quamdam cameram in voluta Ecclesiæ subter testudine. Beati igitur Probi, cujus diem solemniter hodie celebramus, dum aliqua ex ejus mirabilibus retulimus, per ejusdem Socios immorando, quamquam ex his deflorando, valde ab eo digressi sumus. Nunc autem ad ejus patrocinia redeamus, eumque omni nisu cum Sociis deprecemur, ut sicut cum Patribus nostris initia piæ intulerunt prædicationis, sic pro nobis interveniant apud Auctorem & Principem totius bonitatis, ut remotis, ipsorum interventu, nostra dignæ pœnitudine facinoribus cunctis compotes esse valeamus sempiternis. Quod ipse præstare dignetur, cujus regni majestas nec incipit, nec desinit in secula seculorum. Amen.

Incipit Vita Beati Liberii (36) Confessoris, & Archiepiscopi Ravennatis, & primò de nomine.

Liberius, idest verè liber heres bene servando justitiam; vel liberator justus; vel liberalis benignitatis rector intendens virtutibus sanctitatis; vel loquens in benedictione rectorum, & humilitatem subscendere: vel delectans in bonis, Ecclesiam regendo ritè suam.

Beati Liberii Confessoris, atque Pontificis glorioſa Natalitia celebrantes, & ejus Vitam atque humilitatem Populis ad memoriam revocantes, festivos nos exhibere non solùm corporalibus munditiis, verùm etiam mente debemus, & operibus bonis. Quotiescumque enim tanti Patroni memoriam agimus, debemus imitari quod colimus, ut sit nobis & de ejus festivitate lætitia, & de imitatione corona. Ecce enim hic, de cujus hodie festivitate lætamur, qui dum in carne fuit, Deo placere studuit, modò ante Deum permanens, quotidie pro nobis apud ipsum humiliter intercedit. Sed quia digressionem quandam ab incœpto fecisse cernimur, nunc qualiter ad Episcopatus gratiam venerit Deo opitulante, vertamus stilum. Quum placuit Deo civitatem Ravennam ex Diaboli potestate eripere, atque eam suo servitio subjugare, misit Romam Apostolorum Principem, & cum eo discipulum nomine Apollinarem, qui oculis suis Dominum viderat, & suorum gestorum scientia imbutus erat. Hic quum diu Romæ Petro deserviſſet, & quadam die ab eo meruisset audire: *surge, accipe Spiritum Sanctum, simulque & Pontificatum, & perge ad urbem, quæ vocatur Ravenna*, surrexit, potestatem accepit, Ravennam vênit, Jesu nomen Populis prædicavit, eosque ad Dei cognitionem adduxit. Postremò deinde multorum tormentis clarificavit. Hîc demum vitam finivit. Postmodum verò dum fidelium Ecclesia crevit, omnisque Diaboli servitus evacuata fuit, cœperunt homines Templa eliminare, Ecclesias construere, vitia sternere, virtutibus adhærere, domos, villas, & prædia vendere, eorumque pretium pauperibus erogare. Descendit in eis Dominus, & non solùm eos invisibiliter visitare, verùm & cum eis visibiliter dignatus est habitare. Etenim dum in ordinando Episcopo Populus congregaretur, Dominum ex intimo cordis flagitabat, quatenus suæ Ecclesiæ dignum Pastorem tribueret, & Civitatem sanctam in suo servitio conservaret; Columba de Cœlo veniebat, & super caput futuri Præsulis residebat. Quare hujus electionem bene videre possumus, si qualiter electus fuerit cernere non dedignamur. Quum igitur Beatissimus Floroicius (37) Archiepiscopus, qui eo tempore Ravennæ Civitati præerat, mortis debitum persolvisset, & animam Deo caram per Sanctos Angelos reddidisset, sepulto in Monasterio Sanctæ Petronillæ, hærenti muris Ecclesiæ Apostolorum Petri & Pauli, Populus unà cum Clero ad Ecclesiam convênit, Deumque nimia cordis contritione rogabat, quatenus cœlesti miraculo suam Ecclesiam honoraret, & honore condigno eam homini redderet.

Quum itaque omnium oculi lacrymis in prece defluerent, Columba de Cœlo vênit, huc illucque per Ecclesiam volitavit. Tamdem super Beati Liberii caput quievit, illud Evangelicum adimplens, quod per semetipsum Dominus dixit: *Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum & trementem verba mea?* Erat enim Beatus Liberius vir valde mitis, vultu decorus, sermonis facundus, moribus ornatus, corpore castus, divitiis largus, pauperum pater, orphanorum adjutor, viduarum defensor, omniumque sanctarum Virtutum indefessus prædicator. Itaque quum hic electus à Domino fuisset, vox Clericorum ac Laicorum in Dei laudibus prorupit, omnesque Deum pariter laudaverunt, qui numquam in se sperantes deseruit, & à se auxilium impetrantibus nequaquam aures avertit. Lætabatur cuncta Civitas pro Pastore a Domino sibi dato. O Beata Civitas, in cujus electione Pontificis Spiritus Sanctus in columbæ specie descendebat, & quem fungi tanto Sacerdotio volebat, per semetipsum monstra-

(36) Hoc est Tertii hujus nominis inter Ravennates Episcopos, qui circiter Annum 392. Cathedram illam conscendit. Sed supinè nimis deceptus est hic Scriptor. Dedit ille nobis Liberii III. Vitam, quum tamen sibi consilium foret exhibendi Vitam Sancti Liberii I.

(37) Scribe *Florentius*; huic enim successit Liberius III. uti Agnellus jam tradidit. *Mur.*

quem per Columbam electum Ravennates tradunt. Unum cum altero planè confusum heic vides: quare hominis oscitantiam mirare. *Mur.*

ſtrare dignabatur. Accepto itaque Principatu, qualiter in Dei ſervitio creverit, quantoſque Dei laudatores fecerit, pro ut poſſumus, veſtris auribus intimare curamus. Huic conſuetudo fuit quotidie ſacrificium ſalutare pro omni Populo Deo offerre, atque ſuper gregem ſibi commiſſum inceſſabili cura vigilare. Studebat hic ſæpe Populum admonere, injurias verbi tolerare, cum hoſtibus pacem habere, magiſque eos tolerando, quàm perſequendo vincere, ſuaque bona tribuendo magis, quàm eorum accipiendo, amicitiam retinere. Præterea in Dei ſervitio cautos, in beneficiis pauperum largos, in juſtitia fortes, ad miſericordiam flexos, ſcientia præditos, vitiis ſordidis expertes, quæ naturæ ſufficit contentos, ſuperflua pauperibus erogantes, Epiſcopos humiliter caſtos, atque in omnibus irreprehenſibiles, Monachos atque Clericos Regulæ præcepto obtemperantes, mulieres viris ſubditas eſſe, viros uxores diligere, poſtremò omnes ſecundùm poſſe ad ſcientiam admonebat. Idque circò carus cunctis tam Deo, quàm hominibus placebat, & ejus fama atque ſcientia uſquequaque pollebat. Hujus temporibus mortuus fuit Valentinianus Auguſtus major extra Portam Artenectorum, non longè à Stadio Tabulæ prope Campum Coriandri. Unde diſſenſio magna in Populo fuit, & multi vulnerati ſunt in loco, qui dicitur Puteus Benedictus. Adductuſque eſt Ravennam Auguſtus, qui dum duceretur, in manibus ſe vehentium vitam finivit. Ad cujus exequias veniens Beatus Liberius ſepelivit eum in Monaſterio Sancti Pulionis Martyris, poſito in regione Portæ, quæ dicitur Nova. Inde verò rediens Eccleſiam ſuam in pace regebat. Sed quia nihil eſt genitum, quod non intendat ad interitum, placuit Deo ejus laborem ſumere, & de labore præmia reddere. Quamobrem corporis infirmitate correptus, atque languore ingraveſcente ſe ad extrema deduci cognoſcens, Clerum univerſæ urbis ad ſe vocari præcepit, ſeque eorum orationibus commendans, atque ſuam benedictionem omnibus tribuens, ultimum vale dicturus, petiit, ut in Eccleſia Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli Corpus ſuum ſepelire deberent. Omnibus admonitis, quatenus ſe in Chriſti ſervitio conſervarent, pace omnibus data, atque Corpus ſuum ſigno Crucis communiens, hominem interiorem Deo commendans, ſpiritum ſuo Creatori reddidit, atque hoc modo vitam finivit. Quum verò vir Beatiſſimus Liberius Deo ſpiritum reddidit, adveniens univerſa Civitas, quatenus ſanctum Corpus cum honore maximo ad prædictam Eccleſiam deferret, præparantur Clerici, qui eum deferre debebant, & elevato corpore, ad Eccleſiam cum pſalmis, & hymnis per Atrium Sancti Brachii uſque ductum fuit; ibique ſubtus Altare Apoſtolorum in arca ſaxea miro lapide polito ante & retro poſt Altare, in ejuſdem honore atque Apoſtolorum Simonis & Judæ, Sanctique Michaëlis dedicatum, poſitum fuit. Ubi etiam uſque hodie florent ejus orationes, exuberando beneficia in Chriſto credentibus, ſuiſque ſe orationibus commendantibus per eum, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

(38) Hanc ad diem XXVIII. Aprilis in Actis Sanctor. jam produxit Clariſs. Papebrochius ex Codice Bodecenſi. Conferat qui velit noſtra hæc cum illis, & utrobique deprehendet aliquid aut ſuperfluere, aut deſiderari. *Mar.*

Incipit Vita (38) *Beati Vitalis Martyris, & Patroni Civitatis Ravennæ.*

GLorioſus Domini palæſtrita Vitalis, Mediolanenſis Chriſtianiſſimus indigena Civitatis, vir magnæ proſapiæ, & inter urbis primates non ultimus ordine, quum Paulino Conſulari, atque Tyranno, nec non & tunc temporis Chriſtianorum infeſtiſſimo, militandi gratia familiariùs fuiſſet devinctus, hoc omni induſtria Catholicæ Fidei ſub habitu procuravit militari, ut vinculatorum animos Chriſtianorum Evangelicis admonitionibus confortaret, ne pœnarum truculentia fatigati Fide decederent. Cùmque tam pio tamque operoſo labori non pertœſus inſtare diutiùs conaretur, & quadam die unà cum prædicto Tyranno urbem fuiſſet ingreſſus Ravennam, vidit in examine tyrannico quemdam Chriſtianum nomine Urſicinum, arte Medicum, natione Ligurem, poſt horrifica tormenta capitalem accepiſſe ſententiam. Locus autem, ubi decollabantur Chriſtiani, habebat vocabulum Palmæ; arbor enim antiquæ Palmæ illic erat. Igitur, ut dictum eſt, quum poſt nimia & immania ſupplicia decollandus duceretur ad Palmam Urſicinus, agente humanitate ſubitò expavit. Et dum vellet extremæ damnationi ſe tradere, & miſera deditione præſentaneam mortem evadere, Chriſti miles Beatus Vitalis vilipenſo Tyranno, ſpretoque ſeculari dominatu, utpote ſanctarum fœnerator animarum, hoc modo ab æterni chaos barathro ad ſuperioris palatium Regni revocare eum ſtuduit, dicens: *Noli, noli, Urſicine Medice, qui alios curare conſuevisti, te ipſum æternæ mortis jaculo vulnerare. Et qui per paſſiones nimias venisti ad Palmam, noli perdere martyrii coronam à Domino tibi præparatam.* Audiens hæc Urſicinus genu poſito ſpiculatorem, ut præcepta Judicis complere maturaret, ultroneus, propriique ſanguinis quaſi prodigus hortatur, agens pœnitentiam, quòd expaviſſet Chriſti martyrium. Quumque Sancta Domini victima decollationem devotiſſimè accepiſſet, ſtatim Athleta Chriſti Vitalis rapi fecit Corpus pretioſi Martyris, & intra urbem Ravennatem cum honore maximo ſepeliri, dedicans martyrium ejus, pro ut tempus dictavit, ritu celeberrimo atque ſolemni. Peracta denique tumulatione Beati & glorioſi triumphatoris Chriſti Urſicini, Beatus Vitalis à Paulino Judice ſe alienavit, & in præſentiam ejus ultra venire abnuit. Quod quum viro diabolico compertum fuiſſet, dementiſſima ſatis veſania permotus, ab apparitoribus fecit eum ſub omni feſtinantia teneri, non ob hoc tantùm, quòd eum adire contemſit, verùm inſuper quòd Chriſtianus eſſet adeò ſignatus, ut etiam volentem ſacrificare Urſicinum argueret, ne periret.

Itaque placuit Divinitati, ut hortatu tanti monitoris & ſolatoris Urſicinus rediret ad coronam martyrii, & Deo redderet animam pretioſam, quam antiquus humani generis inimicus ſuæ malignitati vindicare ſtudebat. Chriſti verò miles cordatiſſimus Vitalis quum ante conſpectum Judicis iniquorum ductus manibus conſiſteret, & eum Catholicis laceſſere

ſere ſpiculis pollucibiliter inciperet, ille ut aſpis ſurda, quæ non audit vocem incantantium, incraſſato corde aures ſuas miſerior miſerrimis continuit, ne ſagittæ Domini ad ejus interiora pervenire poſſent. Quumque bellator Domini apud Tyrannum inutiliter ageret, nihilque rationis in vacuo vaſe inveniret, ad tempus conticuit, memorans illud antiquiſſimum veterum proverbium, *quòd procul dubio oleum & impenſas perdit, qui mittit boves ad ceroma*. Tunc vir Diabolicus Paulinus, Deo, hominibuſque, per omnia execrabilis, more arreptitiorum ſinè quietudine furens, phræneticos, læthargicoſque inviſa hactenus dementia ſuperans, juſſit Sanctum Vitalem levari in equuleo, quo tandem per pavorem tormentorum tanti viri conſenſum ad ſacrificandum Dæmoni commutare potuiſſet. Quumque impoſitus eſſet Martyr Sanctus in equuleo, veneranda lumina ad Judicem retorquens, his eum verbis compellavit: *Infinita tibi dominatur ſtultitia, Conſularis, adeò ut putes, me per tormenta vinci poſſe, ac mihimet perditionis velle necem inferre, qui alios à periculo deceptionis, Deo auxiliante, liberare totiens totienſque ſtudui*. Ad hæc Judex iniquitatis ait ad officium ſuum: *Ducite hunc rebellem Vitalem ad Palmam, & ibi Diis libamina offerat; quòd ſi ſacrificare contemſerit, nolite eum decollare, ſicut Urſicinum Medicum, ſed facientes foveam in terra, quoad aquam uſque perveniatur: ibi eum ſupinum deponite, ſimulque terra lapidibuſque abſque humana cura ſic dimittite*. Quod quum fuiſſet impletum; pius atque clemens Martyris Chriſtus & militem ſibi palmarium conſecravit, & Martyrem non qualecumque in ſuperna polorum curia altiore dignitate collocavit. Ibi namque inter candidatos purpuratorum commilitones emicat: ibi in ſempiterni Regis obſequio cum civibus Hieruſalem alleluja perenniter jubilat; ibi cum Pſalmiſta gratulanter proclamat: *repleti ſumus magna miſericordia tua*; & iterum: *lætati ſumus pro diebus, quibus nos humiliaſti; annis, quibus vidimus mala*.

Contigit autem poſt hæc, ut Sacerdos Apollinis, qui hoc Paulino Conſulari dederat conſilium, ab antiquo hoſte arreptus, per ſeptem continuos dies energumenus clamaret eo loco, ubi obrutus jacuit Sanctus Vitalis Martyr Chriſti; & clamans energumenus ſic dicebat: *Incendis me, Martyr Chriſti Vitalis, incendis me, ac vehementer crucias*. Hoc autem ad honorem Chriſti & egregii teſtis ſui actum eſt, quatenus Chriſtiani fiducialiter animarentur, quum viderent non impune illi ceſſiſſe, vel inultum præteriiſſe, qui hanc ſpeciem tormenti primus adinvênit, per quam Chriſti Martyrem citra ſpem votumque ſuum glorioſiorem reddidit. Peractis verò ſolibus ſeptenis præcipitatus à Diabolo in flumen (39), quod urbem alluit, miſerabiliter, ut meritus fuit, exſpiravit. Tunc impletum eſt in illo Pſalmographi vaticinium illud, quod Eccleſiæ perſequutoribus peroptabat, dicens: *Vindica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt*. Hinc Salomon ait: *Teſtis falſus non erit impunitus*. Tali namque modo triumphavit Beatus Vitalis in urbe Ravenna, oſtendens ibi miram atque mirandam victoriam, cujus eminentia vulgi videtur excedere credentiam, quum *oculis inſipientium viſus eſt mori, ille autem eſt in pace*, quò occiſoribus ejus nullo modo fas eſt aſpirare. Nam qui videbatur ab inſipientibus per mortem momentaneam ad tempus vinci, victor exſtitit glorioſus. Qui autem videbantur victoriam exanimatis cadaveribus reportare, antiqui hoſtis noſcuntur dedititii exiſtere, & æternæ mortis legibus abſque miſerationis alicujus reſpectu ſubjacere. Gaude & lætare, felix Ravenna, tanto Martyre ſuffulta. Iterum iterumque rogo, gaude, manibuſque Domino plaude, quæ Beati Vitalis ſepulcrali meruiſti præſentia inſigniri, qui exceptis ceteris, quos ſuſcipienter foves, tuæ turritæ celſitudini ſolus potuit eſſe honori. Gaude, inquam; nam ſi Mediolanenſes Cives Patronum tuum Sanctum Vitalem conſepultum haberent unà cum ſacratiſſimis ſuis pignoribus, Chriſtique ſpecialibus Martyribus, nequaquam inferiores ſe exiſtimarent Romanis Senatoribus, qui ſanguine Beatorum Martyrum circumfluì totum mundum vitali poſſent pretio mercari. Nihil quippe in domo ſapientis eſt non utile, non ſerum, ad omne bonum optimum aptum. Scriptum quippe eſt de Patriarcha Abraham, quia venerunt ad eum tres Angeli, quos humaniſſimè, ut hoſpites, ſuſcipiens, fecit eos requieſcere ſub arbore, ibique lavit pedes eorum; dixitque ad conjugem: *accelera, & fac ſubcinericios panes*. Deinde ſcriptum eſt: *ipſe verò cucurrit ad armentum, & tulit inde vitulum tenerrimum, & occidit eum, & fecit convivium*. Ecce Sara accelerat, Abraham currit, omnia non trepidè, ſed ſtrenuè ſervivit Deo. Ecce uno eodemque modo Beatus Vitalis fructificat Deo: nam in domo ſua nihil otioſum, nihil non Deo vacans, currens & accelerans invenitur. Semetipſum nempe, utpote vitulum de armento, pro aſſertione veritatis obtulit in odorem ſuavitatis Domino. Et cum Apoſtolo non fecit animam ſuam pretioſorem quàm ſe pro Chriſto. Ecce qualiter cucurrit Beatus Vitalis cum Patriarcha ad armentum, ut immolaret Domino carnis ſuæ tenerrimum vitulum, ideſt hoſtiam ſanctam, vivam, & Deo placentem in die, qua coronatus eſt inter oves occiſionis; ut cum Apoſtolo dicere non immeritò poſſet: *bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi*. Nunc autem reddita eſt ei corona juſtitiæ, quam exſpectant omnes, qui diligunt adventum Domini. Nam uxor Beati Vitalis ſubcinericios panes acceleravit, quum ſub uno ortu glorioſos gemincs in expeditione genuit, qui poſtmodum per coronam Martyrii, quaſi panes azymi, ideſt ſinè fermento malitiæ & nequitiæ, Angelorum ulnis adducti ſunt menſæ Chriſti. Qualiter autem conjux ejus Valeria nomine, quæ virtutis loco ut pote Sara habetur, non ſinè martyriali certamine ſemetipſam Deo fecerit hoſtiam, hoc modo veridicus hiſtoriæ illius propalat ſtilus.

Quum, inquit, *Sancti Martyris conjux Beata Valeria ſenioris ejus victoriam, quam inſpectante Deo apud Ravennam promeruit, Mediolani comperiſſet, omni devotione atque ſpirituali alacritate cum apparatu non modico ad ſepulcrum ejus venit, quatenus Corpus ſacratiſſimum ſecum aſportaret. Sed quia Divinitati placuit, ne Ravenna tali ſibi conceſſo orbaretur Patrono, Chriſtiano fervente zelo à Civibus pro-*

(39) Nota, quod fluvius currebat per mediam Civitatem Ravennæ, ut habes in principio Co-

dicis Pontificalis. *Ex MSto*.

prohibita est. Deinde ab ipso Beato Martyre in visionibus admonita est sæpiùs, ne sanctum Corpus, ab homine licèt malo bene positum, ullo modo violaret. Ipsa autem beatissima Valeria quum reverteretur ad urbem Mediolanensium incurrit in homines idololatras Silvano sacrificantes. Qui deponentes eam de saginario, hortabantur multifariam, ut cum ipsis epularetur de iis, quæ fuerant Silvano immolata. Ad hæc beatissima Valeria, Christiana, inquit, sum, & non licet mihi de sacrificiis Silvani vestri manducare; quia Apostolus noster non solùm edere idolothyta nos prohibet, sed etiam nec tangere docet. At illi hæc audientes, nimio furore permoti, tanta eam cæde mactaverunt, ut seminecem sui homines ad urbem Mediolanensem vix eam perducere possent, sicque pro veritate, quæ Christus est, passionibus attrita, intra triduum migravit ad Dominum. Martyrizatus est autem Sanctus Vitalis in civitate Ravenna sub Paulino Consulari, die IV. Kalend. Majarum. Et notandum Lectori, quòd ejus veneranda solemnitas nonnisi in Paschali tempore umquam venire soleat. Communibus quidem annis semper post Albas; in emboliſmis autem & maximè in ogdoade & endeca, in quibus Luna extremas suæ incensionis metas subit, in ipsa Paschali hebdomada advenerit; idest quando dies Paschæ VII Kalendarum Majarum die pervenerit, alleluja denique ubique terrarum tunc canitur: *flores herbarum & arborum tanto Martyri venerando congratulantur, & volucres exultando alleluja dulce conjubilant.* Qua propter operæ pretium est exhortari fideles, ut tum divina non postponant & spiritualia hymnorum cantica, quando inrationabilis etiam creatura pro suo modulo exprimere studet alleluja. Domino laus, illi & gratiarum actio, qui eum elegit ac sumsit, & æternæ Hierusalem municipem fecit, qui vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

Incipit Passio (40) *Sancti Ursicini Martyris, & Patroni Civitatis Ravennæ.*

SI omnium gesta Sanctorum patriæ nostræ studiosè notare licuisset, non solùm sibi sed etiam plurimis exhiberet ædificationis exemplar. Igitur quando varias Martyrum palmas, diversas victorias, triumphosque multiplices, quos persequutorum sæva crudelitas ac crudelis rabies tyrannorum per plurimas mundi cumulaverat partes, tempus atque notitia non patitur assignare, ad illum tota verborum nostrorum transmittatur oratio, qui in Ravennatica urbe hodierna die sub primo Christianorum persequutore, per spatia Romani Orbis agente Paulino, plexus ad Palmam se suo martyrio coronavit. Nam quis fuerit Martyr iste, quæve sit urbs, quisve primus nostrorum ex Cæsaribus persequutorum in Romani Orbis amplissimis finibus, vel quis fuerit ipse Paulinus, & Palma, Deo propitiante ab Ambrosio declarata est, & enucleantibus Chronicis, nostrisque agentibus calamis ampliùs clariùsque nitescet. Erat itaque officii nostri, dante divinitate, prævia verissimis extendere lineis, atque contractis obscurata sermonibus lucido abstruere & delectare sermone, ne tanti Martyris actuum brevitas inde neglectum generet auditoribus, unde scientiam ampliorem quàm cultum proferre debebat Salvatori, ac Martyri suo Ursicino cum obsequio salutari. Ursicinus erat quidam in Liguriæ partibus homo medicus, qui inter ipsa pusilla ac tenera primordia Christianæ Religionis ab ipsis discipulis Apostolorum, qui primitus per Italiam missi sunt, Fidem percipiens Salvatoris, factus Christicola, per Christum, Beatumque Vitalem Martyrem Ravennatem laborem meruit ac triumphum. Et dum infirmæ carnis medicus haberetur, spiritualium medicorum discipulus factus, primitus animæ suæ Gentilitatis superstitionibus infirmatæ medicamina conquisivit. Deinde multorum animabus protulit salutem suæ præcauta peritia medicinæ. Nam sicut peritus medicus, quum vult ad plenam sanitatem reducere quos vario languore viderit fatigari, profundas ægritudinum aperit causas, & exponit quæque morborum latentia, pestilentiæ regiones admonet declinare, & ciborum ac potionum pestiferos vitare gustatus, quammulta remediorum ostendit genimina, vires manifestat herbarum, medicamen qualitercumque edicit, & si noluerint obedire suisque jussis voluerunt contraire, promittens longissimam sanitatem, per acerrima atque amara medicamenta ægros evocat ad salutem. Sic quisque fidelium Christianus, divina perfusus clementia, & gratia illustratus, quum corpore animæque antidota divinitus est aliquibus donaturus, aperit malignitatis profunditatem, adoperta torminùm facinora nudat, iniquitatum declarat morbos, secreta conscientiæ mala patefacit, naturas vitiorum, & origines peccatorum, atque materias delictorum exprimit mirabiliter. Et ita animos hominum per intemperantiam sauciatos curæ piissimo moderamine pro ætate atque sexu, pro viribus atque tempore, ad æternam salutem in ratione divina perducit.

Qua de causa iste peritissimus medicus noster Ursicinus à Liguriæ partibus, in qua etiam Mediolani civitas sita est, Ravennam adveniens, contra lethales infirmitates salutaribus poculis antidota temperata pro cauta peritia medicinæ secum advexerat. Est autem Ravenna antiquissima urbs Italiæ, maxima nobilitate pollens, nimia populositate decora, multis honorabilibus Ecclesiis adornata, multis laudabilis ædificiis, opibus, atque delitiis, fortissima atque inexpugnabilis hostibus, & aquarum decursibus undique munitissima. Insuper Sanctorum munita præsidiis, & divino cultui maximè mancipata; honoribus atque omnibus modis vicinarum Provinciarum urbes supereminet universas. Enimvero ex antiquo ita notabilis & famosa, ut ad famam nobilitatis ejus ac Populorum multitudinis, Beatissimus Petrus Apostolorum maximus ad eam nomine Apollinarem dirigeret discipulorum suorum dilectissimum, ut primus in eam Jesu Christi Domini nostri notitiam introduceret. Quod qui plenius scire quærit, & quanto amore ibi dictus Apostolus Sanctum Pontificem miserit prædicare, & quantum eum desiderio Christi ad Fidem trahere concupivit, ejusdem Sancti Pontificis actus legat, quos venerabilis Dei Antistes Ambrosius dictavit. Sedet igitur memorata civitas in litore maris Adria-

(40) Hanc eamdem MStam sibi ad manus fuisse testatur doctissimus Papebrochius in Act. Sanctor. ad diem XIX. Julii. Videtur autem scripta Seculo post Christum natum Undecimo. Certè ab Auctore Ravennate profecta est. *Mur.*

Digitized by Google

Adriatici ſita, quam præ ceteris amnibus Eridani fluenta nobilitant, ſervatque uſque ad præſens memorati Sancti Apollinaris Reliquias, atque Sancti Vitalis, & iſtius Urſicini, aliorumque multorum, quorum fulta patrociniis meruit Metropolis appellari Exarchatus. Nam ſex Provinciarum, quæ Græco vocabulo Exarchatus dicuntur, caput & domina vocitata eſt. Provincia verò ejus Pentapolis nuncupatur. Ad hanc primitus prædicandam Apollinaris, ut diximus, ab Apoſtolo Petro directus eſt in diebus Claudii Cæſaris, qui monarchiam Romani orbis poſt reditum Salvatoris ad cœlos decimo anno, interfecto Cajo Caligula nepote ſuo, ſuſcepit. Nam ſub Claudio Nerone Tiberio mundi Salvator eſt paſſus. Sub iſto altero Tiberio Claudio, qui Germanicus vocabatur, circa primordia Imperii ejus Petrus Apoſtolus Romam vênit, & Apollinaris ad urbem Ravennam. Sub cujus tempore non unum Populum Domino acquiſivit. Sed quum is Agrippinæ conjugis periret inſidiis, Deo odibilis, & omnibus Eccleſiis blaſphemabilis, Domitius Nero gener & privignus ejus, atque filius adoptivus, calliditate Agrippinæ matris, quam ipſe poſt pauca necavit, cœperat imperare. Fuit revera Nero iſte filius Domitii Barbati Romani cujuſdam nobiliſſimi. Is itaque Nero omnes Romanos Principes, ut breviſſimè dicam, in omni malitia ſuperavit, auxitque molem criminum ſuorum temeritas impietatis in Deum. Nam primus Romæ Chriſtianos ſuppliciis ac mortibus affecit, ac deinde per omnes Provincias pari perſequutione excruciari præcepit, ipſumque nomen Chriſtianitatis, atque naſcentis Eccleſiæ exſtirpare conatus, Beatiſſimos Dei Apoſtolos, Petrum cruce, Paulum gladio occîdit. Hujus denique tempore Beatus Apollinaris, qui Ravennatibus egregiè prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, ut reperitur in Actuum ſuorum Opuſculo, poſt longam carceris macerationem, & ſupplicia gravia, diverſaque genera tormentorum, prægravatus pondere ferri, exul ab urbe mittitur; in quo tamen exilio plurima mirabilia faciens multos convertit ad Fidem.

In trajectu iſtius temporis, Anno ab Urbe Condita Vigeſimo poſt Octingenteſimum Sexageſimo nono poſt incarnatam Divinitatem, atque XXXVI. poſt Chriſti levationem in cruce, ceſſantibus ab honoribus Conſularis dignitatis Ruſo & Regulo, Silvanus & Paulinus Conſules deſignantur. Hic eſt Annus Duodecimus Imperii Neronis execrabilis. Quorum unus, ideſt Paulinus, quum in partibus Rhetiarum atque Liguriæ ageret, ex urbe Mediolanenſi ſibi ad obſequium aſcivit Beatum Vitalem, ſui applicans ad militiam. Qui quamvis eſſet in militia Romanæ Reipublicæ, clanculo tamen devotiſſimè Chriſto Domino militabat. Qui cum ipſo Paulino Ravennam veniens, palàm Chriſtum confeſſus eſt, ſicuti ſequenti eloquio pandam, doctus clariſſimo ſtilo Beati Ambroſii Mediolanenſis Epiſcopi, qui ait: *Sanctus Vitalis miles Conſiliarius, dum fuiſſet cum Paulino Judice ſuo Ravennam ingreſſus, & videret in conſpectu ejus Chriſtianum quemdam nomine Urſicinum, arte Medicum, natione Ligurem, capitalem accepiſſe ſententiam; qui, quum poſt nimia tormenta decollandus veniſſet ad Palmam, & dum vellet evadere, exclamavit Vitalis, dicens: noli, noli Urſicine Medice, qui alios curare conſueviſti, te ipſum æternæ mortis jaculo vulnerare; & qui per paſſiones nimias veniſti ad Palmam, ne perdas coronam tibi à Domino præparatam.* Ecce quomodo ex occulto palàm fecerat ſuam militiam Chriſtianam; manifeſtavit amicitiam, quam cum Deo habuit, & iis verbis adſtantem docuit Populum, ſe ſui Redemtoris eſſe diſcipulum. Cum fervore virtutis & zelo acceptæ Religionis, Fideique promiſſæ armatus feſtinanter ante aciem exiit bellaturus, qui nomen interrogante, vel ſuper eo quidquam inveſtigante profeſſus eſt, ex cujus veraciter haberetur militia. Audierat ex Scripturis: *diliges proximum tuum, ſicut te ipſum*. Sciebat enim maximam culpam eſſe, quæ ſibi quis metuit, aliis non timere. Animæ ſibi timebat perditionem, æternumque ſupplicium. Timuit ſibi, timuit & Urſicino, dum illum volentem ſacrificare arguit, ne periret. Ex abundantia cordis os loquitur quod jam olim ſibi occultabatur in corde. Hic tunc palàm in voce prorupit. Egit iſte ad inſtar Mathathiæ patris Maccabæorum, qui tempore Regis Antiochi quemdam Judæum, Idolis juſſu Regis ſacrificare volentem, ſuper aram gladio ſtravit, de quo legitur: *Vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes ejus, & aſcendit furor ejus ſecundùm judicium Legis*, quod Legibus mori debet, qui ſacrificat Idolis, & *inſiliens trucidavit eum ſuper aram. Sed & virum, quem Rex miſerat, qui cogeret homines immolare, aramque deſtruxit*. Et ad inſtar Phinees, qui fornicantes in Idolis Balac confodiens in locis genitalibus interfecit. Illi carnali gaudio lætantes interimuntur, & fornicantes in Idolis Regis nuntios jugulant, araſque ſubvertunt. Fuit itaque vox ejus velut militaris tuba bellorum, qua prœliorum peritis perſonat diſciplina, quum diceret exclamando: *noli, noli Urſicine Medice, qui alios curare conſueviſti, te ipſum æternæ mortis jaculo vulnerare. Et qui per paſſiones nimias veniſti ad Palmam, ne perdas coronam à Domino tibi præparatam*. Inde eſt quòd Miles Chriſti Urſicinus, dum ad campum procederet ſinè tuba exhortationis, expavit: ſed audita Beatiſſimi tuba Vitalis exclamantis: *noli, noli Urſicine Medice*, velut longo ſitis ardore ſuccenſo, & æſtuanti graviſſimè, nihil lætius, nihil deſiderabilius frigido fonte, & ſalubribus aquis occurrit.

Ita huic omnium nuntiorum lætiſſima ſonuit vox clamantis. Nam Medicum illum improperando vocaverat, quòd qui ante corpora arte mederi conſueverat aliorum, nunc ſibi malè medicando cadebat in pejus. Sed hac animatus tuba cordis reditu expergiſcitur audaciſſimus, & thura cremare, vel jecur pecudis adolere mortalibus abnegat Diis, ad memoriam revocans Euangelicum illud: *noli timere puſillus grex, quia complacuit patri veſtro dare vobis Regnum*, quoniam iis, quibus dura certamina proponuntur, præmia ſtatuuntur. Hac iſte tuba concitatus, & has promiſſiones memoria recordatus, ut erat ferocis ingenii, infremit, ſacro ſpiritu quærens frangere turbida bella, quibus diutiſſimè ſub vario maximoque pœnarum luctamine fatigatus penè defecerat reluctando, & ſpiculatoris gladium verbis ac nutibus cœperat revocare. Sed recolens quòd lignea & ſaxea Numina illis præerant, qui lapidea corda ſortiri meruerunt, & bonis operibus mortui mortuis atque inſenſibilibus ſervitia dedere; ſibi verò lucis auctori

Digitized by Google

ri Patri Deo, ejuſque Filio Salvatori Domino Chriſto, Sanctoque Paraclito rectiùs ac convenientiùs obedire in omnibus oportere: *Eſt enim Chriſtus*, inquiens, *& Pater Deus, cujus me ſervum & teſtem corde & ore fateor, illumque omnium adſtruo Creatorem*. Dixerat, & citum cupiens Martyr obitum, convitiando Idolis & ſuis cultoribus, ingenti clamore ſpiculatorem provocat, ut feriret. Et pœnitentia ductus, quòd tractus ad Palmam expaverat Chriſti Martyrium, ſpontaneus, & à nullo juſſus feſtinanter cucurrit ad Palmam, & genu terræ poſito gladiatorem iterum ferire hortatus eſt. Nam Ravennæ in eo loco, ubi nunc admirabile Templum Sancti Vitalis habetur, arbor antiquæ inerat palmæ. Ad ipſum verò locum Paulinus, Judex mortis, & Idolis devotiſſimus, atris armatus legibus, cum aliis Dœmoniacis ſacrorum inſiſtentibus, Chriſtianos adduxerat decollandos, & qui juxta Palmam plecterentur, quique urbani clientes lapidum * condixere. Hîc dum flexo poplite inſiſteret vir Beatus librantis dexterâ imperterritus ſuper jugulum in occipite ruentem excepit chalybeum. Quem locum in capite ſic aſſigno, quoniam multis referentibus, qui noſtris temporibus viderunt, caput ejus, agnovi, & ubi concidit ictus ferri in capite Martyris, digitis referentium mihi ſignatum eſt ſæpe. Meritò præterea Sancti noſtri ducebantur ad Palmam poſt acceptionem ſententiæ capitalis, quia ſicut milites peracta victoria laureis, & palmitiis cingulis virentibus donabantur ob inſigne memorabilis actus, quia dum vivunt laurus & palma, quod multum eſt virides ſemper apparent, virentia folia retinentes, ſic Sancti, quum poſt Martyrium renaſcuntur, de perſequutoribus peracta victoria æterna requie & luce perpetua veſtiuntur, quorum memoria in ſeculum ſeculi non deletur ſed quaſi recens ac viridis omni tempore fidelibus eluceſcit.

Aſt Sanctus Urſicinus, ubi carnificis ferientis juxta Palmam vulnus exceperat, lætior & cum omni gaudio, omnique vacante nubilo ſerena mente moritur. Artuum ac totius corporis per plagam fuſo cruore verticis colla fluunt, abeunte ſpiritu, ac meliùs vivens ad viventia Regna perrexit, & vivus exceptus Regis ſemper viventis atriis ad palmam per Palmam victoriæ promeruit palmam. Fecitque ſtatim ipſe Vitalis corpus Martyris rapi, & intra Ravennatium Urbem ſepeliri cum omni honore maximo. Eſt enim mos Romanorum in communi loquutione *rapere* dicere, quod non *furari*; ideoque mirum non eſſe, ſi Sanctus Ambroſius ſic aſſeruit, qui Romanus exſtitit genere. Ubi Sanctus Vitalis collocaverat corpus ejus, multis temporibus ibi manſit. Poſtea verò multis interjectis annis ad Eccleſiam Sancti Johannis Baptiſtæ delatum eſt, ubi & proprium ſortitus eſt Oratorium, ex cujus vocabulo vocitatur uſque ad præſens: cujus etiam altare in veneratione ſatis habetur, ubi piè quieſcente per multa tempora corpore ſancto ad gloriam ſui nominis per eum Dominus multa miracula demonſtravit. Sed de multis pauca narrabimus, maximè quæ juxta tempora noſtra claruerunt. Quidam de primis Senioribus Civitatis quadam ex cauſa unam ancillarum ſuarum interminatus flagitiis voluit adhibere. Ob hoc fugiens in Oratorium Sancti Urſicini, quod erat in proximo, poſt ejus altare delituit. Senioni nuntiatur à famulis. Ille irreverenter miſſis apparitoribus ex familia domus inde protrahi fecit invitam, & in eam ad libitum deſævit. In ipſis diebus per ſomnum apparuit ei Sanctus Urſicinus, interminans ei ſupplicium atque mortem, niſi ipſam ancillam nodo ſolveret ſervitutis, & ſibi debita pœnitentia ſatisfaceret. Senior ille, quum eſſet ſapiens, recognovit peccatum ſuum, famulam libertate donavit cum beneficio, & Sanctum digna ſatisfactione placavit. Poſtea verò, tempore cujuſdam boni Presbyteri Deuſdedit nomine, qui videbatur Eccleſiam Præcurſori Chriſti regere, erant in ejuſdem Eccleſia cancelli, ad quos, qui ſuſtentabatur, habebat poſt tergum muri parietem, cui adhærebat loculus, in quo Beati quieſcebant membra ſepulti. Cui Presbytero in ſomnis Sanctus apparuit, & admonens inde cancellos amovere innotuit, & quia ſic erant, ſibi maximè diſplicere. Presbyter verò viſionem negligens prætermiſit. Sanctus autem iterum eumdem in ſomnis admonuit. Is verò iterum neglexit. Minacibus verbis tertia vice correptus, cancellos amovit. His amotis Sanctus apparere ceſſavit. Eadem verò in viſione ſucceſſori ſuo Johanni Presbytero poſtea contigerunt, qui in eodem loco cancellos reſtituit. Habuit præterea quodam tempore idem Presbyter tractoriam vini juxta quemdam parietem ejuſdem Oratorii Martyris noſtri ad uſum egenorum & pauperum vino plenam, quam uſque ad medium per duas, vel per tres vices ad illorum utilitatem exhauriens, abſque ulla humana refectione tertiò reperit valde plenam. Hæc tria miraculorum ſigna neque videram, neque legeram, ſed plurimorum relatione cognovi, maximè pro quibuſdam fidelibus Fratribus, quorum precibus invitatus dietam Vitæ ac finis Martyris ampliavimus. Ultra nongentos annos paſſionis ejus quum Honeſtus (41) Antiſtes præſideret Ravennaticæ Sedi, volens hujus Martyris Sanctum Corpus honorabiliùs collocare, ſuamque ſedem Sanctorum patrociniis facere meliorem, ac glorioſiorem tempore Cæſareatus Ottonis maximi, omni reverentia ſublevatum cum ſumma devotione ad Urſianam devexit Eccleſiam, quæ Græco vocabulo Agia nuncupatur Anaſtaſis, Latinè verò Sancta Reſurrectio dicitur, ibique in crypta ſub avida uſque modò conſtat eſſe ſepultum, ubi ſumma conſpicitur in Eccleſia aureis laquearibus muſivo intextis, ac lithoſtrato admirabiliter conſpicuis marmoribus. Sic Reliquias & ſacros cineres venerando ſinu tanti Martyris Ravennatica ſervat humus. Paſſus eſt Deo carus Urſicinus Idibus Decembris in urbe, quæ à ratibus vocabulum ſumſit, ſub ſceleſtiſſimo Principe Domitio Nerone, agente Paulino Conſulare, in ſecula Jeſu Chriſto regnante Domino noſtro cum Patre Deo perenniter non ſinè Sancto Flamine; qui unà vivit & regnat Deus per immenſa ſeculorum tempora. Amen. *Nota, quòd de iſta legenda multum truncavi, quia erat valde longa, & accepi ſubſtantialiter.*

In-

(41) Hic circiter Annum 972. Archiepiſcopalem Cathedram aſcendit. *Mur.*

Digitized by Google

Incipit Vita & Actus Sancti Barbatiani Sacerdotis atque Confessoris.

JUstum quidem arbitror miraculorum narrationem aggressus &c. *Qui hanc Vitam legere cupit, adeat Tomum II. Rer. Italic. & paginâ* 194. *in Appendice ad Agnellum editam inveniet.*

Incipit Passio Sancti Severi (42), *cujus festum celebratur die primo Februarii.*

TEmporibus Maximiani Imperatoris orta est sæva persequutio adversùs Christianos, addicto proposito, ut si quis Christum confiteretur, diversis pœnis interficeretur. Quodam in loco in una Valle, quæ à multis verbo rustico *Niterocrina* nominatur, erat quidam vir religiosus nomine Severus, Ravenna ortus & nutritus, de genere Præfectorum, qui ab infantia sua timens Deum eleemosynas multas viduis & captivis, orfanis & peregrinis timentibus Deum distribuebat. Erat enim idem Beatus Severus divinis literis valde eruditus; qui apud Ecclesiam Sancti Vitalis Ravennatis didicerat à quodam magistro nomine Cornelio valde religioso viro. Qui etiam Sanctus Severus adhuc puerilem retinens ætatem, animum verò habens senilem, primo quodam miraculo cœcum quemdam illuminavit Eutycium, quatuor annis visu subtractum. Erat plenus idem Beatus Severus justitia, veritate, atque sanctitate. Justitia nec non, quia jam sciens bonum & malum, discernere curabat inter justum & impium, inter mundum & pollutum; quotidie suos cœlestibus instruens disciplinis, ut eos Domino redderet puros; & ideo impletum est in eo illud Psalmistæ: *Justus ut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini*. Ipse enim Beatus Severus pro Christi amore coruscans, Romam peregrinans Vallem, ut dixi superiùs, Treocrinam sibi elegit, atque honorificè ibidem in quadam Ecclesia in honore Beatæ semper Virginis Mariæ constituta ordinatus est Sacerdos. Etenim illic habitans, indigentium protector, lugentium consolator, orfanorum, viduarum, pariter captivorum, & peregrinorum hospes, in lectione divina, in vigiliis, & orationibus, atque jejuniis præcipuus, castitate ornatus, Caritate plenus, Spem, Fidemque intrinsecus delibutus. His & talibus Virtutibus jugiter resplendens, major de illo ampliùs fama ubique promulgatur. Unde inter cetera quidam pater familias, quum ad extremum veniset diem, missos quamcitò direxit ad Sanctum Presbyterum Severum: rogavit ad se quantociùs potuisset, venire, orationibus suisque pro peccatis intercederet, ut acta de malis suis pœnitentia, solutus culpa, de corpore exiret. Contigit namque, ut prædictus Sacerdos Beatissimus ad putandam vineam esset occupatus, atque ad se venientibus diceret: *antecedite me, & ego vos citiùs subsequor*. Quumque videret sibi in eodem opere parum aliquid supereste, paululùm moram fecit, ut opus, quod nimium restabat, posset explere. Quo expleto cœpit idem Beatus Severus ad prædictum infirmum velociter pergere. Eunte illo, is, qui priùs venerat, itinere obviavit ei, dicens: *quare tardasti, pater piissime. Noli fatigare, noli pater laborare, quia jam defunctus est*. Quo audito Beatus Severus contremuit corde simul & animo, magnisque vocibus se interfectorem illius infirmi clamare cœpit. Flens itaque pervênit ad corpus defuncti, seque coram lectulo illius cum orationibus in terram dedit, flens & ejulans. Quumque vehementer fleret & in terra caput tunderet, conspecta morte illius Sanctus Severus clamare cœpit: *Heu heu: ego indignus Sacerdos interfector sum hominis istius!* Flente autem illo & orante, repentè is, qui defunctus fuerat, ad orationem Sancti animam recepit. Quod dum multi, qui circumstabant, aut adveniebant, admirationis vocibus cum pavore dimissis, cœperunt præ gaudio viri ac mulieres cum gemitu flere. Quumque eum cuncti, qui illic aderant, requirerent, ubi fuisset, vel quomodo rediisset ad corpus, dixit ille, qui mortuus fuerat: *Multi erant valde homines, qui me per loca tenebrosa ducebant, ex quorum ore ac manibus ignis valde exibat, quem tolerare nullo modo poteram. Quumque per obscura loca diutiùs ducerent, subitò pulchræ visionis juvenis cum aliis sodalibus suis juvenibus nobis euntibus obviavit, qui me trahentibus dixit: reducite illum, quia Severus Presbyter amarissimè eum planxit. Suis enim lacrymis, & intercessionibus suis Dominus ei vitam reddidit*. Hoc dicto protinus de terra surrexit, & æquè pœnitentiam agenti opem suæ intermissionis præbuit. Et dum per septem dies de perpetratis culpis pœnitentiam redivivus ageret, octavo dielætus de corpore exivit. Unde perpendite, quæso, fratres dilectissimi, quis est qui loquitur Severum Presbyterum, quantum illum dilexit Dominus, quem modicum contristari etiam non permisit. Audiens hæc Maximianus Imperator jussit militibus suis Beatum Severum comprehendi, & duci ad se. Quumque advectus fuisset ante illum, præcepit eum à tergo ligari, & in supradicta Valle sic ligatum duci, & ibi decollari. Qui ductus à militibus in prædicta Valle, sinè aliqua auditione decollatus est. Statimque videntibus cunctis venerunt duo Angeli in specie duarum columbarum, qui figuram crucis super corpus ejus facientes ferebant animam illius in cœlum. Acta sunt autem hæc, ut fideles sanctæ Dei Ecclesiæ exemplum à Beato Severo accipiant, qui pro Fide Christi Maximiano Imperatore martyrizatus & decollatus est. Corpus verò ejus humatum est juxta firmissimam urbem nomine Urbivetum, ubi multa beneficia usque in hodiernum diem à Domino nostro Jesu Christo præstantur. Passus est autem beatissimus Martyr Severus die Kalendarum Februariarum. Regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria, cum Patre & Spiritu Sancto per infinita seculorum secula. Amen.

In-

(42) Alius est hic Severus à Sancto Severo Archiepiscopo Ravennate, qui subsequenti Seculo floruit, & cujus Vita est apud Agnellum, festusque dies celebratur Kalendis Februarii. Sed quei ad ipsam primam Februarii diem spectare dicitur memoria quoque Sancti Severi Martyris? Sunt qui putant, Kalendis Januarii recensendam esse hujus Martyris mortem. Vide Maurolycum, & Ferrarium in Martyrologio, Hieronymum Rubeum in Histor. Ravenn. Sed potissimum quæ congessit Clariss. Bollandus in Act. Sanctor. ad diem I. Januarii, & ad diem I. Februarii. *Mur.*

Digitized by Google

Incipit Vita Sancti Johannis (43) *Confessoris Archiepiscopi Ravennatis Ecclesiæ.*

GLoriosus igitur Domini Confessor Johannes multorum sinceritatis testificatione Ravennatis Metropolitanæ Ecclesiæ Pontificatus infula decoratus, ita admirabilis cœlestis vitæ puritate, atque virtutum magnifica operatione, frequentique Angelica visione dignoscitur floruisse, ut ab indigenis præscriptæ ipsius Urbis, sibique adjacentis regionis meruit vocari *Johannes*, *qui vidit Angelum*, novo cognomine. Talibus ergo dum polleret virtutibus, miraculorum signis operator habebatur mirificus. Mos namque Ravennatibus inoleverat, ipsiusque Johannis temporibus inconcussus vigebat, quòd videlicet omnes pueri illius regionis in ipso anno baptizati, in solemnitate Beati Vitalis Martyris Ravennæ ad matrem Ecclesiam in honorem ejusdem Martyris consecratam deferebantur, Pontificique sacro chrismate confirmandi offerebantur. Quodam verò tempore quum innumera Populi multitudo solito more illuc parvulos suos ad hoc detulisset, atque nimiùm depressata Plebis frequentia ita Episcopum illos parvulos consecrantem circumvallaret, ut vix ad eum nisi per rimam mittendo quilibet accederet: quædam vidua paupercula, quæ filium cum aliis ad consignandum sacra unctione propriis brachiis advexerat, videns, quòd tantæ multitudini se immergere, atque ad Episcopum appropinquare nequiret à turba paulum secessit, ad hospitiumque suum regrediens, mox, illa recedente frequentia, ad ipsam Ecclesiam statim sperabat reverti, & quod quærebat, sinè impedimento adipisci. Sed omnibus rite peractis, atque Pontifice cum suis regresso ad curam propriæ habitationis, simulque Ecclesiæ foribus pro consuetudine clausis, memorata muliercula dolens, se sua spe fraudari, cum suo filio propriis brachiis amplexato Episcopum usque ad Curiam prosequitur, sed ab Ostiario repulsa non intromittitur. Illa verò licèt suo sæpe desiderio frustrata, ad Curiales tamen fores dum residendo studiosa exspectaret, si fortè Pontifici foris egredienti filium suum ad consecrandum sacro oleo offerre valeret, ipse puerulus inter A materna brachia ultimum vitæ spiritum exhalavit. Fuerat enim nimia Plebis oppressione anxius, quod miseram se clamans mater ut vidit, flebiles miserandi gemitus voces sic lamentando in excelso emittit: *Quis mihi miseræ sufficiet gemitus? circumvallat enim me irremediabilis dolor extremæ paupertatis, & amissionis filii geminata afflictio. Quid fili de te faciam, quum nec habeam, quod pro tui corpusculi tumulatione tradere debeam?* Illa ergo talia luctuosa voce proclamante pius Pontifex sanctissimus Johannes percontatur, quænam esset, quæ tam insoliti mœroris querelas sic lacrymabiliter perderet. Cui quum responderetur, cuncta ei per ordinem referendo, qualiter prædicta mulierc B ula filium suum incolumem ad confirmandum sacro oleo illuc advexisset, sed paulò ante irruentis Populi oppressione pernimium afflictum, & dum adhuc præstolaretur ejus egressum, inter materna brachia defunctum doleret: intimo cordis dolore tactus, sinè mora à prandio, ad quod cum suis residebat Clericis, surrexit, atque pro sui negligentia ipsum puerum esse mortuum cum ejulatu nimio profitendo, ad matrem ipsius defuncti pueri cucurrit, ejusdemque defuncti corpusculum à matris gremio ablatum, secum in cubiculum, quo secretiùs orabat, suis brachiis amplexatum portavit. Quod quum humi prostratus prolixiùs lacrymando orasset, regrediente anima pueri corpusculum contremuit; surgensque ab oratione ipsum puerum vivum & sanum, sacroque chrismate unctum matri suæ restituit, ipsamque immenso gaudio exultantem pro reddito sibi filio cum munere non modico ad propria remisit. In loco verò illius cubiculi postea Ecclesiam in honore Sanctæ Resurrectionis construxit, quæ usque hodie certificatur ab omnibus incolis illius regionis vera esse indictio tanti miraculi.

Jam denique per tam evidentis signi admirationem magìs ac magìs sanctitas ab omni Populo laudibus extollebatur, maximusque honor reverentiæ illi à cunctis exhibebatur. Quod tanti honoris gravissimum pondus quasi insolenti fastu Secularium ponderosum divina inspiratione prævideret, ut erat miræ simplicitatis, atque Angelicæ innocentiæ, toto co-

na-

(43) Tomo II. Italic. Rer. pag. 64. Agnellus in Vitis Ravennatium Antistitum Vitam quoque dedit Sancti *Johannis Angeloptis* Archiepiscopi, qui Anno Christianæ Æræ 430. floruit, sed multis in illam narrationem incautè illatis, quæ ad alterius Johannis successoris pertinebant, uti jam Clariss. Bacchinius animadvertit, nullum mihi dubium, quin ejusdem *Johannis Angeloptis* Vitam proferre se putarit Vitæ Scriptor, quam nunc profero, quamquam conferenti cum Agnelliana hæc ab illa toto cœlo diversa continuò deprehendatur. Johannem *Ravennatis Metropolitanæ Ecclesiæ Pontificatus infula decoratum* hic scribit, eumque à *frequenti Angelica visione* appellatum *Johannem*, *qui vidit Angelum*. Sed nihil apud Agnellum de abjecto Pontificatu, nihil de vita in eremo ducta, nihil de Monasterii fundatione, ejusque morte ac tumulo in Subalpinis jugis. Unde quæso tanta inter hosce Scriptores tacita pugna atque discordia? Non illam ignoravit Hieronymus Rubeus celeberrimus Historiæ Ravennatis Scriptor, quippe hanc Vitam sub oculis habuit; sed eidem abrogasse fidem contentus, nodum prorsus non solvit. Dicam & ego quod sentio. Uti Clariss. Mabillonius Lib. 47. Annal. Benedict. tradit ex antiqua MSta Historia, circiter Annum 966. fundatum est Monasterium Clusinum ad Alpium fauces apud Taurinum in Pyrchiriano monte per Hugonem nobilem Arvernum, idque consilio habito cum *Johanne quodam Ravennate*, cui cognomentum *Vincentius*; agebat enim hic vitam eremiticam illinc non longè in monte Caprasio, atque hic ipse in eadem Historia dicitur Episcopali dignitate functus *in genitali solo*. Clusini Monasterii fama & opes subinde creverunt, crevitque simul, ut usu venit, amplificandæ originis libido. Hinc facilè quispiam ex iis Monachis (scienſne an nesciens non definio) aut sibi aut aliis persuadere voluit, Johannem illum Ravennatem, non Eremitam solum, sed Episcopali etiam dignitate fuisse auctum. Et quum celebris in Ravennate Ecclesia haberetur *Johannis Angeloptis* memoria, Eremitam illum in eumdem transformavit. Sic fabulis fit locus: hanc autem nimis apertam quis non videat? Fortassis ipse *Libellus*, quo usus est Mabillonius, idem fuit, qui in hac eadem narratione memoratur, *Reverendissimi Papæ Nicolai authentica jussione dictatus*, scilicet Nicolai II. ut ego quidem arbitror, qui Anno 1058. Summus Pontifex est inauguratus. *Mur.*

Digitized by Google

nominis ſtudio ſatagebat, quod poſſet ſe alleviare à tam periculoſo honore, atque à ſecularium vana pompoſitate ſui præſentia declinare, ut ſemotus à mundi hujus momentanea ac umbraticæ dignitatis imaginatione Deo ſecuriùs, cui jam in mente inhærebat, ſedula ſtudioſitate valeret totis niſibus animo, & corpore militare. Hæc itaque ſæpiùs revolvens in mentis anhelitu ſecreto, tamdem miſerantis Dei fretus ſacri ſpiraminis conſilio, omni poſtpoſita, qua videbatur inſigniri honoris ſpecie, deliberavit ſecedere clanculo à propriæ habitationis mundana dignitate, vanitatis loco. Relictis denique totius mundialis gloriæ decoloramentis, perluſtratis diverſarum regionum ſecretioribus eremis, ac montium cacuminum deviis anfractibus peragratis, ſi quem remotum locum, eremiticæ vitæ congruum officinis, ad extremum noſtris partibus alpibus contiguis divina directione appropinquavit; ubi ipſæ alpes utrobique binorum montium ab incolis eorum denominatorum, ſcilicet Pirchunianæ & Capraſii cornibus ſuorum cacuminum expanſis mediæ Vallis Secuſiæ planitiis ab eiſdem celſioribus alpibus paſſuum millibus porrectis uſque ad Vicum Iduſam vocitatum, ad radicem unius horum montium, videlicet Pirchunianum, ſitum Auſoniis finibus, metam determinavit. In ſupremo ſiquidem unius iſtorum Capraſii prætitulati ad arcem vergentis cacumine vir Sanctiſſimus Johannes aſcendens, per avios anfractus, innitendo, locum denſitate ſilvarum ſecretum, atque ab humana frequentatione ſui faſtigii difficultate admodum ſemotum, ſibi elegit ad habitandum, ſolitario peroptimum domicilio. Qui ibidem quoque nimia parſimoniæ auſteritate corpus edomando, aſſiduiſque vigiliis in Dei laudibus pernoctando, ſeniles artus ſuos, quos adhuc in Epiſcopali dignitate degendo, ut honoris & patriæ reverentia exigebat, delicato aliquanto edulio nutrierat, nunc quaſi diverſis tormentorum generibus exundantis æſtus, & algoris varietate, ſitis quoque & famis humanum modum ſuperantis, maceratione attenuabat. Totius itaque divini flaminis pneumate inflammatus cœleſtibus inhiabat, & omnibus, ſi qui ad eum gratia viſendi veniebant, quidquid bonitatis, eleemoſynæ, & divini pabuli benigno ore poterat, ſuppeditando, inſuper largitatis modum ſuæ poſſibilitatis excedendo, viſceribus miſericordiæ affluebat. Multimodis denique carnalium voluptatum fomentis, conflictu varii luctaminis ſuam carnem prænimium affligendo, ſuperatis, humani generis antiquus hoſtis conſiderans, fortiſſimum agoniſtam Summi Regis, nullo modo devinci poſſe ſuggeſtione ſuæ inviſibilis imaginationis, transformavit ſe verſutæ calliditatis ingenio in colorata variæ deceptionis monſtra, inſuperabili Dei ſervo quaſi inevitabiles malignitatis laqueos moliendo. In mulierum ſiquidem ille admodum eleganti forma ſub obtentu religionis per ipſam eremi vaſtitatem errantium viri Dei conſpectibus importunum ſe ſe ingeſſit, ut qui erat nimiæ caritatis & miſericordiæ, quaſi ſub irruentis noctis articulo ſecum ipſas reciperet in hoſpitio. Sed vir Deo plenus, exhibito primùm ſolito caritatis munere, tamdem cœleſti repletus inſpiratione, ſigno Crucis impreſſo verſutias reſpuit nefandæ militiæ. Simili modo in ſpecie peregrinorum perſæpe inquirebat offendere ſervi Dei vultum. Quod ipſe uti fortis miles Chriſti, crebro tentationis jaculo valde probatus, jam non ſolum gnaviter præcavebat, quin etiam futuros inimicæ jaculationis aſſultus propheticò ſpiritu præſciebat.

Quum ergo tantæ ſanctitatis dignitate de virtute in virtutem ſublimaretur, in miraculorum exhibitione honorabilior, ſi dici poteſt, quàm in Epiſcopatu adhuc degendo laudabilis habebatur; & qui ſe humanis viſibus indefeſſo ardore divinæ contemplationis abſtraxerat, dulciflua Angelorum viſitatione frequentabatur; emiſſoque cœlici ignis globo ſupra memoratum Pirchinianum montem penè uſque ad nubes elevatum ſæpiſſimè ipſum quaſi comburere auſpicio inibi futuræ ſanctitatis contemplabatur. Quam admirationis maximæ claritatem dum ſecum miraretur, videlicet flammam à ſummo ipſius mentis faſtigio uſque ad cœlum extenſam ardere, & penitùs nulla ſaltus circumſtantis ligna comburere, Princeps cœleſtis militiæ Archangelus Dei Michaël noctu adſtitit, ei dicens in viſione: *Cur electus Dei theoriæ intendis, ſinè ſuffragio practicæ exercitationis. Surge citiſſimè, & domum orationis mihi dignanter conſtrue.* Qua ſubitò imperioſa viſione vir Dei permotus, utpote qui ab ineunte ætate vitam manualis exercitii expertem uſque ad ſenium deduxerat, ſimulque viribus proprii corporis jam penè exhauſtus, inſolitum tanti ponderis opus arripere, nequaquam ſuæ valetudinis exiſtere anxia mente pertractans, bina atque trina vice Sanctiſſimi glorioſi Archangeli alloquutione revelatur. Cujus cœlica juſſa aggredienti, adminiculo affore promiſſo animatus, in loco ſibi ab ipſo cœleſti nuntio præſignato, ætherеis civibus Templum ædificat. Cujus ædificationis ordinem, vel cum quanta ſanctitatis excellentia à ſæpedicto Principe Angelorum Archangelo Michaële ſit conſecratum, cœleſtium chariſmatum infuſione, ſuperſedendum cenſemus, quia ſatis elucido facetoque ſermone in ejuſdem Templi narrationis, ædificationis, atque poſtea inchoationis ibidem Cœnobialis religionis Libello penes nos deſcripta habemus, Domni Reverendiſſimi Papæ Nicolai authentica juſſione dictato, ejuſque ſereniſſimo titulo auctorizato.

Ædificato itaque primitus Templo Vir Dei Beatus Johannes theoriæ intentus, ſolito patrocinio Archangeli excellenti virtutum oſtenſione jam ibidem declarato, indefeſſus jejuniis, & orationibus ſupplicanter deplorans, aliquanto tempore in eodem eſt demoratus. Proceſſu verò temporum quum res tantæ admirationis per affines circumquaque ejuſdem regionis divulgaretur, contigit, quoſdam Romam adventantes à liminibus Apoſtolorum Petri & Pauli, ut ſupra memoratus Liber relationis ejuſdem loci incœptionis refert, ad ipſam Eccleſiolam gratia expetendi ſuffragia Archangeli aſcendiſſe, quæ in ſupremo ipſius montis Pirchiniani ſita culmine tranſeuntibus per publicum callem videbatur indicium ſpeluncæ. Qui venientes difficultatem ipſius montis aſcenſus, variiſque anfractibus intercepti, pernimium feſſi, ſitiſque ardore periclitantes, à Beato Johanne ſibi expetunt impertiri aliquod remedium extinguens ſitim. Sed vir Dei nihil liquoris, vini, aut laticis ibidem, niſi in ampulla Miſſali parviſſima parum meri contineri illis referendo, ſolita pietate motus, preces cum lacrymis fudit,

Digitized by Google

& Archangeli benigniſſima patrocinia flagitando ex modico ampullæ illius mero, ſimplici Miſſarum immolationi penè ſufficienti, ſed divina virtute ab ipſo digna precum inſtantia exorata, mira largitate ſuperabundanti, omnes recreatos, adhuc vaſculo plus modico liquore remanente repleto, quod antea inventum fuerat fundo vix ſupertincto, ad propria remiſit alacres pro tam digno benificio. Talia itaque virtutum inſignia dum per affines Populos de die in diem crebreſcerent, & catervatim Italicæ Plebes Archangeli benificia ad verè Domini montem, & ad Domum Dei Jacob, perſæpe illic expetere properarent, jam ordinato in illo ſæpe memorato Templo Cœnobiali Monachorum conventu, à quodam Chriſtianiſſimo ſpectabilis dignitatis viro, Apoſtolico juſſu, ſicuti in perſæpe dicto loco ipſius conſtructionis Libello fertur, vir Domini Sanctiſſimus Johannes conventicula affluentium Populorum evitando, propoſitoque eremiticæ vitæ arctiùs inhærere peroptando, ad montem videlicet primum ſuæ habitationis ſolitarium domicilium repedavit, ibique inæſtimabili divini ardoris ſtudio plus ſolito inſudavit. Eccleſiâ vero Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ibi ab ipſo ſtabilitâ atque ædificatâ, indefeſsè jejuniis, vigiliiſque intentus, contemplationi aſſiduæ, orationi ſemper vacabat, rariſſimè ab ipſa Eccleſia recedendo, fatiſcenteſque artus impaſſibili alicui fortiſſimo juventute florenti exercitio frugilitatis & vigiliarum decoquendo: cœleſti tamen privilegio, patenti ſignorum indicio inſignitum, in honore & nomine glorioſi Archangeli Michaëlis conſecratum, quod incula primùm in quo reſidebat montis vertice reliquerat Templum, ita indocibilis ardoris amore complectebatur, fratrumque illi ſincerè Deo militantium caritatis ſtudio condelectabatur, ut ſæpenumero, non alicujus ſonipedis, vel aſini uſus vehiculo, ſed pedeſtris ſitibundo bonæ voluntatis contentus ſolatio, perfacilè difficiles binorum montium aſcenſus vel deſcenſus tranſeundo, confrequentaret, & poſt orationem Fratrum, refocillatus ſancta dilectione ad propria ſolitariæ habitationis devitato otio properè remearet. Et quo ferventiori deſiderio melliſluæ ſuæ mentis oculos inceſſanti lacrymarum infuſione irrigando ſe Dei ſervitio mancipabat, tanto acriùs nequiſſimi hoſtis tentatio in monſtruoſo diverſorum animalium portento, murum ſcilicet, vel ranarum, ipſum perſequebatur imperterritum.

Cernebat enimvero illum ſpiritu & Chriſticolarum obſequio attentiùs inſiſtere, cum quibus conflictum ſibi & omnibus ſuis exitiale perenniter detrimentum ab initio dignoſcitur habuiſſe, ideoque illi vehementiùs machinabatur inſidias ſuæ malignitatis prætendere. Miraculorum quoque inſignia quàmplurima per illum oſtendebantur, quorum multa ab incolis ipſius declivii montis ſæpedicti Caprafii uſque hodie referuntur. Dicitur namque Monaſterium Sancti Salvatoris Martyris, aliàs Salutaris ſociorumque ejus apud Taurinum reſtruxiſſe, ſicuti adhuc ipſius Monaſterii Monachi referunt. Et de hoc penes ſe ipſos ſcripta & memoriale ſe habere teſtantur. Quum ergo tot & tantis luciſluis mirabilium ornamentis Sanctiſſimus Domini Confeſſor Johannes polleret; & clementiſſimus & æquiſſimus remunerator ſuum fortiſſimum athletam ſuo indefeſſo labore de ſenili agone jam decertato nobiliter triumphantem, gloria & perpetuali honore donare diſponeret, cœpit æſtuantiùs frigore febricitare, & toto niſu mentis ad Deum inhianter Spiritum dirigere. Videres ſingularem Eremitam in ſimplici cellula alacri animo ad bravium anhelantem, omnino ab humanis deſtitutum, cœleſti Angelorum ſolatio delectari more ſolito, ut quibus aulam orationis non auro vel gemmis renitentem, ſed divina virtute præditam in terris conſtruxerat, illi cum ſociorum agminum tripudio ejus ſanctiſſimam animam ſummi Regis, cui toto corde ſervierat, conſpectibus præſentarent in cœli palatio. Quam à ſeculo migrantem ut alterum Paulum eximium Anachoretam, humanus oculus, ut ejus temporales & familiares ferunt dixiſſe, non potuit reſpicere; miroque modo ab æquiſſimo Deo actum eſt, ut quorum conſpectibus in ſua vita cœleſtium amore ſe ſubtraxerat, illis in mortis ſuæ tranſitu cernendus denegaretur, & Angelorum collegio, quorum inceſſabili ardore æſtuabat, frequentique colloquio & viſitatione perſæpe relevatus fuerat, præſente in ſupremo agone animaretur, & ſpiritus ejus cœlicis excubiis honorificatus velut virtuoſi agoniſtæ ab ipſius Aſtricolis Civibus Domino ſuo gloria & honore perenni remunerandus aſſignaretur. Cujus Sanctum Corpus in eadem Eccleſia glorioſæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, quam conſtruxerat, & in qua jejuniis & continuis vigiliis uſque ad mortem perſeverando XI. Kalendas Decembris in Domino obdormivit, honorificè eſt humatum. Paucis quoque evolutis annorum curriculis ineffabilis Domini pietas dignata eſt ſervum ſuum, cujus eſſet meriti revelare pluribus miraculis glorificatum. Nam quicumque vario febrium incommodo detinebatur, aut alia corporis moleſtia affligebatur, mox, ut ſacrum ejus ſepulcrum plena fide viſitabat, meritis ipſius Sancti Confeſſoris Johannis Archipræſulis priſtina ſanitate reddita, omnique languoris tædio ablato lætus exultans ad propria remeabat. Quibus viſis miraculorum ſignis Abbas Cluſini Cœnobii ſupra memorati Sancti Michaëlis Archangeli, congregato venerabili ejuſdem Monaſterii cœtu, Præfectorum conſilio deliberat, ut Sanctiſſimi Corporis ipſius Sancti Johannis reliquiæ à tumulo proprio elevatæ ſuper altare Sanctæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, ante quod tumulatum fuerat, reponi debeant. Deinde directis ab ipſo Abbate nonnullis illius venerandi Cœnobii Fratribus ad jam dictam Sanctæ Mariæ Eccleſiam in montis econtra ad Arcton vergentis culmine ſitam, Corpus à ſepulcro digna cum reverentia ſuſtollitur, & feretro reconditum, hymnis & laudum jubilationibus ſuper prænotatum altare reponitur.

His diffinitis licet aut pulvere redimitis
Eximiæ vitæ digni titulis Eremitæ,
Præſulis inſignis nec non & decoris benè ſignis,
Sic juvaretur delatio corporis ejus,
Et quæ ſunt geſta miracula jam manifeſta
Ejus per merita cuncto l'opulo veneranda
Huic aſſignentur, laudique ſuæ recitentur.
Amen.

In-

Digitized by Google

Incipit Tractatus (a) ædificationis & conſtructionis Eccleſiæ Sancti Johannis Evangeliſtæ de Ravenna, factæ per ſerenæ memoriæ Gallam Placidiam Auguſtam filiam Theodoſii Auguſti Imperatoris, & ſororem germanam Arcadii & Honorii Imperatorum, amitam Theodoſii Junioris filii Arcadii, & uxorem Conſtantii Imperatoris, & matrem Valentiniani ſimiliter Imperatoris, quem ex Conſtantio ſuſcepit Ravennæ. Et qualiter & quomodo dicta Eccleſia exſtitit Deo dicata, & conſecrata IV. Kalendas Martias per glorioſiſſimum Johannem Chriſti dilectum Apoſtolum, & Evangeliſtam, qui ipſius gratia numquam peccavit, nec peccare potuit. Et in dicta Eccleſia ſe in humana ſpecie præſentavit Beato Barbatiano Chriſti Confeſſori, & Gallæ Placidiæ Reginæ prædictæ myſterium divinum & res divinas peragere ſupradictas. Amen.

In dedicatione Eccleſiæ Sancti Johannis Evangeliſtæ.

DEfuncto (1) Conſtantino patre piiſſimi Valentiniani, (b) patruus (c) ejus Divus Honorius per triginta unum annos in Urbe Roma cum eodem imperare cœpit, qui ut Hiſtoriæ ferunt, à Civibus Romanis interfectus eſt. Soror verò ejus Galla Placidia Auguſta inter impios Cives hac de cauſa ultra morari recuſavit. Timebat enim, ne filio ſuo, quem hereditario jure Regnum manebat (d), patrui noceret invidia, quia unius odium in tota cognatione redundat. Contigit namque multos, non ſuis meritis, ſed aliorum invidia necari, ſicut de Saul progenie Regum narrat Hiſtoria. Prædicta igitur Auguſta uſu pariter & exemplis edocta, præparatam ad hoc claſſem cum filio ſuo Valentiniano, familiaque copioſa ingreſſa, ad partes Italiæ iter intendit. Quò properantes certatim æquora ſecunda ſulcabant aëris ſerenitate pontique planitie pariter exultantes. Dum ergo ad votum cuncta ſuccedunt, & omnium rerum, quæ aptari navigantibus ſolent, ſumma eſſet æqualitas, ex inſperato tempeſtas exorta cœli faciem mariſque confundit. Obviant ſibi invicem venti, & contrariis flatibus æquor exaſperant, aquarum volumina in imis excitant, fluctuſque ſupremos ad ſidera tollunt; diſpergit ſocias naves ſæva tempeſtas, variiſque viis ventorum impetu ferebantur. Cedit nautarum prudentia violentiæ, quaſque nequeunt regere rates, procellæ committunt; ſæviunt venti, maria confuſa turgeſcunt, miſeramque claſſem dum modò ſublevant, modò dimittunt, penè lacerant. Omnis (2) heic quærat, an timuerint homines, ubi omnia interitum minabantur. Nam quum mortem ferre omnes inviti ſuſtineant, ea magìs infeſta eſt, quæ inſperata prævenit. Habet enim quodammodo mortis ſolatium præcurrens anguſtia, in qua ægro licet de pravis actibus pœnitere. Quis ergo mente concipiat, quibus verbis evolvat eorum dolorem, quos de ſuis reatibus miſera torquebat conſcientia? qui ſe mala geſſiſſe meminerant, nec tempus videbant ad pœnitentiam ſupereſſe. Ademit miſeris rationem vis A mœſtitiæ, & elementorum omnium facies ſpem ademerat evadendi. In tanto denique omnium metu Galla Placidia, cui vitæ felicioris integritas fiduciam dabat, ſociam multitudinem hujuſmodi verbis alloquitur: *Video quidem, fratres animos veſtros inſtantis periculi timore turbatos, nimiſque ſenſus veſtros valere, ubi vis ventorum invaluit. Non multum mirandum eſt, ſi in vobis imminens mors rationem debilitat. Tantùm rogo, ut eam omnino non auferat. Mementote, quia vos rationales condidit Deus, qui etiam naturæ Dominus eſt, cujus arbitrio cuncta accidunt, nihilque in creaturis caſibus licet. Probat vos* B *Deus, ut ſciat, ſi diligatis eum, qui neminem tentari patitur ultra quàm poteſt. Ad eum itaque orationem quia merita noſtra non dirigunt, faciamus dilectum ejus Diſcipulum noſtris precibus advocatum. Piis ergo vocibus Beatum Johannem deprecantes, tentemus ejus ſuffragiis mortis ſententiam mitigare. Et ne vos magnitudo periculi faciat deſperare, mementote, quòd Chriſtus turbatum mare uno verbo ſedavit.* Animantur his verbis (3) miſeri, & ſpes evadendi, quæ tota ceciderat, redit. In laudem Dei ligatas timore linguas reſolvunt, hymniſque canoris miſerabiles lacrymæ admiſcentur. Auditur varius ejulatus diſparium nautarum, clamantiumque vocibus procellæ vincitur ſonus. Ipſa denique Auguſta, C cui mens ſanior metum temperabat, Beatum Johannem Evangeliſtam (4) his vocibus interpellat. *O Beate Johannes, quem ſingulari privilegio Chriſtus dilexit, te diligentes adjuva, te invocantes exaudi; ne patiaris heic perire, qui tibi victuri ſunt,* (5) *neque procella obruat, qui ſe tuos cultores profitentur. Sentiant auxilium tuum, qui in te ſpem ſuam poſuerunt; ne tuum nomen ora clamantia pelagus claudat. Sancte Johannes fer opem miſeris, adjuva deſolatos, ne perire ſinas, qui per te* (6) *evadere periculum ſperant. Dilecte Dei* (7) *Apoſtole, non reſpicias merita noſtra, quæ nos magìs accuſant, quàm adjuvant, nec quid pro te egerimus, ſed quid acturi ſumus attende. Denique ego, ut ceterorum vota præteream, ſi mihi tua ope vita ſervatur, dignum Regia honorificentia Templum tuo nomini fabricabo.*

Vix illa loqui deſierat, quòd (8) mox in-

vo-

(a) Ex Eſtenſi Codice hauſi; ſed & addidi varias quaſdam lectiones ex Ravennate Codice MSto depromtas, cujus exemplar ad me miſit humaniſſimus & doctiſſimus Vir P. D. Seraphinus Juſtinianus Monachus Benedictinus Ravennæ nunc degens. *Mur.*

(1) *Cod. Raven.* Conſtantio.

(b) Ex Galla Placidia geniti. *Ex MSto.*

(c) Scilicet Valentinianus frater Gallæ Placidiæ, & Honorii filiorum Theodoſii majoris Auguſti. *Ex MSto.*

(d) Ideſt ſpectabat. *Ex MSto.*

(2) *Cod. Raven.* Quis hic quærat.

(3) *Cod. Raven.* vocibus.

(4) *Cod. Raven.* his ſermonibus.

(5) *Cod. Raven.* ne eos.

(6) *Cod. Raven.* evadendi.

(7) *Cod. Raven.* Diſcipule.

(8) *Cod. Raven.* & mox.

vocata Beati Johannis adeſt præſentia, qui in ſingulis navibus ſub humana ſpecie latens omnium oculis apparebat. Quem quidem figura hominem, ſed (9) intus ſupra hominem indicabat. Cernunt univerſi, quem mente (10) cernebant, & hunc eſſe Johannem, quem invocant, ſua cuique conſcientia perſuadebat. Cunctis ergo ſtupentibus ille navium ſingularum armamenta erigit atque diſponit, & vela ventorum receptaculis aptans, demum naucleri locum occupavit, ubi ſedens, vento marique ſedato, gubernaculum per ſingulas puppes regere viſus eſt, uſque dum maria felici moderamine pervolarent. Ut autem ab eorum conſpectu diſparuit (11), reducuntur ſuis officiis ſinguli, portumque proximum mirantes pariter lætique ſubintrant. Galla verò Placidia tamdem Ravennam veniens, cum maximo honore ſuſcepta, omnium officiis Civium pro ſua voluntate utebatur. Omnium ſe ſe moribus donans (12) præter Regiam, quam in ea venerabantur, majeſtatem, plus diligi voluit, quàm timeri. Sciens enim ad Regni moderationem nihil plus valere, quàm pacem, ſtuduit ſibi, filioque ſuo Valentiniano Auguſto omnium amicitias comparare. Ravennæ igitur conſiſtens urbem infinitis ſumtibus Eccleſiis & ædificiis ampliavit, ut rerum indicia loci gratiam teſtarentur. Multis itaque conſtructis ibidem Eccleſiis, ad illam tamdem fabricandam, quam voverat, animum dedit; quam ideo diſtuliſſe creditur, quia majorem diligentiam poſtulabat. Deerat enim in urbe ſolidus locus tanto apparatui aptus, nec voluit opus devotum ſuis promiſſionibus impar eſſe. Impatiens ergo moræ majoris, cum ſapientibus habito conſilio, juxta Portam, quæ Arce Meduli vocatur, conſtruendæ Baſilicæ locum elegit. Quò ipſa cum filio ſuo Valentiniano Auguſto veniens, certis terminis deſignavit Eccleſiæ locum, metaſque fundamentorum fixit imperio. Mittitur ad varios apparatus hominum multitudo, pro ut quiſque vel labore, vel arte prævalebat. Pars ad eruenda marmora peregrinos petit montes, pars erutis aptandis inſudat. Aliis opus eſt columnas præparare, alii ſecandis tabulis laborem impendunt. Proſperatur opus in manibus ſingulorum, lætiſque ſucceſſibus quiſque ſua cœpta conſummat. (13) Iterum Auguſta ſudibus Eccleſiæ locum implet, ſuper quos lapidea fundamenta componit. Erat enim paluſtris locus, qui ſua mobilitate ſtructuram lapidum non aliter admittebat; Poſt hæc Reginæ imperio columnas artifices ponunt, quas deſuper (14) arenatis ſinibus conjungentes firmum futuræ molis locum paraverunt. Conſurgit ab iis mirifici operis fabrica, in medio columnas, in extremis ſolidos parietes habens. Paratis igitur cum omni feſtinatione partibus neceſſariis ad decorem Eccleſiæ, artificum multitudo ſe præparat, acceptoque Auguſtæ imperio alii Orientalem Baſilicæ partem nunc (15) vitreo ſimplici, nunc aurato venuſtant; alii ſtrata calce teſſellis marmoreis pavimenta componunt. Jubet Auguſta ubique naufragii ſui præſentari formam, ut quodammodo tota operis facies Reginæ pericula loqueretur. (16) Videris in pavimentum undoſum undique mare, quod quaſi ventis agitatum procelloſæ tempeſtatis gerat imaginem. Frons autem Eccleſiæ, quæ immenſi arcus volumine Orientales reſpicit partes, mirifico apparatu tam Reginæ devotionem, quàm artificis peritiam indicat. Porrò paries ſummus, à quo Eccleſia terminatur, & cancellum incipit, operoſo magiſterio Auguſtæ periculum liberationemque figurat. Habet enim imagines periclitantium in mari navium, perſonarumque ſimilitudinem, quæ mœſto vultu ſuas anguſtias videntur indicare, in quibus navibus pars prima Beati Johannis ſpeciem habet, ordinem, quem priùs diximus, imitantis! Completam denique per ſuas partes Eccleſiam nobilis Auguſta Regia magnificentia dignis muneribus ampliavit. Ob hoc ſolùm anxia, quòd de eo nullam partem haberet, ad cujus honorem condita eſt.

Hac igitur de cauſa continuam mœſtitiam animo gerens, corpus jejuniis, & animam cogitatione vexabat. Quid tamen ageret, neſciebat. Meminit (17) interea nihil de Beati Johannis corpore ſupereſſe, nec cœleſtia pignora humano ſtudio poſſe deduci. Si inter homines aliqua ejus pars haberetur, poterat ut totius orbis Domina ſua vota vel vi, vel gratia adimplere. Cœleſtes verò theſauros ſciebat ſuo imperio non ſubjacere, ſoliſque votis aſſequi poſſe, quod poteſtate non poterat. Tamdem Beatum Virum Barbatianum ſecreti ſui conſcium fecit, ab eo conſilium quærens, ſi quomodo, quod cupiebat poſſet perducere ad effectum. Vir autem profundi conſilii, rem ſecum conſiderans, vidit eam omnino humanas vires excedere, omnemque diligentiam fruſtra impendi, & (18) ibi ſolo miraculo res effici potuit. Devotionem tamen Auguſtæ perpendens, ſpeque de divina bonitate concepta, nihil impoſſibile ſinceræ fidei exiſtimavit, quin potiùs firmè credentibus rerum naturam contra ſolitum ordinem famulari. Meminit fidei (19) Abrahæ filium ſacrificanti hoſtiam cœlitus miſſam, ut verum fieret, quod prædixerat filio ſuo Iſaac. *Deus*, inquit, *providebit ſibi hoſtiam, fili mi*. Meminit per fidem ad imperium Joſue Solem præter ſolitum ſtetiſſe, ne hoſtes Domini à cæde caligo noctis eriperet. Quid mirum, ſi putavit, pia vota dignis ſucceſſibus promoveri? aut quid devotioni impoſſibile crederet, quum etiam ſacrilega voluntas ſæpè, quod intendit, obtineat? Legitur enim in Libro Regnorum ad Pythoniſſæ vocem anguſtianti Regi exhibitus Samuel, quem olim defunctum infernalia loca tenebant. Quomodo non potiùs crederet, piis precibus Deum moveri, ut devotæ Reginæ Beati Johannis præſentiam cœlitus exhiberet? Hoc ergo conſilium Auguſtæ venerabile dedit: precibus & operibus piis intenta apud Deum ageret, ut ſua deſideria adimpleret. Solitam ergo devotionem frequentibus vigiliis cumulavit, & in præfata Baſilica in oratione ſæpiùs pernoctabat. Mota tamdem ſupplicatione divinitas, ejus deſiderio tali ordine dedit effectum. Nocte quadam dum Auguſta in Eccleſia, quam condiderat, cum Beato Barbatiano vigiliis orando celebraret, contigit utroſque levi ſomno detineri.

Quum-

(9) *Cod. Raven.* virtus.
(10) *Cod. Raven.* tenebant.
(11) *Cod. Raven.* redeunt.
(12) *Cod. Raven.* propter.
(13) *Cod. Raven.* Interim.
(14) *Cod. Raven.* arcuatis.
(15) *Cod. Raven.* vitro.
(16) *Cod. Raven.* Videas in pavimentis.
(17) *Cod. Raven.* in terris.
(18) *Cod. Raven.* ubi.
(19) *Cod. Raven.* fidei merito.

Digitized by Google

Quumque Beatus Barbatianus tali modo quiesceret, ut nec firmiter dormiret, nec plenè vigilaret, apparuit vir thura Domino per Ecclesiam mittens, forma decorus, & vultu splendidus, cujus facies Angelicam præferebat gratiam, & niveum indumenta candorem. Expergefactus existimavit se visum videre, nec plenè rem ita gestam credidit, donec apertis oculis eamdem cerneret. Firma igitur fide suspensis vestigiis locum petiit, ubi Augusta quiescebat, quam leviter tangens, imponit ut vigilet. Erectæ autem & somno solutæ personam, quam vidit, digito monstrat. *En*, inquit, *præsens est, quem in cœlo positum exorabas. En vota tua Deus implevit. Tu tamdem age, quod videbitur*. Augusta verò ut erat desiderio flagrans, festino gradu se illò contulit, ubi inter magnos fulgores Beatus Johannes apparuit, cujus conspectu se toto corpore prosternens, pedi ejus dextro manus injecit. Ubi quamdiu ipse passus est, jacens, vota sua occulta devotione fatebatur. Ut autem illi sic libuit, ab oculis ejus evanescens est delatus in cœlum, Augustæ manibus dextri pedis sandaliam (*) dimittens. Illa verò voti compos, læto animo se à pavimento erexit, Beati Apostoli pignus in manibus ferens, laudans Deum & glorificans, qui suis desideriis satisfacere dignatus est. Mane autem facto rem gestam filio suo Valentiniano Augusto referens, gaudii sui illum socium habuit, quòd cœlestes reliquias possideret. Fama velox per urbem totam insonuit. Cives cuncti lætis vultibus Augustæ gaudiis consonabant. Fit universis una lætitia, variisque modis interna exultatio exteriore habitu declaratur. Perpetuis titulis hujus miraculi dies notatur, & Quarto Kalendas Martias per succedentia tempora æterno ritu jussus est celebrari. Ipsa etiam Ecclesia ab Apostolo dedicata, humanis officiis perhibita est consecrari. Ad fidem verò dedicationis Apostolicæ, in altari principali utrumque signum Crucis apparet, tamquam deductæ ibi manus usque hodie speciem tenens. Prædicta verò sandalia, præsente Augusta, & filio ejus Valentiniano Augusto, per Beatum Petrum tunc Ravennæ Pontificem, Sanctumque Barbatianum in Ecclesia Beati Johannis reposita est. Locum autem ideo voluit ignorari, ut occultum thesaurum nullus qualibet occasione posset eripere.

Omni veneratione digniſſimum locum, qui tantum thesaurum à Domino meruit continere! O Basilicam sempiterno colendam honore, in qua cœlestia pignora requiescunt! Quantam apud Deum loci hujus gratiam esse putamus, qui dilectum Discipulum in humana specie repræsentavit, cujus etiam corpore indignus visus est mundus? Creditur enim Beatæ Virgini etiam corporaliter adhærere, cui eam Christus moriens commendavit. Sepulcra enim amborum apud homines sunt, sed corpora sive in terris sint, sive non sint, ab hominibus nesciuntur. Quòd si Heliam & Enoch in Paradiso esse fides nostra veraciter credit, quanto magis istos terris Christus eripuit, de quibus Mariam matrem elegit, & Johannem adoptione fratrem, & spirituali dilectione filium habuit? *Mulier*, inquit, *ecce filius tuus*. Ecce qui Mariæ filius dicitur, consequenter Mariæ filio frater est. Nec nos moveat, quòd

(*) Nos appellaremus *una pianella*. Mirum sanè, sed ita mirum, ut difficilè fidem adjungas. Erant & olim vera miracula, Reliquiæ veræ; sed fictis etiam pascebatur interdum Populi devotio. *Mur.*

A alios suæ carnis habuit patres, quum spiritualis generatio corporea non minor est, sed occultior. Longè autem melior est, qua homo Christo nascitur, quàm ea, qua nascitur mundo: quia ista dubios habet eventus, illa suos perpetua felicitate coronat. Videtis ergo, fratres, quàm dignos mores, quàmque integram vitam talis locus exposcat, qui etiam dignus visus est, ut Sancti Johannis præsentiam contineret. Verumtamen nolite putare, quòd possit ei prodesse loci gratia, cui vitæ sanctitas deest. Nam si locus beatitudinem daret, multo magis ille, qui Dei Filio colebatur; unde Dominus Samaritanæ dixit: *Venient dies, dicit Dominus, quando neque in monte hoc*, & B reliqua. Quare dixit *neque in monte hoc, neque in Hierosolymis?* ut erroris occasionem præcideret. Non enim firma est fides, quæ Deum quærit in loco. Mementote, quòd in Machabæorum Libro scriptum est, *non propter locum gentem, sed propter gentem locum Dominus elegit*. Non enim locus sacer habitatores sanctos efficit, sed requirit. Multo melius malum habenti propositum ubivis vitam agere, quàm sua iniquitate à locis sanctis divinam alienare gratiam. Tolerabiliùs enim punietur, qui sibi soli obest, quàm qui multos suo exemplo facit delinquere. Sed quum utrumque ad æternam pœnam deducat, nullumque habeat, qui miser est, ex aliorum felicitate solatium, ex bono freno (20) duplicemus mercedem, ut lumbis præcinctis lucernas in manibus habeamus. Bona est vita, cui utraque est virtus. Ea verò bonum efficit, sed non prodit, tutior est & inde melior. Fateor quidem magistram esse virtutem, laude dignam vitam agere, laudibus non attolli; sed eam magis amplector, quæ periculum nullum habet, quàm eam quæ periculo proxima est. Satis felix est, cui in cœlo vel ultimus patet locus; & æquè improbus, qui spe majoris beatitudinis, seu Dei, certa omittit. Agite ergo, fratres, dignis moribus, loci sancti gratiam cumulate, quæ nociva sunt fugientes, quæ salutaria imitantes. Subeat vos gehennæ metus, & cœlestis patriæ amor, & quæ vos sempiterna miseria vel honor manet. Studeat quisque alterius odio, alterius amori adhærere, quia sicut duobus Dominis serviri non potest, sic qui gehennæ opera agit, cœli gaudiis minimè perfruetur. Quum ergo, fratres, huic vitæ æterna vel pœna, vel beatitudo succedat, infeliciſſimus est qui heic ad modicum labores recusat, ut sinè fine requiescat in gloria. Denique nihil à nobis Deus nisi honestatem requirit, quæ etiamsi non aliud haberet præmium, propter se ipsam est appetenda. Quum autem & præsentia bona conferat, & futura acquirat, quàm miser est qui eam deserere non erubescit, ut hominibus vilis sit, & odibilis Deo? Ergo, fratres mei, quid agere debeatis, paucis admoniti, conversationem vestram dignis Deo moribus exhibete, sinè querela ante Deum & homines incedendo, in sanctitate & justitia vivendo, ut vitam beatam secura mors claudat, sitque nobis exitus vitæ introitus gloriæ sempiternæ ad Patrem Deum per Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen.

C D E

Item

(20) *Cod. Raven.* fraterno.

Digitized by Google

Item de Dedicatione Eccleſiæ Sancti Johannis Evangeliſtæ.

DEfuncto Conſtantio Patre piiſſimi Valentiniani, cujus mater erat Galla Placidia, patruus ejus Divus Honorius, per triginta unum annos in urbe Roma cum eodem imperare cœpit. Non poſt multum rixati Romulei Honorium interfecerunt ut ſtolidi. Galla Placidia verò Auguſta, ut cognati (21) necem vidit, minimè habiƈtaculum Romæ ultra cupivit. Timuerat denique, ne ejus unicus eò modo ab iiſdem iniquè necaretur; ideoque Gorgonico ſinu exeuntes drogmones (22) thalaſſanos parari fecerunt, in quibus egreſſi per æquoreas undas ad Romagnæ litora tendere iter vehementer cœperunt. Sed cum cheridinoſa loca (23) tranſirent, optabant nautæ Eridaneum Ravennæ Portum ſuffarcinatis velis vento tenêre. Mare quidem ſcatebrans præ magnitudine venti, & tempeſtate graves produxit fluƈtuantes procellas. Univerſi autem, qui in navibus tunc fuerant, nimio terrore perculſi, valde putabantur profundiſſimum in Pelagum mergi. Quod denique nobilis Auguſta proſpiciens, ad cunƈtos paradigma contulit; dicens: *Cariſſimi Fratres, timere nolite, ſed magis Chriſti dilecƈtum Amicum, & Diſcipulum Johannem ex profunditate cordium mecum proclamate, quatenus valeamus ipſius invenire levamen*. Carinarum itaque falanges tunc, quæ aderant, magnis vocibus, laxiſque fibris ſic inchoarunt celeumata. *O Sancte Apoſtole Chriſto dilecƈtiſſime, ſuccurre nobis miſeris in his procellis nimiis. Johannes tu Theologe, erue nos à Pelago; qui ſuſcitaſti mortuos, proſperare nunc ſervulos.* Auguſta ait ejulans: *te ſolum privilegio dilexit Chriſtus Dominus; commendat Matrem Virginem pendens in Crucis ſtipite. Præbe modo auxilium in grave hoc periculum. Aulam tibi nitidam Ravenna in urbe faciam, longam, & latiſſimam, magnam, & digniſſimam, quæ valde condeceat in tuo ſancto nomine*. Diu orantes denique Auguſta, & Nautæ, eminus, ad ſuffragium utriuſque navibus Sanctus Evangeliſta apparuit Johannes, quì antennas, ac vela dirigens arte, omniumque gubernaculum propriis arripiens manibus, per pontum cunƈtas fecit diſcurrere. In cunƈtis videbatur ſedens, & uſque ad Illyricum perduxit Adriæ Portum ſalutatorium. Hic per optatum fluvium, qui eſt conjunƈtus, ad arganum traxerunt naves inreſtibus. Quem tranſmeatum veloci curſu ad ripæ latus adhæſerunt honore ſummo. In hac igitur erecƈtione (24) loco eodem, ubi Auguſta exiit Baſilicam fabricare cœpit ſub honore Beati Baſilii Pontificis. Qua verò dicata, paratis drogmonibus, præcipiente Regina, quantocius per ſcatebra diſcurrebant potamina, motuſque tales agentes Ravennam dilecƈtam pervenerunt ad urbem. Ingreſſa namque in eamdem præfata Auguſta, à cunƈtis Civibus nimio eſt cum honore ſuſcepta. Ut autem cognovit Provinciæ hujus qualitatem, ſtatuit ſe unà cum filio ſuo Valentiniano ad amorem Civium deſtinare, nec non multa Sancta Oratoria, & Palatia diverſorum modorum fabricare, ut hæc poſt Romam ſuper ejus regiones, & omnia Oppida, & Caſtra Archayſatum teneret. Tunc rememorata, quòd de marinis procellis per dilecƈtum Domini Apoſtolum, ſcilicet Johannem, fuerat liberata, votum, quod voverat, ubi perficeret, locum perquirens anhelo ſpiritu ſatagebat, ſed nequiverat latiùs, ut volebat. Cùmque multos ex hoc diſcuteret, (25) eſt namque juxta Aureliani Patrimonium locus Paludis ferè regione Auſcuum (26), nec non Romuleæ Ravennæ (27), quo circulus in Porta, quæ Arce-Meduli vocatur. Illic, ſi placet, poteris implere votum prolatum. Nobilis Auguſta Galla Placidia, ut hæc audivit, ad præfatum locum, unà cum filio ſuo Placido Valentiniano diligenter pervênit, quem omni deſiderio quum intuita fuiſſet, illico per regiones, & Provincias ad ſecandos rudes præconiſſos, & ad fabricandos latêres, villicos, & comites miſit. Qui igitur cuncta ſibi juſſa implentes, cum omni apparatu gaudentes feſtinanter repedarunt ad urbem. At ubi hoc compertum fuiſſet Reginæ, juſſit namque celeriter fundamentum fieri Baſilicæ primæ. Quo denique cœpto lignorum trabibus uſa eſt, ut munitio reſtaret (28) ſuper eum in altis, firmiſque mœnibus.

Expletis circumquaque omnibus, quippe per columnas XXIV. cum ſuis baſibus tiburtinis, atque lapideis, nec non & capitellis, & liliis, atque anaglipha, ſuper quæ miros & decoros fundavit arcus, muros quoque cum feneſtris totidem. In Oriente quoque abſidam ſuper duas miræ magnitudinis columnas poſuit; quas thecis argenteis decenter teguit. Deſuper denique pinnam arcuatam ſtatuit, quam mirabiliter ex vitro auroque muſivit, ibique in muſivo Majeſtas Domini exarata nunc videtur, quaſi porrigens Libellum dilecto Diſcipulo, ut in Apocalypſi ſua legitur, dicens: *Accipe Librum, & devora illum*. Sub cujus pedibus in Libro (29) dicitur: *Sanctus Johannes Evangeliſta*. Hinc inde mare vitreum duabus cum navibus aſpicitur, in quibus Sancti Johannis apparet gubernaculum, & undique ex eodem metallo in modum arboris videntur Palmarum, & aliarum, ſub quibus in junƈtura præfati arcus ita invenimus adſignatos verſus, verùm tantùm ſuper capita Imperatorum Divorum, ideſt, Conſtantii, Archadii, Valentiniani, & ceterorum: *Amore Chriſti nobilis, & Filius tonitrui Sanctus Johannes arcana vidit. Galla Placidia Auguſta pro ſe, & bis omnibus hoc votum ſolvit*. Cryptæ verò abſidæ reſidens per feneſtras lapideis albis columnellis politis monſtratur, quæ muſivo apparatu valde perluſtrans decoratur. In medio videlicet denominatæ abſidæ imago Domini pulcherrima Salvatoris nimium rutilat per totam Eccleſiam, cui in Mundo nulla reperitur ſimilima, quia tota videtur inter Cœleſtes Libros Apoſtolorum duodecim eſſe clariſſima; & quicumque incedens per jam dicƈtam Baſilicam procul ab illa ubique miratur. Sub cujus igitur pedibus ſcriptum ſic reperies in abſidæ circuitu: *Sancto ac Beatiſſimo Apoſtolo Johanni Evangeliſtæ, Galla Placidia Auguſta cum Filio ſuo Placido Valentiniano Au-*

(21) *Cod. Raven.* fratris.
(22) *Cod. Raven.* Drogmonæi.
(23) *Cod. Raven.* loca rates.
(24) *Cod. Raven.* ereptione.
(25) *Cod. Raven.* diſcuteret, apparuerunt, qui diſcerent.
(26) *Cod. Raven.* Auſcutum.
(27) *Cod. Raven.* Ravennæque arcubus in &c.
(28) *Cod. Raven.* crederet.
(29) *Cod. Raven.* in literis.

Digitized by Google

Auguſto, & Filia ſua (30) *Grata Honoria Auguſta liberationis periculum maris votum ſolvent*. Et in Septentrionalem partem Evangelium ſecundùm Lucam. Inde ſuper caput Archiepiſcopi Primi Petri Senioris Ravennatis, cujus effigies poſt tergum Pontificis ſuper Cathedram Syra facta, & ad Altare infulatus quaſi Miſſam cantans eſt terribilis manus (31) vultu mirabilis proſpiciens Angelus, ac ſi ejus orationem recipiens offerat Domino, & ſuper capita Auguſtorum in circuitu ſic legitur: *Confirmà hoc Deus, quod operatus es in nobis à Templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem. Tibi offerent Reges munera*. Sub quarum perſonis in circuitu conſtat mirificum politorum porfyreticorum opus variorum lapidum. Pavimentum itaque concavum ac ſpecuatum in adra (32) marmoreis ordinatum quadratis rotundiſve columnellis ſublibianos (33) latêres; ſupra quos conglutinatio arenæ calcis extenditur, in qua velut lymphæ æquoris ordo teſellum clarè cernitur. Pulpitum verò, & Chorus adornatur variis lapidibus opere machanico, in cujus introitu eſt columnarum coopertarum argento puriſſimo rutilato. (34) Ante Altare denique quatuor ſplendent columnæ argenteæ. Veſtibulum itaque in circuitu aræ videtur marmoreum, pomiſque argentis ſeptum valde firmatis. Altare quoque mirificum cum oſtiolis argenteis, gemmis ornatum, clarè lapidum diverſorum modorum; & in limine ſcriptum reperies: *Sancte Johannes Arca Chriſti, accepta tibi ſit oratio ſervi tui*. Super quod namque tugurium marmoreum decoratur, quod à quatuor argenteis columnis oſtentatur, ſub quo pendent vaſa aurea, & argentea, cum columba ex eodem metallo, in cujus cacumine Crux inter lilia & poma nitet; duæque Tabulæ * antequam cum duàbus Crucibus proræ (35) ſimilibus ab eadem Auguſta ſtatutæ fuere.

Hæc omnia, ut audiſtis, compoſita ſic per ordinem, anguſtiari cœpit Auguſta, quòd de Sancto Apoſtolo nullę inveniebantur Reliquiæ. Cùmque Galla Placidia Auguſta unà cum Filio ſuo Valentiniano Divo Auguſto de hac re diutiùs excogitarent, & nullum à quocumque reperire conſilium quiviſſent, ad Sanctum virum Barbatianum Regalia verba miſerunt, ut ad eos uſque venire dignaretur. Quo namque accerſito conſilium ab eodem poſtulantes, hoc acceperunt, ut vigiliis, & Orationibus Dominum deprecarentur, ut ipſius Sancti Apoſtoli, ac Diſcipuli Chriſtus Reliquias demonſtraret. Quod factum eſt, & aſſiduis pernoctationibus Omnipotentem Dominum deprecãdo minimè diſceſſerunt. Quarto igitur Calendas Martii dum in præfato pernoctaſſent obſequio, completaque fuiſſet oratio, abierunt, ut requieſcerent paululum. Quumque tamquam ſopor ſomni ad Sanctiſſimum Patrem Barbatianum acceſſiſſet, qui nec fortiter erat dormiens, nec pleniùs vigilabat, utique illico in veſte præclara vidit hominem vultu Angelico ambulantem fulgidè, thimiamaterium gerentem manibus, thus incenſum Domino mittendum. Expergefactus verò à ſomno exiſtimabat ſe vidiſſe viſum, quem aſpexit poſtmodum totum ad plenum. Qui dum veraci mente aperuiſſet oculos, & quem priùs intuebatur per ſomnum clarè verèque poſtea ipsâ horâ eum fuiſſet intuitus, ſilenter perrexit, ubi Auguſtæ erat dormitio. Quam autem leniùs contingens, & ut vigilaret monuit. Nempe dum evigilata fuiſſet, Sanctus Barbatianus digito ſuo Virum, quem viderat, monſtravit eidem Auguſtæ, quia & illa in Domino ſemper ſervens erat claro animo: quæ quum intuita fuiſſet Virum illum, quem (36) Sanctus Vir indicabat, extemplo de loco ubi quieverat, ſurgens, & cum gaudio magno ad pedes illius cucurrit, & provoluta jacebat, quem per dextrum pedem apprehendens, ipſumque tenere violenter optabat. Qui ſubitò ab oculis ejus ſublatus eſt, ſed tamen ſandaliam ejus in manibus relinquens, quam in dextro habuerat pede. Quæ ut vidit hoc mirabile myſterium ſuis derelictum manibus, Auguſta vocem elevans, magno cum gaudio laudes eximias ad Chriſtum obtulit Dominum: Et ideo quia de Cœlis meruerat conſequi Reliquias, Deo Omnipotenti dabat Odas digniſſimas. Idcirco Fratres Chriſto reddebant grates, qui in Sanctis mirabilis ſalutem dans omnibus, operatus eſt in tempore, ut facit etiam quotidie. De quo miraculo tunc Auguſtus repletus erat gaudio; gaudebat omnis Populus cum Ravennæ Civibus. In tali enim honore præfata Eccleſia conſecrari meruit Beati Johannis Evangeliſtæ tranſlatione. Letetur ergo urbs Ravenna hodie, quæ fulget magno lumine cœleſtibus Reliquiis Sancti Johannis Apoſtoli. Gaudeat hodie nominata Civitas, quòd magna in eadem dicitur (37) eſſe feſtivitas. Exultet tellus in flore fructuque habili, quòd in Ravenna Metropoli Johannes ſic apparuit. In tali igitur (38) encœnia Orbis omnis jubilabat. Hæc quippe feſtivitas Romagnam omnem conſecrat, quia hæc Dedicatio illius eſt ſalutatio. (39) Celebritas hodierna, quidem (40) dat in illa, cujus eſt Metropolis Ravenna. Tota nobilis poſt Romam, nulla alia fertur in Italia. Reliquiis Cœlorum ejus coruſcat (41) thronum Cœlorum patrociniis; hæc ſuis fulget Soliis. Quæ urbs nominata ſic ab Apoſtolo fit conſecrata. Cujus patrocinatio, illius liberatio; cujus viſitatio, ipſius & tuitio; cujus apparitio, iſtius eſt jubilatio. Tectum hujus Baſilicæ fit dedicatum hodie. Scimus hæc per omnia, quæ narrat nunc Hiſtoria. Turma omnis Politica devotè huc adveniat. Audiant Lithurgiæ Aholotium, (42) quod interpretatur Miſſæ Officium, quatenus mereantur percipere remedium ſuorum facinorum. Fiunt namque hìc eximia Theodulia pro Fidelium Indulgentia; debita quotidie peraguntur Officia ab iis, qui iſtìc militant; (43) per diverſas atque horas ductiles tubæ ibidem ſemper ſonant. In quibus eſt vocatio in momentorum ſpatio. Oratio aſſidua, obſecratio continua, profunda poſtulatio, magna ſacrificatio, & gratiarum actio, per quam fit peccatorum omnium remiſſio, & Vitæ æternæ remuneratio ad laudem hujus Apoſtoli Johannis Beatiſſimi, in ejus Privilegio, qui ſemper

(30) C. R. filia ſua Juſta Grata.
(31) C. R. in cujus vultu.
(32) C. R. in agra.
(33) C R. ſubbibianos.
(34) C R. ructilatio.
(35) C. R. proteſimilibus.
(36) C. R. quem ſibi.
(37) C. R. debet.
(38) C. R. enim.
(39) *Fortaſſe* ſalvatio.
(40) C. R. quietem dat.
(41) C. R. pronum auranorum patrociniis.
(42) C. R. Ælitarum.
(43) C. R. inhabitant.

Digitized by Google

per est cum Domino. (44) Amen. De prædicta namque Sandalia, quæ in manibus prænominatæ Augustæ dignissimæ, sicut audistis, largita est mirificè, verè in eadem Ecclesia præsente Augusto, ac Matre ejus, honestissimè per Beatum Petrum Antistitem hujus Ravennæ, Sanctumque Barbatianum recondita est. Locus tamen adhuc ab omnibus ignoratur penitùs hominibus. Interea plerisque in locis olim præscriptus intuitur Titulus, inquiens: *Beati Apostoli Johannis, & Evangelistæ Sandalia requiescit*. Hoc utpote scilicet verum est, quod notatur; non illis in locis, sed in A Basilica cum plurimis donis. Et quis est, qui possit revelare hoc arcanum pretiosum multum, quod Deus Omnipotens vult manere occultum? Et quod suo idem reposuit in ærario, quis audeat fabulare in proparulo? Quod verè solius Dei est cognitum, cesset nunc enarrare humana conditio. Arcanum, dixi, quod delatum est è regione Patriæ cœlestis, ad quam nos jugiter perducat Christus Dei Filius, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus Altissimus, cujus Nomen sit gloriosum, & benedictum per secula omnium seculorum. Amen.

(44) C. R. Domino, qui regnat in perpetuum. Amen.

Inci-

Digitized by Google

Incipit Tractatus ſanctæ memoriæ Domni Raynaldi (*) natione Mediolanenſis de Domo de Concuretio olim Archiepiſcopi Ravennatis de eadem re.

ANno Urbis conditæ Milleſimo Centeſimo Quinquageſimo Primo. Anno Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti CCCCXLVIII. Theodoſio inclyto Auguſto defuncto, ſucceſſerunt in Imperio ejus liberi, Arcadius in Oriente, Honorius in Occidente, quos genuit Placella; qua defuncta Gallam Valentiniani Majoris filiam, Minoris Valentiniani ſororem, & etiam Gratiani Auguſtorum, in matrimonium duxit, quæ ei Placidiam peperit, cui de Matris nomine Gallæ cognomentum fuit. Qui Gratianus Auguſtus cùm Gothos, & alias Gentes Imperio Romano infeſtas ſentiret; eadem proviſione, qua Nerva olim Auguſtus Trajanum Hiſpanum elegerat, eadem proviſione Theodoſium æquè Virum Hiſpanum, ſororis ſuæ Gallæ maritum tuendæ Reipublicæ cauſa neceſſarium, Annum ætatis tertium & trigeſimum agentem, ſibi in Imperio conſortem elegit. Honorius verò Auguſtus poſt mortem Patris videns Rempublicam à pluribus oppreſſam laborare Tyrannis, Conſtantium Comitem Ducem belli adversùs eos conſtituit, cujus virtute plurimi ſunt proſtrati. Qui quidem Conſtantius ex hoc promeruit nuptias Gallæ Placidiæ dicti Auguſti germanæ. Poſt Honorium apud Ravennam cunctis ſuffragantibus Conſtantium Comitem Virum ſororis ſuæ Placidiæ in Imperio ſibi fecit conſortem, qui nondum mox Menſibus ſeptem exactis Ravennæ obiit Anno Quinto nuptiarum Placidiæ, quo Anno Beatus Hieronymus dormivit in Domino. Anno ultimo Imperii Honorii Placidia Auguſta à fratre Honorio pulſa, cum filiis ſuis Placido Valentiniano, & Honoria, ad Theodoſium fratris ſui Archadii filium in Conſtantinopolim eſt profecta. Porrò Honorius poſtquam cum patre ſuo biennio, cum fratre verò Annis tredecim, & cum fratris filio Theodoſio Annis quindecim imperaverat, furore Populi Romæ occiditur, libera Orbis Republica bene in pace diſpoſita. Cujus corpus in ſepulcro mauſoleo apud Baſilicam Beati Petri Apoſtoli eſt locatum. Theodoſius Junior Archadii filius, ſuperſtes in Imperio Honorio patruo ſuo, ſolus utrumque adminiſtrabat Imperium. Hic Placidum Valentinianum filium Amitæ ſuæ Placidiæ ex Conſtantio Auguſto genitum VI. Calendas Julias Cæſarem fecit, & cum Matre Placidia ad Occidentis Imperium adminiſtrandum miſit jam per alium occupatum. Placidia verò cum filiis Placido Valentiniano, & Honoria, ad Italiam properat. Dum mare navigant, nimiam in eo tempeſtatem in mari Adriatico ſunt paſſi. Vovit autem tunc Placidia pro liberatione tanti diſcriminis incumbentis animabus eorum Beato Johanni Evangeliſtæ ſe Templum conſtructuram Ravennæ. Quo ſtatim voto emiſſo Beatus Johannes Evangeliſta in periculo tempeſtatis præſto fuit ſingulis navibus, & opem liberationis tulit & dedit. Ceterum Placidia, poſtquam cum filio Rempublicam compoſuit, votum, quod Beato Johanni Evangeliſtæ voverat (45), cœpit exſolvere. Conſtruxit itaque in Urbe Ravennæ Monaſterium Beato Johanni Evangeliſtæ, quod opibus ditavit ampliſſimis, Baſilicamque ibi ſpecioſam ædificavit, quæ hodie cernitur. Qua conſtructa quum animo ægra eſſet, quòd nullas Reliquias ex Beato Johanne ibi haberet, Beatum Barbatianum ſuper hoc conſilium habitura vocavit. Hunc, ubi vênit, conſuluit, quonam modo poſſet eſſe compos optati. Vir Dei conſuluit, ut Deo, ac Beato Johanni ſimpliciter preces exponeret, quatenus votis ejus annuerent. Auguſta itaque & Vir Dei Barbatianus jejuniis & orationibus cœperunt inſiſtere, etiam in ea Eccleſia pernoctantes. Dum autem quadam nocte poſt vigilias prolixas modicum ſopori membra dediſſet Vir Dei, per quietem ſomni videbat Virum canicie venerabilem in habitu Pontificali tenentem thuribulum res divinas peragere. Qui expergefactus à ſomno, uti per ſomnium viderat mente, oculis corporeis rem vidit in ſpecie. Tunc Auguſtam ſopori deditam expergefacit, & actutum ad rem viſam adducit. Ad quam Placidia properat, ac ad pedes Apoſtoli Johannis procidens ſandaliam dextri pedis pertractans, preces cœpit exponere. Porrò Beatus Johannes excuſsâ ex pede dextro ſandaliâ ab ejus evanuit oculis. Depoſitum gratiſſimum Auguſta læta ſervavit. Fama celebris eſt etiam, & legi Scripturam, quæ continet, quòd jam dicta ſandalia ſit in muro ejus Eccleſiæ ad partem Orientis incluſa. Audivi Ravennæ commorans ab homine jam longævo (46) Deumaſio natione Mantuano, qui Ravennæ pecuniam fœnebrem credebat vadimonio recepto: quòd apud ſe habuit Crucem argenteam Monaſterii antedicti in pignus. Imago Chriſti argentea, quæ in ea Cruce erat, aliquantulum à ligno erat disjuncta. Intra pectus ejus imaginis membranulam ſcriptam reperiit complicatam, quam, ut in manu habuit, aperuit, atque legit. In ea continebatur, quomodo in muro fornicis ejus Eccleſiæ inter certas Sanctorum Imagines ſandalia reſervabatur, quam Beatus Johannes in monumentum Placidiæ dederat. Complicatâ membranulâ perrexit ad eam Eccleſiam, perquiſivitque Sanctorum Imagines, quæ ſignum rei dabant inſpicere; quibus inſpectis ejus Monaſterii Abbatem quærit, rem per ordinem aperit,

(*) Hic electus eſt Ravennatium Archiepiſcopus Anno 1303. *Mur.*

(45) C. R. præparavit.

(46) C. R. longævo, nomine.

Digitized by Google

rit, ut invenit. Hæc ego (47) iterum ab ipso homine audivi, nam ejus frequenti confabulatione oblectabar; erat enim festivi sermonis. Construxit præterea Placidia Ravennæ juxta habitationem suam Ecclesiam in honorem Sanctæ Crucis Domini, à qua habet & nomen, & formam, in cujus Altari est lapis ex alabastro pernitidus, & in ipsa Ecclesia_ stans, orationibus vacabat prolixiùs. Secus eam Ecclesiam construxit Sacellum miro opere spectosum Beatis Martyribus Nazario & Celso dicatum, in quo tria videntur (48) Augusta mausolea. Horum in maximo corpus Placidiæ per cavum inspicitur in Sede_ Regali residens. In duobus reliquis elegantibus nimis requiescunt corpora Augustorum_, altero Constantii Viri Placidiæ, altero Placidi Valentiniani eorum filii. Perseveravit autem Placidia jugiter cunctis diebus vitæ suæ in_ cultu divino, vacans orationibus, vigiliis, jejuniis, ac ceteris piis operibus usque in terminum vitæ suæ. Obiit autem Ravennæ V. Calendas Decembris, & in Sacello, quod construxerat secus Basilicam Sanctæ Crucis, est sepulta. Felix in vita, quando propinquitate octo (49) Augustorum pollebat. Nam Primus (50) Valentinianus Augustus, ejus fuit Avus maternus Gallæ genitor Valens Augustus fuit Valentiniani germanus. Gratianus etiam, & frater ejus Valentinianus Secundus Augusti, Avunculi fuere Placidiæ. Theodosius Major Augustus inclytus genitor Placidiæ fuit: Ejus filii Archadius, & Honorius Augusti, Placidiæ fuere germani. Theodosius junior Augustus Archadii filius ei fuit Fratruelis propinquus. Constantius Augustus Vir fuit Placidiæ, quæ ex ipso concepit Placidum_ Valentinianum mox Augustum. Felix etiam, quòd ejus filii necem non vidit, quem reliquit superstitem. Deo gratias. Amen.

Reperitur in quadam Chronica de Civitate Ravennæ, sicut infra continetur.

ANno post Diluvium CDLX. Vivebat Eber de progenie Sem filii Noe. Eo tempore Nembroth filius Cus filii Noe, Babylone Turrim construxit. Cujus tempore, ut invenitur in Codice Pontificali Ecclesiæ Ravennæ, condita est Ravenna ante Nativitatem Abrahæ Annis CCCLXXXXII., & ante Romam conditam MDCCLXXXII. Annis, & ante Nativitatem Christi MMCCCCLXXXXVII.

Ædificatio (*) *Civitatis Ravennæ.*

ÆDificata Babylonia, & diversis Linguis Nembroth filius Cus filii Cam cœpit regnare tyrannicè. Tunc alii de filiis Cam fugientes tyrannidem, exposuerunt se mari cum ratibus vasis navigalibus, & constituerunt sibi Regem, cujus nomen erat Pontibus, & intrantes Mare Adriaticum, pervenerunt ad litora_ Volanæ, quod tunc dicebatur Volandriano, & Comachii, & Majavacchæ. Et cupientes Portum, quæsierunt locum habitabilem, qui circumdaretur aquis, & in Portu Volanæ, qui tunc dicebatur Volandriano, reposaverunt duabus hebdomadibus. Et inde recedentes, quæsierunt Paludes umbrosas, & invenerunt locum, qui vocabatur caput aquarum, eo quòd multa flumina illuc confluentia intrabant mare. Et intrantes locum, qui undique circumdabatur aquis; ædificaverunt Civitatem unam, quam vocaverunt Ravennam, & super arenosam terram posuerunt pavimentum, & straverunt fundamenta Civitatis super arenam. Et primò ædificaverunt unam turrim, quam vocaverunt *Umbrosam*, & habuerunt lateres pro saxis, & bitumen pro cæmento. Secundam turrim construxerunt, quam vocaverunt *Collectio Aquæ*, & eam ædificaverunt ad Meridiem juxta Aquas, & fecerunt duas Posterulas. Prima Porta Salustra, Secunda Asianæ. Juxta dictas Portas ædificaverunt muros. Prædicta ædificia construxit quidam valde peritus filius Japis, & valde sapientissimus nimis in Arte Architectoria. In turri prima, quæ vocatur *Umbrosa*, est Leo intercisus, & depictus in lapide in parte dextra. In sinistra habet dicta turris langenam depictam, quæ habet supra se Portam factam de marmore alto; Sub illa langena, ut fertur, antiquitus erant quinque sestaria de nummis aureis. Ædificatis prædictis Turribus, & Portis, cogitabant dicti homines ædificare Civitatem Ravennæ, & divisérunt se filii Cam prædicti in tres partes. Una pars laborabat murum cum propugnaculis. Alia pars faciebat Aquæductum, per quem flumina currerent Civitatem. Tertia pars parabat alimoniam, & duxerunt Alimonem per Fossam, quæ vocatur Trularia. Deinde fecerunt vicum unum, idest contratam Civitatis in Regione, quæ vocatur Herculana, & ibi fecerunt unum Pontem de saxis nigris, qui vocatur Calciatum. Tandem compleverunt Civitatem, cingentes eam muris, & in_ portis propugnaculis. Erat autem inter eos unus magnus, qui dicitur fuisse filius Noe_, quem post Diluvium genuit, qui vocabatur Cromacius. Hic ædificavit Civitatem Cromacensem, que diu fuit in magno statu. Sed illa Civitas submersa est à fluctibus maris. Fuerunt insuper post magnum tempus multa loca ædificata, & multæ Civitates in Romaniola, quæ olim Mercatus Ravennæ dicebatur, sicut Ariminum, Cesena Civitas, Forum Popilienſe, Civitas Livienſis, quæ modò dicitur Forlivium, & Civitas Faventia, Forum_ Sillæ, quæ modò dicitur Imola, Castrum Bononienſe, quod modò est Civitas solemnis, & omnes Civitates de Marchia Anconitana maritimæ. Et floruit Civitas Ravennæ longo tempore. Juxta Ravennam ædificaverunt duas Civitates, quarum una erat contigua Ravennæ, amne solo divisa, quæ vocabatur Cæsarea_, inter Urbem, & mare: In ea ibant mercationes, & habitabant Mercatores; Et erat tunc Cæ-

(47) C. R. ego ita.
(48) C. R. visuntur.
(49) C. R. decem.
(50) C. R. primum Valentinianus major Augustus.
(*) Si fabulas quæris, easque aniles, hæc lege_. Attamen & inter hasce ineptias aliquid veri antiquitas nobis servavit. Erat altera similis & antiquior narratio in MSto Estenſi, sed brevior, & mille erroribus scatens. Illam_ dimisi, hanc retinui, in qua tamen vitiata_ nonnulla reperies ex Librariorum incuria_. *Muratorius*.

Digitized by Google

Cæsarea deserviens Mercatoribus totius Italiæ, sicut modò sunt Venetiæ. Alia Civitas vocabatur Classis mari contigua (1), ubi præparabantur Naves ad sulcandum mare; & ibi erat Portus, habebatque continuè quingentas Naves aptas mari, ad quem Italici descendebant per diversa flumina. Et Ravenna erat Sedes Regni, in qua Barones, & Milites, & Nobiles commorabantur, & ei tota Italia deserviebat usque ad tempora Romanorum. Juxta Ravennam fluebat Eridanus, qui dicitur Padus, & fluebat ab Oriente Civitatis. Ad Aquilonem habebat fluvium, quem vocabant Alimonem, qui ducebat ad Portum Volanum, & vocabatur Volandrianum. A Meridie habebat fluvium, qui conficitur ex duobus descendentibus de montibus transeuntibus propè Forlivium, & vocatur Aquæductus. Ab Oriente erat Porta una, quæ vocabatur Asiana habens ante se Pontem, ubi colebatur Apollo Deus Græcorum; & propè eam erant duæ Posterulæ, ideſt Portæ parvæ. Ab Occidente habebat duas Portas magnas, & duas Posternlas Ab Aquilone habebat duas Posterulas sinè Portis magnis, juxta quas erant diversæ paludes. Elapsis tribus millibus ferè annis ab ædificatione Civitatis Ravennæ à Roma condita DCLXXXXIII. Julius Cæsar quum sibi subjugasset omnes Occiduas Provincias, cum septem legionibus militum vênit Ravennam Nobilissimam Civitatem, & ibi repausaverunt. Mandans tamen Legatos Romam, quòd propter victorias feliciter gestas sibi Romani secundum decernerent Consulatum. Cui contradictum est, & decretum, quòd nullus nuntius Urbis rediens de sua legatione, quantumcumque felici, posset Romam accedere, nisi priùs depositis armis propè Ariminum. Hæc audiens Julius Cæsar ægrè tulit, aspirans ad Imperium, & omnino proposuit ire Romam cum multitudine armata. Unde stans Ravennæ, tamquam potestatem habens, fecit fieri quædam insignia, magnificare se volens. Hic mandavit fieri supra Portam Auream quamdam Portam de auro, & subtus eam domunculam, quæ habebat ostia de auro de Arabia. Item in medio muro supra Portam fecit sculpiri se sedentem in throno aureo in statua de ære, ideſt quod ibi erat de ære Julii Cæsaris, cujus venter erat plenus (2) nummis aureis, & habebat caput de lapide pretioso, & in manu tenebat gemmam pretiosam inextimabilis valoris, quæ refulgebat ut stella matutina; & ante se habebat mille libras de auro purissimo ad pondus Regis. Ex tunc illa Porta vocata est Aurea, quæ priùs dicebatur Asiana. Procedente tempore Tiberius Quartus Imperator post Julium mandavit Ducem Antipoti Regis, qui assumto Jape sapientissimo in Arte Thectorica fecit scribi super Portam Auream quasdam Literas, quas nullus intelligere potuit; & erant scriptæ super caput statuæ Julii Cæsaris. Erat autem scripta talis: *Primo die Maji habebo caput aureum*, cùm tamen statua haberet caput de lapide pretioso. Cùmque diu ejus interpretatio latuisset, & multi conati fuissent intelligere Epigramma, tamdem inventus est unus, nescio qua arte, qui prima Maji oriente Sole respexit, ubi in terra caput statuæ faciebat umbram, & ibi faciens fodi, invênit aurum in magna copia. Item dictus Imperator Tiberius misit duos cæmentarios solemnes, quorum unus vocabatur Nicostratus, & alius Apollonius, qui versùs Portam Auream construxerunt quamdam domum testudinatam ad modum montium contra æstum, & gelu, cujus vestigia apparent usque hodie. Et dicitur quòd Gothi instauraverunt eam in Ecclesiam, quæ usque hodie dicitur Ecclesia Gothica ideſt Ecclesia Gothorum (3). Item dictus Tiberius fecit construi columnam magnam supra quam est statua, habens concam magnam, in qua refulgebant horæ diei per Solem, & horæ noctis per Lunam, & dicebatur columna Solis, quæ est sita prope Ecclesiam Sanctæ Agnetis; quæ columna non multum distat à Porta Asiana. Et circumclusit eam Arte Magica, ut non possit destrui sinè periculo ignis.

Laudatur autem nobilissima Civitas illa Ravenna, cui omnes Aquæ Italiæ gratulanter obediunt, & omnes fontes Montium, & omnes rivi, & omnia flumina in circuitu fluunt. Et etiam à gentibus non exterminabitur, nisi in se ipsa divisa exterminetur. Inter cetera sic fluvius Eridanus est divisus per latissimam foveam, quæ vocatur Asconis, sub Ravenna ab Augusto Imperatore, qui septimam sui alvei partem juxta latus influit Civitatem, ad ostia duobus fluminibus junctis loco, ubi dicitur Arcoris septem. Ad eminentissimum præbet Portum Classis, ubi CCL. Navium, Dione referente, dudum credebantur stationes. Quæ nunc Flavius ait, quòd aliquando fuerit Portus spatiosissimus hortum ostendit Arboribus plenum, * utrum de quibus non pendebant sed poma. Trino siquidem Urbs ipsa vocabulo gloriatur tergeminaque expositione exultat. Ideſt prima Ravenna, ultima Classis, media Cæsarea. Inter Urbem, & Mare plena mollities, & arena minuta vectationibus apta. Verùm ejus vicinitate Gothorum, ut oblivisceturexercitus ad Honorium Imperatorem, qui intus residebat. Sed modò Odovacer genere Rochus Ostrogothorum, Wandalorum, Saracenorum Rex, Erulorumque turba Exercitus, accinctus Italiam invasit. Augustuloque Imperatore de Regno evulso in Luculano Campaniam vênit, castra exilii pœna damnavit, sic quoque ex Imperio Romam, quæ populi habet Principatum. Et septingentesimo nono Urbis Conditæ Anno Ravennam ingressus gratam animo eam in sua suscepit providentia, & gavisus est valde. Et cœpit amplificare muros Civitatis Ravennæ à Turre secunda alveo aquæ ducto usque ad locum, ubi dicitur Arcoras septem super fluvio Padenæ suis expensis, & laboribus propriis. Secundo autem cum cuncta gente æquissimum explevit murum Civitatis, quo usque caput Circo, & Therma. Et constituit Porta Pluviensis euntes,

(1) Hic Textus reprobat, quod habet communis fama, scilicet quod Portus erat, ubi nunc est Candianum, qui ut habetur in Legenda Sancti Severi; sicut enim illa Ecclesia Beati Severi erat in Civitate Classis, & ex isto Textu apparet, quod Civitas Classis erat Mari contigua, & habebat Portum ibi; Candianum autem non est prope, immo valde longinquum, ut videri potest. *Ex MSto*.

(2) Rides hæc legens? Reapse ut risum tibi excuterem, hæc erumpere sivi, sed simul etiam ut noscas, quantopere in fabulas ruerent Majores nostri. Nulla tamen est Civitas, quæ hujusmodi merces ostendere non possit. *Mur.*

(3) Nota, quòd ista Ecclesia Gothica, quæ nunc est in Ravenna, non est de qua facit mentionem, quia istam, quæ nunc est, construxit Theodericus Ostrogothorum Rex sub Anno Domini DXVIII. *Ex MSto*.

Digitized by Google

tes, & redeuntes finè periculo, unde multus Populus egreditur. Ab alio latere à Porta Aſiana quouſque ad Foſſam, quæ dicitur Gothorum, mediaque caſtra delevit à Ponte Apollenaris quouſque ad Monetam auream, quam ex latere fecit. Et fecit Palatium ſuper flumen Padenæ; ibique moratus eſt. Theodericus autem filius Theudimer miſſus à Zenone Imperatore urbem Ravennam cum ſuis exercitibus Patriam obſedit. Odovacer quum audiviſſet, turbatus valde juſſit foſſoribus, & fecerunt alveum Aquæ à litore Maris in loco, qui dicitur Pinetum, quouſque ad Pontem, qui vocatur Marmoreus. Et reverſus Odovacer in Civitatem Ravennæ propter metum Theoderici tulit flumen Padenæ de alveo ſuo ad Pluvienſis, & fecit caſtra in flumine non longè à Puteo pedibus VIII. ſub Palatio. Odovacer implevit ea vaſis aureis, & argenteis, ac de ſtagno, & cupro, & de metallo inextimabili, clauſit etiam bitumine, quæ & ab aquis non confringentur. Foſſoribus XII. qui eam conſtruxerunt, ibi exciſis, molavit aquam in alveo ſuo. Inter multa pericula & bella, quadam die veniens Theodericus cum magno exercitu, quarto urbis milliario armatus advênit, & applicuit in Prata, quæ dicuntur Candiani. Seditque ibi Annis VII. inter multa bella quotidie, contumelias, & incendia provocatus eſt in Civitatem Ravennæ, & poſſeſſionem Civitatis, à Johanne Archiepiſcopo eſt deductus in Civitatem Ravennæ. Mortuus eſt Odovacer à neſcientibus, & fuit pax inter eos. Theodericus tenuit dominium totius Italiæ Annis XL. Nota quòd Tiberius prædictus Anno Chriſti XXXIV. fecit in Ravenna Portam Auream, ut Literæ indicant ibi, quæ ſic dicunt: *Tiberius Claudius Druſi Filius Cæſar Auguſtus Germanicus, Pontifex Maximus, Tribuniciæ Poteſtatis ſecundo, Conſul deſignatus. III. Imperatore tertio, Pater Patriæ dedit.*

Ravenna quo tempore florebat, faciebat equitum Legiones III. Legio enim erat, & eſt. MMMMMMDCLXVI.

Nota, quòd Ravenna à quinque Fluminibus circumdatur, & à Mari, ſcilicet à Pado, ab Alimonne, à Montone, Aquæducto, & Aſapio.

Anno Domini Noſtri Jeſu Chriſti. Odovacer invaſit Italiam, & totam in dominium accepit, expulſis Vicariis, & Magiſtratibus Imperatoris Zenonis, qui tunc erat Conſtantinopoli, & ipſam Italiam pacificè poſſedit Annis XIV., & veniens Ravennam eam ampliavit, & ibi Sedem ſuam poſuit.

Circa Annos Domini DCCXLI. Rex Lombardiæ, Liutprandus nomine, Ravennam obſedit, & Claſſem deſtruxit. Tunc Paulus Patricius miſit gentem extra Ravennam, quæ occideret Sanctum . . . . . Archiepiſcopum, qui tunc erat, intuitu fortè cujus dictus Rex Catholicus invaſerat prædictas Terras; ſed Longobardi, & Tuſci eum potenter defenderunt.

Eo tempore erat Imperator Leo ultimus, qui fuit tempore Papæ Gregorii III. Hic ad ſuggeſtionem Hæreticorum fecit incendi omnes Imagines Sanctorum in Conſtantinopoli, & fecit decretum, quòd ubicumque cremarentur. Tunc dictus Papa in Roma fecit Concilium Generale, ubi fuerunt mille Epiſcopi mitrati, & in eo veneratio Sanctarum Imaginum fuit confirmata. Tunc Ravennates, & Veneti noluerunt obedire Imperatori, & niſi Papa prohibuiſſet, volebant Italici facere alium Imperatorem. Rex autem Liutprandus quaſi totam Marchiam Anconitanam cepit, & Caſtrum Subtrium, quibus Terris dominabantur Romani qui obediebant Imperatori, ſed Subtrium poſt aliquot dies Romanis redditum eſt.

Circa Annos Domini CCCCXIX. Placidia ſoror Honorii Imperatoris Virgo rapitur; ſed Aſtulfus Rex factus Gothorum Placidiam conjugem accepit apud Forum Cornelii, & Gothi in Gallias tranſierunt. Sed dictus Aſtulphus Rex Gothorum maritus Placidiæ à ſuis occiditur. Valla Rex Gothorum facta pace cum Conſtantio Vicario Honorii, Placidiam reſtituit, quam tempore Conſtantinus eam uxorem accepit.

Circa Annos Domini CCCCXXII. Tempore Cœleſtini Papæ die VI. Menſis Julii naſcitur Valentinianus, Conſtantii, & Placidiæ filius, mox Auguſtus. Qui Valentinianus, ut continetur in Pontificali Ravennatis Eccleſiæ, tempore Johannis, qui vidit Angelum, Archiepiſcopi Ravennæ. XIV. Civitates cum ſuis Eccleſiis largitus eſt ejus Archieraticæ poteſtati; & uſque in præſentem diem XIV. Civitates cum Epiſcopis Ravennati Eccleſiæ ſubjectæ. Item decrevit, ut abſque Roma, Ravenna eſſet Caput Italiæ. Placidia ab Honorio pellitur Italia, quæ profecta eſt ad Theodoſium Fratris filium, qui imperabat Conſtantinopoli.

Circa Annos Domini CCCCXXX. Tempore Honorii factus eſt apud Cæſaream Ravennnæ Eccleſia Beati Laurentii ejus impenſis per Honorium, ubi conditum eſt corpus Theodoſii ſui Patris à Lauritio Camerario dicti Honorii. Corpus Eliſæi Prophetæ ibi per Honorium poſitum eſt.

Placidia Auguſta, ut habetur in Pontificali Eccleſiæ Ravennatis, Eccleſiam Sancti Johannis Evangeliſtæ conſtruxit, & Eccleſiam Sanctæ Crucis, & Capellam, in qua ejus, & Filiorum ſuorum Valentiniani, & Honoriæ in ſolemniſſimis, & eminentiſſimis ſepulcris Corpora requieſcunt. Et Singleida ejus neptis requieſcit in Eccleſia Sancti Zachariæ Patris Præcurſoris, & ejus ſepulcrum nobis ignotum eſt.

Circa Annos Domini CCCCXXIX. Hoc tempore per apparitionem Sancti Petri Apoſtoli, & Sancti Apollinaris electus & confirmatus fuit per Sixtum Papam in Antiſtitem Sanctæ Eccleſiæ Ravennatis Beatiſſimus Petrus Ravennas natione, Imolenſi civitate nutritus à Cornelio ipſius Sedis Antiſtite. Qui Petrus multa divinorum Librorum volumina edidit. Cujus Corpus requieſcit in Eccleſia Epiſcopatus Imolenſis.

Circa Annos Domini DXIX. Per hæc tempora, quibus Theodericus Rex Gothorum regnabat in Italia, ipſe fecit conſtrui egregia Opera maximè in Ravenna, ſcilicet Eccleſiam Gothicam, Turrim Palatii, Eccleſiam Sancti Martini in Cœlo Aureo, Eccleſiam Sanctæ Mariæ Rotundæ extra muros, quæ uno lapide tegitur, & equum cum equite æreo-auratum, qui viſitur Papiæ, quem poſtea Carolus Magnus Ravennam abſtulit, ut versùs Franciam deportaret, ſed in itinere Caroli poſtea Papiæ remanſit. Sanctus Johannes, qui vidit Angelum, Archiepiſcopus Ravennæ moritur; ſepultus in Eccleſia Sanctæ Agathæ Martyris Ravennæ Nonis Junii. Cir-

Digitized by Google

Circa Annos Domini DXXVIII. Theodericus Rex rabie ſtimulatus Boëtium Senatorem, quem priùs exilio relegaverat, & Symmachum Patritium, & alios viros Catholicos gladio trucidavit. Johannes verò Papa cum his, cum quibus fuerat profectus, poſtquam rediit Ravennam, ab ipſo carcerali anguſtia perimitur. Sed hanc ipſius crudelitatem animadverſio divina ſecuta eſt. Nam XC. die poſt hoc facinus ſubita morte defunctus eſt; cujus Animam quidam Vir Sanctus Eremita vidit per Johannem Papam, & Symmachum in ollam Vulcani projici. Sepultuſque eſt dictus Theodericus in Mauſoleo, quod ipſe ædificari juſſit extra Portam Anthenonis, quod uſque hodie vocamus ad Factum, ubi eſt Monaſterium Sanctæ Mariæ Rotundæ, quod dicitur ad memoriam Regis Theoderici. Deinde ex ſepulcro ejectus eſt & urna, in qua jacuit, ex porphyretico lapide valde mirabilis ante ipſius Monaſterii aditum poſita eſt, quam ibi cernimus uſque in præſentem diem.

Circa annos Domini DXL. Juſtinianus imperavit. Hic Juſtinianus Anno Imperii ſui XXXI. tempore Pelagii Papæ Ravennæ ædificavit Eccleſias elegantes, ſcilicet Eccleſiam Sancti Vitalis, Eccleſiam Sancti Apollinaris in Claſſe, ambas mirabiles, per Giulianum Argentarium, quibus in Italia nulla ſimilis ædificiis; & expenſa ſunt in ipſa Sancti Vitalis Eccleſia XXVI. millia aureorum ſolidorum. Tempore enim fuit Eccleſii Archiepiſcopi Ravennæ, qui tunc ædificavit Eccleſiam Sanctæ Mariæ Majoris in oppoſito Eccleſiæ ipſius Sancti Vitalis, & ſepultus eſt dictus Eccleſius in Eccleſia Sancti Vitalis. Anno Chriſti DLXII. qui ſedit Annis III. Menſibus VI. & diebus VIII.

Circa Annos Domini DLIII. Tempore Johannis III. Papæ Victor Archiepiſcopus Ravennenſis fecit Ciborium ex argento ſupra Altare Eccleſiæ Urſianæ, in cujus conſtructura poſitum eſt argentum Centies viginti libras juſto pondere. Sepultus eſt in Eccleſia Sancti Vitalis.

Circa annos Domini DLXVI. Angelus Archiepiſcopus Ravennæ in Monaſterio Sancti Georgii conſtruxit * ibidem. Hic fecit fieri Crucem magnam argenteam in Eccleſia Urſiana. Hic in Baſilica Beatæ Martyris Agathæ, unde Levita fuit, & ipſam in titulo habuit, domuſque ejus hærebat ipſius Eccleſiæ, nunc requieſcit in Altare.

Circa Annos Domini DLXXVIII. Eccleſia Sancti Severi extra Ravennam Claſſe ædificata eſt per Petrum Seniorem Archiepiſcopum Ravennæ. Eo etiam tempore Venetiæ à Langobardis ſunt captæ. Et Albuinus Rex Longobardorum occiſus Veronæ inſidiis Roſmundæ Conjugis ſuæ. Qui Petrus Senior Archiepiſcopus Ravennæ hìc ſedit Annis VIII. Menſibus II. diebus XVIII.

Circa Annos Domini DLXXXXVIII. Gregorius Primus Papa Doctor Eccleſiæ. Hujus tempore Marinianus Romanus Archiepiſcopus Ravennæ à dicto Gregorio conſecratur. Propter quem ipſe Gregorius Librum, qui dicitur Paſtoralis, edidit, & ad eum direxit.

Circa annos Domini DCVI. Tempore Foehes Imperatoris floruit Johannes Claſſenſis Archiepiſcopus Ravennenſis, qui ſedit Annis V. Menſibus X. diebus XVIIII.

Circa Annos Domini DCCLXVIII. Tempore Vitaliani Papæ Maurus Archiepiſcopus Ravennæ ſedit Annos XXVIII. Menſibus X. diebus XVIII. Hic Maurus Archiepiſcopus, & Reparatus ejus ſucceſſor, Papæ non obediebant, ſed alter alterum excommunicavit. Iſte Maurus corpus Beati Apollinaris, quod dudum in Artica ipſius Martyris conditum à Maximiano Præſule cum Juliano Argentario fuit, exinde tulit, & in medio Templi collocavit, & ejus Hiſtoriam laminis argenteis infixit. Hic Maurus à Conſtantino IV. Imperatore pallium accepit. Theodorus ſucceſſor dicti Reparati ivit ad Papam Agathonem, & Eccleſiam Ravennenſem, quæ ab Eccleſia Romana ad nihilum tenebatur, ipſe Eccleſiæ Romanæ cautè & malitiosè ſubjugavit contra voluntatem Clericorum. Tum ſub Agapito Papa Anno Domini DCCLXXVIII. Ravennas Eccleſia, quæ diu Sedi Apoſtolicæ rebellis fuerat, ad obedientiam rediit.

Circa Annos Domini DCCXX. Leo Tertius Imperator cum Conſtantino filio ſuo. Iſte obſedit Ravennam, & obtinuit.

Circa Annos Domini DCCLXXXXIII. Tempore hoc Conſtantinus VI. Filius Leonis cum Irene Matre ſua imperavit. Hujus tempore Felix Archiepiſcopus Ravennas, qui à Conſtantino excœcatus fuit, ſedit Annis XVI. Menſibus VIII. diebus XXIIII. Iſti Conſtantino Ariano Ravennæ nares & aures abſciſsæ fuerunt, & de Aula expulſus fuit, & projectus in litore, qui poſtea in ſua reſtauratus eſt Sede, & aures & nares ex obrizo ſibi fecit, & potitus Imperio recolens Populorum iram, jubet truncari Proceros ferro: fit clamor ingens: Ravennæ delicta inventa.

Anno Domini circa DCCCI. Johannes V. Archiepiſcopus Ravennæ XLV. à Sancto Apollinare Archiepiſcopo Primo ſedit. Ejus tempore cecidit Eccleſia Petriana ædificata in Civitate Cæſareæ prope Claſſem à Petro XVIII. Archiepiſcopo Ravennæ, cui nulla ſimilis fuit in longitudine, latitudine, & altitudine, in qua CCC. Altaria fuiſſe dicuntur, & in Regia ipſius Eccleſiæ picta fuit Imago Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti ſimilis illi, quam in ſuæ Incarnationis forma habebat, quando in mundo gentibus prædicabat. Erat enim prædicta Eccleſia non longè ab Eccleſia Sancti Severi ex oppoſito Sanctæ Crucis. Quæ quidem Eccleſia cecidit die Dominico poſt Miſſarum expleta ſolemnia. Hic Archiepiſcopus fecit ædificare Eccleſiam Sancti Georgii, quæ dicitur Sanctus Georgius in Tauro propter victoriam Ravennatum, quam habuerunt cum Græcis, quando aſſediaverunt Ravennam ſub Moneſtrio Capitaneo ſuo, in loco ubi dicitur Coriandri: quod apparet in Pontificali Eccleſiæ Ravennatis; quam Eccleſiam dictus Archiepiſcopus in honore Sancti Georgii conſecravit. Qui locus primò dicebatur Taula. Sepultuſque eſt dictus Archiepiſcopus in Baſilica Sancti Apollinaris in Claſſe.

Circa Annos Domini DCCCX. Carolus Imperator & Rex Franciæ vênit Ravennam. Hic equum æreum qui erat in Ravenna abſtulit, ut in Franciam poneret, qui tamen Papiæ viſitur. Gratioſus Archiepiſcopus Ravennæ, qui prandens in Ravenna cum Carolo prædicto prophetizavit de Ravenna, ut contineatur in Pontificali Ravennæ. Et poſtea à parvo tempore Stephanus Papa IV. veniens de partibus Galliæ vênit Ravennam, qui oſtendit in Eccleſia Urſiana Sandalia Chriſti.

Johannes Papa IX. Circa Annos Domini DCCCLXXXXVIII. Hic ad confirmandam

For-

Digitized by Google

Formosi ordinationem Ravennæ Synodum statuit LXXIV. Episcoporum, ubi Synodus, quam Stephanus Papa fecerat contra Formosum, reprobatur.

Circa Annos Domini DCCCCXIV. Johannes Papa X. fuit. Hic fuit filius Sergii Papæ Archiepiscopus Ravennæ, qui Invasor Ecclesiæ fuit, & ab omni Populo Ravennate depositus est.

Anno Domini MXLIV. Obiit Gebeardus Archiepiscopus Ecclesiæ Ravennæ, & sepultus est in Monasterio Sanctæ Mariæ de Pomposia in Pado veteri Diœcesis Cromatii in capitulo Fratrum ipsius Monasterii sub lapide marmoreo opere mulaico cum istis versibus, videlicet:

Pontificis magni corpus jacet hìc Gebeardi;
Per quem sancta Domus crevit, & iste Locus.
Plurima donavit, qui tali lege ligavit.
Quæ patitur Judas, raptor ut ipse luat.
Christo funde preces, Lector, dic miserere.
Obiit Anno Domini MXLIV.

Iste Pontifex multum donavit & ampliavit dictum Monasterium Pomposianum, & ibi moritur, & sepultus est.

Circa Annos Domini MCLXXXIII. Lucius Papa Tertius natione Tuscus, Moysem Vercellensem Archiepiscopum Ravennæ confirmavit. Cujus corpus requiescit in Ecclesia Ursiana Ravennæ.

Anno Domini MCCV. Fuit tanta fertilitas panis & vini, quòd dabatur veges vini pro quinque solidis, & vix inveniebantur emtores.

Anno Domini MCCXVIII. Die Lunæ primo Mensis Octobris. Capta fuit Ravenna à Petro Traversario, & ab aliis amicis suis.

Anno Domini MCCXXI. Julianus Comes Romandiolæ mortuus fuit Ravennæ.

Anno Domini MCCXXII. Capta fuit Civitas Imolæ à Bononiensibus, & Faëntinis, & omnes fossati ejus explanati fuerunt, & Portæ ejus exportatæ fuerunt ab eisdem, scilicet ad Civitates eorum Bononiam, & Faventiam.

Anno Domini MCCXXV. Moritur in Ravenna Dominus Petrus Traversarius.

Anno Domini MCCXXV. Imperator Fredericus protulit sententiam contra Lombardos.

Anno Domini MCCXXVII. Talis fuit caristia, quod vendebatur starium grani XXX. solidos Ravennæ; & Bononiæ XL. solidos Bononiensis Corbis.

Anno Domini MCCXXXI. Imperator Fredericus intravit Ravennam habendo discordiam cum Lombardis.

Anno Domini MCCXXXIII. Incœpta est Guerra inter Ravennates, & Cesenates die VI. exeunte Junio, & Turris Sancti Stephani destructa est à Faventinis die ultimo Junii prædicti; & capta est Rasanaria, & destructa à Faventinis prædictis. Cervia capta est, sive tradita Episcopo Johanni de Orsarola dolo Cervienſium.

Anno Domini MCCXXXVIII. die quarto intrante Junio Sol obscuratus est parum post nonam, & dies facta est nox, nulla nube apparente, sed apparuerunt stellæ multæ sicut nox. Dies Veneris erat. Et capta est Ravenna à Domino Paulo Traversario, & Amicis ejus, specialiter Bononiensibus, & totam Partem adversam foris ejecit, præter illos, quos in Vassallos recepit. Exinde Mercurii IX. exeunte Junio etiam quos in Vassallos receperat, ejecit, & expulit postea de Civitate, & de Districtu.

Anno MCCXL. die X. intrante Augusto obiit Dominus Paulus Traversarius. Die XV. Augusti obsessa est Ravenna à Friderico Imperatore, & die Mercurii X. eodem Mense exeunte, reddita est ipsa Civitas eidem Domino Imperatori. Qui cùm recepisset Ravennates ad sua mandata, die Dominico sequenti VI. eodem Mense Augusti exeunte ivit cum Conrado Filio suo, & omnibus Exercitibus eorum Faventiam, & eam obsederunt, relicto Ravennæ Nuntio, qui faceret fodi circa Turrim Palatii, & muniri, & reaptari de lapidibus domorum destructarum à Paulo Traversario, & à sua Parte. Et firmata est obsidio circum circa Faventiam, & stetit ibi usque ad diem XIV. intrante Aprili proximo, quo reddita est & se tradidit in manus dicti Imperatoris ipsa Civitas Faventiæ XIV. Indictione.

Anno Domini MCCXLI. Fecit Imperator Fredericus asportari de Ecclesia Sancti Vitalis Ravennæ duas columnas de Onichillo, & puteale Domini Archiepiscopi, & alios lapides, quos voluit de Ravenna apud Ariminum, deinde in Siciliam apud Panormum. Insuper omnes lapides, & lastras marmoreas de Porta Aurea, quæcumque inventæ sunt, ad calcinariam, ac ex eis facta est calcina pro Castris Imperatoris ædificatis in muro circa murum Ravennæ.

Anno Domini MCCXLV. Tanta fuit abundantia panis & vini, quòd sextarium grani ad Starium Imperatorum dabatur pro duobus solidis, & Starium Ravennæ pro XV. denariis, veges verò vini pro XV. solidis, & XX. ad plus, & pauci inveniebantur emtores.

Anno Domini MCCXLVIII. die VIII. intrante Junio. Rediit Dominus Thedericus Archiepiscopus Ravennæ cum omnibus Civibus Ravennæ, qui erant extrinseci; & reversa est Ravenna ad fidelitatem Ecclesiæ.

Anno Domini MCCXLIX. die VI. exeunte Majo. Magnam obtinuerunt Bononienses victoriam, apprehendentes Hencium Regem filium Federici depositi unà cum quibusdam Cremonensibus, & Mutinensibus, & multis aliis cum eo, quos omnes captos duxerunt Bononiam, & eos ibi in vinculis posuerunt.

Anno Domini MCCL. Obiit Dominus Thedericus Archiepiscopus Ravennæ apud Forlivium die Lunæ V. exeunte Decembri, cujus corpus delatum est Ravennam, & sepultum juxta magnas Portas Ecclesiæ in Arca, in qua etiam Dominus Moyses bonæ memoriæ Archiepiscopus exstitit tumulatus. Eodem Anno obiit Dominus Fridericus Secundus die XIII. intrante Decembri, qui vixit Annis LVII.

Anno Domini MCCLIII. Concordati sunt Ravennates inter se, mediantibus bonæ memoriæ Domino Philippo Archiepiscopo Ravennæ, & Domino Petro Priore Portuensi, Trasamundo, & Ambasciatoribus Arimini pro ipso Communi, & qui exiverant Civitatem, ingressi sunt die Mercurii Primo Quadragesimæ majoris V. intrante Martio.

Anno Domini MCCLVI. Philippus Ravennæ Archiepiscopus Legatus Ecclesiæ cum exercitu Cruce-signatorum Paduam malè defensam cepit; & tunc rediens Ecellinus de Romano Veronam dolore, quia amiserat Paduam, XII. millia Paduanos tam igne in Arena Veronæ comburi fecit, quàm horribili fame mori die XVIII. Mensis Junii. Eo Anno, prædi-

Digitized by Google

dictus Archiepiscopus Philippus Legatus Ecclesiæ Brixiæ capitur, & traditur Eccelino, qui eum carcere tenuit.

Anno Domini MCCLVIII. Veneti construxerunt Castrum Sancti Alberti secus Padum Districtus Ravennæ vocatum Marcamò.

Anno Domini MCCLXX. Moritur Dominus Philippus Archiepiscopus Ravennæ. Hic Archiepiscopus ordinavit portare Arcam Sanctorum, quæ est in Ecclesia Ursiana Ravennæ.

Anno Domini MCCLXXV. Ravennæ quoque fuit seditio; & tunc Guido Minor de Polenta ea Urbe potitus est, auxilio Domini Malatestæ de Arimino.

Anno Domini MCCLXXIX. De Mense Madii. Maximi terræmotus in Romandiola fuerunt, nam Monasterium Sancti Ilarii de Galliata submersum est, & multa ædificia in Ravenna, & multi mortui plures quàm mille.

Anno Domini MCCLXXXVIII. Bonifacius Archiepiscopus Ravennæ Ordinis Prædicatorum fecit Concilium in Ravenna super factis Civitatis Acri, quæ capta fuerat à Saracenis, quæ dicitur Acon.

Anno Domini MCCLXXXX. Die XI. Novembris. Dominus Stephanus de Ginazano de Domo de la Colonna de Roma Comes Romandiolæ, Ravennæ capitur à Ravennatibus, & ab ipsis omnibus spoliatur.

Anno Domini MCCLXXXXV. Die ultimo Mensis Junii. Facta est Pax inter Dominum Guidonem Minorem de Polenta, & Traversarios honestos Comites, & alios Nobiles de Ravenna, tempore Domini Petri Archiepiscopi Montis Regalis tunc Comitis Romandiolæ.

Anno Domini MCCLXXXXV. Dominus Bonifacius Archiepiscopus Ravennæ moritur, & sepultus in eminenti sepulcro in Ecclesia Ursiana ante Altare Sanctæ Mariæ Magdalenæ die XXV. Decembris. Sed post parum tempus Opizo creatur Archiepiscopus Ravennæ.

Anno Domini MCCCIII. Venerabilis Pater Dominus Opizo Sanctæ Ravennatis Ecclesiæ Archiepiscopus obiit in Civitate Urbis veteris, qui primò fuerat Episcopus Tripolitanus, & postea Parmensis Episcopus, die Sanctæ Agnetis Mensis Januarii.

Anno Domini MCCCXIV. De Mense Augusti. Constructa est de novo tota Navis Ecclesiæ Ursianæ Ravennatis, tempore Domini Rainaldi de Corrigio Archiepiscopi Ravennæ.

Anno Domini MCCCXXI. Die Martis XVIII. Mensis Augusti Dominus Rainaldus Archiepiscopus ultimum terminum dedit vitæ suæ, & moritur in gloria, & sequenti die sepultus est in Ecclesia Majori Ravennæ.

Hoc tempore Dantes Alegerius moritur Ravennæ, qui post mortem suam floruit de multis Operibus suis, sicut apparet in Comœdia sua, videlicet Infernum, Purgatorium, & Paradisum, & Monarchia. Sepultus est Ravennæ ad locum Fratrum Minorum, ubi apparet cum istis Versibus, videlicet:

Jura Monarchiæ, Superos, Phlegetonta, lacusq;
Lustrando cecini, voluerunt fata quousque.
Sed quia pars cessit melioribus hospita castris,
Auctorem quo suum reddit felicior astris,
Hic claudor Dantes Patriis externus ab oris.
Quem genuit parvi Florentia Mater Amoris.

Anno Domini MCCCXXIII. Dominus Ostasius de Polenta die XX Septembris cum paucis sibi complicibus dominium Civitatis Ravennæ de manibus Domini Rainaldi de Polenta Archidiaconis, & Domini Guidonis Novelli Fratris ipsius Raynaldi, eripuit. Idem Dominus Raynaldus occiditur, ipso Domino Guidone existente Capitaneo Bononiæ.

Eodem Anno die Veneris, scilicet die XVIII. Junii noctis tempore Dominus Guido Novellus de Polenta cum Exulibus Civitatis Ravennæ, & cum Amicis ipsius, quæsitis guarnimentis de Civitate & Comitatu Bononiæ, & aliis equitum, & peditum, & maximè de Civitate Forlivii, equitavit ad Civitatem Ravennatem, faciendo deferri scalas, & scalandarios, ut intrare posset Civitatem, & ipse Dominus Guido, & qui cũ eo erant, invaserunt Burgum Portæ Adrianæ per terram, & Canale dicti Burgi cum aliquibus, qui ad hoc negotium in burcolis venerunt; & hoc modicum ante Auroram diei. Et propter intrinsecos nihil facere potuerunt, sed potiùs sua intentione frustrati per fugam remedium quæsiverunt, ad Civitatem Forlivii redeuntes, relictis scalis, & scalandariis suprascriptis.

Anno Domini MCCCXXIX. die XXIV. Mensis Martii. Dominus Ostasius de Polenta restituit Civitatem Ravennæ Ecclesiæ Romanæ existente Domino Bertrando Episcopo Ostiense Cardinali in Civitate Bononiæ.

Anno Domini MCCCXXXIV. Castrum Ecclesiæ Romanæ construitur in Ravenna per Ravennates.

Anno Domini MCCCXXXIV. Die XXIV. Septembris. Dominus Ostasius, unà cum Domino Lamberto, & Ostasio Fratribus, & Filiis Domini Guidonis Novelli de Polenta intraverunt Ravennam cum maximo honore, & in nocte Sanctæ Luciæ cum dicto Lamberto de Ravenna recesserunt.

Anno Domini MCCCXL. Tractatus fuit in Ravenna contra Dominum Ostasium de Polenta, per Ostasium Filium Domini Guidonis Novelli de Polenta, & Johannem de Polenta, in quo tractatu fuerunt capti X. homines Forlivienses in Sabbato Palmarum, & suspensi die XI. Aprilis. Condemnatio est in Libro Prætorii condemnationis signato per Palmam.

Anno Domini MCCCXLV. Dominus Opizo Marchio Estensis die VII. Septembris, unà cum Domino Ostasio de Polenta, & Giberto de Sancto Vitale, & aliis multis iverunt Mediolanum ad faciendam pacem cum Domino Luchino, & esse suum Compatrem.

Anno Domini MCCCXLVI. Die XV. Mensis Novembris. Sepultus est Nobilissimus Miles Dominus Ostasius de Polenta filius olim Domini Bernardini de Polenta ad Ecclesiam Sancti Petri Majoris Fratrum Minorum in Ravenna cum maximo honore, compositus in uno Lisello in medio Chori ante Legile, ante Altare magnum. Et Bernardinus ejus filius successit in Dominium Civitatis Ravennæ, unà cum Pandulpho & Lamberto ejus fratribus. Amen. Deo Gratias.

Digitized by Google

Infraſcriptæ ſunt Indulgentiæ (*) Eccleſiarum Civitatis, & Diſtrictus Ravennæ, conceſſæ à Beato Gregorio Papa Primo. Videlicet:

IN Primis in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Coſmodim per totum Menſem Maji, Annis IX. & IX. quadragen.

In Eccleſia Sancti Theodori per totum Menſem Maji, Annis XXXIII. & XXXIII. quadragen.

In Eccleſia Sancti Johannis Evangeliſtæ à die VIII. Maji, uſque in finem dicti Menſis, Annis CCC. & CCC. quadragen.

In dicta Eccleſia III. die ante exitum Februarii cuilibet perſonæ confeſſæ, & contritæ. Culpæ, & Pœnæ.

In Eccleſia Sancti Apollinaris inter Urbem Ravennæ omni die Menſis Maji, Annis X. & X. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Apollinaris Novi per totum Menſem Maji, Annis VIII. & VIII. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctæ Claræ per totum Menſem Maji, Annis XIV. & XIV. quadragen.

Item in dicta Eccleſia ad Altare Sancti Juliani per totum Menſem Maji, Annum unum.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Tamara per totum Menſem Maji, Annis XIV. & XIV. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctæ Catharinæ per totum Menſem Maji, Annis CCC. & CCC. quadragen.

Item per totum aliud tempus, Annis XIV. & XIV. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctæ Agathæ per totum Menſem Maji, Annis XV.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris per totum Menſem Maji, Annis VII. & VII. quadragen.

Item in Eccleſia Beatæ Euphemiæ, Annum I. Peccatorum Mortalium.

Item in dicta Eccleſia ad Altare Baptiſmatis, Annis CCC.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Celoſeos per totum Menſem Maji, Annum unum.

Item in Eccleſia Beati Blaſii in Ortale Burgi Portæ Anaſtaſii per totum Menſem Maji, Annis XXVI.

Item in Eccleſia Sancti Victoris per totum Menſem Maji, Annis XV.

Item in Eccleſia Sanctæ Crucis primo die Maji per totum Menſem, Annis XVI. & per totum Menſem XL. diebus.

Item in Eccleſia Sancti Barbatiani per totum Menſem Maji, Annis XIV.

Item in Capella Reginæ Gallæ Placidiæ, Annis VIII.

Item in Eccleſia Beati Laurentii in Poſterula per totum Menſem Maji, Annis VII. & VII. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Apollinaris in Veclo per totum Menſem Maji, Annis III. & III. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Michaëlis in Affraciſco per totum Majum, Annis III. & III. quadragen.

Item in Eccleſia Beati Petri Majoris per totum Menſem Maji, Annis VII. & VII. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Georgii in Arco per totum Menſem Maji, Annis C. & C. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Capadello per totum Menſem Maji, Annorum C. & C. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Nicolai per totum Menſem Maji, Annis XXII. & XXII. quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Johannis in fontibus per totum Menſem Maji Annis VIII.

Item in Eccleſia Sancti Zachariæ per totum Menſem Maji, Annis C. & C. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ de Barbariis per totum Menſem Maji, Annis V.

Item in Eccleſia Sancti Mamelini propè murum per totum Menſem Maji, Annis XXIV.

Item in Eccleſia Sancti Johannis Baptiſtæ per totum Menſem Maji, Annis D.

Item in Eccleſia Majori ad Altare Beatæ Virginis Mariæ per totum Menſem Maji, Annis X.

Item in Eccleſia Sancti Clementis per totum Menſem Maji. Annis IX.

Item in Eccleſia Sanctæ Agnetis in Capella Sancti Pancratii ad Altare Sancti Exuperantii Archiepiſcopi Ravennatis, & ad Altare Sanctæ Eulaliæ, & ad Altare Sancti Thomæ per totum Menſem Maji, Annis XXV.

Item in Eccleſia Sanctæ Juſtinæ per totum Menſem Maji, Anno I. & dies XL.

Item in Eccleſia Sancti Vitalis per totum Menſem Maji, Annis CCC.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Foro à medio Menſe Maji uſque ad finem dicti Menſis, Annis XV. & XV. quadragen.

Item in Eccleſia Sanctorum Johannis, & Pauli per totum Menſem Maji, Anno I.

Item in dicta Eccleſia ad Altare Sancti Apollinaris per totum Menſem Maji, Annis CCC.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ Mojectæ per totum Menſem Maji, Anno I.

Item in Eccleſia Sancti Dominici per totum Menſem Maji, Annis VIII. & VIII quadragen.

Item in Eccleſia Sancti Lucæ de Palatio per totum Menſem Maji, Anno I. & LXXX. diebus.

Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ in Pace per totum Menſem Maji, Annis XIV. & XIV. quadragen.

Item

(*) Quiſquiliæ hæ ſunt, quæ prorſus videbantur omittendæ. Attamen retinendas cenſui, tum ut Ravennatium Templorum ſyllabum heic haberes, tum ut intelligeres, qua ratione, quo tempore, qua parſimonia olim Sacræ Indulgentiæ diſtribuerentur. Ceterum à veritate nimis abhorret, haſce Indulgentias à Gregorio Magno Papa fuiſſe conceſſas. *Mur.*

Digitized by Google

Item in Ecclesia Sancti Laurentii in Cesarei à die XVI. Maji, usque ad finem dicti Mensis, Annis CCC & CCC. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Apollinaris in Classe à die IX. Maji, usque ad diem XII. dicti Mensis, Annis DCCCC. & DCCCC. quadragen.

Item in eadem Ecclesia à die XII. usque ad diem XVII. dicti Mensis, Annis D. & D. quadragen.

Item in eadem Ecclesia à die XVII. Maji usque ad Octavam Sanctorum Simonis & Judæ, Annis CCC.

Item in dicta Ecclesia ad Altare Sancti Gregorii per totum Mensem Maji, Annis XIV.

Item in dicta Ecclesia ad Altare Sancti Petri per totum Mensem Maji, Annis XIV. & XIV. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctorum Nicandri & Marciani per totum Mensem Maji, Anno I. diebus XIII.

Item in Ecclesia Sancti Petri in Androna per totum Mensem Maji, Annis XXVIII.

Item in Ecclesia Sancti Petri de Burgo Portæ Ursicini per totum Mensem Maji cuilibet personæ confessæ, & contritæ de omnibus peccatis suis, est Indulgentia septimum omnium peccatorum.

Item in Ecclesia Sancti Philippi per totum Mensem Maji eadem est Indulgentia, quæ statim proximè dicta est.

Item in Ecclesia Sancti Petri in Eremitario per totum Mensem Maji, Annis CCC.

Item in Ecclesia Sancti Georgii in Tauro extra muros per totum Mensem Maji, Annis L. & L. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Johannis in Marmorato per totum Mensem Maji est Indulgentia unius Anni omnium Peccatorum Mortalium.

Item in Ecclesia Sancti Andreæ à die XV. Maji, usque ad exitum dicti Mensis, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Patriniani per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sanctæ Barbaræ, à die IX. Maji, usque ad finem dicti Mensis, Annis VIII. & VIII. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Stephani de Burgo per totum Mensem Maji, Annis D. & D. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Rotundo omni die Maji, Annis CCC. & CCC. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Mammæ Indulgentia magna.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Padrielle, quæ dicitur Locus Dominæ Mariæ per totum Mensem Maji, Annis VIII. & VIII. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctorum Sergii & Bachi per totum Mensem Maji, Annis XXVIII. & XXVIII. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Horto per totum Mensem Maji, Annis VIII. & VIII. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Simeonis à die XVI. Mensis Maji, usque ad finem dicti Mensis, Annis XVIII.

Item in Ecclesia Majori à die XVI. Mensis Maji usque ad finem dicti Mensis, Annis D. & D. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctæ Agathæ de Mercato per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Luminaria per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Petri in Carceribus per totum Mensem Maji, Annis VII. & VII. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Bartoli de Lungana per totum Mensem Maji, Annis XVIII. & & XVIII. quadragen.

Item in Ecclesia Sancti Johannis in Bezo per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ Sartorum per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. dies (*).

Item in Ecclesia Sancti Vincentii per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Eustachii per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Egidii de Calancho, quæ est in Gaiboli, Annis VII. & VII. quadragen.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Domo Ferrata per totum Mensem Maji, Annis XII.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ, quæ est in Platea Majori pridie Maji, Annis C.

Item in Ecclesia Sancti Michaëlis in Pœnis Indulgentia concessa per Dominum Philippum, olim Archiepiscopum Ravennatem, omnibus ipsam Ecclesiam visitantibus, & manum porrigentibus adjutricem per totum Mensem Maji, Annis III., & diebus III.

Item in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Trimo per totum Mensem Maji, Anno I., & XIV. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Salvatoris per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Item in Ecclesia Sancti Salvatoris ad Altare Sanctorum Simonis & Judæ, quod consecravit Beatus Gregorius, per totum Mensem Maji, Annis XIV.

Item in dicta Ecclesia ad Altare Sancti Petri per totum Mensem Maji, Annis XIV.

Item in Ecclesia Sancti Bartoli de Misericordia propter Consecrationem Altaris, Anno I.

Item in Ecclesia Sanctæ Luciæ per totum Mensem Maji, Anno I. & XL. diebus.

Tempore Jubilæi, & Indulgentiæ Generalis, prædictæ Indulgentiæ usque ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Sartorum fuerunt repertæ à fide dignis personis Civibus Ravennæ in Sacristia Sancti Petri Apostoli in Libris authenticis, prout superiùs per ordinem continetur. Amen.

(*) Hucusque ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Sartorum inclusivè durant Indulgentiæ B. Gregorii. *Ex MSto.*

Digitized by Google

Infraſcripti ſunt Dies, in quibus celebrantur Conſecrationes infraſcriptarum Eccleſiarum, videlicet Ravennatium.

Die XIII. Aprilis. Conſecratio Eccleſiæ Majoris.

Die XXIV. Aprilis. Conſecratio Sancti Johannis Baptiſtæ.

Die ultimo Aprilis. Conſecratio Sanctæ Mariæ in Coſmodim.

Die primo Maji. Conſecratio Sancti Theodori, & Sancti Mammæ, & Sanctorum Nicandri, & Marciani, & Sanctæ Euphemiæ, & Sancti Lucæ, & Sanctorum Philippi, & Jacobi.

Die II. Maji. Conſecratio Sanctæ Agnetis.

Die IV. Maji. Conſecratio Sancti Apollinaris in Vecho, & Sancti Blaſii, & Sanctæ Mariæ in Cepadello.

Die V. Maji. Conſecratio Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris.

Die VI. Maji. Conſecratio Sancti Petri in Carceribus, & Sancti Vincentii.

Die VII. Maji. Conſecratio Sancti Michaëlis in Afratiſco.

Die VIII. Maji. Conſecratio Sancti Bartoli de Lungana, & Sanctæ Mariæ in Rotundo, & Altaris Sancti Blaſii in Eccleſia Sancti Johannis Evangeliſtæ.

Die IX. Maji. Conſecratio Sancti Apollinaris in Claſſe.

Die X. Maji. Conſecratio Sanctæ Barbaræ.

Die XI. Maji. Conſecratio Sancti Zachariæ.

Die XII. Maji. Conſecratio Sancti Petri in Tergogneto.

Die XIII. Maji. Conſecratio Altaris Sanctæ Catherinæ, quod eſt in Eccleſia Sancti Apollinaris in Novo.

Die XIV. Maji. Conſecratio Eccleſiæ Sancti Victoris.

Die XV. Maji. Conſecratio Sancti Andreæ, & Sancti Barbatiani, & Sanctæ Mariæ in Foro.

Die XVII. Maji. Conſecratio Sancti Severi, & Sancti Vitalis.

Die XVIII. Maji. Conſecratio Loci Dominæ Mariæ.

Die ultimo Maji. Conſecratio Sanctæ Mariæ in Trivio.

Die XV. Junii. Conſecratio Sanctorum Johannis, & Pauli.

Die XXIV. Junii. Conſecratio Sancti Georgii in Porticibus intus Ravennam. Amen. Deo Gratias.

Verſus Præpoſiti, & Primicerii Eccleſiæ Ravennæ. Et primò verſus Præpoſiti à latere dextro Chori dictæ Eccleſiæ.

Primo loco Sedes Archi ducta Præſulis aſſit.
Sum poſt Præpoſito rectè conceſſa tenenti.
Sceptra Chori primus Dñi, qui perſonat Arce.
Carmina cum jubilo davitica concrepat uſo.
In Domo Domini quo percutitur Cithara plebi
Laudes dicuntur, grateſque ore feruntur.
Iſte Chori Doctor, Præceptor & officiorum.
Ut vult, & debet, facit hæc, diſponit, & audet
Ad quem Primatus cùm ſit ratione relatus,
Hæc & majora tribuit diſponere plura.

Verſus Primicerii à latere, ſcilicet ſiniſtro Chori.

Anno Milleno Centeno poſt octuageno,
Anno bisbino, quod ponitur ordine quino,
A leva ſocios teneo Domino jubilantes.
Nocte dieque canorũ pariter reſponſa parantes
Prælatus quibus hic Primicerius, à quo
Error Lectorum lapſus demumque notatur
Corripienda ſcias, idemque notata reſervat
Ritè probanda probat Cantorum Cantor & il
Anno me fecit dicto Tuſcuſque Johannes.

Digitized by Google

PRIVILEGIUM CLEMENTIS PAPÆ (*) Conceſſum Archiepiſcopo Ravennati.

CLemens Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Omnibus Sanctæ Eccleſiæ Filiis perpetuam in Chriſto ſalutem. Quòd propulſis de Apoſtolica Sede iis, qui in Ovile Sanctiſſimo Apoſtolorum Principi Petro à Chriſto Domino commendatum non ingreſſi fuere per oſtium, ſed aliunde ſurrepere, utpote fures, & latrones, proſpicientes ſuis commodis potiùs, quàm Gregis utilitati, non eſt noſtris meritis adſcribendum, ſed divinæ benignitati, qui elegit ea, quæ non ſunt tamquam ſint, ut ea, quæ ſunt, evacuentur. De multis autem, quæ in ipſo noſtri Pontificatus primordio acta ſunt in Synodo, quam pro communi utilitate maturavimus, eam circa Nonas Januarii celebrantes, unum, propitiante Domino, nobis conceſſum eſt, illud determinare, quod multotiens ventilatum à retro Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris aut vix, aut nullo fine ſopitum eſt. Iſtud videlicet in Synodo ſedenti jurgium, quod emerſerat inter Ravennatem, & Mediolanenſem Archiepiſcopos, unde etiam in ipſa noſtra Synodo Aquilegienſis Patriarcha muſſitabat: quiſque enim juxta nos dextri lateris locum vendicabat, & cui jure deberetur, nobis incertum erat. Contigit autem primo die Synodi non intereſſe Mediolanenſem Archiepiſcopum à primordio, ſed jam die inclinata cum Patriarcha à dextris noſtris ſederet, interpoſita tamen ſella cariſſimi Filii noſtri Imperatoris Henrici, qui jam advenire putabatur, quia eò loci erat elatus, quaſi Ravennatis Eccleſiæ à ſiniſtris noſtris aſſideret. Quo Mediolanenſe Archiepiſcopo in medium veniente, dextrumque locum petente, hunc acclamatum eſt ab Electo Ravenna te ſibi deberi. Illinc ſimili modo à Patriarcha Aquiligenſe; & ita unius rei altercatio inter tres exorta eſt. Placuit autem univerſæ Synodo trium partium diſſenſionem coram deferri. Statimque prolatus eſt quidam catalogus Nominum eorum Archiepiſcoporum, & ipſorum qui interfuerunt Synodo Symmachi Papæ, ubi præſcriptus erat Mediolanenſis Archiepiſcopus. Quo contra oſtenſum eſt Privilegium Ravennatis Eccleſiæ, continens qua * habet illa in ſcriptis nominum, non aliquo jure, non aliqua rectitudine, ſed potiùs cauſa humilitatis evenerit, quòd ſcilicet Archiepiſcopus Ravennas permiſerit præſcribi ſibi illo termino caſu Archiepiſcopum Mediolanenſem, & ne pro ..... quivis eſſet impoſterum gigneretur, placuiſſe Papæ Johanni Succeſſori illius Symmachi, ipſum Privilegium fieri. Hoc autem propoſito, ut quis eorum videretur eſſe major, quamvis verò dextra Papæ Romani ſemper jure deberetur Archiepiſcopo Ravennati, addendum tamen ei ſoli Imperatori, ſi præſens adeſſet, ut ſic ad ſiniſtram eum tranſmigrare debere. Quibus duorum altercatorum oſtenſis, tertii verò altercatorum, ideſt Patriarchæ, oſtenſum eſt Privilegium à Johanne Nono Decimo Papa factum ſimiliter de ſeſſione ad dexteram partem. His auditis univerſa Synodus interrogata eſt à nobis; primò autem omnium Romani Epiſcopi, Cleruſque Romanus, quibus & auctoritas eſt major, & ipſi res erat notior; deinde ceteri omnes. Cùmque ex ordine Johannes Epiſcopus Portuenſis, & Petrus Diaconus noſtræ Apoſtolicæ Sedis Cancellarius Privilegium Ravennatis Eccleſiæ vice ſua univerſæ partes laudarent, Poppo quoque Briſegenſis Epiſcopus hoc idem fecit, ejuſque vocem tota Synodus conſecuta eſt. Quò igitur in unum placitum vox omnium convenerat, noſter quoque aſſenſus pari ratione accommodatus eſt. Ut verò quod actum eſt omnibus innoteſcat, placuit noſtris Literis Apoſtolicis annotari, & tam præſentibus, quàm futuris intimari, ut tanto firmiùs valeant credi, quanto conſtat de noſtro ore audiri. Verùm ne poſthac iterum vel Archiepiſcopo Mediolanenſi, vel Patriarchæ Aquilegenſi de ſeſſione dextri lateris noſtri liceat exerere quamlibet controverſiam, interdicimus noſtra Apoſtolica auctoritate hoc eis de cetero licere. Quòd ſi fortè fuerit perruptum per temerationem interdictum noſtrum, non modò Sancti Petri noſtræque Sedis indignationem, verùm noſtræ quoque excommunicationis & Anathematis laqueos incurrat. Sedem enim Ravennatis Archiepiſcopi jubemus ſemper eſſe à dextris noſtris noſtrorumque ſucceſſorum ſecundùm antiquæ conſtitutionis auctoritatem, niſi fortè Imperator affuerit; & tunc etiam ipſum ſiniſtram noſtram tenere per hanc noſtræ auctoritatis firmitatem huic noſtræ narrationi ſubjectam per manum Johannis Scriniarii & Notarii ſacri noſtri Palatii. BENE VALETE.

Ego Ubaldus Ravennas Tabellio, & Notarius Sanctæ Ravennatis Eccleſiæ, ut in Authentico vidi, & legi, ita ſcripſi.

Ego Artuſinus, & Bartolinus, & Canulius de Artuſinis vidimus Authenticum Privilegium bullatum cum Bulla Domini Clementis Papæ.

Et ego Paulus Scordili de Candia Doctor Decretorum, Præpoſitus & Canonicus Cardinalis Sanctæ Ravennatis Eccleſiæ illud Privilegium in Authentico vidi, & legi bullatum Bulla plumbea Apoſtolica, ſed non more aliarum Apoſtolicarum Bullarum, Anno Domini N. J. C. MCCCCXIII. Indictione VI. die primo Maji. Amen.

(*) Ideſt Antipapæ, Guiberti videlicet Ravennatis Archiepiſcopi, qui adversùs Gregorium VII. Schiſma teterrimum ſtruxit. *Mur.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX GENERALIS
RERUM ET NOMINUM,
Quæ continentur in hac Secunda Parte Tomi Primi
RERUM ITALICARUM.

A

Abbates in litibus quomodo Sacramentum dare debeant. pag. 92. B.
Per Monasteria hospitale faciant. 101. A.
Ad seculatia judicia non trahantur. 105. C.
Justitiam faciendam curent. 120. B.
Ad Palatium venientes. Ibid.
Res ablatas restituant. 134. B.
Centenarium Comitis Advocatum non habeant. 135. C.
Non crudeles Advocatos. 136. A.
Justitiam faciant ante Comitem. 137. B.
Ad placita Missorum conveniant. 148. C.
Directi Monasteria, & Senodochia circumeant. 159. B.
Res Ecclesiæ inter parentes non dividant. 162. A.
Iisdem duos Advocatos habere liceat. 138. A.
Abbatissa in suo Monasterio resideat. 94. C.
Centenarium Comitis Advocatum non habeat. 135. C.
Habeat Advocatum, & justitiam faciat ante Comitem. 137. B.
Duos etiam Advocatos habere liceat. 138. A.
Abdala Amir Auctor Chronici Arabici. 239.
Abdirramanus Saracenorum Rex in Hispania. 252. C.
Abiaticus nepos ex filio. 177. A. & C.
Abulcasem Rex Saracenorum Genuam Civitatem occupat. 246. B.
Abulphedà Historicus Arabicus. 251. A.
Accipitrem de silva alterius si quis furatus fuerit. 42. D.
In compositione guidrigild accipitri non sit locus. 129. A.
Actionarii Regii. 120. B. & E.
Actor publicus idem ac Procurator Regis. 60. D. & 75. C.
Actor Regis si ex Curte Regia aliquid donarit. 62. B.
Actor Regis si quid per donationem acquisierit. 47. B.
Actorem Regis si quis occiderit. 47. A.
Actores, Causidici. 92 A. & C.
Accubita in Ecclesiis. 299 D.
Accusatores quomodo repellendi. 18. A.
Adam Abbas Sanctæ Trinitatis. 443. A.
Adelasia mater Rogerii I. Siciliæ Regis. 278. C.
Adelberga Abbatissa Monasterii S. Mariæ de Apinianici. 441. D.
Adelbertus Italiæ Rex. Ejus Diploma pro Vulturnensi Cœnobio. 418 B.
Adelbertus Episcopus Brixiensis. 467. C. 468. C.
Adelbertus Abbas Monasterii SS. Lupoli & Zosimi. 500. C.
Adelchis Princeps Beneventanus. 411. A. *Vide* Adelgis.

Ejus Diploma pro Vulturnense Cœnobio. 412. B.
Adelferius Comes. 513. B.
Adelgarda Comitissa. 498. C.
Adelgida Regina. 196. A. *Vide* Adeheleis.
Adelgis Dux Beneventi. 402. E.
Ludovicum II. Augustum capit. 403. A.
Ejus mors. 404. B.
Adelheis Augusta Ottonis II. mater. 169. C. *Vide* Adelgida.
Adelpertus Abbas Casinensis. 418. D.
Ademarus Princeps Salernitanus; Commutatio ab eo facta cum Cœnobio Vulturnense. 393. C. 402. E.
Adenolfus Dux Cajetanus. 513. D.
Adenolfus Archiepiscopus Capuanus. 469. A.
Adeodatus Episcop. Neapolitan. 304. B.
Aderitus Sancti Apollinaris Discipulus. 530. A.
Ejus Vita. 546. E.
Adjuvare hominem in judicio. 106. B.
Adrianus I. Papa. 311. B. & D.
Carolum M. contra Langobardos in Italiam advocat. 183. B.
Adrhamire sacramenta in Palatio 97. B. & E.
Adraldus Vicecomes Palatii. 396. C.
Advena homo si in aliena Judiciaria inventus fuerit. 60. A.
Advenæ & peregrini ad Sanctorum corpora salvi vadant. 120. A.
Adulter cum adultera comprehensus. 148. B.
Sanctimonialis adultera. Ibid. C.
Adulterantem cum uxore sua marito occidere liceat. 33. A.
Adulteria, homicidia, furta non concelentur. 119. A.
Adulterinus si quis appellatus fuerit. 27. A.
Adulterinus filius vivat qualem Legem voluerit. 165. B.
Adulterium liberi hominis cum uxore aliena. 137. B.
De eo Comes cognoscat. Ibid. C.
Adulterium Sanctimonialis. Ibid B. 65. C. 69. B.
Adulterium uxoris suæ si quis consentiens adprobarit. 77. C.
Si cum aldia aut ancilla conjugata. 80. B.
Adunationem facere per sacramentum. 137. C.
Ad malum facere adunationem. 142. C. *Vide* Collecta, & Conspiratio.
Adunationes contra Judicem suum. 87. B.
Advocati præsentent latrones ad placita. 94. C.
Pravi tollantur. 96. C.
Meliores eligantur. 100. C.
Eligendi, quales Lex jubet. 101. A.
Advocati Ecclesiasticorum pro iis juramentum calumniæ præstent. 178. A. & C.
Advocati eligantur ab Episcopis unà cum Comite. 137. C.
Duo Episcopis, & Abbatibus dentur. 138. A.
Advocatos habeant Episcopi. 119.
Laicos, non Clericos. Ibid. D.
Et universi Sacerdotes. 122. B. & E. 149.

Digitized by Google

Qui pro eis pugnam faciant. 171. D. & E.
Advocatum, ſive Advocatorem, ſive Campionem ad pugnam pro ſe cui dare liceat. 173. A. & B. 175. A.
Advocatus Eccleſiaſticorum non ſit Centenarius Comitis. 135. C.
Advocatos bonos habeat Epiſcopus. 136. A.
Æmiliæ Provinciæ pars in Regno Italico. 120. A. & C. 153. E.
Æmiliæ Epiſcopi olim ſubjecti Mediolanenſi Metropolitæ. 207. E.
Ætas legitima Langobardo homini ſit in Anno XIX. 55. D.
Ætas juvenilis aut decrepita à pugna per ſe ſuſcipienda excuſat. 173. A. 175. A.
Ætherius Imperialis Aulæ Magiſter. 359. C.
Agapeti, & Syniſacti. 160. D.
Agareni. *Vide* Saraceni.
Ageltrudis Imperatrix. 410. E. 413. D. & 430. B.
Agiprandus Dux Spoleti. 401. A.
Agnellus Archiep. Ravennas. 535. A.
Agnellus Epiſcopus Neapolitan. 305. B.
Ago Dux Spoletinus. 401. B.
Agrigentinorum prœlia in Saracenos. 246. C. 247. B. 252. A.
Agrippinus Epiſcopus Neapolitanus. 292. C.
Ajeldruda Abbatiſſa Monaſterii in Loco Sano. 384. C.
Ajo Princeps Beneventi. 408. C. 409. B.
Aiſtulfi Langobardorum Regis Diploma pro Monaſterio Nonantulano. 191. E.
Aiſtulfi Regis leges. 89. A.
Aiſtulfi Langobardorum Regis Diploma confictum. 351. E.
Lis ab eo cognita. 394. E.
Aiſtulfus Langobardorum Rex. 183. B.
Civitates juris B. Petri invadit. *Ibid.*
Nonantulani Cœnobii auctor. 187. 189. B.
Aiſtulfus Langobardorum Rex crudelis. 401. B.
Ejus geſta. *Ibid.* C.
Alamannia, illuc dirigere Miſſos Langobardis interdictum. 87. A.
Alamannica Lex in Italiam invecta. 2.
Alba Civitas. 153. A.
Albericus Epiſcopus Marſicanus. 443. E. 465. B.
Albileopa Abbatiſſa Monaſterii in Loco Sano. 374. A. 388. D.
Albingana Civitas. 153. A.
Aldemarus, ſive Adelmarus Comes. 425. B. 450. E.
Aldemarus Comes filius Aldemari Comitis. 501. C.
Aldia, aut ancilla ſi furtum fecerit. 37. B.
Illas appellare Strigas non liceat. 47. C.
Aldiæ alienæ ſi quis violentiam fecerit. 32. A.
Eam ſi quis rapuerit. *Ibid.* B.
Ei non liceat ſervo nubere. 33. D.
Aldiæ filii, ſi aldius ex ea non fecerit mundium, ſint ejus, cujus & mater. 76. C.
Aldiam ſi quis ducere voluerit. 71. A.
Aldiam conjugatam ſi quis adulterio corruperit. 80. B.
Aldii quale hominum genus fuerint. 20. E. 55. D.
Aldii, & ſervi miniſteriales. 22. D.
Si Aldius liberam uxorem duxerit. 33. C.
Si ancillam. *Ibid.* A.
Aldii faciendi forma. 34. A.
Aldius nondum factus amund. 35. D.
Aldii duodecim ſacramentales. 45. A.
Aldii, ſive Aldiones non ſervi, ſed neque plena libertate donati. 71. C.
Aldionem alterius ſi quis per conludium comprehenderit. 72. B.
Aldiones & Aldianæ qua lege vivere debeant. 103. C.
Subtrahentes ſe de publico ſervitio. 105. A.
Aldiones Placentini. 123. B.
Aldiones adhuc obnoxii dominis ſuis. 64. A. & E. *Vide* Aldii.
Si aldius in caſam alterius fugerit. *Ibid.* A.
Aldiorum patroni. 108. A. & D.
De Aldio tribus fiat, ſicut lex habet. 140. C. 148. D.
Iis nova conditio non imponatur. 150. A.
Aldium alterius ſi quis batiderit. 76. A.
Aldium, aut ſervum ſuum in caſa alterius copulatum ſi quis non requiſierit. 81. B.
Si Aldius in Eccleſiam confugerit. *Ibid.* C.
Aldium ſuum ſi quis contenderit eſſe quempiam. 86. B.
Aldium facere per chartam, non autem in Eccleſia. 56. B.
Aldius ſuo patrono obedientiam impendat. 49. A.
Si conventionem fecerit ſinè notitia Domini ſui. 68. C.
Aldius ſi cum libera muliere fornicatus fuerit. 63. B.
Alexander II. Papa. 516. D.
Alexander III. Papa pro Claſſenſi Cœnobio aſſerenda poſſeſſione corporis Sancti Apollinaris laborat. 540. D.
Ejuſdem Papæ literæ. 520. A. & D.
Alexander & Leo Græcorum Imperatores. 410. C. 414. B. & D.
Alfanus Salernitanus Archiepiſcopus. 515. A. 516. A.
Alifenſe Monaſterium puellare. 356. A.
Aligernus Caſinenſis Abbas. 412. D.
Alimon fluvius prope Ravennam. 575. A.
Alkadi Sciohabddin Hiſtoriæ Saracenicæ Auctor. 251. C.
Almœzius Saracenorum in Africa Rex Siciliæ Dominus. 252. C.
Bellum gerit contra Saracenos Hiſpanos. *Ibid.*
Alpes Noricæ. 116 B.
Alpis Cottiæ Epiſcopi olim ſubjecti Metropolitæ Mediolanenſi. 207. E.
Alvara Principiſſa Capuæ uxor Pandulfi Caputferrei. 444. A. 468. E. 475. E.
Amalphitani Saracenos frangunt. 315. B.
Amalguinus Cenetenſis Epiſcopus. 513. C.
Ambroſianæ Bibliothecæ vetuſtiſſimum Kalendarium. 233. 235. A.
Qui illic ſerventur Hiſtorici Arabes. 239.
Ambroſius Miſſus & Capellanus Henrici I. Auguſti. 499. D.
Ambulans intra Provinciam, aut extra, faciſcire per Judicem, aut per Miſſum ſuum. 55. A.
Amicus Vulturnenſis Abbas, poſtea S. R. E. Cardinalis. 517. C.
Amitæ ſuccedant in portione nepotibus, ſi ſoores nepotis defuncti exiſtant. 89. A.
Amulæ offerendæ in Miſſa. 346. C.
Amund, ideſt à ſe extraneus, & liber. 34. 89. B.
Anagriph, ideſt culpa præſumtionis. 30. 76. D. & E.
Anaſtaſii IV. Papæ Epiſtola. 520. E.
Anaſtaſius primus Epiſcopus Diœceſanorum S. Sedis Apoſtolicæ. 191. D.
Anatelon Græcus, Barnabæ Apoſtoli comes Mediolanenſis, & Brixienſis Epiſcopus. 206. C.
Ejus Vita. 207. A.
Ancilla ſi furtum fecerit. 50. C.
Ancillæ alienæ ſi quis in via anteſteterit. 2c
Cum Ancilla gentili ſi quis fornicatus fue
31. A.

Digitized by Google

Si ancilla furtum fecerit. 37. B.
Ancillam si quis comparaverit. 35. C.
Gravidam si quis percusserit. 43. C.
Ancillam alienam Religiosa veste indutam si quis ad uxorem ducat. 69. A.
Aut adulteraverit. *Ibid*. B.
Ancillam alterius si quis tulerit fraudulenter. 78. C.
Ancillam non velari posse, nisi secundùm mensuram. 113. B.
Ancillam alterius si quis servus uxorem tulerit. 70. B.
Suam si quis matrimoniare voluerit. 33. C.
Ancillam si quis servus super uxorem induxerit. 71. A.
Si quis loco pignoris tenuerit, & eam adulteraverit. 72. A.
Ancipitris & spatæ in compositione guidrigild exceptio fiat. 129. A. & E. *Vide* Accipitrem.
Andreas Consul & Dux Neapolis. 314. B.
A Contardo familiari necatur. *Ibid*. D.
Andreas de Isernia J. C. 5.
Angarias facere servi nonnulli debebant. 397. D.
Angellarius Abbas Casinensis. 415. A.
Angelus Boccamazza Episcopus Cathanensis. 277. A.
Animal alicujus si alienum animal occiderit. 43. A.
Si lupus illud occiderit. *Ibid*.
Si animal in flumine mortuum fuerit. *Ibid*. *Vide* Quadrupes. Peculium.
Animalia sua super aliquem reperire. 172. C.
Anna Godeschalci Ducis Beneventani uxor. 394. C.
Annona non nimis caro vendenda. 114. A.
Anscausus Episcopus Monasterii Nonantulani donator. 192. E.
Anselmus Dux Forojulienſis, postea Monachus & Abbas, Nonantulanum Monasterium fundat. 187.
Ejus Acta antiquitus scripta. *Ibid*.
Plura ab eo condita Monasteria. *Ibid*.
Aistulphi Regis cognatus. 189. B.
Xenodochia erigit. 193. C.
Anselmus primus Nonantulanus Abbas moritur. 194. C.
In exilium ante actus à Desiderio Langobardorum Rege. 195. A.
Ansfrit Abbas Nonantulanus. 195. D.
Anthimus Consul & Dux Neapolitanus. 312. A. & B.
Antipenton opus. 310. A. & C.
Apes si quis furatus alteri fuerit. 42. C.
Apocrisarius Caroli M. Imperatoris ad Vulturnense Cœnobium missus. 348. D.
Apollinaris Martyris corpus in Classensi Templo inventum. 538. A.
Non inde umquam sublatum. 539. D.
Quando illic repertum. 541. B.
Ipsius Vita. 529. A.
Ejus corporis Translatio. 533. C.
Ejus Basilica in loco Classis. 534. B. & C.
Apollinaris Casinensis Abbas. 385. D.
Apostolici, idest Romani Pontificis, esse sub defensione. 140. A.
Eidem in omnibus observetur obedientia. *Ibid*.
Aquæ ferventis judicium. 61. A. & D. 128. A. 143 A.
Aquæ frigidæ judicium interdicatur. 143. B. & D.
Aquæ Civitas. 153. A.
Aquitania & Wasconia. 115. A.
Arabes. *Vide* Saraceni.
Arabici Historici quot in Ambrosiana Bibliotheca adserventur. 239.
Arabicum Chronicon Cantabrigiense luce donatum. 242.
Arascild, cavalcata. 78. E.
Arbor communiter incisa, & inde si homo occisus fuerit. 24. C.
Arbor Sanctiva superstitiosè adorata. 67. A.
Arbores, ubi theclatura ad fines discernendos. 36. B.
Arbores alienas si quis inciderit. 41. A.
Archintus (Carolus Comes) ejus instructissima Bibliotheca. 6.
Archipresbyter Diœcesis. 114. A.
Arcus Triumphalis Mediolani. 213. B.
Ardericus Episcopus Isernienſis. 458. A.
Argam, hoc est inertem, si quis alium clamaverit. 47. C. & D.
Argelatus (Philippus) laudatus. 13. & 163.
Argentina Civitas, ibi Comitia habita ab Henrico I. Augusto. 175. A.
Arianorum concertatio cum Catholicis Mediolani. 225. B.
Arichis Dux Beneventanus. Ejus gesta. 402. D.
Arichis Princeps Beneventanus in S. Januarii Ecclesiam liberalis. 311. D.
Paulum Diaconum honorificè suscipit. 365. C.
Ejus Charta. 394. B.
Ejus Diploma. 352. C.
Bello impetitus à Carolo Magno. 359. B.
Aliud ejus Diploma. 363. A.
Arimanni quale hominum genus. 60. B.
Ingenui & nobiles fuere. 86. E. 87. A. & D. 102. D.
Ab iis Comes aut Sculdascius nil per vim exigant. 166. B.
Ad defensionem patriæ accurrant. *Ibid*. D.
Arioli & ariolæ, sive Magicis, & divinatoriis artibus studentes. 67. C.
Inquirendi à Judicibus. *Ibid*. B.
Arma sua si quis alii præstiterit. 41. A.
Si quis aliena tollere præsumserit. *Ibid*.
Arma sacrata, ad quæ juramenta deferebantur. 45. A. & D. 46. B.
Arma infra Patriam non portanda. 96. A. 114. B.
Non ad mallum, neque ad placitum. 123. A. & C.
Armentarius servus. 24. B.
Armis depositis publicam agere pœnitentiam. 110. B.
Arnulfus Balvensis Episcopus. 598. B.
Arramire sacramenta. 97 B. & E. 131. A.
Arramire se in mallo. *Ibid*. B. *Vide* Adrhamire.
Artefusus Vulturnensis Abbas. 395. B.
Artis nomine Grammatica designata. 152. B.
Asilum Civitas. 153. A. & D.
Asiutus Auctor Chronici Arabici. 239.
Asprenas Episcopus Neapolitan. 292. A.
Assalire iterantem collecta manu. 95. A.
Assalia alterius si quis capellaverit. 60. E.
Assigiæ, tabulæ sectiles ligneæ. 40. D.
Asta Civitas. 153. A.
Asto animo, idest voluntariè. 26. A.
Athanasii Alexandrini Episcopi res gestæ. 224. D.
Athanasius I. Episcopus Neapolitanus Sanctus. 316. C.
Custodiæ traditus. 317. A.
Ejus mors. 318. A.
Athanasius senior Episcopus Neapolitan. 414. C.
Athanasius Episcopus & Dux Neapolis. 404. B.
Attendere ad gasindium. 119. B.
Atenulfus & Landulfus Capuæ Principes. 407. C.

Digitized by Google

Et Beneventi. 408. C. 415. D.
Atenulfus Princeps Capuæ. 460. C.
Atenulfus & Landulfus Comites Sueſſæ. 461. A.
Atenulfus Caſinenſis Abbas. 512. B.
Atto Comes. 484. B.
Filius alterius Attonis Comitis. 485. B. 498. C.
Atto Comes. 497. A.
Atto Comes filius Tranſmundi Comitis. 498. C.
Atto Abbas Vulturnenſis. 354. A.
Familiaris & carus Stephano II. Papæ. 155. D.
Miſſus ad Aiſtulphum Regem. 401. B.
Avaria, hoc eſt Hungaria. 87. D.
Avarorum partes. 114. A.
Auctor, ideſt venditor. 35. C. & E.
Audoaldus Comes. 412. D.
Auguria, incantationes tollantur. 114. A.
Auguſta Civitas. *Ibid.* C.
Auguſtana Vallis. 116. A.
Aurem libero homini abſcindere. 21. B.
Auſtria Provincia Italiæ. 51. B. 52. C. 63. A. 64 D.
Pars Orientalis, ubi Forum-Julii. 72. E. 85. C. 120. A.
Authpertus Vulturnenſis Abbas, Auctor Vitæ SS. Paldonis, Tatonis, & Taſonis. 339. A.
Monachorum vitia reprehendit. 343. D.
Ejus mentio à Paulo Diacono facta. 352. A.
Ejus vita & acta. 359. A.
Authpertus Abbas Vulturnenſis. Libri ab eo compoſiti. 360. A.
Ejus poſtrema dies. 365. E.
Eius corporis translatio. 385. D.
Authpertus Abbas Caſinenſis. 390. B.
Aurum ſignare ſinè juſſione Regis non liceat. 36. C.
Azzolinus Comes Teatinus. 470. B.

B

Bajoaria, illuc dirigere miſſos Langobardis interdictum. 87. A.
Baldovinus Abbas Caſinenſis. 418. E.
Baldus J. C. 5.
Balvenſis Comitatus. 364. D. 499. D.
Balvenſis Caſtaldatus. 396. C.
Baluzii (Stephani) præfatio in Chartam Caroli M. de Regnorum diviſione. 115. A.
Banniatur nullus ad placitum, niſi qui cauſam ſuam quærit. 108. A.
Bannire vocare in jus. 129. E.
Bannum. Res mittere in bannum. 130. A.
Per fuſtem & Wantonem. *Ibid.* D.
Baptiſmales Eccleſiæ. 118. A. 121 B.
A Laicis non gubernentur. 122. B.
Baptiſmales Eccleſiæ. 148. A.
Fontes baptiſmales. *Ibid.* 161. B.
Baptiſmales Eccleſiæ ſemper ſub Epiſcopo. 388. C.
Barbanus, ideſt patruus. 27. A. & E.
Idem etiam barba. 82. E.
Barbatianus Vir Sanctus Ravennæ. 568. C. 571. D.
Barberinus (Franciſcus) S. R. E. Cardinalis, ejus, ac Familiæ laudes. 321.
Baris Civitas à Saracenis occupata. 402. C.
Barnabas Apoſtolus num Eccleſiæ Mediolanenſis fundator & primus Epiſcopus. 201.
Adventus illius Mediolanum. 205. C. 206. C.
Baronis homicida cui pœnæ obnoxius. 19. B.
Qui Barones appellati. *Ibid.* D.
Barſacius Patricius Græcorum. 408. D.
Baſilica Sancti Apollinaris novi, ſive Cœlum Aureum, Ravennæ. 535. B.
A Theoderico Rege fundata. *Ibid.* B. 538. E.
Altera Johannis Apoſtoli. 567. A.
Baſilicæ ſub Palatii defenſione. 91. B.
Baſilicæ in Laicorum ſolo, ſive beneficio. 161. B.
Baſilius Imperator Græcorum. 414. B. & D.
Baſilius & Conſtantinus Imperatores Græcorum. 449 B.
Baſſacius Abbas Caſinenſis. 390. C.
Baſſi. Vide Vaſſi.
Batere pro percutere. 44. E. 76. A.
Batiderit hominem liberum ſi quis furore acceptо. 75. C.
Si aldium, aut ſervum. 76. A.
Bavarica Lex in Italiam invecta. 2.
Benafrum Civitas. 376. B.
Benedicti VII. Papæ Bulla pro Monaſterio Vulturnenſi. 454. E.
Benedictus VIII. Papa. 496. E.
Benedictus IX. Papa. 508. A.
Benedictus Abbas Vulturnenſis. Ad eum præfatio Johannis Monachi. 326. B. 519 B.
Beneficia perdant Vaſſi, niſi præſentent latrones ad placita. 95. A.
Si tractorias Regis deſpexerint. 131. C.
Beneficia injuſtè non tollantur. 158. A.
Sed quidem inſtaurentur. *Ibid.*
Non deſtruantur. 159. A.
Beneficia quomodo Milites & Seniores cuſtodir debeant. 177. B.
Militibus ea diſtrahere vetitum. 180. B.
Beneficiarii ſervi. 128. B.
Beneficiarius ſervus aliquem in Eccleſia occidens. 143. B.
Beneficium Eccleſiaſticum habentes. 105. B.
Si quis occaſione proprii beneficium deſertum habuerit. 108. D.
Beneficium contradicatur non facienti juſtitian 119 C.
Beneventana Synodus ſub Nicolao II. Papa. 51 A. & E.
Beneventani Duces varii. 401. A. 408. C.
Beneventani Ludovicum II Aug. capiunt. 317.
Beneventanum Palatium ſacratiſſimum. 448.
Beneventanus Epiſcopus, Sipontinus quoque Epiſcopus. 375. A. 377. D. 388. E.
Beneventi ſi ſervi fuerint quærendi. 68. A.
Beneventum à Carolo M. obſeſſum. 359. B.
Beneventum vetus. 376. C.
Beneventum transfertur Corpus S. Martin 389. C.
Beneventum dividitur à Salerno, & Capua. 3 A. & C.
Ejus Provincia à Saracenis afflicta. 402. & ſeqq.
A Græcis capta Civitas. 408. C.
Tum à Guidone Duce Spoleti. *Ibid.* D.
Beneventum dirigere miſſos Langobardis int dictum. 87. A. 123. A.
Beraldus Comes Marſicanus. 441. B 443. E.
Berardus Comes Balvenſis. 499. D.
Berengarius II. Italiæ Rex. Ejus diploma Vulturnenſe Cœnobio. 428. B.
Bergamum Civitas. 153. A.
Conditum à Brenno. 204. A.
Bernardinus Junior de Polenta filius Oſta 579. E.
Succedit patri in dominio Ravennæ unà cu Pandulpho, & Lamberto fratribus. *Ibi*
Beroldus Liturgiæ Mediolanenſis antiquus S ptor. 201.
Bertharius Abbas Caſinenſis à Saracenis occi 405. E.
Bertrandus Cardin. Epiſcopus Oſtienſis. 575
Berzarium cum pomeriis, nunc verziere. E. 376. C.

Digitized by Google

Bezelinus Comes. 497. B.
Blancus (*Horatius*) *laudatus*. 6. & 8.
Blaſphemare, à ſententia data appellare. 144. C. & E.
Bona Comitiſſa. 502. B.
Bonifacius S. R. E. Cardinalis ſub Nicolao II. Papa. 515. A.
Bonifacius Albanenſis Epiſcop. 516. A.
Bonifacius Archiepiſcopus Ravennas Ordinis Prædicatorum. 579. B.
Moritur, & ſepelitur in Eccleſia Urſiana. *Ibid*. C.
Bonifacius Marchio Tuſciæ occiſus. 514. C.
Ejus Placitum Ferrariæ habitum. 4. & 11.
Bononiæ primùm publicæ Scholæ Juris inſtitutæ. 5.
Bononienſes, & Faventini Imolam capiunt. 578. C.
Bononienſes victoriam obtinent de Mutinenſibus, atque Hencium filium Friderici Imperatoris capiunt. *Ibid*. D.
Bonus Dux Neapolis. 313. D.
Bonus Monachus Vulturnenſis Sanctus. 512. B.
Borelli filii Vulturnenſe Monaſterium depræ dantur. 512. E. 513. C. 514. D.
Boſo Epiſcopus Archicancellarius. 428. A.
Brennus Gallorum Dux varias in Italia Urbes condit. 204. A.
Brixia Civitas. 153. A.
Condita à Brenno. 204. A.
Primus ibi Epiſcopus S. Anatelon. 206. C. 207. D.
Bruneas extra Regnum vendere nullus præſumat. 95. B. & D. 96. B. 114. B.
Bruningus Epiſcopus, & Archicancellarius. 428. D.
Brutare caſam alicujus. 59. A. & D.
Bunnarium menſura terræ. 144. D.
Burgundiæ Provincia. 115. B.

C

Caballicare equum alienum. 43. C. & D.
Caballo alieno ſi quis aurem aut oculum excuſſerit. 43. A.
Si caudam capellaverit. *Ibid*. B.
Si caballum alienum quis caballicaverit. *Ibid*. C.
Si quis diffiguraverit, aut circinaverit. *Ibid*.
Caballum ſi quis emerit, & auctorem ignoraverit. 35. A.
Caballum alienum ſi quis in damnum ſuum invenerit. 68 B.
Caballum in mercato ſi quis comparare voluerit. 66. A.
Caballum ſi quis apprehenderit. 44. A.
Caballus ſi hominem iterantem ſequutus fuerit. 44. A.
Perditum Caballum ſi quis quærere rogatus fuerit. *Ibid*. B.
Caballus, bos, porcus, canis ſi damnum fecerit. 42. C.
Præſtitus ſi homicidium aut damnum fecerit. *Ibid*.
Si eum quis damnum facientem invenerit. 44. B.
Si quis in alienam meſſem immiſerit. *Ibid*. C.
Cadarfreda, conſuetudo. 66. D. 78. D.
Cæcilianus Epiſcopus Arianus. 226. D.
Cæſarius Epiſcopus Neapolitan. 302. C.
Cæſarius Sergii Ducis Neapolitanorum filius. 315. D. & 316. A.
Cajeta cum Saracenis pacem habet. 404. A.
Cajetani Saracenos frangunt. 315. B.
Cajetanus (Octavius) è Soc. Jeſu. Ejus Notæ in Epiſtolam Theodoſii Monachi. 255. 257. A.
In Hiſtoriam Martyrii S. Procopii. 269. B.
Cajus Epiſcopus Mediolanenſis. 207. B.
Ejus Vita. *Ibid*. C.
Ejus mors. 210. A.
Calabria à Saracenis afflicta. 253. A. 269. A.
Caldaria aquæ ferventis ad judicium. 61. A. & D.
Calepodius Epiſcopus Neapolitan. 293. C.
Calocerus Sancti Apollinaris Diſcipulus. 530. A.
Ejus Vita. 549. C.
Calumniæ duæ pro una cauſa. 78. A.
Calvus Epiſcopus Neapolitanus 308. D.
Camaldulenſes Monachi quando in Claſſenſe Cœnobium invecti. 546. C. & E.
Campania gravi peſtilentia afflicta. 307. B.
Campio nullus ad pugnam vadens, herbas, quæ ad maleficia pertinent, habeat. 46. A.
Campio & Camphio ad pugnam receptus. 102. B. & D. 126. C.
Campionem pro pugna dare. 18. A. 31. B.
Pro ſe dare ad pugnam cui liceat. 173. A. & B. 175. A.
Campo vel cruce contendere. 101. B.
Cum fuſtibus pugnare. *Ibid*. C. & D. 110. B. 117. A. 126. C. 129. D. 131. B.
Campum alienum ſi quis araverit. 45. B.
Campus Martius, ubi Comitia Regni habebantur. 61. D.
Cancellarii veraces electi chartas conſcribant ſecundùm legem. 138. A.
Quid pro chartis recipere debeant. 145. C.
Cancellarii manu charta firmata. 128. A.
Ab iis chartæ conſcribantur ante Comitem. 138. A.
Canes alterius ſi quis incitaverit. 42. A.
Si quis furatus fuerit. 43. A.
Canonici ſecundùm Canones vivant. 100. D.
Clerici Canonico ordine vivere cogantur. 118. B. & D.
Eorum habitationes Epiſcopi præparatas habeant. 153. B.
Canonici cum Cœnobitis in Eccleſia Sancti Probi Ravennæ. 554. A.
Canonicus nemo fieri perſuadeatur propter res adipiſcendas. 162. C. & E.
Canuſia Civitas. 449. C.
Capellæ & Eccleſiæ emendentur. 101. C.
Capellani Regis miſſi ad viſitanda Monaſteria. 121. A.
Capellare, ideſt frangere. 26. D.
Capiſtrum caballi ſi quis abſtulerit. 40. C.
Capitularia Regum Francorum num in Italia vim habuerint. 2.
Capitularia non omnia vim Legis communis habebant. 111. B. & E.
Capſum, ideſt thorax. 21. C.
Capua à Benevento & Salerno diviſa. 390. C.
Capua nova. 392. A. & E.
Ab Hugone Marchione obſeſſa. 484. A.
Capuanorum bella cum Neapolitanis. 392. A.
Ludovico II. Auguſto infideles. 402. D. 403. C.
Cardinales Neapolitanæ Eccleſiæ. 310. D.
Cardinales Ravennatis Eccleſiæ. 539. B. & D. 543. E.
Carlomannus frater Caroli M. Auguſti. 116. B.
Caroli Magni Leges. 94. A.
Epiſtola ad Pippinum filium. 112. B.
Præfatio ad Leges. 113. C.
Caroli Magni charta de diviſione Regnorum. 115. A. 153. C.
Carolus M. Francorum Rex Langobardicum Regnum ſibi ſubdit. 183. D.

Digitized by Google

Alia illius gesta. 184. A.
Num Ticinense Gymnasium instituerit. 152. D.
Ejusdem Diploma pro Vulturnense Cœnobio. 360. A.
Alterum planè spurium eidem affictum. 361. D.
Ejus versus ad Paulum Diaconum. 365. C.
Diplomata pro Vulturnensibus. 366. C. & E.
Quæ gesserit in Langobardos. 311. C.
In Monasterium Vulturnense bene affectus. 348. C.
Ejus Diploma. 349. B.
Papiam obsidet. 357. A.
Ad Vulturnense Cœnobium venit. 359. A. & E.
Beato Petro Civitates à patre donatas confirmat. 402. C.
Alia illius gesta. *Ibid.* D.
Carolus Caroli M. filius. 116. A.
Carolus Calvus Imperator. 404. A.
Carolus Andegavensis Siciliæ Rex. 279 A.
Carrucare, *nunc* far de' carreggi. 108. A. & C.
Carusius (*Johannes Baptista*) *Saracenico-Siculæ Historiæ monumenta luce donat*. 239.
Ejus Præfationes. 241. & 242.
Casa Dei, *idest Ecclesia*. 103. C. 106. C.
Casam alienam si quis incenderit. 25. B.
Casam mancipatam si quis comparaverit. 34. C.
Casam tributariam loco pignoris tollere non liceat. 37. B.
Casati homines servilis conditionis. 113. B. & E.
Casauriense Monasterium ædificatum non à Ludovico Pio, *sed à Ludovico II. Augusto*. 369. E.
Casinense Monasterium à Langobardis destructum. 346. E.
Ejus societas cum Vulturnense. 347. A. 404. E. 405. D.
A Petronace restitutum. 351. D.
Oblatio eidem facta. 377. C. 378. C.
Sub tutela Augustorum. 390. B.
A Saracenis vastatum ac datum flammis. 400. B. 403. C.
Casinense Cœnobium diu desolatum. 415. D.
Cassinam alterius si quis disturbaverit. 47. B.
Castaldi, & *Scabini*. 386. D. 396. E. 399. C.
Castaldius in exercitu. 20. C.
Castaldus Regis. 19. A.
Idest Procurator Regius. *Ibid.* C.
Si quid per donationem acquisierit. 47. B.
Vide Gastaldius. 112 C.
Castella & Turres ædificandi facultas data Monasterio Vulturnensi. 445. D.
Castella olim rara usque ad tempora Saracenorum. 370. E.
Ea ædificare cœperunt Normanni. 371. A.
Castrare aliquem si quis præsumserit. 103. B.
Castri aut Civitatis per murum si quis sinè notitia Judicis exierit, *aut intraverit*. 36. D.
Castritianus Episcopus Mediolanensis, *ejus Vita*. 210. E. 211. E.
Catana à Saracenis capta. 253. A.
Cavensis Monasterii exordium. 494. C.
Causa, *idest res*, cosa. 88. B. & C. 120. C. 121. A. & C.
Causa si coram Comite non fuerit finita. 108. A.
Causæ leviores à Vicariis decernantur. 102. B.
Causæ minores campo vel cruce dijudicandæ. 101. B.
Potentiorum causæ, & *pauperum*. 99. B.
Causam alterius agere aut causare si quis præsumserit. 87. B.
Causam suam si quis Sculdascio adduxerit, & *ipse justitiam facere neglexerit*. 57. A.
Causam judicatam si quis repetere in mallo præsumserit. 104. C.
Causidici ad judicia non acquiescentes. 144. C.
Cautio pro mutuo quando expiret. 54. A.
Cautionem facere non nominativè de rebus. 64. C.
Ceneta Civitas. 153. A.
Cenitum, *hoc est hominem nihili*, *si quis alium clamaverit*. 47. E.
Censualem terram si quis habuerit. 133. B.
Censum reddere pro casa alterius. 78. D.
Census Regalis persolvatur. 114. A.
Centenarii, *Judices minores*. 96. D. 112. C.
Placitum Centenarii. 98. C. & E. 100. C. 102. A. 114. B.
Centenarii, *si furones celaverint*, *judicentur*. 135. C.
Propter justitiam munera non accipiant. *Ibid.* D.
Mali abjiciantur. 136. A.
De iis inquisitionem faciat Comes. 144. C.
Centenariorum placita. 135. A.
Centenarius Comitis. *Ibid.* C.
Centenarius centum familiis præpositus. 60. D. 112. C.
Ceraptatæ in Templis. 312. A.
Cerarii servi, *aut liberti*. 95. C. & E.
Certamina singularia. *Vide* Pugna.
Cervus ab aliquo sagittatus, *cujus esse dicatur*. 42. A.
Cervus domesticus. *Ibid.* B. & E.
Ceso Episcopus (*fortasse Marsicanus*) 443. E. 470. B.
Cespites, *prædia ruralia*. 90. E.
Cespites servorum. 375. E.
Charta ingenuitatis. 107. A.
Charta venditionis quomodo facienda. 86. A.
Chartæ factæ sinè investitura legitima. 167. B.
Si falsæ appellentur, *quomodo defendendæ*. *Ibid.* A. 169. A.
Chartæ sinè mense, & *die mensis*. 147. D.
Chartæ publicæ à Cancellariis conscribantur ante Comitem. 138. A.
Ostendantur ante Episcopum. *Ibid.* B.
Chartæ scribantur secundùm Leges. 68. C.
Chartam per vim factam si quis dixerit, *pugna fiat*. 172. A.
Chartam convenientiæ si plures fecerint. 71. B.
Falsam si quis scripserit. 36. C.
Chartas nullus Presbyter scribat. 105. B.
Chartula ingenuitatis. 127. E.
Cancellarii manu firmata. 128. A.
Chartulæ obligationis eorum, *qui in servitio se tradiderint*. 127. D.
Chartularii liberti. 95. C. & E. 120. A.
Chartularii, *Notarii*. 413. A.
Childebertus & Clotharius Francorum Reges. 357. B.
Chlodovei Regis filii Franciæ Reges. 357. B.
Chrisma datum ad judicium subvertendum. 100. B. & E.
Christophorus Græcorum Imperator. 427. C.
Cinisius mons. 115. A.
Cinnabarum in subscriptione à Græcis Augustis adhibitum. 427. C.
Circinare caballum alienum 43. C. & E.
Civitatis aut Castri per muros si quis sinè notitia Judicis exierit, *aut intraverit*. 36. D.
Civitas Nova apud Mutinam. 116. C.
Classense Monasterium. 538. C.
Sancti Apollinaris corpus numquam inde sublatum. 539. D.
Classensis Ecclesiæ ædificatio. 545. D.
Classis Civitas Ravennæ subjuncta. 531. A.
Olim mari contigua. 570.
Ibi Sancti Apollinaris Basilica. 534. B.

Nunc

Digitized by Google

Nunc in solitudine. 535. C.
Clemens I. Romanus Pontifex. 208. B. & E.
Clericare, hoc est Clericum facere. 61. B. & E.
Clerici Romana Lege viventes. 83. B. & D.
Canonico ordine vivant. 118. B. & D.
Clerici non sint Advocati Episcoporum. 119. D.
Clericis nullus Laicus crimen audeat inferre. 127. C.
Clericus Curiam non intret. *Ibid.*
A suo Episcopo judicentur. 110. A.
Sinè ejus literis ad Regem suas causas non deferant. 111. A.
Clerici fugitivi ad sua loca revertantur. 135 C.
Lege Romana vivant. *Ibid.* C. & E. *Vide* Ecclesiastici.
Clericis quarta pars Decimarum detur. 105. B.
Clerici ad seculares judicia non trahantur. *Ibid.* C.
Clerico nulli introductam mulierem habere liceat. 160. B. & C.
Clericorum filiis interdictum fieri Notarios, Sculdascios, Comites, Judices. 173. B.
Clericorum nemo jurare audeat. 178. A.
Jusjurandum præstent per Advocatos. *Ibid.*
Clericum alterius Episcopo non liceat ordinare sinè dimissoria. 94. B. 101. A.
Ei illata vulnera in Ecclesia quomodo componenda. 128. B.
Clericus si quis Langobardus fiat, filii vivant lege, qua is vivebat. 83. B. & D.
Clerus omnis suo fungatur ministerio. 158. B.
Codex Gregorianus pag. 1.
Hermogenianus. *Ibid.*
Theodosianus. *Ibid.*
Justinianeus. *Ibid.*
Cognationum gradus quomodo in successione numerentur. 26. D.
Collecta ad malum faciendum prohibeatur. 142. C. *Vide* Adunatio, Conspiratio.
Collectio hominum ad malum faciendum. 78. B.
Colludium facere. 30. D.
Colonus traditionem facere non possit. 97. A.
Coma quando posita à puellis Langobardis. 51. D.
Comacinus Magister, faber murarius. 25. D.
Comam deponere in Monasterio regulari. 107. C.
Comes idem interdum ac Judex. 27. E.
Ante eum chartæ scribantur, aut ostendantur. 138. A. & B.
Unà cum Episcopo contemtores correctionis reprimat. *Ibid.* C.
Ecclesiasticos ad pontium restaurationem compellat. 141.
Ecclesias reparandas curet. *Ibid.* C.
Postquam de hostili expeditione fuerit reversus. 143. B.
Inquisitionem faciat de Vicariis & Centenariis. 144. C.
Non excusetur à placitis Missorum. 148. C.
Ad justitiam faciendam compellat Episcopos. 118. B.
Faciant & ipsi ubicumque. 119. A.
Franci, & Langobardi. *Ibid.* B.
Ad Palatium venientes. 120. B.
Nemini testimonia tollant. 121. B.
Placita in Ecclesiis non habeant. 108. B.
Partem Heribanni recipiant. 109. A. D. & E.
Comitum judicia effugere. 110. A.
Incantatores Comes reprimat. 114. B.
De homicidiis compositionem solvere faciat. 130. C.
Ubi mallum & placita tenere debeat. *Ibid.* A.
Ejus Ministeriales. 131. C.
Comites Missi Regis. 135. C.
Ab Arimannis nil per vim exigat. 166. B.
Eos ad defensionem patriæ convocet. *Ibid.* D.
Comiti liceat Campionem pro se dare ad pugnam. 173. B.
Comitem fieri non liceat Clericorum filiis. *Ibid.*
Comites testem malam famam habentem non admittant. 101. C.
De latronibus plenam justitiam faciant. 102. B.
Ita & Regi in eorum ministeriis. *Ibid.* C.
Pauperes per placita non fatigent. 103. A.
Pleniter justitiam diligant. 100. D.
Pauperum causas primitus deliberent. 101. A.
Cum Episcopis concordiam alant. *Ibid.*
In eorum præsentia Advocati eligantur. *Ibid.* A.
Curent, ut parricidæ ac homicidæ pœnitentiæ subdantur. 161. C.
Comiti nullum obsequium liberi homines faciant. 162. B.
Uniti sint cum Episcopis pro pace Regni. 166 A.
Curent, ne pauperes crucientur. 155. B.
Ab incestuosis guadias recipientes. 156. A.
Legalem Populo justitiam faciant. 158. C.
Curent ne molestentur incolæ. *Ibid.* B.
Comites Palatii potentiorum causas sinè jussione Regis non finiant. 99. B.
Comiti quid agendum, si damnum in immunitate fiat. 106. A.
Placitum non habeat nisi jejunus. 107. C.
Si coram eo causa non fuerit finita. 108. A.
Comiti tertia pars compositionum detur. 122. A.
Liberos homines Comes non opprimat. 123. A.
Pauperum causas priùs audiat. 128. C.
Mannire ad eum spectat. 129. E.
Comitis Centenarium Clerici non habeant Advocatum. 135. C.
Propter justitiam Comites munera non accipiant. *Ibid.* D.
Forestam novam institui non sinant. *Ibid.* A.
Qui bonam justitiam factam habent. *Ibid.*
In Missatico Comes directus. *Ibid.* B.
Qui justitiam facere noluerit. *Ibid.*
De causis Adulterii cognoscat. 137. C.
Ad ejus placita cum collecta & scuto nemo eat. 137. B.
Comitum placita. 94. C.
In eorum præsentia homines vendantur. 95. B.
Justitias faciant. *Ibid.*
Si causas inter se habuerint, Regem adeant. 99. B.
Latronem forbannitum Comes denuntiet aliis Comitibus. 100. C.
Justitiam non dilatent. *Ibid.* A.
Comiaclum, vel Ferraria. 192. D.
Comitia Regni Langobardici quando facta. 61. D.
Comitis Liber, sive Ritualis. 316. E.
Comitis Liber. 504. B.
Commeatus, licentia commiato. 123. B. 124. E.
Commendare res suas in casa alterius. 77. D.
Commendare se alicui. 121. C. & E.
Commenditi homines. 462. D. 481. B.
Commutatio terræ, prati &c. 73. A.
Commutationes irrationabiles, & inutiles Ecclesiis, dissolvantur. 142. B.
Comparatio terræ, prati &c. 73. B.
Comparare res alienas. 144. A.
Componere hominem occisum in sui tutelam. 96. D.
Compositio consilii illiciti. 65. A.
Pro culpa servi quomodo facienda. 49. A.

Digitized by Google

Pro homicidio. 55. B. 63. A.
Pro plagis libero homini inlatis. 21. C. 22. A.
Aldio alieno, aut servo ministeriali. 23. A.
Servo alieno rusticano. *Ibid*. B.
Compositio secundùm Legem Salicam. 126. B.
Si proprietas non sufficit, de immobilibus suppleatur. 130. B.
Compositiones causarum quomodo solvendæ. 102. C. 104 C.
Quæ ad manum Regis pertinent. 46. B. & C.
Compositiones vulnerum & cædium in Templo factarum. 128. B.
Compositiones guidrigildi. 129. A. 130. C.
Compositionum tertia pars Comiti detur. 122. A.
Concilium sub Carolo M. in Galiis habitum. 94. D.
Concilium Ravennatense. 2.
Conclamatores vel Causidici non acquiescentes ad judicia. 144. C.
Concubinam habere liceat. 149. B.
Condomæ servorum familiæ. 363. A. 372. E.
Servi & ancillæ. 374. A. & *seqq*. 377. D. 392. D. 394. D.
Congregationes superfluæ non fiant. 113. C.
Conjectum facere pro exercitali causa. 105. B. & D.
Ad heribannatorem. *Ibid*. C.
Infra Judiciariam suam nemo de aliorum conjectu accipiat. 135. C. & D.
Conjectum facere Comiti nemo ex liberis hominibus cogatur. 162. B. & D.
Conjugi suæ si quis metam dare voluerit. 68. B.
Quantum maritus donare possit. 70. D. *Vide* Uxor.
Conjugi suæ si quis malam licentiam dederit. 77. C.
Conjugia servorum non dirimantur. 109. B.
Conjunctiones incestæ tollantur. 149. B. 157. B. 160. A.
Coniuratores, idest Sacramentales. 63. E.
Conliberti si inter se de lite convenerint. 52. B.
Conliberti, homines ciusdem loci & conditionis. 68. E. 69. A. 76. E. & 77. E.
Conradus I. Augustus Romæ coronatur. 508. A.
Ejus Diploma pro Monasterio Vulturnensi. 508. B.
Eius acta in Italia. 512. A.
Ejus mors. 513. B.
Ejus Lex. 177 A.
Conradus Friderici II. filius Siciliæ Rex. 278. C.
Conradus Burgundiæ Rex. 169. A. & E.
Conradus Ord Prædic. Chronicon brevis Siculi auctor. 277. A.
Consilium de perjurare, aut casam alienam incendere. 65 A.
Consilium malum, aut mortis. 79. A. 80. B.
Consobrinam, neptem; novercam, &c. nemo in uxorem ducat. 149. C.
Conspirationes quicumque facere præsumserit. 144. C. 145. A. *Vide* Adunatio, Collecta.
Consignatorium ablutorum in Ecclesiis. 301. D. & E.
Constantia Aragonensis Friderici II. Augusti uxor. 278. D.
Constantii Imperatoris gesta in S. Athanasium. 224. E.
Constantinus Magnus varias Ecclesias, sive Templa ædificat. 350. B.
Constantinus Imperator Caballinus. 309. B.
Constantinus Porphyrogenneta Imperator. 446. C. & E. 449. A.
Constantinus Græcorum Imperator. 415. D.
Constantinus Romanus, Christophorus, Stephanus, & Constantinus Græcorum Imperatores. 427. C. 431. B.
Consuetudo longa pro lege servetur. 111. B.
Si tamen lex desit. 122. C.
Consuetudines injustæ tollantur. 134. A.
Contardus Consul & Dux Neapolis. 314. C.
Ejus mors. 315. A.
Contemtores correptionis à Comite, & Episcopo coërceantur. 138. C.
Controversia omnis coram Centenariis definiri potest. 98. C.
Convenientia per chartam facta. 83. D. 85. D.
Convenientiæ chartam si plures fecerint. 71. B.
Convenientiam si quis fecerit cum Pontificibus. 91. B.
Conventio facta cum servo alieno sinè notitia domini sui. 68. C.
Conversari turpiter cum uxore aliena si quis inventus fuerit. 75. B.
Copulati contra Canones separentur. 112. A.
Corsica Insula, illuc sontes in exilium missi. 137. A.
Cortisiani servi. 372. C.
Cosmas Episcopus Neapolitanus. 308. B.
Credentes homines, fide digni. 119. A.
Creditor si pignoraverit debitorem. 72. A. & B.
Servum aut ancillam si loco pignoris tenuerit. 72. C.
Creditorem inter & debitorem si intentio fuerit. 46. D. 54. C.
Cremona Civitas. 153. A.
Criminales causas agere Judicibus liceat etiam festis diebus. 173. B.
Cruce vel campo contendere. 101. C. & D. 117 A. 129. D.
Tollatur. 149. A.
Crucis experimentum. 95. C. & D. 100. D.
Cuma, sive Novocomum, Civitas. 153. A.
Curia à cruore dicta. 127 C.
Currum & boves alienos in silva sua si quis comprehenderit. 67. A.
Curtem alienam si quis asto animo fuerit ingressus. 39. B.
Curtes Regiæ Gastaldiis commissæ. 146. C.
Curtis rupturam mulier facere non potest. *Ibid*.
Curtis Olonna. 144 B. & D. 151. A. & C.
Curtis Regia, idest Camera, seu Fiscus Regis. 26. A.
Quando ipsa defunctis succedat. 27. A.
Pars Curtis Regis si sacramentum deducere debeat. 92. C.
Dominatio Curtis Regiæ in Oratoriis. 118. B.
Cusentia Urbs à Saracenis frustra obsessa. 272. A.

D

Dæmoniaca si facta fuerit sponsa. 29. C.
Dæmoniacus homo si damnum fecerit. 42. E
Damnietas pro damno. 55. C. & D.
Dantes Aligerius Ravennæ moritur. 579. E.
In Ecclesia Fratrum Minorum sepelitur. *Ibi*
Ejus Epitaphium. *Ibid*.
Dardanus Episcopus, qui & Johannes dicitur 450. E. 451. B.
Dauferius Comes Vulturnensis. 469. A.
David Episcopus Beneventanus & Sipontinus 375. A.
Debita patris filius solvere quando non cogatur 62. C.
Debita, idest mulctæ pecuniariæ, quomodo solvenda. 102. C. 104. C.
Debitor non habens nisi caballos, aut boves quomodo pignorandus. 37. A.
Non liceat casam tributariam loco pignoris tollere debitori. *Ibid*. B.

Digitized by Google

Debitor ſi pignus recolligere neglexerit. 72. A.
Debitor debitum negans. 161. C.
Debitorem pignorare, quando in exercitum ambulandum eſt, nullus præſumat. 92. A.
Debitorem pignorare quando liceat. 36. A.
Debitorem inter, & creditorem ſi intentio orta fuerit. 46. D. 54. C.
Debitum poſt mortem patris ſi quis à filio exigat. 46. C.
Debitum vadiatum ad opus Regis. 135. B.
Decanus decem familiis præpoſitus. 60. A. & D. 67. B. 120. A.
Decalvare fures. 66. B.
Decimæ dentur, & pro luminaribus ac eleemoſynis diſpenſentur. 160. A.
Propriis Baſilicis non dentur. 161. B.
Decimam unaquæque Eccleſia de villis accipiat. 149. A. 162. D.
Dare nolentes diſtringantur. 153. B.
Excommunicentur. 156. B.
Decimas unuſquiſque donet. 54. B. 101. B.
In quatuor partes dividantur. 105. B.
De rebus Eccleſiarum dentur. 113. B.
Nonæ & decimæ exigantur. 133. C. 141. A. 142. B.
Non redimantur. *Ibid.*
Defenſio, qui ſub defenſione Imperatoris, & Apoſtolici ſunt. 140. A.
Dei judicium in pugna per Campionem. 31. B.
Delegare res ſuas in alienam perſonam. 148. A.
Delicioſi Regum, nunc Confidenti. 88. A. & C.
Demetrius Epiſcopus Neapolitan. 301. B.
Denarium merum & bene penſantem ſi quis recipere noluerit. 132. D.
Denarialis homo, libertus. 120. A. & D.
Dentes libero homini excutere. 21. B.
Deprædationes factæ defuncto Romano Pontifice. 140. A.
Deſiderius Langobardorum Rex. 183. D.
Exarchatum Ravennatem invadit. *Ibid.* A.
A Carolo M. in captivitatem adductus. *Ibid.* E.
In exilium pellit Anſelmum Nonantulanum. 195. A.
Ejuſdem Langobardorum Regis Diploma ſpurium. 352. C.
Alterum non diſſimile à primo. 353. A.
Ejus geſta. 401. E.
Ejus ruina. 402. B.
Deſiderius Langobard. Rex infenſus Romanæ Sedi. 311. C.
Deſiderius Caſinenſis Abbas, poſtea Papa Victor. 514. C. & 515. A.
Derthona Civitas. 153. A.
Primus ibi Epiſcopus S. Marcianus. 221. B.
Deveſtire aliquem de rebus immobilibus. 165. A.
Dextras dare ad jurandum. 119. B.
Diaconia Sancti Januarii Neapoli. 305. B.
Ab Agnello Epiſcopo inſtituta. *Ibid.*
Diaconiæ olim prædiis ditatæ. 157. B.
Diacones honore privati, pœnitentiæ ſubdantur. 162. B.
Dies Dominicus honoretur. 110. C.
Digeſta, ſive Pandectæ, quando reſtituta Italiæ. 5.
Digitum libero homini excutere. 22 A.
Dionyſius Mediolanenſis Epiſcopus. *Ejus Vita*. 222. E.
Altera Vita. 224. B.
Dipthyca in Eccleſiis. 317. A. & E.
Diſcordiis & contentionibus, qui ſtudere ſolent. 143. A.
Diſtringere, emendare. 118. C. 121. E.
Divinationes tollantur. 114. A.
Diviſio rerum infantis. 65. D.
Doctrinam reſtaurare in Italia conati Imperatores Franci. 151. C. & D.
Dodo Comes. 443. E.
Dominicum, hoc eſt Regium, foreſtum. 102. C. & 135. A.
Dominicus dies honoretur. 110. C.
Et obſervetur. 161. E.
Dominum ſuum ſi quis occiderit. 19. B.
Domo coltiles, domus à colonis agrorum habitatæ. 160. D.
Domum alienam ſi quis exercitalium fregerit. 98. B.
Dona annualia Regi offerenda. 159. A.
Donantes Eccleſiis ſibi non reſervent jus donandi, vendendi. 103. A.
Donantes, & poſtea in hoſtem euntes. *Ibid.* C.
Uſumfructum rerum donatarum ſibi reſervare liceat. 138. A.
Donantes fraudulenter. *Ibid.* C.
Donare quid liceat patri, ſi filias habeat. 64. A.
Donatio ſinè thingatione aut ſinè Launechild, non ſubſiſtit. 65. B.
Excepto ſi in Eccleſia, aut loco Sanctorum, aut Xenodochio. *Ibid.* C.
Donatio irrita ſit, ſi filii ſuperveniant. 28. C.
Aut ſi culpam donatus faciat. *Ibid.* C.
Donationis charta per garanthix facta. 61. C.
Donantes Eccleſiis, unde liberi exheredari poſſent. 156. B & 162. D.
Donator ſi rem defendere donatam non potuerit. 60. C.
Drongarii Græcorum. 427. E.
Duces exercitus. 18. A. & 20. B.
Ducibus & Judicibus Romani Pontificis obedientia præſtetur. 140. A.
Ducum juniores. 112. C.
Duella tolerata non juſſa in Legibus Langobardorum. 6.
Scuto ſolum & fuſte plerumque agebantur. *Ibid.*
Duellum. *Vide* Pugna.
Duellum neganti homicidium concedatur. 175. A. 179. A.
Dungallus, ſeu Dungalus, Monachus Ticini literarum Magiſter. 152. A.
Contra Claudium Taurinenſem ſcripſit. *Ibid.* C.

E

Eboreja Civitas. 116. C.
Ibi Epiſcopus ludum literarium aperiat. 153. A.
Ebrius nullus cauſam ſuam in mallo poſſit conquirere. 107. C.
Eccellinus de Romano XII. millia Paduanos necari jubet Veronæ. 578. E.
Eccardus Georgius Legis Salicæ Editor. 2. & 9.
Eccleſia, ſi ad eam homicidæ confugiant, non excutiantur. 94. B
Ibi juramenta danda. 98. D.
Juſtitiæ Eccleſiarum fiant. 101. A.
Nonas & decimas iis unuſquiſque perſolvat. 101. B.
Eccleſia, ideſt Templum Dei, quomodo componatur ſanguinis effuſio ibi facta. 128. B.
Ejus portæ Reliquiis Sanctorum conſecratæ. *Ibid.*
Si quis res ſuas Eccleſiæ tradere voluerit. 129. A.
Eccleſia Dei, ſi quis ſervus in eam confugium fecerit. 81. C.
Ibi mallum non habeatur. 130. A.
Eidem honor exhibeatur. 134 B.
Fraudulenter iis ſuas res delegantes. 138. C.

Digitized by Google

Ecclesia Gothica Ravennæ. 575. A.
Ecclesia Sanctæ Agnetis ibid. 575. B.
Ecclesia Sancti Martini in Cœlo-Aureo Ravennæ. 576. E.
Ecclesia Sanctæ Mariæ Rotundæ extra muros Ravennæ, quæ uno lapide tegitur. 576. E.
Ecclesia Sancti Vitalis Ravennæ à Justiniano ædificata. 577. B.
Ecclesia S. Apollinaris in Classe ab eodem Imperatore ædificata. Ibid.
Ecclesia Sanctæ Mariæ Majoris ab Ecclesio Archiepiscopo Ravennate ibidem ædificata. 577. C.
Ecclesia Petriana ædificata à Petro XVIII. Archiepiscopo Ravennate in Civitate Cæsareæ prope Classem, in qua dicuntur fuisse CCC. altaria. 577. C.
Ecclesia S. Georgii in Tauro Ravennæ. 577. D.
Ecclesiæ Rector, in quam mancipium confugerit, ipsum reddat. 39. A.
Ecclesiæ sub immunitatis Regiæ tuitione. 158. B.
Ecclesiæ relinquat Presbyter acquisita post consecrationem. 160. A.
Ecclesiæ destructæ, & plures quàm sit necesse. 142. A.
In Ecclesiis homicidia facta quomodo componantur. 143. B.
Ecclesiæ emendandæ. 144. B.
Ecclesiæ destructæ restaurentur. 161. B.
Ecclesiæ, ubi Baptismus, & prædicatio. Ibid.
Ecclesiæ Baptismales semper sub Episcopo. 388. C. 148. A. & 161. B.
Templa construere in sua proprietate. Ibid.
Decimam accipiant de villis. 149. A.
Ecclesiæ res inter parentes non dividant Episcopi, Abbates &c. 162. A.
Pro Ecclesiarum rebus pugnam facere licebat earum Advocatis. 171. D. & E.
Ecclesiæ Ministerialis. 108. B.
Ecclesiæ suas res post consecrationem acquisitas Presbyter relinquat. 110. B.
Ecclesiæ Baptismales. 118. A.
Ecclesiæ inter coheredes divisæ. 141. B.
Ecclesiarum Dei justitia inquiratur. 159. A.
Ecclesiarum res injustè invasæ reddantur. 140. C.
Earum restauratio curetur. 141. C.
Presbyteros in Ecclesiis sinè consensu Episcopi constituere. Ibid. B.
Rei Ecclesiasticæ invasor. 161. B.
Ecclesiarum ordo omnis Lege Romana vivat. 135. C. & E.
Rectores irrationabiliter facientes precarias. 138. B & C.
Ecclesiarum restauratio fiat. 118. A.
De Ecclesiis justitiæ pleniter fiant. 120. A.
Baptismales ordinentur. 121. B.
Neque à Laicis gubernentur. 122. B.
Ecclesiarum mancipia. 123. A.
Custodes. 91. B.
Ecclesiarum, Viduarum &c. justitiæ fiant. 161. D.
Homicidis ad Ecclesiam confugientibus nemo victum donet. Ibid.
Ecclesiarum Dei oppressiones tollantur. 112. A.
Illæ emendandæ, non necessariæ tollendæ. 113. A.
Iis quæ præscriptio noceat. 124. A.
Ecclesiasticæ militiæ mancipatus. 139. A.
Ecclesiasticorum homicidis quæ pœna indicta. 105. C.
Ecclesiasticus, idest Lidus, interfectus si fuerit. 107. B. & D. 128. D. 143. A.
Ecclesiasticis dare pro se Campionem ad pugnam liceat. 173. A.
Ecclesiastici ad pontes & reliqua opera restauranda concurrant. 141. B.
Inobedientes liceat Comiti pignorare. Ibid. Vide Clerici.
Ecclesiastici res ab iis non accipiant, quorum liberi exheredari possent. 156. B.
Ecclesiasticis de rebus inquisitio. Ibid.
Ecclesiastici hereditatum indebitarum venatores repressi. 162. D. & E.
Ecclesiasticus servus, aliquem in Ecclesia occidens. 143. A.
Ecclesiasticus nullus fœminam secum habere præsumat. 60. B. & C.
Ecclesiis & Villis omnia plena usque ad tempora Saracenorum. 370. E.
Ecclesiæ à Normannis afflictæ. 371. E.
Ecclesiis donationes factæ ab iis, quorum liberi exheredari possent. 156. B.
Earum bona non dilapidentur. 157. A.
Ecclesiis donatio facta sinè Launechild subsistit. 65. C.
Ecclesiis res donatæ, reservato usufructu. 103. B & E. 138. A.
Pax Ecclesiarum Dei. Ibid. A. 114. A.
Immunitas quæ Templis concessa. 106. A. & B.
Neque in Ecclesia, neque in terris Ecclesiæ placita habeantur. 108. B.
Ecclesiis res suas distribuere. 90. A.
Ecclesius Archiepiscopus Ravennas. 577. C.
Edictum appellatæ Leges Langobardicæ. 1.
Einricus Episcopus Parmensis. 500. B.
Electio Romani Pontificis ad Romanos spectat. 140. B.
Eleemosynæ ex decimis distribuendæ. 160. B.
Ab Episcopo dispensentur. 122. B.
Eleucadius S. Apollinaris discipulus. 530. A.
Ejus Vita. 548. C.
Elitigare rem. 161. C. & E.
Elmacinus (Georgius) Historiæ Saracenicæ Auctor. 239.
Emere rem à venditore ignoto. 124. B.
Emphyteoseos contractus. 135. C.
Emtionem futuram nemo sibi præparet. 100. C.
Emtionis & venditionis leges. 34. C. 35. B. & *seqq*.
Emunitas idem ac immunitas. 94. C. & E. *Vide* Immunitas.
Entilma, hoc est Diploma. 413. A.
Epiphanius Vulturnensis Abbas. 385. E.
Ejus mors. 390. B.
Epithimitus Episcop. Neapolitan. 292. B.
Epherus sive Ephœbus Episcopus Neapolitan. 292. D.
Episcopi propinquis suis Ecclesiarum bona donantes. 157. A.
Bona ab ipsis conquisita post Episcopatum in Ecclesiæ jura deveniant. Ibid B.
Episcopi ad Palatium venientes. 120. B.
Eleemosynas mortuorum dispensent. 122. B.
Pontes emendandos curent. 133. D.
Episcopi ministerium suum peragant. 100. C.
Concordiam cum Comitibus nutriant. 101. A.
Ecclesias & Capellas emendent. Ibid. C.
Hospitalia faciant. Ibid. A.
In eorum præsentia mancipia vendantur. 102. A.
Episcopi suffraganei suis Metropolitanis sint subjecti. 94. B.
Ubi desunt Episcopi, ordinentur. Ibid.
Suos Presbyteros secundùm Canones regant. Ibid. A.
Incestuosos eis emendare liceat. Ibid.
Non autem ordinare Clericos alterius sinè dimisso-

Digitized by Google

missoria. *Ibid.* B.
Episcopi si causas inter se habeant, Regem adeant. 99. B.
Episcopi Vicedominos bonos habeant. 136. A.
Sanctimonialem adulteram in Monasterium trudant. 137. B.
Suos Advocatos habeant. *Ibid.*
Consensu Comitis electos. *Ibid.* C.
Ante eos chartæ publicæ ostendantur. 138. B.
Curent ne molestentur incolæ. 158. B.
Episcopi Advocatos habeant bonæ opinionis. 149. A.
Canonicorum habitationes præparatas habeant. 153. B.
Ab incestuosis guadias recipientes. 156. A.
Episcopi unà cum Comite contemtorem correptionis coërceant. 138. C.
Advocatos duos eis habere liceat. *Ibid.* A.
Ecclesias restaurandas curent. 141. C.
Episcopi de Ecclesiis destructis inquisitionem faciant. 142. A.
Vetent, ne redimantur decimæ. *Ibid.* B.
Ad placita Missorum Regis conveniant. 148. C.
Si Xenodochia & Monasteria indebitè in emphyteusim concesserint. *Ibid.* D.
Episcopi res & libertates injustè ablatas restituant. 134. B.
Advocatum non habeant Centenarium Comitis. 135. C.
Si justitiam facere noluerint. *Ibid.* B.
Missi Regis. *Ibid.* C.
Episcopis quarta pars Decimarum detur. 105. B.
De Clericis ipsi justitiam faciant. *Ibid.* C.
De servis criminosis. 105. B.
Pœna eos occidentis. *Ibid.* C. & E.
Episcoporum, Abbatum Vassalli. 177. A.
Episcoporum nulli res Plebium in proprio usu habere liceat. 161. B.
Eorum consensu Presbyteri in Oratoriis constituantur. *Ibid.* A.
Res Ecclesiæ inter parentes non dividant. 162. A.
Episcopus aut Sacerdos mancipium in Ecclesiam fuga elapsum reddat. 39. A.
Ab eo excommunicatus à nullo recipiatur. 110. A.
Clerici à suo Episcopo judicentur. *Ibid.*
Sinè literis Metropolitani Episcopi non litigent apud Regem. 111. A.
Clericos Canonico ordine vivere cogant. 118. B. & D.
Episcopus si terram commutaverit. 164. D.
Episcopus cum Comitibus unitus sit pro pace & salvatione Regni. 166. A.
Arimannos ad sui tutelam habeat. *Ibid.* D.
Episcopus. *Si quis super eum se reclamaverit*. 118. B
Advocati Episcoporum. 119. A.
Justitiam faciendam curent Episcopi. 120. B.
Sinè eorum dimissoria Presbyteri non recipiantur. *Ibid.* E.
Equam prægnantem si quis percusserit. 43. C.
Eriliz, nunc desertare. 103. B.
Bannum armorum. 143. B. & E.
Erogator, executor testamentarius. 122. B. & E.
Evangelia Sancta, ad quæ juramenta deferebantur. 45. A. 46. B. 63. B.
Everardus Episcopus & Archicancellarius. 495. D.
Eugenius Papa. 184. C.
Euphemia Abbatissa Beneventi. 374. E.
Eupraxia uxor Theophylacti Ducis Neapolitani Monastica veste induta fit Abbatissa. 313. B.
Eupraxia, Leonis, & Contardi Ducum Neapolitanorum uxor. 314. D.
Eurardus Lupus Scriptor Leg. Langobardicarum. 10.
Eusebius Episcopus Neapolitan. 303. C.
Eusebius Episcopus & Missus Henrici I. Augusti. 498. A.
Eusebius Vercellensis Episcopus. 223. C. 225. B.
Eusthasius Episcop. Neapolitan. 292. D.
Eutychius Batricis filius minimè Auctor Chronici Arabici heic editi. 242.
Exactiones indebitæ tollantur. 112. A.
Examen Aquæ frigidæ interdicatur. 143. B. & D.
Similiter examinatio Crucis. 149. A.
Excommunicatus ab Episcopo suo, à nullo recipiatur. 110. A.
Excommunicationis contemtores corrigantur. 138. C.
Excubiæ publicæ. 137. C. & D. 138. A.
Exenium uxori datum ad quem spectet. 29. D.
Exercitalibus interdicta omnis rapina atque violentia. 98. B. & C.
Si venire contemserint. *Ibid.*
Exercitalis causa. 105 B.
Exercitalis si Ducem suum contemserint. 20. B.
Si Dux molestaverit injustè exercitalem. *Ibid.* C.
Exercitum petere si quis contemserit. 98. B. 103. A. 146. B.
Si quis dimiserit. *Ibid.* B. 143. B. & E.
Exercitum omnes petant, paucis exceptis, qui Judici, Sculdascio, & Saltario servitium præstent. 67. A.
Tunc debitorem pignorare nullus præsumat. 92. A.
Exercitus Duces. 18. A. 20. B.
Exheredare filium sinè certa causa nulli liceat. 28. A.
Quæ justæ causæ eum exheredandi. *Ibid.*
Expeditionem facere quis ex fratribus debeat. 139. A.
Extranei ad Regni Italici vastationem venientes. 166. B.
Si occidantur, faida non crescat. *Ibid.*
Ezzeca Comes Palatii. 443. E.

F

Fabrica Ecclesiæ. 101. D.
In eam detur quarta pars Decimarum. 105. B. *Ide* Opera.
Fabula, pactum conventionis. 25. E. 29. A. & C.
Fabulati, nati ex legitimis nuptiis. 46. E.
Faderfium. *Vide* Phaderphium.
Faida. *Pro faida pretium recipere, aut solvere si quis noluerit*. 95. C. 96. A.
Faidosus si quis fuerit. *Ibid.*
Faida, quæ est inimicitia. 22. C. & E. 27. C. 76. D. 95. C. & E.
Faidæ coërcendæ. 155. E.
Faidam per sacramentum pacificare. 130. C.
Faidam pagare. 134. B.
Falco (Nicolaus Carminius) vir doctissimus, & Dionis Cassii illustrator. 289.
Falconarii, & Venatores. 112. C.
Falsa persona non habeat licentiam accusandi. 111. B.
Falsitas chartis attributa quomodo repellenda. 167. A. 169 A. & B.
Fame urgente, infantibus liceat vendere de rebus suis. 82. C.
Fames, clades, aut inæqualitas aëris si evenerint. 114. A.

Digitized by Google

Fanani conſtructum à Sancto Anſelmo Cœnobium. 187. 189. C. 191. C.
Fara, ideſt generatio, ſive familia. 28. D.
Farfenſe Monaſterium, ubi Thomas Abbas. 340. D. 345. B.
Faroaldus Dux Spoletinus. 401. A.
Fatigium pro fatigatione. 58. B. & D.
Faventia à Frederico II. Imp. & Conrado filio obſeſſa. 578. B.
Federicus S. R. E. Bibliothecarius & Cancellarius. 513. C.
Abbas Caſinenſis, poſtea Papa. 514. B. & C.
Felix Epiſcopus Neapolitanus. 296. D.
Felix Archiepiſcopus Ravennas à Conſtantino Imp. cœcatus. 577. B.
Feltrum Civitas. 153. A.
Femina velata. *Vide* Sanctimonialis.
Feminæ, quæ velamen ſanctæ Religionis in ſe recipiunt. 58. B. 65. C. 69. A. 109. B.
Feminæ maturæ ætatis copulantes ſibi pueros. 77. A.
Feminæ ſe lavanti ſi quis pannos abſtulerit. 79. B.
Feminæ libertæ, quæ ſe ſervis copularint. 86. A.
Feminam ſecum habere nullus Eccleſiaſticus præſumat. 160. B. & C.
Feminis cum licentia viri vendere ac donare liceat. 123. A.
De his, quarum mariti in Francia ſunt. 124. C.
Fengangi, reus furti manifeſti. 82. B.
Fera plagata ſi hominem occiderit. 41. B.
Tenta in taliola aut pedica. *Ibid.*
Feram ab alio plagatam quærens ſi occidatur. *Ibid.* C.
Occidens, aut ſalvans, dextrum armum lucretur. 42. A.
Si celaverit. *Ibid.*
Ferquidum ideſt ſimile. 25. C.
Ferraria, vel Comiaclum. 192. D.
Feſtis etiam diebus criminales cauſas agere ac dirimere Judicibus liceat. 174. A.
Fidejuſſorem dare de ſacramento. 45. B. 46. A.
Fidejuſſores plures de una cauſa. 162. D.
Qui non habuerit. 163 B
Fidejuſſores quales eſſe debeant. 76. B.
Fidejuſſores adducere 59. C.
Fidejuſſori anteſtare. 60. A
Fideles Regis, ideſt Vaſſalli. 88. C.
Filia aut ſoror ſit contenta de dote ei à patre aut fratre data. 29. D.
Filiæ ſi contra voluntatem patris egerint. 51. B.
Filiæ legitimæ quomodo ſuccedant patri in concurſu naturalium. 26. D. 27. A.
Filiam ſuam ſibi bene ſervientem liceat patri meliorare. 90. B.
Filiarum legitimarum ſucceſſio in bonis paternis. 51. A. & C.
Unà cum ſororibus patris ſuccedant. *Ibid.* B.
Filiaſter & filiaſtra. 110. D.
Filii hominis liberi ex uxore ſervi aut aldii, non ſuccedant patri. 64. B.
Filii legitimi in concurſu naturalium quomodo ſuccedant. 26. A. 27. C.
Nulli liceat ſinè certa culpa eos exheredare. 28. A.
Filiis ſuis bene ſervientibus ſi quis largiri aliquid voluerit. 73. A.
Filiis vivo patre non liceat cuicumque res ſuas thingare. 28. B.
Filiis Diaconorum, aliorumque Clericorum non liceat Notarios, Sculdaſcios, Comites, Judices fieri. 173. B.
Filium ſuum per fraudem ad confirmandum tenere. 110. A. & C.
Filius ex conjuge bona acquirens, non pulſetur ob debita patris. 62. C.
Filius aldii & aldiæ, cujus ſit aldius. 76. C.
Filius Langobardi facti Clerici vivat Lege Langobardorum. 83. B. & D.
Fines diſcreti per theclaturas arborum. 36. B.
Firmum Civitas. 153. A.
Fiſcalini, homicidia à Fiſcalinis facta. 155. C.
Fiſcalinus, qui prædium Fiſci excolit. 97. A. & D.
Similis Aldionibus. 104. C. 107. B.
Fiſci Regii res inquirantur per teſtes veraciores. 156. C.
Fiſcus Regis. 94. A.
Flebilis, nunc fievole. 129. D.
Florentia Civitas. 153. A.
Florentius Archiepiſcopus Ravennas. 557. C.
Focum longè à foculari, aut in itinere ſi quis fecerit. 25. C.
Forbannita tolonea. 95. A.
Foreſta nulla noviter inſtituatur. 135. A.
Foreſtum Dominicum. 102. C. 135. A.
Forfactæ res ad Palatium pertineant. 122. B. & D.
Fori-Julii Monarchia. 193. E.
Formulæ veteres à Juriſperitis in foro adhibitæ. 8.
Fornicatus ſi quis fuerit cum Aldia poſt ſponſalia cum altero inita. 80. A.
Forojuliani Duces varii. 401. E.
Forum-Julii Civitas. 153 A.
Fortunatus Epiſcopus Neapolitan. 293. A.
Locus ejus ſepulturæ. *Ibid.*
Foſſatum in via ſi quis fecerit. 83. B.
In terra aliena ſi quis fecerit. 60. C. 177. B. & D.
Franci Reges Langobardicam Legem minimè ex Italia abjecerunt. 1.
Francia, dirigere illuc miſſos Langobardis interdictum. 87. A.
Francorum Capitularia. 2.
Francorum Regum providentia. 108. C.
Eorum fabuloſa origo. 357. A.
Frater ſi deceſſerit abſque filiis, ſorores relinquens. 89. C.
Si fratrem occiderit. 54. B.
Fratres ſi poſt mortem patris in caſa communi remanſerint. 27. D.
Fratres duo ſi thingati fuerint, hoc eſt manumiſſi. 66. A.
Fratres inter ſe æqualiter dividant. 136. A.
Fratres, qui in noſtris & Romaniæ finibus ſunt 139. A.
Qui in expeditionem ire debeant. *Ibid.* A.
Frea, mulier ſub mundio alicujus. 69. C. & E. & 74. C. & E.
Freda, mulcta pecuniaria. 104. C. & 109. A. & E. & 127. A.
Fredericus II. Siciliæ Rex. 278. D.
Ejus geſta. *Ibid.* E.
Frequentinenſis Epiſcopus. 521. A.
Frixo aut Saxo ſi Salicum occiderit. 102. C. & 126. B.
Frodum pro Fodro. 177. B. & D.
Fugacem hominem ſi Portunarius tranſvexerit 38. C.
Fugaces in partibus Beneventi. 123. A.
Fugax ſervus ſi in alia Judiciaria inventus fuerit. 60. A.
Fugere foràs Provinciam ſi quis tentaverit 17. A.
Fugiens liber aut ſervus foràs Provinciam, comprehendendus. 38. B.
Fugitivi ſervi diſtringantur. 107. B.

Digitized by Google

Fugitivi. Vide Servi.
Fulfreal, ideſt liber ac ingenuus. 33. D. & 34. C.
Functiones publicæ minimè fraudandæ. 138. C. & 139. A.
Fundana Civitas à Saracenis flammis data. 390. C.
Furcunenſis Comitatus. 364. D.
Furem ſi Portunarius ſciens tranſmiſerit. 38. A.
Si fur rem commendatam in caſa alterius rapuerit. 78. A.
Fures carceri tradendi, decalvandi, cædendi, ſignandi. 66. B.
Fures & malefactores infeſtentur. 102. B.
Non celentur à Vicariis. 135. C.
Furones pro fures. 38. D. & 66. E.
Furti ſi quis liber homo accuſatus fuerit. 162. B.
Furtivæ mortis genere quemquam occidere. 178. B. & C.
Furtum lignorum, aut horti. 40. A. & B.
Aſſerum, aratri &c. Ibid. C.
Apum, accipitrum &c. 42. C.
Canum. 43. A.
Furtum inquirere ſi Judex neglexerit. 66. C.
Furtum, homicidium, adulterium non concelentur. 119. A.
Furtum, compoſitione facta pro eo, ſi apud alium hominem inventum fuerit. 62. B.
Si de eo quis fuerit accuſatus. 130. A.
Si ſervus patrarit, quomodo puniendus. 83. C.
Furtum ſi quis liber homo fecerit. 37. D.
Si ſervus fecerit. Ibid. A.
Si mulier libera. Ibid. B.
Si aldia, aut ancilla. Ibid.
Si liber homo per alium. Ibid. C.
Si plures homines ſimul. 38. A.
Furtum, vel minores cauſæ quomodo campo vel cruce dijudicanda. 101. B.
Rei intertiatæ. 110. B.
Fuſtare nunc fruſtare. 81. C. & E.
Fuſtis & wanto, *per ea res in bannum mittebantur.* 130. D.
Fuſtibus pugnam facere. 101. C. & D. & 126. C & 129. D. & 131. B.
Fuſtibus & ſcuto pugna. 140. B.

G

Gaiderius Princeps Beneventanus. 404. D. & 408. C.
Gajum, ſive Gagium Regis, ideſt Sylva, nemus. 42. E.
Galla Placidia Auguſta tempeſtate ſæviſſima agitata in mari. 567. B
Ravennæ Templum Sancti Johannis Apoſtoli condit. 568. C. & 569. D.
Ejus inſcriptiones. Ibid.
Galliarum Monaſteria olim celeberrima. 339. D. & 345. D.
Gamali, nati ex legitimis nuptiis. 46. E.
Gaphans, ideſt coheres. 36. A.
Garentem dare. 172. C.
Garoin Abbas. 389. A.
Gaſindii Regis. 88. A. & 63. B. & D.
Judicis. 87. C.
Gaſindium Ducis, hoc eſt familiaritas ac ſervitium. 34. B. & E.
Gaſindium attendere. 119. B.
Gaſindius magnus vel parvus. 192. C.
Gaſtaldii juſtitiam faciant. 119. A.
Curtes Regias providentes. 146. C.
Gaſtaldius Regis ſi ex Curte Regia aliquid donarit. 62. B. *Vide* Caſtaldius.
Gebeardus Archiepiſcopus Ravennas. 578. A.
Gelaſius II. Papa. 327. A.
Geminianus Regienſis Epiſcopus. 189. A.
Gemma Principiſſa Capuæ. 445. B.
Generationes diverſæ hominum per Italiam. 122. B.
Genicium, ſeu Gynæceum. 148. C. & E.
Genicula parentelæ in ſucceſſionibus. 26. A.
Gentilis ancilla, ideſt Langobarda. 31. D.
Genua Civitas. 153. A.
Capta à Saracenis. 246. B.
Genuenſis Epiſcopus olim ſubjectus Metropolitæ Mediolanenſi. 202.
Georgius Patricius Græcorum Beneventi. 408. D.
Ejus Diploma. 413.
Gerardus Ravennas Archiepiſc. 540. C.
Gerardus Comes Tarviſinus. 195. C.
Gerardus Comes Marſorum. 403. A.
Gerardus Comes. 515. A.
Gervaſius & Protaſius Martyres Mediolanenſes. 208. E.
Giffare, guifare, wifare. 133. B. & E.
Gildonia adunatio illicita. 95. C. & E.
Girardus Abbas, Vulturnenſis Monaſterii reſtaurator & conſervator. 326. C. & 519. B.
Giſeles, ideſt teſtes. 34. D.
Giſeltruda Langobard. Regina. 189. B. & 191. A.
Giſelvertus Epiſcopus Bergomen. 470. B.
Giſulfi I. Ducis Beneventani Privilegium Vulturnenſi Cœnobio conceſſum. 347. E.
Monaſterium illud inviſit. 351. C. & 401. C. & 411. E.
Giſulfus II. Dux Beneventanus. Ejus Diplomata in favorem Vulturnenſis Cœnobii. 354. A. & E. & 356. C. & 386. E. & 388. C. & 394. D.
Giſulfus Dux Forojulianorum. 401. B.
Gifulfus Caſinenſis Abbas. 367. C.
Godelpertus Vulturnenſis Abbas. 415. C.
Ejus mors. 418. D.
Godeſchalcus Dux Beneventanus. 394. C.
Goldaſtus (Melchior) Langobardicarum Legum editor. 7.
Græci Benevento potiti. 408. C.
Tum inde pulſi. Ibid. D.
Græci Auguſti cinnabaro uſi in ſubſcriptionibus. 427. C.
Grammatica Artis nomine deſignata. 152. B.
Quæ per ipſam traderentur. Ibid.
Grammaticus idem ac Literatus. 152. C.
Gratianus Caſinenſis Abbas. 356. A.
Gratioſus Epiſcopus Neapolitan. 302. B.
Gratioſus Archiepiſcopus Ravennas. 577. E.
Gregoras Patricius à Siracuſanis interfectus. 313. A.
Gregorius II. Papa. 342. A. & B.
Gregorius III. Papa. 353. D.
Gregorius V. Papa. 4. & 467. D.
Gregorius Abbas SS. Coſmi, & Damiani. 4.
Gregorius Conſul & Dux Neapolis. 271. A.
Gregorius Bajulus Imperialis Ydronti. 403. E.
Gregorius Abbas Nonantulanus. 196. C.
Gribertus (fortè Eribertus) Epiſcopus Terdonenſis Miſſus Ottonis II. Auguſti. 465. B.
Grimoaldi Regis Leges. 49. A.
Grimoaldus Princeps Beneventanus interemtus. 512. C. & D.
Grimoaldus III. Arichis filius Princeps Beneventi. 367. D.
Ejus oblatio facta Cœnobio Vulturnenſi. 372. B.
Ejus Diploma. 374. A.

Digitized by Google

Quando Principatum inierit. 375. E. & 393. A. & 402. A
Grimoaldus IV. Beneventi Princeps. 376. E. & 381. E.
Exadelphus Tertii. 402. A.
Grimoaldus Episcopus de Episcopio Sancti Pelini. 441. B.
Guadiam si quis alii dederit, & recipere neglexerit. 36. D.
Wadia, seu Guadia fidejussorem, aut vadimonium significat. 37. D.
Guadiam dare de sacramento. 45. B. & C.
Eam dare in præsentia testium. 54. B.
Si quis datam recipere neglexerit. 59. B.
Si quis violenter abstulerit. *Ibid*. B.
Si recipere voluerit. *Ibid*. C.
Guadiam si quis dederit in præsentia Regis vel Judicis. 85. B.
Guadiam si quis dederit, & postea abstulerit. 60. A.
Qui reddere neglexerit. 76. A.
Guadiare, & reguadiare. 109. C.
Guaimarius Princeps Capuæ. 509. A.
Dux Amalfi, Consul Surrenti. *Ibid*. D. 512. A. & E.
Guaimarius Princeps Capuæ occisus. 514. C.
Guaimarius Princeps Salernitanus. 410. E.
Gualapur furtivum vestimentum induere. 20. C.
Gualdaricus. *Vide* Hualdaricus.
Gualderius Episcopus de Episcopio Sancti Maximi. 441. B.
Guargangi, banniti è patria sua, si in Regnum advenerint. 48. C. & E.
Gualterius Archiepisc. Ravennas. 546. C.
Guestaro Dux Spoletinus. 401. B.
Guiberti Antipapæ Privilegium Archiepiscopis Ravennatibus concessum. 583.
Guiderbora, idest libera. 33. C.
Guiderbora, idest plena libertate donata. 71. C.
Guido Imperator. *Ejus Diploma*. 430. B. & D.
Illius Leges. 166. A.
Guido minor de Polenta Ravennam capit. 579. A.
Guido Spoleti Dux. 398. A. 399. D. 404. A.
Benevento potitur. 408. D. 410. B.
Guido Novellius de Polenta Capitanius Bononiæ. 579. A.
Frustra Ravennam occupare studet. *Ibid*. B.
Guidrigild. *Vide* Widrigild.
Guidrigild nullus exigat, nisi cum Misso Palatii. 167. A.
Guiffare, signum imponere. 82. C. & E.
Guillelmus I. Siciliæ Rex. 278. C.
Guillelmus II. Siciliæ Rex. 278. C.
Gundebada lex. 99. A. & D.
Gunsolinus Marchio. 470. B.
Gynæceum, seu Genicium. 148. C. & E.

H

Hazi Aliphè Mustafà Auctor Chronologiæ Arabicæ. 283. A.
Heinradus Vulturnensis Abbas. 365. D.
Helmepertus Episcopus Missus Hugonis Ducis & Marchionis. 484. B.
Henricus I. Imperator. 494. C.
Ejus Diploma pro Vulturnensi Cœnobio. 496. E.
Ejus Placitum & Judicatum. 497. A.
Romæ coronatur. 496. E. 500. B.
Ejus mors. 508. A.
Henrici I. Augusti Leges. 175. A.
Henrici II. Augusti Leges. 178. A.
Henricus II. Conradi filius Imperator. 513. B. & C.
Henricus VI. Imperator Sicilia potitur. 278. D.
Herbam negare itinerantibus non liceat. 45. C.
Herbas, quæ ad maleficia pertinent, nullus Campio habeat ad pugnam vadens. 46. A.
Heredem, deficientibus filiis, si quis sibi facere velit. 105. A.
Heredes facere de illicito Matrimonio natos non licet. 71. B.
Hereditatum indebitarum venatores repressi. 162. D. & E.
Heribannator, qui colligit heribannum. 105. C.
Heribannatoribus conjectum detur. 162. B.
Heribannum de liberis hominibus Comes non recipiat. 105. B.
Qui solvere debent, faciant ad heribannatorem. *Ibid*. C.
Heribannum quomodo exactandum. 96. B. & D.
Heribannum plenum. 98. B. 103. A.
Heribergare, nunc albergare. 109. B. & D.
Herimanni. *Vide* Arimanni.
Hermannus Corindius. 2.
Hermepertus, sive Herempertus Vulturnensis Abbas. 356. A.
Hermerissus Episcopus Beneventanus. 388. B.
Hermoris Casinensis Abbas. 356. A.
Heroldus (Johannes Basilius) Langobardicarum Legum editor. 6.
Hilarius Vulturnensis Abbas. 385. D. 495. C.
Hildebrandus S. R. E. Cardinalis & Legatus sub Alexandro III. 540. A.
Hildeprandus Subdiaconus S. R. E. Cardinalis. 515. A.
Hildeprandus Langobardorum Rex. 183. A.
Hildeprandus Dux Spoletinus. 363. A. 364. B. 369. B.
Oblatio ab ipso facta Monasterio Vulturnensi. 372. A.
Ejus Diploma. 373. B. 388. B. 402. C.
Hildericus Dux Spoleti. 401. A.
Hildericus Abbas Casinensis. 390. B.
Hobart (Thomas) Anglus Chronicon Arabicum Cantabrigiense Latio donat. 242.
Homicida fratris. 54. B.
Homicidæ pœnitentiam agere nolentes. 161. C.
Ad Ecclesiam confugientes. *Ibid*. D.
Si ad Ecclesiam confugiant, non excutiantur. 94. B.
Homicidia quomodo componenda. 55. B. 63. A.
Homicidia, furta, adulteria non concelentur. 119. A.
Homicidia Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, &c. 105. C.
Propinquorum. 106. C. 128. B.
Homicidia quomodo componantur. 102. C. 126. B.
Facta in Ecclesia. 128. A.
Homicidia in Ecclesiis, sive Templis facta, quomodo componantur. 143. B.
Homicidia cogente necessitate commissa. 130. C.
Prohibenda. 134. B.
Homicidia à Fiscalinis facta. 155. C.
Homicidii pœna qualis. 18. B. 19. B.
Homicidii simplicitas. 148. C. 149. D.
Homicidium aldii, aut servi. 24. D.
Homicidium ad sui tutelam. 55. A.
A servo peractum jussu Domini. *Ibid*. C.
A libellario factum quomodo puniendum. 69. B.
Homicidium per venenum. 74. A.
Patris, matris, fratris, qua pœna puniendum. 175. C. & E. 150. A.
Homicidium Domini à servo factum instigatione alterius. 80. A.
Homo Regis, idest Fiscalinus. 107. B. & E. 128. D. 143. A.
Homo de statu suo pulsatus. 136. A.

Digitized by Google

Honor, beneficium, publicum munus . 131. C. & E.
Honestus Archiepiscopus Ravennas. 562. C. 539. A.
Honorales Ottonis II. Augusti . 471. A.
Hospitalia pauperum in montanis. 159. B.
Hospitalia Episcopi & Abbates faciant . 101. A.
Hospitium Fanani ad suscipiendos hospites, & peregrinos . 189. C.
Hospitibus indigenæ tectum, focum non denegent . 158. B.
Hostis, quis ex fratribus in hostem ire debeat. 139. A.
Hostis pro exercitu . 98 B. 103. C.
Hostem faciant liberi homines. 153. B.
Hubertus Episcopus & Archicancellarius. 440. E.
Hugo Abbas Farfensis . 4.
Hugo Italiæ Rex turpiter in Provinciam redit. 418 E. 421. E.
Ejus Diploma pro Vulturnensi Cœnobio. 427. D. 441. C.
Hugo Marchio & Dux Tusciæ. 484. B.
Capuam obsidet. Ibid. A.
Humbertus Silvæ-Candidæ Episcopus . 513. C. 515. C. 516. A.
Hungari in Apuliam veniunt . 418. E.
Campaniam vastant . 422. D.
Hungarorum irruptio in Monasterium Nonantulanum . 195. A. 196. A.
Hunnorum, hoc est Hungarorum gens perfida, 196. A.
Huodalricus electus Beneventi Archiepiscopus. 513. C. 515. A. 516. A.

I

Jacobus Vulturnensis Abbas. 390. C.
Januarii Martyris Diaconia Neapoli . 287. 305. B.
Ejusdem Ecclesia à S. Athanasio Episcopo renovata. 316. B.
Ibidem Monachorum Collegium. 317. A.
Idelberga Abbatissa Monasterii de Loco Sano, 387. D.
Idoneare, & edoniare . 18. A. & E.
Idoneare se secundùm legem. 46. C.
Jejuni juramentum præstent. 96. B.
Jejuni Judices causas audiant. 99. B.
Jejunia Monachorum . 354. A.
Ignem in silva si quis accenderit . 147. C.
Illicito de Matrimonio natos non licet heredes facere . 71. B.
Immunitas non anteponatur, ne ulla occasio perveniat . 118. A.
Immunitas, ac emunitas. 94 C. & E.
Si in immunitate damnum fiat . 106. A.
Immunitates conserventur. 121. C. 135. B. 138. D.
Impans, idest votum Regis. 34 B.
Imperatorum Romanorum series. 330. C. & *seqq.*
Impuberes, ac dissimilis ætatis matrimonio non jungantur. 111. B.
Incantationes, auguria tollantur. 114. A.
Incendere casam alienam. 25. B.
Incendium silvale. 139. D. 147 C.
Incestæ conjunctiones tollantur. 160. A. & C.
Incestuosos homines Episcopis emendare liceat, 94. A.
Indiculum Epistola præceptoria Regis. 97. E.
Ingeniosè res suas Ecclesiis delegantes. 138. C.
Se in servitium alicujus tradentes. 139. C.
Ingenuo homini se dare in vadia liceat. 139. C.
Infans in utero matris si occisus fuerit . 22. C.
Infans res suas cum parentibus quomodo dividere debeat. 65. D.
Si is causam habeat cum aliquo. Ibid. A.
Vide Puer.
Infans si res suas vendiderit, aut infiduciaverit. 62. A.
Infanti ante XVIII. annos liceat uxorem ducere. 73. D.
Infantibus tempore famis liçeat vendere de rebus suis. 82. C.
Infiduciare res suas. 62. A.
Infirmitas à pugna per se suscipienda excusat. 173. A. 175. A.
Infrenatè viventes coërceantur. 158. C.
Ingenuitatis status quomodo defendendus . 122. C.
Ingenuitatis chartula. 127. E.
Cancellarii manu firmata . 128. A.
Ingenui homines, quæ placita custodire debeant. 102. B.
Inimicus publicus idem ac Regis inimicus . 18. E.
Injustæ occasiones & consuetudines tollantur. 134. A.
Innocentius III. Papa, 4. & 278. A.
Inquisitio de rebus Ecclesiasticis, & ad Fiscum pertinentibus. 156. B.
Intentio, pro contentio, & lis, 52. E.
Intentiones, unde per legem potest haberi pugna. 163. B.
Interficere aliquem infra treugam . 175. D.
Morte furtiva . 178. B. & C.
In Ecclesia . 128. A.
Ex levi causa . 129. A.
Intertiata res si furto ablata fuerit, 110. B.
Intricare, pro in laqueos conjicere, aut vulnerare. 42. E
Introductam mulierem nulli è Clero habere liceat . 160. B. & C.
Invasor rei Ecclesiasticæ, 161. B.
Invenienti in via aurum, aut quamlibet rem, quid agendum . 37. C.
Johannis Apostoli Ecclesia Ravennæ ædificata. 567. A & *seqq.*
Johannes VIII. Papa . 400. B. 404. A.
Johannes XII. Papa. 169. C.
Ejusdem Papæ Bulla pro Vulturnensi Monasterio . 446. E.
Capuam exul pergit . 462. A.
Johannes Niusletis Patriarcha Constantinopolitanus . 311. A. & D.
Johannes S. R. E. Cardinalis Episcopus sub Nicolao II. Papa . 515. A.
Johannes Archiepisc. Capuanus primus . 462. A.
Johannes Archiepiscopus Ravennas. Ejus Vita. 564. A.
Johannes Archiepiscopus Ravennas S. Romanæ Ecclesiæ invasor . 418. E.
Johannes V. Archiepiscopus Ravennæ . 577. C.
Johannes Dux Neapolis . 307. A. & E.
Johannes VII. Archiepiscopus Ravennas. 534. C. 539. A. & C.
Johannes Classensis, Archiep. Ravennas . 577. E.
Johannes Surrentinus Archiepiscopus . 515. A.
Johannes Episcopus Beneventanus . 426. B. & D.
Johannes Episcopus Beneventanus . 388. A.
Johannes Episcopus Neapolitanus. 295. A.
Johannes II. Episcopus Neapolitanus. 298. E.
Johannes III. Episcopus Neapolitanus. 301. D.
Johannes IV. Episcopus Neapolitanus, Scriba appellatus . 314. A.
Egregia illius acta. Ibid.
Ejus mors. 316. B.
Johannes I. Vulturnensis Abbas . 356. B. 394. B. & E.
Johannes II. Abbas Vulturnensis. 393. D. & *seqq.*
Quando factus Abbas. 462. A.
Johannes III. Abbas Vulturnensis. 462. B. 463. C. 467. E.

Digitized by Google

Johannes IV. Abbas Vulturnenſis. 472. C. & E. 474. B. & E. 514. E.
Johannes Abbas Caſinenſis. 415. A. & D. 493. E.
Johannes Albinus ad literas tradendas Ticinum miſſus. 152. D.
Johannes Diaconus Neapolitanæ Eccleſiæ Vitas ſcripſit Epiſcoporum Neapolitanorum. 285. *Alia ejus Opuſcula*. 288.
Johannes Monachus Chronici Vulturnenſis Auctor, ſeptennis Monaſterium ingreſſus. 326. C.
Juſſu Paſchalis II. Papæ Chronicon perficit. 327. A.
Johannes Diaconus Neapolitanus Auctor Martyrii Sancti Procopii. 269. A.
Johannes Abbas Nonantulanus. 196. A.
Johannes Abbas S. Severini prope Neapolim. 271. A.
Johannes Dux & Conſul Auguſtalis Neapolis. Ejus Diploma. 431. B.
Joſue Vulturnenſis Abbas. 368. C.
Per eum aucta Cœnobii fama. 362. E.
Ejus mors. 385. C.
Irnerius primus Legum interpres Bononiæ. 4.
Iſabella uxor Friderici II. Auguſti. 278. E.
Iſelgrimus Epiſcopus Cuſentinus. 418. A.
Iſernia à terræ motu dejecta. 390. D.
Iſmaël Alemujadad Chronologiæ Arabicæ Auctor. 251. A.
Italia olim variis uno tempore Legibus uſa. 2. & 3.
Quando Statuta Urbium invecta. 5.
Italia, quæ & Langobardia. 115. B.
Iterantes, hoc eſt iter facientes ad Palatium. 95. A.
Iteror pro itineror. 44. E. 45. C.
Itinerantibus herbam negare nulli liceat. 45. C.
Judex idem interdum ac Comes. 27. E.
Judex jurare ad Dei judicia homines credentes faciat. 119. A.
Judex ſi cauſam deliberare minimè poſſit, ad Regem contendentes mittat. 57. A.
Si contra legem judicaverit. *Ibid.* B.
Contra Judicem ſi quis ſeditionem levaverit. 59 C.
Judex ſi cauſam dilataverit. 57. B.
Unus Judex, duo Sculdaſcii. *Ibid.* C.
Judex ſi furta inquirere neglexerit. 66. C.
Quot homines mittere in exercitum debeat. 67. A.
Judicare pro anima ſua Langobardis liceat. 51. C.
Judicare de rebus ſuis pro ſalute animæ ſuæ. 103. A. & 138. A.
Judicare pro anima ſua in Sanctis Locis licebat etiam pupillis ac minoribus Langobardis. 55. E. 56. A.
Judicare de rebus ſuis pro anima ſua quomodo liceat mulieri. 70. C.
Quomodo viro habenti filios. *Ibid.*
Judicatum, charta judicii. 107. C.
Judicatus ſi quis fuerit ad mortem, & poſtea dimiſſus. 99. A. & 100. A.
Judices inquirantur nobiles, ſapientes, Deum timentes. 149. C.
Diſcant pleniter legem. 156. A.
De qualibet cauſa fredam non exigant. 104. C.
Quid eis agendum in Cleri cauſis. 105. C.
Judices Langobardi, Romani, & Salici olim in Italia. 4.
Judices præſentent latrones ad placita. 94. C.
Meliores eligantur. 100. C.
Judices ſub Comite. 101. C. & E.
Jejuni cauſas audiant. 99. B.
Mali abjiciantur. 136. A.
Judici ſi quis aliquid dederit, & vivente eo requiſierit. 69. C.
Judici inſervire per XXX. annos. 92. B.
Judicia Dei quæ olim appellarentur. 100. D.
Ad novem vomeres ignitos examen. 106. C. & E.
Crux, campus, vel pugna. 117. A. 124. D.
Judiciaria pro diſtrictu Civitatis. 60. D. 119. B.
Judicibus ſi quis minas aut convicia intulerit. 168. A.
Si quis eos falſidicos dixerit. *Ibid.*
Judicem agere non liceat Clericorum filiis. 173. B.
Judicibus & Ducibus Romani Pontificis obedientia præſtetur. 140. A.
Judicibus liceat etiam feſtis diebus criminales cauſas agere. 174. A.
Judicium Dei per Campionem in pugna. 31. B.
Judicium Aquæ frigidæ interdicatur. 143. B. & D.
Aquæ ferventis. *Ibid.* A.
Crucis. 149. A.
Julianus Epiſcopus Neapolitan 306 B.
Julianus Comes Romandiolæ mortuus Ravennæ. 578. C.
Juniores Comitum qui forent. 108. B. & E.
Juniores Ducum. 112. C. 121. B.
Juppo, vel Vippo Comes. 386. D.
Juramenti uſus tollatur. 160. A.
Juramentum à jejunis præſtetur. 96. B. *Vide* Sacramentum.
Non deferatur infantibus. 99. A.
Jurare per vitam Regis. 108. A.
Jurare ad Dei judicia. 119. A.
Ad Evangelia Sancta. 45. A.
Ad arma ſacrata. *Ibid.* & D. 46. B.
Juratores omnes ſingulariter jurent. 139. B.
Jusjurandum calumniæ. 178. B.
Illud Clerici per Advocatum præſtent. *Ibid.* A.
Juſſionem Regis ſi quis in deſpectione habuerit. 161. D.
Juſtinianus Auguſtus. 1.
Juſtitiæ dilatæ à Sculdaſcio, aut Judice qua pœna. 57. A. & C.
Juſtitiæ Eccleſiarum, Viduarum &c. fiant 161. D.
Juſtitiæ pauperum non remaneant. 99. B.
Juſtitiæ Eccleſiarum. 101. A.
Juſtitiæ pleniter fiant. 120. A.
A Miſſis Regiis. 134. B.
Juſtitiam nemo dilatare præſumat. 100. A.
Juſtitiam Populus univerſus ſuſcipiat. 119. & 120. B.
Juſtitiam dilatare. 146. A. & B. & 147. A.
Rectè juſtitia miniſtretur. 156. A.
Legalis Populo fiat. 158. C.
Juſtitias Comes faciat. 95. B.

K

Kalimerus Epiſcopus & Martyr Mediolanenſis. Ejus Vita. 213. B.

L

Labrum libero homini abſcindere. 21. A.
Laicalis ordo. 138. D.
Laici noviter converſi. 113. B.
Laici tam liberi, quàm ſervi adjuvent Comit contra prædones. 166. C.

Digitized by Google

Laicus Clericis crimen inferre non audeat. 127. C.
Lambertus Imperator ubi & quando natus. 430. B. & D.
Lambertus Spoletinorum Dux contra Saracenos accitus. 403. A. & 404. A.
Lambertus Comes Ludovici II. Augusti. 403. D.
Ipse & alter Lambertus Comes ab eodem Augusto fugiunt. Ibid. B.
Landenolfus Princeps Capuæ. 468. E.
Occisus à Langobardis. 484. A.
Landenolfus Comes Castri Calinoli. 469. A.
Lando Landonis filius Capuæ Comes. 392. E.
Lando Landulfi filius Capuæ Comes. 392. E.
Lando Comes Calatiæ. 469. A.
Lando Comes de Aquino. 513. D.
Lando Comes Civitatis Teanensis, filius Atenulfi Comitis. 483. C.
Landolfus II. Capuæ Princeps. 445. B.
Landolfus Archiep. Beneventanus. Ejus Placitum. 450. E.
Landolfus Transmundi Comitis filius. 498. C.
Landulfus Princeps Beneventanus sub Nicolao II. Papa. 515 A.
Landulfus Atenulfi filius Princeps Capuæ & Beneventi. 408. D.
Landulfus & Atenulfus Beneventani & Capuani Principes. 415. D. & 416. E.
Alterum eorum Diploma pro Vulturnense Cœnobio. 417. E.
Landulfus Princeps Marchio efficitur. 422. D.
Landulfus factus Comes Capuæ. 385. D.
Capuam derelinquit. 392. D.
Landulfus & Pandolfus Principes Capuæ. 503. E.
Landulfus Landonis filius Capuæ Episcopus. 392. E. & 402. D. & 403. C.
Landulfus & Atenulfus Comites Suessæ. 461. A.
Landulfus filius Landenulfi Comitis, Isernienſis Comes. 470. B.
Græcus cognominatus. 471. C.
Landulfus Comes de Tiano. 513. D.
Landulfus Monachus Vulturnensis Sanctus. 512. A.
Langobarda si Romano nubat. 76. C.
Langobardæ puellæ quando comam ponerent. 51. D.
Langobardia appellata pars Beneventani Ducatus. 243. & 246. E. & 413. B.
Thema Langobardiæ. 417. D.
Langobardi ante Rotharim sinè legibus scriptis vixere. 1.
Regum Langobardorum Præfationes in Leges. 7.
Langobardi secundùm suam legem vivant. 124. A.
Quo Anno in Italiam irruerint. 17.
Langobardicæ Historiæ breviarium. 401. A.
Langobardicæ Leges. Vide Leges.
Langobardicæ Legi addita à Carolo Magno. 113. A.
Langobardici Regni Comitia publica quando facta. 61. D.
Langobardis infantibus judicare pro anima sua res suas licebat. 55. E. & 56. A.
Langobardorum Lex apertissima, & pæne omnibus nota. 68. C.
Langobardus habens filios, si Clericus efficiatur. 83. B.
Filiis suis bene servientibus aliquid largiri habeat licentiam. 73. A.
Latro de uno furto probatus. 104. A.
Latrones ad placitum præsententur. 94. C.
Pro prima culpa non moriantur. 99. C.
Forbanniti denuntientur vicinis Comitibus. 100. C.
Plena de iis justitia fiat. 102. B.
Vindicta in eos facta à Comitibus. 104. A.
Si quis latronem traditum ad mortem servaverit. 104. C.
Si quis dimiserit. Ibid. A.
Post Missam S. Johannis Baptistæ latronibus mansio non detur. 123. B. & D.
Latrones coërcendi. 134. B.
Launechild remuneratio. 28. C. & E.
Sinè Launechild donatio minimè stat. 65. B.
Launechild, donum. 60. C. & 61. C.
Laurentius Episcopus Neapolitan. 306. D.
Laus Pompeja Civitas. 153. A.
Legare res suas in Monasterio. 107. C.
Lege Romana Clerici vivebant. 83. B. & D.
Legem servare si quis contemserit. 105. A.
Legem suam sequantur Romani, & Langobardi. 124. A.
Etiam in aliena patria. 126. B.
Leges Langobardicæ à Rothari Rege scripto traditæ. 1.
A Francis Regibus auctæ. 2.
Tum à subsequutis Imperatoribus. 3.
Num abrogatæ à Lothario II. Augusto. 4.
Cur & quei tamdem sublatæ è foro. 5.
Num penitus earum auctoritas desierit. 6.
Variæ illarum editiones. Ibid.
Interpretes & Glossatores. 7.
Præfationes Regum. Ibid.
Legitima ætas filiorum qualis. 26. B.
Leo III. Papa ad Carolum M. in Franciam se recipit. 184 A.
Eum Imperatorem statuit. Ibid. B.
A Romanis malè habitus. 312. C. & E.
Leo III. Imp. Ravennam obsidet, & capit. 577. B.
Leo IV. Papa Civitatem Leoninam condit. 390. D. & 418. E.
Leo IX. Papa. Ejus Placitum pro Vulturnense Cœnobio. 513. E.
Ejus mors. 514. C.
Leo & Alexander Græcorum Imperatores. 410. C. & 414. B. & D.
Leo Episcopus Siciliæ. 246. D.
Leo Episcopus Vercellensis. 497. B.
Ejus Placitum. 500. B.
Leo Abbas Nonantulanus. 196. C.
Leo Vulturnensis Abbas. 422. D.
Ejus postrema dies. 433. A.
Leo Consul & Dux Neapolis. 314. B.
Leonina Civitas à Leone IV. Papa condita. 390. D.
Leontius Episcopus Neapolitan. 303 B.
Leopardus Abbas Nonantulanus. 195. E.
Leprosa sponsa si facta fuerit. 29. C.
Leudis, Vassallus nobilis. 102. C. & E.
Leudum mulcta pecuniaria. 120 B. & E.
Leudum interfecti solvatur. 143. C.
Lex Romanorum. 68. C.
Lex Langobardorum. Ibid.
De Lege sua discedere liceat. 69. A.
Lex Gundebada. 99. A. & D.
Lex, mulieres ad suam revertantur legem, viris defunctis. 138 B.
Lex Romana & Langobarda. 124. A.
Omnis Ecclesiasticus vivat Lege Romana. 135. C. & E.
Libellarii subtrahentes se de Publico servitio. 105. A.
Non inquietentur. 121. B.
Libellario nomine in terra aliena residere. 69. B.

Digitized by Google

Liber homo se ipsum ad servitium implicans. 137. A.
Adulterium cum aliena uxore committens. *Ibid.* B.
Liber aut servus uxorem alienam sibi in conjugio socians, unà cum ea occidatur. 32. D.
Liber homo, qui se loco guadiæ in alterius potestatem commiserit. 107. A.
Qui in Monasterio comam deposuerit. *Ibid.* C.
Qui ad servitium Dei se tradere vult. 108. B.
Libera mulier servo nubens libertatem amittat. 33. D.
In scandalum si cucurrerit. 47. A.
Liberæ mulieri si quis in via antestèterit. 20. A.
Libera mulier si sinè voluntate parentum nupserit. 30. C.
Si fornicata voluntariè fuerit. *Ibid.* A.
Si furtum fecerit. 37. B.
Liberi homines ad placitum, vel ad mallum non cogantur. 100. D.
A Comite in servitio non opprimantur. 123. A.
Quæ placita observare debeant. 135. A.
Liberi homines res suas fraudulenter Ecclesiis delegantes. 138. C.
Aut etiam Laicis. 139. A.
In alienam potestatem sua transferentes. *Ibidem* C.
Liberi homines secundùm qualitatem rerum hostem faciant 153 B.
Mediocres liberi. *Ibid.*
Liberi homines super alterius terram residentes. 148. B.
Liberi homines uxori ancillæ factæ alterius copulati. *Ibid.*
Liberi homines nullum obsequium Comitibus faciant. 162. B.
De furto accusati. *Ibid.*
Liberi homines licentiam habeant commendandi se ubi voluerint. 121. C.
Ingeniosè se servitio tradentes. 139. C.
Liberi homines proprium non habentes in testimonium non recipiantur. 144. A.
Pauperes non opprimantur. 145. C.
Liberis hominibus nihil superponatur. 137. C.
Liberis è parentibus natus, etiamsi serviat, liber præsumendus. 92. B.
Libero homini si quis in via antestèterit. 20. A.
Si quis eum de caballo in terram jactaverit. *Ibid.* B.
Si homo liber noctis tempore in curte alterius inventus fuerit. *Ibid.* C.
Si scandalum in Civitate, ubi Rex præest, perpetraverit. 21. B.
Libero homini si quis fuerit insidiatus. 21. A.
Si eum ligaverit, aut percusserit, aut plagaverit. *Ibid.* B. & C.
Plagæ inlatæ quomodo componantur. 22. A.
Libero homini migrare quò voluerit liceat intra dominium Regis. 28. D.
Liberos homines in bobus pignorare non liceat. 146. D.
Neque cogere ad placita, nisi ter in anno. *Ibid.*
Liberum hominem pœnitentiam agentem si quis interfecerit. 129. A.
Liberum hominem si quis foràs Provinciam vendiderit. 61. A.
Liberum se dicenti non prosit possessio XXX. annorum. 136. B.
Liberum hominem si quis batiderit. 75. C.
Si aldium, aut servum. 76. A.
Liberum hominem si quis impingerit. 48. A.
Si quis per barbam traxerit. *Ibid.*
Si quis ei brachium ruperit. *Ibid.* B.
Si quis casu faciente occiderit. *Ibid.*
Liberii III. Archiepiscopi Ravennatis Vita. 557. D.
Libertas, si quis de ea interpellatus fuerit. 106. C.
Libertate quomodo donandi essent servi. 34. A. B. & C. 52. D. 89. B.
Libertatem vendere non liceat. 127. D.
Probare quomodo conveniat. 128. A.
Libertatem pertinentibus suis donare. 90. A.
Libertates injustè ablatæ. 134. B. & C.
Libertæ alienæ si quis violentiam fecerit. 32. B.
Libertæ feminæ, quæ se servis copularint. 86. A.
Libertus factus si ad servitutem rursus cogatur. 107. A.
Homo denarialis. 120. A.
Libertus fulfreal factus si filios reliquerit. 34. A.
Liberti lege Dominorum vivant. *Ibid.* C.
Libertus ad servitium interpellatus. 127. D.
Quomodo ei libertas probanda sit. 128. A.
Libertus libertatem acceptam Judici & vicinis manifestare debet. 62. A.
Quis ei succedat. 65. A.
Libertum facere, ac ejus servitium sibi retinere. 89. C.
Licentia placitum habendi in privatis locis Comiti necessaria. 130. E.
Lidi, seu Liti, similes Aldionibus. 104. A. 107. D. 128. D. 148. E.
Liguriæ caput Mediolanum. 204. D.
Liguriæ Ecclesiæ subjectæ Metropoli Mediolanensi. 207. E.
Lindenbrogius (Fridericus) Langobardicarum Legum editor. 6.
Lisina Civitas. 448. B. 451. B.
Literæ tractoriæ Regis. 131. C. 135. C. & E.
Litigiosa res non detur, antequam elitigetur. 161. C.
Litus maris, nunc Genuensium ditio. 120. A.
Liutfredus Vulturnensis Abbas. 513. D.
Liutprandi Regis Leges. 51.
Ejus nomen Liutprandus, non verò Luitprandus. 54. D.
Liutprandus Rex duella improbat. 74. C.
Ravennam obsidet, & Classem destruit. 576. D.
Totam fere Marchiam Anconitanam capit, ac castrum Sutrium. 576. A.
Liutprandus Dux Beneventanus, ejus Diploma. 374. E. 388. D. 394. D.
Loca semel Deo dicata, non fiant ultra Secularium habitacula. 110. A.
Loci Servatores Neapoli. 446. D.
Loci Servatores. 104. A. & D.
Locis venerabilibus res suas distribuere. 90. A.
Loco positus, sive Vicarius. 166. B. & E.
Locorum præpositi justitiam faciant. 119. A.
Loco positi. 120 A.
Lotharius I. Augustus. 314. C. 315. C.
Consors Imperii à patre factus. 184. B.
Quale ei juramentum Romani præstiterint. *Ibid.* C.
Lotharii I. Imperatoris Leges. 137. A.
Capitula ab ipso Romæ facta. 140. C.
Excerpta per ipsum de Capitulari Caroli. 146. A.
Lotharii I. Augusti Capitula ad Olonnam facta. 151. A.
Lotharius II. Augustus num Leges Langobardicas abrogarit. 4.
Illius Lex inter Langobardicas. 180. A.
Lotharius Hugonis filius Italiæ Rex. 421. E.
Ejus Diploma. 427. D. 441. C.

Lucas

Digitized by Google

Lucas electus Episcopus Panormitanus. 313. B. & E.
Lucas de Penna Jurisperitus. 5.
Lucifer Calaritanus Episcopus. 223. D. 225. B.
Ludovicus Pius Caroli Magni filius. 115. B.
Ejus Leges. 126. A.
Ludovicus Pius Lotharium Regni consortem facit. 184. B.
Ludovicus Pius, qui & Almus dictus est, Imperator Carolo M. patri succedit. 367. D.
Romam quando venerit. 368. A. & D.
Vulturnense Cœnobium visitat. *Ibid.* B.
Paschali Papæ pactum confirmat. 369. B.
Ejus Diploma pro Vulturnense Cœnobio. 369. D.
Alterum pro eodem. 371. C. 386. C. 390. C.
Ludovici II. Augusti Leges. 156. A.
Ejus Leges promulgatæ in Concilio Ticinensi. 158. A.
Saracenos in Apulia vincit. 317. C.
Beneventi capitur. *Ibid.*
Ludovicus II. Augustus Beneventi Provinciam dividit. 390. A.
Ejus Diploma. 395. B.
Placitum ejus jussu habitum. 396. C.
Ejus gesta. 402. C.
Lugdunensis pagus. 115. A.
Luminaria Ecclesiæ. 160. B.
Lupo Comes de Risma. 443. A.
Lupus Dux Spoletinus. 369. B. 386. C. 401. B.

M

Mabillonius (Johannes) ejus Præfatio in Acta S. Anselmi Nonantulani Abbatis. 187.
Magenolfus Comes. 493. B.
Magister Comacinus faber murarius. 25. C. & D.
Mainardus Comes. 443. A
Majo Comes. 392. C.
Majo Vulturnensis Abbas. 396. A.
Majo II. Vulturnensis Abbas. 408.
Ejus mors. 415. A.
Mala tractatio fœæ suæ quæ sit. 74. C.
Maleficia super se nullus Campio habeat, ad pugnam vadens. 46. A.
Malo ordine res alienas si quis possederit. 68. C.
Maliodorus Episcopus Terdonensis. 221. E.
Mallare aliquem de aliquo negotio. 146. A. & D. 147. A.
Mallum non refugiat mannitus. 97. A.
Mallum, solemnis populi conventus. 103. D.
Illuc arma non portentur. 123. A. & C.
Mallum, ad illud mannire. 129. A.
Ibi sacramenta adrhamire. 130. A.
In Ecclesia non habeatur. *Ibid.*
Mancipata casa, idest ad auctionem vendita. 34. E.
Mancipia non vendantur, nisi in præsentia Episcopi aut Comitis. 95. B. 102. A. *Vide* Servus.
Non extra Marchas. *Ibid.*
In furto non emantur. *Ibid.* B.
Adventitia & fugitiva nemo recipiat. *Ibid.*
Mancipia Palatii, & Ecclesiarum. 123. A.
Mancipia fugitiva, pro iis nullum præmium recipiat is, in cujus potestate inventa fuerint. 132. D.
Si in Villam Regis confugerint. 133. C.
Mancipio fugaci si quis opem dederit ad fugam. 39. A.
Mancipium fugitivum si Portunarius sciens transposuerit. 38. A.
Si mancipium ad dominum redeat, vindicta in eum non exerceatur. *Ibid.* B.
Fugitivum quisque restituat. *Ibid.* C.
Si in Ecclesiam fugerit, restituatur. 39. A.
Si in Curtem alterius. *Ibid.* B.
Si fugax in casa alterius malum perpetraverit. *Ibid.* C. *Vide* Servus.
Mancipium leprosum aut Dæmoniacum. 35. B.
Mandare, idest notum facere. 55. D.
Manentes, & commanentes. 160. E.
Manfredus Siciliæ Rex. 278. C.
Ejus gesta. *Ibid.* D.
Mannire, vocare in jus. 129. E. 102. C. & E.
Mannitus ad mallum. 97. A. & C.
Mansionatica, & paravereda. 112. A. & C.
Mansionem vetare venienti ad Regem non liceat. 95. B.
Manso Abbas Casinensis. 462. B.
Mansus cum XII. Vicariis. 144. B.
Mantua Civitas. 153. A.
Capitulare ibi factum. *Ibid.* B.
Manumissio servorum in manu Regis per manus Sacerdotis. 52. D.
Quomodo facienda manumissio. 55. B. & 80. C.
Manumissionum formæ secundùm Langobardos. 34. A. B. & C. & 89. B.
Manus mortua, idest Fiscus possessor. 142. B. & D.
Manum libero homini abscindere. 22. A.
Manum in caldariam ponere. 61. A. & D.
Maraldus Vulturnensis Abbas. 493. E.
Marchæ Regni Italici. 102. A.
Marcianus Terdonensis Episcopus. 221. B.
Marcianus Episcopus Neapolitan. 293. C.
Margarita mater Guillelmi II. Siciliæ Regis. 278. C.
Marinus II. Papa. Ejus Bulla pro Vulturnense Cœnobio. 452. E.
Marinus Dux Neapolis. 431. B.
Ejus Diploma. 446. C.
Marinus Senior Amalphitanorum. 317. C. & E.
Maritum si mulier occiderit. 32. D.
Maritus si consenserit in adulterium uxoris. 77. C.
Marotta Comitissa. 498. D.
Marpahis nobile officium, stratorem diceres. 379. D. & E. 391. D. & 392. B.
Marsorum Provincia. 340. B.
Martianus Sancti Apollinaris Discipulus. 530. A.
Martini Confessoris Christi corpus Beneventum translatum. 389. C.
Masca, idest Striga, seu venefica. 31. A. & 47. C.
Mascellaria ex auro. 310. A. & D.
Massarius servus. 24. A.
Ei peculium suum dare in socio liceat. 35. C.
Maternus Episcopus Mediolanensis. Ejus Vita. 218. D.
Matera Urbs. 495. D.
Matrimonia inter pueros & adultas feminas interdicta. 136. B.
Matrimonia ante pubertatem, ac in dissimili ætate non fiant. 111. B.
Illicita rumpantur. 112. A
Matrimonia puellarum ante completum annum XII. interdicta. 72. C.
Inter pueros, & feminas maturæ ætatis improbata. 77. A.
Illicita, ex quibus nati non sint heredes patri suo. 58. C. 59. A. & B. *Vide* Incestæ conjunctiones.
Matrimoniare si quis ancillam suam voluerit. 33. C.
Matrimonium inter viduam, & ejus affines non liceat. 179. A.

Digitized by Google

Matrinam, ideſt novercam, nulli liceat ducere uxorem. 30. A.
Maurus Archiepiſcopus Ravennas. 577. E.
Mediolanenſis Eccleſia Metropolis conſtituta à Barnaba Apoſtolo. 206. C.
Ejus Metropolis amplitudo olim. 207. E.
Plures ejus Martyres. 208. E. & 209. A.
Mediolanenſis Eccleſia in Italia poſt Romanam prima. 200.
Num illius Fundator & primus Epiſcopus Barnabas Apoſtolus. 201.
Mediolanenſis ſoli ac Urbis laudes. 204. B. & C.
Mediolanenſis Populi geſta ex Kalendario vetuſtiſſimo Bibl. Ambroſ. 235. A.
Mediolanenſium priorum Epiſcoporum Vitæ 197. & 202.
Mediolanenſium Archiepiſcoporum Catalogus. 228. A.
Mediolanenſium Catholicorum concertatio cum Arianis ſub Dionyſio Epiſcopo. 225. B.
Epiſcopi Suffraganei Mediolanenſis Metropolitæ. 228.
Mediolanum. De Situ ejus antiquum Opuſculum. 197.
A Brenno conditum. 204. A.
Ibi Palatium, Theatrum, Thermæ &c. Ibidem B.
Auguſti illic habitantes. Ibid.
Quare Mediolanum appellatum. 205. A.
Mediolanum Civitas ad Scholas Ticini conveniat. 153. A.
Mediolanum poſt Romam olim Urbs celeberrima. 206. B. & 207. E.
Quæ ibi primùm Baſilicæ excitatæ. 212. C. & D.
Ibi Maximianns Auguſtus diu verſatus. 221.
Melita Inſula occupata à Saracenis. 245. C.
Melitenſis Epiſcopus à Saracenis Panormi detentus. 264. A.
Memorſin, aliquem de equo dejicere. 47. D.
Menſuræ æquales fiant. 107. B.
Mephium idem ac methium, & meta. 70. E. *Vide* Meta. 77. E.
Mercata non fiant Dominico die. 111. A.
Mercatum fiat, ubi antiquitus fieri ſolet. 100. B.
Meſſana capta à Saracenis. 245. B. 253. A. & 283. A.
Meſſem aut annonam ſi quis in hoſte rapuerit. 98. C.
Meta donatio propter nuptias facta. 28. A. & D. 29. B. 33. B. 68. B. & D. 73. C.
Metam conjugi ſuæ ſi quis dare voluerit. 68. B. 70. E. *Vide* Mephium. 73. D. 90. C. & E.
Methium, idem ac meta, & mephium. 70. E. & 77. E.
Metropolitanis ſuis Epiſcopi ſubjecti ſint. 94. B.
Michaëlis Archangeli Eccleſia in Monte Gargano. 483. C.
Milites nullum furtum, nullam violentiam faciant. 98. B. & C.
Milites, hoc eſt Vaſſalli, & Seniores. 177. A.
Iis beneficia diſtrahere vetitum. 180. B.
Miniſterialis Eccleſiæ. 108. B.
Reipublicæ, hoc eſt Fiſci Regii. Ibid. E. 112. C.
Comitis 131. C.
Miramamolinus Africa potitur. 245. C.
Ejus geſta, & mors. 246. A.
Miſſa Sancti Johannis Baptiſtæ. 123. A.
Miſſaticum contradicere Miſſo dominico. 97. C.
In eo ſi quis Comitum directus fuerit. 135. B.
Miſſi Regis. In eorum præſentia homines vendantur. 95. B.
Juſtitias faciant. Ibid.
Heribannum legitimum exigant. 96. B.
Si quis eis contradixerit. 97. C.
Miſſi Regis juſtitiam dilatare non præſumant 100. A.
Monaſteria viſitent & corrigant. 121. A.
Miſſi Regis curent, ne pauperes crucientur 155. B.
Quæ iis agenda ſint in eorum officio. 159. B
Miſſatici conjectum habeant. 162. B.
Miſſi Regis pontes emendandos curent. 133. D.
Legatio eorum qualis eſſe debeat, ac juſtitia. 134. B.
Gratiam, & odium à ſe avertant. Ibid. C.
Aut Epiſcopi, aut Abbates, aut Comites, fuere. 135. C.
Miſſi Regis, ubi bona juſtitia facta eſt, diutiùs non morentur. 135. A.
Placitum in Comitis miniſterio non habeant, ſi is in Miſſatico eſt. Ibid. B.
Juſtitiam facere nolentes reprimant, de illorum rebus vivendo. Ibid.
De Eccleſiis deſtructis inquiſitionem faciant. 142. A.
Malos Scabinos ejiciant. Ibid. C.
Ad eorum placita Epiſcopi, Abbates, & Comites coëant. 148. C.
Miſſi commonitorii. 166. A. & D.
Miſſi Palatii. 167. A.
Miſſi Fiſcalini de qualibet cauſa fredam non exigant. 104. C. 109. A.
Miſſi Dominici. 105. A.
Pippini Regis. 105. B.
Miſſi diſcurrentes. 107. C.
Cauſas requirant. 122. A.
Miſſi Regis recipiendi. 131. C.
Mobile ſuum in alienam poteſtatem transferentes. 139. C.
Molinum alterius ſi quis incenderit. 26. A.
Si quis in terra aliena ædificaverit. Ibid. B.
Monaſteria Galliarum olim celeberrima. 339. D. & 345. D.
Sancti Petri Monaſterium juxta Beneventum. 347. D. & 349. C.
Sanctæ Mariæ in Sano. Ibid.
Salvatoris in Alife; S. Mariæ Apinianici; S. Petri in Valle Tritenſe; & S. Mariæ in Muſano; & alterum S. Mariæ ad duas Baſilicas. 355. B. & C.
Sanctæ Columbæ. 356. D.
Monaſteria virorum & puellarum in mundio Palatii, aut Epiſcopi. 118. C.
A Miſſis Regis corrigenda. 121. A.
Monaſteria aut Cœnobia regulariter vivere debent. 388. D.
Exordia Monaſterii Cavenſis Salernitani. 494. C.
Monaſteria regularia ſecundùm Regulam vivant. 94. C.
Puellarum ordinem ſuum cuſtodiant. Ibid.
Ab Epiſcopis curentur. 100. D.
Per Monaſteria hoſpitale fiat. 101. A.
In Monaſterio regulari comam deponere. 107 C
Monaſteria ſemel facta, non fiant ampliùs ſecularia habitacula. 110 A.
Monaſteria puellarum S. Michaëlis, & S. Georgii in Principatu Salernitano. 418. B.
S. Petri in Tontole. Ibid. C.
S. Mariæ in Apinianici. 441. D.
Hoc ſubjectum Vulturnenſi Abbati. 442. A.
Monaſteria in defenſione ſacri Palatii. 91. B 92. A.
Majora Monachos L. nutriebant. Ibid. B.
Monaſteria B. Petri Apoſtoli ad Janiculum, C *ad*

Digitized by Google

ad Ultimum Romæ. 550. B.
Sanctæ Petronillæ Ravennæ. 557. C.
Sancti Pulionis Martyris Ravennæ. 558. C.
Cluſinum ad Alpes apud Taurinum. 564. D.
Monaſteria Regalia in beneficium dentur. 122. A.
Si Epiſcopus Monaſteria indebitè in emphyteuſim conceſſerit. 148. A.
Ibi regularis ordo teneatur. 158. B.
Monaſteria Monachorum & Puellarum. 159. B.
In Monaſteria Clerici pœnitentes mittantur. 162. B.
Monaſteria ædificata in ſolo proprio. 161. A.
Monaſterium S. Januarii Neapoli. 305. B.
Inſulæ S. Salvatoris. 317. A.
Monaſterium Sancti Martini Neapoli. 294. B.
Ibi quoque S. Severini Cœnobium. 297. B.
Item S. Feſti, S. Gaudioſi, S. Pantaleonis. 310. B.
S. Andreæ. 312. A.
Monaſterium Sancti Marcellini Sanctimonialium Neapoli. 313. B.
Monaſterium SS. Cyrici, & Julitæ Neapoli. 312. B.
Monaſterium Caſaurienſe. 369. E.
Sancti Angeli in Barregias. 371. B.
Sancti Petri in agro Capuano. *Ibid.* E.
Sancti Martini in agro Sueſſano. 375. C.
Sanctæ Sophiæ Beneventi. 377. A.
Montis Marſici. 389 B. 407. A.
Monaſterium Vulturnenſe conditum à Paldone, Taſone, Tatone. 341. A. 346. D.
Ejus ſocietas cum Caſinenſi. 347. A.
Ejus fama ſub Carolo Magno. 348. A. & D.
Ab eodem Carolo inviſitur. 359. A.
Ibi Templum inſigne Sancto Vincentio fundatum. 368. C.
Solemnis ejus dedicatio. 369. A.
Illuc pia gens undique confluebat. 372. E.
Fortius aliis Monaſteriis. 378. C.
Sedi Apoſtolicæ ſubjectum. 384. B.
Monaſterium Vulturnenſe ſub tutela Auguſtorum. 390. B.
A Saracenis vaſtatum. 399. D. 400. & ſeqq. 403. B.
Ingens ejus exciſio, & Monachorum cædes. 404. E.
Quamdiu duraverit illius deſolatio. 405. C. 409. B.
Reædificatio. 418. A.
A filiis Borelli afflictum. 512. E.
In Commendam datum. 522. A.
Quingentos aluiſſe Monachos traditur. 321.
Monaſterium SS. Lupoli, & Zozimi Beneventi. 500. C.
Monialium Sancti Valentini in eadem Urbe. 520. B. 521. A.
Monaſterium Claſſenſe prope Ravennam. 538. C.
Sancti Apollinaris Novi Ravennæ. *Ibid.* E.
Monaſterium S. Severini Neapoli 271. D.
Monaſterium S. Hilarii de Galiata Ravennæ terræmotu ſubmerſum. 579. B.
Monachi ſecundùm Regulam vivant. 100. D.
Si pro exercitu fugiendo quiſquam ſe Monachum faciat. 108. B.
Monachi Miſſi Regis ad viſitanda Monaſteria. 121. A.
Fugitivi ad ſua revertantur. 135. C.
Monachi de Francia venientes. 170. B.
Regularem teneant ordinem. 158 B.
Monachi & Clerici ad ſecularia negotia non tranſeant. 110. B.
Novitii pulſentur, hoc eſt examinentur, ſecundùm Regulam. 111. D.
Noviter converſi ad negotia non mittantur. 113. B.
Monachi ſub Chriſto paupere indumentis comti. 340. C.
Paupertas eis à S. Paldone commendata. 342. A.
Monachorum vita ab Authperto Abbate Vulturnenſi reprehenſa. 343. D.
Monachorum regimen quale inſtitutum à Taſone Vulturnenſi Abbate. 353. D.
Monachi cum Canonicis in Eccleſia Sancti Probi Ravennæ. 554. A.
Monachorum Vulturnenſium cædes ingens à Saracenis facta. 404. E. 405. A. 409. C.
Monachorum Vulturnenſium decretum de rebus non alienandis. 518 A.
Monachus fieri nemo perſuadeatur propter res adipiſcendas. 162. C. & E.
Monas Epiſcopus Mediolanenſis. *Ejus Vita*. 215. D.
Monetam confingere ſinè juſſione Regis. 36. C.
Monetam falſam ſi quis percuſſerit. 132. A.
Moneta nova & falſa. 134. B.
Monoaldus Comes Spoletinus. 484. C.
Morgincap, donum matutinale uxori à marito factum, non excedat quartam partem bonorum. 52. D. & E. 68. D. 70. E. 73. D.
Morgincap uxori relictum. 381. C.
Morienna. 115. A.
Moslemii. *Vide* Saraceni.
Moyſen Vercellenſis Archiepiſcopus Ravennas. 578. B.
Muhammed Gharabì Auctor Chronici Arabici. 239.
Mulier, mortuo marito, poteſtatem habeat ad alium maritum ambulandi. 29. A.
Mulier Curtis rupturam facere non poteſt. 39. B.
Libera ſi ſervum duxerit, & parentes ejus vindictam neglexerint. 55. C.
Mulier homini uxorem habenti nubens. 50 B.
Uni ſponſata alteri non nubat ante biennii tempus. 74. C.
Mulier ſi per campum ſeminatum viam fecerit. 82. C.
Mulierem liberam ſedentem ad neceſſitatem corporis ſui ſi quis pungere præſumſerit. 76. B.
In alterius mundio poſitam ſi quis in ſacramentum mittere præſumſerit. 69. C.
Mulierem poſt mortem mariti ante anni ſpatium Sanctimonialem facere non liceat. 70. D.
Liceat. 109. B.
Invitam ſi quis tulerit ad uxorem. 30. B.
Si quis eam Strigam appellaverit. 31. A.
Aut fornicariam. *Ibid.* B.
Aut occiderit. 32. C.
Mulieres res ſuas vendere & commutare poſſint. 168. A.
Mulieres collectæ ad malum faciendum. 81. A.
Viris defunctis, ad ſuam legem revertantur. 138 B.
Mulieri ſinè liberis decedenti Mundualdus quomodo ſit hæres. 70. C.
Liberæ ſi quis injuriam intulerit. 20. A.
Mulier ſponſata ſi leproſa, aut dæmoniaca, aut cæca facta fuerit. 29. C.
Vendere res ſuas volenti quæ ſolemnitates neceſſariæ ſint. 55. C.
Mulieri nulli ſinè mundio vivere non liceat. 32. A. & E.
Liberæ aut aldiæ non liceat ſervum ducere. 33. D.
Mulierum Morgincap quale eſſe debeat. 52. D. 70. E. 90. C. & E.
Mundburdum Regiæ tuitionis. 350. A.
Mundiare ſuam mundoaldam. 165. A.
Mundium, ideſt tutelam, uxoris alienæ ſi quis ſibi tribuerit. 27. B.

Digitized by Google

Mundium facere. 29. E.
Mundium puellæ liberæ si ad Curtem Regis ceciderit. 48. C.
Mundium ponere ancillæ factæ liberæ. 53. A.
Mundoaldus, hoc est tutor mulieris. 53. D. 69. C.
Quomodo mulieri, cujus habet mundium, succedat in bonis. 70. C.
Munoaldus Episcopus Beneventanus. 388. C.
Mutina Civitas. 116. C. 153. A.
Civitas Italici Regni. *Ibid*. E.
Mutinensis ager, ibi fundatum Nonantulanum Monasterium. 185. 186. 190. A.
Mutinensis Episcopus, in ejus Parochia fundatum Nonantulanum Cœnobium. 190. C.
Mutuum cautione data quomodo repetendum. 54. A.

N

Nasum libero homini abscindere. 21. A.
Nati de illicito matrimonio, non sint heredes patri suo. 58. C. 71. B.
Naturales filii quomodo patri succedant. 26. A.
Ex ancilla alterius nati. *Ibid*. C.
Naufragus, aut pauper faciens malum. 83. A.
Nazarius & Celsus Martyres Mediolani. 209. A.
Neapoli Ecclesia Stephania. 313. D. 317. B.
Sanctæ Restitutæ. 293. A.
Sancti Pauli. 312. A.
Severiana. 293. B.
Beati Gaudiosi. 311. A.
Basilica B. Euphemiæ, & B. Stephani. 297. C.
Ecclesia major. 298. A.
Basilica B. Laurentii. 299. A.
S. Johannis Baptistæ. *Ibid*. C.
Neapoli pestis teterrima. 307. B.
Altera ibi pestis. 309. E.
Basilica S. Fortunatæ. 311. A.
Neapoli Scholæ Lectorum & Cantorum. 316. B.
Xenodochium. 317. A.
Neapolis obsessa à Sicone Beneventano. 313. B.
Eidem infensus Sichardus ejus filius. 314. B.
Neapolis appellata Parthenope. 446. D.
A Locustis afflicta. 318. B.
Neapolitanorum bella cum Capuanis. 392. A.
Pax cum Saracenis. 404. A.
Neapolitanorum bella cum Saracenis. 315. B.
Neapolitanorum Antistitum Vitæ. 285.
Neapolitanus Ducatus. 431. A.
Neapolitanus Episcopus Sergius, Archiepiscopatum sibi à Græco Patriarcha procurat. 307. C.
Neapolitani faventes potestati Græcorum. 312 E.
Neapolitani Cardinales. 310. D.
Negotiatores, qui ad Sclavos, & Avares pergunt. 114. A.
Nepotum successio in bonis Avi. 50. A.
Neptis successio, existentibus amitis. 82. B.
Neustria Provincia Italiæ. 51. B. & 52. C. & 54. A. & 64. D.
Pars Occidentalis. 72. E. & 85. C. & 120. A.
Nicæni Concilii Canon. 114. A. & C.
Nicolaus II. Papa. *Ejus Bulla pro Cœnobio Vulturnense*. 514. E.
Synodus Beneventana ab eo facta. 515. A. & E.
Ejus mors. 516. D.
Nivernensis Civitas. 115. A.
Noffus sarcophagus. 19. E.
Nonas & decimas unusquisque Ecclesiæ persolvat. 101. B. & C. & 113. B. & 133. C. & 141. A. *Vide* Decimæ.
Nonantula in finibus Æmiliæ. 189. D.
Nonantulani Monasterii celebritas. 186.
Ejus fundator S. Anselmus Abbas, antea Dux Forojulienſis. 187.
Immo Aistulphus Rex. *Ibid*. & 189. C.
S. Silvestri corpus illuc delatum. 190. B.
Nonantulanum Cœnobium immani Monachorum cœtui leges dabat. 194. A.
Ab Hungaris vastatum. 195. A.
Illuc translata Corpora Sanctorum Sinesii ac Theopompi. 195. C.
Normanni in Italia castella ædificare cœperunt. 370. E.
Ecclesiarum prædia occupant. 371. A.
Italiam petunt. 512. D.
Nortmanni Sicilia potiuntur. 277. A.
Nostrianus Episcop. Neapolitan. 295. B. & E.
Notarii legibus eruditi constituantur. 149. C.
Si chartas perdiderint, restaurent. *Ibid*. *Vide* Cancellarii.
Notariis quæ formulæ adhibendæ in chartis exemplandis. 164. C.
Chartas veras quomodo probare debeant. 167. A.
Notarium agere non liceat Clericorum filiis. 173. B.
Neque Presbytero. 105. B. & D.
Novaria Civitas. 153. A.
Novercam suam nulli liceat ducere uxorem. 30. A.
Nuptiæ illicitæ inter viduam, & ejus affines. 179. A. *Vide* Matrimonia.
Nuptiæ incestæ. 149. B. & C.

O

OBeros, Curtis fractura. 39. B. & 47. A. & C.
Obertus Episcopus Reatinus. 484. C.
Obertus Marchio Estensis. 3.
Sententia Henrici I. Aug. contra eumdem. *Ibid*.
Obertus de Orto. 4.
Obligare res nominativè. 64. C.
Occasio pro indebito tributo. 118. D. & 134. A.
Occidere aliquem post pacificationem. 96. B.
Octavæ dierum festorum. 174 B. & C.
Oculum libero homini excutere idem crimen atque necare. 22. A.
Unum habenti si quis alterum excusserit. 47. A.
Oderisius Comes Marsicanus. 465. B. & 468. B. & 484. B.
Odoacer Rex Hunnorum Ravennam amplificat. 576. B.
Offerre se in servitium & defensionem alicujus Monasterii. 364. B.
Oira Civitas. 429. B.
Oldericus Episcop. Tridentinus. 497. B.
Olonna Curtis Regia. 144. B. & D. & 151. A. & C.
Opera Ecclesiarum, nunc la Fabbrica. 101. D.
In eam detur quarta pars Decimarum. 105. B. *Vide* Fabrica.
Opera, sive restauratio Ecclesiarum. 141. C. & E.
Opera servilia Dominico die cessent. 161. E.
Operarios si quis conduxerit, & ex iis aliquis mortuus fuerit. 26. C.
Opizo Archiepiscopus Ravennas. 579. D.
Opizo Marchio Estensis. 579. E.
Optatus Abbas Casinensis. 355. D.
Missus ad Regem Aistulfum. 401. B.
Oracula, ideſt Oratoria, restaurentur. 118. A.
Oratoria ædificata in solo proprio. 161. A.
Ordo Beati Marci, Liber. 504. B.

Or-

Digitized by Google

Orphani & viduæ ſuos habeant tutores. 118. B.
Juſtitiæ pleniter iis fiant. 120. A. 128. A.
Orphanorum & Viduarum tutela. 150. B. & 156. B.
Oſtaſius de Polenta dominium Ravennæ arripit. 579. A.
Eamdem Civitatem Eccleſiæ Romanæ reſtituit. *Ibid*. C.
Cum Opizone Eſtenſi Marchione Mediolanum adit ad firmandam pacem cum Luchino. *Ibid*. D.
Moritur & ſepelitur Ravennæ. *Ibid*. E.
Oſſis fractura homini libero facta quomodo componatur. 21. C.
Ottonis I. coronatio Romæ peracta. 169. A. & C.
Varia ejus Diplomata pro Monaſterio Vulturnenſe. 438. A. & C. 439. A. 440. A. & 442. C.
Ejus Judicatum. 443. D.
Ejus mors. 463. B.
Ottonis II. Auguſti Leges. 169. A.
Comitia ab eo Veronæ habita. *Ibid*. B. & E.
Ejus Diploma pro Vulturnenſe Cœnobio. 463. B.
Alterum Diploma. 464. C. 465. C. & 466. D.
Ejus bellum cum Sarracenis. 468. D.
Aliud ejus Diploma. 468. A.
Placitum coram eo. 470. B.
Salernum obſidet. 471. A.
Ejus Diploma. *Ibid*. B.
Ottonis III. Auguſti Lex. 173. A.
Otto III. Imperator. 467. E. & 468. E.
Corona Romana donatus. 484. B.
Ejus mors. 494. C.
Otto Dux in Placito Ottonis III. Auguſti. 467. B.

P

Pace facta ſi quis hominem occiderit. 25. C.
Padus fluvius olim juxta Ravennam fluebat. 575. A.
Pagare, ſeu pacare faidas. 134. C. & E.
Pagenſes habitatores Pagi. 102. A.
Eccleſiis baptiſmalibus ſubveniant. 122. B.
Pagius manifeſti erroris evincitur. 8.
Palatia qui debeant reſtaurare. 159. A.
Palatii mancipia. 123. A.
Ad Palatium pergentes tributum non ſolvant. 135. B.
Palatii ſub defenſione Loca venerabilia. 91. B. & 92. A.
Paldefrit Comes Caſtaldatus Benafrani. 423. C.
Paldo Beneventanus primus inſtitutor Monaſterii Vulturnenſis, ejus Vita. 339. C.
Ad Farfenſe Cœnobium ſe confert. 340. D.
Ad Vulturnum in Oratorio conquieſcit. 341. A.
Primus Abbas Vulturnenſis. 342. A.
Ejus mors. *Ibid*.
Altera ejus Vita. 345 C.
Ejus fuga è Seculo. *Ibid*. C.
Monaſterium Vulturnenſe condit. 346. D.
Primus Abbas. 350. B.
Caſinenſe reſtaurandum curat. 351. C.
Ejus mors. 352. B.
Paldo Comes filius Tranſmundi Comitis. 502. A.
Paldolfus & Paldolfus, pater & filius, Capuæ Principes. 505. A. & 506. A.
Neapolitani Duces. *Ibid*. & 512. D.
Pandectæ, ſive Digeſta quando reſtituta Italiæ. 5.
Pando Comes Marepahis. 469. A.
Pando Landonis filius Capuæ Comes. 392. E.
Pandulfi Caputferrei Principis Capuani, & Landulfi ejus fratris Diploma. 444 B. 445. A. & B
Pandulfus Caputferreus, & Landulfus ejus frater, Principes Capuæ. 436. A. & E.
Princeps & Marchio. 440. D. 441. A. 443. D.
Pandulfus I. & Landulfus III. Principes Capuani. *Eorum Diploma*. 460. B. 462 A.
Pandulfus Landulfi Principis filius Capuæ Princeps. 422. E. 423. B.
Panormitana Provincia capta à Saracenis. 315. C.
Panormus capta à Saracenis. 245. B.
Celeberrima ac populoſa Civitas. 263. B.
Ab iis deficit. 269. A.
Papa Urbis Romæ, qui in omni mundo caput Eccleſiarum Dei eſt. 59. B. *Vide* Pontifex Romanus.
Papia Civitas. 116. C.
Ibi ſchola literarum à Lothario I. inſtaurata. 152. D. *Vide* Ticinum.
Papia Civitas à Carolo M. obſeſſa. 183. C.
Et capta. *Ibid*. E.
Paranymphi in nuptiis qui forent. 91. A. & E.
Paravereda, & manſionatica. 112. A. & C.
Paraveredæ, equi publici. 159. A. & C.
Parentela omnis in ſeptimum geniculum numeretur. 26. D.
Parenti, ideſt agnato, ſi quis inſidiatus fuerit ſpe hereditatis. 27. D.
Parentes, ideſt agnati, quomodo ſuccedant in bonis defuncti agnati. 27. A.
Paricidæ hereditas ad quem ſpectet. *Ipſe verò pœnitentiæ ſubdatur*. 175. C. & E.
Paricidæ pœnitentiam agere nolentes. 161. C.
Paricidis ne mortis quidem pœna olim impoſita. 150. C.
Parium judicium. 177. B.
Parma Civitas. 153. A.
Parthenope appellata Neapolis. 446. D. *Vide* Neapolis.
Paſchalis I. Papa. 184. C.
Dedicationi Vulturnenſis Baſilicæ intereſt. 369. A.
Pactum conſtitutionis eidem factum à Ludovico Pio. *Ibid*. B.
Eius Bulla pro Vulturnenſe Cœnobio. 384. A.
Paſchalis II. Papa Beneventum profectus. 327. A.
Vulturnenſe Templum conſecrat. 517. D.
Paſſus Landonis ſenioris Caſtaldei, menſura. 477. E. & 483. E.
Paſturiæ, nunc paſtoje & balze da cavallo. 40. E.
Paſturiam de caballo alieno ſi quis abſtulerit. 40. C.
Patrenſis lacus. 445. C.
Paſchaſius Epiſcopus Neapolitan. 301. B.
Patavium Civitas. 153. A.
Patricii Græcorum in Beneventana Provincia. 408. D. & 413. B.
Landulfus & Athenulfus Principes Capuani, Patricii. 415. D. & 417. E.
Patroni Aldiorum. 108. A. & D. & 148. D.
Patrum terminos nemo tranſcendat. 110. B.
Paulus Epiſcopus Neapolitan. 292. B.
Paulus II. Epiſcopus Neapolitan. 309. E.
Paulus Warnefridi. 1. & 8.
Paulus Traverſarius Ravennam capit. 578. E.
ibi moritur. *Ibid*. A.
Paulus Vulturnenſis Abbas. 433. B. & 365. E.
Ejus mors. 367. C.
Pauli Diaconi brevis Vita. 365. A.

Ca-

Digitized by Google

Caroli Magni ad eum verſus. *Ibid*. C.
Eidem fragmentum Hiſtoricum attributum. 183. A.
Paulus (*Sebaſtianus*) *Hiſtoriographus Cæſareus, è Congreg. Cler. Reg. Matris Dei*. 289.
Pauper aut naufragus faciens malum. 83. A.
Pauperes & Orphani ſi hereditatem amiſerint pravo aliorum conſilio. 162. D.
Pauperes non crucientur. 155. B.
Pauperes liberi homines non opprimantur. 145. C.
Pauperes in Xenodochiis paſcendi. 122. A.
Eorum cauſæ priùs audiendæ. 128. C.
Pauperum juſtitiæ non remaneant. 99. B.
Eorum cauſæ primitus in placito deliberentur. 101. A.
Per placita non fatigentur. 102. A.
Pauperum pacem ſi quis ruperit. 103. A.
Iis detur quarta pars Decimarum. 105. B.
Juſtitiæ de iis fiant. 120. A.
Pauperum res malo ingenio nemo emat. 111. B.
Pauperes ſi hereditatem amiſerint. *Ibid*. C.
Pax Eccleſiarum Dei. 103. A. & 112. A.
Pax Conſtantienſis. 5.
Qui in pace vivere noluerint. 143. A.
Pax inter Guidonem minorem de Polenta & Comites Traverſarios. 579. C.
Peccata Monachorum quomodo per pœnitentiam eluenda. 354. A.
Quæ majora, quæ minuta. *Ibid*. C.
Peculia minuta, ideſt pecora. 35. E.
Peculium alienum ſi quis apprehenderit. 44. A.
Si quis damnum ſibi inferens invenerit. *Ibid*. B.
Si ſuum in alienam meſſem immiſerit. *Ibid*. C.
Si quis alienum de damno ſuo in clauſuram minaverit. *Ibid*. D.
Peculium ſuum ſi quis de clauſura aliena occultè tulerit. 47. C.
Peculium ſi in ſepe alterius ſe impinxerit. 41. A.
Si in clauſura alterius ſe impalaverit. *Ibid*. B.
Si in foſſatum alterius inciderit. *Ibid*. C.
Si in puteum alterius. *Ibid*.
Rabioſum ſi damnum fecerit. 42. B.
Vide Quadrupes. Animal.
Pecunia depoſita ſi negetur, pugna fiat. 171. C.
Pecuniam qui commendavit, pecuniam recipiat. 111. A.
Pedem libero homini excutere. 22. B.
Pedica ad capiendas feras. 41. B. & E. 102. C. & E.
Pedules Abbatibus conceſſi. 190. E.
Pentapolis provincia. 123. A.
Pemmo Dux Forojulienſis. 401. B.
Peregrini & advenæ diſtringantur. 107. B.
Ad Sanctorum corpora ſalvi vadant. 120. A.
Perjuria quomodo punienda. 82. A.
Perjuria caveantur. 96 B.
Perjuria avertantur, perjuri puniantur. 160. A.
Perjuria non perpetrentur. 101. C.
Perjuris nulla ſit redemtio. 124. C.
Perjuros teſtes ſi quis induxerit. 142. B.
Perjurus ſemel, non ſit teſtis poſtea. 99. A.
Perjurus pœnitentia facta incalpabilis videatur. 112. A.
Perjurus manum perdat. 95. B.
Pertinentes appellati Servi, & Aldiones. 68. E. 89. C. & D. 90. A. & 92. E.
Peruſina Civitas à Ratchiſo Langob. Rege impugnata. 183. A.
Petronax Abbas Caſinenſis Cœnobii reſtaurator. 323 & 346. E. & 351 C.
Ejus mors. 354. D.
Petrus Aragonum Rex Sicilia potitur. 279. A.
Petrus Prænestinus Epiſcopus, & Bibliothecarius S. R. E. 496. D.
Petrus Traverſarius Ravennam capit. 578. C.
Ibi moritur. *Ibid*.
Petrus Amalphitanus Archiepiſcopus. 513. C. & 515. A.
Petrus Archiepiſcop. Ravennas. 555. B. 576. D. & 577. D.
Petrus Epiſcopus & Archicancellarius. 464. B. & C.
Petrus Epiſcopus Acerentinus. 387. B.
Petrus Epiſcopus Beneventanus. 412. C.
Petrus Epiſcopus Papienſis Miſſus Ottonis II. Auguſti 465. A. 468. B. & 470. B.
Petrus Abbas Nonantulanus. 195. C.
Petrus Comes. 443. E. & 515. A.
Petrus Archiepiſcopus Montis-Regalis, Comes Romandiolæ. 579. C.
Petrus Subdiaconus Eccleſiæ Neapolitanæ. 292. E.
Petrus Diaconus Caſinenſis. 7.
Petrus Presbyter & Monachus Vitam Sanctorum Paldonis, Tatonis, & Taſonis ſcribit. 345. A. & B.
Phaderfium dos mulieris ex paternis bonis. 29. B. & D. & 32. A.
Philippi Imperatores num Chriſtiani. 201. & 217. A.
Philippus Archiep. Ravennas. 552. C. & 578. E.
Legatus Eccleſiæ cum exercitu Cruce-Signatorum Paduam capit. 178. E.
Brixiæ capitur, & traditur Eccelino. 579. A.
Moritur. *Ibid*.
Pignora ad creditorem dare, tum auferre. 60. B.
Pignorare ante conſtitutum. *Ibid*.
Si debitor recolligere neglexerit pignus. 72. A.
Quomodo pignora cuſtodienda. *Ibid*. B.
Servus aut ancilla loco pignoris. *Ibid*. C.
Pignorare aliquem pro debito quando liceat. 38. A.
Si per errorem quis alium pignoraverit. *Ibid* B.
Si greges equarum, ſive porcorum. *Ibid*. C.
Si caballos aut boves. *Ibid* D.
Caſam tributariam loco pignoris tollere non liceat. 37. B.
Pignorare liberos homines in bobus non liceat. 146. D.
Pignorare debitorem nullus præſumat, quando in exercitum ambulandum eſt. 147. C.
Pinetum locus ad litus Maris prope Ravennam 576. A.
Pinnenſis Comitatus. 497. E.
Pippini Regis Leges. 118. A.
Pippino Regi quam Regnorum partem Carolus M. reliquerit. 116. A.
Pippinus Caroli M. pater Rex Francorum 401. C.
Aiſtulfum Laugobard. Regem ad pacem c git. 183. C.
Stephanum II. Papam excipit. 309. B.
Pippinus Rex Caroli Magni filius. 105. B.
Ad eum Caroli Epiſtola. 112. B.
Pippinus Caroli Magni filius Rex Italiæ. 362.
Spurium illius Diploma. *Ibid*. B.
Placentia Civitas. 153. A.
Placentini homines. 123. B.
Placidus Vulturnenſis Abbas. 518. C.
Placita Comitum. 94 C.
Centenariorum. 98. C.
Ad placitum liberi homines non coganti 100. D.
Placita Dominico die non fiant. 111. A.
Illuc arma non portentur. 123. A. & C.
Ubi ſint habenda. 130. A. & E.

Digitized by Google

Placitum, ad illud nemo banniatur, niſi qui ſuam cauſam quærit. 144. A.
Placitum effugere. 148. A.
Placita tria ab ingenuis cuſtodienda. 102. B.
Non habeantur à Comite niſi jejuno. 107. C. & E.
Non in Eccleſia, nec in terris Eccleſiæ. 108. B.
Placita tria generalia in anno. 135. A.
Centenariorum placita. Ibid.
Ad placitum Comitis nemo cum ſcuto eat. 137. B.
Plagæ liberi hominis, & compoſitio pro eis. 21. C. & 22. A.
Aldii alieni, aut ſervi miniſterialis. 23. A.
Servi alieni. Ibid. B.
Plebes ſingulæ reſtauratæ fiant. 138. B.
Plebium res immobiles Epiſcopo habere in ſuo uſu non liceat. 161. B.
Plovum, ideſt Aratrum. 40. E.
Pœnitentes Presbyteri & Diacones in Monaſteria mittantur. 162. B.
Pœnitentiam armis depoſitis agere. 110. B.
Perjuri pœnitentia. 112. A.
Pollenus nunc Puledro. 79. C. & D.
Pomponius Epiſcopus Neapolitan. 297. E.
Ponderoſus ex ferita fieri. 75. C. 76. A. & D.
Pontifex Romanus, qui ſub ejus defenſione ſunt: 140. A.
Ei in omnibus obedientia præſtetur. Ibid.
Deprædationes in ejus morte interdicuntur. Ibid.
Electio illius ad ſolos Romanos ſpectans. 140. B.
Ei ab omnibus reverentia exhibeatur. 141. A.
Vide Papa.
Pontifex pro Epiſcopus. 118. B. *Vide* Epiſcopus.
Pontificium pro poteſtate & jure. 33. E.
Pontificum Romanorum Catalogus. 333. A.
Pontium reſtauratio fiat. 118. A. 121. A. 134. A & 135. B.
Ad id etiam Eccleſiaſtici conveniant. 141. B.
Eorum reſtauratio neglecta. 155. D.
Pontonarius nauta tranſvehens viatores. 38. E.
Populi totius querimonia audiatur. 159. B.
Porcarii ſi inter ſe batiderint. Ibid. B.
Porcarium de libero homine ſi quis batiderit. 45. A.
Porcarius ſervus. 24. B.
Porcos ſi quis in damnum alterius miſerit. 44. D. & 83. C.
Si quis eos damnum facientes invenerit. Ibid. C.
Portaticum de ſingulis navibus. 192. B.
Portaticum exigere. 413. D.
Portonarius, qui viatores ultra flumen tranſmittit. 38. C. & E.
Portora, ſive portus, emendentur. 121. D.
Cuſtodiantur. 123. A.
Portunaticum exigere. 413. D.
Poſſeſſiones, ſive Præſcriptiones. 164. B.
Poſſeſſio inter fratres per XL. annos. 64. A.
De Publico per LX. 65. A.
Poſſeſſio per chartam falſam non valeat. 73. D.
XXX. annorum vim habeat contra Loca venerabilia. 91. B.
Poſſeſſio XXX. annorum non proſit ſe liberum dicenti. 136. B.
Poſſidere res alienas malo ordine ſi quis fuerit convictus. 68. C.
Potentiorum cauſæ à Rege judicentur. 99. B.
Poto Caſinenſis Abbas. 357. A.
Poto Vulturnenſis Abbas. 365. E.
Prædia, ſi de iis contentio emerſerit. 169. A. & B.
Si de prædii inveſtitura contentio fuerit. 170. E.
Prædones in Italicum Regnum venientes. 166. B.
Contra eos Laici ſe Comiti adjungant. Ibid. C.
Præpoſiti locorum juſtitiam faciant. 119. A.
Præſcriptio domus aut terræ emtæ, & poſſeſſæ per quinque annos. 34. C. & 35. A.
Servorum, & aldiorum per XXX. annos. 49. B.
Libertatis. Ibid. C.
Præſcriptio bonorum per XXX. annos. 49. C. 61. C.
Inter fratres per XL. annos. 64. A.
Contra Regem per LX. annos. 66. A.
Præſcriptio poſſeſſionis per chartam falſam non currit. 73. D.
XXX. annorum valeat contra Loca venerabilia. 91. B.
Præſcriptio XXX. annorum non opponatur religioſis domibus. 125. A.
Præſcriptio XXX. annorum non proſit ſe liberum dicenti. 136. B.
Inter fratres non currat. Ibid. A.
Præſcriptiones ſecundùm Langobardos. 164. B.
Pratum alienum ſi quis ſecuerit. 45. C.
Precariæ renoventur, ſcribantur. 113. B.
A Rectoribus Eccleſiarum irrationabiliter factæ tollantur. 138. B & C. & 153. A.
Presbyter acquiſita poſt conſecrationem Eccleſiæ relinquat. 160. A.
Cum Epiſcopi conſenſu conſtituatur. 161. A.
Presbyteri chartas non ſcribant, neque conductores exiſtant. 105. B.
Ad ſecularia judicia non trahantur. Ibid. C.
Presbyteri nati ſervi. 106. A.
Poſt conſecrationem res acquiſitas relinquant Eccleſiæ. 110. B.
Presbyteri quidam negligentes. 156. A.
Res Eccleſiarum dilapidantes. 157. B.
Presbyteri res Eccleſiæ inter parentes non dividant. 162. A.
Honore privati pœnitentiæ ſubdantur. Ibid. B.
Presbyteri ſinè dimiſſoria Epiſcopi. 120. B.
Eorum Advocati. 122. B.
Eorum vulnera quomodo componantur. 128. B.
Presbyteros ſinè conſenſu Epiſcopi de Eccleſiis ejicere. 141 B.
Primicerius Defenſorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 433. D.
Priſcianus (Peregrinus) Leges Langobardicas deſcripſit. 7.
Probi Archiepiſcopi Ravennatis Vita. 554. A.
Ejus Baſilica. Ibid. B.
Ejus corpus repertum. 555. C.
Probus Epiſcopus Neapolitan. 292. B.
Procinctos habere 136. A.
Procopius Tauromenii Epiſcopus à Saracenis captus. 270. C.
Martyrium pro Fide ſubit. Ibid. E.
Proculi Ravennatis Epiſcopi Vita. 552. C.
Profiteri Legem ſuam unuſquiſque olim coactus. 3.
Propinquæ non accipiendæ in conjugio. 160. C.
Propinquorum homicidium. 106 C.
Proprietas alicujus ſi in bannum miſſa fuerit. 130. A.
Proprietates ſuas alicui ſponte delegans. 139. C.
Proprium, proprietas. 108. B. & D. & 110. A.
Proprium Regis ſi quis alteri reddiderit. 132 B.
Protaſius & Gervaſius Martyres Mediolanenſes. 208. E.

Digitized by Google

Protospatharius Imperialis. 410. D. & 413. A.
Publica bona, idest Fiscalia. 177. B. & D.
Publicus Actor idem ac Procurator Regis. 60. D. & 75. C.
Publicus, idest Minister Regis. 63. E. & 83. B.
De Publico, idest de Curte Regis. 66. D.
Publicus inimicus, idem ac Regis inimicus. 18. E.
Publicus pro Ministro Regis. 81. B.
Puella libera si sinè voluntate parentum ad maritum ambulaverit. 30. C.
Si voluntariè fornicata fuerit. *Ibid*. A.
Si eam quis rapuerit. *Ibid*. E.
Si quis occiderit. 32. C.
Puella libera si foris Provinciam servum sequuta fuerit. 31. A.
Puella ante XII. annos non est legitima ad maritandum, sed quidem post XII. annos. 72. C.
Si sinè voluntate parentum nupserit. 73. C.
Puellæ desponsatæ, & postea raptæ reddantur. 109. A. 129. B. 148. A.
Infantilis ætatis non velentur. 99. A.
Puellæ liberæ si quis crimen adulterii injecerit. 31. B.
Si quis in animam ipsius insidiatus fuerit. *Ibid*. C.
Eam Strigam si quis appellarit. 31. A.
Puellæ liberæ mundium si ad Curtem Regis ceciderit. 48. C.
Puellam ante Annos XII. si quis sponsaverit. 53. C.
Invitis parentibus si quis velaverit. 132. C.
Puellarum Monasteria. 159. B. *Vide* Monasteria.
Puellarum Monasterium in Alife. 356. A.
Puer intra ætatem Regi donare non potest. 70. C. *Vide* Infans.
Pueri adultæ feminæ non conjungantur. 136. B.
Pueri & puellæ impuberes, ac dissimilis ætatis non socientur. 111. B.
Pueris feminæ maturæ ætatis nubentes. 77. A.
Puerorum ætas legitima. *Ibid*. D.
Puerum invitis parentibus si quis totonderit. 132. C.
Pugnâ per Campionem ad Dei judicium causam decernere. 31. B.
Pugnâ non liceat servo se vindicare de domino. 49. B.
Liberi per XXX. Annos nullam per pugnam patiantur violentiam. *Ibid*. C.
Qui bona per XXX. Annos possedit, ad pugnam non perveniat. *Ibid*.
Pugna sinè juramento præmisso non liceat. 64. C.
Quando non permittenda. 65. A. & B.
A Liutprando Rege improbata, sed tolerata. 74. C.
Pugna cum fustibus & scutis. 140. B. 110. B. 117. A. 126. B.
Pugna fiat, si quis chartam per vim factam dixerit. 172. A.
Pro furto & scacho. *Ibid*. D. & E.
Si quis aliquem de servitio appellaverit. 173. B.
Campionem dare pro se cui liceat. *Ibid*. A.
Pugna neganti homicidium concedatur. 175. A. 179. A.
Permissa etiam ab Episcopis. 175. E.
Pugnam habere quibus de causis liceat. 163. B. 165. A.
Pro charta falsi accusata. 170. A.
Pro investitura prædii. *Ibid*. E.
Pro Ecclesiarum rebus. 171. D.
Pro pecunia negata. *Ibid*. C.
Pugnam per alium facere liceat uxori asto animo accusatæ à viro. 50. A.
Pullus equi præstiti si quem occiderit. 79. B.
Pulsantes, Novitii Monachi. 194. D.
Pulsare pro examinare. 99. E.
Pro vocare in judicium. 111. A.
Pulsare aliquem de servo, quòd malum fecerit. 70. A.
Pupillorum contractibus & causis quomodo assistendum. 65. A.
Pupillorum tutela. 156. B.
Protegantur à Comitibus. 158. C.
Eorum justitia inquiratur. 159. B.
Purificare se ad legem Dei. 55. C.
Purificare se sacramento, aut per Campionem. 33. A.

Q

Quadragesima major. 354. B.
Quadrupes si damnum fecerit. 42. C. & 43. A. *Vide* Peculium. Animal.
Quercum alienam si quis inciderit. 40. C.
Quintanæ æneæ in Ecclesiis. 313. B. & E.

R

Rabiosus homo si damnum fecerit. 42. B.
Peculium rabiosum. *Ibid*.
Rachis Regis leges. 85. A. *Vide* Ratchis.
Rachis Dux Fori-Julii. 401. B.
Radelchis Dux Beneventi Provinciam partitur cum Sichenolfo. 390. A.
Radelchis Princeps Beneventanus, ejus Diploma pro Vulturnensi Monasterio. 412. B. *Vide* Radelgisus. 413. C.
Radelchis filius Radelchis Beneventi Princeps. 408. C. & D. 410. E.
Radelchis Comes. 392. C.
Radelgarius Dux Beneventanus. 402. C. & E.
Radelgisus Dux Beneventanus. 402. B. *Vide* Radelchis.
Radoaldus Dux Forojulianorum. 401. E.
Rageprandus Abbas Casinensis. 415. A.
Raguſa capta à Saracenis. 245. B.
Raimbaldus Vulturnensis Abbas. 418. E.
Rainaldus de Corrigio Archiepiscopus Ravennas. 579. D.
Moritur, & in Ecclesia majori sepelitur. *Ibid*.
Rainaldus Comes Marsicanus. 465. B. 467. A. & C.
Rainaldus Comes filius Berardi Comitis. 487. B. 490. A.
Rainaldus Comes Marsicanus. 441. B. 443. E.
Rainulfus Comes. 512. E.
Rapinæ in Regno Italico compescendæ. 158. A. & C.
Raptæ puellæ suis reddantur. 109. A. 148. A.
Raptor publica pœnitentia multetur. *Ibid*.
Bannum persolvat. 129. B.
Raptor feminæ liberæ secularis. 58. B. 109. A.
Raptor puellæ. 109. A. 129. B.
Raptor sponsæ alienæ. 148. A 156. B.
Ratchis Langobardorum Rex. 183. A.
Monasticam vestem induit. *Ibid*. B.
Regnum resumere tentat. *Ibid*. D.
Ratchis Langobard. Rex Clericus factus. 189. B. *Vide* Rachis.
Ratteris Episcopus Marsicanus. 441. B.
Ravenna. *Illuc missus S. Apollinaris à Petro Apostolo*. 529. A.
Semper constans in orthodoxa Religione. 533. D.
Ibi Basilica Cœlum Aureum, in quam translatum

Digitized by Google

latum traditur corpus Sancti Apollinaris. 535. B.
Ravenna secunda Roma. Ibid. C.
Ejus laudes. 544 A. 571. C.
A Friderico II. Imp. obsessa. 578. A.
Ravennæ Synodus Anno 967. habita. 169. A. & C.
Ravennam dirigere missos Langobardis interdictum. 87. A.
Ravennatis Historiæ Spicilegium. 529.
Ejus Urbis Episcopi per Columbam olim electi. 527.
Ravennates Cardinales. 539. B.
Raynaldus Mediolan. Archiepiscopus Ravennæ. 573. C.
Rebelles per aliqua scelera constringantur. 113. C.
Reclamatores ad judicia non acquiescentes. 144. E.
Redux Episcopus Neapolitan. 300. C.
Regiensis Civitas. 116. C. 153. A.
Urbs Italici Regni. Ibid. E.
Regale obsequium non minuatur. 145. C.
Regalem functionem si quis fugiat. 108. B.
Regales causæ, quæ ad manum Regis pertinent. 46. B. & C.
Regalis census persolvatur. 114. A.
Regi puer, qui intra ætatem est, donare non potest. 70. C.
Regis contra animam si quis cogitaverit. 17. A.
Cum illo si quis de morte alterius fuerit consiliatus. 17. A.
Regis inimicus idem ac inimicus publicus. 18. E.
Ad Regem venientes tuti sint. 19. B.
Regis Gajum, sive sylva. 42. E.
Regis servus si aliquem necaverit. 46. B.
Si furtum fecerit. Ibid. D.
Si oberes. 47. A.
Actorem Regis si quis occiderit. Ibid.
Regis secretum si quis inquirit. 88. A.
Regis præsentiam petentes, pacificè gradiantur. 158. B.
Regis jussionem qui contemserit. 161. D.
Rex potentiorum causas judicet. 99 B.
Regulares secundùm Regulam vivant. 100. D.
Regum Francorum fabulosa origo. 357. A.
Rei si ad Ecclesiam confugiant, non excutiantur. 94. B.
Reipublicæ, idest Fisci Regii utilitatem fraudantes. 138. C. & E. 139. A.
Reipublicæ Ministri. 108. C. & E.
Præpositi. 113. C. 133. C. & D. 138. B. 150. A. & C.
Reipublicæ status inquirendus. 159. A.
Religionis sanctæ velamen feminæ recipientes. 58. B. 65. C. 69. A. 109. B.
Religiosa femina si adulterium patraverit. 65. C.
Religiosis domibus non opponatur præscriptio XXX. annorum. 125. A.
Reliquiæ Sanctorum, super eas sacramenta juranda. 98. D.
Ecclesiarum portæ iis consecratæ. 128. B. 143. B.
Residium, vel residuum, angariæ genus. 162. B. & D.
Respublica, Fiscus Regis. 108. E. 109. A. 133. C. & D. 138. B. 150. A.
Rete alienum si quis furatus fuerit. 40. C.
Rhegium Calabriæ Urbs à Saracenis capitur, diripitur. 269. B.
Rhætia contermina Langobardis. 87. D.
Rhetiæ Episcopi olim Mediolanensi Metropoli subjecti. 207. E.
Ribuaria Lex in Italiam invecta. 2.
Richardus Capuæ Princeps. 516. D.
Richerius Abbas Casinensis. 514. B.
Ripaticum exigere. 413 D.
Robertus Guiscardus Dux Calabriæ Siciliam invadit. 277. A.
Varia illius gesta. Ibid. B.
Ejus mors. 278. A.
Robertus Princeps Capuæ. 516. D.
Robertus Comes. 515. A.
Roborem, aut cerrum, aut quercum alterius si quis inciderit. 40. C.
Rodulphi Prioris Camaldulensis Tractatus de inventione corporis Sancti Apollinaris. 536. C. 544. D.
Rodulphus Abbas Nonantulanus. 196. B.
Roffridus Vulturnensis Abbas. 469. A. 478. C.
Roffridus Comes. 493. B.
Roffridus Comes filius Roffridi Comitis. 515. E.
Rogerius Comes Roberti Guiscardi frater Saracenis Siciliam eripit. 277. A.
Varia illius gesta. Ibid. B.
Ejus mors. 278. B.
Rogerius Roberti Guiscardi filius Dux Calabriæ. 278. A.
Rogerius Rogerii Comitis filius, primus Apuliæ & Siciliæ Rex 278. B.
Rolandus S. R. E. Cardinalis. 544. B.
Roma obsessa à Langobardis. 355. D.
Romæ Urbis Papa caput Ecclesiarum Dei. 59. B.
Romam dirigere missos Langobardis interdictum. 87. A.
Romana Lex à Justiniano constituta. 1.
Vel post Langobardos in Italia obtinuit. Ibidem.
Judices olim qui secundùm hanc judicabant. 4.
Quando principatum obtinuerit. 5.
Romana Lege Clerici vivebant. 83 B. & D.
Romana Synodus sub Ottone I. Augusto. 169. B & C.
Romana Lege Ecclesiasticus omnis vivat. 135. C. & E.
Romanæ Legis quæstiones sub Carolo Magno. 113. A.
Romani quale juramentum Lothario I. Augusto præstiterint. 184. C.
Secundùm suam legem vivant. 124. A.
Romania provincia. 123. A.
Romaniæ fines. 139. A. & D.
Romanorum Lex. 68. C.
Romanorum Imperatorum series. 330. C. & *seqq.*
Pontificum Romanorum catalogus. 333. A.
Romanus Populus interrogetur, quali lege vult vivere 140. B.
Ad Romanos tantùm spectat Pontificis electio. Ibid.
Judices Romani. 141. A.
Romanus Lecapenus Imperator. 446. C. & E.
Romanus, Constantinus, Christophorus, Stephanus, & Constantinus Græcorum Imperatores. 427. C. 431 B.
Romanus si Langobardam uxorem ducat. 76. C.
Romualdus Dux Beneventanus. 374. C. 388. E. 401. C.
Ronchaliæ Placentini agri locus, ubi Comitia Regni habita à Lothario II. Augusto. 180. A. & C.
Rotharis primus Langobardicarum Legum promulgator. 1.
Prologus in Leges. 17.
Rusticani homines si seditionem facere præsumserint. 39. D.
Rusticanus servus. 24. B.

Digitized by Google

S

Saboja. 115. A.
Sacerdotes universi Advocatos habeant. 149. A.
Sacerdotis testimonium credibile. 150. A.
Sacerdotum Advocati. 122. B. & E. *Vide* Presbyteri.
Sacramenta, hoc est juramenta, quomodo danda. 45. A.
Guadia data de Sacramento. *Ibid*. B. 46. A.
Sacramenta per gildoniam conjuranda. 95. C. & E. *Vide* Juramentum.
Adrhamita in Palatio. 97. B. & E.
In mallo. 130. A.
Sacramenta omnia in Ecclesiis jurentur. 98. D.
Sacramenta ibi juranda, ubi fuit consuetudo. 130. A.
Sacramentales homines liberi duodecim adhibiti ad accusationem eluendam. 27. B.
Sacramentales duodecim aldii. 45. A.
Si aliquis mortuus fuerit. 46. A.
Sacramentales venire cogantur. 97. B.
Sacramentalis si se subtrahere voluerit. 63. B. & E.
Sacramento conspirationem confirmare. 145. A.
Sacramentum ruptum. 46. B.
Sacramentum rumpere. 63. B.
In sacramentum mittere mulierem alienam. 69. C.
Sacramentum si dandum fuerit inter Langobardum, & Loca venerabilia. 92. B. & C.
Si in Curte Regis. *Ibid*. C.
Sacramentum de chartis venditionis. 86. A.
Sacrorum locorum immunitas. 106. A. B. & E.
Sacrum Palatium idem ac Curtis Regia. 53. D.
Sala propria, idest domus. 24 E.
Salernum à Saracenis obsessum. *A Benevento & Capua divisum*. 390. C.
Salernitana Civitas nova. 393. D.
Pax cum Saracenis. 404. A.
Salernitanus Principatus. 418. B.
Salica Lex in Italiam invecta. 1. 111. B. 105. C. 112. E. 126 B.
Salicæ Legis Capitula addita Langobardicæ Legi. 111 B. & E. 112. B. & D.
Salicorum credulitas de Strigis hominem vivum comedentibus. 47 E.
Salicum si Saxo aut Frixo occiderit. 102. C.
Saltarius, qui saltus & fines agrorum custodit. 60. A. & D. 67. B. & D. 120. A.
Sanctimonialem facere mulierem post mortem mariti ante anni spatium non liceat. 70. D. 109. B.
Filios habens cum tertia portione Monasterium intret. *Ibid*. B.
Sanctimoniales perseverent in suo proposito. 58. B.
Si qua marito se copulaverit. *Ibid*. D.
Si adulterium commiserit. 65. C. 69. A.
Sanctimonialis adulterium faciens. 137. B. & 148. C.
Sanctimonialis in Monasterio, aut domo propria vivat. 161 C.
Sanctiva Arbor superstitiosè adorata. 67. A.
Sandalia S. Johannis Apostoli Ravennæ. 569. B. & 571 B.
Sanguinis effusio in Ecclesia. 128. B. & 143. B.
Saogdam Saracenorum Rex. 402. E.
Ejus victoria de Francis. 403. A.
A Ludovico II. Augusto captus. *Ibid*.
Saracenico-Siculæ Historiæ monumenta varia. 237.
Saraceni quo anno Siciliam invaserint, ac amiserint. 239. 245. A.
Quas Urbes ceperint, quæ prælia commiserint. *Ibid*. B.
Genuá potiuntur. 246. B.
Forum gesta in Sicilia. 251. A.
Victoria de Græcis. 252. D.
Bella cum Hispanis. *Ibid*. C.
Saraceni Calabriam affligunt. 253. A.
Syracusas expugnant, & capiunt. 258. C. 260. C.
Panormum rebellem recipiunt. 269. A.
Rhegio potiuntur. *Ibid*. B.
Saraceni Tauromenium Urbem capiunt ac diripiunt. 270. A.
Procopium Episcopum captivum trahunt. *Ibid*. C.
Eorum Rex Cusentiæ moritur. 272. A.
Saraceni Siciliam occupant. 390. B.
Romæ suburbia vastant. *Ibid*. C.
Francorum exercitum fugant. *Ibid*.
A Ludovico II. Augusto victi. *Ibid*. A.
Monasterium Vulturnense atterunt. 399. D. 400. & seqq.
Apuliam affligunt. 402. C.
Francos superant. 403. A.
A Ludovico II. Augusto repressi. *Ibid*. E.
Rursus vires sumunt. *Ibid*. D.
Omnia populantur. 404. C.
Saraceni Vulturnense Monasterium depopulantur. 404. E.
Tum Casinense. 405. D.
Tamdem à Christianis pænè deleti. 407. C.
Rursus ab iis attriti. 418. B.
Saraceni Classensem Basilicam Sancti Apollinaris prædantur. 534. A.
Saraceni à Ludovico II. Imperatore devicti. 317. C.
Salernum obsident. *Ibid*. D.
Ab Andrea Duce Neapolis acciti contra Sichardum Principem Beneventi. 314. C.
Fracti ab Amalphitanis, Cajetanis, & Surrentinis. 315 B.
Saracenorum gesta in Sicilia. 283. A.
Sardicensis Synodus. 224 E.
Sauma, nunc Soma. 67. A.
Saxius (Joseph Antonius) laudatus. 13.
Saxo aut Frixo si Salicum occiderit. 102. C.
Saxoniæ partes. 114 B. 126. B.
Scabini Deum timentes constituantur. 96. A.
Qui fuerint. 99. B. & E. 100. A.
Ad placitum veniant. 100. C & D.
Scabini causarum Judices. 105. A.
Septem ad omnia placita. 108. A. & C.
Ante eos chartæ scribantur. 128. A.
Scabini mali ejiciantur. 142. C. & E.
Meliores eligantur. *Ibid*. A.
Injustè judicantes. *Ibid*.
Scabini, & Castaldi. 386. D. 396. E. 399. C.
Scachum, sive furtum. 164. A.
Aut rapina. 172. D. & E.
Scameras si quis invitaverit intra Provinciam. 18. A.
Scameræ non exploratores, sed latrones. 18.
Scandalum si quis commiserit in quolibet conventu. 18. B.
In Ecclesia. 21. A.
Intra Palatium. *Ibid*. B.
Scandalum committere. 78. C.
Scaniperga Ducissa Beneventi. 388. B. & 389. E. *Ibid* E. 394. D.
Scara, agmen militum. 109. B. & D.
Scariti homines militares. 158. B & D.
Scariones militares viri sacramentum deducc 92. C. & E.
Scariones Monasterii Vulturnensis. 411. D. E. 349. E.

Digitized by Google

Per eos juramenta præstentur. 372. C.
Scario super servos. 399. B.
Scazo, idest thesaurus. 164. D.
Scemus, aut claudus. 48. E.
Scematio, scemare, mutilare. 75. C. & D.
Scindala, asseris species ad tegenda tecta. 40. A. & D.
Sclabi, sive Sclavini, Scabini. 441. C. 442. E. & 443. A.
Sclavorum partes. 114. A.
Scriba sinè notitia parentum venditionem mulieris scribens sit culpabilis. 56. B.
Scriba chartas scribat secundùm Leges. 68. C.
Scripta sinè mense, & die mensis. 147. D.
Sculca, cabalcata. 20. E.
Sculdais, sive Sculdascius, Pagi Judex. 60. A. & D.
Quot homines ob ejus servitium ab exercitu eximantur. 67. B.
Sculdascii justitiam faciant. 119. A.
Servos fugaces perquirant. 120 A.
Sculdascii duo sub uno Judice. 57. C.
Sculdascio si quis causam adduxerit. 57. A.
Sculdascius, sive Sculdais, Judex. 19. C.
Si quis eum occiderit. 47. A.
Sculdascius ab Arimannis nil per vim exigat. 166. B.
Non liceat fieri Sculdascium filiis Clericorum. 173. B.
Scuto sub uno per pugnam dirimere causam. 27. B. & C.
Scuto & fustibus pugna. *Vide* Fustibus, & Pugna.
Secretum Regis si quis inquirit. 88. A.
Seditionem in exercitu si quis levaverit. 18. A.
Aut contra Judicem. 59. C.
Secusina Vallis. 565. B.
Segusiana Vallis 115. A. & 116. B.
Senodochia. *Vide* Xenodochia. Hospitale.
Senogallia Civitas condita à Brenno. 204. A.
Seniores & Vassalli. 121. A. & D.
Nemo suos Seniores dimittat. 124. B.
Seniores & Milites. 177. A. & 180. B.
Sententiæ Sculdais aut Judicis si quis stare minimè voluerit. 57. B.
Sepem alterius si quis ruperit. 40. B.
Seps stantaria. *Ibid*. C.
Sepem si quis in terra aliena miserit. 60. C.
Sepulturam hominis mortui si quis ruperit. 19. A.
Sergii IV. Papæ Bulla pro Monasterio Vulturnense. 495. D.
Sergius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Scriniarius. 191. D.
Sergius Ravennas Archiepiscopus. 189. A. 190. C. & 554. E.
Sergius Neapolit. Archiep. 307. A. 515. A. & 516 A.
Archiepiscopatum à Græco Patriarcha adeptus, sed à Romano Pontifice correptus. 307. C.
Sergius Magister Militum, Dux Neapolis. 404. A.
Sergius filius Marini Dux Neapolitanorum. 314. E.
Sergius II. Dux Neapolis Athanasium Episcopum carceri tradit. 317. A.
Servatores loci. 104. A. & D.
Servi appellati Condomæ. *Vide* Condomæ.
Servi ministeriales. 22. D. & 23. A.
Alienus rusticanus. 23. B.
Si quis occiderit servum alienum massarium. 24. A.
Liceat servo massario peculium suum dare in socio. 35. C.
Servi si in vicum intraverint ad malum faciendum. 39. B.
Servi fugaces in quali spatio perquirendi. 68. A.
Ad sua loca reverti jubeantur. 135. C.
Si collecta multitudine vim intulerint. 136. A.
Servi fugitivi, pro iis Ministri Reipublicæ nihil accipiant. 140. C.
Servi & ancillæ fugaces perquirantur. 120. A.
Servi in furto deprehensi quomodo puniendi. 83 C.
Oppressi à dominis fugientes. 108. A.
Servi casati. 113. B.
Non tondeantur, nisi secundùm mensuram. *Ibid*.
Servi non omnes post mortem domini libertate donati. 122. C.
Fugaces in partibus Beneventi, Spoleti. 123. A.
Servi beneficiarii. 128. B.
Servi subtrahere se è servitio volentes. 386. A. & D. 396. D. & 398. C.
Catalogus servorum Monast. Vulturn. 297. D.
Servi in emphyteusim concessi. 487. C. & 490. B.
Catalogus servorum. 488. A.
Servi Chartulati. *Ibid*. D.
Servientes Ecclesiarum. 112. A.
Servitio alicujus ingeniosè se tradentes. 139. C.
Servitium, ad illud si quis appellatus fuerit. 165. A.
Servo alieno si quis in via antestiterit. 20. B.
In curte aliena si noctis tempore servus inventus fuerit. *Ibid*. D.
Si scandalum in Civitate, ubi Rex præst, perpetraverit. 21. C.
Servo non liceat vendere sinè permissu domini sui. 35. B.
Ab illo si quis emerit, rem perdat & pretium. *Ibid*. C.
Si servus Regis aliquem occiderit. 46. C.
Si furtum fecerit. *Ibid*. D.
Idque dum in fuga est. 53. B.
Servo libera aut Aldia nubens libertatem amittat. 33. D.
Ipse animæ suæ periculum incurrat. *Ibid*. B.
Servo alterius si quis res commendaverit, aut præstaverit. 164. B. & 165. B.
Servorum manumissio quomodo facienda. 34. A. & B.
Servorum culpa quomodo componenda à dominis. 49. A.
Servorum conjugia non dirimantur. 109. B.
Servum alienum massarium si quis occiderit. 24. A.
Servum alienum foris Provinciam si quis vendiderit. 61. A.
Servum alienum si quis in sacramentum miserit, aut manum in caldaria mittere fecerit. 61. A.
Servum alterius nemo solicitet ad Clericalem vel Monachalem vitam. 110. B.
Servum foris Provinciam si puella libera secuta fuerit. 31. A.
Servum suum aut ancillam si quis in manu Regis dederit manumittendum. 52. D.
Servum alienum si quis in manu Regis dederit. 61. B.
Si quis eum absque voluntate Domini libertum fecerit. *Ibid*. A.
Si quis eum clericaverit. *Ibid*. B.
Servum alienum si quis incitaverit ad occidendum proprium dominum. 80. A.
Si quis batiderit. 76. A.
Servum aut ancillam si quis loco pignoris tenuerit. 72. C.

Digitized by Google

Servum alterius si quis per conludium comprehenderit. 72. B.
Servum suum in casa alterius copulatum si quis non requisierit. 81. B.
Servum suum quempiam si quis contenderit esse. 86. B.
Servum non liceat dimittere propter damnum cuilibet illatum. 97. A.
Non vendantur servi, nisi in præsentia Comitis, aut Episcopi. 95. B. & 102. A.
Servum alterius nemo Ecclesiæ Ministrum constituat. 161. E.
Servus aut ancilla si per XXX. annos servierit, per pugnam de domino se vindicare non permittatur. 49. B.
Servus aut Aldius si in Ecclesiam Dei confugerit. 8. C.
Servus si furtum fecerit. 37. A. & D.
Si dum in fuga est, damnum intulerit. *Ibid.* B. *Vide* Mancipium.
Servus fugax si in aliena Judiciaria inventus fuerit. 60. A.
Servus si conventionem cum aliquo fecerit sine notitia domini sui. 68. C.
Si ancillam alterius uxorem tulerit. 70. B.
Si uxori alteram superinduxerit. 71. A.
Servus fugitivus inventus à domino suo vindicetur. 104. B.
Servi se subtrahentes de publico servitio. 105. A.
Servus per XXX. annos liber fieri non possit. 149. A.
Liberam feminam sibi in conjugio socians. 146. B.
Mallatus si quis fuerit. *Ibid.* A. & 147. A.
Servus si se liberum vocaverit, liceat domino litem per pugnam dirimere. 173. B.
Severi Martyris Ravennatis Passio. 563. A.
Severini Sancti Corpus Neapolim translatum. 271 C.
Severinus Confessor Sanctus in Noricorum partibus. 297. B.
Ejus corpus Neapolim translatum. *Ibid.* E.
Severus Episcopus Neapolitanus. 293. B.
Sibbaticius Straticos Græcorum Benevento potitur. 408. C.
Sichardus Beneventanus Princeps. 314. B.
Ejus Diplomata. 386. C. 387. B. & E.
Ejus Judicatum. 388. B. 402. B.
Sichenolfus Salernitanus Princeps Beneventi Provinciam cum Radelchi partitur. 390. A. 391. C.
Commutatio cum Vulturnense Cœnobio. 392. B. 402. C.
Sicilia quo anno à Saracenis subacta, atque iis erepta. 239 245 A.
Civitates ibi ab illis captæ, & prælia cum Græcis. *Ibid.* B. 251. A.
Aliquot Urbes ibi captæ. 253. A.
Normanni Sicilia potiuntur. 277. A.
Sico Dux Beneventanus. 402. A.
Sico Princeps Beneventanus. 312. C. & E. 313. C. & D.
Sico Marchio Sacri Palatii. 443. E.
Sicopolis Capua nova. 392. E.
Siculi in Saracenos insurgunt. 253. D.
Syracusas fortiter tuentur. 259. A.
Siculi olim Græca, tum Latina Lingua usi. 262. C.
Deinde Græca apud eos prævaluit. *Ibid.* D.
Sicilia à Normannis capta. 277 A. 278. A.
Siculo-Saracenicæ Historiæ monumenta varia. 237.
Sigenolfus Princeps Salerni. 402. C. *Vide* Sichenolfus.
Sigillos & epistolas comprehendere. 123. A. & B.
Signum in fronte & in facie furibus inurere. 66. B.
Siliqua, vigesima pars solidi. 37. E.
Siliquæ quota pars solidi aurei. 305. E.
Silvale incendium. 139. D. 147. C.
Simplicitas homicidii. 148. C. 149. D.
Sinaidam facere in silva alterius. 36. C.
Sinesii & Theopompi sacra corpora Nonantulam delata. 195. C.
Miracula per hos Martyres facta. 196. C.
Singulare certamen. *Vide* Pugna.
Sinualdus Episcopus. 363. C. 366. E.
Sipontus Civitas. 373. C.
Beneventanus Episcopus etiam Sipontinus. 375. A. 388. E.
Sisinius Papa. 342. A.
Sogas, idest funes, si quis furatus fuerit. 40. A. & E.
Sonniare, curam habere. 95. B. & E.
Sonnis, sive sunnis, excusatio legitima. 166. D. & E.
Sophronius Episcopus Syracusanus à Saracenis in captivitatem ductus. 258. B.
Panormum trahitur. 263. B.
Sorana Civitas. 354. E.
Sorores legitimæ quomodo succedant fratri. 27. B.
Sorores si contra voluntatem fratris egerint. 51. B.
Quomodo succedant patri & matri. 53. B.
Sororum successio in bonis fratrum. 51. A.
Et quum filiæ fratris existunt. *Ibid.* B.
Sororum successio in bonis fratris defuncti. 89. C.
Soter Episcopus Neapolitanus. 296. D.
Spanoclaston opus. 310. A. & E.
Spata in compositione guidrigild excipiatur. 129. A. & E.
Spiritualis parentela. 59. B. & E.
Spoletanus Ducatus. 116. C.
Spoletinæ Civitates. 153. A.
Spoleti si servi fuerint quærendi. 68. A.
Spoleti Duces varii. 401. B. & *seqq*.
Spoletum dirigere missos Langobardis interdictum. 87. A. 123. A.
Sponsæ, dum ducitur, si quis injuriam fecerit. 91. A.
Sponsalibus factis si sponsus per duos annos neglexerit sponsam tollere. 29. A.
Sponsam suam si quis dixerit quòd adulterata fuerit. 29. B.
Sponsam alienam qui rapuerit. 148. A. *Vide* Raptæ. Raptor.
Sponsare puellam ante XII. annos non liceat. 53. C.
Sponsare mulierem habentem virum si quis præsumserit. 75. B.
Sponsata si antequam tradatur viro, moriatur. 33. B.
Sponsata alicui, non nubat alteri ante biennii tempus. 74. C.
Sponsatam alterius si quis ad uxorem tulerit. 30. B.
Stalariam alterius si quis capellaverit. 60. C.
Stantia, convenientia, accordo. 85. D.
Statuta Urbium Italicarum quando invecta. 5.
Status ingenuitatis quomodo defendendus. 122. C.
Libertatis. 129. C.
Stephanus II. Papa Franciam petit. 183. C.
Desiderium Regem juvat. *Ibid.* A.
Ejus Bullæ pro Monasterio Nonantulano. 189. D. 190. E.
Stephanus II. Papa, ejus Bulla pro Monasterio Vulturnense. 355. E.
Ejus gesta. 401. B.

Ad

Digitized by Google

Ad Pippinum Regem in Franciam pergit. 308. E. 309. A.
Stephanus VI. Papa. 418. E.
Oſtendit in Eccleſia Urſiana Ravennæ ſandalia Chriſti. 577. E.
Stephani VII. Papæ Bulla pro Vulturnenſe Cœnobio. 472. A.
Stephanus IX. Papa. 514. B. & C.
Stephanus Græcorum Imperator. 427. C.
Stephanus Dux Neapolis. 313. B.
Stephanus I. Epiſcopus Neapolitanus. 271. A. 297. C.
Stephanus II. Epiſcopus Neapolitanus, & Conſul, ſive Dux Neapolis. 309. E. 310. A.
Stephanus Epiſcopus, & Bibliothecarius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ. 465. B.
Stratigi Græcorum. 427. E.
Striga, ideſt venefica. 31. A. & D.
Appellare Strigam non liceat aldiam, aut famulam alienam. 47. C.
Strigæ creditæ manducare vivum hominem. *Ibid.*
Submanicatus, hoc eſt vinctus. 82. C.
Subſcriptionum in chartis ritus duplex. 86. E.
Succeſſio nepotum, qui in ſinu avi remanſerint. 50. A. & D.
Filiarum legitimarum in bonis paternis. 51. A. & C.
Hominis interemti. 53. A.
Sororum defunctis parentibus. *Ibid.* B.
Succeſſio neptis in bonis patrui. 82. B.
Succeſſio ſecundùm Legem Salicam. 163. B.
Secundùm Legem Romanam. *Ibid.* C.
Succeſſionum forma ſecundùm Langobardos. 26. D. 27. A.
Surrentini Saracenos frangunt. 315. B.
Syracuſæ à Saracenis captæ, everſæ. 257. C. & D. 258. C.
Quanta à Siculis geſta in ejus defenſione. 259. A.
Illius duo portus. *Ibid.* D.
Tamdem Saracenis Urbs illa cedit. 260. C.
Ejus vaſtatio. 263. A.
Syracuſis potiti Saraceni. 245. C.
Tum Rogerius Comes. 278. A.

T

Tabularii, liberti. 95. C. & E.
Talaricus Vulturnenſis Abbas. 385. D.
Taliola, ideſt decipula ad capiendas feras. 41. D.
Tancredus Rex Siciliæ. 278. D.
Taſſilo Dux Bajovariæ. 115. B.
Tarentaſia. 115. A.
Tarviſium Civitas. 153. A.
Ibi Monaſterium conſtitutum à Gerardo Comite. 195. C.
Taſo Beneventanus primus Vulturnenſis Cœnobii inſtitutor, ejus Vita. 339. C.
Farfam contendit. 340. D.
Ad Vulturnum in Oratorio conquieſcit. 341. A.
Abbas Vulturnenſis. 342. A.
Ejus mors. 343. B.
Altera ejus Vita. 345. A.
Ejus fuga è Seculo. *Ibid.* C.
Monaſterium Vulturnenſe condit. 346. D.
Caſinenſe reſtaurandum curat. 351. C.
Abbas Vulturnenſis. 352. B.
Ejus decreta pro regimine Monachorum. 353. D.
Ejus mors. 354. D.
Tato Beneventanus. Ejus Vita. 345. A.
Ejus fuga è Seculo. *Ibid.* C.
Monaſterium Vulturnenſe condit. 346. D.
Caſinenſe reſtaurandum curat. 351. C.
Abbas Vulturnenſis. 352. B.
Ejus mors. *Ibid.* A.
Altera ejus vita. 339. C.
Ad Farſenſe Cœnobium ſe confert. 340. D.
Ad Vulturnum in Oratorio conquieſcit. 341. A.
Abbas Vulturnenſis. 342. B.
Ejus mors. *Ibid.* E.
Taurinum Civitas. 153. A.
Tauromenium Siciliæ Urbs à Saracenis capitur, deletur. 270. A. 272. D.
Teanenſis Civitas vetus. 457. A.
Teloneum. *Vide* Toloneum.
Templorum immunitas. 106. A. *Vide* Eccleſia.
Terdona. *Vide* Derthona.
Terminum antiquum ſi quis liber aut ſervus ruperit, aut effoderit. 36. A.
Termolenſis Comitatus. 497. E.
Terram tributariam ſi quis alteri tradiderit. 133. A.
Terram cenſualem ſi quis habuerit. *Ibid.* B.
Teſtes quales eſſe debeant. 52. C.
Teſtes adhibiti in danda guadia. 54. B.
Non admittantur, antequam diſcutiantur, & ſint jejuni. 96. B.
Meliores eligantur. 100. C.
Teſtes optimi admittantur. 97. A.
Falſos ſi quis ſuſpicetur, alios adducat. 126. C.
Teſtes in perjurium ſi quis induxerit. 142. B.
Si quis habere non potuerit. 145. C.
Si diſcordes fuerint. *Ibid.* A.
Teſtes præmio non conducantur, & jejuni jurent. 100. A.
Habentes malam famam non admittantur. 101. C.
Seſaratim audiantur. 102. A.
Falſi in uno tales in aliis habeantur. 111. B.
Teſtes ſi quis falſos ſuſpicetur. 126. C.
Campo decertent. *Ibid.*
De Comitatu, ubi res controverſæ ſunt, eligantur. 127. B.
Teſtium examen. *Ibid.* C.
Si diſcordes fuerint. 129. C.
Falſi compeſcendi. 134. C.
Qui nil habent, non recipiantur. 138. A.
Teſtimonia tollere aut abſtrahere alicui. 121. B.
Teſtimonium, ad illud non recipiantur qui compoſitionem ſolvere non poſſint. 139. B.
Qui proprium non habent. 144. A.
Teſtimonium falſum ſi quis reddiderit. 63. C.
Teutiſca Lingua. 103. B. 143. B.
Teuto Vulturnenſis Abbas. 390. B.
Teuza Abbatiſſa Monaſterii S. Mariæ Apinianici. 490. A.
Theatrum Aumatium Mediolani. 204. B.
Theclatura arborum ad fines diſcernendos. 36. B. & E.
Thedericus Archiepiſcopus Ravennæ. 578. C. & D.
Theiricus Cancellarius & ſummus Conſiliarius Henrici I. Auguſti. 497. B.
Thema Langobardiæ. 427. D.
Themata Comitum. *Ibid.* E.
Theoctiſtus Magiſter Militum & Dux Neapolis. 312. B.
Theodemarus Caſinenſis Abbas. 357. A. 367. C.
Theoderada avia Giſulfi Beneventani Ducis. 347. D. 401. C. 411. E.
Theodinus S. R. E. Cardinalis. 540. A.
Theodinus Comes Marſicanus. 443. E.
Theodinus Comes Balvenſis. 499. D.
Theodonius ſive Theodoinus, Abbas Nonantulanus. 196. C. *Theo-*

Digitized by Google

Theodoranda uxor Anthimi Ducis Neapolitani. 312. B.
Theodoricus Rex sepultus in Ecclesia S. Mariæ Rotundæ propè Ravennam. 577. B.
Theodoricus Metensis Episcopus. 443. E.
Theodorus Papa non fuit Pœnitentialis Libri Auctor. 333. E.
Theodorus Protospatharius Dux Neapolis. 312. C.
Theodorus Archiepiscopus Ravennas Ecclesiam suam Romanæ subjicit. 577. A.
Theodorus Patricius Græcorum & Siciliæ Præfectus à Saracenis occisus. 245. B.
Theodosii Monachi Epistola ad Leonem Archidiaconum de Syracusarum expugnatione per Saracenos. 257. A.
Captivus Panormum ducitur. 263. B.
Theodosius Imp. Constantinopolitanus. 307. D.
Theophania mater Ottonis III. Augusti. Ejus Diploma. 484. C.
Theophylactus Consul & Dux Neapolitanus. 311. C.
Thermæ Herculeæ Mediolani. 226. C.
Thingare, manumittere. 66. A. 89. C. 90. C.
Thingare idem est, atque donare. 28. A. & C.
Ante liberos homines fiat. Ibid. D.
Thingare, idest libertate donare. 33. C.
Thingatio, sinè ea donatio non stat, nisi in causa pia. 65. B. & E.
Thinx, idest donatio. 64 A.
Thomas Farfensis Cœnobii Abbas. 323. 340. D. 345. B.
Tiberius Episcopus Neapolitan. in carcerem truditur. 313. E.
Tiberius Imp. Portam auream Ravennæ construi fecit. 576. C.
Ticinum conditum à Brenno. 204. A.
Ticinense Gymnasium num à Carolo M. institutum. 152. D.
Unius Magistri schola ibi aperta. Ibid. E.
Dungollus Monachus ibi docuit. Ibid. C.
Ticinense Concilium. 158 A. & C.
Tigurum Civitas. 178. D. 179. C.
Timasius Episcopus Neapolitan. 296. C.
Tintinnum, hoc est tintinnabulum si quis furatus fuerit. 40. C.
Toloneum detur, ubi consuetudo. 132. B.
Injusta tollantur. 134. A. 155. A.
Toloneum forbannitum nemo tollat. 95. A.
Ubi non exigendum. 100. B.
Tolenum ad hauriendam aquam. 79. C.
Tolleno machina ad hauriendam aquam. Ibid.
Tomarchus officii genus. 413. A.
Tomichis Casinensis Abbas. 356. B.
Tondere puerum invitis parentibus. 132. C.
Tornare pro reverti antiquum verbum. 41. D.
Toto II. Abbas Vulturnensis. 390. B.
Tractatio mala freæ suæ. 74. C.
Tractoriæ literæ Regis. 131. C. 135. C. & E.
Traditiones duæ de eadem re non fiant. 103. B.
Traditionem facere de suis rebus ad venerabilia loca, aut ad propinquos. 129. A.
Transburg, sive Argentina Civitas. 175. A.
Transmundus Dux, & Marchio. 485. D. 498. C. 502. B.
Transmundus II. Dux Spoleti. 401. A.
Transmundus Dux Spoleti. 401. B.
Transmundus Comes filius Transmundi Dux & Marchio. 498. C.
Transpadana regio. 116. D.
Transitorium tributum, sive Transitura. 135. B. & E.
Traucem vitis si quis inciderit. 40. D.
Treugas indicere, & rumpere. 60. B.
Treuga, interficere aliquem infra treugam. 175. D.
Tribuni mali abjiciantur. 136. A.
Tributa publica. 159 A.
Tributariam terram si quis alteri tradiderit. 133. A.
Tributum, quod transitorium vocatur. 135. B.
Sive Transitura. Ibid. E.
Tridentum Civitas. 153. A.
Trotingi in nuptiis qui forent. 91. A. & D.
Truppoaldus Episcopus. 392. C.
Truppoaldus Comes. 392. C.
Trustis facienda. 95. B. & D.
Tultus pro ablatus. 60. E. 62. E.
Tuitionis Regiæ mundburdum. 350. A.
Turegum, nunc Zurich *Civitas.* 178. D. 179. C.
Turmarchi Græcorum. 427. E.
Turres & Castella ædificandi facultas data Monasterio Vulturnensi. 445. D.
Taronicus pagus. 115. A.
Tuscanus Ducatus 116. D.
Tuscia Provincia Italiæ. 51. C. 52. C. 54. A. 63. A. 85. C.
Si ibi servi fugaces fuerint perquirendi. 68. A. 72. B. 120. A. 153. A.
Tutor Viduis, & orphanis detur. 118. B.

V

Vaccæ junctoriæ. 37. A.
Vaccam prægnantem si quis percusserit. 43. C.
Vadiare, & revadiare. 109. C. & D.
Vadiare debitum ad opus Regis. 135. B.
Vadum Oppidum in litore Ligustico. 153. A. & C.
Valens & Ursacius Episcopi Ariani. 224. D.
Valentinianus Major Ravennæ mortuus. 558. C.
Valentinianus Gallæ Placidiæ filius Augustus 567. A. & 568. C.
Valeria Martyr Mediolanensis. 209. A.
Valeriæ Provinciæ Comites unde originem habuerint. 370. C.
Valeria à Saracenis afflicta. 405. D.
Valerius Archiep. Ravennas. 554. B.
Valvassores majores. 177. B.
Vassalli appellati Milites. 177. A.
Iis beneficia distrahere vetitum. 180. B.
Vassalli, & Seniores. 121. A. & D.
Nemo suos Seniores dimittat. 124. B. *Vide* Vassi.
Vassaticum, vassallaticum. 124. B & E.
Vassi Regis latrones præsentent ad placitum 95. A.
Justitias faciant. Ibid. B.
Vassi Comitum. 100. D. & 108. C.
Dominici ad Palatium venientes. 120. B. *V* de Vassalli.
Vassi Regis, qui Missi sunt, conjectum accipian 135. C.
Contemtores correptionis à Comite puniantur 138. C.
Vassi Regis, qui de rebus Ecclesiarum haben 141. C.
Vecorin, in via se alteri opponere. 47. D.
Velamen Sanctæ Religionis recipere. 58. B. 6 C. 69. A. & 109. B.
Velare mulierem ante anni spatium post morti mariti non liceat. 70. D.
Velare puellam invitis parentibus. 132. C.
Velare viduas non liceat, nisi post XXX. d à decessu viri. 145. C.
Venatores, & Falconarii. 112. C.
Vendere liberum hominem foris Provinciam quis præsumserit. 61. A.

Digitized by Google

Aut ſervum alienum. Ibid.
Venditionis charta quomodo facienda. 86. A.
Vendere volenti mulieri qui adeſſe debeant. 56. C.
Vendere hominem non liceat, niſi in præſentia Comitum. 95. B.
Vendere res alienas cuilibet homini. 144. A.
Vendens res alienas cui pœnæ obnoxius. 35. B.
Servo non liceat vendere. Ibid.
Vendens res, & minus dans, quàm charta contineat. 161. D.
Vendentis eamdem rem diverſis emtoribus crimen. 139. C. & 140. A.
Venditionis charta quomodo facienda. 86. A.
Venditionis & emtionis leges. 34. C. 35. B. & ſeqq.
Veneficio aliquem necare. 178. C. & E.
Veneni propinati quæ pœna. 24. D. & 25. A.
Veneno hominem occidere. 74. A.
Venetiæ Eccleſiæ ſubjectæ Mediolanenſi Metropoli. 207. E.
Vercellæ Civitas. 116. C. & 153. A.
Veredi, equi publici. 159. B.
Verona Civitas. 153. A.
Veronæ Comitia habita ab Ottone II. Auguſto. 169. A. B. & E.
Verrem alienum ſi quis furatus fuerit. 44. D.
Verſus ad inſtar Fenicis. 311. B. & E.
Veſtis Sanctæ Dei Genitricis Mariæ. 58. C. 65. C. 69. A. & 109. B.
Viæ emendentur. 121. A.
Cuſtodiantur. 123. A.
Viam per campum ſeminatum ſi qua mulier fecerit. 82. C.
Vicarii Comitum, ante eos chartæ publicæ conſcribantur. 138. A. & B.
De iis inquiſitionem faciat Comes. 144. C.
Vicarii Comitum leviores cauſas judicent. 102. B. & 112. C.
Si fures celaverint. 135. C.
De lege ammoneantur. Ibid.
Vicariis Comitum liberi homines obſequia non faciant. 162. B.
Vice-domini pravi tollantur. 96. C. & 136. A.
Ante eos mancipia vendantur. 102. A.
Vice-domini vices Epiſcoporum gerentes. 106. D.
Vicecomes Palatii. 396 C.
Vicecomites vices Comitum agentes. 106. D. & 96. D.
Ante eos ſervi vendantur. 102. A.
Vicentia Civitas. 153. A.
Vicentiæ S. Anſelmus Nonantulanus Abbas Xenodochium conſtituit. 193 C.
Victor Epiſcopus Neapolitan. 297. C.
Viduæ & orphani ſuos habeant tutores. 118. B.
Juſtitiæ iis pleniter fiant. 120. A. & 128. C.
Viduam quando velare liceat. 70. D.
Si filios habeat, tertiam portionem ſecum adferat. Ibid. B.
Viduam intra XXX. dies viduitatis ſi quis ſibi copulaverit. 128. D.
Viduam ducere uxorem illius affinibus non liceat. 179. A.
Viduarum & pupillorum cauſa inveſtigetur. 159 B.
Viduarum & Orphanorum tutela. 150. B. & 156. B.
Viduarum meta, ſive mephium. 77. B.
Viduarum, Eccleſiarum &c. juſtitiæ fiant. 161. D.
Viduis ante anni ſpatium veſtem Religionis ſuſcipere liceat. 109. B.
Sed non ante XXX. dies à deceſſu viri. 145. C.
Vigintimilium Civitas. 153. A.
Villis & Eccleſiis omnia plena uſque ad tempora Saracenorum. 370. E.
Vincentii Martyris Oratorium prope Volturnum, exordium celebris Cœnobii. 341. A. 346. A. & E.
A Conſtantino M. conditum creditur. 351. B.
Vincentius Epiſcopus Neapolitan. 299. C.
Vindicta poſt pacem facta quomodo punita. 25. C.
Virtus pro vi aut violentia. 60. D.
Vitalis Martyr Mediolanenſis. 208. A. & 209. A.
Ejuſdem Vita. 558. A.
Volanus portus olim Volandrianus prope Ravennam. 575. A.
Vomeres novem igniti, olim genus judicii. 106. C. & E.
Ungri. Vide Hungari.
Urbanus II. Papa. 517. C.
Urſicini Martyris Vita. 559. B. & 560. D.
Urſus Archiepiſcop. Ravennas. 553. D.
Urſus Epiſcopus Neapolitan. 294. D.
Urſus Princeps Beneventi. 408. C.
Uſumfructum de rebus ſuis ſi quis voluerit uxori ſuæ judicare. 90. C.
Uſumfructum rerum Eccleſiis donatarum reſervare ſibi liceat. 103. B. & C. 138. A.
Uſumfructum uxori relinquens, & filios habens. 168. C.
Uſuram facere nemo præſumat. 138. B.
Vulturnenſe Monaſterium. Vide Monaſterium.
Vulturnenſis Templi dedicatio. 517. D.
Uxor, marito per tres annos abſente, & non notificante, alteri nubere poſſit poſt tres annos. 55. A.
Uxor hominis libertatem vendentis libera remaneat. 137. A.
Uxor à Viro dimiſſa alium non accipiat. 99. B.
Uxor liberi, alterius ſervitio tradita. 148. B.
Uxor ſi in morte mariti conſiliata fuerit. 32. C.
Si eum occiderit. Ibid. D.
Alienam uxorem ſi quis in conjugio ſibi ſociaverit. 32. D.
Cum uxore ſua adulterantem necare liceat. 33. A.
Uxore propria derelicta, ſi quis alteram duxerit. 110. B.
Uxore dimiſſa ſi quis alteram duxerit. 50. B.
Uxore cum aliena ſi quis turpiter converſari inventus fuerit. 75. B.
Uxorem relinquere nulli liceat. 149. A.
Uxorem ſuam ſi quis aſto animo incriminaverit. 50. A. *Vide* Conjux.
Uxorem ducere infanti liceat ante XVIII. annos. 73. D.
Uxorem de ſervo aut aldio ſuo ſi quis tulerit. 64. B.
Immerentem ſi quis occidiſſe dubitetur. 27. C.
Uxorem non liceat ducere matrinam, filiaſtram &c. 58. C.
Neque relictam de Conſobrino. 59. A.
Neque Commatrem. Ibid B.
Uxorem ſuam ſi quis occiderit. 32. B.
Uxorem ducere viduam non liceat illius affinibus. 179. A.
Uxores duas habere non liceat. 149. B.
Uxori ſuæ uſumfructum de rebus ſuis ſi quis voluerit judicare. 90. C.
Uxori ſinè liberis decedenti vir ejus ſuccedat. 175. C.
Uxori uſumfructum relinquens, & filios habens. 168. C.

Digitized by Google

Wadia. Vide Guadia.
Waita, Wacta, excubiæ militares. 109. B. & C.
Walderius Episcopus Furcanensis. 443. E.
Wanto & fustis, per ea res in bannum missæ. 130. D.
Warda, nunc guardia. 109. B. & D.
Warentem dare. 172. C.
Wargangi, banniti, si in Regnum advenerint. 48. C. & E.
Wasconia & Aquitania. 115. A.
Widrigild pretium mortui. 18. E. & 129. A.
Wido Episcopus & Archicancellarius. 438. B. 439. E.
Wifare, guifare. 133. B. & E.
Wilielmus Classensis Cœnobii Abbas. 541. A.
Winigisus Dux Spoletinus. 184. A.

X

Xenodochia ordinabiliter regantur. 122. A.
Regalia in beneficium dentur. Ibid.
In Emphyteusim non concedantur. 148. A.
Xenodochia ab Abbatibus visitentur. 159. B.
A S. Anselmo Abbate Nonantulano erecta. 193. C.
Xenodochia in defensione Sacri Palatii. 91. B. 92. A.
Episcopi, & Abbates hospitale faciant. 101. A.
Fratres in iis pascantur. 118. A.
Xenodochiis donatio facta sinè Launechild subsistit. 65. C.
Xenodochiorum Præpositi. 91. B.

Y

Ysimbardus Archiepiscopus Capuanus. 484. A.

Z

Zacharias Papa Ratchisum Regem muneribus placat. 183. A.
Zava, adunatio armorum aut hominum. 87. B.
Zosimus Pseudo-Episcopus Neapolitanus. 293. B. & D.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Österreichische Nationalbibliothek
+Z17365270X

Digitized by Google